Cax lib

Est 67
Nº 80

R.16
3/3

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII

BAVARI, PROFESSIONE CARTHVSIANI, *VIRI SOLIDA ERVDITIONE ET* eximia pietate clarissimi, in omnes totius anni Dominicales Epistolas & Euangelia Paraphrases & Exegeses Catholicæ, adhibitis ad singulas dominicas Concionibus singulis, interdum binis. In quibus omnibus germana illa & incorrupta veterum sanctissimorumq; patrum fides, pietas, & erga Deum atq; proximum charitatis integritas velut in speculo clarissimo relucet.

Omnia studio nouo diligentioriq;, quàm hactenus unquam, reuisa castigata, auctiora reddita, atq; nouo copiosissimo, perpetuoq; Indice illustrata.



COLONIAE.

Excudebat Ioannes Nouesianus, suis ac Materni Cholini sumptibus, Anno ab orbe redempto,

M. D. LIIII.

De cella Prioris

IN LAVDM D. IOANNIS
Iusti Lanspergij Epigramma.

IVstus Ioannes claro Lanspergius ortu
Bauariam studijs excoluit patriam.
Nomine non tantum iustus, sed rebus honestis
Iustus vterq; parens, iustus & ipse fuit.
Palladios frutices & Christi robora carpens
Aethereum niueo pectore triuit iter.
Quum sacris, animum scriptis ornasset acutum,
Illecebras fugiens Carthusiam petijt.
Delicijs animum studio subtraxit opimis,
Prædulces epulas viribus effugiens.
Æra sub æterno feruenter rege merebat
Hæreticis terror dæmonibusq; fuit.
Arrepto fidei furias mucrone fugabat
Sydereo clypeo vicerat omne scelus.
Rebus in afflictis docti solatia tantum
Præbebant, nec non fortia scripta virum.
Ante oculos semper Christi radiabat imago,
Ante oculos semper virgo sacrata stetit.
Iustitiam coluit, magna pietate celebrem
Quam Deus immenso misit ab axe pater.
Nunquam prosilijt Titan rubicundus ab ortu
Quin properet mensæ sacra parare Dei:
Verba nec incassum summo de pectore fudit
Sed linguæ valido fræna labore parat.
Sæpius aduersa pressus valetudine miles
Attamen infracta mente pharetra tulit.
Luxuriæq; patrem sæuum contempsit Iacchum
Spicula lasciuæ spreuit amara deæ
Ocia non fouit, salsis sudoribus omnes
Scripturæ nitido peruolat ore locos:
Haud secus ac tenui lætos cum murmure flores
Sedula lustrat apis, dulcia mella legens.
Cum iam spectaret tantis erroribus orbem
Inuersum, mortis sæpe diem petijt.

PRAESTANTISSIMO VIRO D. THEODORICO HEZIO SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATO, ET APVD

D. Lambertum Leodij Canonico ac Vicedecano, Domino & Cognato suo semper obseruando, F. Bruno Lober à Stratis, Agrippinen. Carthusiæ monachus & Vicarius S. P. D.

HVMANVS animus, Domine & cogna
te cōiunctissime, ab illa primorum parētum
deprauatione, semper est procliuis in malū,
& miseræ carnis cupiditatibus deuinctus,
pronus fertur ad appetenda & sectanda quæ
carni plausibilia sunt: ac nisi quadam cœlesti
virtute sursum trahatur, vix vnquam ad cœ
lestia & vera appetēda bona assurgit, cum ta
men eo solo nomine conditus sit a Deo, vt non caducis & terrenis, sed
cœlestibus ac perpetim mansuris bonis perfruatur. Quamobrem om-
nipotens, sapiēs & benignus conditor hominis vicē miseratus, inter alia
multa, quibus ad sui cognitionē & amorē nos inuitat & prouocat, etiam
scripturæ diuinæ libros nobis tradidit, quibus copiosissime & efficacis-
sime a visibiliū oblectamentis abstractos & auocatos, cupit nos sursum
erigere ad inquirēdas, gustandas, ac suspirādas diuitias gloriæ suę, quas
pollicitus est sibi obtēperantibus sibiq; fide recta, spe inconcussa, & indi
uidua charitate adhærentibus. Hos aūt scripturę suæ libros nō vna om
nes ætate, sed per lōga temporū interualla per amicos suos patriarchas,
prophetas & apostolos humano generi præstitit, altissimo nimirū sapi
entiæ suæ cōsilio, & indulgentissima benignitate, vt nouis subinde mis-
sis nuncijs & seruis suis animos hominū quibus iam ob vetustatē negle
ctui essent scripta & monita superiorꝝ temporꝝ, nouo quodam feruore
imbutos, & a lætifero vitiorum sono excitatos, verbi & gratiæ suæ lumi
ne collustraret. Qua re proculdubio sæpius factū esse non ambigimus,
vt multi diuinis compuncti sermonibus, atq; per seruos suos loquentis
Dei vel minis territi, vel blandis promissionibus illecti sese collegerint,
& suā detestantes erga Deū ingratitudinē ac impietatē, vel etiā tremen-
da illius iudicia formidantes repudiatis illis, quæ a Dei voluntate discor
dare didicerant, ad colendū & amandum Deum toto corde cōuersi sint.
Habet em̄ sermo Dei mirabilem vim & energiā suā, cui non possint in-
terdum resistere etiā adamātina vel ferrea pectora: sicut etiā ipse per Hie
remiā dignatus est affirmare, dicens: Nunquid nō verba mea sunt quasi
ignis, & quasi malleus cōterens petrā? Sed q̄a in hisce scriptis diuinis, ne
sua facilitate vilescerent, multa sunt tecta valde & obscura, & quæ inter
pretatiōe indigeant, q̄sdam ante natū saluatorē, sed multo plures post illi

us aduentũ spũs sanctus doctor veritatis sua sapientia docuit scripturæ mysteria perspicere,& sub cortice simplicis literę maxima cernere sacramenta,atq; illos ipsos impulit siue permouit,vt eadẽ ad aliorũ quoq; notitiã verbo & scripto perferrent.Hinc iam a viris sanctissimis & clarissimis ingenijs summo ope sudatũ est,& innumera cõscripta volumina,vt pauci diuinarũ codices literarũ,velut panes illi quos dñs distributos in aliquot milia multiplicauit,& turbas numerosissimas ad satietatẽ vsque ijsdẽ refecit,in maximã optimorũ librorũ segetẽ excreuerint, qbus totus mũdus possit pasci & exatiari. Atq; adeo in hãc vsq; diẽ laboratur a bonis viris,vt qđ fieri potest,scriptura explicetur & possit ab oĩbus intelligi.Quorũ studia,vtpote Reip.Christianæ vtilissima,si tñ sese contineant intra limites catholicæ fidei,neq; hæreseos alicuius labe sint respersa,iure laudanda videtur,nec magno apud Deũ pmio carebunt. Et q̃uis doctis plus prosint,q integros scripturæ libros iuxta catholicæ assertionis regulas interp̃tantur,populo tñ & simplicibus v̄bi Dei præconibus plus cõmodi adferunt,q ea suis illustrant cõmentarijs,quæ vsitato more in sacris ædibus sub diuino officio recitantur, vt sunt Epistolæ & Euangelia quæ dominicis & festis diebus etiam oĩni populo pro cõcione exponuntur.Hæc em̃ sicut ad omniũ notitiã veniunt,ita si sint bene & cõmode explicata, concionatoribus laborẽ minuũt,ne opus habeant permulta vagari,aut plures legere interpretes:quod tamen etiã pleriq; si velint non possint vel ob temporis,vel ob librorũ penuriã : deinde magnã auditoribus adferunt vtilitatem,quibus optima quæq; & vnde possint ad vitiorum odiũ & Dei amorẽ potissimũ inflãmari,præcipue dicẽda videntur,ne si minus frugiferis & superuacaneis quibusdã detineãtur, absq; fructu e cõcione discedãt,nec aliqua suę salutis lucra reportẽt.Itaq; ex horũ numero nõ postremo loco ponendus venit religiosus & venerabilis pater Ioannes Iustus Lanspergius, Carthusiani instituti professor, qui pro suo in Deũ & proximos amore explanauit Epistolas & Euãgelia totius anni de Tẽpore singulasq; dominicas etiã addita cõcione illustrauit.Cœperat etiã de Sãctis eodẽ modo scribere,sed morte abreptus nõ potuit explere qđ instituerat : qđ tamen iam omnino sarcitũ & absolutum hac æditione prodit in medium:id qđ Lector cãdidus intelliget ex Epistola,quã parti alteræ de Sãctis p̃fiximus. Et qa iam ante sub tuo noĩe Venerabilis & obseruãde dñe & cognate prodijt opus Sermonũ eius de Tẽpore,placuit nobis etiã hanc ędition ẽ tibi p̃cipue nuncupare, vt autor pius & doctus sub pij & docti viri patrocinio securior ad oẽs proficiscatur,nec timeat cuiusq; iudicium,si se intelligat tibi tuiq; similibus placuisse.Obsecro autẽ pro nostra amicitia operam hanc meam boni cõsulas,tuisq; me precibus iuues apud Deum,cui te in multos annos feliciter cõmendatum cupio.Data in Carthusia nostra Agrippineñ Calend.XIX.Septẽbris.Anno ab orbe redempto. M. D. LIII.

VITA

VITA VENERABILIS ET SVSPICIENDI D. IOANNIS LANSPERGII CARTHVSIANI.

DILECTVS Deo & hominibus Pater Ioannes Lanſpergius, re & cognomento Iuſtus, ex celebri Germaniæ Ducatu Bauaria & ciuitate Lanſperga, honeſtisq; parentibus originem duxit. Qui à domino præuentus in benedictionibus dulcedinis, poſt expletum in Alma Vniuerſitate ciuitatis Colonienſis ſtudij Philoſophici curſum, mox florem iuuentutis ſuæ in Carthuſia eiuſdem ciuitatis creatori ſuo offerens, corpore & animo mundum deſeruit, ſeſeque militiæ ſpirituali viriliter accinxit. In qua quantum in omni ſpiritualis vitæ diſciplina profecerit, quam feruidus extiterit amator Dei, quam deuotus glorioſæ virgini matri eius, (hanc enim poſt Deum vnice diligebat) quam obediens erga ſuperiores, quam durus ſibi, quam benignus alijs, quam zeloſus pro obſeruantia ſacri ordinis, quam tenax iuſtitiæ, quam aſſiduus in oratione, quam infatigabilis in labore, quam multis denique verbo & exemplo in via Dei velut fulgidum ſydus in firmamento Eccleſiæ poſitum luxerit, difficile foret explicare. Qui porro aliqua hinc noſſe voluerit, ſedulo pioque animo eius ſcripta & libros perlegat. Fuit quidem non modo in ſecularibus literis apprime eruditus, verum etiam interna vnctione ſpiritus ſancti non mediocriter illuſtratus: quo dulce fiebat ei in lege domini meditari die ac nocte, ſemperq; vel deuotis precationibus, aut ſacra lectione, vel certe ſcriptione tempus fructuoſe deducere, inſuper hoſtiam agni immaculati Deo in altari quotidie immolare. Et his ſanctis exercitijs adeo feruenter incubuit, vt ab illis nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) fineret ſe auocari, ſed ſupra vires ſæpe languens, ſupra vires nihilominus ſeſe ad ea cogebat. Omnium hominum neceſſitatibus velut pia mater compatiebatur, ſeſeq; petentium conſolationi, ſiue informationi (neglecto interim ſubinde ſomno vel cibo proprio) totum impendere nõ grauabatur. Nam omnibus alijs benignus & affabilis, ſibi autem ſoli durus & immiſericors fuit. Et vt carnem ſpiritui repugnantem domaret, corpuſculum ſuum ieiunijs, vigilijs, flagellis, cilitio & alijs pœnitentię laboribus aſſidue macerabat. Aliquamdiu etiam loricam ferream ſuper nudam carnem circa renes occulte portauit. A cibis delicatis, à verbis ſuperfluis, otioſis ſiue nociuis ſeipſum ſummo ſtudio tẽperabat. Vnde quilibet facile colligere poteſt, quanto nitore puritatis mens eius fulſerit intus, qui carnis ſẽ ſuumq; ſuorum tam ſtrenuus caſtigator extitit foris: quoniam abſq; huiuſmodi caſtigatione quiſquis ſe puritatẽ mentis & corporis adipiſci putat, ſeipſum miſere decipit, vmbram ſequens, & aerem verberans. Obedientiã ſuperioribus ſuis tam in grauibus, quã leuibus rebus adeo ſimpliciter & abſq; vlla diſcuſſione, & ſine murmuratione quacunque exhibebat, vt omnes id ſumme mirarentur. Cuius rei gretia cum in offitio prioratus domus Cantauij prope Iuliacum (quod ex ſola obedientia ſuſceperat) propter loci humiditatem ſuæ naturæ prorſus contrariam, ex vomitu ſanguinis ſæpius vſq; ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importune à ſuperioribus ſuis exegit ad ſalubriorem locum, licet id maxime deſideraret, remitti. Vnde paulo ante obitũ ſuum pro informatione cuiuſdam fratris, grauiter teſtabatur ſe in ordine contra ſuperiorũ ſuorum volũtatẽ nec vno verbo ſcienter vnquam quicquã feciſſe. Quapropter tãtam cordi & verbis eius Deus infudit gratiam & ſapientiam, vt non ſolum fratres, ſed & principes quoque & magnates terræ eum requirentes, monita ſalutis cum magna auiditate & reuerentia ab eo audirent, ipſumq; vt Dei amicum, ſeu potius Deum in ipſo loquentem, honorarent. Et quia in operibus bonis in domo Dei ſeruum ſe fidelem & prudẽtem exhibebat, miſericors dominus ipſum pro incremento ſalutis ſuæ calculo, phtiſi, tuſſi violenta nimium, vomitu ſanguinis, & neſcio quibus alijs grauibus & diuturnis lãguoribus velut

aurum in igne in hoc seculo(quod orare subinde, queadmodum etiã in scriptis eius re-
perimus, solebat)à peccatis suis plene(vt speramus)purgare dignatus est. Nam mirabili
patientia sustinebat pœnas omnes & dolores, quibus supra modum, præsertim circa fi-
nem vitæ suæ, vexabatur, adeo vt intuentes stuperent, dicerentq; ipsum supernaturaliter
in vita seruari. Quod nemini mirum videatur, cum à Medicis sæpe desperatus, & morti
adiudicatus sit, eo quod hepar & pulmo læsa & corrupta multis annis, contra eorũ sen
tentiam, valitudinarius superuixerit. Adeo quoq; patientissimo hæc aliaq; cum plura a-
nimo ferebat, vt nunquam vnum impatientiæ verbulum ab eius ore processerit. Et quã-
do aliqui religiosi, seu etiã seculares & magnates ipsum visitarent, eumq; percunctaren
tur, quinam haberet, semper respondit, vel bene se habere, vel cum D. Iob: Sicut domino
placet: Sit nomen domini benedictum. Sæpius tæduit eum diutius viuere propter nimi
os excessiuosq; dolores, cupiebatq; dissolui, & esse cum Christo, maxime propter gra-
uissimam Ecclesię Catholicę ruinam, animarumq; damnationem sanguineis lachrymis
merito deflendam, quas passim absq; modo & fræno per libros Erasmi, Lutheri & alio
rum ordinis sui desertorum (quos à Deo dicebat datos in reprobum sensum) videbat
corruptas ad infernum currere, cum talibus pseudodoctoribus excæcatus hodie credat
mundus. A quorum lectione ipse penitus abstinebat, abstinendumq; omnimodis mo-
nebat, tum quia parum bonæ frugis habeant, tum quia absq; aliquo periculo vel conta
gio vix legi queant, quum sermo eorum vt cancer serpat: tum etiam quod non modo
omnis doctrina, sed etiã omnes libri ipsorum prohibiti & damnati essent. Qua etiam
re permotus vt erat mire amans & sitiens salutis animarũ, multa subinde edidit scripta,
nihil nisi pietatem, sanam fidem, eximiũ in Deum proximosq; amorem spirantia, vt pro
sua virili parte quoad eius fieri posset iam euersos & corruptos ab errore & nexibus dia
boli, quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clausis oculis in flammas tar-
tareas properare, extraheret, nutantes ac titubantes firmaret, stantes corroboraret, tepi-
dos accenderet, conantes iuuaret, imperitos instrueret, currentibus calcar adderet, Deo
seruire cupientibus tanquam probe exercitatus & peritus dux regium monstraret iter,
deniq; nemini non aliquam adferret vtilitatem. Quod sane Deo fauente, & scriptis eius
gratiam haud vulgarem aspirante, cecidit illi non infeliciter, tantumque in Dei Ecclesia
fructum fecit, vt inter Ecclesiasticos doctores non postremo sit loco numerandus. Et
quia contemni solent ij, qui quod docent, ipsi non præstant, seipsum studuit virtutũ om
nium tanquam viuum quoddam simulachrum exhibere, nihilq; in se admittere, quod
doctrinæ illius repugnaret, aut pondus detraheret. Ita fiebat, vt quicquid diceret aut scri
beret, plurimum haberet energiæ & autoritatis etiam apud magnos & eruditos viros,
qui in illo certis indicijs spiritum Christi habitantem, & per os eius tanquam organum
sua verba exprimentem, animaduertentes tum dictis, tum scriptis illius sæpe nõ medio-
criter permouebantur. Erat sane in tota illius viuendi ratione mirus candor, columbina
simplicitas cum prudentia multiplici coniuncta, Christiana integritas, prompta erga
quosuis beneuolentia, propensa benignitas, suauis, nec tamen dissoluta affabilitas, odiũ
peccati, iustitiæ amor, contemptus mundi & rerum terrenarum, paupertatis ingens stu-
dium, charitas flagrantissima. Quis ad illum vnquam accessit, qui non senserit illius se
exhortationibus adiutum? Quis illius familiari vsus colloquio non aliquid lucri repor
tauit? Nec solum erga fratres suos promptissima alacritate talem se gessit, sed etiam erga
extraneos & ignotos. Euãgelicum præstare virum reipsa semper studuit: non solũ ore
Euangelium, vt multi hodie solẽt, circumferre. Execrabatur plurimum impios dogma
tistas nostrorum temporum, quod cum tota vita ab Euangelij descripto discrepent, ta
men se iactent Euangelicos, & à Deo illuminatos videri velint: quorum illi impudens
temeritas, & vesana impudentia summe erat inuisa semper, ita tamen, vt illorum doleret
vicem, ploraretq; cæcitatem & amentiam, qua tum seipsos, tum alios complures in æter
nas conijcerent miserias & calamitates, licet id ipsi nullius pensi habeant ob vastissimas
cordis tenebras, & præfractam animi obstinationem. Sæpe in lucubrationibus suis eo-
rum reprehendit & confutat errores, non alio sane consilio, quam vt ijs agnitis, resipis-
cant, aut certe alij eisdem non implicentur. Est enim hoc commune sanctis Dei homini
bus, vt cupiant ac nitantur diabolica fraude deceptos eripere, & ad veram salutem reuo-
care.

care. Non enim ferre possunt animarum pericula, quibus multo magis, quã proprijs corporis incommodis cruciantur. Sed & ipsa Dei omnipotentis multiplex iniuria quam accipit ex peccatis hominum, supra modum illos cruciat, ob ingẽtem erga illum amorem, qui facit vt etiã minima in seipsis peccata non sinant inulta abire. Possemus adhuc multa in huius venerandi patris commendationem plena fide scribere, sed quia ex scriptis ille suis abunde cuiuis manifestus est, longam texere historiam superfluum iudicamus. Feliciter vixit, & felicem vitam obitus felix consecutus est. Non potuit mala perire morte, qui etiam cum viueret, ita vixit, tanquam propediem moriturus. Non necesse habuit mortis timere insidias, qui nihil in se residere patiebatur, quod posset mortis terrorẽ incutere. Dum vixit omne peccatum & quicquid in morte prægrauare posset diligentissime à se profligare conatus est, vt morte aduentante non tum demum, quod multi stolidissime faciunt, ad mortem sese præpararet, sed ipsam mortem tanquam vitæ aditum lætissimus exciperet. Et certe vnum illum ex eorum fuisse numero minime dubitamus: qui vitam in patientia, & mortem habent in desiderio. Quid enim illum delectaret viuere, qui vt iam ante diximus, tam varijs cruciabatur morbis, vt mortuo quam viuenti esset similior? Ergo indesinenter suspirabat ad mortem, vt posset venire ad conspectum gloriæ Dei. Et quamuis aliquandiu dilatus fuerit, nec pro voto exauditus, tandem tamen post multos fideles labores & patientiæ coronas, fructumq; animarum quem in Ecclesia Dei & ordine Carthusiano verbo, calamo, & exemplo tulit vberrimum, sacramentis Ecclesiasticis religiose munitus, & omnia sua errata aliquoties scrupulose ac pie confessus, bene compos mentis, postquam in sancto ordine Carthusianorum annos XXX. laudabiliter sancteq; vixerat, sanctum spiritum suum Deo reddidit à quo illum acceperat, tertio Idus Augusti, Anno ab orbe redempto. M. D. XXXIX.

ELENCHVS EORVM IPSIVS OPERVM QVAE Latino Sermone conscripsit.

1. *Edidit autem præter hæc duo uolumina Sermonum de Tempore & Sanctis per totum annum, quæ post magnos diuturnosq; labores tandem in lucem producimus.*
2. *Conciones Paræneticas, quas in præcipuis anni festiuitatibus habuit ad cõuentus monachorũ.*
3. *Homelias LVI. in Monotessaron dominicæ paßionis. In quibus ob oculos constituit nostros, quid patiendo Christus nos docuerit, quomodoq; eidem debeamus conformari.*
4. *Theoremata XXVII. in quibus docemur, quæ genti humanæ Christus beneficia contulerit, & quænam rursus pro ijs mala ab eadem susceperit.*
5. *Elucidationem in totum dominicæ paßionis, iuxta quatuor Euangelistarum narrationem, textum: in qua quænam & quanta Christus pro nobis passus sit, ad excitandum hominum compaßionem, explicat.*
6. *De uera religione & fide Catholica. Hunc librum Germanice conscripsit: sed nos eum uertimus in Latinum.*
7. *Inter Monachum & militem Lutheranum Dialogum: quem etiam Germanice fecit: sed nos eum uertimus in Latinum.*
8. *Theorias CL. in totam uitam paßionemq; Christi eiusq; matris, quas in quinquagenas tres distinxit.*
9. *Meditationes itidem in uitam & paßionem Christi & matris eius.*
10. *Enchiridion militis Christiani.*
11. *Speculum perfectionis Christianorum.*
12. *Pharetram doctrinalem, quæ diuersos in se complectitur libellos & epistolas morales & tractatus.*
13. *Pharetram mysticam, quæ uaria exercitia, aspirationes, precationes, modosq; in se complectitur, quibus animæ fideles sese occupent & exerceant, modumq; quo in spiritu proficiant addiscãt.*
14. *Hymnorum Librum I.*
15. *Epistolarum Libros II.*
16. *Soliloquium suauißimum Iesu Christi ad suas sponsas, hoc est, uirgines & in castitate ipsi seruientes.*

Insinua-

17. *Insinuationum diuinæ pietatis librum I. fere totum ex Germanico in Latinum conuertit sermonem.*

18. *Apologiam huic libro præfixit prolixam simul & eruditam, aduersus curiosos huius seculi lectores qui quicquid suo turgido intellectu penetrare non possunt, derident, uel abijciunt penitus.*

19. *Epistolas Dedicatorias simulac defensiuas uarias ad diuersos Reges, Principes, Magnates, & Ecclesiæ Prælatos præfixit libris & opusculis D. Dionysij Carthusiani.*

20. *Edidit præterea complures tractatus, Epistolas, exercitia, precationes, aliaq; plura, quæ ad diuersos transmisit, quæ nondum ad manus nostras peruenerunt.*

ELENCHVS EORVM QVAE CONSCRIPSIT Germanice.

21. *Pharetram mysticam fere totam Germanice fecit.*

22. *Vitam & passionem domini Iesu & matris eius totam Germanice conscripsit, eamq; in articulos distinxit CL.*

23. *Speculum Christianæ perfectionis, quod è diuersis collegit autoribus.*

24. *Soliloquium Iesu Christi ad fidelem animam.*

25. *Homilias LVI. in passionem dominicam: quam morte præoccupatus nondum perficere potuit: nos tamen si uitæ nobis Deus spacium concesserit perficere curabimus.*

26. *Rosaria III, ut uocant pij de uita & passione Christi & matris.*

27. *Vitam passionemque Christi in unum Rosarium contraxit pro ijs qui pluribus sunt negocijs occupati.*

28. *Rosarium item aliud prolixius similis argumenti.*

29. *Meditationes XV. in passionem Christi seruatoris.*

30. *In Theologiam mysticam introductiunculam quandam pietate & eruditione conspicuam.*

31. *Ad gloriosa uulnera & cor Iesu exercitia uaria & ignita.*

32. *In Orationem dominicam, & salutationem angelicam pro simplicibus explanationem.*

33. *Præparationes & exercitia pia & uaria pro felice morte.*

34. *Epistolas complures ad diuersos utriusq; sexus & conditiones hominum.*

35. *Epistolas duas prolixas & spiritu plenas ad omnes uel uoto solenni, uel proposito pio in uirginitate uel castitate Christo sponso suo seruientes.*

36. *De uera religione, & fide Catholica ad Carolum Imperatorem eius nominis V.*

37. *Inter Monachum & militem Lutheranum Dialogum.*

INDEX

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED MAXIME MEMOrandarum, sparsim in hocce libro Sermonum Dominicalium D. Ioannis Lanspergij tractantur.

Habet autem hic Liber duas partes. Hyemalem videlicet & Aestiuã. Quamobrem numerus prior adsignatus in hoc Indice designat eiusmodi siue priorem, siue alteram partem: Alter autem numerus indicat quotationem Dominicarum & Festorum, per Alphabeti elementa seu literas distinctorum. Litera autem quæ sequitur numerum huiusmodi insinuat id quod quæritur fore reperiendum sub eodem elemẽto siue litera.

crux

iudi-

matri-

mor-

***

obedi-

Pater

FINIS.

AD BENEVOLVM LECTOREM.

QVoniam Errata nonnulla in vtraque huius voluminis parte, diligentiori poſtea ſtudio relegendo, atque cum ipſius autoris exemplari noſtrum conferendo, animaduertimus Lector candidiſſime, quæ te forte in legendo remorari poſſunt: ea tuæ humanitati indicanda decreuimus, omiſſis ijs, quæ quiuis per ſe facile aduertere poterit. Obſecrantes vt boni conſulas, ſi ſtudio diligentiæq́; noſtræ in corrigendo euentus non reſponderit.

ERRATA PARTIS HYEMALIS.

Numero marginali II. poſt literam B. linea 73. lege. Omnes populi. Tam gentes, quam populi decem. III. 120. in te habes. I. 37. conſtantia. F. 48. die adueniente. VIII. E. 25. electtoribus. IX. H. 37. quod nos. XIIII. L. 35 noluerit. XIX. E. 85. liberatus XXI. H. 90. ex patientia & humil. XXV. E. 12. cantatum eſt. I. 104. ſimulatam, quoniam oportet reſpic. N. 81. uelamentum abijcit. XXVII. A. 40. minabãtur. B. 36. longißimam. 38. crucẽ illi. L. 24. non ſcindamus. XXVIII. F. 56. uoluit. G. 50. mortuus. 68. ac ſumma.

PARTIS AESTIVAE.

Numero II. Q 6. in bono. V. S. 21. præterimus. VIII. K. 29. uim. N. 5. uilitatis. XII. R. 9. ornans. XV. F. 43. nec ab alio, quam ab eo. XVI. I. 27. cogitando, quicquid loquendo. XVII. A. 29. ſuadet, excitat & impellit ſpiritus Dei. Porro, quicunque ſpiritu Dei aguntur ſeu impelluutur, hi filij. XX. P. 42. filij Rechab. XXI. A. 56. enim lege. H. 17. ſonumue. M. 11. timore tacebas tremulus uehementer conſcientia remordente. XXII. F. 31. feramur. XXIII. D. 8. quantus ad illum conflueret. E. 15. illis ſe. F. 39. abierunt. XXIIII. Q 12. miniſtram. XXV. M. 27. in die. XXVII. B. 16. primi mariti. XXIX. E. 15. occiderunt: & qui ad ipſos uocandos uenerant, multi occiſi ſunt, ſicut Chriſtus 35 non tempore. K. 56 Ideo XXX. O. 73. formidoloſa His tamen qui in Dei amore ſunt perfecti, ſecundum ſpiritum nõ eſt formidoloſa. XXXI. F 49. perſtitit. G. 18. in peccatorẽ. 30. ut debite. M. 61. noſtra iterum. XXXII. A. 15 proficiendi. 55. uilitatis. C. 14. res erat. 34. pro communi.

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII BAVARI, PROFESSIONE CARTHVSIANI, VIRI ERVDITISSIMI IVXTA AC

religiosissimi, in omnes Epistolas & Euangelia quæ quidem in festiuitatibus Sanctorum per totius anni decursum in Ecclesijs recitãtur, Paraphrases & Exegeses singulis sermonibus vnicuilibet festiuitati adhibitis: hactenus quidem nõ modo a Concionatoribus orthodoxis, verum etiam omnibus germane vereq; Catholicis summe desiderati, & nunc primum exhibiti.

Cum rerum præcipuarum Indice locupletißimo & perpetuo.



COLONIÆ,
Excudebat Ioannes Nouesianus, suis ac Materni Cholini sumptibus, Anno ab orbe redempto,
M. D. LIIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. DAMIANO MAIO-RIS CARTHVSIAE PRIORI DIGNISSIMO, AC totius ordinis Carthusiani moderatori vigilantissimo, F. Bruno Loher Carthusiæ Coloniensis Vicarius, Salutem, & cum Reuerentia Obedientiam.

QVamuis monachi officium, vt ait D. Hieronymus, potius sit plãgere, quam docere, multoq; tutius sit fugere, tacere, & nesciri, quam omnibus innotescere, & ab oĩbus celebrari: tamen quia charitas nõ quærit quæ sua sunt, sed quę aliorum, veraq; virtus cupit non vni sibi, sed multis prodesse: merito quidem mihi non solum non reprehendendi, sed etiam plurimum laudandi videntur, Reuerende & obseruãde Pater, quotquot licet monachi, zelo domus Dei & honoris diuini, salutisq; animarũ succensi student prodesse Reip. cõscribendis libris, aut scriptis diuinis interp̃tandis, aut alio id genus pietatis studio operam nauando. Quid enim refert monachus quis sit, an ab oĩni monastica professione alienus, modo Dei spectet gloriã & cõmodum non suũ, sed aliorũ, nec inanis gloriolæ cupiditate feratur, sed cupiat ꝓximos ad Deũ reducere, errantes ad viã reuocare, iacẽtes erigere, torpentes excitare, currentibus calcar addere, deniq; omniũ saluti pro sua virili parte cõsulere? Esto, monachus plangere potius debeat, q̃ docere: sed si alios docendo possit itidẽ ad plangendũ prouocare, iam sane nõ solum nihil ipse a suo recedit officio, sed plurimũ etiam lucratur. Quod nimirũ non ignorantes multi diuersorũ ordinũ patres sancti & eruditi, non putarunt satis esse, si sibi solis prospicerent, sed modis oĩbus conati sunt proximis verbo, scripto, exemplo prodesse, vt plurimos, aut certe vel aliquos secũ ad cœlestẽ patriam perducerent. Inter quos non postremo loco mihi numerãdus videtur sacri nostri ordinis decus & ornamentũ dñs Ioannes Iustus Lanspergius, qui ꝓ suo in Deũ & proximum syncero & ardenti amore in vinea dñi laborauit quantum potuit, ne dicã plus q̃ potuit, quãdoquidẽ duris & acerrimis afflictus morbis, laborare nõ destitit, nõ sane eo nomine vt sese hominibus vẽditaret (q̃d est lõge vanissimũ) sed vt plures Christo lucrifaceret. Atq; inter alia multa ingenij sui haud contẽnenda monimenta, quę posteris dereliq̃t, scripsit Paraphrases in oẽs Epistolas, Exegesesq; in oĩa Euãgelia, adhibitis Sermonibus pijs & eruditis ad singulas dominicas per totum annum, & iam quoq; de Sãctis scribere cœperat, consimili modo ac ordine aliquotq; solennitates sanctorum absoluerat,

ẽ ij   sed mor-

ſed morte præuentus, nõ potuit operi inchoato extremam manũ impo nere. Quod quam ſit dolendum vel inde ſatis liquet, quod Sermones quos de tempore edidit, ſæpius excuſi, ſemper facillime diſtracti ſunt. Habent enim ſcripta eius literatam pietatem, ſiue ſcientiã cũ pietate con iunctam, & lectorẽ non ſolum eruditum, ſed & religioſum efficiunt: q̃d paucis hodie cõtingit. Quare nos plurimum dolẽtes partẽ illã, quam de Sanctis, vt diximus, ſcribere inſtituerat, imperfectã ac mutilã remanſiſſe, ne quid pio lectori deeſſet, multo labore conati ſumus ex diuerſis ſancti patris libellis & ſchedis quas inuenimus, atq; etiam noſtra induſtria, vbi nobis autoris ſcripta defuere, quicquid ille omiſerat ex autenticis autori bus veterumq́; patrum monimẽtis ſupplere, idq́; adeo vt per totum an num oẽs feſti dies ſuum habeant ſermonẽ cum Epiſtolę Paraphraſi & Euangelij Exegeſi. Quod quãtum ſit cõmodi allaturũ pijs omnibus, ma xime diuini verbi præconibus, res ipſa teſtari poteſt. Materia copioſa ſug geritur, vt ſi quis non omnino obtuſi ſit ingenij, poſſit habere abunde, quod non ſine fructu audientium dicat. Quicquid autem id eſt operis, tibi Reuerende Pater nuncupatum eſſe volumus, hoc ipſo quaſi cõgra- tulari cupientes nouæ huic dignitati tuæ, quæ tibi diuinitus oblata eſt, non ad vnius duntaxat maioris Carthuſiæ, cui non ita pridẽ prior præ fectus es, qui eſt in noſtro inſtituto Carthuſiano præcipuus honos, ſed etiam communem, neq; vulgarem totius ordinis noſtri ſalutem ac vti- litatem. Satis enim quadrare videtur, vt nouum hoc noſtri quondam commilitonis in ſacra Carthuſia Colonienſi, domini Ioannis Lanſper- gij, diuq́; expectatum opus nouo totius ordinis noſtri monarchæ dedi cetur, exeatq́; ſub tuo nomine in omnium manus, quod ab omnibus de ſideratur. Obſecramus autem, vt R. P. T. candide accipiat, quod candi- de offerimus, & domum noſtram nosq́; omnes quotquot hic domino Ieſu militamus, velit habere commendatos. Poſſem equidẽ multis hic laudibus vehere R. P. T. nunquam pro dignitate ſatis laudandam, poſ ſem cõmemorare eximias animi tui virtutes, egregiaq́; decora, q̃bus te inſignite ornauit pater luminum, a quo bona cuncta proficiſcũtur, poſ ſem referre præclaram ac multijugem eruditionem & variam experien tiam ſummamq; prudentiam tuam, multaq; id genus alia, ſed vereor ne eiuſmodi encomijs non tã honoratum, quam oneratum te putes.

Vera nanq; virtus non appetit humanas laudes, vento ſimi limas, ſed vni Deo placere cupit, cui R. P. T. cum to- ta domo ſua in multos annos feliciſſime com- mẽdatam opto. Datum ex Carthuſia almæ ciuitatis Colonienſis, Calendas XIX. Septembris, Anno ab orbe re dempto. M. D. LIII.

IN-

INDEX SENTENTIARVM MAXIME memorabilium, eorum scilicet, quæ in hocce altero de Festiuitatibus Sanctorum per totum annum, libro, per D. Ioānem Lanspergiū tractantur.

Habet autem hic liber duas partes, Hyemalem videlicet, & Aestiuam. Quamobrem numerus prior adsignatus in hoc Indice designat eiusmodi siue priorem, siue alteram partem. Alter autem numerus indicat quotationem Festorum per Alphabeti elementa seu literas distinctorum. Litera autem quæ sequitur numerū huiusmodi insinuat id, quod quęritur fore reperiendum sub eodem elemento siue litera.

aposto

Chari

Cogni

Cra-

Deus

Ecce

Nasci

opera

ttt Pecca-

optima

Vulne=

FINIS.

ERRATA VTRIVSQVE VOLVMINIS, OMISSIS

ijs quæ quiuis, etiam parum in Latinis literis ac sacris paginis uersatus aduertere possit, sic corrigantur.

Numero I. A linea 29. nobis IIII. E, in linea generatiõis. Q 50. ita facere potuit, ita uoluit. VI. A 53 par est E 49 & familia. G 55. uilitatem. O 8. enim illis. VIII. 53. uberiori indigẽt. F 21. delegarat. M 36. obtutus IX A 6. testimonium reddiderunt B 8. quatuor uirtutum. K 15. uel etiamsi interdum minus rationabile uel tolerabile uideatur. XI. L 34. suis. XII A 13. sanctitatem. B 7. Nec. I 14 toxicũ. XIII. 32. induemur. K 10. afflictionis diuinæ. XIIII. K 55. Noe &. XV. B 21 neq; C 14 uincamur. XVI. E 25. peius. G 31. opum. S 19. qui minus. XVII. H 58. semper deiecit. XIX A 4. sed quia unus. XX. A 14. concutere. XXI. K 42. Hæc. L 47. Iacob tota. S. 41. superior uis. XXIII. K 55. si compateretur. P. Sermonem hinc sequentẽ scilicet: Videte manus meas, &c. pone post Exegesin feriæ tertiæ Paschæ. I 60 amore uestri. XXV. I. 45. quoniam.

AESTIVAE.

I. F 14. adsit & K 25. quam cũ. L 2 ut. 3. illiq;. III. L 13. si ita. N. 23. Siccine. T 30 sed sese. VI. B 42 terræ. 61 an attente 63. num uidelicet. F 14. quoq;. O 9. uoluit. VIII. A 66 utcunq; E 26 aberat F 19 Nam si. 24 Erant. 38. toxicum est. P 26. nullis poßit eis T 7. dicant Deos. IX. T 9. quin. 19. desæuiens. V 39 stilla. X. B 14 ope. E 15. inflammans. 74. subiisse. K 2. quam. P. 44. Ideo parum. X 62. ingentia XI. A 35. quia aliud. I 34. & relin. L 63. conturbatis. XII. A 2. hodie ferias. C 79. ad se. 82. suo Nabal. D 17. quo minus. 18. substantia, quam. XIII. distamus. L. sitam. XIIII. H 34. Non est. 37. labore. M 38. per fide. N. 46. utentes. 52. disperserunt. 55. indigentibus. XV A 1. memini. B 52. quoq; ac. XVI. A 17. insit. D. 39. totum. XVIII. B 78. mœrentiam. C 2. ad ipsam. E 26. honestißimam. 68. sanctitatis. H 18. respectus. 27. Maria precibus. 27. efficiat ut. L 41. afflictis & miseris consolatio. XIX. 6. folia. XXI. P 7. decernit. R 40. præforari. XXIII. H 36. nitantur, maxima sibi acquirunt merita, & quandoq; huius beatæ uirtutis habitũ adipiscuntur. T 20. animi. XXIIII. A 6. ambiatis. B 53. precatoris. XXV. B 22. Si inquã.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS, EPISTOLA BEATI Pauli apostoli, ad Romanos XIII.

SCIENTES quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cũ credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Nõ in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum. I.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

QVanquã nulli non tempori hæc Pauli congruat exhortatio, qua (quãdoquidẽ vitæ nostræ tempus vt hora tã breue est) nos excitat vt à somno peccati, à somno ignorãtiæ, à somno deniq; euigilemus incuriæ & negligentię: tamen huic maxime conuenit tempori hæc lectio, quando dñi celebramus aduentũ. Siue enim dñi meditemur aduẽtum in carnem, siue in mẽtem, siue ad iudiciũ adhuc futurũ (triplex enĩ huius est hic aduẽtus) summa nobis cura agendũ est, vt à somno euigilemus peccãdi. Nam quomodo celebrare possumus dñi aduẽtum in carnẽ, nisi gratias eidem pro tãta charitate, qua ad nos venit, acturi? Quomodo autem gratias agemus, non intellecto beneficio?

A quadruplici somno surgendum.

Aduentus Christi triplex.

I.

B

Est igitur aduertenda dominici aduentus ratio, vt sciamus eum propterea venisse, quo liberos nos faciat ab omĩ peccato. Sed quomodo ob dominicum hunc gaudebimus aduentum, quomodo exultabimus ob eius aduentum, qui à peccatis nos redemit, nihilo minus in peccatis perseuerantes? Hora igitur est, quãdoquidem qui ad redimendos nos venit, prope est, à somno & obdormitione nos surgere, ne eius charitati videamur velle illudere, qui ad liberandos à pctõ nos venit. Quod si aduentum domini in mentem suspiramus, quomodo hora non est nos à peccatis cessare? Frustra enim in peccatis perseuerantes hunc expectamus aduẽtum, siquidem in maleuolã animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Postremo, si vltimũ recolimus aduentum, quo iam à domino iudicandi, & iuxta operum nostrorum cõditionem sumus accepturi, haudquaquam nos oportet moras agere, quin à peccatis ante euigilemus. Hora igitur nunc est nos à somno surgere, morari diutius dedecet. Propior enim nunc ex aduentu saluatoris nostri est nobis nostra salus (quare incũbit quoque nobis minime in torpore vetustatis obdormire) q̃ eo fuit tempore cum legis vmbra relicta, credere cœpimus. Nox & vmbra veteris legis transijt, in qua omnia in obscuro & in figura agebantur, dies autẽ & tempus euangelicæ legis appropinquauit, in quo ad salutem nostrã diligẽtius nos vigilare & operari decet. Abijcienda igitur nobis sunt opera tenebrarum.

Aduentus primi dominici ratio.

Roma.6

Roma.13

II.

Sapien.1

III.

1.Cor.10

C

Opera tenebrarũ peccata sunt & actus vitiosi, quia turpitudinem, verecũdiam & ignominiam hæc habent, & ad principem pertinent tenebrarum. Abijciamus igitur opera tenebrarũ, damnemus plãgamusq; peccata prçterita, futura autem caueamus, iuxta consiliũ Sapientis, qui dicit: Fili peccasti, ne adijcias iterũ, sed de præteritis deprecare, vt tibi dimittãtur. Induamur q̃q; arma

Opera tenebrarum quæ.

Eccle.21

Arma lucis quę, & quō induenda.

arma lucis, quæ sunt dona spiritus sancti, quibus contra mundum, contra carnem, contraque hostis nequitias munimur, & ad vincendas iniquas inimici suggestiones confortamur. Sunt quoque virtutes arma lucis, seu munimina gratiarum: qbus a domino vestimur & exornamur. Indui autem iubemur, non quod in facultate sit nostra ornari munirique donis & virtutibus diuinis. Siquidem vt quidā dicit, Induit me dominus vestimēto salutis, & indumento iusticię, seu (vt alia habet lectio) læticiæ circundedit me, & quasi spōsam decorauit me corona: sed q̄d ad hæc indumenta debeamus suspirare, anniti, eadem optare, pro his dominum orare, & nullum obicem impedimentumve diuinæ operationi obijcere. Induamur itaque arma lucis, sic vt in die gratiæ, qui p Christi nobis illuxit aduentum, honeste ambulemus. Honeste ambulamus, cum innocenter viuimus, dumq; diuinæ legi subiecti, virtuose ac reuerenter coram Deo ambulantes, proximos nostros bono ædificamus exemplo. Ad quod Christus nos hortatur, dicens: Sic luceat lux vestra (vides quia inquit lux vestra luceat, non tenebræ obscurent) coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificēt patrem vestrum, qui in cœlis est. Ambulemus, inquit, sicut in die, ne in tenebris offendentes quempiam scandalizemus.

Esaiæ 61

Honeste ambulare quid.

Matth. 5

D

Non autem ambulemus in commessationibus vitiosis, gulę & luxui deditis, aut ad inanem gloriam, aut ad superfluitatem paratis. Quia tāetsi honesta cōuiuia decenter & religiose obseruata nō reprehendantur, & hospitalitas vbiq; in sacra scriptura laudata sit, illa tamen sunt euangelica conuiuia, de quibus Christus loquitur, docens nos, cum prandium facimus, non inuitare diuites, aut amicos & vicinos, qui habent vnde nobis retribuant, aut qui iterum nos inuitent, seu nobis beneficium refundant aut honorem. Hæc enim quærere, non est Christum quærere, sed esurientes & inopes voca ad prandium, nam & illos multo minoribus impensis reficies, q̄ optimates & diuites. In illis etiam Christo places, Christum recipis, Christū pascis, qui pro illis tibi retribuet in retributione iustorum: quandoquidem illi non habēt vnde tibi retribuant. Propter Christū igitur solum, & ex commiseratione illis solis

Lucæ 14. Conuiuia euangelica quæ.

solatium beneficiūq; impendas. Cęterum alijs comessationibus epulationibusq; abstinendum est. Admonet enim nos saluator noster, dicēs: Videte ne grauent corda vestra crapula aut ebrietate. Ambulemus itaq; non in comessationibus, nō in cubilibus & impudicitijs. Lasciuiam carnis & luxuriam, libidinemq; vetat impudicam, quæ in matrimonio quoque haud raro excedit, in osculis, tactibus, & huiuscemodi alijs prouocatiuis, quæ luxuriam in cōiugio constitutis nullo licet respectu coniugij, commouent. Sunt enim hæc bestialia vitia, gula, ebrietas, & impudicitia, efficiunturque vt bestiæ ac bruta animalia, hi qui vitijs huiusmodi seruiunt. Propterea dicit spiritus sanctus: Fornicatio & ebrietas auferūt cor. Nec solum carnalibus est vitijs abstinēdum, sed ambulādum quoq; nobis est non in contentione & æmulatione, hoc est, in ira & liuore. Vbi enim (sicut Iacobus in epistola dicit) zelus & contentio, ibi in constantia & omne opus prauum. Optimum igitur viro est consilium, quod Timotheo Paulus scribit: Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem credentium.

Lucæ

Oseæ

Iacobi

1. Tim.

E

Postremo vbi monuit nos quid nobis sit vitandum Paulus, non tacet quid sit etiam amplectendum, dicens: Sed induimini Iesum Christum. Suauissimum hoc est verbum. Non dicit, tegite aut operite vos Christo, sed induimini Iesum Christum. Qui vestem induit, omnem nuditatem suam celat atque inuoluit: Ideo qui Christū iubetur indui, plena perfectaq; iustitia & ex omni parte absoluta iubetur operiri, vt nulla pars actionis māneat à synceritate aut à iustitia nuda. Qui enim in quibusdam actionibus est iustus, in alijs item iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit. Indui igitur iubemur dominum Iesum Christum, hoc est, figuram totius vitę ipsius in nos transformare, imitari, atq; in nobis exprimere. Sic enim à Paulo monemur, vt quō portauimus imaginē terrestris Adę, ita portemus & cœlestis figurā, eius virtutes & opa in nos transformādo. Ad hæc autē hodiernū nos quoq; inuitat Euangelium, q̄d hodie, vt seqtur, legitur.

Iesu Christum induere.

1. Cor.

EXEGESIS EVANGELII
eiusdem dominicę I. Aduentus,
Matthæi XXI.

AD

ADuentum domini celebrãtes, hoc tempus significamus, q̃ patres nostri desideriis feruẽtissimis, clamoribusq; importunis Dei filii incarnationẽ, suiq;, hoc est, humani generis redemptionem postularunt. Nos autem de domini aduentu aliquid dicturi, primum de quo (cum multiplex posset intelligi aduentus domini) dicere statuamus, vobis significari necesse est. Est enim aduẽtus domini in carnem.

Aduentus in carnẽ. Hic iam aduentus prçteriit. Deus enim homo factus est, non iterũ hoc modo in mũdum venturus. Est aduentus alius domini

Ioan. 1

Aduentus iudicii. ad iudiciũ, quem expectamus quidẽ omnes, licet non pari fiducia & conditione. Veniet enim in fine mũdi dñs Iesus iudex ad generalem mortalium cunctorũ resuscitationem, discussionẽ & retributionem, daturus omnibus, vt scriptura habet, mercedem iuxta eorum opera. Quibusdam enim daturus est vitam felicitatemq; æternam, glorificaturusq; corpora eorũ, quæ pro suo hic honore esurierunt, alserũt, sudauerunt, persecutiones, itemq; odia sustinuerunt mũdi, quamobrem eadem coronabit tunc inenarrabili felicitate, & gloria multiplici. Porro aliis ediuerso ob eorum superbiam, lasciuiam, voluptatem, aliaque ipsorum peccata reddet, vt meruerunt. Huius aduentus hodie iuxta Euãgelium præsens, quod multis in ecclesiis legitur, nulla fit memoria, quæ ex litera colligi possit.

Apoca. 22

Aduentus mysticus. Est tertius aduentus spũalis, inuisibilis secretusq; Dei in mentem hominis, qui nullo non tempore fit, imo quotidie omniq; momento. Hic tametsi omni tempore cogitari, optari, expectariq; debeat, tamen in hoc Euangelio non præcipua illius seruatur memoria. Cuius igitur, inqs, seruatur memoria? Primi aduentus in carnẽ. Cuius ideo nunc recolimus, quod infinitam suam misericordiã super nos magnificarit Deus, eruens nos ab omnibus malis, & implens omnibus bonis. Euangelium itaq; q̃d hodie legitur, dominicæ quæ Palmarũ vocatur, conformis est, hodie tamen nihilominus legitur, propter prophetiam

F

Zachar. 9 Zachariæ de vẽturo Messia loquẽtis, quæ hoc in Euãgelio enarratur. Cuius certe aduentus signum seu indicium certum posuit ipse Propheta, quo Christus & Messias vẽturus agnosceretur. Quod indiciũ cum illa die, quam nos Palmarum dominicam vocamus, dñs exhiberet, factum est vt propterea illa quoq; dñica idem legatur Euangelium, hic quidem propter prophetiã & signum Zachariæ, dicentis: Dicite filiæ Sion, quia rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam. Quasi diceret: In hoc signo cognosces Christũ Messiamq; tuum venisse, cum videris illum sedentem super asinam pauperem & mãsuetum aduenire. Quod cum in vltima dominica antequam moreretur, impleretur, statutum est ab Ecclesia, vt tunc quoq; idem Euangeliũ legeretur. Huius Euangelii expositionem pro illo tempore congruam inuenies infra in eadẽ dñica. Quod vero hodie legitur, non fit propter historiam, sed propter prophetiam, qua nobis signũ datur manifestum, quo verum agnoscere debeamus Messiã. Itaq; nunc quidem pro aduentu domini, pro signo indiciove, quo Christus agnoscatur, legitur, vt dixi. Circa domini vero passionem die, qua gestum est, iteratur, q̃a rei tunc gestæ historia describitur. Audiamus igitur Euangelium.

Zachar. 9

Cũ appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos discipulos, dicens eis.

Ex monte nobis dñs p̃pinquat Oliueti (Hierosolymitæ eñ iuxta mysticũ sensum sumus oẽs) quia de magna eius misericordia venit, vt nostram susciperet naturam, nostram infirmitatem & miseriam. Ipse enim tũc nobis appropinquabat, q̃n nostra suscepit, & sua nobis tribuit. Nam incarnatus diuinorũ nos munerum suorum fecit particepes, nostrç infirmitatis ediuerso ipse particeps factus. Itaq; cũ prope esset vt veniret dominus, mundũ suum aduentum non omnino latere voluit, sed vt in se crederet mundus venturum, quasi duos discipulos præmittens, mundum id docere voluit, vt in se credentes venturum per fidem salui efficerentur, quemadmodum & nos qui modo illũ credimus venisse. Qui, inquis, autem duo hi fuere discipuli? Si iuxta literam & historiam fuerit respondendum, vt aliqui putant, Petrus fuit & Philippus (quamuis aliis aliud videatur) qui domino asinã & pullum ad

G duxerunt. Porro si de aduentu dñi Euangelium hoc intelligamus, nõ incongrue dici potest hos duos fuisse status ante Christi aduentum celebres, patriarcharum scilicet & prophetarũ. Hi enim ab initio aut verbis, aut rebus & prodigijs venturum Messiam qui mundum liberaret, prænunciauerunt. Nunquã enim ætas aliqua fuit mundi, cui defuerunt viri iusti, vel ex patribus, vel ex prophetis, qui clarius & supra alios tam diuina reuelatione, quam rerum figurarumq; significatione illuminati, plebem de ventura sibi redemptione vel in obscuro docuerunt, eandemque in fide continuerunt redemptionis futuræ. Nihil enim faciet dominus, vt propheta habet, super terram quod non prius reuelet seruis suis prophetis. Quomodo ergo illos hoc saluti nostræ tam necessarium celaret? Quis enim dubitet Abraham in hac promissione intellexisse Messiam Christum, quia audientem in semine suo benedicerentur omnes gentes? Aut quis eum in filio suo, quē duxit iussus ad immolandum domino, portante supplicium suum quo erat offerendus, neget intellexisse figurari venturum Messiam? Deinde Melchisedec nonne Christum, Christique sacerdotium & sacrificiũ palam omnibus signauit? Iacob quoq; in benedictione filiorum suorum duodecim patriarcharum, quã non raro sub velamine verborũ Christi meminit? Manifestius autem vbi Iudæ dicit: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat, q mittendus est (pro quibus Chaldaicã aiũt translationem habere, donec veniat Messias) & ipse erit expectatio gentium. Moses quoq; non ignorauit, de quo loqueretur, cum diceret: Mitte domine quem missurus es. Nec dominum non intellexit cum audiret: Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui. Aut cum illud ad populum referret, dicens: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs Deus tuus, ipsum audies. Deinde vix Psalmus occurrit, quo Dauid de Christo non cantet futuro, redemptionis nostræ modum, hoc est, Christi passionem, non aliter quam historiã recensens. Prophetæ deniq; oẽs, & inter hos præcipue Esaias, de aduentu domini prophetant. Esaias nanq; de Christo tã lucide suã prophetiã, pinde ac si euangelicã scriberet narrationem, profert. Quam perspicue enim de Christi loqtur aduẽtu, vbi dicit: Ecce dies veniũt dicit dñs, & suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex & sapiens erit, &c. Item: Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postremo, cum oẽs enumerare prophetias nimis foret longum, Ioãnes quoq; ꝓpheta & plus quã propheta non solum prędicit, sed digito etiam suo nobis Christum monstrat, & causam simul illius aduentus indicat dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Venit enim dominus Iesus quęrere & saluum facere, quod perierat. Duos itaque dominus discipulos præmisit, quia duo (vt dixi) ordines patriarcharum & prophetarum, qui Christum mundo venturum prænunciauerunt, aut lex & prophetæ: lex enim in Mose significatur, qui circũcisionem præmonuit de Christo futuro. Esaias ꝟo præcipue inter prophetas Christum eiusdemque ortum, prædicationem, passionẽ, gloriam, & gentium vocationem narrat.

Discipuli duo mystice quid.

Augustin.

Amos 3

Gene. 22

Gene. 14

Gene. 49

Ibidem.

Exodi 4

Deute. 18

Hierony.

Hierem.

Esaie 7

Ioan. 1

Luc. 19

Ite in castellum q̃d contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullũ cũ ea: Soluite & adducite mihi.

H Vt paulo ante dixi, per discipulos duos à domino missos significari legem & prophetas, ita per asinam & pullum nemo non intelligit circuncisionem & præputium, hoc est, Iudæam seu populum Iudæorum, & gẽtium. Quem vtrunq; populum dominus Iesus sibi voluit adduci, qa vtriusq; voluit populi mẽtibus insidere, vtrunque à peccatis liberare. Adducitur autem asina & pullus, dum Iudæa primum, dein de gentium quoq; natio Christo docenda, frenanda, gubernanda, ac possidenda præparatur. Quod per legis & prophetarum eruditionem factum non dubitatur, quibus mundus ad Christi susceptionem ad Christiq; fidẽ, & ad eius euãgelicam ꝑdicationẽ suscipiendã est præparatus. Itaque mittens illos dicit: Ite in castellum q̃d contra vos est. Non iniuria mũdum castellum vocat, quomodo alio quoq; loco scriptum est: Ingressus est Iesus in quoddam castellum, &c. Mundus enim castellum est, quo fortis armatus multo tempore possuit atrium suum, euangelica expugnatione nunc Christi expugnandum. Hoc erat castellum contra apostolos, quandoquidem

Asina & pullus mystice.

Castellum quid.

Luc. 10

Luc. 11

quidem & contra magistrum, id est, contra dominum Iesum erat, cuius iugum Euangelicæ scilicet legis quamuis suaue, recipere ac ferre recusabat. Erat quoque contra quoscunque Dei seruos, amicos & prophetas, quos pariter omnes persecutus est & oppressit. Quis enim fuit prophetarum quem mundus non est persecutus? Alium lapidauit, alium interemit, alium serra lignea diuisit, alium capite truncauit. Propterea enim quod dominico voluerũt parere mandato, & adducere asinam ad Christum, à mundo & mundi principe persecutionem passi sunt, licet mundus impedire non potuerit, quin adduceretur.

Et si quis aliquid dixerit vobis, dicite: Quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.

I Quantas passi sunt contradictiones prophetæ & prædicatores sancti, qui asinam adducere curarunt ad Christum? Nemo tamen persequentium prouidentiam & cõsilium impedire valuit Christi. Nam Actor. 5 & cum Iudęi nollent Apostolorum prædicationem suscipere, nec super se mortem sinerent Christi induci, vt videlicet illis imputaretur Christi crucifixio, ceu his qui Christi mortem fuissent iniuste machinati, & idcirco persequerẽtur Apostolos, monuit eos Gamaliel legis doctor, vt persequi desinerent apostolos docentes, nec eorundem prædicationi obsisterent, nedum se illis opponerent, omnipotenti Deo repugnasse inuenirentur. Hoc modo Christus dicit: Confestim dimittet eos. Quantum enim ad sensum allegoricum pertinet, nemo principum huius seculi quantislibet etiam machinatiõibus se opponeret, Apostolorum impedire valuit prędicationẽ. Eorum aũt cõtradictio innuitur ex altero Euãgelistarum, qui scribit Apostolis obiectum ac dictum: Vt quid soluitis pullum? Verum vbi his responsum est dominum hoc opus habere, & vbi signis & virtutibus atq; prodigijs ostenderũt apostoli dñi voluntatem esse, vidẽtes tyranni, quia impedire non poterant, dimiserunt eos.

Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicẽtem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & super pullum filium subiugalis. Zacha. 9

Non leuis nec vulgaris opinio apud Iudæos de Messia venturo fuit credentes illum venturum, & suo aduentu & temporali potestate Iudæis regnum restituturum, & omnia illius ditioni temporali esse subijcienda. Inoleuerat autem hic error multo iam tempore, vt aliud nescirent Iudæi de Messia, nec qui hodie dispersi sunt, aliud credũt, quam vt Messias temporalis sit rex futurus, potens & gloriosus, cui subijciantur omnia. Hæc aũt opinio adeo mansit in cordibus Iudæorum fixa ac vulgata, vt materquoq; filiorum Zebedæi dñm Iesum verum credens regem, seu Christum Matth. 20 & Messiam, pro filijs suis eundem rogauerit, dicens: Da mihi, vt sedeant hi duo filij mei tecũ in regno tuo, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram. Putabat enim ilico eum post resurrectionem regnaturum, & quod in secundo promissum est aduentu, in primo esse complendum. Nec apostoli etiam post resurrectionem aliud suspicati videtur, dum Christum paulo post ad cœlos ascensurum interrogarunt: Domine, si Actor. 1 in tempore hoc restitues regnum Israel? Causam erroris non minimam præbuit scriptura perperam ab illis intellecta, quo modo & cũctis hæresibus præbuit, & præbebit causam à veritate hallucinandi. Legerãt enim: Erit in nouissimis diebus præ Esaiæ 2 paratus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem domini, & domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Et in Hieremia: In Hierem. 3 tempore illo vocabunt Hierusalem solium domini, & congregabuntur ad eum omnes gentes in nomine domini in Hierusalem. Legerant etiam in Psalmis de Psal. 71 Christo: Et adorabunt eum omnes reges, oẽs gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem à potente. Corã illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hæc aliaque id genus multa legerãt, audierantve Iudęi de Messia Christo scripta, quæ non intelligentes spiritualiter implenda, credebãt temporali maiestate Messiam om̃ibus imperaturum. Hinc illorum errorem Zacharias elidere volens propheta: Dicite, inquit, filiæ Sion, hoc est, Zacha. 9

genti Iudæorum, dicite synagogæ Iudæorum: Ecce rex tuus Christus, seu Messias venit tibi, nō vt tu putas, gloriosus ac imperiosus vt dominator terrenus, sed mansuetus & pauper, puta sedēs super asinam, pacis amicam, laboris patientem, & simplicem, nō superbo vectus equo, qui procul
Iob 39 odoretur bellum. Quasi diceret: Hoc habebis signum filia Sion aduentus tui Messię, vt dum illum videris pauperem, mansuetum, & super asinam sedentem ad te venire, ipsum agnoscens & benedicens, dicas:
Psal.117 Benedictus qui venit in nomine domini. Christus igitur vt se ꝓbaret esse Christū, se quoq; illum testaretur esse, de quo Zacharias prophetarat, fecit sibi adduci asinā & eius pullū, cui insideret introiturus Hierusalem ad patiēdum. Ideo hic dicitur: Vt impleretur quod dictum erat per prophetam. Non solum tamen propterea tantum Christus hoc fecisse credendus est, vt prophetia impleretur, sed potius qa futurum erat, à propheta prædicabatur.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut p̄ceperat illis Iesus, & adduxerūt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

K Ante iam dixi per asinam & pullum significari gentes duas, Iudæorum scilicet & gentium. Per asinam nanq; non obscure significatur synagoga, quæ oneribus assueta legis domita fuit. Porro pullus quia lasciuius erat & effręnis, gentes significat, nullo iugo, nullis adhuc legibus subiectas. Apostoli itaq; vtrunq; ad Christum adduxerunt. Quod si de tempore quod Christi præcessit aduentū, intelligatur, lex & prophetę de vtroq; populo multos prę parauit Christo adducendos. Nam circa Christi natiuitatem & prędicationē multi reperiuntur ex gentibus conuersi ad Iudaismum, indeque ad Christum. Quoniam Hierosolymis ad diem festum Paschę multi sociabantur ex gentibus, qui gratularentur Iudęis, & eorum communicarent festiuitati. Horum Ioannes euangelista quoq;
Ioan.12 meminit dicens, quod gentiles aliquot erant ex his q ascenderant Hierosolymam, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippū, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus inquit, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Quolibet non tantum in Iudæa notum cœpisse fieri Deum siue Christum, sed etiam ad gentes & Samaritanos nomē eius diffusum. Quod autem asinæ siue pullo apostoli imposuerunt quo mollius sederet Iesus, sua vestimenta, est intelligendum quod prędicatores atque nuncij Christi, tam hi qui ante, quam qui post eius aduentū adducere curarunt animas ad Christum, non solum Christi aut legis præcepta docuerunt, sed etiam humanis vsi sunt persuasionibus, eruditionibusq;, de suo ingenio aut industria nonnihil adijcientes, quicquid huic subiectioni & obedientiæ fidei nossent ac commodum aut vtile. Quod scite sapientissimeq; nouit Paulus, vt illius epistolę & apostolorum acta testantur. Hæc erant vesti mēta hominum quæ Christo, quo mollius sederet, hoc est, q̄ suauius animabus illaberetur, reciperetur, & feruentius, quietiusq; insideret, supposuerunt.

Vestimenta apostolorum [...]fice qu[...]

Plurima autem turba strauerūt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

L Ad literam hoc, quando dominus sedens super asinam Hierosolymam paulo ante passionem suam intrauit, impletū est, vt hic scribitur. Significatur autem eorum deuotio qui Christi receperunt aut recipere volunt aduentum, quo debeant desiderio, quo gaudio, quo denique honore occurrere saluatori. Portent ramos arboꝝ siue palmarum, hoc est, celebrent victorias de hostibus suis, id est, de peccatis ac vitijs suis, eosq; domino offerant atque substernant, nihil sibi, sed gratiæ & mirificentiæ illius victoriam seu profectum suum asscribētes, & eum propterea honoribus & laudibus afficientes. Exuant pręterea vestimenta sua, quæ veteris sint hominis oportet, & quando iam non in veteri vita, sed in nouitate est ambulandum, Christo eadem substernant, contemnēdo prioris vitæ opera, & in anteriora se extendendo. Qui enim priorem vitam suam damnans atq; despiciens, Christo eandem ad meliora reformandā subijcit, hic vestimenta sua Christo substernit. Ramos de arboribus cæsos Christo subijcit, quisquis virtutes & exempla perfectorum virorum, qui vt ar-

Ramos palmar[...] mystice portan[...]

Vestimenta exuere Christo substerne re quid[...]

vt arbores florent in ecclesia, tanquã frondes inde cæsos imitatur & exercet, vt in his nõ suam, sed Christi gloriam quærat.

Turbæ autem quæ præcedebant, & quę sequebantur, clamabant dicentes: Hosihahna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine domini.

Totum hoc quod factum est, nihil aliud significat quã quod tam iuste, quã digne laudem regi vero, Christo vero, Messiæ vero, tribuerunt omnes pij quotquot Christum confessi sunt, à nobisq; laudes
Tobiæ 8 tribuẽdæ sunt, quoniam fecit nobiscum secũdum misericordiam suam. Venit enim omnipotens ad imbecilles, medicus ad infirmos, liberator ad captiuos, ad ignaros doctor, ad eos qui in tenebris sunt, lux: & vt tandem simul dicam omnia, ad eos qui ad mortem erant sempiternam condemnati, qui exclusi erant a regno Dei, redemptor & saluator aduenit. Iustissime igit clamauerũt, filio Dauid Hosihahna, hoc est, recte & digne Christo dño & Messiæ vero, quem nouerant filium descendere ex propagine Dauid, acclamauerunt Hosihahna, id est, saluum me fac obsecro. Est eñi sensus, ac si dicatur: Iuste dicitur Deo,
Psal. 50 aut clamatur illi: Miserere mei, quia illi cõpetit misereri, & nõ ab alio quã ab eo maxime nobis necessaria est petẽda misericordia. Hoc modo ab Euangelista quoq; dicitur, quod Christo clamauerunt turbæ, hosihahna, id est saluum me fac obsecro, asserere volens quod turba illum habuerit vt saluatorem. Nos aũt filij, qui non minorem quam vulgus hoc vndecunq; col-
M
Exhortatio. lectum fidem ad Christum habemus, vtpote qui vere & indubitato Christũ Messiam, saluatoremq; nostrum, & Dei filium credimus dominum Iesum, intelligamus quoque necesse est, quis venerit ad nos, aut (si de adhuc venturo aduentu aliquo loqui volumus) quis sit ille, qui venturus ad nos siue iudex siue inhabitator
Psal. 49 est, cuiusq; aduentus sit celebrandus. Certe Deus Deorum. Certe ipse est qui est so-
Ephe. 2 lus est Deus. Hic (quum propter inobedientiam nostram præuaricatores essemus, & æternæ damnationis rei) propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, venit ad liberandos nos. Nemo enim nos alius ab æternæ mortis potuisset cruciatu liberare, nisi ipse solus. Debuit enim esse homo qui pro nobis satisfaceret, quia in ea natura, quæ peccauerat, oportebat solutionem aut satisfactionem fieri: sed hominũ nullius potuit infinitę virtutis opus aliq̃d facere, quo solueret peccatũ, quo infinitæ bonitatis Deus erat offensus. Nullus etiã Tobiæ 14
hominum erat mundus a peccato, ideo neque pro se neq; pro alijs potuit satisfacere. Quis igit alius potuit: deus. At nõ debuit Deus (neque enim ipse peccauerat) sed hominem esse oportebat, vt in natura quæ peccauerat, peccatum puniretur. Inuenit igitur summa bonitas, infinita sapientia, immensaque charitas, consilium, quo nobis parceretur, & nihilo minus iustitiæ satisfieret diuinæ pro peccato. Nam Deus ipse Dei filius ꝑpter nos factus est homo, vt haberet ex natura humana qui deberet satisfacere, & ex diuina qui posset. Posuit igitur pater super eum iniquitates omniũ Esaiæ 53
nostrum, & in eo puniuit. Itaque ipse pro nobis satisfecit qui nihil deliquit, Christus saluator noster Deus & homo. Ipse 1. Pet. 2
vulneratus est propter delicta nostra, ipse Rom. 4
attritus est propter scelera nostra: nostri misertus est, nobis peccata donauit, quia vt donaret, pro nobis sanguinem suum fudit. Ipse pro nobis doluit, cuius liuore sanati sumus. Videte itaq; quis & quantus est qui nobis aduenit, & cuius aduen- Esaiæ 53
tum celebramus. Nempe Deus & homo, vnus Emanuel. Huius itaque aduentus, hoc est, tantæ misericordiæ memoriam facturi, quæ nobis per Christũ aduenit, stauamus domino omnipotenti gratias agere, ipsum adorare, laudare & benedicere, pro charitate sua immensa, qua nos miseros benigne respexit, misericorditer propter nos homo factus est, nobis viam ad regnum cœlorum aperuit, ostendit docuit, & in se præmonstrauit. Huic charitati o filij gratias agite, illum benedicite, illum vt amatorem vestrum misericordissimum ac fidelissimum diligite: quoniam propter solam suam bonitatem saluos nos fecit dominus Deus noster qui in secula seculorum est benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo ad nos venerit Christus, quo modo etiam nos

illi debeamus occurrere.

N

Zacha. 9 DIcite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus sedens, super asinam, Matthæi XXI. Ecclesia hodie incipit celebrare aduentum domini, nõ quod iterũ expectet in carne dominum vẽturum, nobisq; in specie commoraturum humana: sed assumit psonam veteris ecclesiæ, quæ ante Christi fuit natiuitatẽ, quẽ magno feruore Christi desiderauit aduẽtũ, illiusq; dilatiõe grauabat. Inde sunt pphetarum ac patrum oracula clamãtium ad dominum, & illius præsentiam postulãtium, quæ his

Esaiæ 45 quoq; diebus legũtur. Verbi gratia: Rorate cœli desuper & nubes pluãt iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Vti-

Esaiæ 64 nam, inquit, disrumperes cœlos, & descenderes. Item, Ostende nobis faciem tuam

Psal. 97 & salui erimus. Item, Ostende nobis dñe

Psal. 85 misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Quæ verba quid quęso significant, nisi desiderium deuotum, ac feruens Christum videndi? Sicut ergo in die natiuitatis domini recolimus eiusdem natiuitatem, natiuitatisq; gaudiũ & fructũ, ita nũc recolimus eiusdem incarnationẽ, & p illa desideriũ patrũ suspirantium. Hæc aũt recolẽdo, merito erubescimus teporem nostrum, qui ab illo patrum feruore nimis distamus: quia quum sciamus nos aduentus dominici fructum posse vberiorẽ celerioremq; obtinere quã illos, posse intra nos Christum suscipere, & eius aduentum in nobis sentire: non tamen pro illo clamamus, nec rogando ingemiscimus. Planxit sui æui tepiditatẽ olim diuus Bernardus. At q̃ rectissime nostra plãgeret tẽ-

Bernad. pora, si hodie quis viueret Bernardus. Ita enim super cantica dicit: Desiderium sanctorum patrum suspirantium in carne p̃sentiam Christi frequentissime cogitans, confundor & compungor in memetipso: & nunc vix cõtineo lachrymas, ita me pudet & tædet teporis temporis huius. Admoneo itaq; vos filij p celebrationem dominici aduẽtus, reminisci misericordiæ

Phil. 2 immensæ diuinę, qui se propter vos exinaniuit, formam serui accipiens, vt haberet in quo vos posset redimere, in q̃ posset vos reconciliare patri, in quo posset pro vobis pati & mori, in q̃ deniq; vos posset docere vobis posset viã vitæ, viam ad regnum cœlorum, & virtutum exempla ostendere.

Absq; ratione enim non est quare nobis nũcietur mansuetus, pauper & sedens super asinam aduenire. Pensate quo illud attineat, quod is de quo Prophetæ tam multa magnifica atq; sublimia scripsere, nullã tamẽ dicitur, aut potestatem, aut gloriam ostentare: nec prænunciatur in maiestate aliqua venire, sed pauper, mansuetus, & sedens super asinam: nisi quod in hoc signo vult eum propheta agnosci, in q̃ ipse vult se imitari. Vide igitur quomodo ille ad te venit, vt pari modo tu quoq; ad illũ accedere satagas. Ideo enim humilis, pauper, mãsuetus ad te venit, vt eius discas formam humilitatis, mansuetudinis, paupertatis, aliarumq; virtutũ imitari. Nã quod rex hic vocatur, quamuis vere sit rex, (is nempe est in cuius vestimento & fœmore scriptum erat: Rex regum & dominus dominantium,) nihil tamẽ hic exhibuit in mundo regium, aut quod potestatis esset terrenæ. Nam matri & fabro Ioseph subditus fuit, in deserto inter animalia ieiunauit, pedes de ciuitate in ciuitatem ambulauit, a Iudæis sputa & conuitia pertulit: Inter hęc Pilato regem quidem se non abnuens, Regnum meum, inquit, nõ est de hoc mundo. Est tamen reuera rex noster nos pascens, nos regens, nos defendens, nos liberans. Beatus qui se illi regendũ committit, beatus qui se illi regendum præbet, qui eius obtemperat mandatis, qui eius sequitur ducatum, qui sese illi conformare, qui illum satagit imitari. Dicite igit̃ filiæ Sion: Ecce rex tuus quem tantopere desiderabas, venit. Hic ingredietur ante te, & p̃liabitur bella tua, accepturus hostem tuũ fortem illum armatum, captiuum, armaque eius tollet ab eo, & spolia distribuet. Huius militiam disce, quæ est paupertatem & contemptum amare, seruare humilitatem, exhibere mansuetudinem, concupiscentias & desideria carnis & omnem amorem suipsius mortificare. Attende filia Sion, quia rex tuus vocari vult, quo intelligas & tibi & propter te solam ipsum aduenire. Animaduerte quoque quia tibi se prænunciari vult aduenientem, desiderium tuum in hoc excitans, exhilaransq; spiritum tuum vt sibi occurras. Occurrere autem ei dignius non potes, nisi amore feruens, quomodo ipse feruens amore vrgetur ad te venire. Exurge igitur, occurre, & amans illum tui amantissimum exci-

Zacha. — Quomodo ad venit Christus — Apoc. — Luce, Matt., Marci, Ioan. — Zacha., Zach., Luca — Militia Christiana qualis — Occurrendũ quomodo Christo

excipe. Agnosce regē tuū, & ad obediendū illi te para. Adorna thalamum tuū q̃d digne illum recipias hospitio. Quod, inqs, hospitium? Cor tuū. Sic em̃ iubemur, scriptura dicēte: Præparate corda vestra dño. Siqdem & ille nihil adeo desiderat q̃ cor tuū, dicēs: Præbe mihi fili cor tuū. Deliciæ em̃ eius sunt esse cū filiis hominū. Aduerte autē hic primo q̃d cor tuū non sibi vult accōmodari dūtaxat, sed dari: qa vult nō solū ad tēpus, nec admissus tantū, sed verus ac ppetuus esse dñs, habitator ac possessor cordis tui. Vult igit cor tuū solus, & hoc ipsum totū possidere, vt qcquid illi obsequii, qcquid laudis, honoris & gratiarum actionis obtuleris, id ex corde pueniat. Cor em̃ nostrū scaturigo oīs est boni, maliq;. Quāobrem q cor tuū desiderat, teipsum totū desiderat. Sed quid mirū vt teipsum totū repetat, q seipsum totū prior dedit? Qui igitur cor suū Deo tradit, seipsum totū tradit. Porro ille accōmodat & non præbet, qui quandoque & ad tempus illud domino quando placet, offert, & sibi vbi voluerit, resumit. Secundo, non vult sibi cor tuum locari. Locat qui pro mercede illud domino tradit, hoc est, q pro mercede dño seruit. Qui huiusmodi sunt, audient: Receperunt mercedē suam. Nam si pro temporalibus bonis, si pro sanitate, si propter gloriam opinionemq; hominū Deo seruis cor tuū locasti dño, atq; p mercede exposuisti. Tertio quoq; cor tuū sibi nō vult vēdi. Vēdunt q Deo p p̃mio cœlesti seruiūt. Et q̃uis p̃mium cœlesti sit ipse Deus, impurus tñ ille est amor ac pręmii appetitus, q̃ tibi p̃cipue bene optas, vt tibi bene sit, æstimans æternam beatitudinem esse vitam, quæ nihil habeat tristitiæ aut mœroris, cui nihil desit gaudii, cui oīa abundent bona, & nihil sit ibi tædii. Hāc igitur vitam si sic amas, si sic optas, & pro illa tibi bene volens, Deo seruias, quo tibi bene sit, vendis cor tuum Deo, puta non seruiturus alioqui illi, nisi æterna tibi seruiendo cōparare posses gaudia. Hic amor adhuc nimis quærit seipsum. Ideo vult dominus vt cor tuum illi dones, præbeasque totum, vt si possibile foret, etiam gratis ei optares seruire: nō præcipue propter te, sed propter ipsum, vt ille ex te honorem habeat & laudem quāuis in se ille perfectus sit, nec honore & laude tua egeat. Voluntas tamen tua bona illi placet. Quam quo minus de mercede cogitas, copiosius gloriosiusque coronabit. Quod sapienter disserit B. Chryso. dicens: Merces tibi maior augetur, quando nō spe mercedis operaris, sed studio placēdi. Vt igitur cor tuum totum Deo tuo offeras, præbeas, ac plene resignes, obseruanda sunt septem exercitia, quorum scriptura sancta nos commonefacit. Primum est cor præparare, tanquā domum domino ad habitandum. Quia scriptum est: Pręparate corda vestra domino. Quod maxime de aduentu domini intelligitur, cui est locus in se dignus præparandus. Quia vero scriptum est etiam: Domum tuam domine decet sanctitudo: nec ipse habitare consentit in corpore subdito peccatis, necesse est, vt omnē spurcitiam, omnem dolum & simulationem, omnemq; impuritatem a corde tuo eiicias. Alioqui non delectabit illum habitare in medio tui. Adorna igitur thalamum tuum Sion, para domino locum in te, non solum mūdum & sanctum, sed etiam quietum. In pace enim cum sit ei factus locus, dedignatur impacatam habere domum. Esto igitur simplex, humilis, mitis, castus & pudicus, timens Deum, & recedens ab omni malo: & dubium non erit, quin eligat tecum dominus habitare. O si audire etiam merearis dominum tibi dicentem: Lauda & lætare filia Sion, qa ecce ego venio, & inhabitabo in medio tui, hoc est, in corde tuo. Beatus qui habet te habitatorem dñe Iesu. Beatus cui tu rex mansuetus aduenies, in fides. Secundum cordis exercitium est custodire. Ad quod sapiens nos hortatur dicens: Omni custodia serua cor tuum qm̃ ex ipso vita pcedit. Alia debemus, quæ ad peccandum nos vel trahunt, vel alliciūt, vel inuitāt, pscindere, vt sunt peccata peccandiq; occasiōes, tā in hominibus, q̃ in locis aliisque quibuscunq; noxiis euitādis. At vero cor nostrū cōmunire debemus bona ac firmate voluntate, debemus custodire vigili cura & prudentia, debemus deniq; p̃sidium diuinæ custodiæ orādo nobis aduocare. Nisi em̃ dñs custodierit ciuitatē, frustra vigilat, q custodit eam.

Tertiū exercitiū legimus cordis in scriptura, q̃d est aperire. Videndū tñ cui aperias cor. Neq; enim omnibus aperiēdum. Alioqui haud quaquam adhibenda præciperetur nobis custodia cordis. Deo igitur

Marginalia (left): 1. Reg. 7 — Prouer. 23 — Prouer. 8 — Accōmodare cor suum Deo qd sit. — Cor suum Deo locare qd sit. — Matth. 6 — Vendere Deo cor suū qd sit. — Donare cor suum Deo quid sit.

Marginalia (right): Ioannes Chrysost. — Exercitia cordis septem. — Cor præparare. — 1. Reg. 7 — Psal. 93 — Ioel. 2 — Psal. 75 — Tobiæ 4 — Zacha. 2 — Cor custodire. — Prouer. 4 — Psal. 126 — Cor aperire.

tur soli eiusque nuncijs ab eo venie͂tibus, hoc est, inspirationibus sanctis, admonitionibusq; diuinis aperiendū est cor. Aperiendum est & patefaciendum, & consentiendum ad recipienda monita & consilia diuina. Ideo scriptum est: Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua, & in praeceptis suis, &c̃. Adaperiat, inq̃t, hoc est, vos cōsentire, placereq; faciat vobis legem suam. De hac apertione in Apocalypsi dn̄s loquitur: Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis mihi aperuerit ianuam, introibo ad illū cœnaboq; cum illo. Nihil em̃ magis desiderat, quam aperiri sibi cor nostrū, q̃d ingrediatur. Propterea in Canticis rogat: Aperij, inquiens, mihi soror mea, amica mea, &c̃. Quartū est cordis exercitū stabilire illud. Optimū est, inq̃t Apost. gratia stabilire cor. Cor stabilire est in ꝓposito ꝑficiendi, atq; ad meliora sem̃ progrediendi perseuerare, ne hodie dn̄o seruire dum decreuimus, cras ab hoc in aliud, q̃d magis placeat, recidamus. Est quoq; stabilire cor in hoc vnum, quod solum est necessarium, illud figere, nec ab illo propter vana, leuia ociosaq; recedere. Quia vero filij indesinenter insidiatur nobis communis hostis noster, tentans quomodo a bono statu, quomodo ve a bono proposito nos aut retrahat, aut impediat ꝑ media q̃cunq; potest, est idcirco necesse vt domus nostra fundata non sit super arenam tantum, sed super petram firmi immutabilisque boni propositi, q̃ nulli cedamus tentationi. Tentat enim, & auertere nos molit̃ diabolus à bono ꝓposito aut ꝑ vitia, quæ diligere consueuimus, aut sub colore speciecq; alterius boni melioris facie͂di. Quod tamen solum proponit nobis, vt abducat nos ab vtili bono, quo vnum deserentes aliud non obtineamus, aut vt saltem importunitate tædioq; suggestiones eius toties rejciendi, victi deficiamus. Quapropter contra omnes eius astus stabiliamus corda nostra, nec hæsitemus circa ea, ad quæ vocati sumus, maxime si his testimonium adferat superiorum nostrorum catholicorum assertio, si sacræ accesserit scripturæ autoritas, si deniq; ea nostra ꝓbauerit conscientia, & aliorum quoq; bonorū virorum Deum timentium id roborauerit consilium. Itaque cum nunquam non infestet nos serpentis astutia, quo a diuinis nos præceptis, & a felici aut proposito aut statu, aut loco nos abducat, simus memores sententiæ Ecclesiastici: Fili accede͂s ad seruitutem Dei, sta (hoc est, stabilis perseuera) in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentatione͂. Et iterū: Esto firmus in via Dei. Quintū cordis exercitiū est, dare alicui cor suum. Nemini iustius, nemini honestius, nemini castius, nemini felicius cor nostrum dare possumus, q̃ deo, vtpote cui totū debemus q̃d sumus. Et hoc solū cor nostrū desiderat. Quod vbi habuerit, satis est illi. De hac donatione seu oblatiōe cordis nostri Deo facienda paulo ante supra dixi. Sextū exercitiū cordis in scripturis indicatū, est illud leuare. Propterea Paulus nos admonet, quæ sursum sunt, quærite, & in Threnis iubemur leuare corda nostra cū manibus. Esaias quoq; nos admonens: Eleuare, inquit, eleuare, consurge Hierusalem. Bis cor nostrū eleuandū dicit, qa & intellectu & affectu in supernoꝝ meditatione & appetitiōe decet nos sem̃ versari. Septimum legimus cordis exercitium, quod est illud scindere. De q̃ Ioel propheta: Scindite, inquit, corda vestra, & nō vestime͂ta vestra. Erat Iudæoꝝ cōsuetudo, si q̃d blasphemię, indignumq; Deo audire͂t, scindere vestimenta. sed hoc faciebāt multi Pharisæorum & Iudæoꝝ duro & obstinato nihilominus corde. Dicit igit̃ Propheta, corda potius scindenda quā vestime͂ta. Vę enim duro cordi & obstinato, quia excludit a se gratiam & Dei misericordiā. Ea autem corda, quæ frangunt̃, quæve scinduntur ad contritionem, ad compūctionem, & ad compassionem, aperiunt se ad diuinæ misericordiæ receptionem. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Expe͂de singula verba, & vide quam sint suauia, quā affectiua, q̃ spirantia amorem. Vide quam paterno, q̃ amantiq; corde, q̃ blande deniq; te filiam vocat, se rege͂ tuum nominat, vt habeas vnde in eo glorieris. Demum tibi, id est, propter te, & in vtilitatem ac felicitatem se tuam venire prænunciat. Ne autem vllo modo timeas, & ne forta sse ingratitudinis & delictorū tibi conscia, ad illum accedere verearis, prædicitur tibi quoque quod venit mansuetus. Neq; enim modo venit vt iudicet mundū, sed vt saluetur mūdus per ipsum: venit saluare, non dānare: venit te sibi attrahere, nō repellere. Ideo em̃ per Hieremi

am

Marginal notes (left): Cor quibus solū aperiendū sit. — 2. Mach. 1 — Apoc. 3 — Can. 5 — R — Hebræ. 13 — Stabilire cor q̃d sit. — Lucæ 10 — Matth. 7

Marginal notes (right): Eccle. — Eccle. — S — Cor[…] — Cor[…] re. — Coll[…] — Thre[…] — Esaia[…] — Cor[…] dere. — Ioel — Eccle[…] — Zach[…] — Ioan. — Hiere[…]

am tibi loquens, ait: In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te, miserãs tui.

Sed nunqd in nobis inuentũ est, q̃d Deum attraheret aut inuitaret? Nihil p̃ter dona sua. Nulla eñ fuere merita nostra, quare ad nos veniret. Sola bonitas sua impulit, sola charitas coegit vt ad nos veniret, vt nobis subueniret, vt benefaceret, & vt oĩa sua ac seipsum nobis largiret. Sic eñ p
Osee 4 Osee loquit: Sanabo cõtritiões eorũ, diligã eos spõtanee, hoc est, nullo exigẽte eorũ merito, sed propter memetipsum hoc
Eccle. 3 faciam. Homo tamen duræ ceruicis, quamuis multis eiusmodi promissionibus consolaretur, inuitareturque ad redamandũ, nihil tamen aut parũ credere potuit verbis, nisi ea admirabili etiam modo visibilibusque ostenderentur exemplis. Nam cum nihil in se agnosceret diligendum, de diuina charitate non aliter ęstimabat, quã de amore humano, qui meritis prouocatur humanis, augeturque & fouetur eisdem. Voluit igitur hanc ab homine suspitionem Deus tollere, & beneficio immenso, atque re ipsa suæ charitatis magnitudinem homini monstrare. Eam obrem fa
Psal. 18 ctus homo ad nos venit, & tantæ dulcedinis, mansuetudinis & dilectionis signa in nos erogauit, vt nobis neq; diuertendi esset locus, neq; excusandi, imo non esset, qui se abscondere posset a calore eius. Nihil enim ad trahendum volentius est a-
Cant. 8 more, quo nos ad se trahere voluit. Fortis
Bernard. enim est, vt mors dilectio. Vt enim diui Bernardi non prorsus verbis, sed sententia vtar, Deus volens nobilẽ creaturam reuocare, Si, inqt, inuitũ illum coegero, asinũ habeo, p̃pterea q̃d non libens sed reni-
1. Cor. 9 tẽs veniat. Nunqd asinis meum dabo regnum, aut de bubus cura est mihi? Scio qd faciam. Homo quia p conditione naturæ suæ timidus est, terrebo eũ, si fortasse hoc modo conuertatur & viuat. Et comminatus est queq; acerbissima, quæ possent audiri, puta perpetuam a se separationem, dolores interminabiles, tenebras * internas, al. æternas vermes immortales, ignemq; inextinguibilẽ, aliaq; id genus, cuiusmodi multa habet scriptura sacra. Verum homo sentiẽs, quia hæc sibi non mox inferebãtur, qa dilationem sensit ex misericordia sibi fieri, distulit & ipse ad Deũ cõuerti, nec minas has timuit. Itaq; cum hoc modo nõ reuocaretur, dixit dñs: Nõ solũ timidus est homo, verum etiam cupidus. Promittam ei longæuos & felices dies, bonorũ & diuitiarum abundantiam, sanitatem, pacem & nouissime vitam æternã. Sed adhuc nihil se proficere videns, vnũ, inquit, adhuc restat (inest eñ homini quoq; amor) & p hunc eum obtinere possum. Venit igitur ipsemet Deus factus homo, & hominibus Matth. 27 benignissimum, humillimũ, fidelissimũ, dulcissimumq; sese exhibuit, adeo vt in eius passione lapides quoq; scinderentur. Qui igitur ad hanc mansuetudinem, ad hanc charitatem, fidelitatemq; cõuerti noluerint, sunt certe audituri: Quid vltra fa- Esaiæ 5 cere debui, & nõ feci? Quoniam non acceptastis mansuetudinem & misericordiam meam, necesse est vos sentire iustitiam meam. Animaduertite filij quãta propter nos facit Deus, quanta facit nobis, quantum dissimulat, quam parcit, quã benefacit nobis inuitans, expectansq; nos ad pœnitentiam, quam misericorditer nobis dimittit peccata nostra, propterea quia nos diligit, & non vult nos perire. Conuertamus igitur corda nostra ad eũ cum lachrymis, peccata nostra, duritiam atque ingratitudinẽ nostram flẽtes, & nõ sinamus in nobis perire, aut ociosam esse charitatem eius tantam, ne tãtis eius beneficijs non respondeat fructus salutis nostræ, præstãte domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula.

DOMINICA SECVNDA DOMINI ADVENTVS, Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos XV.

II

Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarũ spẽ habeamus. Deus autẽ patiẽtiæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrũ secũdũ Iesum Christũ, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem dñi nostri Iesu Christi. Propter q̃d suscipite inuicem, si-

cem, sicut & Christus suscepit nos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrū. Gentes aūt super misericordia honorare Deū, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus dñe, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate oēs gētes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eū gentes sperabūt. Deus aūt spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abūdetis in spe & virtute spiritus sancti.

Psal. 17. Deut. 32 Psal. 116 Esaiæ. 11

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Rom. 15

ANte hæc verba Paulus monuerat Romanos, q̊ nemo sibi placeret: placere autē satageret vnusq̄sque suo ꝓximo in bono ad ædificationem: in hoc nō eū laudans placendi appetitum, de quo Psalmus loquens: Dissipati sunt (inquit) & confusi, qui hominibus placent. Et de q̊ ipse quoque Paulus ait: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Hic enim placēdi appetitus inanem gloriam quærit ac diligit seipsum: sed de studiosa obseruatione loquitur charitatis, qua debemus alterutrum mutuis abstinere offensionibus, nō quærere quæ nostra sunt, sed alter alterius portare onera, mutuā inter nos absq; offensione seruare pacem, vicissimq; prouocare nos officiis charitatis ad delectionem. Nam & Christus, inqt, nō placuit sibi (placere eñ sibi pabulū priuati est amoris, germē superbiæ, patientiæ destructio, læsio charitatis) sed sustinuit, sicut scriptū est: Improperia improperantiū tibi ceciderunt super me. Docens eñ veritatē Christus, arguens iniquitatem, honoransq; patrem suum, seductor mundi, Deiq; blasphemus iudicatus est, quod ꝓpter patrē & propter nos patienter sustinuit. Itaq; quæcunq;, siue hæc, siue alia in Psalmis, in lege & ꝓphetis scripta sunt, propter nos magis, qui eadem intelligimus, quam propter eos, qui sub veteri lege erāt, & ea vtpote adhuc futura non intelligebant, scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Ad patientiam aūt confirmat nos scriptura quoque vt beatificemus eos, qui sustinuerunt. Consolationem quoq; inde recipimus & spem, quod domini passionibus conformamur, sentimusq; nos esse, qbus dictū est a Christo: Si me ꝑsecuti fuerint, & vos ꝑsequent. Itē: Si mundus vos odit, scitote q̄a priorē me odio habuit. In ipsis itaque scripturis consolamur, docemurq; communicare passionibus Christi, docemur in ꝓsenti tempore habere patientiam, docemur gaudere in tribulationibus, docemurq; in spe regni cœlestis nos erigere. Et hęc qdem scripturę nos docēt. Deus aūt patientiæ & solatii, id est, q est collator patiētiæ & cōsolationis, hęc tribuit, iuxta illud Psalmi: Qm̄ ab ipso patientia mea. Et sicut legimus: Benedictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, q consolatur nos in omni tribulatiōe nostra. Hic igit Deus patientiæ & solatii det vobis idipsum sapere, vt nō sint in vobis dissentiones & schismata, sed vnum idemque sapiatis omnes, & hoc secundum Iesum Christum. Qui enim secundum Christum sapiūt, procul dubio bonum est q̊d sapiunt. Vt vnanimes idipsum sentientes vno ore parique confessione honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi, vt mutua in vobis perseueret concordia, suscipite inuicem, succurrat alter alteri, & hospitio vos mutuo suscipite, q̊ non discernatis, vt olim sub lege, mundū ab immundo, sed omnia sint vobis munda: nec se præferat aut meliorem qs æstimet, quasi ex circuncisione vocatus propterea sit dignior, quā is qui vocatus est in ꝓputio. Hęc, inqt, altercatio inter vos sopiatur, vt nō vitetis alterutrum: sicut Christus nō vitauit, sed recepit vos, nullius horrens immundicias, nemini imputans peccatū, sed in honorē Dei vos, cuius veros faceret cultores suscepit. Dico eñ & verum est, Christum Iesum ministrū se exhibuisse circuncisionis in hoc, quod ipse (q̊ modo dicit, non sum missus nisi ad oues, quæ

Psal. 53 Gal. 1 Gal. 6 Placere sibi quale quid. Psal. 68 Iacob. 5 Ioan. 15 Psal. 2. Co. 1. Co. Matth.

quæ perierunt domus Israel) Iudæis Euāgelium prędicauit. Propter quod etiam Iudæorum vocatur alibi Apostolus. Considerate, inquit, apostolum confessionis vestræ Iesum. Itaque Christus minister fuit circuncisionis in prædicando propter veritatem Dei complendam, qui Abrahæ & Dauid, quod ex eorum stirpe Christus esset nasciturus, prędixerat: & ad aliorum, quibus mundi futura est reuelata redemptio, confirmandas promissiones patrū. Gentes autem dico conuersas super misericordia & pietate illis a Deo præstita, honorare Deum, eidemque gratias agere. Neq; enim ante aduentum Christi cognouerunt, vt Iudæi, Deum nec lege aliqua se illi profitebant subiectos, sed ex misericordia dico eos vocatos. Sicut scriptum est in Psalmo: Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Hoc est: Ego Christus filius tuus faciam gentes tibi confiteri confessione laudis p misericordia sibi facta. Et iterum: Lætamini gentes cum plebe eius. Quasi diceret: Non tumescant Iudæi, quod Christum ad se venisse audiunt propter confirmandas promissiones patrum, gētes vero sup misericordia honorare Deum, quandoqdem & illorum conuersio atq; vocatio a Deo præordinatæ & in scriptura prænūciatæ sunt. Scriptum nanq; est: Lætamini gentes cum plebe eius, hoc est, gaudete gētes cum Iudæis in Christū credentibus, p misericordia vobis simul pręstita. Quibus verbis significabatur futurum, vt ex vtroque populo, puta ex gentibus & Iudęis in Christo vnus adunaretur populus, vnumque fieret sub vno pastore Christo ouile. Et iterum: Laudate omnes gentes dominū, & magnificate eū omnes populi decē tribuum Iudæorum laudate Deū, gratiasque illi pro vocatione vestra agite, & operibus vestris sanctis eum magnum ac honorabilem ostendite. Et rursum Esaias idem confirmans, ait: Radix Iesse .i. Christus ex Iesse natus patre Dauid, exurget a mortuis regere gētes, quas subijciet sibi & patri. Et in eum gentes sperabunt, credentes eum suum redemptorem venturumq; iudicem in fine seculorum, qui suscitabit corpora nostra corpori suæ claritatis configuranda. Deus autem spei, qui spem solus infundit, repleat vos oī gaudio spirituali, & pace in credendo, vt posthac idipsum dicatis oēs, nec sint in vobis schismata, vt abundetis in spe semper pficientes, nunc diuinam dulcedinem pgustando, & in virtute spiritus sancti ad superna anhelando. Adducuntur hic testimonia ex scripturis, multa de vocatione gentium, quare abs re non est, vt ecclesia hanc nunc lectionem ordinauerit, circa aduētum domini. Sed videamus inde Euangelium.

(Margin: Matth. 15; Hebre. 3; Gen. 22; Psal. 131; Psal. 17; Deut. 32; Ioan. 10; Psal. 116; Esaiæ 11; Phil. 4; 1. Cor. 1)

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ II. Aduentus.

Lucæ XXI.

Saluator noster dn̄s Iesus Christus, qui in mūdum, vt suos qui dispersi p mundum erant, congregaret, vt eos, qui perierant, sanaret, vt deniq; saluos faceret omnes, venerat, nihil eorum, quæ occasionem nobis præstare queunt, conuersionis ad se redeundi intermittit, atq; eam ob rem terroribus & minis nos interdū pulsat, quādoq; subtrahit beneficia, deinde mœstos rursus consolatur, nunc pmittit, nunc allicit, interdum minatur. Nōnunq̄ inuitat, aliquando iustitiam, aliquādo vero misericordiam preferens: oīa vero agit, vt nos saluos faciat. Est autem ad hæc non modica similitudo in arboribus, quarum nonnullæ (si colligi inde debeant fructus) virgis cęduntur, vt iuglans, dum alias interea arbores leuissime (ne destruantur) oporteat tractari. Hoc modo hominum varia est conditio. Lenitate nanq; & māsuetudine alijs suadetur, alijs haudquaquam, sed terrores, minæ quoq; vt adhibeantur, oportet. Sunt a quibus nihil impetrabis, nisi austere loquaris. Sunt ediuerso alij, q̄s steriliores austeritas facit. Vtroque modo vsus est dn̄s, q̊ neminem nō vocandū pterriret. Qui alijs in locis pœnitētes laudat, atq; de illorū pœnitētia gaudiū angelis quoq; futurū pollicet, hic vt ad pœnitētiā peccatores cōuertat, mūdi finē, malaq; tūc imminētia, tristia pnunciat. Sciēdum vero nōnullos tā duros syluestresq; inueniri hoīes, q̄s neq; blāda inuitēt, neq; formidanda terreant, hos relinquere volumus, quandoquidem nemo corrigit eum quem Deus despexerit.

(Margin: D; Ioan. 11; Homines vti diuersimode trahātur.; Gregor.)

Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gētiū, arescētibus ho-

bus hominibus præ timore & expectatiõe, quæ supueniēt vniuerso orbi.

Dñs noster Iesus Christus diem volēs prænunciare extremum, q̃ terribilia hunc diem præcessura sint indicia, manifestat, quo nobis significare voluit, q̃ terribilis sit futurus suo ad iudicium aduentu, quãdoquidem signa sui aduentus terrorem p̃nunciantia adeo erunt formidolosa, vt virtutes cœlorum quoq; moueant, & homines præ timore arescant. Itaq; dicit: Erunt signa in sole, &c. Quæ ista sunt signa, Propheta prænunciat, dicens: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̃ veniat dies dñi magnus & manifestus. Scimus in Christi olim passiõe solem esse obscuratum, ppterea quod lumen suum recusaret ad tàm nefarium mundi scelus (quod mundus Christum, mitem, mansuetum, humilem ac innocentem, non solum negauit, sed varijs etiam pœnis ac cruciatu multiplici affectum occidit) administrare. Hoc modo creditur dñs vniuersalem solis obscurationem p̃nunciasse ante mundi finem futurum, nec lunam daturam suum lumen p solis deliquium vniuersale ac supernaturale. Naturale eñ deliquium solis haud quaquam hic prænunciat. Siquidem quæ modo fiunt naturali, signa aut p digia dici non debent. Ante tñ quam hæc fiant, quæ Lucas scribit, erit in terris pressura gentium, audientur prælia, & opiniones bellorum. Erunt eñ in terris persequutiões, tempestates, terræ motus, fraudes, aliæq; calamitates multæ. Surget eñ gens contra gentem, & regnũ aduersus regnum, atq; adeo erunt absq; pace omnia, vt in eadem domo cohabitãtibus nulla sit futura quies, nulla absq; metu securitas. Tradet enim frater fratrem, & socrus erit aduersus nurum, & inimici hominis domestici eius. Erit enim tunc tempus illud, quo dabitur sedēti super equo rufo, vt sumat pacem de terra, & homines alterutrũ se interficiant. Quanto eñ qs tunc plus valuerit, tanto alios plus opprimet per potētiam. Neq; eñ erit iustitia, neq; iudicium, q̃modo æque nulla erit obediētia. Hãc rebellionem seditiosam, qua homines alterutrum nocebunt, vtpote vbi nemo alteri manebit subiectus, putatur Paulus vocas se discessionem, Nisi, inquiens, venerit discessio primum. Clerus enim a pontificũ obedientia deficiet, summoque pontifici non obtemperabunt. Reges auersabunt, Imperatorem, regem, principes oppugnabunt, nec principibus acquiescent nobiles, & ijs quoq; ne plebeij quidem, sed tumultuosa fraudibus, imposturis & seditionibus plena erunt omnia, vtpote absq; ordine, absq; fœdere, sine iurisdictione, sine regimine. Erit præterea psequutio Antichristi generalis, tantaq; calamitas ac tribulatio, quanta fuerit nunquam ab eo tēpore, q̃ gentes esse cœperunt, hoc est, a mũdi initio, quando filij Dei ex Abel descendētes, a filijs Cain, vnde gentes orti sunt, fuere diuisi. Aut quando a tempore diluuij filij Sem, seu filij Abrahę manserunt in vnius Dei veri cultu separati ab alijs nationibus ad idololatriam & tyrannidem pla bentibus, atq; idcirco gentium nomen obtinentibus. Ruent præterea qui tunc circa illud tempus in mundo inuenientur, gladio & peste, & in captiuitatem ducent, fames quoq; & rapina deuorabit eos: atq; vt hic sequitur, arescent homines p̃ confusione sonitus maris, & expectatione quæ superueniēt vniuerso orbi. Timor eñ formidoq;, & malorum grauiorum expectatio sola faciet, vt homines pallidi, meticulosi, exanimati, indeq; arescentibus fiant. Nihil eñ subito perit. Videmus virētia quæq; quantopere vt suam retineant vitã, conentur se tueri. Videmus animata quoque sensibilia pro vita sua digladiari. Et nihil habens vitam vult perire, sed quamdiu hãc potest, tuetur. Hoc tamen quoq; constat, dum creatura quæuis perire debeat, id fieri haud quaquam absq; magna pressura & violētia. Homo quãto cruciatu & dolore, quanto tremore, quanq; terribilibus moritur indicijs? Quo conatu se tueri nitit, vita hominis ne finiat? quantũ patit ne a corpore separet anima? Pari modo mundi vita, hoc est, flos, lætitia, gaudiũ, voluptas, honor, potentia, sanitas, fortitudo, vbertas, & id genus alia, quæcunq; suis amicis administrare solet mundus, antequã intereant, magno debent terrore, magna calamitate inge[illegible]tique pressura finiri.

Nam virtutes cœlorũ mouebũtur.

Virtutes cœlorũ, hic angelos cœlestesque creaturas vocat, q̃ visis mirabilibus his mouebunt stupore diuinę iustitię. Nã in se licet sint ipsæ securæ atq; tranqllæ, videntes tñ tantam venturi iudicis iram, tantã iustitiæ diuinæ censuram, tantam impio-

Ioel 2
Acto. 2
Matth. 27
Grego.
Lucæ 21
Mich. 7
Apoc. 6
2. Tim. 2
Matth.
Gen.
Gen.
Gen.

piorum damnandorumq; multitudinem & calamitatem, expauescent, admiratione reuerentiaque quadē erga iudicē se inclinantes.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Matth. 15 Olim in nube ascensurus in cœlū a mūdo iudicatus recessit dominus Iesus, nunc simili modo iudicaturus mundū in nube adueniet, q̊d apostolis quoq; dum in cœlū suspicerent ascendentē, prædictū est ab
Acto. 1 angelis. Viri, inquiunt, Galilæi, quid admiramini? &c. Sic veniet, hoc est, in carne veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Bene aūt additur, Cū pote
Ioan. 18 state magna. A mundo nanq; olim iudicatus ante iudicem stetit humilis atq; veluti infirmus: nunc vero mundum iudicatu
Matth. 19 rus videbitur in potestate & maiestate, vt pote cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Nullo tamen modo est putandum quod impij siue damnandi Christū visuri sint in maiestate diuinitatis, sed in sola duntaxat humanitate. Porro boni vide
Psal. 149 būt eū in humanitate & diuinitate. Cogitate modo filij, quam læti erunt tunc, q̄ exultabunt sancti in cubilibus suis, q modo in domino dormierunt, quam securi resurgent qui ante, hoc est, modo in vita hac mortali resurrexerunt a peccatis & vitijs suis, quomodo beatus est q habet par
Apoc. 20 tem in resurrectione prima. Prima resur-
Resurrectio prima quę sit rectio est animæ in hac vita a peccato ad virtutem per pœnitentiam atq; emendationem vitæ resurgentis. Quicunq; itaq; iam in prima hac resurrectione partem habet peccata suā damnans, mūdum calcās, à malo abstinens, bona operās, & ad finē vitæ hoc modo perseuerans, haud illi nocebit quod aliquando vitijs fuerit subiectus, quod mundo seruierit, quod à diabulo fuerit captus, captiuusq; ad tēpus manserit, maxime si eo tempore q̊ adhuc tam mala q̄ bona agere potuerit, suorū pœnituerit maloꝝ, si Christi gratiā quæsierit, si ad Dei p̄ceptorū obseruantiā redierit. Neque eñ in extremo tēpore timere habebit, sed iudici securus tranqilusq; astabit, ab eodē nō abijciēdus, sed benedicēdus.

G
Psal. 140 Proinde modo filij quę tūc euētura sint vobis, p̄cogitate. Modo timete, modo delicta vestra plāgite, modo Dei misericordiam quęrite, dñs eñ vt q̊tidie nūc legimus) ꝑpe est. Prope est tibi ad erogandā miseri- Esaiæ. 55
cordiā, ꝑpe est ad gratiā in te multiplicādā prope est, occurretq; tibi, vt te sicut prodi Lucæ 15
giū filium reuertentē, pater in amplexus recipiat, oīa donans tibi delicta teq; sui cōstituēs regni cohæredē. Si igiť reuersus ad illū fueris (quomodo monet) toto corde, effundet suæ in te gratiæ benedictionē: poteris quod te modo putas nō posse. Super Psal. 90
aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Cadēt à latere tuo mille hostes, & decem milia inimicorum, insidiarumq; a dextris tuis, ad te aūt malum non appropinquabit. Custo- Psal. 17
diet eñ te dñs vt pupillā oculi, & sub vmbra alarum suarum, hoc est, sub brachijs, suis in cruce sup te expansis proteget te.

Filioli non deterreat vos peccatorū, neque multitudo, neq; enormitas. Quē timetis, pater est vester, si vultis, non iudex. Sanare vult, non percutere. Aduocat, non repellit. Et quid dico aduocat? quum etiam vobis occurrat, in amplexusq; suos vos recipere festinet? Nolite illum sua expectatione fraudare. Facite quæso gaudium patri Lucæ 15
super reuersione vestra cōuiuium instauranti. Facite gaudium Dei angelis in cœlo super vestra pœnitentia tripudiantibus. Quid cunctaris o anima peccatrix? Patrē vides tuum in tui amplexus brachia extendentem, & formidas? Tuus est amator, saluator tuus est qui occurrit. Ad eū, si ab omni metu vis fore liber, fuge. Vide quam desideranter te expectat. Vide quā amanter inuitat. Vide q̄ misericorditer recipit, quā protegit & benigne & potenter. Iam H
igitur filij in eius recipiamur gratiam, iam eius efficiamur amici, & in extremo iudicio non timebimus. Siquidem quomodo hinc eximus, ita in iudiciū citabimur. Scri Eccle. 11
ptū nanq; est: Lignum siue ad Austrū ceciderit, siue ad Aquilōem, ibi erit; hoc est, homo quomodo in morte inuentus fuerit, & quomodocunq; suam terminauerit vitam, iuxta hoc reperietur in iudicio. Itaque si castus, si benignus, si misericors, si Dei charitatē habens ac ꝓximi, vixeris perseueraueris q; vsq; ad mortē nihil in illo tibi iudicio timendum est. Neminem tunc accusatorem habebis peccatorum tuorum, modo tu accusaueris teipsum in hac vita pœnitens. Nūc igiť nō dissimulemus peccata nostra, modo accuset nos cōscien

tia nostra. Ante vulneret animam nostrã afficiatq; mœror, quam ad sacerdotem accedimus, quod tam inique, quam negligẽter in Dei egimus officio. Filioli, nõ sufficiat vobis confessori narrare peccata vestra, tanquam is qui enarrando texit historiam, aut fabulã enunciat, sed mœrenti atq; irato in vos animo oportet cõfiteri, gd egeritis mali. Nec tñ mœror hic vester generetur ex priuato amore, puta ex verecundia atq; intolerantia ignominiæ, quã peccando coram hominibus cõtraxistis, nec propterea quod vitiorum notati sitis apud homines: sed ideo o pœnitens, tibi est dolendum, quod pijssimum dominum creatorem, ac redemptorem tuũ offenderis, q̊d amatori fidelissimo perfidus, contumeliosus, ingratusq; fueris, q̊d deniq; eius amicitia & gratia (quam sup omnia debueras ambire) te spoliaueris, aut q̊d saltem illam vires tuas labefactãdo nõ auxeris. Si itaq; hoc modo teipsum planxeris, in iudicio extremo eris securus, nec quod plangas, sed pro q̊ gratias agas, habebis.

Confitendum cui sit.

Dolendũ cur sit pœnitenti.

His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

l Tremenda hæc quæ prænunciat, quantum bonos & electos exterrere nõ debeant, sed potius consolari, p hæc verba quę superioribus subiungit, indicat. Consolatur enim omnes quibus hic aut non placet mundus, aut qui mundum non diligũt q̊d sui illis appinquat redẽptio. Siqdem nõ raro contingit, vt q nõ diligũt nõ diligantur quoq; à mundo. Mox enim suos pcipit mundus, vel amicos, vel inimicos. Blanditur enim amicis suis, odientes se infestat. Vnde fit, vt ij qui mundum nõ amant, molesta hic multa quæ mundus illis propinat, ferre cogãtur. Hos itaq; qui mundi sunt hostes, quos mundus hic præmit persecutionihus, molestijs, ærumnis, infirmitatibus, alijsq; calamitatibus multis, dñs alloquitur, vt non propterea timeant, si finis appropinquet mundi: qa hæc mũdi tribulatio illis erit redẽptionis occasio, qua ab omni miseria liberentur. Leuate, inquit, capita vestra, exultate & gaudete, quoniam appropinquat redemptio vestra. Exilium vestrum tũc finietur, soluet captiuitas qua hic detinemini inuiti. Quare vestrum non est in mundo plorare, sed super mundi ruina gaudere. Mundi enim ruina erit, non tam animæ quam corpori vestro vera perfectaque libertas.

Et dixit illis similitudinẽ: Videte ficulneam & omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos cũ videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

Quemadmodum ex fructu arborum vicinam cognoscitis æstatem, ita ex ruina mundi prope cognoscite regnum Dei. Fructus nanq; vester, mũdi ruina est. Quare enim mundus floret, quare germinat, quare fructum parit, nisi vt primo flos pereat, deinde germen tandẽ fructus, postremo mundus quoq; cum suo germine intereat? Illis autem transeuntibus, vobis appropinquabit regnum Dei. Nihil eñi hic nascitur perpetuum, nihil stabile manet, nihil absq; miseria pseuerat beatũ. Propterea filij, nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. Nihil est in mũdo vestrum. nõ estis vos de hoc mũdo. Cadat, ruat, trãseat mundus, & omnis concupiscentia eius. Vos diligite dominũ nostrũ Iesum Christum, & aduentũ eius: Hũc maxime, q̊ reformabit corpora infirmitatis vestræ, configurata corpori claritatis suæ. 1. Ioan. 2 Phil. 3

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Aut generationem hãc carnalem Iudæorum intelligit, quæ nõ deficiet, quin alius alio semper moriente nascatur, successioq; nascentium sit cõtinua, donec hęc oĩa euenerint. Aut q̊d ecclesię generatio filiorũ ac fides nunq̃ vsq; in finem deficiat. Affirmat aũt hoc, modo suo cõsueto loquẽdi, Amẽ dico vobis, ac si diceret: In veritate hoc certissimum teneatis potius cœlum & terrã transitura, quã verba mea aut impfecta, aut manere nõ implẽda. Nõ q̊d cœlum & terra prorsus peribũt, sed q̊d iuxta hũc modũ essendi, quẽ habet modo, peribit cœlum terraq;. Neq; eñ cœlum iuxta hunc modum q̊ modo regitur, manebit, qa non mouebit, & clarius quã modo erit: manebit tñ secundum suã substantiã essentiamq;. Vos ergo filij ad patrẽ vestrũ cœlestẽ aspirate, de mundi ruinis exul-

ultate, vt omnium electorum appropinquet redemptio, desiderate, vt omnes reformemur & impleamur gloria cœlesti, p dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Qui sint, qui de aduentu domini gaudeant, qui metuant, & de triplici aduentu domini.

R Espicite & leuate capita vestra quoniam appropinquat redẽptio vestra, Lucæ XXI. Si ea præcedũt hæc verba filij, recolimus, inuenimus dominum signa quędã nobis de mundi fine prænũciasse, quæ oĩa tristia fore significãtur & calamitosa. Propterea electos suos amicos, quibus mundus fastidio est, dominus consolatur quoque, quod eorũ appropinquet redẽptio, vtpote qui cũ hoc mundo nõ peribunt, sed ipsorum captiuitas, ipsorũ ærumnæ, grauamina tribulationesq; finient. Abstergeteñ tunc Deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum suorũ, quoniã priora, hoc est, luctus, dolor, clamor, mors, aliaq; id genus tristia transibunt. Consolat igitur eosdẽ, qm̃ his fieri incipientibus, appropinquat ipsorum redemptio: quomodo impijs quoq; terrorem ediuerso vult incuti, quod his eisdem fieri incipiẽtibus, illorum finitur consolatio, pereũtibus his in quibus confidebant: incipit vero illorũ desolatio ac mœror, qui perpetuus illis durabit. Manifestum itaq; est, quibus pijssimus Iesus formidandum seculi finem, q bus metuendum suum prædicit aduentũ. Nempe his qui amici sunt huius seculi, qui filij sunt mundi, qui præsentia amant, qui a caducis his rebus grauate ferunt separari. Nã Apostoli, electi quoq; Dei oẽs, quomodo tristarentur de fine mundi, cũ in mundo haud aliter tenenantur, quam in captiuitate constituti? Cogũtur eñ in mũdo videre, coguntur audire, coguntur deniq; tractare, quæ inuiti audiunt, vidẽt & tractãt, imo quæ secundum Dei voluntatem odiunt. Quicqd eñ mundus iactat, quicqd mirat & amat, hoc ipsi vilipendũt & spernunt. Quamobrem ipsi quoq; rursus a mundo spernuntur & odiuntur.

Esaiæ 25
Apoc. 13

Dicite itaq; dominus electis suis: His fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra. Mœrentium, oppressorum ac calamitosorũ est oculos, & caput ad humũ deflectere. Quare liberationis, consolationisue, si illis oriri spes cœperit, subito animæquiores facti, & oculos & capita erigunt.

Multos variosq; hic in mũdo Deus habet amicos, & plerunq; adeo secrẽtos, vt sepenumero, qui in delicijs, qui in felicitate huius mundi versari videntur, in tribulatione siue mentis, siue corporis sint maxima constituti. Multi enim q florere videntur in mundo, adeo premũtur a mũdo in omnibus ipsis aduersario, vt licet in exteriori homine, circa eos appareat, videaturq; mundi schema, in eorum tamen cordibus iam aruit. Sciunt hoc nõ pauci, ij scilicet qui in medio viuunt mundi, nec a mundo se excutere possunt, viuentes sub necessitatibus mundi in angustiã cordis, quibus nullam parit mũdus cõsolationẽ, sed (vt dixi) necessitatem & pressuram. Hi reuera (quamuis sæpe aliter, hoc est, indigne iudicentur) nõ sunt filij seculi huius, sed sunt de horum numero, quibus ex fine mũdi appropinquat eorũ redemptio.

Amicorũ Dei secretorũ diuersitas.

Hæc dixerim filij idcirco, ne quispiam fratrem suum iudicet propterea quæ in exteriori videntur homine. Multiplex enim variaq; crux est hominum, præcipue quæ foris non videtur. Sed quotquot sunt, illis prædicit dominus: quoniã appropinquat redemptio vestra. Quasi diceret: Nõ semper in pressura angustiabitur cor vestrum, nec vos odio semper mũdus habebit, nec erit vt diutius filijs huius mundi sitis in derisum, & similitudinem improperij. Siquidem cum mũdi videritis finem, etiam exilij calamitatumq; vestrarum finem adesse gaudete. Leuate igitur capita vestra, spem resumite, qñiam prope est redemptio vestra, soluetur captiuitas, apparebit patria tantopere desiderata. Heu filij, cur in captiuitate, & exilio hic positi captiuitatem, & exilium amamus? Cur hinc separamur tam inuiti? quandoquidem his qui Deum amãt, erit egressus eorum redemptio, erit libertas, erit pax & securitas, cum ediuerso vita hæc p̃sens, seruitus & calamitas, labor sit & afflictio spiritus. Verũ o beatos illos captiuos, beatos afflictos, quos mala mundi pturbantia nõ pturbant, q animas nouerũt suas possidere in patiẽtia, O felices, inq̃, eos q̃s nigil nisi læsa cõsciẽ

Sapien. 5

Lucæ 21

tia, nihil pter Dei offensionẽ cõtristat. Hi sunt q in hoc mundo viuũt quidẽ, de mũdo tamen nõ gaudent, qui in mũdo sustinent pressurã, vt in solo vero Deo confidẽtes gaudeãt, q̃rum studiũ, quorum amor, quorum lætitia solus est Christus dñs noster. Præcessere nos horum multi ad patriam, qui olim in exilio constituti, ludibria & verbera experti, insup & vincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, in occisiõe gladij mortui sunt. Ecce beatificamus eos q sustinuerunt. Salutiferũ nobis tã vitæ quam mortis suę reliquerunt odorem, non verbis tantum, verum opere & virtute etiã nobis clamant: Nolite diligere mũdum neq; ea quæ in mundo sunt. Transit enim mundus & concupiscentia eius. Itẽ: Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituetur. Quis hic non videt filij, quã præstet Dei habere amicitiã, quã mũdi esse Dei filium, Dei amicum, q̃ seculi? Stipendia eñi peccati (quæ administrat mũdus) mors: gratia aũt (quã habemus p Christũ) vita æterna est. Estote igit filij prudẽtes, & vigilate in oratiõibus. Vigilate, non in ebrietatibus aut commessationibus, non in cubilibus & impudicitijs, nõ in mũdi leuitatibus (quam vigiliam Apostolus somnum, id est, Dei obliuionem vocat, dicẽs: Hora est iã nos de somno surgere) sed in oratiõibus cõtra aduersariũ nostrum diabolum, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret. Vigilemus contra tela illius nequissima, scilicet contra superbiam, inuidiam, temulẽtiam, crapulam, luxuriam, cenodoxiam, auaritiam. Recolamus quod aduenę duntaxat et peregrini sumus super terram. Neq; enim nostra hæc est patria, nec manẽtem hic habemus ciuitatẽ in terra, propterea nõ seculi, sed regni cœlestis ciues sumus. Ad modicum hic incolæ sumus & viatores, quorum est mundum transire, non in mundo quiescere. Gaudeant hic igit quorum est mundus patria, qui solum hoc q̃d breue & momentaneum est, felicitatis habebunt. Nostrum qui in captiuitate sumus constituti, non est gaudere de carcere, sed gemere, aspirareq; ad nostri redẽptionẽ. Nostrũ est die noctuq; votis supplicibus ad patrẽ clamare, ad eius ianuã pulsare, vt aliqñ ad se nos introducat, orare. Hoc desideriũ adeo nobis debet esse cordi, adeo in animo fixũ, adeo ppetuum, tam potens atque vehimens, vt quid interia iuxta nos mundus agat, non aduertamus, hoc est, vt nihil pensi habeamus, a mundo siue beatificari, siue vituperari, exosum haberi an diligi. Conuenit queq;, nos nec pro honore contendere, nec p diuitijs rixari, sed ne lætari quidẽ p temporalibus bonis, q̃n potius aduentũ Christi in silentio præstolari, auscultare ad vocem præconis dicentis: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. O quã beati sunt illi, q hanc vocem læti securiq; audiunt. Omnibus eñi nobis (quod sub typo parabolaque decem virginum, quarum quinque prudentes & quinque erant fatuæ) audire continget media nocte, id est, hora qua non putabimus: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Ad hãc vocem alij trepidabũt, alij exultabũt. Quo modo enim in magna domus familia si dominus q aliquanto fuerit tempore a domo absens, aduenire prędicet, de familia q dam, puta qui domino fuere fideles, & q domini amant desiderantq; aduentũ, gaudent: alij tristantur, vtpote serui pigri, inobedientes, & qui peccauerunt in dominũ. Ideo autem tristantur, quia neq; consolationem a dño, neq; laudem meruerũt præuaricatores. Expectãt itaq; dñm tristes, à q̃ sciunt se castigãdos, nõ remunerãdos.

Mulier adultera nõ gaudet de sui mariti aduentu: porro fidelis & casta coniũx vehementer, vbi adesse maritus nũciatur, exultat. Sic qui de aduentu domini nõ lætatur, signum est eum ita vixisse, vt magis formidet iudicem quam vt sentiat cõsolatorem. Mallet igitur dominum nunquam venturum, ne dare illi pœnas cogeretur.

Itaq; tu vis gaudere de aduẽtu Christi? Esto bonus & fidelis, & erit tibi Christi aduẽtus gaudio. Quamuis eñi aduẽtus eius ille in carne olim pterierit, est tñ aduẽtus adhuc alius Christi futurus, quo veniet ad iudiciũ, siue ad mortem. Licet enim inter vtrunq; nonnulli distinguant, quasi alius ad iudiciũ particulare, alius sit aduẽtus ad iudicium vniuersale, hic tamen pro vno accipimus. Si enim circa mortẽ in iudicio illo (vt vocant) particulari fueris liber & absolutus, in iudicio extremo, q̃d vniuersale dicunt, pariter stabis a timore immunis. Triformis igit Christi est aduẽtus. Primus est aduentus in carnẽ. Hic fuit mãsuetus & pius, misericordia nimirũ & pietate plenus. Venit eñi filius hoĩs colli ge-

Marginalia: Hebr. 11 — Iacobi 3 — 1. Ioan. 2 — Iacob. 4 — Rom. 6 — 1. Pet. 4 — Rom. 13 — Ibidem. — 1. Pet. 5 — Ephe. 6 — Psal. 38 — Hebr. 13 — Ephe. 2 — N — Gaudere qui nã in hoc seculo possint. — Matth. — Simile. — Aliud. — Aduẽtus Christi b'[illegible] gaudio. — Aduẽtus tripl[ex]. Lucæ

gere,non dispergere. Venit misereri & parcere. Venit in mundũ non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Quod vt nobis ostẽderet Ecclesia, in multis hodie locis idem legitur Euangelium quod in die palmarum consueuit legi: Dicite filiæ Sion, quia rex tuus venit tibi mãsuetus, sedẽs sup asinam. Vere mansuetus, qui seipsum quoq; venisse testatur, nõ propter iustos, sed vt peccatores vocaret ad pœnitentiã. Eos nimirum peccatores, qui se peccatores & agnoscunt & arguunt. Huiusmodi enim peccatoribus se pium, benignum, exhibuit & affabilem. Cum huiusmodi manducauit & bibit, adeoq; se illis exhibuit non modo propitium, verum etiam familiarem, vt à pharisæis publicanorum amicus criminaretur. Quo palam ostendit se in hunc venisse mundum, vt saluum faceret quod perierat. Itaq; huius aduentus celebratio, nihil aliud est, quam diuinę incarnationis commemoratio, gratiarumq; actio & laus. Admonemur enim gratitudinis tantum beneficium recolentes, quo ex ingenti calamitate ac miseria erepti sumus. Admonemur deinde desiderij atq; expectationis sanctorum patrũ expectantiũ in lymbo, q non minus patientia longanimi, quam ardenti desiderio expectarũt Christi aduentũ. Hic nostra o filij accusat tepiditas, nostra frigiditas, seu inertia dãnatur, q de Christi aduentu ferme nihil exultamus. Hi enim patres de Christi aduẽtu certi, multis desiderijs tempus incarnatiõis eius, eius passionis, suęq; redemptionis expectabant. Nos multo sumus certiores facti, siquidem Christi incarnationem, nostri redemptionem, & qc quid præterea antiqui credebãt futurum, nos credimus consummatum & impletũ. Quanto ergo quod factum ac pręteritum est, creditur certius, eo quod adhuc restat, speraturq; futurum, tanto nos certiores, quam patres fuere antiqui, sumus in fide. Deinde quicquid ipsi post lõgissimam captiuitatem, postque multorũ annorum curricula erãt accepturi, nos, modo illis fide & opere pares fuerimus, aut saltem eos fuerimus imitati, mox post mortem absq; vlla diuturniori captiuitate recipimus. Illis nil contulit queuis iustitia vt cœlum intrarent, antequam filij Dei sanguine forẽt reconciliati, adeo vt Ioannes quoq; Baptista, q̃ maior surrexit sanctorũ nemo, lymbum ingredi, expectareq;, dum cõsummata foret humani generis redemptio, cogeretur. Nos mox vt à corpore egredimur, nisi ꝓpria nos culpa purgãda remoretur, beatitudo plena recipit. Nihilo tñ sumus gratiores Deo, nec gratias agimus Deo tãtas pro beneficio quod factum est, quãtis illi desiderijs ac votis vt fieret, impetrarũt.

Cum igitur idem sit pręstitum beneficium ex Dei incarnatione tam hís qui præcesserũt, quam istis qui Christi sunt incarnationem sequuti (Nempe vt ijs qui in captiuitate expectabant, plena daretur liberatio: istis vero ne captiuitatem cogerẽtur ingredi, libertas: & maius sit captiuitatem nõ ingredi, quã à captiuitate, quã diu perpessus es, liberari) quare tam parua deuotione hoc Christi beneficiũ, i. eius incarnationẽ celebramus? Est alius aduentus, in mentẽ hominis, s. Hic adeo est vnicuiq; ad salutem necessarius, vt sine ipso primus aduẽtus nemini profit. Quisquis eñ Christum nõ receperit in mentẽ, huic nõ ad salutem, sed ad damnationẽ erit Dei incarnatio. Dei eñ beneficijs nõ vti, & ingratũ esse, damnabile est. Hic aduentus q̃tidie agitur. Quotidie eñ mẽtibus humanis Christus illabitur, & quotidie parandus illi est locus. Propter hũc aduentũ in epistola admonemur de somno, hoc est, de pctõ surgere. Habet enim somni similitudinẽ peccatũ. Quõ enim somnus vsu hominem priuat rationis, quomodo eum nihil percipere, sentireq; facit, ita peccatumquoq; facit. Quapropter scriptũ est: Traxerunt me, & ego nõ sensi, verberauerũt me, & ego non dolui. Trahit reuera à diabolo peccator, nec tamen pessimi dæmonis tractum sentiens, sequitur vt bos ad victimam. Sponte eñ se homo ante diabolo subijcit, quam in illum quicquã possit diabolus. Veruntamen potestate in eum semel accepta, victo durius imperat. Ah filioli, adueniat dominus noster Iesus Christus in nos, atque illustratione aduẽtus sui, hoc est, visitatione spiritus sui, in nobis destruat opera Satanę, vinculaq; qbus ille nos cõstrinxit, soluat. Credite filij nõ leuẽ esse rem captũ teneri à diabolo hominẽ ac vinctum, quõ vos estis oñes, quotquot in mortali detinemini peccato, q̃tquot in voluntate perseueratis mala, agendi aliquid, quod sit peccatum mortale. Cõtinuo eñ ceruicem

Marginalia: Ioan. 3 — Matth. 21 — Zacha. 9 — Matth. 9 — Pctõres cuiusmodi vocet Christus. — Matth. 11 — Lucæ 7 — Matth. 11 — Lucæ 15 — Matth. 11 — Aduentus Christi secundus q̃ sit homini necessarius. — Roma. 13 — Peccatum vti habeat somni similitudinem. — Prouer. 23 — Prouer. 7 — Capt' vinctusq; à diabolo qs sit.

vobis frāgeret,& animā e corpore extrusam mergeret in inferni abyssum, idq; merito ac iure faceret(q̄d illi etiā nonnunquā à Deo cōceditur)nisi Dei id benignitas vetaret,ad pœnitentiā te expectans, atq; salEzech.18 uare,non dānare cupiēs. Nolo em̄,inquit, mortem peccatoris,sed vt cōuertatur & viRom.2 uat. Sed audi quid Apostolus tibi clamet: An ignoras,q̄a benignitas Dei ad pœnitētiam te adducit? Tu v̄o secundū duritiam tuā,& impœnitēs cor, thesaurizas tibi irā in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundū op̄a eius. Deus quidē te misericorditer expectat, at tu hac expectatiōe abuteris, thesaurizās tibi
Thren.3 iram. Verissime igitur dixit q̄dam: Misericordiæ dn̄i,q̄d non sumus cōsumpti, Mul
R tæ em̄ sunt miseratiōes eius. Nos tamē quasi in somno ambularemus,& p̄inde ac si essemus securi,quō qui dormiunt,securos se putant,q̄a periculū nullum sentiūt, ita nihil solliciti sumus,nihil timemus, nihil deniq; agimus pro salute nostra,cū reuera magna opus est nobis sollicitudine, ingēti pauore, q̄nquidem q̄s amore odio-
Eccle.9 ve dignus sit,prorsus nescimus. Conscientia tamē nostra inferno nos obnoxios (si iuste nobiscū ageretur iuxta demerita nostra)clamat. Quotus enim in nobis est nostrū,q̄ non semel victus spōte succubuerit diabolo? Quotus q̄ nunq̄ peccauerit mortaliter? Quis baptismi gratiā innocentiāq; sibi à Christo coemptā hactenus seruauit? Vereor p̄fecto filij,ex adultis neminē,aut perpaucos esse huiusmodi. Si q̄ tamē sunt, gaudeant super misericordia dn̄i,quæ nisi eos custodisset,innocētes nō essent, sed essent vt reliqui nos oēs,pabulum & esca gehennę ignis. Et quō læti atq; securi in tantis p̄iculis merito nō diceremur dormire?

Euigilate igit̄ filij,q̄m̄ hora est iam nos de somno surgere. Haudquaquam diutius est nobis expectandum, sed hac hora cor, Rom.13 mens oēsq;cum animi,tum corporis vires à peccato auertendæ, & ad Deū sunt conuertendæ. Hodie incipiamus nos corrigere(cras enim an nobis vita supersit,incerti sumus)Hodie de somno euigilātes,ad Deum nos cōuertamus, atq; dn̄i aduētui præparemus locū. Tertius est aduentus ad Aduentus ad iudic. iudiciū. De iudicio hoc nouissimoq; die, quo extremū agetur iudiciū, Christus Caiphę respondit adiuranti: Videbitis filium Matth. hominis venientē in nubibus cœli. Qui itaq; secundum aduentum gustauit,& perseuerans vsq; ad mortem, de hoc mundo absq; mortali p̄ctō, siue in gratia Dei exiuit, securus videbit Christi vltimū aduentum ad iudiciū. Gaudete igitur filij quicunq; hic estis in pressura, quicunq; paupertate,afflictione,persecutiōibus,ærumnisq; hic opprimimini,quia pressura ipsa, quā fertis,vobis prænunciat,quoniā prope est redemptio vestra in Christo Iesu.

DOMINICA III. ADVENTVS DOMINICI, epistola B. Pauli Apostoli,ad Philippenses quarto.

III.

GAudete in domino semper. Iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus,dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis, sed in om̄i oratione & obsecratione,cum gratiarum actione,petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras,in Christo Iesu domino nostro.

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

OBseruauit Ecclesia,vt in his diebus aduentus dn̄i epistola semper legatur,quæ memoriā aduētus habeat dn̄ici,vel in carnem, vel ad iudicium. Quamobrē hodie quoq; hac vtitur epistola,quæ aduentum domini vicinum, ac prope esse nobis significet. In hac autem epistola crebrius nos admonet gaudere Apostolus,haud dubium,q̄d Iacob.1 in libertatem filiorum Dei vocati sumus. Siquidem cum non om̄e gaudiū sit iustorū,nec parum,quo quis exultet gaudio,referat, ne putemus in honoribus, in pompis,in voluptatibus,alijsve mundi vanitatibus gaudendum, omnibus his exclusis gaudiū vnum nobis inculcat religiosum, dicēs:

Gaudium sanctū q̄d. Philip.4 dicēs: Gaudete in dn̄o semper. Gaudete in
beneficiis, in donis & miserationibus diui
Roma.8 nis, gaudete in gratia adoptionis filiorum
Dei, gaudete in oībus bonis, quæ fecit vo
bis Deus vester, gaudete postremo in tri-
Iacob.1 bulatiōibus, etiam dū in varias tētationes
incideritis. Neq; em̄ sanctū hoc gaudium
in luctu q̄q; deest homini pio, nec sancta
cōpunctio impeditur in hoc gaudio. Gau
Philip.4 dete igitur in dn̄o gaudio semp continua-
2.Cor.7 to, q̊ à vobis seculi excludatur tristitia, quę
mortē operatur. Iterum q̄q; dico gaudete.
Est em̄ alacritas spūs certissimū signū in-
habitantis gratiæ Dei, & p̄sentiæ spūs san
2.Cor.6 cti. Ne tamē foris prodeat hoc gaudiū im
modeste, muteturq; in tēporale gaudium,
vnde fiat postea vobis occasio tristitiæ, ser
uetur modus in oībus, vt sitis foris quasi
tristes, semp aūt intus in Deo gaudentes.
Qui em̄ thesaurum inuenit magnū, nō po
test de inuēto non gaudere thesauro. Verũ
si prudēs est, metuit inuentū aliis manife-
stari ex gaudiorũ eruptione, vnde eueniat,
illū thesauro iterũ priuari: gaudet quidem
secum, sed gaudiū suū foris celat, ne amit-
tat. Ita vobis q̄q; expedit spūs alacritatē, &
deuotionis lætitiā modeste p externa gau
diorū signa ostēdere, ne erūpendo immo-
derate gaudium amittatur. Hæc aūt vobis
debet inesse modestia, nō in hoc tm̄, vt nō
excedatis in superflua effusione gaudii, sed
in omnibus etiam verbis, motibus, passio
nibus, & actionibus vestris aliis. Nota sit
2.Cor.2 modestia vestra oībus hoībus, vt oēs in vo
bis ædificētur, sitisq; bonus odor Christi
1.Petri 2 in om̄i loco. Simile aliqd Petrus dicit: Cō
uersationē vestrā inter gentes habete bo-
nam, vt in eo q̄d detrectant de vobis tanq̄
de malefactoribus, ex bonis operibus vos
considerantes glorificent Deū in die visi-
Matth.5 tationis. Et Christus: Sic luceat lux vestra
corā hoībus, vt videant opa vestra bona,
& glorificēt patrem vestrū, q in cœlis est.
Sit igitur in oībus vestris moribus mode-
stia. Dn̄s em̄ prope est vobis, & nunq̄
deseret vos, paratus dare vobis quacūq; re
indigueritis. Nihil igit̄ solliciti sitis, oēm
1.Petri 5 sollicitudinem vestrā proiicientes in eum,
quoniā ipsi cura est de vobis. Siue enim fu
Psalm.33 eritis in tribulatione, iuxta est dn̄s his, qui
tribulato sunt corde. Et in Psalmo de sei-
Psalm.90 pso dicit: Cū ipso sum in tribulatione, eri-
piā eum & glorificabo eū. Siue fueritis in
Matth.6 egestate, modo primū quærite regnū Dei
& iustitiā eius, & om̄ia adiicietur vobis. Sollicitudo mala.
Est em̄ quædā sollicitudo pro rebus tēpo
ralibus, qua auari pleni sunt, & adeo occu
pati, vt animā suam cū vita æterna, & negli
gant, & amittant, hæc interdicitur. Est ta- Sollicitudo bona.
men alia solicitudo spūalis, quę est diligen
tia animi p virtutibus, p gratia Dei sibi au
genda, ad euadenda pericula superādasq;
tentationes. Quā sollicitudinem scriptura Mich.6.
cōmendat, Michæa dicente: Indicabo tibi
homo qd sit bonū, & qd Deus requirat à
te, vtiq; facere iudicium, & diligere miseri
cordiā, & sollicite ambulare cū Deo tuo.
Estote igitur sine mundi solicitudine, sed
ea qbuscūq; indigetis ad Deū recurrētes,
postulate. Semp itaq; in om̄i aduersita-
te aut necessitate vestra, petitiōes vestrę in-
notescāt apud Deū. i. huiusmodi sint quæ
Deo innotescāt, hoc est, pbatę sint, Deoq;
acceptæ, quę em̄ Deus nō probat, aut quæ
auersatur, dicitur nō nouisse. Vestrę aūt pe
titiones innotescēt in om̄i vestra oratiōe,
obsecratiōe, & gratiarũ actione, qua pro de
lictis præteritis veniā rogatis, aut vbi p fu
turis Dei donis obsecratis, aut vbi p acce-
ptis bn̄ficiis gratias agitis. Et pax Dei quę
exuperat oēm sensum & intellectū huma-
num, custodiat corda vestra, vt impertur-
bata inter quascunq; etiā permaneant mo
lestias, in Christo Iesu domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ III. Aduentus. Matth. XI.

CVm audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es q venturus es, an alium expectamus?

Verba hęc sunt Ioānis Baptistæ per di-
scipulos suos, q̄s ad Iesum miserat, interro
gātis, an Iesus ipse foret, q Christus dicere
tur, & quem lex Messiā futurū propheta- Esaiæ 35
ret, qui foret expectatio gentiū, & omniū Gene. 49
salus ac redēptio. Interrogat igitur: Tu ne
es, quem prophetæ nunciarunt, quē expe-
ctamus, Messias & Christus venturus, an
alium post te adhuc (q is sit futurus) expe
ctare habemus? Sunt qui (vt Hieron. & Hierony.
Grego.) hāc interrogationē Ioānis intelli Gregor.
gunt de Christi descensu ad inferna, vt sit

verborum sensus, quæstionesq; intentio, quod Ioannes præuidens suum finem ad
Ioan.3 esse (sicut prædicebat: Me opottet minui, illum, hoc est Christū, vero oportet cresce re) interrogare voluerit Christum, quid in lymbo vellet nunciari patribus, an per seipsum etiā foret ad illos descensuros, quo modo iam in mundū venerat incarnatus. Verum alij aliter exponunt, quorū explanatio verior sonat, vt paulo post dicam.

Non obscurum est, quādo, aut quare Ioannes in vincula sit captiuitatemq; coniectus. Vbi enim Herodē Antipam arguisset
Matth.14 de illicitis nuptijs, puta qui fratris sui adhuc viuētis Philippi, ablatam duxerat vxorem, & eos, qui se nefaria copulatione coniunxerant, separare tentabat, dicens: Non
Marc.6 licet tibi ô Herodes rex habere coniugem vxorē fratris tui. Ad Herodiadis adulteræ suggestionem, quam (vt dixi) tunc sub nomine coniugis in delitijs rex habebat, Ioannes in carcerē coniectus est, opportuno tempore, propterea q̊d veritatem dicēs Ioannes iniquitatē arguisset, necandus. Qđ non multo post euenit. Hic in carcere positus, cū videret suos discipulos circa se errare, hoc est, eos putare se esse Christū, qui mundo promissus fuerat, cum Messiæ, id est, Christi præcursor duntaxat erat, antequam ab hoc mundo per martyriū egrederet, erui suos discipulos optabat ab hoc errore, vt se posita ęmulatione pro suo magistro, in ver℞ Dei crederent filium, verum Christum, verumq; Messiā. Quamobrem misit duos ex discipulis suis, qui impensius forent creduli, ad Christum, percunctari eos faciens, & qui Christo dicerent.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

Quærit fortasse continuò quis: Si id Ioannes voluit, vt discipuli agnoscerēt Christum, quare manifeste illis non hoc dixit? Quare ne se Christum discipuli cogitarēt, non prohibuit? Satis prohibuerat Ioānes, dicens: Quem me putatis esse, nō sum ego. Et ad se ab Iudæis missis cōfessus est se nō solum nō Christū, sed ne prophetam qui dē esse. Veruntamen discipuli zelantes magistri sui honorem, & putantes eum id, q̊d esset, ex humilitate negare, ei nō credebāt. Misit igitur eos ad Iesum, nō dubitās tanta apud eum visuros, auditurosq;, vt ad eundē conuersi, verè ipsum esse Christū & magistrum suū, nō solum humilia, sed etiam vera de se profitentem, crederēt. Misit autem eos, postquam audiuit opera Christi. Quæ? Nempe hæc, quæ Christo digna erāt, quæ Christū loquebantur, vt sunt loqui veritatē, pœnitentibus misereri & parcere, euangelizare regnū Dei, facere virtutes & signa, humilem ac mitem nō minus inter adulantes, q̃ inter persequentes esse, peccata condonare, pro malis beneficia retribuere, &c. D Misit itaq; Ioannes discipulos suos ad Christū, vt illum audirēt, & re ipsa probarent illū esse Christum. Neq; enim Ioānes dubitare poterat dn̄m Iesum ipsum esse, qui fuerat mittēdus, Christum Luc.1 atq; Messiam, quandoquidē ipsum in vtero virginis necdum natus q̊q; agnouit. Baptizauit præterea & agnouit. Nam Christo loquens Ioānes: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? quō eundē non nouit? Agnouit deniq; paulopost, patris audiens vocē super eum, dicētis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Non caret aūt instructione hoc factum Ioānis. Commendat enim nobis sollicitudinem piam, quam pro suis gerebat, ne moriens eos in errore ignorantiaq; relinqueret, vt etiā eis notitiā, familiaritatemq; cum Christo cōpararet, quo post suam mortē illi adhærerent. Et vos filij super familia domus vestræ vigilate, & ne peccatum, neve ignorantia eos seducat, curate. Instruite eos, in viā veritatis dirigite, atq; ad pia opera eos (maxime q vobis commissi sunt) exercete. Sit vobis gaudio familiā vestram, & eos qui vobis sociantur, non solū ex instructione, sed ex conuersatione vestra etiam fieri meliores. Non detineat vobiscum Ioannes in vinculis, hoc est, zelus iustitię, & prædicatio veritatis à vobis non solum non impediatur, sed etiam ne abscondatur quidem. Loquimini vnusquisque veritatem cum proximo suo. Nemo odiat fratrem suum, sed vbi deliquerit, publice, aut clanculum, iuxta conditionem delicti arguat eum. Nolite, inquit, communicare peccatis alienis, magis autem redarguite. Cum Ioannis discipuli ad Christum venissent, vt Lucas quoque refert, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Christus sciens quare ad se missi fuerant viri, opere magis ac veritate illis respōdit, quam sermone. Refert enim Lucas

Ioan.1 Matt.3 Luc.3 Ephes.4 Leuit.19 Matth.18 Ephes.5 Luc.7

Lucas: In ipsa autem hora multos curauit Iesus a languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Erant enim (vt dixi) missi propterea, vt videntes opera Christi, in Christum crederent. Non poterant autem certius informari, quam vt opera, quæ præter Christum nemo potuit facere alius, ipsum viderent facientem. His enim visis, iure hæsitare non poterant, quin foret Christus. Respondit igitur Iesus ad Ioannis quæstionem (vt dixi) non voce, sed opere, quo se Christum & filium Dei probaret. Fecit enim signa hæc non orando, sed pręcipiendo, hoc est, ꝓpria virtute, quod solius Dei esse cognoscitur. Eam ob rem Iudęos quoque non multo post, quod non crederent sibi, inexcusabiles pronunciauit, dicens:
Ioan. 10 Si mihi non creditis, operibus credite. Itē:
Ioan. 15 Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Quasi diceret: De ignorantia se excusare nequeunt, quoniam opera mea testantur me vera loqui, alioqui haudquaquam, quę facio, possem efficere, si falsitas aut impostura foret in me. Hoc modo ijs, qui ad se missi fuerant, etiam hic loquitur, facto ac re ipsa loquens, quasi responderet: Interrogatis me an sim ille, qui mūdo venturus promissus est, opera mea videte & expendite, an sint Christi filij Dei opera, an probent Messiā, an ve alius, qui mundum redimat, quærendus sit.

Et respondens Iesus, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiūt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.

E Non verbis, sed operibus si vultis, inquit, ego vobis respondeo. Ite tantum & dicite, quæ vidistis, cæcos recipere visum, claudos gressum, &c. Beatus tamen nihilo minus, qui non fuerit scādalizatus in me, hoc est, qui scādalum non patitur ex operibus humanitatis, quæ ꝑ infirmitate carnis, & ad probandum humanitatis veritatem volēs tolero, vt minus credat mihi inesse potentiam, virtutemq; diuinam. Qui enim propterea, quod edo, quod bibo, q̄d dormio, quod patior, quod morior, in me scandalizatur, propterea non credens me Deum, illi erit hic aduentus meus, non in salutem, sed in ruinam. Beatus igitur, qui non fuerit scandalizatus in me. Eatis igitur, & quæ vidistis & audistis, renunciate Ioanni. Quasi dicat: Ipse enim, vbi hæc feceritis, exponet vobis ꝓphetiam Esaię de Esaiæ 35 Messia futuro: Ecce Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet quasi ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Vide, quam modeste, quam caste Christus respondit. Non enim dicit se esse Messiam aut Christum, opera tamē coram illis huiusmodi exhibuit, quæ necessario ipsum testarentur Christum. Voluit aūt Christus non faciliter sibi nomen hoc vsurpare Christus, q̄a & Romanis & Iudæis erat nomen inuisum atq; inuidiosum. Sonabat enim regē, non quod quempiam timeret Iesus, sed vt neminem scādalizaret, hoc est, vt scandalum, quod alij inde reciperent (quamdiu ita congruit) euitaret. Propterea discipulis ipsum Christū Matth. 17 confitētibus prohibuit, ne cuiquam hoc, puta quod esset Christus, dicerent. Voluit igitur donec euāgelizasset mūdo, donecq; tēpus illius aduenirent, quo egredi de hoc mundo per passionem statuerat, celari, & non vocari Christus. Quo tempore adueniente, modeste confessus est se esse Christum. Videte autē hic filij, quę signa fuerint, quibus Christus significauerit se esse Christum, Cæci, inquit, vident, surdi audiunt, &c. Nunquid filij, quia cæci iam non illuminātur, non est nobiscum Christus, aut nō sumus nos Christiani? Si signa hęc spūaliter intelligimus, hodie quoque ipsa fiunt. Hęc enim in vniuscuiusq; cōuersione fiunt. Christus in carne veniēs in mundum, multa contulit mundo beneficia sanitatum. Et nunc idem in mentes hominum veniens, non pauciora donat bñficia animarum. Peccator nanq;, q̄diu est peccator, omnia hæc in se habet vitia. Est enim cæcus, est surdus, est claudus, est leprosus, est mortuus, Ab ijs omnibus ærumnis, si Christus in eius venerit mentem, liberatur. An peccator nō est cæcus, q in ocu- Cęcus mystice qs sit
lis Dei frontosus peccat, qui peccati deformitatem non exhorrescit, qui Dei oculos non reueretur, qui futurā sibi damnationē non metuit, vbiq; clausos habens oculos, vbi suæ salutis esset admonendus, aut vnde-

vndecunq; posset conuerti? Non videt peccati turpitudinē, non suā attendit inhonestatem. Non videt, hoc est, non pensat, Dei cuncta cernentis iustitiam. Non videt postremo perpetuam peccatis debitam dānationem, nec suppliciorū enormitatē. Sub hac cęcitate libere peccat, & quasi, aut non esset Deus (sicut scriptum est: Dixit insipiens in cordę suo, Non est Deus) aut quasi fabulæ forent, quæcunq; scripta sunt, quęcunq; nobis credenda proponuntur, securus in peccato edit, bibit, dormit, gaudet & ridet. Breuiter, ducitur à diabolo ad infernales furcas, nec videt. Peccatum enim illum excæcat, sicut scriptum est: Excæcauit eos malitia eorum. Quō itaq; peccator cæcus est, ita etiam surdus. Non audit, hoc est, non recipit verbum Dei, non retinet. Audit quidē aure corporea Christum in Euangelio loquentem, sed non audit aure cordis. Nihil enim in vita eius deprehēditur, vnde q̄d Dei verbo iā obediat, agnoscatur. Non ergo audit sanā doctrinam, quia ad cor eandem nō recipit, nec ad intima traijcit voluntatis. Est q̄q; claudus, quia ad opa pietatis, & ad Dei p̄cepta, neq; pedes corporis, neq; gressus affectuū mouet. Quarto peccator efficitur leprosus. Infectus enim est peccati corruptione, inficitq; alios verbis malis, & vitæ exemplo. Corrumpunt enī bonos mores colloquia mala. Sicut ergo in suo primo aduentu Christus est hęc signa operatus, dum viueret hic nobiscum in carne, quibus se Messiam esse verū testatus est, sic in his in quorum mentes venit, eadem signa operatur spiritualiter. Vbi enim te cōperis de peccato erubescere, peccati turpitudinem horrere, Dei præsentiam & iustitiā cōtemplari, quæ ante non videbas pctā, aut paruipendebas, nunc magni facere & detestari, inferni pœnas formidare, intellige in te, hoc est, in mentem tuam venisse, qui illuminat in te abscondita tenebrarum, vt quæ nō videbas, videas. Si item te verbi diuini lectio aut prædicatio delectat, cœperisq; in lege dñi meditari, quomodo eandē perficias, aures tibi Christi reserauit aduentus.

Psal. 13. & 52.

Sapien. 2

Surditas spiritualis quæ.

Claudus mystice quis.

Lepra spiritualis quæ sit.

1. Cor. 15

Si quomodo alijs fuisti scādalo, verbis & operibus infirmiores olim trahens ad peccatum, ita nunc bono exemplo, exhortationeq; sancta ad bonum inuitas, à lepra mundatus es, & Christi spiritum in te habitatorem. Si postremo, quāuis non singulari præditus ingenio, nec virtutibus dities, alijs cœperis euangelizare, hoc est, annunciare bonum, eosq; ad charitatis opera, ad Dei quoq; cultum instruere, de pauperibus .i. de humilibus illis es, qui Christum euangelizant, & Christi in te sentis aduentum. Porro, si horum nihil in te senseris, time, ne Christum non habeas in corde tuo, fortasse quia locum habes immūdum, quem detestatur inhabitare, fortasse nec illum desideras, aut etiā rei repugnas, quare tecum recusat habitare.

Illisq; abeūtibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitū? Ecce, q mollibus vestiūtur, in domibus regū sunt.

Exierant turbæ ad Iordanē, audientesq; predicationē Ioannis, in signū pœnitētiæ de peccatis pristinis, & pro signo, q̄d vitam inculpatā, sese corrigentes, posthac ducere vellent, baptizabantur à Ioāne. Dicit ergo Iesus: Quid existis in desertum videre? Cōmendare voluit turbis Ioannem, hoc tamen facere noluit in præsentia discipulorum Ioannis, ne adulari videretur Ioanni, putareturve quod hunc ideo coram ipsis discipulis cōmendaret, q̄d sciret eos omnia Ioāni relaturos. Expediebat quoq; nihilo minus Ioannem non commendari coram illius discipulis, qui nimiū zelabantur pro suo magistro, atq; p̄pterea in Christo scandalizabātur inuidia aliqua, quod ille baptizaret, quodq; populi accursum haberet Iesus, quo magistri sui gloria minueretur. Fuit tamen scandalum siue æmulatio hęc ex ignorantia, nō ex mala voluntate, atq; ideo nō fuerunt rep̄hensi à Christo, sed dissimulāter informati. Illis igitur abeuntibus, dixit Christus ad turbas: Quid existis in desertum videre? quasi dicat: Quæritis hominem in deserto? Quem illum iudicatis? Nunquid arundinem vento agitatam? Nūquid hominem leuem & inconstantem, qui ad auræ flatum moueatur, qui hominum se moribus attemperet, vt quod multi laudant, laudet, quod item vituperāt multi, vituperet, idipsum hodie cum laudantibus laudans, cum vituperantibus iterum arguēs, quo accommodet se adulātium more alienis iudicijs hominūque fauoribus? Nunquid existis videre hominem

minem mollibus veſtitũ? quaſi diceret: An putatis eum delitijs aſſuetum carnē ſuam mollibus fouere? Minime. Neq; eſt arundo, quæ vēto in vtramq; flectitur partem, hoc eſt, neq; ex naturę malitia inconſtans ac leuis eſt, à veritate deflexibilis, neq; ſtudio malæ conſuetudinis hoc vitium cōtraxit, vt aduletur. Quod ſi eſſe vellet, iam nō eſſet in carcere vinctus. Quam præterea ſit alienus à mollitie veſtium & cibo℞, quam ſequuntur hi, qui amant oblectamentum carnis, teſtatur eremus, teſtatur vaſtum durumq; cubile, teſtať inhumanus agreſtiſq; cibus, teſtatur poſtremo veſtimentum hiſpidum, ex pilis ſcilicet camelorum contextum. Non eſt igitur arundo, qui in ſpiritu & virtute pręcedit Helię, parare dño plebem perfectã. (Lucæ 1) Non veſtitur q̃q; mollibus, neq; mollitiē ſuo quærit corpori, q̃nquidem q mollia quærũt, in domibus regum ſunt, ijs nihil cum eremo eſt commune.

Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Etiã dico vobis, & plus q̃ prophetam.

Quaſi diceret: Prophetam æſtimatis in ueniſſe, quãdo recepiſtis Ioannem. Verun tamen ego vobis illum pronuncio plus quam prophetam. Cauſam autem quare propheta & plus quam propheta eſſet Ioannes, adiungit:

(Malac. 3) Hic eſt eñ de quo ſcriptũ eſt: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam, qui præparabit viã tuam ante te.

H Scimus in familia regum eos qui magis vicini iuxta regem ambulant, turba eſſe præſtãtiores. Quo ergo prophetæ Chriſto fuere viciniores, eo etiã ſunt in hoc genere præſtantiores. Adeo aũt vicinus erat Chriſto Ioannes, vt faciem eius (quo nihil vicinius) præcederet, & eum quoq; digito monſtraret. (Ioan. 1) Erat igitur nō ſolum propheta, ſed etiam in aliquo maior quã propheta, vtpote angelus, id eſt, nuncius Chriſti, Chriſti magnus amicus, Chriſti vicinus p̃curſor, & Chriſti mōſtrator. Videte aũt quam ſapiēter citat Chriſtus dominus autoritatem illã ſeu ſentētiam illã Malachiæ: (Malac. 3) Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Hucuſq; enim loquitur, & hic ceſſat, tacēs ea quæ ſequũtur, puta: Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuũ dominator, quem vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis: quia non poterant de alio aliquo ṽba hęc intelligi, quam de Meſſia ſeu Chriſto venturo. Hæc tamen verba (vt dixi) Chriſtus tacet, præcedentia tantum citans & perducens attētionem auditorum, qui in lege & prophetis ſatis erant eruditi vſq; huc, ne ſe iactare videretur Chriſtum, ſed potius ipſi, quę mox ſequuntur, verba meditarentur, expenderentq;, quandoquidē hæc quæ Chriſtus citauit ex Malachia, eſſent impleta, implenda forent etiam quę ſequuntur, ſcilicet: Et ſtatim veniet ad templũ ſanctum ſuũ dominator quē vos quæritis, & angelus teſtamenti quē vos vultis. (Ibidem.) Quæ de Meſſia intelligi nō ignorabãt. Diſcerent igitur, ſi impletũ eſſet & adeſſet p̃curſor Chriſti atq; eiuſdem viæ præparator, qui faciem eius præcederet, nihilo longius eſſe Chriſtum expectandum, quin ſuum præcurſorē ſequeretur, mundoq; iam natus appareret. Videte quã ſecreto innuit ſe eſſe, ne ſe videatur iactare Chriſtũ. Sequuntur aũt plures cōmendationes quam hodie leguntur, in eodem Euãgelio de Ioanne quæ ſuo loco dicenda forēt. Nos interim glorificemus & adoremus dñm Ieſum Chriſtũ, qui eſt benedictus in ſecula.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Rectene ab operibus pœnitētię Ioannē Chriſtus cōmendauerit.

TV es qui venturus es, an aliũ expectamus? Verba hęc ſunt Ioannis ad Chriſtũ p nũcios ex carcere loquētis, qui quõ Chriſtũ non ex ignorantia ſua interrogauit (nihil enim de Chriſto Ioannes dubitabat) ſed p diſcipulo℞ ſuorum inſtructione, ita Chriſtus quoq; Ioanni quidem reſpondēs, eidem quæ voluit, renunciauit, quo tamen Ioannem non hæſitantem non voluit inſtruere, ſed nũcios ab eodem ad ſe miſſos voluit erudire, atq; ab errore (cui illos nō ignorabat implicitos) eripere. (I) (Matth. 11) Reſponſio Chriſti fuit, vt ea quę vidiſſent & audiſſēt, nunciarent Ioanni. Adeo eñ hæc miracula homini ſoli impoſſibilia fuere, vt vel nũ cij hi q interrogare aduenerãt, nō poſſent aliter de Chriſti, quam de Dei operibus iudicare. Quo cogebantur q̃q; (aberat enim odiũ & inuidia iudicantibus) Chriſtũ dominũ eſſe verũ Meſſiam, prædicare. Quippe in quo omnia eſſent, quæ à prophetis de Chriſto forent prædicta. Non itaq; eis verbis, ſed operibus reſpondit. Dicite, in-

quiens, Ioanni quæ vidistis. Magis voluit vt illi ipsi qui erant missi, hæc cordibus suis inscriberent, quam vt Ioanni nunciarēt. Nihilominus tamen pijssimus dominus nunciorum detulit verecundiæ, sciens sibi missos, vt occasione ex obliquo sumpta, ab errore reuocarētur. Illis itaq; abeuntibus, cōmendationem incepit Ioannis. Noluit eñi illis p̄sentibus Ioannem cōmendare, ne adulari videretur. Oñia aūt laudum præconia q̄ Christus de Ioāne p̄hibebat, de austeritate eius vitæ in cibo & potu, de illius incōstantia & vestiū vilitate fuerūt. Quo certe mirandum est, quod inter euangelicas laudes Ioannem Christus cōmendauerit ab eo, q̄d panem nō comederit, q̄d vinū non biberit, quod mollibus nō sit vestitus, quod delitijs carnis abstinuerit: cū hęc opera sint omnia pioꝝ hominū & monachorum, quorum status professioq; ab hæreticis damnatur (quasi eorum qui suis adinuentionibus quęrant salutem, qui suis operibus nitātur mercari cœlū, qui postremo irritū inanemq; reddere præsumāt Christi pro nobis satisfactionē) asseuerantibus inania esse oīa opa nostra bona ad salutem. Mirandū itaq; dico, quō Christus hoc nescierit, erransq; Ioannē (qui cū monachis recte ab hæreticis fatuus iudicari possit) laudauerit q̄d à delitijs abstinēs, carnem suā eremo, carcere, abstinentia, hispido vestimento, vtilitateq; cibi afflixerit. Nonne iuxta illos omnia hæc stulte, inaniterq;, imo p̄sumptuose egit? Cur ergo dominus (si cum reuerētia sic loqui liceat) Ioanne stultior, illum ab ijs cōmendat? Aut forte potius mirandū erit, quō hæreticus calumniari opera pœnitentię audeat, puta ieiunia, castigationes carnis, & reliqua id genus opera, cum e diuerso Christus illa laudet? Hæreticus eadem opera Deo dicit non esse accepta, nulliusq; esse meriti, sed hominum esse inuenta, hominū instituta, q̄bus adeo nihil adsit cōmodi, nihil frugis, vt etiam q talia agunt, decidant à fide Christianæ redēptionis, volentes suis (vt aiunt) operibus introire regnū Dei. Christus v̄o interim opa huiusmodi laudat, cōfirmat, atq; sibi accepta commonstrat. Quomodo eñi Christus opa bona nō laudaret, quę ipse in homine opatur? Absq; enim Deo homo nō operat̄ bonū, sicut scriptum est: Omnia opa nostra. s. bona, operatus es in nobis. Quomodo item eadem non remuneraret, cum debitorem ex promisso se cōstituerit? vtpote adeo bonus, vt quæ ipse in nobis & nobiscum, non tamē sine nobis operatur bona, eisdem promittat, reddatq; mercedē. Beatus, inquit Psalmographus, vir cui nō imputauit dn̄s peccatum. Beatus plane similiter, cui opa sua Deus, ea nempe quæ eius gratia operatur in eo & cum eo, imputat ei ad meritū, constituens se ex promisso pro hoc opere mercedis debitorem. Quid tu liuore torqueris hęretice? Si oculus tuus nequam est, scito q̄a Christi oculus bonus est, q̄a vbiq; quærit misereri & parcere, idq; salua iustitia, hoc est, occasiones quærit vt iuste misereatur. Quid si Christus in nobis opa sua, quæ in nobis operatur nobiscū, coronat? Quid si ita quod potest, vult facere? Nōne hinc eius tam misericordia quam sapiētia clarior elucet? Nonne magnificētiæ est maioris operari cū homine bonum, dare illi, vt quod agit, esse ac dici possit bonum, bonoq; huius sic operato promittere, dareq; mercedem (tametsi opus ipsum non foret maius, quam cyphum seu calicem frigidæ aquæ porrigere sitienti: & hoc p̄pter Deū) quam nulli bono operi, quāuis diuina sit virtute in homini consummatum, quamuis gratia sit diuina per hominē operatū, donare p̄mium? Confutauit igitur Christus hæreticos ab operibus pœnitentię, ab asperitate vestium, à castigatione carnis, à ieiunijs deniq; & abstinētia Ioannem laudans, confutauit oēs dicentes, nullius momenti, nulliusq; vtilitatis esse opera bona. Certe Deū nullis operibus nostris bonis egere, nullis laudibus fieri sanctiorē, nec ex abstinētia nostra ditiorē effici, qs ignorat? Acceptū tamen esse illi nō diffitemur, si nos ipsius amore delectationē quantulācunq; vobis subtraxerimus, aut si incōmodum, calamitatē, tribulationemve aliquā fuerimus eius intuitu p̄pessi. Charissimi igitur filij, spretis horum vilissimorum hominū calumnijs, qui cū bona grauarentur opera agere, cum carnem mortificare propriā nolint, cū deniq; desiderijs suis seruire, non mori cōstituerint, ne propterea habeantur contemptui, nimisq; fiat manifestum, quā nulla sanctitas, nulla virtus, nulla apud eos sit continentia, detrahunt aliorū studijs pijs, calumniantur opera bona, ne ipsi bona opera non habentes minoris sint æstimationis. Sunt eñi maximę pro

Ioānes in quibus fuerit per Christum commendatus.
Lucæ 1
Matth. 11
K
Hæretici pœnitētię opa calūniantes cōfutantur.
Esaiæ 26
Psalm.
Matth.
Opera misericordiæ [...]
Matth. Marc.
Psal.
L
Hæretici cur bona hominum opera detrahunt.

mę propterea apud suos opinionis, quod insatiabili dilgentia cuiuis statui probe instituto norint detrahere, insectariq; omes alios: se vero magnificare, suam fidem extollere, quę tanta (vt inquiunt) est, vt absq; bono fructu, imo cum pessimis fructibus credant arborem bonã, credant item sese absq; opere bono, hoc est, absq; diuinorũ præceptorum obseruantia, sola Iesu passione saluandos. Credant Iesum in mũdo vixisse, sic & sic docuisse, hęc & illa fecisse, hęc illaq; p̃cepisse, ea tamẽ quæ p̃ceperit, factu (qm̃ sunt opera bona) necessaria non esse, sed quisq; crediderit verbis, dominicisq; præceptis, eũ non posse perire. Et hoc non ꝙ Dei præcepta fecerit aut impleuerit, sed quod ea crediderit, quia sola fides hęc, eos (vel si dijs displicuerit) saluabit. His igitur vt hominibus pestiferis relictis, vos filij operemini bonũ ad oẽs, frangite desideria vestra, abnegate vosmetipsos, vt non quæ vultis faciatis: crucifigite carnem vestram cũ concupiscentijs vestris, i. affligite vestram carnẽ, à delectationibus abstinendo, concubita negando, quæ molesta sunt vobisipsis propter Deũ patienda imperando: & vt simul dicam om̃ia, quicq́d Deo cognoueritis placere, quicq́d & in quouis tẽpore à vobis exigit, haud negligendo. Prętermittite, quicq́d illi cognoueritis displicere, quicquid super vos ponderis posuerit, æquanimiter ferte. Et cũ hæc omnia feceritis, inutiles seruos dicete. Hęretici cũ nihil de præceptis dñi obseruent, q̃d inutiles se dicunt seruos, gloriantur, cum quicquid libuerit carni, indulgeant, q̃d sola se fide credant posse saluari, sibi blandiũtur.

Ad Tit. 2
Galat. 5
Bona opa quomodo exercẽda.
Lucæ 17

M

Vos dñi præcepta custodite, & nihilominus inutiles infructuososque iudicate. Cum oĩa diligenter feceritis, nihil in operibus vestris, sed in Dei miseratione Christiq; benignitate confidite. Credite bonis malisq; operibus congruã à Deo reddendam mercedem. Vestra opera tamen huiusmodi non credatis esse ea, quibus debeatur merces, sed quibus formidetis supplíciũ. Nihilominus tamen à q̃uis bono opere, q̃d potestis, non abstineatis, sed ire contendite per angustam portam, ita nõ quasi aerem verberantes certate, tã diligenter laborate, vt quasi nihil adhuc apprehenderitis virtutum, imo quasi violentia quadam regnum cœloꝝ rapere nitamini. Atq; iteꝝ de vestris operibus, de industria vestra, deque omni quam nauatis, opera pro salute vestra adeo desperetis, vt ex sola Dei misericordia, ex eiusdem bonitate saluari & oretis, & confidatis. Sectamini charissimi cum Ioãne Baptista pœnitentiã, eremum, solitudinem, abstractam vitam, carnis maceratiõem, animi stabilitatem, grauitatem morum, charitatem ac Dei zelum. Execremini cum eodem auaritiam, luxum, delitias, voluptatem, crapulam, cęteraq; vitia huiusmodi, vt Christo in vobis locum pręparetis venturo, detis venienti, & ipse vos inhabitet, vos regat, vosq; possideat. Si ita feceritis, parabitis in vobis Christo dignissimum habitaculum. Celebramus enim domini aduentum. Quo obsecro, ad quid aliud monemur, quam vt dño locum in quo illum habitare delectet, paremus? Tria autem sunt quæ Christo præparãt locum, seu dignum efficiunt quem inhabitet Deus, Legimus eius esse delitias cum filijs hominum. Quare ex ipso nõ est, sed ex nobis tantum ipsis, q̃d Deus non habitat in nobis. Si enim eius sunt delitiæ esse (vt testatur) cum filijs hominum, quomodo non libenter est cum homine, si locum inuenerit sibi congruum, aut se dignum, hoc est, nõ se indignum? Nemo enim illi dignum parabit locum. Primum itaq; filij q̃d ad hoc est necessarium, videtur esse humile, feruensq; desiderium, q̃ anima tua æstuet pro aduẽtu Dei. Nihil dignius, nihil vtilius, nihil habere potes melius, quã Deũ. Indesinenter proinde roga Deum, ne se elonget à te. Ipse enim est fortitudo tua, virtus tua, thesaurus tuus. Adueniat in mentem tuam, hanc regat, hãc possideat. At fortasse dicis: Deuotionẽ non sentio, quõ orabo? Si sensus cordis cõtradicit tibi orare volenti, & inuenis in te cor aridum, sterile ac lapideum, ora voluntate rationali, ora fide nuda. Propone tibi bonum summum, atq; immensum esse Deum, maxime tibi vtilem, maxime necessarium, sine quo nihil es, taceo vt aliquid possis, maximeq; idcirco abs te desiderandum, si sensu cordis nequis, spiritu, intellectu, voluntateq; rationali desidera, vt rem nobilissimam, fructuosissimam & necessariam. Contra sensum cordis tui, inter ariditatem, sterilitatemq; mentis, corpus tuum humilia, genua vt se inclinent, compelle, labia vt loquantur Deo, & salutaria petãt, vrge, opta desideria deuotissima, atq; affectuosissi-

Baptista dñi in quibus nobis sit imitandus.
Tria quę dii in nobis locum Christo p̃ parant.
N
L.
Psal. 42
Deuotionẽ sensibilẽ non habẽti, quõ orãdum.
1, Cor. 9
Matth. 11

ma te si placeret Deo habere, resigna te vt ariditatẽ mentis ad beneplacitũ Dei, quandiu ille voluerit, sustinere consentias. Non ex desidia mẽtis, sed pro subiectione & abnegatione tuę voluntatis. Aestima te deuotione, cõsolationeve sensibili indignũ. Nihilo minus tamẽ clama pro Deo se tibi donãdo, clama oratiõe, fortasse nõ dulci aut suaui, tamẽ forti. Crede fili, si perseueraueris, si te propterea, qa aridũ sentis cor, humiliaueris, si culpã huius tibi asscripseris, si nihilo secius corde licet, duro, orãdo institeris, si te eius obtuleris, relinquerisque voluntati, si ei credideris q̃d paterna prouidentia tecũ egerit, daturusq; sit q̃ tibi sunt vtilissima: Deus etiã insensibiliter habitabit in corde tuo. Hęc em̃ nõ posses, nisi Deus in corde tuo habitans te erudiret, te cõfortaret, in te oparetur, quamuis tu aliter putes, quãuis non sentias, quãuis habeas,
O credasq; te desolatũ & derelictũ. Lo-
Matth.5 quor aũt hæc filiis bonę voluntatis, q pauperes sunt spiritu, qui terrena non sapiũt, sed amãt, esuriuntq; & sitiũt iustitiã ac virtutes.
Psal.4 Non vobis hoc dico filij hoĩm, qui graui estis corde, qui diligitis vanitatẽ & quæritis mendacium, hoc est, huius seculi figmentum, q̃d ostendit mentiturq; se aliquid esse, cum nihil sit. Hoc quandiu quæritis, quandiu diligitis, Deũ amare, aut pure quęrere non potestis. Erratis miseri, magnipendẽtes quæ nulla sunt, cũ qbus peribitis & nihil efficiemini, q̃d aũt vestras possit saluare animas, negligitis. Secũdum II.
quod pro impetrando aduẽtu Dei in mentem tuã est necessariũ, est munditia cordis.
Sapie. Neq; em̃ cor inquinatum aut immũdum introibit sapiẽtia, neq; habitabit in corpore subdito peccatis.
Eccli Sit igit̃ in te timor dñi, qui sup te vigilãs, te custodiat, arceatq; ne Deum offendas, ne quoq; intra te quippiam q̃d illi sit inimicũ, foueas.
Leuit Quare enim in veteri testamento toties, si quispiam immundũ quid tetigerit, sua lauare vestimenta iubetur, immundumq; se profiteri vsq; ad vesperum, nisi vt intelligeremus quãta
Matth diligentia, qua vigilantia nobis custodiendum sit cor nostrũ, ex q̃ egreditur q̃d coinquinat hominẽ? Tertiũ est volũtatis no III.
strę conformitas cum diuina. Hæc conformitas non tam inuitat ad se Deum, quam seruat etiam. Dignatur enim libẽter hominem sua visitatione Deus, dignatur sua inhabitatione, vbi nullã senserit sibi fieri repugnantiã, vbi subiecta sibi inuenit oĩa, qui est in secula benedictus, Amen.

DOMINICA IIII. ADVENTVS DOMINICI, epistola B. Pauli Apostoli, I. ad Corinthios quarto.

IIII SIC nos existimet homo vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quousq; veniat dominus, qui & illuminabit abscõdita tenebrarum. & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; a Deo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HAnc Paulus scripsit epistolam Corinthijs, q̃s pseudapostoli ad parum bene sentiendum de Apostolo induxerant, causantes nõ verum esse ipsum Apostolum, infacundum, contemptibilem, atq; ideo contemnendũ. Ad quod sobrie, humiliterq; Apostolus respondens, Sic, inquit, nos, id est, me & Apollinem existimet homo, vt ministros Christi. Nolo enim plus minusve de nobis quis sentiat, quam diuinitus est nobis concessum. Sumus enim non viliores quam ministri Christi & dispẽsatores mysteriorum, hoc est, ecclesiasticorum sacramentorum Dei. Nolumus qs nos æstimet, quasi haberi æstimarive optemus domini. Philip. Sed dubitant quidam de nostra fidelitate, idcirco quæritur inter vos, qs inter dispensatores fidelis inueniat, cui sit merito credendũ, quiq; recte & fideliter oĩa

dispen-

dispenset, quandoquidem non oēs quę Iesu Christi, sed magis quę sua sunt quęrūt. Subindicat aūt hic vel propterea Corinthios reprehensibiles, q̄d ipsi hic inquirere præsumant, id quod post hanc vitā dominus est facturus, & suos pręlatos, à quibus ipsi debent iudicari, contendant iudicare. Vos, inquit, iudicatis dispensatores, alios fideles, alios infideles. Mihi autem pro minimo est, cuiusmodi iudicer, puta infacundus, contemptibilis, aut non syncerus, & hoc siue à vobis, siue ab humano die. Hu-

Humanus dies quid. manū diē hoc tēpus vocat Apostolus, quo homines vt hoīes seinuicē iudicant, ignorantia & affectionibus deprauati. Sed neq; meipm iudico. Quanto igitur minus vos iudicare potestis me q̄ ego, qui meipsum penitus noui? Quāuis eñ nullius peccati grauioris aut lethalis mihi cōscius sim, nō tamē ꝑpterea iustificatus sum, nec iustum

Psal. 18 me confiteri audeo. Delicta eñ quis intelligit? Qui autē iudicat me, dñs est. Hic absque hęsitatione nouit oīa. Nam etsi post conuersionem meā in apostolatu male infideliterve egisse non recolam, non tamen propterea gloriari præsumo: quoniā sub illo iudice virtutes etiam humanæ trepida-

B bunt. Hæc aūt omnia exaggerat Paulus sese humilians, quo illos ad mentē saniorē, qui ad vindicandum erāt proni, reduceret. Ideo seqtur: Itaq; nolite ante tempus iudicare, ꝑcipue in dubijs & incertis, nec in alios sententiā pronunciare, q̄ syncero, qui fictove ambulent animo, aut qui prædestinati, qui sint reprobandi. Hæc eñ soli Deo sunt manifesta. Patebunt autē vobis quoq; in tēpore aduentus Christi, quo nos iudicabit oēs. Interim de huiusmodi nolite vos iudicare, vsq; quo veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, occulta peccata faciēs manifesta, & manifestabit consilia cordium, id est, cogitatiōes firmas, animumq; & intima cordium secreta nudans. Tunc enim & simplicitas & hypocrisis apparebit, & videbūtur plerię; vtiles fuisse & digni, qui hic habiti sunt despecti, quomodo multi quoq; qui hic aliquid videbantur esse, ibi inuenientur inglorij. Et tunc Deo arcana cordiū reuelante vnicuiq; laude digno erit laus à Deo. Interim obseruandum & illud E-

Matth. 7 uangelicum: Nolite iudicare, & non iudi-

Eccle. 11 cabimini. Et illud Ecclesiastici: Ne laudes hominem in vita sua. De oñibus quidem bene sentire, charitatis est & sanctæ simplicitatis. Hic enim nullum cōscientiæ est periculum, tametsi fallaris. Porro laudibus hominem extollere nimijs apud alios, est interdū alios fortasse laude digniores deprimere, aut eos q̄ tuo testimonio credūt improuidi fallere. Non raro eñ vidimus aliorum laudibus & cōmendatione fulcitos ad officia honoresq; promoueri, quotamen vita moresq; vbi postea clarius erūperunt, etiam eos, qui ante cōmendabant, & fautores fuerāt improuidarum laudum suarum, non potuisse non erubescere. Tu igitur lauda parce, sed vitupera parcius.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ quartæ Aduentus. Ioannis primo.

C Erat multorum opinio eo tēpore, quo Iudæi ad Ioannē miserunt legatos, Christum aut esse natū, aut proxime nascitūrū. Multę nanq; prophetiæ de Christo aliquando futuræ, nunc cōsummari videbantur: atq; hoc tēpus Christi esse natiuitatis tempus ostēdere. Quocirca, q̄a scri-

Gene. 49 ptum erat: Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat q̄ mittēdus est, & ipse erit expectatio gentiū, cū semper hactenus iudices, duces, reges, ac principes habuerint Iudæi ex sua gente ꝓprios, semper eos q̄q; habituros illis ꝓmissum est, vsq; ad tempus q̄ is qui mittendus erat (nimirū Christus) nasceretur. Principatu vero Iudęorū nūc in alienā gentē translato, atq; alienigenæ tradito, Iudæorū stirpi sceptrum ablatum esse, & ducem de fœmore Iudę defecisse, palam significabatur, adesseq; tempus q̄ nasciturus ꝓnunciatus erat Christus. Hoc itaq; Iudæi considerantes, nō paruā habuere suspitionē de Ioanne ipm fore Christū. Miserūt igitur ad illū nuncios, q̄ eum q̄s esset interrogarēt. Et hoc recitat Euangeliū hodiernū dicens:

Miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es?

Iudæi Christū obseruabant & Ioannē, ne forte alter eorū esset Christus. Miserūt igitur ad Ioannem ipsum interrogantes. Quare, inquis, non miserūt ad Christum

 quoq;

Ad Christū cur nō miserint Iudæi. quoq; interrogātes? Respondendum, maiorem eos opinionem habuisse de Ioāne, quam de Christo. Primum quidem, quod Ioannes de parentibus esset natus clarioribus, puta de Zacharia summo sacerdote, Lucæ 1 cuius fama non erat incelebris, adeo vt Ioannis natiuitas præconiumq; mox nati di Lucæ 2 uulgabatur super omnia montana Iudææ. Tanquam enim de viro præstante nati infantis celebrabatur ortus. Christi vero obscurum putabant Iudæi esse ortum, vocan Matth. 13 Marc. 6 tes eum fabri, seu Ioseph & Mariæ filium. Galilæam deniq; patriam eius cōtemptui habebant, vt bonus ille Nathanael diceret: Ioan. 1 A Galilæa potest aliqd boni esse? Deinde, Ioānes austeriorem agere videbatur vitā, quam dominus Iesus, quare Ioannem propterea æstimabāt sanctiorem. Induebatur Matth. 3 Marc. 1 nanque Ioānes veste de pilis camelorum, & zona pelliccea ad lumbos, quo conformis ad Heliæ vestitū accedebat. Abstinebat 4. Reg. 1 Luc. 1 à sicera & vino. Antrum cubile erat. Cibus locusta & mel syluestre. Christus vero nullo præ cæteris abstinebat cibo, nec alio quam communi vtebatur vestimento. E- Matth. 11 Matth. 9 debat, bibebat, conuiuia intrabat peccatorum & publicanorum, quorum saluti aduenerat. Quamobrem Iudæi aduersus eū murmurabant, vocantes eum hominē vo Ibidem racem, potatorem vini, amicum publicanorum & peccatorum. Tribuebant igitur Ioanni sanctitatis opinionem maiorem, quam Christo. Vide etiam quod solen Matth. 22 Marc. 12 niores nuncios miserūt ad Ioannē, quam ad Christum Iudæi. Ad Christum nanque miserūt discipulos suos cum Herodianis. Porro hic sacerdotes mittunt & Leuitas ab Hierusalem, quo simul hos nuncios doctos intelligas. In Hierusalem enim legis & scripturarum schola erat. Vide deinde Ioannis humilitatem, Ioannis confessionem, synceritatem atq; constantiam. Veniunt Iudæorum legati, & parati illum pro Christo recipere offerentes ei maximæ huius dignitatis opinionem. Veruntamē, q̄d Matth. 11 Christus dicebat de eo, ostendit se haudquaquam arūdinem vento agitatam. Nul Augusti. la vacuitas in ipso fuit, sed erat in Ioanne synceritas, ideo sibi noluit, quod nō erat, arrogare. Non eum mouebat ventus inanis gloriæ, qui cedros Libani quoque sæpenumero cognoscit deiecisse. Illis itaq;, q missi fuerāt Ioannē interrogātibus: Tu qs es? vt testimoniū tanquam vir constās Ioannes vel de seipso proferret, audierunt.

Et confessus est & nō negauit, & cō fessus est, quia non sum ego Christus. D

Vide quia negationem Ioannis, puta q̄d non esset Christus, cōfessionem hic vocat. Sic enim reuera erat. Se enim negando Christum, Christum ipsum qui vere erat Christus, confitebatur. Vnde si Ioannes Christi sibi arrogasset nomē, si Christum se dixisset, Christum verum dominum Iesum negasset. Voluit igitur Euangelista ostendere, quam gloriosus esset Ioānes cō fessor Christi, qui dum se Christum negaret, confitebatur Christum, quem (vt dixi) certe negasset, si sese Christum dixisset. Cō fessus itaq; est, puta Christum, & non negauit. Confessus est, hoc. s. modo: quia nō sum ego Christus. Pergentes igitur legati ad aliam quæstionem, interrogant.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et dixit: Non.

Sciebant ante Christi aduentū venturū esse Heliam. Quod futurum q̄q; est, si secū dū intellexerimus aduentū, quando mundum est Christus iudicaturus vniuersum. Malac. Helias ventur. Tunc eñ duo illi prophetæ Enoch & Helias cōtra Antichristum p̄dicabunt, à quo tandem occidentur, insepulti manebūt, resurgent, & in cœlum assumentur. Hunc vero aduentum, qui erat Christi in carnem, nō Helias, sed Baptista Ioannes p̄cessit, qui Matth. & 11 nō in carne, sed in virtute ac spiritu (iuxta Luc. Christi testimonium) erat Helias. Ioannes Marc. igitur respondit, non eorū mentem vidēs interrogātium de persona Heliæ. Nam in mysterio Ioannes ipse erat Helias. Cui in multis erat similis Ioannes habēs eandem gratiam, eandem vitæ austeritatem ac rigorem. Vterq; eremo vixit, vterq; zona pelli Matth. 4. Reg. cea cinctus. Par quoq; zelus vtrobiq;. Ille 3. Reg. quomodo Achab & Iezabel arguens per- & 11 sequutionem passus est, ita hic Herodē & Matth. Marc. Herodiadē corripiens, carcerē, mortemq; sustinuit. Est deniq; vterq;, hic primi, ille secūdi dominici aduētus p̄cursor. Continuāt legati suas interrogatiōes. Propheta es tu? Ex habitu, ex victu, ex baptismo & prædicatione conijcebant eū ad minus prophetam: cū multo esset quam propheta maior. Quod Christus q̄q; manifestat turbæ loquēs: Quid existis in desertū vide Matth. 11 re? Prophetā? Etiā dico vobis, & plus quā pro-

Prophetam. Sed Ioannes respondit: Non. Negauit se prophetã esse officio, nõ negauit gratiã & virtutẽ pphetæ. Prophetę namque officium est, quare propheta vocatur, de Christo futura prædicere, non autem præsentem Christum monstrare. At Ioannes non de venturo, sed præsente Christo loquebatur eidem testimonium perhibẽs, quod baptizaret in spiritu sancto, q̃d tolleret peccata mundi, q̃d illius nõ foret dignus calciamenta soluere. Potest etiam dici Iudęos de illo propheta interrogasse, de quo Moses loquebatur: Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus deus tuus. Ipsum tanq̃ me audietis. Quod Ioannes intelligens, idcirco hunc se esse pphetã negauit. In omnibus his humilitas cõmendat Ioãnis. Relegauit em̃ à se qcquid erat honoris: Christũ se negauit, Heliã pphetam diffitet: cuius vtriusq; sibi potuisset arrogare gloriã, in hoc maxime honoratus, quod spernit fugitque gloriam mundanam. Habet enim hoc ipsa gloria, quod fugientem sequitur, appetentem se fugit. Quæsierunt itaque legati, cũ se Ioannes negauerat, quod non erat.

Officiũ pphetæ. Ioan. 1 | Mat. 3 Mar. 1 Ioan. 1 Deu. 18 | Acto. 6

E Dixerunt ergo ei: Quis ergo es, vt responsum demus ijs qui miserunt nos? Quid dicis de teipso?

Vide quomodo vrgent Ioannem. Vide quis aliqui videant sentire, q̃d legati hi ppterea ad Ioannem venerint, quasi illum pellicientes, vt diceret se Christum, & q̃d hoc animo à Pharisæis missi fuerint, vt si se fateretur Christum, recepturi illum essent pro Christo. Non tñ ex omnibus tã p̃cedentibus, q̃ sequentibus eorũ verbis id apparet. Quapropter magis videntur iniquo animo missi ad explorandum. Pharisæi enim, vt reor, cum Ioanne egerũt, quo modo cum Christo. Et certe quũ in Christo multa vidissent signa, non tamen crediderunt. Quomodo ergo Ioãni credidissent, qui prorsus nullum fecit signũ? Putandi igitur sunt (salua cuiq; sua opinione) inuidia, æmulatiõe Pharisæi permoti, videntes turbas, ad Ioãnisq; baptismum egredi, vnde suæ æstimationis cernebãt fieri iacturam. Non igit illis baptizandi hæc nouitas, quamuis persuasibilis propter tẽpus, ne forte ex Deo esset, placuit: ideo sciscitati sunt, an esset Christus Ioannes. Quẽ si se mentitus fuisset, putas Pharisæi credidissent? Equidem puto, minime, sed cum eo perinde atq; cum domino nostro Iesu Christo egerunt, agerent. Nam si Ioãni testimonium vero Christo perhibenti non crediderunt (neque enim propter Ioannis testimonium dominum Iesum Christum receperunt) quomodo Ioanni crederent seipsum Christum dicenti? Respondens eis Ioannes ait:

Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viã dñi, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Esaiæ 40

Quasi diceret: Ego nõ sum verbum, sed sum vox verbi clamantis (puta in me, seu p me) in deserto. Quid clamat verbum, id est, Christus, per vocem, id est p Ioãnem in deserto? Dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta. Vera & humilis responsio Ioannis. Erat enim reuera vox verbi incarnati in ipso clamantis in deserto Iudæa, hoc est, faciẽtis ipsum clamare: Dirigite viam dñi, &c̃. Quod Lucas quoq; insinuat, dicens: Factum est verbum domini super Ioãnem Zachariæ filium in deserto. Grego. | Lucæ 3

F Non enim incõgrue dicitur Ioannes vox verbi incarnati. Est em̃ verbum seu cõceptus mentis, quod est ante vocem atque sine voce. Si tñ id debeat agnosci, audiri, intelligiq;, necesse est præire vcẽ, qua fit vt intelligatur. Ita dei filius, patri quidẽ coæternus, hoc est, v̈bum patris, semp fuit. Veruntamẽ vt mundo quoq; fieret notus, vt audiretur, vt intelligeret à mundo, caro factũ est, hoc est, quodammodo audibile aut pceptibile factum est. Cuius v̈bi vox præcedẽs Ioannes fuit Baptista, qui Christum nunciauit, monstrauitq; præsentẽ, queadmodũ pater eius Zacharias quoq; testabat, infanti mox nato loquẽs: Tu puer, ppheta altissimi vocaberis. Præibis em̃ ante faciẽ dñi parare vias eius. Alia est similitudo. Scimus v̈bum q̃dcunq; enũciat, p vocẽ æque ac p vehiculũ deferri ad aures audiẽtiũ, vt pcipiatur. Pari modo Ioannes Christũ Iudæis manifestauit, testimoniũ de ipso phibẽs, & quãtũ in se fuit, cordibus audito℞ illum inuehẽs. Ideo dicit ipse: Vt manifestet, Christus scilicet in Israel, ppterea veni ego in aqua baptizãs. Tertia est similitudo. Vox, vbi ad mentẽ hominis detulit verbum, vbi conceptum mentale loquentis intulit auribus auditoris, ipsa in nihilum

Ioannes q̃ bene vox dicatur. | Ioan. 1 | Lucæ 1 | Ioan. 1

nihilũ vertit,peritq;,verbo manẽte in mẽte audientis. Hoc modo postquam Iudæorum excitauit corda Ioannes ad recipiendũ Christum,ipse à prædicatione baptismoque desijt, Christi baptismo recepto & manente. Quod satis clare fatetur Ioãnes quoque dicens: Me oportet minui (intellige secundum officium eius, & iuxta opinionem hominum) illũ vero, hoc est, Christum, oportet crescere, hoc est, opinione, gloria, autoritatisq; vsu oportet fieri maiorem. Eam ob rem quoq; Ioannes à Christo vocatus est lucerna, quia præluxit ducens ad Christum. Lucerna nanque ardet & lucet. Et idcirco vocatus est nõ solũ lucerna, sed additur etiam ardens & lucẽs, quasi singulariter lucida pͤ cæteris, qui lucernæ dici possent. Constat autem lucernam in nocte præstare illuminationẽ. Siquidẽ adueniẽte a sole illuminatur terra clarius, quam à lucerna. Imo sol ita suo exuperat lumine lucernam, vt lucernæ lux nõ sentiatur, sed sit frustra. Videte cuiusmodi fuerit lucerna Ioannes, lucens nobis nimirum, hoc est, inuitans nos ad pœnitentiam. Quicquid enim in omni eius vita inspexeris, nõne hoc ad pœnitentiã, nonne ad mundi nos contemptum inuitat? Vides vestimentum hispidum ac pilosum? pœnitentiam, & gloriam monstrat. Prædicat cibus eius & potus delitijs abstinendum. Clamat desertum quoque nihili pendendos plausus hominum. Denique fauores regum non quærendos, nec pro iustitia metuendas principum minas, carcer eius probat. Est igitur vere Ioãnes vox clamantis in deserto, qui in vita, in conuersatione, in moribus, & in prædicatione non aliud docet, quam dirigere viam domini, hoc est, idoneam facere viam, qua Christus ad cor hominis veniat, hominẽque possideat. Vide autem quam dissimulanter indicat Euangelista, quod non animo syncero hæc omnia interrogarint. Dicit enim: Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Hi enim semper gloriæ inuidebant alienæ. Propterea igitur rursus obijciunt legati.

Ioan 3

Ioan. 5

Lucerna cuiusmodi fuerit Ioannes.

Matt. 3

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; Propheta?

Quasi dicerent: Quid tu hac nouitate vteris, aut quõ tibi vendicas autoritatem hãc vt baptizes, baptismumq; prædices in remissionem peccatorum? Hic intelligendum est baptismum Ioannis non operari remissionem peccatorum, sed eius baptismum receptum in pœnitentiam, seu in signum pœnitentiæ, quæ pœnitentia operabatur remissionem peccatorum. Homines enim pij, qui ad prædicationem venerunt Ioannis, ab eodem ad pœnitentiam retroactæ malæ vitæ instituebantur, vnde compuncti in signum, quod pœniterent, atq; inter pœnitentes se constituerent, baptismum recipiebant pœnitentiæ, hoc est, q̃ pœnitentiam profitebantur. Itaq; non ex virtute baptismi Ioannis, sed ex pœnitentia hi, qui baptizabantur, remissionem obtinuerunt peccatorum, aut saltem ad minus sese faciebant dignos ad receptionem baptismi Christi, qui plene à cunctis mundabat delictis. Quocirca Ioannes de se humiliter vbiq; sentiens & loquens.

Matt. 3

Baptismus Ioannis non operabatur remissionem peccatorum, sed in signum pœnitentiæ.

Respondit eis dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.

Ego corpora vestra aqua lauo, nihil amplius vobis donans, q̃ minister eius, q vos intus lauabit atq; mũdabit spiritu sancto, donãs vobis oĩa delicta. Ego baptizo vos aq̃, externũ ministeriũ ego foris impleo. Medius aũt vestrũ stetit, quẽ vos nescitis, hoc est, inter vos est, quãuis eũ nõ cognoscatis, q vos baptizat in spiritu, hoc est, q vos lauat ab omnibus delictis, sicut paulo post sequit. Qui misit me baptizare, inqt Ioãnes, ille mihi dixit: Sup quẽ videris spiritum sanctũ descendentẽ & manentẽ sup eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Ioan.

Ipse est, qui post me vẽturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti, hæc in Bethania facta sunt trãs Iordanẽ vbi erat Ioãnes baptizãs.

Hic est, inquit, q post me me vẽturus est, q pͣdicabit, qui baptizabit, qui sese mundo ostẽdet in virtutibus & miraculis post me. Breui qdem tẽpore post me ex matre natus est, sed ante me factus est. i. mihi pͣlatus est, superior atq; dignior me est, qa prior me erat: vtpote patri coæternus. Videtis filij, quomodo vbique se humiliat Ioannes. Et nos docet humilare nos. Est Ioannes humilis, sed sanctus, sed magnus coram domino: imo quo maior, Luc. 1 Matt.

Christo

Christo teste,nemo surrexit. Quam humiles nos oportet esse peccatores. Docet autem nos domini præcursor Ioãnes vt si quippiam in nobis appareat commendabibile,hoc lateat oculos nostros, quos in defectus nostros lustrandos debemus cõuertere.Explorare nos cõuenit curiositate pia alienã sanctitatẽ, alienã pfectionẽ, alienaq; opera bona magnificare, nihil de nostris iactare,sed vilipendere.At si qd etiam alij in nobis laudãt,non debemus credere.Si laudamur,alienæ id debemus humilitati asscribere atque errori,falli quoque eos putare in ęstimatiõe sua,circa nos maiora melioraq;,quam oportet, de nobis sentientes.In omnibus itaq; vilis sit ęstimatio nobis de nobis,quo semper, iuxta Christi monita,nõ solũ à Ioãne,veræ etiã à Christo discamus esse mites & humiles corde,q est benedictus insecula,Amẽ. Matt.11

SERMO IN EADEM DOminica. Quid verbũ Dei in deserto clamauerit.

1 Ergo vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, Ioannis I. Miserant Iudæi ad Ioannem Leuitas & sacerdotes, qui illũ, quis esset,interrogarent, suspitionem habentes,ne forte esset Christus aut Propheta ille magnus,quem Moses suscitandum prædixerat,& pinde ac se audiẽdũ monuerat. (Deut.18) Multifariã itaq; Ioanne interrogato, hoc solum didicerunt Iudæi,quod fatebatur Ioannes vocem esse se clamantis in deserto.Cuius vocẽ?Verbi Dei,filij Dei, cuius erat & angelus,hoc est,nuncius & præcursor.Clamabat itaque verbum Dei per Ioannem,clamabat quoq; per seipsum.

(Quid verbum Dei clamauerit.) Vultis scire quid verbum Dei clamauit? Clamauit primo vt non diligamus mundum,neq; opera mundi.Nisi quis(inquit) (I.) renunciauerit omnibus,quæ possidet, nõ (Lucæ 14) potest meus esse discipulus. Quot fuerũt tunc,qui audierunt hanc vocem auribus corporeis,non tamen audierunt aure cordis.Amici certe huius mundi adhanc vocem obsurduerunt. Legimus iuuenem venisse ad Christũ, interrogãtemq; qd facto opus est,q ad vitã ingredi posset æternã,Christus ei respondit, qd seruaret Dei mãdata. (Matt.19 Mar.10 Lucæ 18) Veræ cũ hic a iuuentute sua diceret se fecisse hec oĩa,audiuit à Christo: Vnũ tibi adhuc deest,vade & vẽde oĩa,quę habes & da pauperibus,& sequere me.Hãc vocẽ iuuenis audiens tristis abscessit:multas enim habuit possessiones,a qbus ægre potuit auelli. Quis ergo audiuit hanc vocem?Audierunt apostoli,dicentes: Ecce nos reliquimus omnia,& sequuti sumus te. (Matt.19 Vocẽ hãc quinã audierint.) Audierunt primitiæ credentiũ in Christum post diem Penthecostes, de quibus scribitur, multitudini credentium fuisse cor vnum & animam vnam in domino. (Acto.4) Quotquot agros & prædia habebant,venditis illis,precium ad pedes offerebant Apostolorũ.Nec quisquam(quomodo scriptum est)aliquid suum dicebat, sed erant illis omnia communia. Audierunt hãc vocem tempore Marci Euangelistæ,& tẽporibus sequentibus multa milia colentium Deum,qui in desertis Alexandriæ, q in Aegypto,qui in Thebaide atq; Nitria à se mundo abdicato, suarum sese alebant manuum laboribus. (Priscorũ monachorum vita qualis fuerit.) Nec se tantum, sed & egenos reficiebãt.Canebãt hymnos Deo antelucanos:Macerabant ieiunio ac vigilijs corpora sua. Inter quos Anthonius, Hilarion,Pacchomius, alijq; cum grege monachorum innumero præcipui emicabant. Audierunt hanc vocem Benedictus,Bruno,Bernardus, Franciscus, Dominicus,alijq; cõplures, qui non contra Euangelium,vt hæretici somniant,sed,pter Euãgelium,hoc est,vt iuxta Euangelium,& iuxta Christi vocem,iuxta eiusdẽ consilium ac beneplacitũ viuerẽt,paupertatem diligentes. Et quia consilio sapientissimo credidisse se inuenerunt, alios quoque huius participes fore sapiẽtiæ optauerunt.Quapropter alumnos suos omnes, vt sine proprio apostolico more viuerent, statuerunt. Inter hos vos quoq; filij omnes,quotquot estis monachi, Christũ audistis. K Cur enim ad monasteria cõuolastis,nisi vt abrenunciaretis omnibus,quæ possidebatis, & Christi fieretis discipuli.

Nec tñ hic qa monachos dico,ppterea vos excludẽdi estis seculares.Seculares vos dico,nõ ppterea qd nõ estis monachi.Potest enĩ vestris multis cõtingere,vt qbusdã sitis monachis religiosiores,q terrena bona atq; diuitias habetis q̃si nõ habẽtes: q in hoc mũdo viuitis quasi hoc mundo nõ vtentes,q deniq; gaudetis quasi non gaudentes,hoc est,qui ex necessitate, aut p cõditiõe status vestri bona possidetis terrena quæ animo contemnitis.Qui estis rebus diuites, pauperes spiritu. Omnes vos (Matth.5)

vna

vna beatos prædico, quia vocem clamantis audistis in deserto. Secundo, clamauit in deserto Dei verbum, vt vitam carnalem odiamus, abnegantes desideria nostra praua, & crucifigentes corpora nostra cum concupiscentijs suis: Si quis, inquit, vult post me venire, hoc est, si qs vult me sequi, ac minister meus esse, puta vt vbi ego sum, illic sit & ipse minister meus. Abneget semetipsum, abrenunciet desiderijs carnis, frāgat mortificetq; cōcupiscentias, vitia ac illicitas passiōes, & tollet crucē suam. i. quæ molesta sunt, non fugiat, quæ dura sunt, nō recuset ferre, sed mei contēplatione pati gaudeat. Hāc vocē nō audierunt, q relinquūt iter rectū, & ambulāt ꝑ vias tenebrosas, q lætant, cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Quorum viæ puersę, & infames gressus eoꝝ. Nec hi q lassati sunt in via iniqtatis. Et q nō dormiūt, nisi cū male fecerint, & nō capit somnus ab eis, nisi supplantauerint. Cōtra vero vocē hāc hi audierūt, q̄s ad Hebræos Apostolus cōmendat, q ludibria & verbera expti, insup & vincula & carceres, q lapidati sunt, secti sunt, tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierut in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti, qbus dignus nō erat mūdus, q gaudent in tribulatiōibus, puta q̄d digni habiti sunt ꝓ nomine Christi cōtumelias pati. Qui perdiderunt animas suas in hoc mundo, vt in vitam æternā custodiāt eas.

Margin: II. — Gal.5 — Carnalē vitam odiendā esse. — Lucæ 14 — Ioan.17 — Prouer.3 — Hebr.11 — Acto.5

L

III. Tertio clamauit, vt non solum proximum, sed etiā inimicos diligamus, bene faciamus ijs, qui oderunt nos. Dimittamus quoque debitoribus nostris, ex cordibus nostris. Simus misericordes, vt misericordiam consequamur.

Margin: Mat.3 — Mat.6 — Matt.5

IIII. Quarto clamauit quoq; ijs, q molestijs sunt ꝑgrauati, aut oppressi oneribus, vocans eos ad se atq; exoneratiōe eis ꝓmittēs: Venite inqt, ad me oēs, q laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Reficiam vos, vt nō laboretis, hoc est, nō vt ocio inerciaq; marcescatis, sed vt in pace & gaudio spiritus constituti, laborem si quē mei causa suffertis, nō sentiatis. Quinto, ne de castrino solliciti simus, sed primū hoc est, ꝑcipue quæramus regnū Dei, non q̄d nulla ꝓrsus sit nobis cura, aut sine vlla ꝓuidētia viuamus, nec vt industria operatiōe ve oī relicta, à Deo solo pasci nos credamus, sed vt vbi operā nostrā nauauerimus, vbi labore nostro & industria vsi fuerimus, nihil de Deo hæsitemus, nihil angustiemur formidolosi, nulla deniq; inaniter pro futuris solicitudine animū discruciemus, quasi defuturus sit nobis aut cibus aut vestimentum, nec etiā nostrā operam ita temporalibus bonis locemus, vt vel transgrediamur, vel negligamus Dei ꝑcepta, sed regnum Dei & iustitiam eius nostris commodis, & bonis quibuscunq; terrenis anteferenda credamus. Tunc em̄ nō modo corporis necessaria, sed omnia etiā adijcientur nobis. Quod adeo non debet nobis esse ambiguum, vt cū videamus infideles, impios, atque adeo volucres & bestias à Deo pasci, quanto magis pater idē cœlestis suorum curam habebit filiorū. Sexto clamat ad nos, vt vigilemus ad nouissimam viuendi horam, ne tunc imparati inueniamur, aut indigni intrare ad nuptias. Quæ autem illa sit hora, in certū nobis esse vult, vt omnem habeamus suspectā horā, omniq; tēpore vigilemus, ignorātes an mane, an sero, an media nocte, an galli cātu, an meridie filius hoīs veniat. Hic nos vigilātes inueniri necesse est, si tn̄ cū Christo optamus intrare ad nuptias. O filij, quam beati sunt, q ad fores sapiētiæ vigilauerunt quotidie. Beati q vigilant, præstolanturq; aduētum filij Dei, vt siue in prima, siue in secunda tertiave vigilia venerit, & vigilātes inuenerit, cōfestim aperiāt ei. Expectemus charissimi vigilātes, vt nihil intra nos residere sinamus, q̄ occurrere nō auderemus in cōspectū dei. Si timemus occurrere Deo, inuestigemus timoris causam. Quæ vbi inuenta fuerit, puta fortasse q̄d aliqd extra Deum diligimus, id nobis mox vltro subtrahendū est & abducēdū. Neq; em̄ desiderare feruenter possumus Christū neq; expectare, quādiu cor habemus amore aliq̄ noxio implicatū. Verū q̄ beati erimus, q̄ exibimus læti de hoc mundo, si vigilātes nos in oratiōibus inuenerit Christus. Quotidie igit filij, aduētū expectātes Christi, puri & immaculati estote: quę male egistis, plāgite. Ab eodē em̄ feliciter recipient tā innocētes, q̄ pœnitentes, nec Dei misericordiam à vobis excludēt peccata, q̄ plāgitis. Nō vos quō olim fuistis, sed quō tūc estis in illa, qua vos vocabit hora, iudicabit Christus. Quæ hora, cum sit vnicuique ignota, omnem horam habeamus suspectā, ad omnem horam simus pa

Margin: Matt.11 — Matt.6 — V. — Sollicitudo nobis ꝓhibita quæ sit. — Ibidem — Ibidem — VI — Lucæ — Matt. — Matt. — Marci — Prou. — Lucæ

mus parati,vt cum spõsus noster, hoc est, qui toto corde nobis optandus,desiderandus amandusq; est,venerit,introeamus cũ eo ad nuptias. Videndum postremo, quare Ioannes in deserto habitauerit prædicando, cum locus ille minus videbatur ad huiusmodi officium idoneus. Dicendum,Christum prædicari noluit Ioãnes, verbo tantum verum etiam opere & veritate. Quod vt posset, non hoc solum ei erat necessarium,vt loqueretur, verum etiã vt in se non haberet,quod auditorum animos a fide auerteret,hoc est, ne videret in Ioanne,quo auditores scandalizati eius sermonem contemnerent.Sed ne hoc quidem satis.Erat enim necesse,dum Ioannes mundi amatoribus prædicaret ac peccatoribus,vt simul & pœnitentiæ formam, & iustitiæ exempla monstraret. Quamobrem eremum petijt Ioannes,vt ipse à mundo tutus,immaculatusq; maneret, & alijs quid illis, quo mundi pollutionem effugerent,foret necessarium, in se monstraret. Fuit etiam gentibus hoc ad consolationem. Siquidem dum Hierusalem legis & prophetarum saginaretur prædicatione vsque ad fastidium,Ioannes in desertum abijt,quo gentibus, qui à lege,à scripturis,à promissionibus,à ꝓphetis, à cultu deniq; veri Dei erant alieni,& quasi deserti,significaret posthac esse prędicandũ.

In deserto cur habitauerit Ioannes.

N Non caret etiam ratione, quod prædicatio Ioannis dicitur clamor. Clamatur enim vbi est prædicanti feruor,vbi necessitas est propter instantiam maioris periculi,vbi minor audiẽtia, & vbi lõgius abest auditor.Oĩa hæc locum tã in Ioãnis ꝗ in Christi prædicatione habuere.Vterque enim zelum habens animarum,licet,mensura impari, feruenter eos, qui perierant, reducere restaurareq; satagebat. Aderat ꝗque subueniendi vrgens necessitas, quam vt vel ex clamore intelligerent homines, clamatum est.Nã gẽtes in pietate indurueràant,Iudæi vero obsurduerant terrenorũ amore. Vt igitur vel illorum obstinatio flecteret,vel horũ reseraretur surditas,expediebat alte clamari. Deniq; clamatũ est, quia non erat auditus. Erat nanq; tunc tẽpus,ꝗ homines dormiebãt, voluptatũ terrenorumq; bonorum somno oppressi.Quare dormiẽtes vt excitarent, clamari oportuit.Postremo his,ꝗ lõge erãt à Deo(ꝗd de gẽtibus dubitari nõ potest,ꝗ quasi sine

Prædicatio Ioannis quare dicatur clamor.

Deo in hoc mũdo viuebãt) clamãdũ erat. Nã Iudæi haud quaq̃,licet ꝓpe viderent,erãt vicini regno Dei:& hoc ꝓpter eorum ambitionẽ,auaritiã & hypocrysim. Quos sæpenumero seuere arguit nõ tã Ioãnes, q̃ ipse Christus. Matt. 3 & 23 Lucæ 3 Vox demũ clamãtis si q̃ratur quæ fuerit,exprimit. Siqdem clamãtis in deserto hæc sunt verba : Dirigite viam domini, Esaiæ 4 Nihil hic ambiguum est, quæ via intelligatur domini. Nemo enim hãc ignorat,nemo aliam existimat,quam eam qua Christus ad cor hominis, & humanũ cor accedit ad Deum.Hanc dirigere iubemur,hoc est,rectam facere,vt sine curuitate in simplicitate,in planitie & absq; deuiatione viator non remoretur à Deo, neq; Deus procludatur,differaturve à visitatione hominis. Quod vt fiat, largiatur hoc nobis dominus noster Iesus Christus,qui est benedictus in secula,Amen.

EXEGESIS EVANGELII Eiusdẽ dominicæ IIII. Aduentus iuxta ritum Romanum ecclesiæ, Lucæ III.

V.

POST tẽpus illud, quo Christus cum matre Hierosolymã ascẽderat annorum factus duodecĩ(ꝗd Lucas ipse scribit) Lucæ 2 nihil de Christo legimus vsque dum trigesimum attigisset annum. Ideo post ꝓdictam historiã in Luca mox sequit temporis descriptio, ꝗ Ioannes Baptista à Ioan. 1 Deo missus,cœperit ꝓdicare.Nominat enĩ principes Romani imperij atq; Iudæorũ pontifices,sub quibus Ioannes ꝓdicare exorsus est. Vnde colligitur Ioannem tunc annorum fuisse triginta : quandoquidem paulo post Lucas Iesum cum baptizaret, refert cœpisse fieri ferme annorum triginta Lucæ 3 Ioannes aũt tũc prædicationẽ suam baptizandiq; officium fuerat exorsus, qui sex mẽsibus Christo erat natu maior. Ait itaque Euangelista:

Anno qnto decimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurãte Põtio Pilato Iudææ,tetrarcha aũt Galilęę Herode,Philippo aũt fratre eius tetrarcha Ituręę & Trachonitidis regiõis,& Lysania Abilinę tetrarcha,sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, factũ est ṽbũ dñi sup Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto.

Vt

A Vt prædixi, tempus hic certum nobis Euangelista ostendit, quo Ioannes a Deo missus, quove officium suũ prædicandi & baptizandi fuerit exorsus. Dicit igit: Anno quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris. Tyberius hic sequutus est Octauium Augustum, qui septem & quinquaginta imperauerat annis, cuius anno imperij q̃dragesimo secũdo natus fuerat Christus. Procurante Põtio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilęæ Herode, Philippo quoque fratre eius tetrarcha Ituræę & Trachonitidis regionis & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factũ verbũ dñi sup Ioanẽ Zacharię filiũ in deserto. In veteri testamento, q̃diu notus in Iudæa tm̃ erat Deus, in descriptionibus temporũ prophetarum recẽsentur hi tm̃ principes aut reges, qui tunc in potestate erant constituti Iudæorũ, sub qbus vixerãt prophetæ. Vnde dicit: Visio Esaiæ in diebus Ozię Ioathan, Achaz Hezechiæ regũ Iuda. Hic vero in Euangelio vtriusq; gentis principes memorantur, q̊ intelligeremus nõ solũ Iudęos, sed gentes quoq; nunc pertinere ad populũ Dei. Recensentur aũt præsides multi eo tẽpore, q tunc regnabant inter Iudæos, quorum genus sigillatim discutere, & vnde sint nati, cuiusve fuerint conditionis inutile, imo et superuacaneum mihi videtur. Auditis em̃ horum tetracharum conditionibus omnibus nihil propterea peritiores eritis, quia aut non intelligetis, aut memoria non tenebitis. Cũ igit huiusmodi genealogiarũ stirpiumve descriptiones nihil vobis conferant simplicibus & illiteratis, trãseundi iudico, hoc tantum dicere iuuat, Herodẽ magnum Ascalonitam dictũ, sub quo natus est Christus, & qui innocentes pueros in Bethleem Iudæ in Christi persequutionem occidit, postquam in Iudæa triginta septem regnauit annis, mortuus est. De cuius hæreditaria successione in regnum, cũ non conueniret inter se filij, Romani regnum in quatuor tetrarchias, hoc est, principatus seu partes quatuor regni decernũt partiendum, & ita quatuor constituerunt tetrarchas. Ioãnis igit exordio p̃dicationis, ij q hic recẽsent, tetrarchijs p̃sidebãt, quãuis Pilatus nõ satis apte tetrarcha, sed procurator in Euangelio vocatur. His itaque in Iudæa gubernãtibus, hoc est q̊libet sua terra seu tetrarchia p̃sidẽte, & Anna & Caipha successiue pontificatũ interea administrantibus, cœpit Ioãnes spiritu scĩo (q̃d est verbũ dñi sup eũ factũ esse) impulsus p̃dicare & baptizare. Modo em̃ cõformi, q̃ circa alios pphetas scriptura vtit, describit hic etiam Lucas Euangelista Ioannem. Nã factũ est (inquit vetus scriptura) verbum domini super illo aut illo propheta. Sic in hoc loco Lucas dicit: Factum est verbum domini super Ioannem. Hoc est, missus est a dño Ioannes impletusq; est spiritu & gratia alijsq; donis ad hoc opus necessarijs. Super Ioannem Zacharię filium. Zachariã summum fuisse sacerdotem Ioãnis patrem, nemo ignorat. Cuiusmodi tamen fuerit summus sacerdos, nõ est vna omnium sententia. Dauid enim cultũ Dei volens fieri maiorem, viginti quatuor cõstituit fieri summos sacerdotes, e quibus tñ vnus esset iurisdictione atq; præeminẽtia dignissimus. Aut ergo fuit summus sacerdos, hoc est, vnus de viginti quatuor, aut summus sacerdos, hoc est, potissimus ex viginti quinq; ipsis alijsq; cunctis sacerdotibus prælatus. Nõ opertet nos hic filij disputando contentiones fouere, q̃d nihil aut parum, aut fidei, aut morum conducat ædificationi, scire an præcipue summus, an inter alios viginti quatuor fuerit summus sacerdos, puta vnus ex illis. Hoc tamen nos ædificat, nobilem profecto fuisse Ioannem summi sacerdotis, prophetæ & sancti viri filium: Nihilominus tamen humillimum.

Psal. 75 — Esaiæ 1 — Matth. 2 — Lucæ 3 — Esaiæ Hiere. — 1. Par. 24

Et venit in omnẽ regionẽ Iordanis, p̃dicans baptismũ pœnitentię in remissionem peccatorũ, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ.

Venit Ioannes præcursor Christi populum instructurus ad recipiendam prædicationem & Christi baptismum. Quod non incongrue videtur factum vt Christum p̃iret, & ante Christum baptizaret, quàm Christi daretur baptismus. Erat em̃ Christus (vt hoc pro prima ratione sumatur) ad baptismum venturus, ex humilitateque baptizandus, & aquas consecraturus, hoc est, aquis vim peccata abluẽdi (qñ sacramentaliter his ex intentione vtimur) daturus. Quapropter necesse erat vt ante esset qui Christum baptizaret, quam in nomine Christi, & Christi baptismo quis alius baptizaretur. Secunda est ratio, vt

I. Ioannes cur sit Christi baptizatus

II.

turbis

turbis accurrentibus ad baptismum, Ioannes data occasione Christum prædicaret.
III. Tertia est, vt homines suo assuefaceret baptismo ad baptismum Christi.
IIII. Quarta, vt homines ad baptismum venientes, prædicando ac ad pœnitentiam mouendo præpararet, dignosq; Christi efficeret baptismo.

Baptismus Ioannis verũ ex Deo fuerit vel ex hominibus. Sciendum præterea, Ioannis baptismum, quatenus ad ritũ modumq; spectaueris, fuisse a Deo, licet, si effectum seu fructum quæsieris, inueniatur esse ex hominibus. Spiritus enim sanctus, qui Ioannẽ impleuit & misit, ille eidem hũc ritum baptizandi quoq; clam inspirauit. Ideo ex Deo fuit. Fuit vero ex hominibus, quia ex seipso nullum adduxit fructum baptizato, *Acto.13* quem homo non posset præstare. Neque enim peccatum soluit, neque contulit gratiam Ioannis baptismus, quemadmodum Christi constat conferre baptismus. *Baptismo cuiusmodi Christus fuerit baptizatus.* Iam si quæras, cuiusmodi baptismo Christus fuerit baptizatus, Baptismo dico Ioannis. Voluit enim baptismum serui accipere dominus, vt accipiendo suũ baptismum institueret. Neq; enim egebat baptismi sanctificatione aliqua Christus, cuius virtus aut gratia non poterat augeri: vtpote qui gratiam accepit, non ad mensurã. *Ioan.3* Accepit baptisma serui, q̃ nos inuitaret, ne detrectemus baptisma suscipere domini.

Vox clamantis in deserto; Parate viã domini, rectas facite semitas Dei nostri.

C *Esaiæ 40* Vox de Ioanne intelligitur, vt sit vox clamantis, hoc est quæ clamat in deserto. Vel, Ioannes est vox clamãtis, id est, Christi in deserto. *Iudæam multis modis desertam fuisse.* Desertum non incongrue Iudæa intelligitur. Multis enim modis deserta tunc fuit a Deo, hoc est, derelicta, carens præstantioribus donis, quæ in templo defecerant illo post reditũ ex Babylonica captiuitate ædificato, quę in primo fuerunt.
I. Nam carebant igne illo, qui iugis ac perpetuus perseuerabat in templo, nec imbribus, nec vento (vt fertur) extinguibilis.
II. Secundo, defuit eis arca testamenti, illa scilicet quam Moses fecit.
III. Tertio, defecit eis vnctio regum & pontificum. Post captiuitatem nanque Babylonicam neq; reges neque pontifices habuerunt vnctos
IIII. Iudæi, cuiusmodi ante solebant. Quarto, in secundo templo deerant diuina respõsa, quæ dabantur sacerdotibus in Salomonis templo. *3.Reg.8*
Quinto, defecerant scientia & veritas, hoc est, fulgor quidam (vt Iosephus ait) subito prosiliens de lapidibus rationalis & superhumeralis, q̃ significabãtur summi sacerdotis preces apud Deum acceptæ. V.
Hæc omnia apud Iudæos defecerant. Quare haud immerito Iudæa desertum dicitur. Dominus quoq; Iesus illis cõminabatur maiorem adhuc desolationẽ futuram, dicens: Relinquetur vobis domus vestra deserta. *Matth. 23* Sed quid clamauit vox illa in deserto? Parate viam domini, rectas facite semitas Dei nostri. Hæc præparatio bene intelligitur de aduẽtu Christi in mẽtem hominis. Neque enim opus est nobis clamare, vt pręparemus nos ad aduentum Christi in carnem. Semel incarnatus est, non iterum potest incarnari. Laudemus eum, gratias agentes, quia hoc fecit: nõ expectemus, vt iterum hoc faciat. Habemus tamen alium aduentum, quẽ toto exoptemus expectemusq; corde. Hic est in mentem aduentus eius, seu visitatio spiritus. Pro hoc aduentu orandum est quoq;. Est deniq; locus ei venienti parandus. *Locus Christo in mente parandus qs sit.* Locus quem optat, & quo libenter recipitur, est munda conscientia. Ibi libenter recipitur verbum Dei & operatur. Audis vocem esse clamantis in deserto. *Desertum vel qs my fiice esse debeat.* Vis in te vocem clamare verbi? Esto desertum tu, vt a tumultu cogitationum occupationumq; secularium sis pacatus, qetus ac liber. Sis q̃que a vitijs mundus, & audies in te clamorem diuinę inspirationis. Audies instinctus diuinos. Para viam domino, & rectas fac semitas viæ eius. *Esaiæ 40 Lucæ 13 Lucæ 8 Apoc.3* O quam beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Verum, qui aures non habent audiendi quomodo audient? Vbi mundi terrenarumque rerum clamor est multus ac varius, quando Christus audietur, qui haud aliter, atque in silentio loquitur? Clamat in nobis superbia, clamat ambitio, clamat inuidia, clamant postremo gula & accedia, & quomodo audietur mansuetissima vox Christi? Quomodo ergo dixi, si domini vocem audire voluerimus, vt desertum simus necesse est, in quo solitudo sit atque silentium. Hæc est autem vox, quam audire debemus: Parate viam domini, &c̃. *Viã dñi parare qd sit.* Quid est domini viam parare? Ex rebus temporalibus cernimus quomodo sternitur, quomodoue planatur via. Ita agamus circa interiora quoque nostra, vt

D pecca

peccatorum malarumque affectionũ scopulos amoueamus, quo via sit parata domini, hoc est, vt absq; impedimento, & absque molestia ambulari possit à Deo ad nos, & à nobis ad Deum. O felices, o felicissimos, qui nullum sustinent mediũ inter se & Deum, vnde impediri eorum possit accessus ad Deum, aut Dei accessus ad ipsos. Hinc summopere est seruanda puritas cordis tanquam res multo maxime necessaria. Itaq; via nostra ad dñm, aut domini ad nos sit parata, vt excluso peccato nihil à nobis dominum excludat. Rectas quoq; faciamus semitas Dei nostri. Semitæ domini, consilia vocari possunt euangelica. Semitæ enim paruæ sunt viæ, quibus iumenta & currus non ducuntur, sed quasi per compendium citius his inhęrendo ad terminum perducunt. Consilia itaque euangelica custodiens, rectas facit domini semitas, citiusque ad perfectionẽ pertingit. Est enim in his rectitudo maxime necessaria, hoc est, syncera intentio. Nisi enim hæc fuerit syncera, totum opus erit infructuosum. Caueamus igitur obliquitatem, caueamus adulationẽ, ne in gratiam duntaxat hominis loquamur. Amemus cordis munditiam: Loquatur veritatem vnusquisque cum proximo suo. Quod in corde tuo est intus, hoc dicito foris, id est, non aliud simules, & aliud intendas. Permane in iustitia & veritate, & veritas ipsa excusabit te. Si enim recte ambulaueris & syncere, non habes formidare homines: quandoquidem magis ipsi formidabunt te.

Semitę domini quæ & quõ rectæ sint faciendæ.

Zacha. 8
August.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.

E

Profunda humilitatis implebuntur, descendentque ad ea riui gratiarum, q̃mo do rursus montes & colles, hoc est, quæ excelsa sunt & magna in mundo, humiliabuntur: & hoc per aduentum Christi, siue in carnem, qui suo exemplo docebit humilitatem, aut per ipsius aduentum in mentem. Excelsus enim solus dominus humilia respicit, & alta non aliter nisi a longe cognoscit.

Psal. 137

Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei nostri.

Quæ grauia, quæ molestia, quæ difficilia denique sunt, hæc per aduentum domini in mentem fient suauia, portabilia atque iucunda. Quæ postquam ita omnia impleta fuerint, videbit omnis caro salutare Dei. Non hic omnes videmus Christum oculis carnis, sed oculis cuncti videmus fidei. In extremo quoque iudicio videbunt omnes, alij ad felicitatem, alij ad perpetuam calamitatem.

Dominus noster Iesus Christus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, vt hic fide & charitate cognoscamus, & post mortem læti quoque videamus salutare Dei benedictum in secula, Amen.

Psal. 66

SERMO IN EADEM LEctione Euangelica. Quid Christum faciat recipi, intra que nos morari.

OMNIS vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas, Lucæ tertio. His verbis filij, nobis insinuatur, quis ex aduentu Christi nobis fructus proueniat. Neque enim sine salute Iesus, nec absq; vnctione Christus aduenit. Olim aduenit in carnem de virgine conceptus, natus, in carne visus, cum hominibus conuersatus, docuitque verbo euangelizans, & vitæ suæ exemplo nobis quomodo sit imitandus, commonstrans. Venit enim filios suos, hoc est, adoptionis æternæ alumnos, qui in mundo erant dispersi, quærere colligere, & quod perierat, saluum facere. Attulit mundo salutem, quoniam sanauit omnes oppressos à diabolo, eos puta, qui infirmitatibus suis agnitis, quærebant à saluatore remedium salutis. Quomodo enim sanaret (tametsi ex nimia eius bonitate aliquando id fiat) eum, qui sanari non quærit? Aut quomodo sanari is cupiet, qui infirmum se ignorat? Huiusmodi infirmi erant Pharisæi, scribæ, alijque in mundo multi, qui in oculis suis iusti, nec (vt putabant) infirmi, non sanabantur. His Christus loquens arguit eos interrogantes: Nunquid & nos cæci sumus? Si cæci, inquit, essetis, peccatũ non haberetis. Nunc autem quia dicitis, Videmus, peccatum vestrum manet. Quasi diceret: Quamdiu cæcos vos (vt vere estis) non cognoscitis, tandiu nullam obtinebi

F

Bern.

Barn. Matt.

Luc. Acto.

Ioan. 9

nebitis illuminatiōem. Omnes igitur qui quæsierunt à domino salutem, consolati sunt, quia quod quærebant, inuenerunt.

Sed noli tristari tu, q̃d in diebus Christi, quando in terris ambulauit, non vixeris. Putas enim cūcta te impetrare potuisse. Putas, si illum audisses, obediturum te fuisse in omnibus. Nihilo enim nunc minus habes, quam habuerunt ij olim, qui Christum viderunt in carne. Nam pro præsentia eius visibili seu corporali, tu præsentem quoties volueris, habere potes in mēte. Hæc autē præsentia multo est corporali visione melior. Quot enī Christum viderunt in carne, audieruntq́;, quibus tamen hæc visio nihil contulit? quandoquidem illum non receperunt in mēte. Profuit igitur parum aut nemini Christi visio corporalis, nisi ijs, qui viderunt Christum simul & fide, & qui tenuerunt eū per dilectionē in mēte. Eundē igitur fructū, & multo certiorem ex aduentu domini in mentem assequeris, quem assequutus fores ex ipsius præsentia in carne, cum hic nil tibi, nisi in mentem veniat quoque, prodesset: atque ideo vterque nunc celebratur. Tu modo vigilia, vt domum ei pares mundam. Domum enī eius decet sanctitudo. Dubitas fortasse, quomodo tuam custodias conscientiam (hanc enim Christi domum esse non dubitas) mundam. Vide quomodo vasa vtensiliaque domus seruentur munda. Lauantur enim, purgātur, exhauriuntur, exiccantur. Nihil enim in vsu est hominis, quod non inquinetur. Sed qui munditiam diligit, statim vbi perceperit sordes, eluit aut abradit. Si ergo omnia temunda delectant, quomodo Christū cor mundum non delectet? aut quomodo cor pollutum inhabitare posset? Et tu qui domus tuæ vtensilia vis munda habere omnia, quare cor non curas habere mūdum? Non potest fieri, quin aliquando inquineris: sed noli in sordibus iacere, noli tolerare sordes. Ejice abs te qcquid oculos Dei cuncta cernentes offendit. Si ita feceris, Christum non solum aduenientem, sed intra te etiam recipies habitantem. Vnde implebuntur in te ea, quæ hodie in Euangelio Lucas ex Esaia desumpta, pronunciat, puta vt omnis vallis impleat, &c. Christus nanq; peccatis & peccandi voluntate abs te exclusis, in cor tuum aduenients, tui infundet tibi cognitionem, docebit pauperem te fore spiritu, atq; depressum humilemque vt vallem. Videbis diuino eius lumine illustratus, tua opera esse nulla. Videbis nihil te esse sine Deo, aut posse. Cū iam in oculis tuis fueris vilis, paruus, humiliatus atqua confusus, eius te gratia implebis, non totum mox perfectum faciet, sed semina in te projciet crescentiū virtutum, vnde germina aliquando ex te nobilia erumpant. Porro, si aliquando in cogitatiōe ambitio superbia ve titillauerit, atque ex profectu, quem fortasse senties, aut quem suspicaberis, mēs tua sese instar mōtis extulerit, aut saltem efferri concupierit, reprimet te mox Christi aduētus, hoc est, gratiæ eius te inhabitantis operatio, atque aut ignominia humiliabit, aut infamia, qua cōpressus, non audias erigere caput. Siquidē cum oīa putaueris sana, atque tibijpsi pene gratulari cœperis q̃d fortiter egeris, leuissima tētationis aura te subito concutiet, & ante cecidisse te inuenies, q̃ te senseris impugnatum. Mons igitur & collis, hoc est, tam excellētia, quā præsumptio, quamuis modica, in te humiliabunt.

Et erūt praua in directa. Tortuosos homines significat, & homines Christi seruitio ineptos. Hos enim Christi aduentu nihilo secius oportet conuerti. Illustrat enī omnes domini aduentus, illustrat diuina visitatio, vt quid in nobis sit plangendum quid desiderandum, quæ relinquēda, quæ sectanda, quæ etiam fugienda videamus. Concipimus inde spiritum salutis, reconciliamur Deo per confessionem delictorū, ac p pœnitētiæ assumptionē. Placet nobis aliā vitā eligere, in q̃ mori sit securius. Fit mutatio vitæ. Ecce vitā eligis a mūdo abstractā, eligis monasticam, aut fortasse etiam eremiticam, q̃ facilius abstineas peccato, moriaris mundo, viuas Deo. Verum profligatis peccatis magnis, quibus olim prsus fuisti à Deo alienus, nunquid mox vbi pœnitentiæ vitam inchoaueris, vbi pœnitentiæ seu monastices habitu indutus fueris, mutasti etiam omnia tua nuturalia, vt quæ ad Dei sunt cultum, agas perfecte omnia, facias omnia cum suauitate? Nunquid praua & tortuosa mox tua erunt directa? Paucis hoc contingit. Tunc enī primum vadis ad pugnā. Hactenus cōtra diabolum, contra eius consilia pessima, & cōtra grauia peccata dimicasti: iam contra te ipsum pugnabis. Siquidem dum in monasteriū

Præsentia Christi spiritualē corporali esse meliorem. Ioan. 1

Psal. 92

G

Conscientia q̃modo mūda custodienda sit.

Bernad.

Lucæ 3 Esaiæ 49 Matth. 5. & 11

Aduentus spiritalis fructus multiplex

Phil. 4

1. Reg. 6

Vallis quomodo per Christum impleat.

Mons & collis quō per Christi aduentum humilietur.

H

Praua q̃ modo fiāt in directa.

Esaiæ 26

nasterium aut in pœnitentiæ statum aduenisti tecum pariter naturalia tua, hoc est, inclinationes malas, passiones, corruptiones, malas consuetudines atq; vitiosas cõcupiscentias adduxisti. Nunquid cucullus monasticus, nunquid vestitus alius sancte assumptus naturalia tua praua aut aboleuit, aut mutauit? Minime. Ecce venit ad monasteriũ homo naturaliter superbus, inclinatus est, & corruptione vetusta ante pœnitentiam assuetus efferre se, iactare opera sua, magnificare, nolle despici, velle opprimere & resistere (hæc enim peccatorum sunt reliquiæ, hæ corruptiones quas secum circumfert, & etiam eandem nolẽs cogitur sustinere) quid faciet? Nunquid non impugnabitur, quia à peccatis desijt? Sẽtiat nolẽs oportet, quantũ adhuc à iustitia caro eius dissidet. Sed nõne iã est, inquis, cõuersus? Quare igit modo sentit eadẽ, quã olim, grauius sibi incũbere? Modo sentiẽs inde grauatur, olim dũ peccatis foret circũdatus, has passiones nec sensit, nec grauabat. Paratus enĩ vltro ad peccãdũ repugnare noluit prauæ suæ inclinatiõi, ideo suas inclinatiões nõ etiã agnouit. Portauit igit secũ ad monasteriũ sua praua naturalia, & grauiora molestioraq; eadẽ post conuersionẽ, quã ante, sentit. Nõdũ praua eius mutata sunt in directa, nõdũ cõuersa sunt aspera in vias planas. Multũ certe facit, si nõ pbuerit mẽbra sua iniqtati. Multũ in principio pficit, si exteriora poterit, sua in rectitudine seruare, interioreq; prauitatem, ne erumpat, ne foris sese pdat, ne ve cõsentiat iniqtati, cõpescere. Cogit sentire (fateor) quæ nõ vult. Cogit egere atq; carere tã his quæ male, q̃ ijs quæ salubriter cupit, sed absq; periculo. Habet enim hoc consolationis interim, quod nihil dãnationis audit esse ijs qui sunt in Christo Iesu. Consolationem habet, sciens se haud quaq̃ posse inqnari ab his quæ sentit, quãtisper non consenserit: sciens quoq; aliud esse sentire, aliud cõsentire, vtpote quorũ prius est carnis seu sensualitatis, q̃d iudicio est ratiõis nõ subiectũ: alterũ rationis eiusq; iudicio parens. Itaq; huiusmodi homo dũ putabat se inuenturũ quietẽ, inueniet adhuc p̃lia multa, fiet aliqñ tñ, vt praua eius mutent in directa pter gratiã Christi, q̃ in eo habitat: q̃ fit vt peccatũ qdẽ fit ac sentiat, nõ tñ regnet in eius mortali corpore, nec pecato mẽte rationeq; cõsentiat. Sed qñ, inqs, erit vt praua eius fiãt directa? Quando fiet vt q̃d tortuosum fuerit & ineptum, fiat aptũ & rectũ? Post multa pfecto certamina, post agones multos multiplicemq; conflictũ hoc erit, vt ex præsentia dei, eiusq; gratia in te inundãtius rorante, & inter prælia te regente ac protegẽte, aliquando ita vincas, quo aut prorsus prauitate hac careas, aut eã ligatã quasi carnem oblatrantem sentias, nullo negocio vincendum: puta quam citius contemnẽdo, quã pugnando tunc compescas. Vide igitur quam feliciter instituta sint monasteria, in qbus exerceamur tanq̃ in palestra ad virtutes, & ad vitia expugnãda. Nã si in seculo quis pœnitentiam elegerit, aut iuxta Ioannis Baptistæ consiliũ, fructus dignos voluerit pœnitentiæ agere, q̃t mox sentiet contrarios, quot aduersarios, qui dissuadeant hanc nouitatẽ habebit? Quot sentiet derisores? Quot audiet qui ad pristinam vitam, atq; ad mores reprobos moliantur retrahere? Odiosa enim lippis oculis lux est. Vix tamẽ vnum interea inueniet, qui adulatione abstinens illũ ad id, q̃d cœperit, strenue perseuerandũ admoneat.

At vero in monasterijs probe institutis secus est. Ibi enim sunt constituti qui excitant negligentes, informẽt ignorãtes, tardiores vrgeãt, arceant male volẽtes, desides cõpellant ad pœnitẽtiam & virtutes. Bona sunt hæc studia exercititiaq; & charitate magistra ac instigante saluberrima, negligentes, ignorantes pigros atque aliqñ recalcitrantes (iuxta Christi parabolam) compellere, vt consentiant intrare in regnũ cœlorũ. Nemo igit doleat, q̃d in monasterio sit constitutus bene instituto: gaudeat potius, q̃d liceat illi ibi cũ multis bene agere. Quod si infirmior est q̃ ppterea gaudeat, hoc ideo est, qa nondũ aspera ei mutata sunt in vias planas. Sustineat igitur correctiones, admonitiones recipiat, faciat de necessitate virtutem, vt quæ agit priuato amore nondũ mortificato intuitus, ex ratione q̃ sese ad obediẽtiã compellit, eadẽ agat deuotus, vt q̃d alioq non ei foret acceptũ aut volũtariũ pter Deũ, tñ sibi id faciat esse volũtariũ, vt tãdẽ conculcatis vitijs, videat spiritu, sentiatq; gustu salutare Dei, q̃d est benedictum in secula, Amen.

Margin notes: Peccatorũ reliq; quæ — Rom. 6 — Rom. 8 — I — Rom. 6 — Monasteria quare sint instituta — Matth. 3, Lucæ 3 — Commoda quæ habent monasteria instituta — Lucæ 14

EXEGESIS EVANGELII IN vigilia Natiuitatis Christi, Matthæi I.

PER

A

PER omne tempus hoc, quo dominici aduentus celebrauimus memoriā charissimi, crebro sumus consolati ex ꝓphetarum oraculis, quibus hoc tempore sacra est vsa Ecclesia: Nūciabatur enim nobis prope esse tempus, vt saluator noster Messias veniat. Item, cito nobis aduenturam salutem. Vnde mansimus, inter hęc promissa expectabūdi. Porro, hoc die certa nobis constituitur dies, qua dominum videbimus. Iam enim adeo est prope nobis, vt nobis cantetur: Hodie scietis quia veniet dominus, & mane videbitis gloriā eius. Itē: Crastina erit vobis salus. Quis iam domini suspirans aduentum, nō gaudeat? Quis non votis omnibus desiderijsque feruentissimis Deum præstoletur, audiēs: Hodie scietis, quia veniet dominus? Multo enim tempore olim fuerat promissus, diu expectatus, tandem dictum est ꝓstolantibus prope esse vt veniat, & dies eius non elongandos. Nunc ad vltimum hūc diem expectatio hęc venit. Siquidem non iam dicitur prope esse, sed hodie sciri, hoc est, manifestum fieri, quia veniet dominus ad mane videndam gloriam eius. Hoc idem alijs verbis quoq; nobis nunciat Ecclesia, dicens, Crastina erit vobis salus, hoc est, non semper gemetis, non semper expectabitis, vltra non differetur desiderium vestrum, ad vnum & hunc vltimū diem peruenit expectatio vestra. Crastina erit vobis salus. Quis filij no gaudeat? Quis ad deuotionem se nō exerceat? Quis sinum suum, quis brachia non expandat dilatetq; sua pro vehementi desiderio ad amplexus? Nā quāto amaꝭ feruētius, quanto expectaꝭ desiderātius, tāto maiori lætitia & exultatiōe auditur, quod hodie sciemus, quia veniet dominus. Quapropter filij si vere desideratis vt adueniat Christus, exultabitis vel modo audiētes, quia venit. Dulce profecto est & suaue vobis nūciū: Dominus venit. Sed dicit fortasse quis: Semel venit dominus. Olim incarnatus et natus est, non iterum nasceꝭ. Credite filij corporaliter semel natus est, nō iterꝫ hoc modo nasceꝭ, sed si vis, q̃tidie nasceꝭ in corde tuo. Quotiescunq; enī salutare aliqd cōcipis in animo tuo, q̃ties id obseruare proposito firmo decernis, deū in mēte cōcepisti. Qoties ꝑterea cōceptū seu ꝓpositū salutare in opus ꝓducis, toties ex te nascitur Christus. Iā cogitate filij, si oī id vobis tēpore cōtingere potest, quāto magis cras obtinebitis, q die melliflui fiūt cœli, & mirū foret, si qd iustū dn̄s petēti negaret. Si igiꝭ nihil potest negare, q̊d sit salutiferꝫ q̊modo negare posset seipsum? Petite igitur securi dn̄m filij, petite importune & feruēter, petite humiliter simul ac violeter (Violentiā hic intellige, q̄ Christus rapiēdū cœlū ꝓnunciat) qa certissime accipietis illum. Dabit seipsum vobis, & negare nimia eius bonitas non potest. Curate igitur, vt (q̊modo Iesus dicit: Qui sunt fratres mei, & quæ est mater mea? Et extendens manus in discipulos. Quicunq;, inqt, fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater, soror & mater est) nō tam in vobis nascaꝭ Christus, quam etiā vos in eodem renascamini sed videamus nunc, quid hodie loquatur nobis Euangelium.

Esaiæ 14

Esaiæ 51

2.Par.20

1.Reg.11

Esaiæ 14

1.Reg.11

Esaiæ 30

Christus vti spiritualiter cōcipiaꝭ ac nascaꝭ.

Mat.11

Matt.12

Cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequā conuenirent, inuēta est in vtero habēs de spiritu sancto.

B

Multa in hoc occurrunt Euangelio ꝑcunctanda. Primum, cum virgo Dei mater (sicut constituerat) foret mansura virgo, cur fuit despōsata? Credo, ne partus calūniam pateretur. Putaretur aūt Christus illegitimus, & propterea non immerito repudiaretur, si ex non cōiugata fuisset natus.

Deinde maluit de suo ortu Iesus dubitari, quam de matris pudore. Error ille tolerabilior erat, matrē ex coniugio suspicari filium concepisse, quā ex fornicatione natum Iesum dicere. Quod certe dictum fuisset, si virgo Maria despōsata nō fuisset. Maluit idcirco dn̄s Iesus fabri filius credi, quam extra matrimonium suam matrē esse fornicatam existimari. Neque enim probro erat virgini siue puellæ in cōiugio parere, fuisset vero ei periculo extra matrimonium genuisse. Si enim extra matrimonium Maria peperisset, nonne iuxta legē fuisset lapidata? Putas crederet qs eā sese virginem dicenti? Putas crederetur puellæ parturienti, quod sine viro de spiritu sancto puerum concepisset? Quis non diceret hoc commento puellam scelus suum tegere velle? Desponsata igitur fuit Maria Christum paritura, quandoquidem tēpus nō erat illud ꝑdicandę virginitatis Marię,

August. Desponsata cūr fuerit mater Iesu.

sed tempus erat magis famæ eius contutã dæ. Tertio, nostræ fuit in hoc consultum fidei. Roborauit enim fidem nostram, qua credimus Mariam peperisse virginem, vel ex mariti sui testimonio, q procul dubio ad vindicandum esset motus suum opprobrium, nisi cognouisset sacramẽtũ. Antequam igitur conuenirent, id est, vt coniugaliter cohabitarent, &c̃. Veterum hoc habuit antiquitas, vt sponsi sponsæq; anteq̃ matrimoniũ cõsummarent, aut simul, aut diuisim tempore aliquo intermedio orationi vacarent: & hoc potissimum fiebat in domibus eorum, quos erant habituræ maritos, ad quas sponsæ ante tempus nuptiarum introducebantur, vt domus cõsuetudines, & sponsi discerent mores. Proinde ad sponsorum domos (vt dixi) q̃s erant habituræ maritos, puellę ante nuptias introducebantur, quamuis e diuerso spõsi in domos interdum socerorum, hoc est, ad sponsas fuerint introducti, quas erant habituri, q̃d de generis futuris Loth legimus, & Tobiæ iunioris exemplo docti sumus. Hoc modo fieri potuit, vt beata Maria, quæ conditionaliter Deo (si eidem ita placeret) virginitatem seruandam promiserat, cum domini intellexisset voluntatem, vt desponderet, consensit, committens se prouidentiæ diuinæ. Consensit enim (vt dici solet) explicite, quo verum esset matrimonium, in copulam (quod diuus Thomas fusius explanat) quæ est vinculum animorum, non corporum. Implicite vero consensit (si Deo ita placeret) in copulam carnalem. Quamuis enim vellet manere virgo, non tamen voluit non obedire Deo, docẽs nos in ijs quoque, quibus dei honorem ac beneplacitum quęrimus, non debere nos proprij esse sensus aut voluntatis, sed nostra studia exercitiaq; (quæ plerunq; nobis ex priuato amore meliora videntur) Deo & superiorum iudicio subijcere, & nonnunq̃ relinquere, vbi ad alia nos diuina voluntas abducit. Nostra enĩ perfectio, nostra plenitudo, est diuinæ volũtatis impletio. Quicquid ergo diuinæ placere potius voluntati cognoscit, hoc quibuscunq; alijs bonis operibus est anteferendũ. Ad institutũ redeundo, Desponsata beata Maria, atq; ĩ domũ Ioseph haud dubiũ adhuc virginis introducta, atq; in oratiõe cõstituta, salutata est ab angelo, cõcepitq; Deũ. Deinde licẽtia à Ioseph accepta putat visitasse Elizabet, cũ q̃ tribus mẽsibus habitauit, & fortasse tãdiu, donec Elizabet infantẽ peperisset. Inde rediẽs, ab Ioseph inuenta est anteq̃ cõiugaliter cõuenirẽt, in vtero habẽs. Vterus nanq; eius virgineus intumescens, post tertium mensem ipsius conceptum palam prodebat. Quam paucis verbis Euangelista multas absoluit quæstiones. Ignoratur quomodo conceperit, sed inuenta est, inquit, in vtero habens.

Margin notes (left): Spõsorũ veterum consuetudo quæ. — Gen. 13, Tob. 6 & 7. — Ambro. — Thomas Aquinas. — Perfectio nostra in quo consistat. — Lucæ 1. *(right):* Lucæ 1

Ioseph autẽ cum esset vir iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

Perpende quos cogitationũ fluxus & refluxus, quos suspitionum quoq; tumultus tũc cor viri iusti sustinuerit. Nihil mali, nihil non sancti in virgine offenderat, manifestã eius cognouit in omnibus moribus pudicitiã & sanctitatẽ, vterus tñ eius tumidus conceptum nunciabat. Quid ageret vir iustus? Si voluit q̃si cũ honesta habitare, atq; quod factũ putabat, dissimilare, suã conscientiam lædebat, quia Deũ offenderet, q̃d alieni esset peccati particeps ac tutor. Porro si eã iuxta legem Mosi accusaret, ipsam faceret lapidari: quod nimis ei videbatur crudele, quam licet vtero eius reclamante, ream non poterat dicere, puellã tot ornatã virtutibus sic traducere. Cogitabat igit̃ occulte relinquere eã, ne aut cohabitando eius peccato consentiret, aut quod de alieno viro concepisset, manifestare cogeret: ideo clã voluit abscedere, q͞a palã nullam potuit allegare honestã, quare discederet, causam. Occulta autem (cum esset iustus) in præiudicium puellæ haud quaq̃ putabat reuelanda. Si quæris, quare nõ interrogauit Mariã? respondet, adeo Mariæ sanctã, in cuius facie tã venustas, q̃ sanctitas elucebat, amabat, adeo venerabatur, vt non solum ei nullam legis animaduersionem voluerit procurare, verum etiã ne verbo quidẽ eam contristare voluit, vt diceret: Quare sic fecisti? Maria etiam beatissima cognoscẽs in spiritu sponsum suũ sanctum Ioseph turbatum, timidum, anxium, variaque meditantẽ, quanta putatis compassione fuit & ipsa turbata? Nõ enim suspitionem, vt à viro amouere tẽtaret, videbat̃ consultum: quandoquidem tantam rei nouitatem vt crederet vir, non videbatur verisimile. Putaret potius peccatũ suum

um figmēto hoc velle eam obumbrare, & nihilominus de tanta nouitate singularitatis gloriā quærere. Tacuit igitur, & rem abscondit, cōmittens se Deo, q suæ ageret & famæ custodiā, & innocentię excusationem. Neq; enim tantum audebat reuelare mysteriū absq; consilio Dei. Vides quō sanctissimi & Deo dilectissimi in hoc mūdo anxiantur, & propterea maxime, quando nesciunt quæ sit voluntas Dei beneplacens & perfecta. Itaq; Ioseph cogitās quo modo Mariā occulte dimitteret, dum inter ambigua fluctuaret, hoc, vt tutius aliquid, quod vicinius erat ad misericordiā, puta clam ab ea discedere, elegit.

Roma. 12

Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

D

Hoc est, noli hoc cogitare, propter q̊d times retinere Mariā coniugem tuā: neq; enim ex aliq̄, vt suspicaris, concepit viro.

Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Quod enim in ea natum est, non ab extra accipiet, sed de spiritu sancto est. Pariet autem filiū, & vocabis nomen eius Iesum. Et ne fortasse, quare hoc sit vocandus nomine, mireris, audi: Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. A saluādo enim nominandus erat saluator siue salutaris. Vide quia Mariam ante conceptionem præmonuit angelus, eiq; mysterium hoc reuelauit. Neq; eī̄ expediebat, quod futurum erat, quodq; expertura in se erat, ante non informari, ne nimiū turbaretur, nescia quid sibi contingeret. Ioseph vero non fuerat præmonitus, sed vbi factum erat, reuelauit ei angelus. Nam si fuisset præmonitus, potuisset hæsitare de magnitudine huius nouitatis, sicut Zacharias. Difficilius enim erat & mirabilius cōcipere virginem, quam cōcipere sterilem, quamobrem erat & credi difficilius. Vbi igitur vteri tumor conceptum probabat, & vbi animam Ioseph suspitio timorq; satis diu fatigauerat, & vltro iam optaret in hac ambiguitate cōsilio iuuari, tempus erat vt ei mysterium hoc reuelaretur, quia tunc magis erat ad credendum idoneus. Aedificat ita

Lucæ 1

que vos fides Ioseph, qui angelo in somnis credidit sibi loquēti. Vide præterea quantum honorauit Ioseph spiritus sanctus, quia cum dixisset angelus: Pariet filium (non vtiq; tibi, quia tuus non est filius, sed pariet filiū in salutem vniuerso mūdo) adiecit: Et vocabis nomen eius Iesum. Nomen quidem hoc e cœlo delatū, tu primus impones. Quamuis enim in generatione hac nihil tibi sit commune, facies tamen patris officium: cuius est nomen filio dare. Hoc autem dabis, quod pater ei cœlestis impositum cœlitus tibi & per te prænunciat imponendum. Ipse enim saluū faciet populum suū à peccatis eorum. Ipse, inquit, iuxta sui nominis congruitatem (Iesus enim saluator dicitur) saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Vide hic etiam quam loquatur de infante nascituro magnifice. Saluum, inqt, faciet populum suum, puta tam Gētilem, quam Iudaicum: vterq; enim est modo populus eius, precioso sanguine eius emptus. Saluū autem hunc faciet à peccatis eorum. Hic diuinitatem indicat. Quis enim potest peccata dimitterē, nisi solus Deus? Confirmat aūt hæc omnia tandem (ne tam admirabilis videretur nouitas) per prophetiā Esaiæ, qua iamdudum idipsum futurum prophetatū erat: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus.

Ioseph fides quanta, quiq; à spiritu sancto honoratus sit.

E

Marc. 2
Lucæ 5

Esaiæ 7

Charissimi filij discatis hic, vt quando in ambiguitate aliqua estis anxij, incertique quid sit eligēdum, firmetis cor vestrū in charitate, qua nihil velitis, nullique affectui consentiatis, nisi ei, quem videritis beneplacito diuino conformem. Porro, si id inueneritis, quod altero est melius, nō dubium est illi esse consentiēdum, atq; viliori, quod sanctius est, prę ferendum. Si inuenire non potestis, in animo id eligere sit vobis certum atque statutum, id amplecti, quod magis à Deo probari creditis. Inter hæc oratio vestra sit ad Deum pro illuminatione mentis vestræ, & pro directione voluntatis in id, quod suo sit honori maxime acceptum. Nunquam enim illuminare Deus hominem desinit. Aut eī̄ per hominem informat, aut per scripturam instruit, aut docet per inspirationem. Quod si tanta foret obscuritas, tātaq; rei difficultas, vt nihil horū ad hoīs sufficeret instructionē, potius in somno, aut aliter homi-

In ambiguitate faciendum quid.

nem certiorem faceret, quam in dubio sineret perire. Nõ est tamẽ expectandũ miraculũ, aut reuelatio superna, q̃diu ad manum est consilium aut humanum, aut modo naturali humano ingenio, aut certe Dei alia prouidentia præparatũ. Dñs noster Iesus Christus suam det nobis benedictionem & gratiam sempiternam, Amen.

IN EPISTOLAS ET EVANGELIA PARAphrases & Exegeses, vna cum suis Sermonibus Natiuitatis domini, sequentiumq; solennitatum in altero Tomo de Sanctis in vtraq; parte offendes.

DOMINICA I. POST DOMINI NATIVITAtem, epistola B. Pauli Apostoli ad Galatas quarto.

VII QVanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo cum sit dominus omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad prefinitum tempus a patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorũ reciperemus. Qm̃ aũt estis filij Dei, misit Deus spiritũ filij sui in corda vestra clamãtẽ: Abba pater. Itaq; iã non est seruus, sed filius: q̃d si filius, & heres p Deum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Galat. 4 ANte hæc verba dixerat Paulus legẽ Iudæis fuisse pædagogũ, sub q̃ regerentur, donec Christus veniret: in quẽ qui crederent, sub eodem non iam sicut sub pœdagogo viuerent, sed liberati a lege, filij per Christum fierent adoptionis & bonorũ Dei hæredes. Quo ostendere voluit post Christi manifestationem, nostra redemptione iam impleta & mũdo vulgata, nos lege vetere (quantũ attinet ad cæremonialia p̃cepta) esse absolutos & liberatos. Ad quod probãdum hac vtitur similitudine: Puer qui sui est patris hæres futurus, quãto tempore & ætate & sciẽtia paruulus est, nihil differt a seruo: nõ quidem est seruus, sed a seruo nihil differt, q̃a nullã habet potestatem, regitur alieno imperio, & alterius cogitur obedire voluntati, cum sit dominus omniũ, quæ pater eius possederat. Est enim sub tutoribus, qui illum defendunt ab iniurijs, & sub actoribus seu procuratoribus, qui illius nomine agunt, quęcunq; ille agere per ætatem aut nescit, aut non valet. Et hoc vsque ad tempus sibi cõstitutum a patre. Quo finito, deinceps libere suæ voluntati relaxatur. Pari modo, inquit, de Iudæorum populo quoq; sẽtiendum est, qui per Christi gratiam futurus erat regni cœlorum hæres. Hic quanto erat tempore paruulus, scientia scilicet, actione, & viribus ad resistendum peccato, sub disciplina erat legis non aliter atq; sub gubernatione pædagogi, coactus prę ceptis seruire diuinis, cum tamẽ per Christum dominus esset omnium bonorũ patriæ cœlestis. Lex enim vt pædagogus illum admonebat, arguebat & puniebat, arcens illum ab idololatria & reliquis peccatis. Itaque hoc dicere vult Paulus similitudinem aptans, cum ait: Ita & nos Iudæi cũ essemus paruuli non ætate, sed intellectu & discretiõe, sub elemẽtis mundi eramus Deo seruientes, cæremonialia legis præcepta elementa vocãs. Sicut enim pueri per elemẽta incipiunt discere scripturas, quas anteq̃ intelligunt, elementa quidem componunt, literas coniungũt & pronunciãt, quibus paulatim ad cognitionem veniãt scripturarum. Ita Iudæi legis cæremonias obseruantes, primum quidem quid significarent, non intelligebãt: per illas tamen quasi per primordia ac elementa ad Dei tãdem peruenerunt cognitionem, & spiritualem intelligentiam. Dicuntur aũt elementa mundi, q̃a adhuc carnalibus, & tẽporalium bonorum amatoribus data erant, qui æterna inuisibiliaq; nondum appetere nouerãt,

uerant, sed corporalibus pœnis cogebantur, tēporaliumq; bonoꝝ promissionibus tam pueriliter, quam seruiliter ad Dei cōpellabantur cultū. Hæc aūt ad tempus durauit.

B

At vero, vbi plenitudo venit tēporis, cum præfinitum tempus esset impletum (in quo pater nos Iudæos vt pueros sub elementis voluit veteris gubernari testamenti, tanquam sub pædagogo) & iam statuisset nos à vinculo legis, tanquā à seruitute liberos reddere, misit Deus filiū suum factum ex muliere, id est, secundū humanitatem natum ex virgine matre, qui secundum diuinitatem non factus, sed genitus est ex Deo patre. Misit itaq; filiū suum in specie humana ac visibili, legi quidē subditum, quamuis legi nihil deberet. Voluit Iesus quamuis esset dominus legis, nihilo secius subdere se legi, & iuxta legē circuncidi ac in templo offerri, vt Iudęos, qui sub lege erant, à seruitute legis redimeret, legaliumq; obseruantia sua passione & morte cessaret.

Lucæ 2
Legi Mosis cur se Christus subiecerit

Et ideo Petrus, vt in Actis habet, cum quidam Iudæorum zelarentur pro lege, quam ex gentibus quoq; cōuersis tentabant imponere seruandā, ingenue contradicebat, dicens: Quid tentatis ceruicibus imponere discipulorum, q̄d neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: sed per gratiā domini nostri Iesu Christi credimus saluari.

Actor. 15

Paulus quoq; alibi Iudæis, per Iesum, inquit, remissio vobis peccatorum annunciatur ab omnibus, in quibus nō potuistis in lege Mosi iustificari. Itaq; à legis seruitute Christus nos liberauit Iudæos, qui eramus rei, & compressi sub delicto & onere legis, vt simul oēs tam Iudæi, quam ex gentibus ad Christum conuersi adoptionem filiorum, quam perdidimus in Adam, per gratiam nouæ libertatis iterum reciperemus in Christo, qui ꝑpterea nostram assumpsit naturā, vt quam ab æterno cū patre habet, nobis participaret suā, quo filij Dei efficeremur adoptiui.

Actor. 13

Quoniam aūt estis vos Galatæ sicut nos Iudæi, filij Dei per adoptionem (sicut scriptum est: Quotquot autem receperūt eū, dedit eis potestatem filios Dei fieri) misit Deus spiritum filij, qui à patre filioq; procedit, hoc est, spiritum sanctū in donis suis, in corda vestra clamātem, hoc est, q vos faciat clamantes ad Deum, non tam vere, quam ingenti affectu & filiali deuotione, Abba pater, quod idem significat. Abba enim Hebræa vox dicitur, quę exposita patrem significat.

Ioan. 1

Itaq; iam tempore Euangelicæ legis ac gratiæ, is qui olim fuerat paruulus nihil à seruo differens, sed sub pædagogo legis seruiens, non est seruus sub seruili timore constitutus, & qui non manet in domo inæternū, sed filius. Q̄d si filius est, sicuti reuera est, & hęres erit vitæ æternæ, gloriæq; cœlestis per Deū, seu per Dei misericordiam: hæres quidem Dei, cohæredes aūt Christi. Quę hęreditas q̄ optāda sit, nō possumus explicare, nisi quō Apostol. idem dicit: Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quę ꝑparauit Deus diligētibus se. Hanc hęreditatem filij credimus nos non solum videre, sed & possidere in terra viuentiū, Amen.

Ioan. 8
Roma. 8
Esaiæ 64
1. Cor. 2
Psal. 26

EXEGESIS EVANGELII in eadem dominica. Lucæ II.

C

QVanq̄ in nocte Christus nobis natus sit, & veluti ignotus sub vili habitauerit infās tugurio, apud matrē que latuerit verecundā, non obscura tamē eius fuit natiuitas. Pręd icauit eñ illam stella de cœlo, nunciauit angelus pastoribus, aduenietes quęrūt Magi. Vnde Herodi q̄q; mox suspectā reddunt, fitq; vt hanc passim loquantur omnes. Nam dum in templum induceretur infans à matre, Simeon senex & iustus aduenies, multa de eodem prophetauit. Anna quoq; viduitatis speculum & mulier sancta accessit confitens domino, & testimonium reddēs infanti coram omnibus, qui expectabant redemptionē Israel. Quā obrem cunctis Christi natiuitatē loquentibus, non immerito miratur Maria, miratur & Ioseph (quem patris vocabulo scriptura dignatur) super his, quę de puero dicebantur. Sic enim hodiernum exorditur Euangelium.

Lucæ 2
Matth. 2
Lucæ. 2
Matth. 2
Lucæ 2
Ibidem.

Erat Ioseph & Maria mater Iesu mirātes super his, quæ dicebātur de illo.

Euangelij huius historia, in festo hoc, q̄d Purificatio ꝟginis dicit, impleta est. Beatissima eñ virgo Maria dum intulisset infantem Iesum in templum, occurrit illi Simeō iustus ac senex, qui diu tempus illud expectauerat sibi promissum, quo Christum

Lucæ 2

stũ suis adhuc in carne coſtitutns cerneret oculis. Quare cum ſpiritu ſancto reuelãte, Chriſtum tẽplo percepiſſet illatũ, mox ſpiritu eodẽ plenus occurrit, infantemq; apprehẽdens, & inter vlnas ſuas hũc adſtringens, ait: Nunc dimittis ſeruum tuum dñe ſecundum verbum tuum in pace. Cognouit eñ in ſpiritu, quis eſſet infans iſte: ſenſit item in corde, q̃ diuinæ ſuauitatis rore interea mens eius perfunderetur. Hoc audito, vt Euãgeliſta dicit, erat Ioſeph & Maria mater eius mirantes. Mirantur parentes, non vt ij, qui ignorarẽt cuiuſmodi hic puer eſſet, nec ideo, quod tam inexploratum illis dubiumq; foret, quõ ea, quę de illo dicebantur, fieri poſſent: ſed mirabãtur, quod ſe tacẽtibus Chriſtum infantem tot hominum genera loquerentur. Admirabantur item, q̃d Chriſtus infans nõ modo paſtoribus, verum regibus etiã & ſacerdotibus notus eſſet. Mirabãtur igitur, quod eum, quẽ ſolos putabant ſeipſos agnoſcere, loquebãtur palam & homines cęteri. Si quidem aduenerat Maria ad Elizabeth, & vix ad ſalutãdam illã os aperuerat, & mox audiuit ab eadem: Benedicta es inter mulieres, & bñdictus fructus vẽtris tui. Itẽq;: Beata, quæ credidiſti, quoniam perficiẽtur ea, quæ dicta ſunt tibi à domino. Dũ quoque in Bethlehem peperiſſet, ab hominum conſortio ſeparata atq; ſola, angelis prædicantibus venere paſtores, qui quærerẽt de verbo hoc, quod ſibi factum fuerat ab angelo. Dixerat enim angelus ſaluatorem illis natum, quare gaudium magnum foret omni populo celebrandũ. Atq; ideo Chriſtum inuenientes infantem credunt, omnibusq; euulgant audita. Sic etiam Magi à remotis terræ partibus aduenientes. Vbi eſt, inquiunt, qui natus eſt rex Iudęorum? Vidimus eñ ſtellam eius in Oriẽte. Adeo autem fama tunc de Chriſto mox percrebuit, vt Herodes oñiſq; Hieroſolyma turbaretur cum illo. Eam ob rem Euangeliſta: Erat, inquit, pater Ieſu & mater eius mirãtes.

Lucæ 1

Luc. 2

Matth. 2

D

Ioſeph cur pater Ieſu dict⁹

Vide quõ Ioſeph patrem nominat Ieſu ſcriptura. Ita enim patrem nominat, quõ tunc putabatur. Nec tamen incõgrue vocabatur Ioſeph pater Ieſu, erat eñ vere virginis Mariæ maritus, licet virgo et cõiunx. Quare cum Mariæ verus eſſet coniunx, iuſte etiam dicebatur pater Ieſu, quia Ieſus Ioſephi, licet non ex ipſius ſemine, tamen ex ipſius coniuge erat filius. Recte igitur dicebatur Ioſeph pater Ieſu, quia ſuæ coniugis erat filius Ieſus: quare iuſtius ei erat pater per Mariam coniugem, quam fuiſſet aut eſſe potuiſſet per adoptionẽ. Poteſt tamen Ieſus nihilominus dici filius Ioſeph, quia alumnus nutritio patre Ioſeph educabatur, & communis omnium fama ſic eum, hoc eſt, filium Ioſeph habebat & loquebatur. Noluit igitur Euãgeliſta tam ſancto viro quicquam honoris derogare, ſciens nihilominus fidelibus aliunde ſatis notum, nõ ex ſemine Ioſeph Ieſum natum, ſed eum patris maluit decorare vocabulo, qui, vt talis putaretur, Mariam eſt in coniugem accipere iuſſus.

Matth.

Matth.

Et benedixit illis Simeon.

Indignum fortaſſe tibi videtur, q̃d Mariam virginem ac Dei matrem (cuius tãta eſt dignitas, tanta puritas, vt nihil in cœleſtibus, nihil in terrenis poſſit creaturis illi adęquari) Simeon bñdixerit, multoq; adhuc abſurdius, q̃d Chriſtum benedixerit. De Maria reſpõdendum, non indignum fuiſſe, vt maior à minore bñdicatur. Benedictio enim non datur ex merito ſanctitatis, ſed ex officio. Haud dubiũ nanq; eſt Mariam lõge fuiſſe Simeone digniorem, ſanctiorem, maioremq; merito vitæ & ſanctitate: benedicenda tamen erat à ſacerdote, licet inferiore, ſecundũ vitæ meritũ, iuxta officiũ tamen ſuperiore. Sacerdotibus enim conuenit benedicere. Verum id non ſua virtute efficiunt, ſed diuina, quicquid ſalutis benedictio operatur. Sacerdotũ igitur eſt benedicere, ſed id conuenit eis non ex merito vitæ, ſed ex officio, vtpote à dño ad benedicendum populo conſtitutis. Benedicunt igitur & hodie hi quoq;, quorũ reproba eſt vita, ſacerdotes: at non ſuo merito, ſed ordinatione, inſtitutioneq; diuina, atq; in Dei verbo. Heu quam ſæpe inferiores, imo & mali benedicunt ſanctos, non in ſuo, ſed in Dei nomine, & in verbo id faciunt Dei. Non igitur eſt attẽdenda benedicẽtis vita, propterea q̃d miniſter eſt tantũ, & benedictionis pronunciator, non gratiæ collator, ſed diuina ordinatio reſpicienda: quãdoquidem neq; qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incremẽtum dat Deus. Quod cũ ita ſit, quanto magis non ſpernenda eſt bñdictio, conſecratio, miniſteriumve aliud quodcunq; aut ſacramẽtorum, aut operationũ Dei ab eo mi

Hebr. Benedi once. realit tinct.

Num.

1. Cor.

eo ministro, qui licet vitæ sit merito inferior, Dei tamen ordinatione ad hoc est officium cōstitutus? Nulli dubium est igitur, quin humilime Maria suscepit Simeonis benedictionem. Sit igitur tibi quoq; accepta prælati aut superioris tui spiritualis administratio. Scito hunc in ministeriū à Deo missum. Siue igitur benedicat, siue consecret, siue prædicet, arguat aut consoletur, omnia reuerenter, humiliterq; suscipias, omnia tu æquanimiter sustineas: credens nō pro sua animi illum voluntate id facere, sed diuina inspiratione monitum ideo hęc agere, quod tu vel alius quispiam benedictione aut reprehēsione hac egeat. Vbiq; igitur Deū in homine ausculta, ab homine non aliter, præsertim in his quorū est à Deo minister institutus, atq; à Dei ore ac manu, quicqd dixerit, quicquid circa te egerit, accipe. Verum vt ad Simeonem reuertamur, benedixit Ioseph & Mariæ. At de beata virgine iam tibi satisfactū puto. Verum quomodo benedixerit puero, magis te vrget. Est enim & puer idem sacerdos sanctus & immaculatus, secundū ordinē Melchisedec: nec sacerdos solum, verum & pontifex: & non minus quā homo, Deus. Dicēdum igitur solum esse Deum qui benedicat, hoc est, qui benedictionem det gratiæ suæ, operetur q; in homine salutem, idq; per ministrum quasi per instrumētum (cui te inclinari oportet) facit. Hoc modo Deus nō potest ab homine benedici. Potest tamē homo vtiliter atq; humiliter, non solum pontificem, sed etiam Deum benedicere, quatenus benedictiōis vocabulo vtimur pro laude, gratiarū actione, atq; confessione. Hoc modo Christo non ignauiter Simeon benedixit, non vt benedictione hac Christo quid accederet gratiæ & virtutis, sed vt illum Simeon cōmendaret, illum exaltaret, illi cōfiteretur, illi gratias ageret.

E — Prælatorū personæ & officia quali in reuerentia habenda.

Psal. 109 — Hebr. 7

Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel.

F

Cur Simeon postquam illis benedixerit, soli Mariæ deinde tanquam infantis matri loquutus fuerit, non prorsus ratione caret. Ipsa enim sola infanti carnem, qua Christus pateretur, cuius passione erat ipsa quoque dissecanda, dederat: futurum q̊q; videbat Simeon, vt Ioseph Christi non videret passionem, ante ad patres moriendo iturus. Ideo matrem alloquens solam, dicit: Ecce positus est hic in ruinā, &c. Non ita intelligendum est, vt propterea dicatur venisse Christus, vt aliq ex hominibus cadant, alij resurgant, quasi ipse causa fuerit cuipiam ruinæ. Certe quotqt resurrexerunt, horum vt resurgerent fuit causa, non item vt ruerent: quia à seipso habet homo vnde cadat, non autem à seipso vt resurgat. Est tamē verum, quod occasionaliter multis fuerit in ruinam, his scilicet qui contempserunt illum, qui eū non audierunt. Nulli enim scādalum ꝑbuit ipse, licet multi sua malitia scandalū acceperūt, sicut apostoli dixerunt: Scis quia Pharisæi verbo hoc audito scandalizati sunt. Ipse q̊q; de se loquens: Beatus, inquit, qui non fuerit scandalizatus in me. Venit itaq; Christus, non quantum in se erat, in ruinam hominū, sed potius, vt dicit: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, in mundum venit. Quod vero homines ex occasione sumpta à Christo ruunt aut peccant, non à Christo (vt dixi) habēt, sed à seipsis, hoc est, à praua sua inclinatione, à concupiscentia mala, ab acedia, quia nolunt vitijs resistere & ab amore recedere priuato: quandoquidē diligunt, aut oderunt ea quę non deberent contra Deū. Sic enī dominus loquitur: Lux venit in mundū. Quare igitur non fuere illuminati omnes? Quare nō resipuere? Non ex luce hoc accidit (omnem enim hominē paratus fuit illuminare venientem in hunc mundū) sed ex hominum id accidit malitia. Vnde sequitur: Sed dilexerūt homines magis tenebras, quam lucem. Ideo non venerunt ad lucem, ne arguantur opera eorum mala in tenebris facta. Atq; ideo etiam nō sunt illuminati, quia fugerunt lucem, oderunt lucem, amauerunt tenebras, dilexerūt opera sua mala, à quibus diuidi noluerunt. Inde igitur factum est, vt Christus lux mūdi sit occasio eis, non ex seipso data, sed ab illis in seipsis sumpta, vt per Christum non sint facti meliores, sed malitia sua qua indurauerunt, facti sunt deteriores. Quid enim hoc soli imputandum est, si tui sint oculi lippi? aut si ex sole non clarius videas, sed habeas fastidium? Verum est ex sole tibi esse occasionē, non tamen causam quare tu molestiam sentias. Infirmitas enim tua hoc tibi incōmodi affert, nō sol. Quapropter

In ruinā vti Christus positus fuerit.

Matth. 15 — Matth. 11 — Ioan. 10 — Ioan. 3 — Ioan. 1 — Ioan. 3 — Ioan. 15

propter quomodo lux nocet oculis lippis, ita Christus nocuit impijs, q dixerũt: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Aduertendũ quoq; est, eam ob rem Euangelistam non dixisse Christum positum esse in resurrectionem omnium, sed multorum: quia licet ad saluandos venerit omnes, hos tamen saluauit solos, qui credituri erant in nomine ipsius. Horum quoq; vt resurgerent, vt saluarentur, non tam occasio fuit, quam causa, ipso testante: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet.

Iob 21

G

In resurrectione qui Christus positus fuerit.

Ioan. 11

Non est autem de solo Christo prophetatum, quod positus sit in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, sed etiam de ipsius membris, quorum eruditio vitaq; alijs quidem fuit, vt compuncti corrigerentur, alijs vt obstinati grauius indurarentur, atq; perirent. Quamobrem dicit Apostol. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitę in vitam. Itaq; tuum est fili, vt quõ velis, sit tibi positus Christus. Venit enim tibi lux in mundum. Surge igitur & illuminare, quomodo scriptũ est: Accedite ad Deũ, & illuminamini. Accede, ausculta, serua eius verba & sermonẽ. Audi non vt scias tantum, sed serua in corde etiam, hoc est, diligas, viuendoq; exprimas, vt in illorũ habearis numero, de quibus loquitur Christus: Si quis sermonem meum seruauerit, non videbit mortem in æternum. Origenes hunc locum exponens non de alijs qui cadant, & alijs qui resurgant, sed de eisdem vult esse dictũ, quibus Christum in mundum venisse dicit, vt primum feliciter cadant, feliciusq; deinde resurgant. Ad hunc igitur ille sensum exponit: Peccatũ viuit in homine, superbia, auaritia, luxuriaq; viuit. Sine Christo semper viueret, & in mortem duceret. Stat igitur, aut potius stare sibi videtur homo viuens peccato, & male securus est. Felicior autem erit, si Christo credat, vnde ruat in eo peccatum, hoc est, vt ruat in eo, vel auaritia, vel superbia, &c̃. quia vbi ruerit, poterit resurgere. Itaq; ruat in te o Christiane superbus, surgat e diuerso humilis, cadat incontinens, resurgat castus, ruat auarus, resurgat liberalis & misericors. Hoc modo simul cuiuis in ruinam & resurrectionem venit Christus. Omnes enim nos inuenit languidos, omnes infectos morbo. Verbo autem suo nos prostrauit omnes, qui videbamur stare & incolumes esse, vt ibi quo putabamur erecti, nos inueniremus humo iacentes. Per eius igitur implorationem gratiæ resurgere conemur. Nihil igitur aliud dicere vult Origenes, quã eos ruere, in quibus ruit occiditurq; peccatum. Resurgere vero eos, qbus destructo peccato religiose contingit viuere. Proinde si luxuriosus efficitur castus, si auarus liberalis, si atrox fit mitis aut misericors, moritur in eo pctm̃, resurgit vero iustitia.

2. Cor. 2

Ioan. 12
Esaiæ 60
Psal. 33

Ioan. 8

Origenes

Et in signum, cui contradicetur.

H

Contradixerunt Arrius, Nestorius, Eutiches, aliaq; prodigiosa hæreticorum monstra. Contradicunt hodie domino Iesu hęretici, qa vitã eius impugnant. Quomodo enim non impugnant, quãdo eius amatores, eius imitantes vestigia deridẽt, obganniunt, persequuntur: Quis vestrum simplicitatẽ eius amplectens, eius imitans orationes, eius genuflexiones, eius vigilias, eius sobrietatem & temperantiam sequens, nõ mox audiet, quod operibus suis fidat, cæremonijs velit suis mercari cœlum, hypocrita sit, orationes faciat, quibus Deus nõ egeat, probraq; huiusmodi alia? Verum de hoc alias.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Beatissimæ Mariæ dolorẽ futurę compassionis prænunciat Simeon. Hæc enim cum vehementissime amaret filium, quæcunq; in corpore passus est filius, ipsa pertulit in anima. Siquidem multas habuit amandi rationes Maria præ cæteris matribus, quę suos etiam diligunt filios. Erat enim ei dominus Iesus filius. Erat ei vnigenitus, quia nullum alium præter hunc habuit. Erat benignus & virtuosus. Erat pulcherrimus. Erat ab eadem non absq; graui labore educatus. Erat eius creator & Deus. Hæc singula amoris exaggerabant magnitudinem. Qui amor ad Christum quo erat maior, eo etiam amãtis matris dolor pro eodem fuit grauior.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Vt reuelentur. Hic, vt, intelligẽdum est consequutiue non causaliter. Ex his enim quæ Christus passus est, sequutum est, vt cogitationes bonorum malorumque reuelaren-

Ioan.18 Lucæ 23 Mat.26 Marc.15 Lucæ 23 uelaretur. Alij enim ad Christi mortẽ gaudebant, alij lachrymabantur, alij astabant, alij fugiebant: latro cõfitebatur Christũ, dũ Petrus negaret. Reuelabatur igitur qd in cordibus foret hominũ hac occasione.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat annis septem cum viro suo á virginitate sua.

I Ante virgo vixerat: viro septem annis deinde coniuncta fuit: reliquo tẽpore vidua, pijs operibus, ieiunijs & orationi vacabat. Diligenter omnia Euangelista disseruit, quę ad eius pertinebant laudem, quo dignam illam ostẽderet spiritu prophetię, quam erat inducturus ad confitendũ domino, & testimonium Christo prębiturã. Quocirca videndũ quot laude dignas de eadem proferat cõditiones, vt merito introducatur de Christo eius testimonium. Anna vti speculum fuerit omnibus perfectionis. Est enim vita eius omibus mulieribus speculum, vtpote quæ virginibus virgo, nuptis nupta, & viduis vidua sanctæ vitæ præbuerat exemplum. I. Prima huius sanctæ mulieris conditio, quod virginitatem suam vsq; ad matrimonium conseruauit. Virginitatis naturæ quanta excellentia. Laudabilis plane & res pulcherrima virginitas, quæ vbi semel amissa fuerit, non potest recuperari. Neq; enim, tametsi peccato venia impetretur a Deo, post lapsũ potest Matth. 19 1. Cor. 6 virginitas restaurari. Hæc virtus a Christo laudata, & a Paulo eiusdẽ præcone est vehementer commendata: propter sui tamen nobilitatem arduamq; continentiæ obseruantiã a Christo nõ est pręcepta, sed suasa, Mat. 19 Hiero. Matth. 22 vbi ait: Sunt eunuchi qui se castrarunt pp ter regnum Dei. Sint igitur eunuchi quibus castitatem obseruare placet, angelicãque vitam ducere in terris, & in carne sine carne viuere, vt regni cœlestis ciues fieri Lucæ 20 mereantur: sintque non in cœlo tantum, sed in hac quoque vita, qui neque nubãt, neque nubantur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlis. O felices vos virgines, o animas Deo sacratas, Deo dilectas, o Christi spõsas & cœlestis paradisi rosas. O vos, inquam, felices quibus datum est de tanto virginitatis, tãq; precioso gaudere monili. Felices, inquam, vos, qui de tam præclara gemma & adhuc intemerata exultatis castimonia, quam certe inter tot hostiũ insidias, non vos, sed dominus amator & spõsus vester cœlestis vobis seruauit. Itaq; quotquot thesaurum hunc habetis, omni cura, omnique vigilantia immarcessibilẽ custodite vel perpetuum, vel si aliter placet, ad coniugium vsq;, vt cum timore Dei tunc virgo puella viro iungatur & virgini, seruatis nihilominus dierũ aliquot inducijs, quibus vterq; coniugium coniũgatur Deo, idq; exemplo iunioris Tobiæ, Tobiæ aliorumque veterum sanctorum.

Et hæc vidua erat vsque ad annos octoginta quatuor.

K II. Coniugibus qñ ca ste viuendum. Secunda eius conditio laudanda, q̃d post viri sui mortem, tametsi annis tantũ septem illum habuisset, nũquam alteri voluit copulari marito, sed manere innupta. Ostendens, quod erat cum viro, cum quo fuerat vna caro hac vita defuncto, simul mortua, puta quo ad carnalia coniugaliaque opera. Vnde absoluta a lege viri, noluit se mundo iterum illaqueare, sed Deo. Imitentur illam mulieres sanctæ, dum sũt 1. Cor. 6 cum maritis, si eos ad castitatem (ad quam sæpius illos inuitare debent) non possũt inducere, gemant suam seruitutem, necessitatem tolerent, animo diligant exoptentque (si ita liceret) magis castitatem. Porro, Viduitas q̃ sit cõmẽdabilis. a lege viri si contingat eas absolui, si admiserit deuotio, vt Anna, se contineant. Cõtineant autem orationibus & ieiunijs vacantes, vt veræ viduæ sint. Nam quæ in de 1. Tim. 5 litijs viuit vidua, mortua est. III. Tertia est conditio, quod laudabiliter in statu viduitatis vixit. Multa est laude dignũ post expertam illecebram carnis vitijs posse consuetis abstinere. Cum enim sint coniugio vtentibus multa solatia delectabiliaq;, his viduam abstinere valde est laudabile.

Quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

IIII. Quarta conditio huius viduæ fuit, quod frequens fuit in templo. Ideo dicitur quod nunquam discedebat a templo, hoc est, quantum potuit, semper templo interfuit, orationi vacans. Neque enim q̃d 1. Tim. 5 Apostolus in quibusdam adolescentioribus obiurgabat, per domos discurrebat ociosa & verbosa loquens, quæ non expedirent: sed tempus omne quod habuit, orationi & sanctę compunctionis studijs dedicauit. V. Quinta eius conditio, quod ieiunijs quotidianis afflixit corpus suum passiones carnis subijciens spiritui sobriamque Deo faciens animam. Ieiunio carnis petulãtiam frenandã. Deuotioni prorsus contrarium est, escis multis exten

E dere

dere ventrem. Vbi enim sunt escæ multæ, ibi & potus oportet vt abundet, ibi continentia periclitatur, arescit compunctio, acędia imperat, ociũ amatur. Atq; ideo pœnitẽtium sunt arma nobilissima oratio & ieiunium. Nonne dæmoniorũ quoddam
Mart.9 esse genus dicit Christus, quod eijci non possit, nisi oratione & ieiunio? Nõne Pau
1.Cor.9 lus suum corpus castigat, atq; in seruitutẽ redigit, metuens ne cum alijs prædicauerit, non frenato per abstinentiam aut castigationẽ corpore, ipse reprobus efficiatur? Vides quam probe illuminata hæc sancta fuerit mulier, quæ huiusmodi studia frequentauerit, quibus fieret spiritualis.

L Hæreticorum peruersitas quanta. Hæc studia, qui hodie Euangelicos se audent iactare, execrantur adeo, vt etiã in alijs Deo deuotis eadem impugnent, quia volunt manere (vt sic dicam) carnales. In carne enim est vita eorum tota, vt prorsus nihil, nisi quatenus loquũtur verba Euangelij, habeant de spiritu. Ne autem sanctorum vitæ ex diametro cõtrarij arguantur, despiciunturve, sanctorum ieiunia & opera bona carpũt, & quasi impij fuissent sancti, qui suis tribuisset operibus, quicquid sibi Deus foret largitus (quod nemo sanctorum fecit vnquam) in sanctos blasphemant: ipsi vero hæretici propterea videantur pij, quod tantum tribuunt Christi merito, vt sine vllo opere bono etiam cõtemptores, ingrati & præuaricatores saluẽtur, in sanctos blasphemant. Potest quidẽ Deus sine opere bono (quod & facit infantibus, quãdo de opere bono proprie loquimur) saluare. At homo ratione vtẽs, & nolẽs operari bonum, vbi Deus præcepto ab eo id expostulat, quõ, nisi pœniteat, in peccato possit saluari? Mandata enim habemus Euãgelica, quæ nobis data sunt, non tantum vt sciamus ea, sed vt etiam eadẽ faciamus. Quæ vbi intermittimus, iam non solum sumus negligentes, sed etiam præceptorum diuinorum præuaricatores: qui regnum Dei durantibus his peccatis nostris, intrare non possumus. Accipiant quęso informationem ab hac Euangelica vidua carnales illi Euãgelici, discãt eã imitari, audiãtq; vel inuiti Euangeliũ eius opera & studia bona commendare (propterea enim tam diligenter describuntur) atque prophetiæ donum illis tribuere. Ideo enim bonis actibus & obseruationibus stipata introducitur, vt ex prophetiæ dono digna fuisse, & quæ Christum prędicaret, crederetur. Sexta conditio Annæ narratur, quod obsecrationibus in tẽplo vacauerit. Iam dictum est supra, quod ieiunis & orationibus aptam se fecerit, quæ à spiritu sancto imbueretur. Est enim laus, gratiarũ actio, oratio q̃q; in multiplici genere gratissimum Deo sacrificium.

Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redẽptionem Israel.

Septima hic eius conditio laudatur, quod donum habuerit prophetiæ. Loquebatur enim omnibus expectantibus redẽptionem Israel, hoc est, consolabatur & roborabat in spe & expectatione firma eos, qui Herodis tyrannide grauati, expectabant liberationẽ Israel per Christum. Hũc itaq; Christum adesse iam natum, qui redempturus esset Israel, prædicabat. Reuera enim per Christũ liberati sumus ac redempti, licet nõ à temporali subiectione & seruitute, cuiusmodi Iudæorum multi expectantes frustra credebant, sed à captiuitate peccati, & à tyrannide diaboli.

Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapiẽtia, & gratia Dei erat in eo.

Non modo tantum, sed ab initio quoque conceptionis sui sapientia fuit plenus puer Iesus, qui nihil idcirco potuit agere vanum aut inhonestũ. Et gratia Dei (quæ illi data est absque mẽsura) erat in illo. Dictus est autem ab Euangelista proficere, non in astutia sermonis, non honoribus & diuitijs, sed virtute & gratia, quæ magis quotidie in eo lucebant. Iuxta enim ætatem permisit semper sapientiæ plus erumpere, quo sese manifestaret mundo, & attemperaret ætati. Itaque non sapientia creuit, sed qua semper plenus erat sapientia, hanc foras magis ac magis paulatim exhibuit puer Iesus, in secula bñdictus, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quam multipliciter Christus nobis sit signum, cui contradicitur.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectiõem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, Lucæ secundo. Simeon

meoni sancto & seni legimus reuelatum & promissum (haud dubium pro magno eius desiderio videndi Christum) non visurum illi mortem, nisi videret Christum domini. Annosus itaque quem diu expectauerat, vbi tandem illum adesse sentiret,

In spiritu venisse in templum qui dicat Simeon.

in spiritu venit ad templū. Venit quidem corpore, sed in spiritu venisse dicit, eo scilicet ducente aut impellēte, quo Christum esse in templo cognouit. Spiritu venit, qa spirituali cogitatione, qua præter Christum tunc nihil cogitabat aliud, & in Deo absorptus in templum venit, Christumq; infantem in exultatione spiritus exosculans, & castissimo sibi amplexu astringēs,

Lucæ 2

quasi dominum à promisso absolueret, dicit: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hęc verba causam quare dominum promissi absoluerit, indicāt. Fatetur enim sibi fidelissime, quod promissum fuerat, impletum. Atque ideo diutius viuere non desiderans, cum quod optauerat, propter quod diutius quoq; vixerat, iam sibi concessum etiam ipse fateretur, dicit: Nunc dimittis domine seruum tuū in pace. Prophetauit autem Mariæ futurum, vt is in resurrectionem & in ruinam foret multorum positus.

Danie. 2 Psal. 117 Esaiæ 28 Matth. 21 Ephe. 2 Actor. 4 1. Petri 2

Erat enim Christus lapis sine manibus excisus, lapis, inquam, offensionis, & petra scandali in via omnibus expositus, in quem multi impegerūt, alij ad salutem, alij ad damnationem. Attulit quidem omnibus causam & precium salutis, nulli tamen ipse præbuit damnationis: q̄uis multi eam sibi ipsis sua malitia sumpserint: quare occasionaliter positus dicitur in ruinam multorum. Huiusmodi simile

Ioan. 9

quid apud Ioannem legitur: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Propterea certe Christus venit, vt non videntes omnes illuminaret. Verum, quia multi ad hanc lucem venire noluerunt, sed tenebras suas prætulerunt luci, dum se videre putabant, cæci facti sunt.

O

In signum quibus posit' fuerit Christus.

Venit etiam dominus in signum nobis positus, ad q̄d affectiōum nostrarum iaciamus sagittas, ad quem aspiremus, & quem imitemur: sed contradicimus huic signo.

I.

Est em̄ primo positus nobis in signum paupertatis & contemptus rerum caducarum. Ideo pastoribus dixit angelus: Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuo-

Lucæ 2

lutum, & positum in pręsepio. Vide hic in Christo paupertatem & omnium rerum mundanarum contemptum. Quid tenero infanti necessarium nō deficit? Hoc signo nos voluit erudiri. Sed signū est cui mundus contradicit vniuersus. Quis enim aut quotus est, qui non mundi quærat opes, qui non honores ambiat, aut qui non carnis quærat delitias? Fruamur (aiunt quidam) bonis à iuuentute, quoniam hæc est pars nostra, & reliqua quę ibi in libro Sapientiæ horum personā figurant.

Sapien. 2

II.

Secundo, est nobis positus in exemplum virtutum & operum omnium bonorum, tanq̄ signum seu chorda atq; regula, qua dirigimur in operibus bonis. Proinde, dū discipulis pedes lauisset, non solum de hoc humilitatis opere, verum etiam de alijs quibuslibet loquens, dixit: Exemplū dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

Ioan. 13

Hoc est signum seu exemplar, de quo Mosen dominus commonefacit: Omnia, inquiens, fac secundum exemplar, quod tibi in monte mōstratum est. Montem Christū intelligimus, iuxta illud: Erit mons domus domini in vertice mōtium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes.

Exodi 25 Hebr. 8 Esaiæ 2 Mich. 4

At in hoc signo Christo contradicunt plurimi. Nonne hodie omnes gloriantur se Christianos, imo & Euāgelicos? Sed respōdetur multis, quod confitentur se nosse Deum, factis aūt negant. Nolunt aduertere illud Ioannis: Qui dicit se esse Christi, debet sicut & ipse ambulauit, ambulare.

Titum 1. 1. Ioan. 2

Non aduertunt Christū loquentem: Quid dicitis mihi, domine, domine, & non facitis quæ dico? Itemq;: Qui seruat mandata mea, & facit ea, ille est qui diligit me. Non dicit, qui legit ea, non dicit, qui prædicat, sed q facit ea, hoc est, qui opere explet.

Mat. 7 Lucæ 6 Ioan. 14

P

III.

Tertio, positus est in signū sanitatis, quomodo in figura est Mosi dictum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus inspexerit eum, viuet.

Num. 21

Ita Christus in passione nobis signum positus est, vt quisquis fide intuetur illum, saluetur. Om̄es em̄ morbo Adę, hoc est, originali laboramus pctō, à quo nunquam liberabimur, sed peribimus, nisi hoc inspexerimus signum. Quāobrem Christus: Sicut, inq̄t, exaltauit Moses serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, vt om̄is qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Huic si-

Ioan. 3

gno etiam contradicit mũdus. Debet enĩ, quisquis sanari vult, intueri Christum crucifixum oculis fidei & compassionis, recolens verbi, quod scriptum est: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. At omnes recusamus pati, & compati Christo. Volumus quidem eũ sequi in delitijs, sed in his non inuenitur Christus nos præcessisse. Viam enim duram hic ambulans, quæ carni sunt molestiora, elegit. Propterea suis dicit imitatoribus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non putes paruum militiæ esse genus, si teipsum abnegare cõtenderis. Desiderijs omnibus tuis bellũ indicas necesse est. Ibiq; glossas omnes, quæ tibi blãdiuntur, suadereq; nituntur, vt scilicet hic & hic tecũ dissimules, tibi parcas, hoc tibi bene licere, hoc pfectioni non aduersari, & huiusmodi feruore cõstanti ꝓscindas. Non declines à feruore & proposito proficiendi: rationabile tamẽ sit illud & discretum, iudicio prælati moderandũ & dirigẽdum. At quia nunc pene omnes, quæ mundi sunt, sapiunt, Christo in hoc signo contradicunt. Quarto, positus est in signum discretionis, quo scilicet discernitur inter filios gratiæ, & filios hominũ. Filij hominũ, inquit, vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vnde subindicatur, quod filij huius mundi, qui prudentiores sunt filijs lucis in gñatione sua, diligunt & quærunt ea, quæ sunt in mundo, quæ enumerat Ioannes, dicẽs: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est cõcupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Porro, filij lucis, filij gratiæ, atq; vt totum dicam, filij Dei, non ea, quæ mundi sunt diligunt. Semper enim in eorum cordibus hæc vox auditur: Qui diligit mundum, non est charitas patris in illo. Semper audiunt: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Inter vtrosq; igitur filios, gratiæ scilicet & huius mũdi, signum discretionis, id est, Christus in sua passione positus est, q̃ ab alijs alij discernuntur. Christus enĩ eos sibi adoptat filios, quos sanguine suo sibi assignat. Cuius habemus figuram in Exodo, vbi de sanguine agni iubentur filij Israel tingere superliminaria domorũ, vt hoc videns sanguine linitam domũ angelus percutiens, transeat, & immunem relinquat. Si quisquis huius mundi, hoc est, omnium mundanorũ effugere quærit excidium, signet se sangnine agni immaculati Iesu Christi, q̃ vincere possit & elabi insidias dæmonum, & nequitias spirituũ malignorum. Vnde pari modo viris, qui debebant percutere ciuitatem, dictum est: Super quos videritis Thau (quod est signum crucis) ne occidatis eos. Signari enim ante dominus fecerat frontes virorum gemẽtium & dolentium signo Thau. Vnde ab illorum percussione, qui signati fuerant, viros, qui ciuitatem percussuri erant, deterruit, dicens: Super quos videritis Thau, ne occidatis eos. Hoc est quod dicimus, crucẽ domini seu passionem Christi signum esse, quo serui Dei signantur, discernũturque à filijs seculi in frõtibus eorum. Et vbicunq; signum hoc fuerit inuentum, angelus percutiens non habebit potestatem. Est ergo Christi passio nobis in signum, quod filij Dei sumus, si tamen eandem (vt signum redẽptionis nostrę) circũferamus in cordibus nostris. Verum huic signo quoq; contradicitur à multis. Vt enĩ iã declaratũ est, imprimitur viris dolentibus & gemẽtibus super peccatis suis, & sup passionibus Christi. Qui igitur luxu mundi delectantur, neq; de peccatis suis, neq; super Christi passione cõpunguntur, hi suis prauis moribus Christo vehementer cõtradicunt. Christus itaq; alijs q̃q; rationibus nobis esse in signũ potest ostendi, sed in signum, cui cõtradicetur. Vocamus enĩ signũ scopũ aliquãdo, quo mittitur sagitta. Hoc modo Christus nobis signum factus est, quo in seipso significet nobis, indicetq; quæ sit via ad regnum cœlorũ, qua sit etiã eundum ad se. Vnde in sua vita ostẽdit nobis hoc vitale signũ, quæ loqtur nobis, vt ad hoc signũ Christum curramus, ipsum imitemur, si optamus salutem. Ad quod exhortans nos Apostolus: Curramus, inquit, ad propositũ nobis certamẽ, aspicientes in autorem fidei, qui proposito sibi gaudio crucem sustinuit, cõfusione cõtempta. Est igitur reuera Christi vita regula quædam, iuxta quam sit nobis viuendum. Quid enim in Christo videmus nõ imitandum? Quid inuenimus in eius vita, quod nobis nõ sit signum, iuxta q̃d debeamus viuere? Pauptas eius nobis est signũ, quo spreto mundo, cõtemptisq; diuitijs, pau-

Marginalia (left column): 1. Petri 2; Bernard.; Matth. 16, Lu. 9. & 14; Rom. 12; IIII.; Psal. 4; Lucæ 16; 1. Ioan. 2; Ibidem; Ioan. 12; Exodi 12. Marginalia (right column): Ezech.; Aug.; Signum figu...; Hebr.; 1. Tim.

paucis viuamus contenti. Humilitas eius nobis signum est, quo superbiam vanamq; gloriã declinemus. Et hoc modo de singulis est virtutibus cogitãdum, quibus Christus nobis in signum factus, quo eũdum, quomodove sit viuendum, significat. At proh dolor, à permultis signo huic cõtradicitur. Contradixerunt Scribæ & Pharisæi. Contradicunt hæretici & mali Christiani. De Scribis Pharisæisq;, quantum cõtradixerint Christo, om̃ibus ex Euãgelica historia est euulgatũ. Hæretici quoq; non consentientes sanæ fidei Christianæ, contradicunt Christo. Aliter em̃ aliaq; hæreticorum atq; Christi est eruditio, aliter q̊q; quam Deus eos docet, ipsi Deũ prædicãt, Vnde magis Christũ impugnant. Contradicũt postremo mali Christiani. Ea enim, quæ verbo & opere docuit Christus, male viuendo mali impugnãt Christiani. Christus humilitatẽ ac mititatẽ docuit, at Christianus superbiam exercens, Christo contradicit Est aliquãdo signum aliquid nobis significans, vt circulus ante tabernã significat vinum ibi esse venale, cucullus significat monachũ, corona rasa in capite significat sacerdotẽ. Hoc modo iterũ Christus est signum. Significat enim nobis salutẽ ex se quærendã, significat nobis se lucem esse mundi, Dei filium, omnipotentẽ, misericordissimum. Hæc enim omnia nobis significãt signa, p̃dicatio & opera Christi. In Christo itaq; est veritas, vt quę signa indicãt, eadem sunt vere in Christo. Aliter autem nobiscũ est. Sæpenumero em̃ signa falsa absq; re p̃ferimus. Nonne pariter omnes signum monstrauimus Christianę militiæ? Christo tamen, hoc est, Christianæ vitę multi contradicimus. Circunferimus vestẽ religiosam, qua nos sp̃uales, hoc est, spiritu viuentes significamus, cum sępenumero conuersatio nostra adhuc sit in carne: quare magis mortui iudicãdi sumus, q̃ viuentes, dicente Apostolo: Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Qui igitur carnem domat, qui desiderijs carnis imperat, qui iuxta spiritũ viuit, loquitur, cogitat, & sic viuendum docet, spiritualis dicẽdus est. Fallit itaq; sæpenumero signũ externum, quõ signũ fallit indicans venale vinum, si non fuerit in domo vinũ. Hoc modo externã sæpe significamus pietatẽ, religionem, atq; deuotionem, cũ nihil, parumve horũ sit in nobis, viuat vero in nobis mundus. Christi itaq; vita & eruditio signum nobis est (vt dixi) quõ imitando illum nos esse oporteat pauperes, humiles, peregrinos, & aduenas super terrã, nihilq; de hoc mũdo amantes, sed corda nostra ad Deum semper erigentes. Verum contradicimus huic signo. Om̃es em̃, qui Christum imitari aut nolunt, aut non satagunt, signo huic contradicunt. Videre vis an contradicas vitę Christi, quę tibi signũ est, quod imiteris, quæ veluti exemplar in monte tibi constitutum est, iuxta q̊d agas? Vide quo currat affectus tuus, quid libentius cogites, cui insistas diligentius, & q̊d tenacius serues. Si de gloria tẽporali, si de dilectione carnis, si de voluptate, aut diuitijs sermo fiat, & tu mox sollicitus agis, in menteq; tua versatur quõ ea possis obtinere, si ad rememorationem rerum mũdanarũ incitatur, exultatq; animus, si te audisse voluptatis quid delectat, & si eadem alijs recensere animum tuũ iuuat, in via es mala, vbi Christo, vbi signo vitæ contradicitur. Perniciosissima est cogitatio, mundi spurcitas, illecebrãq; meditari carnis cum desiderio obtinendi. Hic tamen à iuuentute vehementer Christo domino nostro cõtradicitur. Non hoc nos Christus docuit. Nos enim in mundo q̃rimus oblectamenta, Christus pro nobis molesta & tormenta p̃tulit, suisq; dixit imitatoribus: In mũdo pressurã habebitis. Itẽq;: Nolite mirari, si odio vos habet mũdus, sed scitote, quia me priorẽ odio habuit. Heu, q̃ rarus est hodie, qui Christi vitam, hoc est, Euangelium audiẽs, intra se cõpunctus gemat, q̊d in hoc & in illo deformis Christo sit, q̊d à Christi vita tãtum adhuc dissideat. Quam rarus, inquam, est, qui ex toto corde Christi virtutes, si quando eas considerauit ex lectione Euãgelica, optet, dicatq;: Vtinam pijssime Iesu, in hoc imitari te possem. O si me aliquando vincam, vt quõ tu ambulasti, ita & ego ambulem. O quam paucis cõtingit, qui omnem suam sollicitudinẽ, & curam eo dirigũt, vt quomodo imitari ea, quæ in Christi vita didicerunt, quærant, sicut videmus eos sollicitos, atq; studiosos mundi amatores, qui nihil negligunt, vbi opes, gloriam, luxum, aliave id genus terrena comparare sperauerint. Nihil illis difficile, modo obtineãt, quod concupiscũt. Quare pari studio, pari desiderio non incitan-

Marginalia: Christi signo à quibus cõtradicitur. — Matth. 11 — S — II. Signũ quid sit. — Rom. 8 — Vitę Christi à q̃bus cõtradicitur. — Ioan. 16 — Ioan. 15 — T — In Euange

licos hui' seculi. citantur, qui Euangelici hodie volũt nuncupari? Quantum ad Euangelij literam attinet, sunt ipsi, qui se primos iactant & vocant Euangelicos, imo & studia sua pessima, pestilentissimasq; machinationes, versutias, detractiones, inuectiones virulentas, odio, inuidiaq; plenas, prędicationesque suas pessimas Euangelium vocant, & eos, qui in huiusmodi ipsis consentiunt, Euangelium dicunt amare. Quod Euangelium? Impune peccare, ad omnem peccandi libertatem effrænos esse, carnalibus desiderijs suis satisfacere, & pessimis operibus insudare: quia opera bona, inquiũt, ad salutem sunt superflua & nulla. Et ideo vbi de Christi imitatione agitur, Euangelium Christiq; vita illis est signum, cui cõtradicunt. Iuxta Euangelium nanq; viuere, carni & vitijs mortificandis insistere, Christi vitam imitari, atq; in se exprimere, Papistarum, Monachorumq; esse volunt, non Euangelicorum. Neq; enim propterea sunt Euãgelici, vt iuxta Euangelium, & pro Euangelicæ integritatis obseruantia viuant, sed vt sub Euangelij nomine liberius peccent, dum sub velamine Christianæ libertatis, nihil obediunt Ecclesiæ; quam non solam persequuntur, sed impugnant etiam vita, moribus & eruditione Christum. A quorum contagione vos seruet Christus dominus in æternum benedictus, Amen.

DOMINICA II. POST DOMINI NATIVITAtem, epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos XII.

VIII. OBsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quę data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut eñ in vno corpore multa mẽbra habemus, oĩa autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Singuli aũt alter alterius membra in Christo Iesu dño nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A OBsecro, non per potentiam vobis impono. Nihil eñ aliud ago, quam quod suscepi officiũ vos reconciliandi Deo. Quare obsecro vos per misericordiam Dei nobis factam. Vide hic, quanta se humilitate deijcit Paulus, quanta mansuetudine rogat, qui iubere potuisset. Sciens nimirum humanum ingenium facilius blandis, sed veris persuasionibus ac lenitate duci, quam imperio austeriori impelli. Vnde quã stul-

3. Reg. 12 te egerit Roboam liquet, qui derelicto cõsilio seniorum benignitatem suadentium,

2. Para. 10 iuuenum sequutus est consilia, & dure populo loquens, decem à se tribus Israel auertit. Itaque Paulus (vt mater ad eos, quos Christo generat) obsecro, ait, vos per misericordiam Dei factam (vnde salus nostra, & non ex vllis meritis nostris nobis consistit) vt vnusquisque vestrum seipsum mactet Deo in sacrificium per abnegationem & mortificationem desideriorum suorum carnalium, vt corpora vestra Deo exhibeatis hostiam viuentem. Viuens hostia dicitur, quãdo ab hac vita homo non deficit, & nihilominus à carnalibus desiderijs Dei se amore occidit. Itaq; hostia viuens dicitur corpus pro Deo afflictum. Viuit enim virtutibus, moritur vitijs. In hoc enim ab his, qui sub lege viuebant, nos sub gratia constituti differimus, quod illi corpora brutorum offerebant animalium, hostiam mortuam, nos modo tempore Euangelij corpora humana nostra hostiã Deo offerimus viuentẽ. Sequitur: Ideo exhibeatis Deo corpora vestra ho-

hostiã viuam, hostiam sanctam, à delictorum contagio purgatam & mundã, Deo placentem. Tunc enim placet Deo, si quicquid facitis, in gloriam Dei, & vt illi placeatis, facitis. Videte quomodo nos docet Paulus corpora nostra sacrificare Deo p abstinentiam, per laborem, per vigilias, per ieiunia, cæterasque id genus afflictiones, quibus caro subijcit spiritui & Deo, & operum bonorũ virtutumq; fit instrumentum, quod digna fiat in nouissimo die cum anima coronari, quæ hic in Dei seruitio quoq;, simul sunt in Dei holocaustum mactata. Deinde: Rationabile, inquit, sit obsequium vestrum, ne quid à vobis fiat nimium, ne quid immoderatum, ne quid deniq; impruděter, & ne quid cuius rationem non possitis reddere, faciatis. Vitium enim, non natura psequenda, est. Et sicut q delicăte nutrit seruum suũ, hoc est, carnem suam, sentiet contumacẽ, ita ediuerso de rapiña offert holocaustũ, quisqs corpus suum immoderate afflixerit. Quapropter nobis necessarium esse sal discretionis Christus cognoscens, Habete, inquit, in vobis sal. Sequitur in epistola. Et nolite confirmari huic seculo, hoc est, nolite formam huius seculi vobis imprimere, nolite hominibus mundum amãtibus conformari. Hic enim carnalia, mundana, temporaliaq; amant, quęrũt & meditant. Et qa mundũ amant, ideo etiam mũdus sunt. Huic enim assimulatur homo, quod diligit sicut Augustinus ait: Si terrã diligis, terra es: si aurum diligis, aurum es: si Deum diligis, Deus, hoc est, diuinus es. Vult ergo amorem & omnem actum seculi in nobis expiari, ac si cum Ioanne diceret: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Sed reformamini, inquit, ad imaginem Dei, quæ in vobis per peccatum deformata est. Hãc inquit, Dei similitudinem in Adam amissam, & ex proprijs quoq; peccatis conculcatam, per Christum recuperare. Reformamini aũt in nouitate sensus vestri, quo per studium lectionis & meditationis verbi Dei, sensus vester interior à Deo illumine tur, & semp magis ac magis crescat: vt probetis, atq; re ipsa & gustu spiritus discatis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacẽs & pfecta. Qui enim virtuosam, internamque duxerit vitam, agnoscit gustu spiritus sui, cui pariter in hoc testimoniũ phibet spiritus sanctus, qui tranquillam eius reddit conscientiam, & hãc in bono confirmat, quo sciat, quæ sit volũtas Dei bona, quod ve ab eo præceptum, quæ item sit beneplacens, aut quod eius consiliũ, quæ postremo sit perfecta eius voluntas ad superrogationem & perfectionẽ pertinens. Dico enim vobis per gratiam, quę data est mihi, hoc est, apostolica vobis autoritate præcipio omnibus, qui sunt inter vos, cuius cunq; hi sunt status aut conditionis, non plus sapere, aut inuestigare de occultis & mysterijs Dei, quam oportet. Datur hic intelligi quosdam inter eos fuisse, qui curiosius, quem oportebat, conabantur rimari secreta Dei, quos apostolica nunc corrigit autoritate. Non plus, inquit, expedit sapere, quam oportet sapere, & quantum ad fidem & religiosos pertinet mores, sed sapere ad sobrietatem. Scriptum eñ est: Fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Hoc enim est, quod monet sapere ad sobrietatem, ac si diceret: Sapite ad sobrietatem, vt quæ necessaria vobis sunt & salutaria, iuxta vires, modum & captum intellectus vestri inuestigetis, ne sapientiæ nimietate mens vestra inebrietur, si in his, quæ supra vires humanæ sunt rationis, vos immiseritis. Sapite igitur, sicut vnicuiq; Deus diuisit mensuram fidei, hoc est, secundum modum & mensuram, quam fides docet seruandam, quo se in scientia scripturarum vnusquisque occupet exerceatq; iuxta statum, iuxta ingenium, iuxta gradum quoq; & officiũ suum. Huius rei adducens similitudinem, qua pdicta confirmet: Sicut eñ, inquit, in vno corpore multa sunt membra, puta oculus, manus, pes, cor & reliqua: omnia aũt mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt, sed singula quæq; suos, quo vnumquodque membrorum suorum deseruiat officio: ita in corpore quoq; est Ecclesiæ (vnum eñ corpus mysticum multi sumus) & ediuersos singuli habemus actus. Alius enim verbo studet sapientiæ, alius eruditioni, alius consolationi mœrentium, alius reficiendis esurientibus. Quare fit, vt quum nemo singula habeat dona, per communicationem tamen, habeant omnes omnia, & singuli singula. Quicquid enim vnusquisq; in se non habet, p charitatis cõmunionem hoc habet in alio. Vnum nanque

Prou. 23
Esaiæ 92
Mat. 5
August.
1. Ioan. 2
Eccl. 3

que corpus (vt dixi) multi sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra, puta, vt quemadmodum in corpore vnũ membrum alteri seruit, & suo officio alteri obsecundat, & ediuerso alterius quoq; officio & obsequio iterum eget, ita inter nos quoq; alter alteri subueniat, & quodcunq; habet à Deo munus, communicet proximo. Ad hoc nanq; nos charitas per vnitatem fidei in Christo compaginat, vt (sicut dixi) multi in Christo sumus vnum corpus.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ eiusdem. Lucæ II.

C NON paucis cũ sanctis, tum sapiẽtibus viris visum est fratres mei, si mundus reformari aut Ecclesia deberet, id cum pueris, à quibus inchoandum foret, tẽtari oportet. Inueterati nanq; in vitijs atq; male assueti, vix à suis possunt moribus auelli. Aetas vero tenera antequam mala imbuitur consuetudine, idonea est, si præceptores habeat virtutum studiosos, non minus ad bonos mores, quam ad literas imbibendas. Legitur hodie Euangeliũ nobis, quo quomodo pueri sint instituendi à parentibus, quomodove parentibus obedire debeant pueri, discamus. Narrat enim quomodo se puer habuerit Iesus ad suos parentes. Dicit itaque Euangelista:

Dan. 13

Luc. 2 **Cum factus esset Iesus annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundũ consuetudinẽ diei festi.**

Exo. 24 Festiuitates Iudæorũ pcipuæ quæ. Tres erant festiuitates præcipuæ Iudæorum (plures enim minores, sed hic de omnibus nihil est opus differere) de quibus præcepit dñs in Exodo: Tribus vicibus in anno mihi festa celebrabitis. In quibus omnes mares debebant apparere corã domino, vbi erat eius memoria, quæ fuit post ædificationẽ templi in Hierusalem. Propterea dicitur in Exodo iterum: Ter apparebit in anno omne masculinum corã domino Deo suo. Prima erat festiuitas Paschæ, quæ seruabatur quinto decimo die lunæ primi mensis, hoc est, Aprilis, iuxta eorundem computationem. In hac festiuitate vniuersus populus per familias & domos suas immolabat hædum, & similiter quælibet familia aut domus comedebat agnum ad vesperam. Hęc est festiuitas illa, quæ hodie recensetur, ad quam Ioseph ascendit cum Maria cõiuge & Iesu duodecim annorum puero: & vocabatur solennitas Paschæ seu Phase. Alia festiuitas Iudæorum fuit quinquagesimo die post illud Pascha, quæ erat Penthecoste: & vocabatur solẽnitas nouarum frugum. Tũc etiam lex eis olim per Mosen data fuerat.

Exod. 34

Pascha Iudæorũ festiuitas.

Tertia fuit festiuitas Scenopegiæ, hoc est, fixionis tabernaculorum, & fiebat quintodecimo die Septembris. Exibant autem domos suas, & habitabãt in tabernaculis seu vmbraculis octo diebus. Hæ tres festiuitates inter alias erant pcipuæ, quibus apparere debuit omne masculinum coram domino in templo. Nec poterant nisi per infirmitatem mares excusari, præsertim in festo Paschæ. Nam in duabus alijs festiuitatibus poterant tam per viç longitudinẽ quam infirmitatẽ excusari. Ascendentibus igitur illis, ascendit puer quoq; Iesus. Dicit quis: Quare Maria ascendit? Neque enim habuit præceptũ. Dicendum eam nõ potuisse separari à domino Iesu. Si enĩ vt aliç matres habuisset filium hominem, putãda est propter viarum distractionẽ (quæ tñ quamuis illi haud poterant nocere, tñ solebat omnia vitare impedimenta) sola mansura domi. Modo vero, quando non solum festiuitatis deuotio hanc inuitabat, verum etiam pietas erga filium Deum eandem trahebat, quomodo potuit illum relinquere? Quis enim Deum secum habens præsentem, non libenter manebit cum eo? Aut quis non grauate ferret, si à Iesu, si à Deo diuideretur? Vide autem deuotionis studiũ, q̃d Ioseph tã longã viam duxit puerũ secũ in Hierusalem ad festiuitatem. Quare putamus id factum, nisi vt detur posteris exemplum, quantostudio debeant parentes filios suos educare assuefacereq; ad pietatem, ad cultum Dei, ad obseruantiam festorum, & ad omnia, quæ redolent virtutum religionem & pietatem? Ad Euãgelium redeamus.

Consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ. D

Septem diebus durauit hæc solennitas, quibus manserunt in Hierusalem. Disce tu quoque in templo in diuino officio perse-

perseuerare,nec ante diuinæ laudis consummationem te subducere.Remansit puer Iesus in Hierusalem. Non casu id accidit,non parentum obliuione, vt remaneret in Hierusalem,sed studiosa pueri deuotione.Voluit em̃ exemplum nobis dare, vt quantum in nobis est, hoc est,si corporalis id infirmitas,si domestica necessitas, si deniq; proximi id ferret necessitas,semp optemus spiritualibus atq; diuinis vacare exercitijs.Remansit puer Iesus in Hierusalem.Sed quare,inquis, illis Iesus nõ dixit, vt cum illorum consensu mansisset?Respõdendum, parentes fuisse pro puero sollicitos & zelosos.Quare nõ reliqssent puerum post se,metuentes negligentiæ accusari apud Deum,si Archelaus fortasse Herodis filius in illum faceret, quod meditatus fuerat eius pater.Ideo nescientibus illis mansit,ne vel parentum conscientiam grauaret,vel opus patris sui & voluntatẽ intermitteret.

Matt. 2

Existimantes autem eum esse in comitatu,venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes,regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.

Hæc erroris fuit occasio,quod filius tãta cura tantoq; parẽtum amore educatus, fuerat amissus. Erat enim mos ille apud Iudæos in huiusmodi peregrinationibus obseruatus,mares ambulare seorsum, & mulieres seorsum: pueros vero cum altero illorum,hoc est, aut cum matre aut cũ patre.Consuetudo sane pulcherrima & sancta.Quæ si Christianis quoq; esset hodie in Litanijs,processionibus & peregrinationibus,oratio Deo sępe offerretur purior & acceptior.Iam verò quum mixtim vterque ambulet sexus,fiunt multa quæ religiosum alioqui institutum hoc coinquinant,ac propemodum perdunt. Existimabat igitur mater puerum Iesum esse in virorũ comitatu cum Ioseph, & Ioseph putabat eundem esse in comitatũ mulierũ cum Maria. Ambo decepti sunt.Vbi igitur iter vnius diei confecerant,viderunt quia neutrũ esset comitatus.Simul Hierusalem vrbem,hoc est,eadem die egressi fuerunt Ioseph & Maria. Altera igitur die quę erat secunda,quæsierãt Iesum inter cognatos & notos,hoc est,inter consanguineos, affines,vicinos,contribules & notos, sperantes illum pro iuncta sibi amicitia apud eorundem aliquem detentum. Cum non inuenissent eum,redierunt tertia die in Hierusalem,qua necdum illum inuenerunt.

Mos pegrinantiũ Iudæorũ qs fuerit.

Et factum est post triduum,inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem.

B

Heu quantus hoc temporis interuallo dolor virgineum maternumq; cor Mariæ sauciauit?Quot lamenta,quot suspiria interim anxia mater fudit?Experimento enim tunc didicit sibipsi præsagiens, quãtus suo cordi instabat futurus dolor, cum morientẽ esset visura filium, illumq; amissura,quando iam tantam sensit cordis tristitiam,hoc triduo ab eodem separata. Tristabatur autem partim propter subtractionem sanctissimæ ac gaudiosissimæ contemplationis,quam habuit ex sua uissima filij sui contemplatione.Tristabatur præterea ex humilitate,quia arbitrabatur se indignam,cui tam preciosus fuerat commissus thesaurus,nec tantam se diligẽtiam adhibuisse,ac reuerentiam erga eum, quo digna fuisset eum retinere, sed propter suam indignitatem,amisisset eum. Vides quantis omnium innocentissima & sanctissima angustiatur doloribus in hac vita,cui nihil etiam pepercit filius, qn eidẽ æque multo grauiorem imponeret crucẽ, quam cæteris,tametsi foret innocẽs à peccato.Hoc enim dominus suis electoribus dare amicis consueuit, vt in hac vita durius premantur,& crucem hic multiplicem tolerent,gaudia illis non præsentis,sed futuræ vitæ potissima largiturus. Sed dubitatur hic à quibusdam, quid puer Iesus his tribus diebus comederit, quibus manebat in Hierusalem.Creditur enim miraculose non abstinuisse à cibo, nec sibi etiam miraculose prouidisse cibum, quia signa nulla fecit in pueritia. Primum eius signorum fuit conuersio aquæ in vinum in Cana Galilææ.Relinquit igit,q̃d ostiatim mẽdicauerit:q̃d licet verecũdũ sit audire, est tñ pijssimum ita sentire de Christo,q̃d nihil erubuerit honestũ, licet mũdo ꝓbrosum videat, ꝓpter nos æquanimiter ferre. Audi Bernardũ Christo loquentẽ: Per illud triduũ vbi eras bone Iesu?qs tibi ministrauit cibũ,aut potũ,aut hospitiũ? Vt per oĩa te cõformares nostrę pauptati,& oẽs ĩ te humanas miserias susciperes, q̃si vnus de turba pauperũ, & ipse per ostia mendica-

Tristandi beatissimę virginis Mariæ q̃ causæ fuerint.

Ioan. 2

Pauptas pueri Iesu quãta fuerit in triduo.

Bernard.

cabas. Quis mihi dabit buccellarum tuarum participem fieri, & illius sacri edulij reliquijs saginari? Hæc ille. Circa quod maxima est erga nos Christi aduertenda dignatio. Non erubuit propter nos mendicare, ne nos quoq; de paupertate, deformitate ac parentum vilitate erubescamus, quemadmodum contra de diuitijs quoq; de nobilitate pulchritudineq; corporis nihil est gloriandum. Hæc enim & illa dantur à domino bonis & malis. Nec propter
F illa laũdandi nec reprobandi sumus.

Psal. 39 Voluit autem dominus Iesus suam nobis paupertatem commendare, atq; in seipso exhibere: nec solum paupertatem, sed & mendicitatem. Siquidem in eius psona
Ibidem. Psal. dicit: Ego aũt mendicus sum & pauper. Voluit eñ seipsum nobis ponere in exemplum. Idcirco paupertatẽ suam quibusdam ostendit ad instructionem, puta diuitibus, vt eo magis ad misericordiam eos prouocaret, sciẽtes quicqd in paupes essent facturi, hoc accepto ferri à Christo, tanq̃ sibi impẽsum, iuxta illud: Quicquid
Matt. 25 vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fe-
Lucæ 10 cistis. Et alibi ad suos ait: Qui vos recipit, me recipit, & q me recipit, recipit eũ q me misit. Deinde etiam honorantes Christi in
Mat. 26 ipsius psonæ veritatem, pauptatem & mẽ-
Lucæ 22 dicitatem (quam his diebus ostendit, & dũ vltimum foret Pascha manducaturus, agnum, locum cæteraq; necessaria à quodã suo discipulo secreto per apostolos quos præmiserat, emendicauit) eo forent erga
Matt. 5 pauperes clementiores. Si enim pauperũ
Lucæ 6 est regnum cœlorum, tu qui diues es, idcirco temporalia tibi bona cognosce à Deo collata, vt à pauperibus illud tibi compares, adhortante ad hoc ipsum Christo, vbi
Luc. 16 dicit: Facite vobis amicos de mammona
Mendicitatis causæ Iesu q̃ fuerint. iniqtatis, vt quũ defeceritis, accipiant vos in æterna tabernacula, haud dubium de eleemosyna loquens. Secundo, q̃d Christus mendicauit in consolationem id fecit pauperum, vt paupertatem hi æquanimiter ferrent, aut etiam omnia propter se relinquentes, paupertatẽ vltro amplecterentur. Voluit enim Christus nemini probo sam fore paupertatem, nemini mendacitatem exprobrari, quandoquidem ipse men-
Psal. 39 dicus fuit & paup, ingenue cõfitens. Vul-
Matt. 8 pes foueas, & cœli volucres habere nidos,
Luc. 9 se aũt filiũ hominis non habere vbi caput
G suum reclinet. Est igitur magna conso-

latio ijs, qui paupertatem sufferunt, aut patienter, aut etiam libenter (vt sunt qui suis facultatibus sese propter Christũ nudauerunt) propterea quod in suo rege mendicitatem & paupertatem meditantur, cuius amore ipsi quoq; hic malũt esse pauperes quã diuites, vt domino suo qui quum diues esset, propter nos egenus factus est, ef- 2. Cor.
ficiantur conformes. Confortant autem hac spe interim, quod credunt eius patriæ & regni fieri consortes, cuius hic exilij & paupertatis fuere participes. Quis enim regum relegatus in exilium & in paupertatem, si inueniat aliquos milites qui sui amore cum eo vltro se tradant in exilium et mendicitatem, postquam ad regnum suũ redierit, immemor suorum erit militum, q sese non ob aliud in exilium cum eo, quã propter ipsius amorem tradiderunt? Et q̃ modo tunc de exilio rediens iterum ad suum illos non recipiat regnum, qui cum eo laborum eius in exilio fuerunt participes? Est igitur suorum dominus memor pauperum, qui dicit per Sophoniam: De- Soph.
relinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in nomine domini. Pauperes eñ semp habebitis, in- Matt.
qt, vobiscum. Verum, quid illis promitta- Mar. Soph.
tur pauperibus, quæ in Sophonia sequuntur, indicant: Ipsi pascentur & accubabũt, & non erit qui exterreat. Possit obijci ab ijs qui contradicere vellent mẽdicitati Christi, illud Deutronomij: Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. Et Deut.
illud Prouerbiorum Salomonis: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue Prou.
tantum victui meo necessaria. Ecclesia q̃que instituit nullum ad sacerdotium promouendum, nisi, vnde viuat, sit prouisus ꝑpter vitandã mendicitatem. Vnde videt Christus non mendicasse. Sed responden dũ est quõ S. Thomas Aquinas respondet in Summa contra gentiles, omnia hæc Thom. Aquin.
& huiusmodi alia vera esse, si loquamur de paupertate coacta, verecunda, aut scandalosa: non autem de paupertate volũtaria, qua se quis Dei intuitu cum habeat, aut cũ possit bona habere temporalia, pauperem facit, nolens habere possessionem aut propria, sed vltro aut sufferens, aut cupiẽs sentire pauptatem. Hæc eñ paupertas, hæc mẽdicitas ex virtute orit, & est voluntaria, ideo haudquaquam illicita. Secus de paupertate coacta & inuoluntaria.

Stupebant

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

H In medio sedit doctorum, quo omnes posset audire & interrogare. Quid tamen interrogauerit, quidve audierit, aut qua de materia disputatũ sit, nihil certi habet. Credit tñ eos de Christo disputasse, an illius fuerit tempus impletum quo nasci deberet. Erat em̃ tunc rumor & mussitatio in populo, quod Christus iã esset natus. Diuulgatum enim fuerat, quod reges alienigenæ Christum quæ sierint & adorauerint. Quæ etiam testimonia Simeon & Anna post pastores Christo p̃buerant, multorum ore narrabat. Quapropter cum in plebe foret quoq; mussitatio, natũ esse Messiam, & scripturæ monstrarent tempus adesse, disputauerunt inter se scribæ & legisperiti de hac quæstione. Cui Christus interfuit, & interrogando doctores erudiuit, & audiendo docuit. Quum enim interrogauit eos, non aliquid quæsiuit ab eis, sed tradidit illis sensum scripturæ, veramq; sapientiam. Stupebat autem Maria hic inueniens filium inter doctores mediũ, & materna autoritate alloquens natum, ait: Matth. 2 Lucæ 2

Et dixit mater ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

Non dicit arguendo, Male fecisti, sed, quid sic nobis fecisti, admirando, quia in omnibus Mariæ verbis prudentia, discretio & humilitas inueniebatur. Vide virginis humilitatem. Coniugem suum honorat, primo eum nominando. Dolẽtes quærebamus te. Quanto quis rem quamuis amauerit, tanto plus eãdem dolet amissam. Vehemẽtissime igit̃ quã diligerent parentes filium, ideo maiores dolores sentiebãt etiam ex eiusdem amissione. Multo autẽ acriorem habuit dolorem mater, quam Ioseph de amissione Iesu, non solum quia illi erat filius, sed etiam quia erat ei perfectius notus. Volunt aliqui plus consolationis Mariam accepisse ex intuitu filij, quam Adam ex contemplatione amœnitatis paradisi. Volunt etiam nonnulli Mariam nonnunquam admissam contemplari filij sui diuinitatem, quia eius diuinitas resplendebat ac redundabat in carne.

Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum. I

Voluit se dominus his verbis ostendere filium Dei, cuius prȩferẽdus esset honor, præferendaq; voluntas matri homini, & patri putatiuo. Parentes tñ eius non intellexerunt hoc verbum. Non enim consueuerat dominus de sua diuinitate loqui. Et fortasse beatæ Mariæ insueta erat hæc loquutio, seu loquendi modus, ideo non intellexit. Aut si intellexit eum de cœlesti patre loquentem, non tamen horum verborum finem, hoc est, causam, quare scilicet hæc loqueretur, intellexit.

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Tanti fecit obedientiam Christus, tantum honorauit voluntatem matris, vt suã abnegaret voluntatem, matrisq; perficeret. Noluit enim sibi dilectissimam contristare. Charissimi, omnibus nobis quærendus est Christus, sed quærẽdus ibi est, vbi inueniatur: neq; enim inuenitur in terra suauiter viuentium. Non inuenitur in voluptatibus carnis, tametsi aliqui ibi quærant eum. Dicis, qui sunt, qui in delitijs quærunt illum. Hi nimirum, quorum Deus venter est, & gloria in pudẽdis eorum, qui de potu ciboq; delicato, qui de carnis voluptate cogitant assidue, & in his suum æstimant bonum, hi ventrem suum pro Deo colunt. Illum enim colunt pro Deo cui magis obtẽperant, vero Deo posthabito. Illũ pro Deo colunt, cuius desiderijs acquiescunt. Illud vt Deum habẽt, q̃d plus q̃ Deũ diligunt. Atq; ideo Paulus auaritiã idolorum nũcupat seruitutẽ. Quærendus igit̃ est in templo. Nescitis, inquit Paulus, quia tẽplum Dei sanctũ est, quod estis vos? In teipsum igitur ingredere, ibi in corde tuo Deum quære. Quære diligenter. Noli desistere à quærẽdo, donec inuenias. Quære vt famelicus panẽ. Hoc pane cõfortatus Helias, dormiẽs sub iunipero, ambulauit in illius fortitudine, quã scilicet hic panis ei p̃stabat, q̃dragita diebus & totidẽ noctibus, vsq; ad mõtẽ Dei. Quærite igit̃ dñm, & viuet anima vestra. Bonus est em̃ dominus sperantibus in eũ, & animæ quærenti illũ. Quærite etiam cito, hodie & nũc scilicet, nõ differendo. Qui mane, inqt Sapientia, vigilauerint ad me, inuenient me. Quærendus vbi inuenitur Christus. Iob 28 Phil. 3 Col 2 1. Cor. 6 3. Reg. 19 Psal. 68 Thren. 3. Prou. 8

Esaiæ 55 nient me. Quærite dominum in hac vita, dum inueniri potest, inuocate eum, dum (per gratiam & misericordiam) prope est. Matth. 25 Si cum fatuis virginibus post clausam ianuam quæsieritis, cum eisdem vobis etiã Lucæ 16 respondebitur: Nescio vos. Reminiscamini diuitis epulonis, qui in tormẽtis constitutus, & videns Lazarum, quẽ hic dum viueret, vtroq; oculo compassionis intueri nolebat, rogauit extremo digiti eius aqua intincto, suã ardentissimam linguam refrigerari. Sed quid impetrauit? Quid audiuit? Fili, recepisti bona in vita tua. Dic tu etiam tibi: Tu si hic recipere vis bona in vita tua, recipies cum epulone haud dubie æterna mala. Cito igitur ad dominum cõuertere, vt in templo cordis tui illum inuenias possideasque in æternum.

SERMO DE EADEM DOMINICA. Per quæ amittatur dominus Iesus: quomodo itẽ sint proles erudiendæ.

K

PErmãsit puer Iesus in Hierusalẽ, & nõ cognouerũt parentes eius, Lucæ II. Ostendere nobis voluit deuotionis suæ exemplum Christus, quo suo nos exemplo cohortaretur, inuitaretq;, vt in prima ætate, à tenerisq; annis nos diuino cultui mancipemus. Hanc eñ teneram ætatem conuenit Deo, non mundo dedicari. Bonum nãque est viro cum portauerit iugum dñi ab Thre. 3 adolescentia sua, vt in Threnis dicitur: nimirũ de iugo hoc loquens, de q̃ apud Mattheum Christus, Tollite inquit iugum meum sup vos. Matth. 11 Atq; ideo puer Iesus mox vt esset duodecim annorum, ascendere voluit Hierosolymam: quod certe puero longum erat iter, sed nihil Christo vnq̃ fuit molestum q̃d in ædificationem nobis conduceret, aut nostram iuuaret redemptionẽ.

Deinde quod aliis recedentibus ipse non recessit, sed manserit in Hierusalem, & in templo in medio resederit doctorũ, docens & interrogans, quid aliud nos docere voluit, quam deuotionis perseuerantiam & feruorem? Inueniuntur enim qui spiritu interdũ deuotionis aguntur: verũ qa perseuerantia de est & feruor, cito perit quod radicem non fixit. Sunt q missam integram aut horam cantandam non possunt stabiliter, atq; in templo pseueranter audire. Contra eos igit est hoc antidotũ, qui ex choro, quive ex tẽplo elabuntur propter deuotionis inopiam.

Perseuerãtia quanta sit opus in diuino obsequio.

Oĩa enim tunc alia peregrina magis delectant, interim q̃d diuino interesse deberent officio. Quod plane diaboli est artificium. Semp enim vbi aliquid teneris facere, interim faciendũ aliud suggerit, vt eius quod interim negligis, accusationem culpamq; habeas, & eius quod interim, quamuis speciem habeat pietatis, facis, amittas laborem pariter ac fructum. Gratum enim nunquam spiritus sanctus id habet, aut accipit, q̃d illi offers, si huius occasione nonnihil interim quod debes, neglexeris: quin etiam p eo quod negligis, interim quod facere debuisses, peccas: & hoc quod interim facis, licet alioqui bonum, nihilo secius perdis, quia in tempore non ordinato, & cũ culpa facis. Vtraq; igit virtus æque est necessaria viro deuoto, vt p seuerantia sit in opere bono, & discretio sit in modo. Neq; enim nimiũ debet fieri (sicut scriptum est, Noli iustus esse nimis) ne virtus inquinet vitio: neq; minus, ne nõ possit esse virtus, hoc est, ne à virtute opus deficiat. Non debet deniq; illi q̃d præceptũ, aut necessariũ est, arbitrarium quid pferri: nec quod fieri debebat, propter opus, quamlibet nobile, est intermittendum. Postq̃ igit Maria aduertit abesse Iesum, vtroq; parente ex Hierusalem sine Iesu reuertẽte in fine diei primæ, tristis cœpit eũ quærere. I Quatuor sunt, quorũ occasione homines amittunt Iesum, quamuis horum nullum sit ascribendum parentibus Iesu, licet aliq̃ modo hic nobis cogitãdi materia tribuatur, quod his Iesus occasionibus ab anima recedit. Primo, amittimus Iesum p ineptã lætitiam aut psperitatẽ. Hęc eñ minus cautum, minus vigilantẽ, minusq; reddit hominẽ prouidum. Hoc quamuis in neutro fuerit Christi parẽte, tñ significat nobis in aliis id esse vnã ex multis occasionẽ amittẽdi Christũ p hoc, q̃d in festiuitate illũ amiserunt. II Secundo, amittit p distractionẽ & turbationẽ. Hæc eñ reddit æque alienũ à se hominẽ, vt sui improuidus sit, q̃d significat, q̃d Maria illum in turba amisit. III

Tertio, amittit in nimia fiducia de sapientia, fortitudine, aut de donis à Deo collatis. Siquidem propter hãc quoq; minus efficitur timidus, minusq; sollicitus animus. Innuit illud quoq; hic p illud quod Maria sperabat Iesum esse in comitatu cũ Ioseph, & ediuerso perinde confidebat q̃

que

IIII. que Ioseph. Quarto amittitur Iesus per ignorantiam eorum quæ Dei sunt. Vbi enim ignorantia locum habet, cito potest committi, quod Iesus, saltem ad tempus, recedat de mente tua, præsertim quo ad sensum, aut spiritualem consolationem. Hoc insinuatur per hoc quod dicitur: Et non cognouerunt parentes eius. Deinde sequitur, quod quæsierunt dominum inter cognatos & notos, sed non inuenerunt. Frustra ibi quæritur, quia amici fere omnes ad hæc instruunt suos consanguineos, hæc optant filijs & nepotibus, hoc illis precantur, per hoc gratulantur & laudant, quod prudentes iuxta seculi astutiã & mundi gloriam sint, quod mundi honores obtineant, quod acquirãt diuitias, quod deniq; magni euadant & opinione & literatura. Eam ob rẽ Abrahæ dixit dominus: Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui. Itẽ in Psalmo: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Christus quoq;, Si quis, inquit, venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Inueniebatur aũt Iesus in Hierusalẽ, & in tẽplo. Hierusalẽ visio dicitur pacis. Et scriptũ est: In pace factus est locus eius. Vbi enim scelus & contẽtio, vbi ira et iurgia, ibi non iuuenitur Iesus. Nihil enim tam studiose commẽdauit Christus mundum intrans & exiens, ꝑ resurrectionẽ q̃que rediẽs, quã pacẽ. Sed ꝓspiciendũ quoque vobis, qui proles habetis, ne amittatis eos per negligẽtiam vestram, qua non corripitis, non arcetis, non docetis, non inuitatis & non compellitis filios vestros ad disciplinam & deuotionem, ad humilitatem, ad castitatem, ad verecundiam & timorem Dei, Quare hortor vos in domino quotquot proles habetis, vt summopere eos studeatis promouere, inuitare, vestroq; exemplo trahere ad opera charitatis, ad opera pietatis & misericordiæ, & ad omnia virtutum (quæ absq; operibus data occasione seruari non possunt) genera. Iuberis clauso super te ostio orare in abscondito. Verum hac in re non prohibendus, sed monendus es, vt ores corã filijs tuis Deum q̃s verbo & tuo ipsius exẽplo inuites, moneas atq; compellas tecum orare Deũ, Quid dicam? Etiam munusculis conducas, vt tot psalmos, tot orationes

Quærendus vbi nã Christus.

Genes. 12

Psal. 44

Lucæ 14

Psal. 75
Iaco. 3

Lucæ 2
Lucæ 24
Ioan. 20

M

Proles quãto studio pietatisq; nutriendę & instituendæ.

Matt. 6

dominicas dicant, totiesq; beatissimã virginem salutet. Interrogas quare? Eam ob rem profecto, vt consuetudinem accipiãt orandi, laudandiq; Deum. Ridebit fortasse hæreticus, aut indeuotus quispiam, quæ dico. Nonne magis ridẽdus, imo execrandus est ipse, qui suos filios astutias, dolos, nugas & reliqua id genus mundana docet, qui ad prolium suarum vafrities, leuitates, dolos mendaciaq; ridet, quique gratulatur puero quod ex studijs huiusmodi illũ seculo cognoscit fore idoneũ, quamuis in Deum impius credatur futurus? Quid quod matres pueros docent cãtica lasciua & obscœna, quæ ab amicis parentibusq; magno audiunt plausu? Quid quod maledicentibus, iurantibus, blasphemantibusque filijs parentes quidam nullam opponunt censuram? Vbi zelus tuus in huiusmodi est pro Christo, pro Euãgelio, cum quotidie digladiet os tuum contra Papam, contra monachos, contra sacerdotes, & cõtra quoscunq; deuotos homines, qui virtutum studiosi, nolunt tecũ in carne viuere? Potes ferre filium tuũ blasphemantem, iurantem, maledicentem, & non potes ferre monachum orantem? Legis in Euangelio omnem proximum, diligendum, & ferre potes, si audias filium tuum sacerdoti, aut pio cuipiam insultantẽ? Euangelicam paupertatem profitenti illudis, & Euangelicus es? Cuiusmodi hoc sit Euangeliũ, vere nescio. Scio tñ Christi nõ esse. Verum ad Deo deuotos reuertamur.

Hæretici Lutherani quõ proles suas instituant.

Matt. 22
Marc. 12
Lucæ 10

N

Impendite quæso, curam filijs vestris, vt Deum timeant, peccata euitent, Dei mãdata seruent, quicquid est in honorẽ Dei festinanter efficiãt, quicquid in cõsolationẽ, aut vtilitatem proximi, libenter & misericorditer agant. Hoc enim à vobis requiret Deus quomodo docueritis, quomodove corripueritis filios vestros. Habetis quod Heli ꝓpterea q̃d indulgentior foret in filios suos, interminatus sit, quid ei accederit, quid pertulerit. At e diuerso Samuel qui suos filios, quia viam suã imitari in Dei timore noluerunt, honore priuauit, abiecit & detestatus est, laudat. Abrahæ quoq; secreta sua fatetur dominus propterea reuelanda, quod sciret eum docturum ac imperaturum filijs suis timere Deum. Videmus quam rare est felicitas filiorum Deum timentium, quanta vero e regiõe turba Deũ absq; iugo & disciplina post tergum suũ

Parentes quõ filios suos docere debeãt.

1. Reg. 4

1. Reg. 8

Gen. 18

F proijci-

proijcientium. Cæterum, ex eisdem filijs q̃ rara, imo quam misera parentibus sit iucunditas, compertissimũ est quoq;. Quod non ob aliud illis contingit, q̃ quia filios suos non erudierunt ad timorem Dei, nec delinquentes castigarunt. Itaque omni diligentia erudiendi, monendi, atq; quandiu in teneriori sunt ætate, cogendi sunt filij ad honestatem sanctam, ad candidos mores, ad misericordiam, ad Dei timorem & amorem, & maxime ad castitatem, quomodo Ecclasiasticus monet: Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Hoc dominus in Deutronomio quoq; præcipit parentibus docere p̃cepta Dei filios suos & nepotes. Quod studiose Tobias suo præstitit filio, dicens: Fili, omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Itemq;: Fili pauperem quidem vitam gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum & fecerimus bene. De Susanna quoq; legimus filia Helchiæ, quod parẽtes illius cum essent iusti, docuerunt filiã suã secũdum legem Mosi timere Deum. Quæ eruditio quantum illi tulerit fructum, in duobus senibus, postea cum viro esset nupta, eius amore captis manifestatum est. Bonarum atq; nobilium mentium est eruditione iuuari, verecundia corrigi, timori arceri, & laudibus inuitari. At duris & obstinatis verbera adijcienda. Negligentibus quoq; disciplina est imponenda, & vniuersę pueritiæ inijcienda sunt frena. Scitum est quod Sapiens admonens, Noli, inquit, subtrahere à puero disciplinam. Si enim percusseris eũ virga, non morietur. Tu virga percuties eũ, & animam eius de inferno liberabis. Ante quoq; dixerat: Qui parcit virgæ, odit filium suum. Adeo pueris virgæ sunt necessariæ, adeo disciplina. Conuenit autẽ vt non verbis tantum filios tuos erudias, verum etiam tuis moribus instituãtur. Vitæ tuæ exemplum sit eis virga, quę à malis eos operibus arceat. Ita te illis exhibe, vt te timeant, & nihilo minus ament. Et id sit virga prolibus tuis, quæ eas absq; vlla exhortatione probe agere compellat. Videant in te virtutem, quam in se exprimant imitãdo. Satagãt tibi placere, & gratiã tuã ac laudẽ apud te habere cupiant, certentq; inter se, dum hanc quęuis studiosius tuam implere voluerit voluntatum in virtutum obseruatione. Tolerandus est hic gloriæ appetitus, & nonnunq̃ fouendus, quo pueri ad virtutem incitentur. Paulatim subinde discant in gloriam Dei fieri debere omnia: & nihilo minus seruandam gratiam parentum. Quapropter de profectu filiorũ in Dei timore se gaudere parentes nonnũquam ostendant, quo filij ad exhilarandos parentes fiant virtutis studiosiores. Sunt enim vbi egerint male, siue arguendi siue monendi, siue etiam obiurgandi: & vbi tenerior est ætas, verberibus coercendi. Sunt item blanditijs familiariter & laudibus interdum confortandi. Maxime autem facit ad illorum integritatem, vt nihil in parentibus audiant videantve, quod dedeceat. Sunt (vt dixi supra) alliciendi munusculis, dum adhuc verba discunt formare, ad orandum. Sic etiam vbi paulo sunt prudentiores, nihil cupitum abs te impetrent, nisi primũ orauerint. Monendi igit, vt Deum rogent, qui inspiret matri patrive, vt hoc illud ve dilectum tribuant: aut vt illud, quod oderint, puta virgas increpationesve duras, euadant. Hoc modo assuefaciendi sunt pueri, vt confidant in Deum, vt ad illum in desiderijs suis aut timoribus orantes confugiant. Si eleemosynam tu tribuere volueris, non tua, sed pueri manu tribue. Fac vt certatim pueri accurrant, vbi egenis est aliquid tribuendum, et prolium vnaquæq; pro egeno supplices, quæuis munus expostulatum satagat hoc ferre mendico. Te xenodoxia & infirmos visitante, comittentur pueri, q̃ te pro pauperibus importunitate sancta rogent, atq; dare etiam volenti, sint tibi vt plus tribuas molesti. Sunt enim ita docendi exercẽdique ad misericordiam. Tecum templũ adeant, nunq̃ etiam, postquam inde fuerint reuersi, quid in concione memoria retinuerint, non interrogentur. Zelantur parentes pro filiorum filiarumq; castitate, & si quomodo id possunt prouideant, vt quisq; proliũ dormiat solus. Incredibile est enim, quid pueritia curiosa tentet. Non sinant parentes vt mundana amatoriaq; carmina siue cantilenæ à pueris discantur. Puellis, quia non possunt alienæ semp esse à cantu, ingerantur cantilenæ & carmina religiosa, vt sunt de passione domini, de beata virgine, & de sanctis. Vbicunque autem fuerint

Eccl.30 — Deut.11 — Tobiæ 4 — Ibidem — Daniel 13 — Prou.23 — Prou.13

O Proles parentum moribus instituendas.

Proles modo ... stitate ... ceantur.

rint pueri,prouideatur ne audiant colloquia obscœna & vitiosa. Hæc dicta sint de bonorum studio parentum, vt suos liberos satagant seruare innocentes & pudicos.Reuera eñ plurimum refert pueros adolescentulosq; probe, an vitiose assuefieri.Circa hos igitur summopere parentum cura vigilantiaq; versari debet. Voluit præterea dominus Iesus in templo manens,nescientibus parentibus pueros erudire,absq; parentum consensu id sibi licere,vt monasteria ingrediantur, religionẽ assumant, diuinoq; se cultui mancipent, nisi parentes sint in tanta penuria necessitateq; constituti,vt seipsos iuuare nõ possint absq; labore subsidioq; puerorũ.Tũc enim debet quis manere & iuuare parentem,animoq; esse religiosus. Mandatum nanque Dei est:Honora patrem tuum & matrem tuam. Quod certe non solum de cultu reuerentiæ intelligitur per signa exteriora,sed etiam de subsidijs & charitatis officijs,per beneficia parentes, quoad poterit,alendo,iuuando & eis seruiẽdo. Scriptum nanq; est:Malefamæ est, qui derelinquit patrem,scilicet in necessitate.Porro,si puer iam esset religiosus, aut in monasterio constitutus,potest tamen nihilominus de consensu sui prælati, imo debebit(si aliqd sciuerit in auxilium parentis operari absq; monasterij p̃iudicio) illud conferre parentibus in auxilium. At vero vbi parentes filiorum ope possunt carere,aut vbi nõ egẽt,propter carnalem sensualemve parentum amorem non debent filij manere inter pericula, & inter peccandi occasiones in mũdo, nec propter illos à Christi seruitio debent abstinere. Est nanque cauendum, quod Christus minatur:Qui,inquit,amat patrem vel matrẽ plusq̃ me,non est me dignus.Amãdus certe est genitor,sed multo omniũ maxime p̃ferendus creator. Hic enim locum habet,quod vehementer admonet diuus Hieronymus,ad quendam scribens, ne à pfectione,aut perfectiõis instituto lachrymis matris,aut parentum se retinere patiatur dolore:Licet enim,inquit,paruulus ex collo pendeat nepos,licet sparso crine, & scissis vestibus vbera,quæ te nutrierat, mater ostendat,licet in limine pater iaceat,pcalcato perge patre,siccis oculis ad vexillũ crucis euola.Pietatis genus est in hac re esse crudelẽ.Gladium tenet hostis, vt me perimat,& ego de matris lachrymis cogitabo:Quanti autẽ monachi, dum patris matrisq; miserẽtur,suas animas pdiderunt.

Monasteriũ ingredi quando filijs liceat sine parentum cõsensu.

Exo.20 Deut.5 Eccl.7 Matt.15 Marci 7 Ephe.6

Eccl.3

Q

Matt.10 Grego. Hieron.

Recolẽdum postremo, quod Christus cuidam dixit:Sequere me. Et quum ille responderet:Domine pmitte me primũ ire & sepelire patrẽ meum,adiecit dñs: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.Tu aũt vade,& annuncia regnum Dei.Ac si diceret:Non desunt alij qui in anima mortui sunt,qui tuum(vbi tẽpus aduenerit) sepeliant patrẽ.Tu vocationẽ tuã suscipe,& annuncia regnum Dei. Neq; enim tibi licet hanc negligere,ppter amicos. Maior igitur debetur obediẽtia Deo, quam parẽtibus. Quam vt reddamus deuotissime,largiatur nobis obediẽs puer Iesus Christus,qui est benedictus in secula, Amen.

Matt.8

DOMINICA III. POST NATIVITATEM domini,epistola beati Pauli Apostoli ad Roman. XII. IX.

HAbentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundũ rationem fidei:siue ministerium in ministrando: siue qui docet,in doctrina:qui exhortatur, in exhortãdo: qui tribuit,in simplicitate:qui præest,in sollicitudine: qui miseretur,in hilaritate. Dilectio sine simulatione, odientes malum,adhærentes bono,charitatem fraternitatis inuicem diligentes,honore inuicem præuenientes,sollicitudine non pigri, spiritu feruentes,domino seruientes,spe gaudentes,in tribulatione patientes,orationi instantes,necessitatibus sanctorum communicantes,hospitalitatem sectantes.Benedicite persequentibus vos,benedicite,& nolite maledicere.Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus.Idipsum inuicem sen-

cem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Habentes donationes secundũ gratiam, &c̃. Vbi proxima dominica desijt epistola, hic hodierna incipit, eundemque sensum cõtinuat ibi relictum. Vltimum autẽ illius fuit epistolæ, quod vnũ corpus multi sumus, singuli autem alter alterius membra. Quod sic intelligendum est, vt quomodo in vno corpore multa sunt mẽbra, diuersos actus habentia, vniuscuiusq; tamen membri opus officiumq; non ꝑ seipso exercetur tantum, sed alijs quoq; mẽbris æque vt sibi seruit. Verbi gratia: quomodo oculus in corpore nõ sibi tantum, sed alijs quoq; membris videt, ita nemo hominum sibi natus est tantum, nec dona gratiasq; gratis datas, & singularia dei munera alia, quæ tam bonis, quã malis sint cõmunia, pro se dũtaxat accepit, sed vt alijs q̃que membris illa communicans, diuidat. Sumus enim singuli huius corporis mẽbra (vt dixi) habentes singularia quoq; dona differentia secundum gratiam, quæ vnicuiq; puta alteri maior à Deo, alteri minor est collata, quę in vtilitatem aliorũ mẽbrorum conuertenda sunt. Siue enim prophetiã qs habuerit ad ꝑnoscẽda, vel obscura, vel futura, in hoc alijs sit mẽbris tanq̃ in corpore oculus prophetans, futuraq; prævidens mala, quæ ab alijs caueantur. Verũ hęc ꝓphetia fiat secundũ rationẽ fidei, q̃ nihil fidei contrarium, nihil extra regulã fidei sapiat aut loquatur. Siue habuerit quis ministerium, alijs vtilem se faciat ille membris in ministrando. Siue qs doceat ꝑ hoc quod erudit alios, sit membrũ vtile corpori & membris ijs maxime, quæ docet. Qui vero exhortandi gratiam accepit, vtile se membrum faciat alijs in exhortando. Qui tribuendi copiã à Deo accepit, tribuat in simplicitate, nihil ab illis repetens, sed propter Deum etiam seipsum impendẽs. Aut ita: Qui tribuit id faciat in simplicitate, nõ propter vanitatem, aut gloriam, aut aliud aliquid, sed pure propter Deum. Qui prę est à Deo constitutus rector aliorum, præsit, & vtilem se alijs membris præbeat in sollicitudine, quam pro alijs gerit. Qui miseretur afflicto, & compatiens beneficio eidem subuenit, id faciat in hilaritate certus quod ea, quæ dedit, non amiserit, pro exiguis recepturus maiora. Dilectio, Dei scilicet & proximi, in nobis sit sine simulatione, sicut Ioanes monet: Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Simulata enim æquitas (teste Augustino) duplex est iniquitas. Omnis autẽ dilectio, quæ non est secundum Deum, simulata & ficta est. Sitis (inquit) odientes malum, in vobis & in ꝓximis vestris. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Adhærentes bono, adeo vt nulla vos possit tentatio auellere. Sitis quoque inuicem diligentes, charitatem fraternitatis studiosi prouocare & fouere, quæ vos mutuo fœderet vt fratres. Sitis honore inuicem præuenientes, hoc est, alius alium honore præueniat, nec honorari se, quantum in se fuerit, ab alio permittat, sed illũ, imo omnes reuereatur, atq; honore vt digniores præueniat. Si enim tuũ proximũ oculo consideras simplici, semper debes et potes in veritate illum tibi pręferre. Sentiẽs enim ipsum Deo adeo acceptum, adeo dilectum, vt pro illo Deus sanguinem fuderit, pro eoque mortuus fuerit, credensque illum, quamlibet modo negligens sit, iuxta prædestinationem adhuc corã Deo maximum in eius gratia & amicitia futurum, non potes illum contemnere, nõ potes non honorare, & tibi (si teipsum in peccatis & infirmitatibus tuis consideres) nõ præferre. Sequitur autem: Sitis (quod verbum, vt alia quædam hic sæpius subaudienda sunt) Itaq; sitis sollicitudine non pigri, pro vestra aliorumq; salute: nihil negligentes eorum, quæ ad salutem pertinent. Sitis spiritu feruentes, vt nihil tepidũ aut remissum sit in vobis: & domino, non priuato amori, aut proximoꝝ adulationi seruiẽtes, vt quicquid feceritis, in eius gloriam faciatis: Sitis etiam spe gaudentes, vt non ad præsentia, quæ videtis, sed ad futura quæ expectatis, per fidem respicientis in quorum bonorum gaudeatis expectatiõe. Nihil enĩ felicius homine Christiano, cui regnũ ꝑmittit cœloꝝ. Quõ aũt expectatio pœnaꝝ aut tristiũ reꝝ generat mœrorẽ seu tristitiam, ita gaudioꝝ expectatio etiã in hac vita ꝑbet lętitiã. Sitis igit spe gaudẽtes, in tribulatiõe patiẽtes, vt æquanimiter ea, q̃ vobis occurrunt aduersa de ma

1. Ioan.

August.

Phil.

B

1. Cor.

Hiero.

de manu dñi acipiatis, nullo ꝑpterea odio
nullave ira in ꝑsecutorē excitādi, ac haud-
quaq̄ murmuraturi. Quod in vobis vt fiat
semp, sitis oratiōi, ne in tribulatiōibus de
ficiatis, instātes. Vbicunq; em̄ humanū de
ficit, tū cōsiliū, tū auxiliū, vbicunq; huma-
na succumbit infirmitas, ibi diuinum auxi
liū oratiōe p̄cipue implorandum est. Nec
iā dicta vobis sufficiant, sed estote p̄terea
sanctorum necessitatibus cōmunicantes,
vt illis honeste, non sicut his, qui à vobis
stipem probrose postulant, sed vltro ala-
criterq; de bonis vestris, quæ necessaria
Heb.13 sunt, impartiamini. Beneficentiæ igitur (vt
alibi habetur) erga huiusmodi nolite obli
Esaiæ.58 uisci. Ad hæc hospitalitatis estote studiosi,
iuxta illud: Egenos vagosq; induc in do-
mum tuam. Quo non eos tātum, qui à vo
bis id rogant, sed etiam eos, qui nolūt, aut
non p̄sumunt rogare, inuitetis, vt ad vos
intrare consentiant. Benedicite persequen
tibus vos. Nolite illis, q vobis sunt mole-
sti, detrahere, nolite deniq; indignari, sciē
tes hæc, quæ ab illis patimini, vobis in fru
ctum animarum esse vestrarum à Deo or-
dinata. Et eandem honorificationem repe
tens Apostolus, quo intelligamus, quam
vtile nobis, quam ædificatoriū proximis,
quam Deo deniq; sit acceptū ꝑ malis bo-
na reddere, ait: Benedicite & nolite maledi
cere. Gaudere vos decet cum gaudētibus,
puta de illorum spirituali profectu, & fle
re cum flentibus. Neq; enim de q̊uis gau-
dio fletuve proximorum hoc debet intel-
ligi, sed tunc solū gaudium vestrū iunga-
tis gaudentibus, & flētibus vestras lachry
mas societis, vbi proximi vestri religioso
gaudent gaudio in Deo, aut vbi ea flent,
quæ plangēda sancto sunt luctu, puta aut
sua, aut aliorum peccata lugentes. Postre-
mo, idipsum sentiatis, quo nulla inter vos
resideat discordia, nulla discensio. Nec al-
ta sapiatis vnde tumeatis inflati cordi-
bus & moribus, sed humilibus estote con
Mat.11 sentientes. Quod fieri non potest, nisi ipsi
sitis quoq; mites & humiles corde.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Ioannis II.

C

Luc.2. et 3 Mat.13 Mar.6

SVpra triginta annos iā latue
rat Iesus, humana p̄cipue ostē
dēs, & nihil diuinū, ita vt fili-
us putabat Ioseph, & filius fa
bri à mundo, propterea quod nihil opera
batur gloriosum, aut diuinitatis ostēsiuū,
adeo vt nisi omni scientia & sapientia illu
minata fuisset Maria, nihil mirum fuisset,
si in fide titubasset, videns tanto tempore
& tot annis filium nihil prædicare, nihilq;
eorum propter quæ in mundi redemptio
nem venerat, operando docendove pręse
ferre. Verum, hodie suam manifestare cœ
pit gloriam, mutando aquam in vinum, q̄
omnibus se Deum & vniuersorum pro-
baret conditorem, qui sicut creaturas ex
nihilo facere, ita vnam in aliam posset mu
tare. Nobis aūt fidelibus hominē se mon-
strauit & Deū. Conuersabat em̄ inter ho-
mines homo Deus, edebat homo, bibebat Baruc.3
homo, sed miraculum agens, hoc est, aquā
mutans in vinū, ostendit se Deum. Huius
igitur primæ ostensionis suæ refertur ho-
die miraculum in hunc modum.

**Nuptiæ factæ sunt in Cana Gali-
lęæ, & erat mater Iesu ibi.**

Legimus dominum Iesum nuptijs in-
terfuisse hominum, legimus quoq;, quod
mater erat Iesu ibi, virgineum vtpote do-
mini templum, & illibatum sancti spiritus
sacrarium. Venerat em̄ dominus collige-
re filios suos dispersos, atq; adeo miseri- Ioan.11
cordēm ac perbenignum sese omnibus
ostendit, quo omnes sibi attraheret. Non
est mirum igitur, quod iuit ad nuptias, q
ad conuiuia sedit publicanorum & pecca
torum. Nobis quoq; vbi similis cū Chri- Matt.9
sto datur occasio, cum gentibus non pro
hibet inire conuiuium, p̄cipue si nostræ fi
dei, si aliorum conuersioni, si deniq; Dei
cultui charitate suadente ita congruat.

**Vocatus est autem Iesus & discipu
li eius ad nuptias.**

D

Obserua, quod Iesus vocatus est ad nu-
ptias, non erat absq; ratione. Haud dubie
nuptiæ hæ probatissimorum fuerunt ho-
minum, qui inuitarunt Christum, quan-
do nondum omnibus eius nomē fuit no
tum. Vnde conijcitur sponsum aut spon-
sam consanguineam fuisse Christi. Credi
tur enim à multis sponsum fuisse Ioannē
Iesu consobrinum, & matris Iesu Mariæ Sponsus in hisce nuptijs qs fuerit.
sororis filium: quare refertur Mariam fu-
isse ibi, nimirum quasi vnam de præcipuis
consanguineis. Neq; em̄ legitur inuitata
vt Christus, quare datur intelligi, q̊d vna
fuit ad quam pertinebat simul curare de
nuptijs. Nonnulli volunt quoq; Ioānem

hic sponsum vocatum esse à nuptijs, secutum esse Christum, mansisse virginem: & idcirco à Christo familiarius dilectũ. Putat quoq; à nonnullis Ioseph hac vita defunctum, & Christum in custodia habuisse suam matrem. Neq; enim hic, neq; postea Iosephi est memoria, vnde vixisse credatur. Sunt autẽ in hoc Euangelio multa, quæ ad pietatem nos instruunt.

I. Gen. 2 Primum, quod Iesus nuptijs interfuit. Quo statum commendare matrimonij in paradiso institutum, & quamdiu sub velamine agebatur veteris testamenti (virginitatis gloria nondum propalata) celebrem. Nã in nouo quoq; testamento ita laudatam esse voluit virginitatem, vt non damnaret statum coniugalem, sed licitum & bonum ostenderet. Virginitas quidem coniugio est illustrior, nec status ei adæquari potest coniugalis: atq; ideo in nouo testamento, quando spiritui magis seruire debemus q̃ carni, commendatione diuina coniugiũ egebat, q̃d sua dominus præsentia corporali dignatus est honorare. Habet tamẽ virginitas honorem multo digniorem à domino: quippe quæ summa cum laude etiam in coniugio potest obseruari. Neq; enim desunt nobis exempla in Ioseph & Maria, in sancto Henrico & Cunegunde eius coniuge virgine. In beatissima quoq; Regina Edildrida, Hunobronensium regis Ecgfridi cõiuge, quæ cum duobus maritis conseruauit virginitatem, idq; orando a maritis, quos alioqui multum amabat, impetrauit. Hodie quoq; coniuges, q vel in continentia Deo seruiunt, vel in virginitatis proposito manserunt, inueniuntur. Quapropter inter nuptias & virginitatem tantum esset discrimẽ ait post Paulum Hieronymus, quantũ est inter non peccare & benefacere, aut quantum inter bonum & melius. In nuptijs enim sollicitudo est, quomodo vxor placeat viro, & vir vxori, & mẽs vtriusq; diuisa est à Deo. Porro, virgo & innupta cogitat, quæ domini sunt, sollicita quomodo pura inhæreat mente Deo.

Matrimoniũ à Deo institutũ & commẽdatum à Christo.

Gala. 5

Virginitas quam sit excellens virt⁹.

Hieron.

1. Cor. 7

E Dicit fortasse hæreticus quispiam, dominum non interfuisse professioni monachi, non monialis sua præsentia commendasse velationem, quo monachatum cœlibatumve calumnietur. Dic satis cœlibatum à Christo commendatum, qui matrem habere voluit virginem, qui nisi virgini, Ioseph loquor, vt Hieronymus ait, & ab omnibus hodie creditur, eandem voluit esse desponsatã. Post cuius mortẽ ipse eius habuit curã, donec Ioanni virgini cõmẽdaret eãdẽ. Qui deniq; sanctorũ testimonio spõsum, cuius hodie interfuisse refertur nuptijs, virginem seruans a complexu sponsæ, & à carnalibus desiderijs abstraxit. Cæterũ, monachatum non vno in loco commendans docuit, dum illum perfectionem nominat. Si vis, inquit, perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & sequere me. Itemq; : Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Quis enim alius hodie suis renunciat bonis, Christumq; sequitur, accipiendo suam crucem, abnegando seipsum, & faciendo se eunuchum propter regnum Dei, quam status monastici professores? Neq; enim dicit Christus: Nisi qs renũciauerit omnibus, q̃ possidet, nõ potest esse Christianus, nec dicit, non potest esse saluus, sed nõ potest meus esse discipulus, id est, perfectus Christianus. Itemque: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut agrum, & cætera, cẽtuplũ accipiet in hac vita, & vitam æternam possidebit. Verum de hoc alias. Hic dixi nuptias à Christo honorari debuisse, ne altioris continentiæ gloria adeo obfuscarent, vt putarentur (quod à quibusdam factum est hæreticis) illicitæ.

Hieron. *Ioan. 19* *Matt. 19* *Lucæ 14* *Matt. 16* *Matt. 19* *Lucæ* *Matt. 19*

II. Secundum quod hic ædificat, est, quod dominus non interfuisse legitur nuptijs diuitum, sed pauperum ac honestorum. Nihil enim in his aduerti potest nuptijs aliud, quã honestas, sobrietas & paupertas. Modica enim vini prouidentia ibi erat. Ideo sequitur:

Et deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

F III. Ex hoc iam tertium sequitur: quod in nuptijs sanctorum honestum licet seruari gaudium. Credendum etiam est eos, quorum hic fuit nuptijs præesse, homines fuisse sobrios, & indulgere vino haudquaquam assuetos. Quare in tanta solennitate decebat eos moderato gaudere. Quod tamen gaudium, quam fuerit moderatũ, quamve sobrium, indicat quod vinum defecit. Cum enim (vt dixi) essent homines sobrij putabant modicum vinum sufficere. Quod vero in nuptijs conuiuia exerce-

antur

Tob.6. & 7 antur etiam apud sanctos, manifestum est ex coniunctione Tobiæ iunioris & Saræ.

IIII. Quartum quod ædificat, est compassio Mariæ. Piissimum enim cor virginis misericordissimæ non potuit bonorum hominum ferre confusionem, ut ita loquar, aut verecundiam, quam studuit præuenire. Videbat, quia pauperibus nihil erat aliud cõsolationis aut remedij, quam vt Deus eorũ necessitatibus prouideret. Proinde plena fide filium accessit, sciens in spiritu tempus adesse ostendendæ suæ diuinitatis. Vide quia nõ rogat, nec autoritate iubet materna, quia (vt dixi) filij cor misericordissimum sciebat, atq; suapte natura clementissimum, cui satis erat insinuatam esse miseriam alienam: imo qui se cõtinere non poterat, quin diuina esset virtute prouisurus alienæ necessitati, potissimum his, qui humano modo aliter suæ nõ potuissent, mederi aut paupertati, aut improuidentiæ. Vide autem piissimum cor Mariæ, quia dignum illi videbatur non solum pro necessarijs, verum etiam pro rebus decentibus rogare. Clementissimo nanque eius cordi graue erat videre, vel in aliquo paupertatem sponsorum erubescere. Quod ne fieret, deficiente vino cum summa fiducia filium accedens, ait: Vinum non habent. Itaque piissima mater quomodo non iubet, ita etiam non rogat, sed tantũ insinuat suum desideriũ, sciẽs optime intelligi à filio, & paupertatem, verecundiamq; sponsi & sponsæ, seu eorum, qui tanquam parentes erant, & autores nuptiarum non ignorari. Quo docemur in oratione esse tam verecũdi, quam resignati. Placet nanq; Deo valde inter orandũ nostra verecũdia, qua niminium de nobis male sentientes, indignos nos arbitremur, qui Dei dona recipiamus, si tamẽ adfuerit magna pariter de illius bonitate confidentia, quãobrem nihil diffidamus. Placet itẽ ei in nobis resignatio illa fortissima, qua nõ aliud, q̃ q̃d Deo placet velimus, docti, sicut dicit Apostolus, in vtrãq; partẽ, & abundare & penuriã pati: hocq; nobis sit optatissimũ, quo magis diuinæ conformemur voluntati. Itaq; deficiente vino, hoc est, quando videbatur non sufficere vinum pro toto prandio, accessit mater Iesu ad eum, dicens: Vinũ non habent. Honesta insinuatio magis, quam petitio. Sic Maria Magdalena & Martha nunciantes infirmitatem Lazari, Domine, inquiũt, quem amas, infirmatur. Non rogant vt illum sanet, sed satis erat eis visum, dum insinuassent. Confidebãt enim ipsum facturum id, quod erat optimum. Vñ quoduis esset facturus, id illis non poterat non esse acceptissimum. Sic etiã Christi mater pro reuerentia filij insinuabat vini defectum, non rogabat miraculum, nihil diffidẽs. Dabat enim satis cum Psalmista intelligi: Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Hic quæri potest, quare nunc ad primum hoc miraculum excitauit mater filium? Quare non ante eadẽ fuit vsa pietate pro impetrandis miraculis? Dicendum, hactenus Christum se habuisse, vt alij se habent homines, salua tamen modestia & religiositate, nihilque ostendisse in se, quo Deus esse probaretur. Quã diu igitur sic latere voluit, non inducit illum mater ad miraculum, nec prodere, antequam vellet, illum tentauit. Porro, vbi modo cœperat manifestari (Nam à Ioanne receperat testimoniũ, quod esset agnus Dei, qui tollit peccata mundi, quod esset filius Dei, & aliquos iam discipulos susceperat) cognouit Maria manifestandę tempus adesse diuinitatis. Quintum, quod nos instruit, non facile aut leuiter petenda esse miracula aut expectandã, quando quidem duriorem in respondendo se exhibet Christus matri sollicitanti pro miraculo. Ideo sequitur:

Phil.4 · Ioan.11 · Psal.37 · Ioan.1 · G · V.

Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

Naturas duas probari in Christo.

Duas naturas sub vnitate personæ constat inesse Christo, vnam diuinam, humanam alteram. Vnde iuxta vtrãq; naturam, quædam conueniunt Christo. Quemadmodũ igitur homini diuersa conueniunt, secundum diuersa (Siquidem intelligere cõuenit ei propter animam. Hoc eñ non ex corpore, sed ex anima habet homo. At vero edere aut bibere conuenit homini ex corpore) sic pari modo miracula facere Christo conueniebat secundum naturam diuinam, quã accepit à patre: pati vero & mori competit eidem Christo iuxta humanam naturam, quam recepit à matre. Itaq; roganti matri vt miracula faceret, respondit: Quid mihi & tibi est mulier, scilicet cõmune? Nihil à te accepi, vnde meum sit miracula facere: sed vnde possim pati, mihi te Ioan.19

cum commune est. Ibi te cognoscam matrem, dum tempus patiendi mihi aduenerit: quę tamen hora nondum venit, ac si diceret: Non hanc naturam qua miracula facio, ex te recepi, sed illā qua sum mortalis & passibilis. Cuius hora dum aduenerit vt patiar, apparebit quid ex te sim. Aut secundum Chrysostom. Vini cura neq; ad me, neque ad te pertinet, sed ad eos qui nuptiis præsunt. Quid mihi & tibi est mulier de hoc curandum? Si tamē vis vt succurram, nondum hora adest qua subueniam. Oportet enim primum manifestari defectū, vt miraculum, Deique beneficium agnoscatur. Quod quo magis fuerit necessarium, tanto etiam magis erit gratum. Volūt nōnulli nihil vnquam beatam petijsse virginem à Christo, quod negauerit ille. Nec mirum. Habuit enim donū sapientiæ, imo dona spiritus sancti omnia, quo fiebat, vt nihil non rationabile, nihil quod Deo displiceret, rogaret.

Joannes Chrysost.

VI. Beneficia in q̃s conferēda sint

Hic sexto instruimur beneficia esse conferenda prudenter, puta eo modo & tempore, vt agnoscantur beneficia. Quicquid enim beneficiorum nō roganti offertur, gratis sæpenumero impenditur, nec beneficium agnoscitur. Vt ergo ingratitudinis vitio is cui benefacere statuis non inquinetur, non imprudenter fit vt egentis necessitas (tametsi prærogare ex misericordia beneficium alioqui velis) expectetur. Homines enim ingrati non sentiunt, neque agnoscunt sibi benefactum, nisi omni auxilio & spe destituti iam non habeant, vbi sperare possint. Quā obrem prudēter fit, vt ijs quibus etiam bene volumus, beneficium tam diu differamus, donec beneficiū hoc agnoscant. Hoc modo Christus miraculum prorogauit, donec necessitas, nec aliud consilium adesset. Postulabat hoc etiam ratio miraculi. Quippe quod non aliter agnosceretur miraculum, nec aliter ędificaret, nisi postquā

H auxilium aliud defecerit omne.

VII. Septimum quod nos instruit, est, quod vbi Christus decreuit facere miraculum, per Mariam voluit impetrari, vt nos doceret, nos inuitaret, nosque alliceret ad venerationem suæ matris. Quo voluit quoque vt discamus ea, quæ petimus, interuentione pijssimæ dilectissimęque matris esse nobis impetrāda. Discamus oportet nos indignos qui exaudiamur agnoscere, matris huius pijssimæ interuentioni nos, causasque nostras committere. Ipsa enim nunquam non exauditur, quam filius in omnibus honorat. Videtur hic fortasse q̃busdam durum, quod nō magis dulciter, amicabiliterve Iesus sit suæ locutus matri, nominans eam generali vocabulo mulierem. Dicēdum, beatam virginem miro feruore amoris erga filium, hoc est, erga Deum suum vulneratā, quæ in Canticis, Vulnerata, inquit, charitate ego sum, adeo vt corpore nonnunquam (vt quidam volūt) debilis fieret. Eam ob rem Christus materno vocabulo sæpe abstinuit, proinde cum ipse post magna charitate & pietate ingenti stantis sub cruce curam haberet matris, quando maxime tamē nostro iudicio suæ benignus dulcisque esse debuisset matri, non matrem, sed mulierem appellauit, cordis eius sciens teneritudinem, quod facile ruptū fuisset, si vel paulo dulcius matrem eam nominasset. Sic modo quoq; cum pietas matris vehementer sibi placeret, non tamen benignitate est vsus verborum, ne pietate affectam feruentius accenderet, & vnde corpore lāgueret, occasionem daret.

Octauum quod non ædificat, est fides constās Mariæ. Quomodo enim credidit certa eum hoc posse, credidit etiam ipsum hoc velle, alioqui nihil eidem de vino suggessisset: & postquam durius sibi filium audierat respondentem, nihilo tamen secius credidit illum beneficium daturum. Quāobrem de filio certe nihilque hæsitans, in fide loquitur ministris, vt sequitur:

Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autē ibi lapideæ sex hydriæ positę secundū purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Et dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum.

Vides, quia mater nihil hæsitans futurū expectat miraculum? Videsne quoque quam benigniter filius suæ condescendit obtemperatq; matri? Erant autem ibi sex hydrię positę replete quidem mane aquis, sed inde pro lauantibus interim exhausta erat aqua, vt tunc nō essent plenæ. Erat enī consuetudo Iudęorū crebrius se lauare iuxta suas traditiones, quare in illum vsum, & hydriæ ibi positæ erant & aqua, vt loturi paratam semper inuenirent aquam. Qua-

Quapropter vt notius fieret miraculum, dicit ministris Iesus: Implete hydras aqua. Capiebant autem singulæ metretas binas vel ternas. Metreta mensurę nominant genus iuxta illius regionis consuetudinem, vt si diceretur hic, duo aut tria quartalia, aut aliquid huiusmodi, & impleuerunt eas vsque ad summum. Quot dominus Iesus hic habuit ministros, tot eosdē habuit & miraculi testes. Est autem non vile miraculum, quo ipsius virtute ipso sedente, tacente, ac ita fieri tantū volente, aqua in vinum mutatata est.

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino.

IX. Hic nono instruit nos dominus Iesus in hoc, quod architriclino primū gustandum vinum misit, deferre his qui præsunt honorem, quod Apostolus quoq; monet
Roma. 13 Paulus, dicens: Cui honorem, honorem, hoc est, cui honorem debemus, demus honorem, cui vectigal, vectigal impēdamus. Neq; enim personarum est hęc acceptio, si vnusquisq; iuxta suum statum & viuendi gradum tractetur. Nam & his qui in officio, in potestate, aut in honore à domino
Prouer. 8 sunt constituti (Per me eñ, inquit, regnāt, &c.) debemus tanquā à domino Deo con
Roma. 13 stitutis honorem impēdere. Omnis enim potestas à Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi diuinæ resistit. Et qui, inquit,
1.Tim.5 bene præsunt, duplici honore digni sunt.
2.Reg.4 Simus ergo humiles, & nihil in oculis nostris, quibus si vlla debetur salus, hæc à sola gratia & beneuolentia speretur & expectetur Christi.

Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsq; ad huc.

K

Hæc omnia Christus sponso prædicere potuisset, sed noluit, ppterea, vt ignorante sponso, ignorante nuptiarum præposito architriclino, vnde hoc venisset vinum, perscrutatio fieret seruorum necessaria. Quibus vt res gesta erat respondentibus, ex bonitate id Christi didicerunt gloriose quidem, sed sibi misericorditer factū miraculū. Hic itaq; congruentior modus miraculi euulgandi, quo pedetentim multis interrogatis & discussis veritas, tacente Christo, tacēte eius q̃q; matre, elucesceret.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Hoc primum certe Christi astruitur miraculum, in q̃ sicut mirabile est dominum Iesum (quem ad prædicādam sobrietatem voluptatemq; confutandam, & cōtemnendam in mundum constat venisse) voluisse hoc primo miraculo totum illud conuiuium exhilarare optimo vino, ita satis dici non potest, quantum humanis necessitatibus pronus sit subuenire. Nam vt hoc faceret miraculum, nulla vrgebat viuēdi necessitas (Hæc enim tunc ibi aberat) sed sola tuendæ verecundiæ famæque honestas. Hoc autem pijssimo cordi Iesu sufficiebat, vt gloriam hoc miraculo cōmendaret patris, & ad salutē veniret hoīm, q̃d & factū est. Nam non solum perfectius in eum crediderūt posthac discipuli, sed multis quoque alijs hoc miraculū credēdi occasio in Christū fuit, q ē bñdictus in secula, Amē.

SERMO IN EADEM DOMInica. De gloria contemnenda, & cuiusmodi siue coniungi siue esse debeant coniugia.

L

MAnifestauit gloriam suam, Ioannis secūdo. Latuit dominus Iesus triginta annis in hoc mūdo, quibus vt filius Ioseph pu-
tabatur inglorius, nec illi præ cæteris ho- Luc. 4
minibus aliqd asscribebatur. Post hoc aūt signum, quod eius signorum omnium ini
tiū fuit, dicit Euangelista, quod manifesta- Esaiæ 52
uerit gloriam suam. Certe scriptū est: Glo- Esaiæ 42
riam meam alteri non dabo. Soli igitur 1.Tim.1
Deo debetur omnis honor & gloria. Quapropter Christo licuit manifestare suā gloriam. Nemini autem nostrum id licet, vt quærat suam gloriam. Vnde enim homo agnoscet sibi deberi gloriam? Vnde glo-
riari quis potest? Quid habes quod nō ac- 1.Cor.4
cepisti? Cur igitur gloriaris quasi nō acceperis? Quicquid ex te, aut à te habes, peccata sunt, de donis autem tibi collatis gloriari non potes. Siquidem Dei dona tua non sunt, sed Dei. Pro his gloriam Deo debes.

Nonne

Nonne igitur vanissimum est in huiusmodi gloriari quæ aliena sunt, quæ nescis quoque quamdiu tecum sunt? Quare quisquis suam gloriam quærit, quisquis vsurpat sibi, seipsum in hoc quærens, furatur Deo hanc. Est autem duplex gloria: Mundana & quasi carnalis vna, spiritualis altera. Sunt enim qui gloriantur in diuitijs, in vestibus, in potestate, in pulchritudine aut sapientia. Sed horum gloria nulla, neque enim hæc omnia in quibus gloriantur, eos iuuare possunt, aut liberare in die mala. Nihil hic tecum permanet, recedunt à te cuncta etiam te nolente. Imo potius tu ipsa deseres, & ab illis recedes, vel nolens. Propterea prophetæ auscultandum est monenti: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Non igitur in vlla re caduca, neque etiam in amicis ponas spem tuam, neque in vlla creatura glorieris, nisi in domino Deo tuo, omnis enim creatura mendax est & fallit. Hoc vitio laborasse videtur Hiezechias, qui nuncijs à rege Babylonis ad se missis omnia ostendit, quæ erant in domo sua, hoc est, quæcunque habebat preciosa. Verum, dominus illum obiurgans ei per prophetã prędixit omnia hæc transferenda in Babylonem. Est alia gloria inanis spiritualis, quæ ex contemptu mundanæ gloriæ nascitur. Verbi gratia: Quia diuitias fortasse & honores reliquisti, quia mundum & gloriã mundi contempsisti, incipis iam tibi placere, & quasi rem magnam feceris, nec nisi paucis imitabilem, in teipso gloriari: item si tentatorem omnis boni hostem superasti, puta de luxuria, de gula, alioq; vitio te instigantem, de victoria gloriaris, atque quod tam fortiter restiteris, tibi places, tibi blãdiris, & fortasse hoc notum alijs esse non cupiens, propterea in te ipso magis gloriaris. Vnde sæpe fit, vt qui ex vitijs non potueris superari, ex virtutibus infirmeris. Hoc nanque vitium inter omnia maxime latet, quandoquidem ex profectu atq; ex mortificatione vitiorum aliorum nascitur. Vbique occurrit homini virtutum studioso. Si ieiunas, adest, si cãtas, adest, si palã facis laude qd dignum, vult ab alijs id videri, si hominum aspectum declinas, de humilitate tibi blanditur, & nihilominus quasi inuitum te optas deprehendi. Reliqua vitia vel ætate, vel infirmitate, vel assiduitate pugnę aut fatigãtur, aut prosternuntur, vt minus sæuiant. Hoc vitium, quoties aliud vitium superas, ex victoria crescit, nascitur ex sua morte. Comparatur hoc idcirco hydræ serpenti, cui vbi vnum caput amputaueris, plura repullulant. De hoc vitio expugnando pulcherrimum sermonem scribit Bernardus Deo deuotissimus, de victoria Dauid contra Goliam Philistæum, alludens ad huius pugnæ similitudinem, quod Dauid humilis iactabundum Goliath interemit proprio illius pugione. Hoc modo vanam hanc gloriam quoque docet superandam, verbi gratia: Si hac peste fatigaris & vbique gloriandi materia, vbique tibi fuerint insidiæ positæ, arguas teipsum, iudicesq; superbissimum, à quo nihil procedat superbia non inquinatum. Dic te omnium bonorum destructorem, omnium gratiarum Dei per superbiam tuam euacuatorem. Dic te Deo ingratissimum, qui ex donis Dei superbis, qui pro Dei beneficijs contumelias rependis. Mirare patientiam Dei, qui superbissimum te tanta longanimitate tolerat. Hoc modo vbi te hostis diabolus, aut naturale hoc vitium tuum eleuare, vt tibi placeas, aut in te glorieris, persuadere nititur, inde teipsum humiliandi, contemnendi, odiendi, atque non aliter de teipso, quam de superbissimo aliquo sentiendi materiam sumas. Inde fiet vt teipsum superbum iudicando humilis fias, inanisque gloriæ appetitum gladio suo, id est, materia quam ministrat, puta si viliter de te sentias atque iudices te superbum confodias. Sunt qui nimium passione hac fatigantur, adeo vt nihil efficere possint, absque vanæ gloriæ pulsu, nihil tentare. Sunt præterea, qui etiam pusillanimes fiunt ad inchoandum perficiendumve opus aliquod bonum, quare mox vbi bonum aliquod ceperint, admouet se vana gloria, quæ suũ quid ibi quærere molitur aut stabilire. Inde conterriti non audent in ceptis bonis pergere ad perficiendum, & retrahunt manus iam bene opantes. Tẽtat enĩ varijs modis diabolus, vel vt hac peste vitiosos & infirmos sibi subijciat, vel vt innocẽtes à bonis studijs

Gloriã bi fariam accipi.

Hierem. 9
1. Cor. 1

4. Reg. 19
Esaiæ 38

M

Gloria inanis periculosa q.

Bernar.

1. Reg.

Aduer. varij ... remedia

ſtudijs impediat,quem enim fallere nõ po
teſt vt ſibi placeat,nec vt oculis placere q̃at
alienis,hunc tentando perplexam facit,vt
nihil audeat boni facere, ne gloriæ vanæ,
laudatum aliquid faciendo, ſeruire videa-
tur. Quem igitur non poteſt inducere ad
peccatum,nititur per timorẽ,ne peccet,im
pedire à bono. Haudquaq̃ igitur hoc mo-
do profliganda eſt vana gloria,vt ꝑ huius
euitatiõe à ceptis bonis deſinas, ſed vt po
tius gloriã ipſam vanam contemnas. Opti
mum igitur cõtra vanã gloriã remedium
eſt,vt primũ firmiſſimo pacto ſtatuas in a-
nimo tuo,nihil cõtra humilitatẽ,nihil ex
vana gloria agendum,non vt quicquid cũ
appetitu inanis gloriæ ſuggerit, mox con
temnas,ſed vt gloriæ appetitum contem-
nas,vt eo animo quo ſuggeritur,id eſt, ex
motu inanis gloriæ nihil facias. Sit igitur
propoſitum tuum firmum atq; conſtans,
per vanam gloriam nihil agere,ſit etiam ſi
mile propoſitum propter timorem vanæ
gloriæ nihil velle omittere, ſed ſtudia bo-
na continuare,intẽtionem facere rectam,
& ſibilos illos vanæ gloriæ contemnere.
Dic paſſioni huic vitioſæ,illam exibilans.
Mat.4. 16 Propter te hoc opus non faciã,neq; etiam
intermittam, faciam autem id quod factu
Marc.8 rus ſum propter amorẽ dñi mei Ieſu Chri
ſti. Vade retro Satana. Vanæ itaq; gloriæ
contẽptus eſt neceſſarius,vt tam vilem paſ
ſionem minoris ęſtimes,quam vt propter
illam facias quicquam,aut propter illã vi-
tandam boni aliquid intermittas. Sentire
motus vanæ glorię nõ eſt rationis,ſed ſen
ſualitatis,cõſentire vero eſt rationis. Quã-
obrem nihil tibi damnatiõis eſt, ſed in vir
tutis tibi vertitur exercitium, ſi impugna-
ris. Neq; enim ſentire idem eſt,q̊d conſen
tire. Si titillationem aut phãtaſias vanę pa
teris gloriæ,diſpliceãt tibi & nihil propte
rea,quod alioqui non eſſes facturus,agas,
N ſed & propterea q̊d eras facturus bonum,
haudquaq̃ poſtponas. Hæc obiter di-
Matth.11. cta ſint,quare legimus q̊d dñs Ieſus mani
feſtauit gloriam ſuam. Hic manifeſtare po
tuit,quia humilis & mitis eſt corde,hic po
tuit manifeſtare,quia illi ſoli debetur. Ma
nifeſtauit autem in ſigno hoc,quod muta
uit aquam in vinũ,& in alijs miraculis in-
de ſequentibus. Miraculũ hoc factũ eſt,de
quo p̃ſens ait Euangeliũ,dum annum æta
tis ſuæ agere Ieſus inciperet triceſimũ pri-
mum in die Epiphaniæ. In eodem die, an
no ſuperiori,quo Chriſtus annum incipi Luc.3
ebat triceſimum,fuit baptizatus idem à Io
anne. Quo die etiam primo ſuę natiuitatis
anno idem dñs à tribus fuerat Magis viſi Matth.2
tatus. Nuptiæ igitur factę ſunt in Cana Ioan.2
Galilææ,& erat mater Ieſu ibi, vt mulierũ
vna ad quam pertinebat diſponere de nu-
ptijs. Vocatus eſt autem Ieſus vel ideo, q̊d
conſanguinitate eſſet ſponſo iunctus, vel
quod religio,ac eius ſanctimonia mundo
iam incipiebat manifeſtari, atq; in opinio
nem venire hominũ. Narrabatur enim Io Ioan.1
annis teſtimoniũ de eo,euulgabatur,quæ
Nathanaeli ſecreta atque ipſius abſcondi-
ta nunciauerat,& quod diſcipulos collige
bat. Quia igitur mundo iam notus fieri in
cipiebat,vocatus eſt ad nuptias,vt propter
ſanctitatis ipſius præſentiam nuptiæ timẽ
tium Deum benedicerentur. Inde quoque
factum eſt,vt rationabile matri videretur
Ieſum filium ſuum inducere ad miraculũ
faciendum,quo fidelium hoꝶ ac piorum
hominum,qui vocauerant Ieſum,conſola
retur remuneraturq; deuotio. Ingenti nã-
que compaſſione pijſſima Ieſu mater mo-
ta ad bonos illos homines, qui filium ſu-
um honorauerant,cum eis videret vinum
deficere,filio locuta eſt, vini defectum, ſi-
mulq; ſponſi & ſponſæ verecundiam eidẽ
nuncians. Quod tamen pauciſſimis effe-
cit verbis,nihil de eius omnipotentia hæſi
tans, nihil de illius dubitans charitate ac
pietate, quem confidentiſſime credebat fa
cturum, quod ipſa ſubindicabat: adeo vt
precem iungere ſuperfluum illi videretur.
Simul tamen etiam nobis oſtendere volu
it ſe,quæ tam ſollicita fuerit vel vltro circa
egeſtatem alienam,quam prompta,quam
diligens,quam compatiens deniq; nobis
ſit, in neceſſitatibus noſtris ſpiritualibus
inuocata. Quã benigne pro nobis loqua-
tur,quã fideliter roget,quã efficaciter im-
petret,quã demum miſericorditer,q̊d im-
petrauerit,nobis impartiatur. Conſide
randum hic Chriſtum veniſſe ad nuptias,
quo honoraret matrimoniũ, quod eſt Ec
cleſiæ ſacramentum. Significat enim con-
iunctionem Chriſti & Eccleſiæ; ſignificat
quoq; vnionem Chriſti cũ qualibet fideli
anima,maxime autem ſignificat vnionem
verbi cum humana natura. Duæ eñ natu-
ræ,puta diuina & humana,in vnã perſonã
in Chriſto vnitæ ſunt. De nuptijs carnali-
bus ſi cũ Dei agãtur timore, veꝶ eſt illud:
Honora-

Heb.13 Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Cuiusmodi autem esse debeat connubium seu matrimonium, aut in voluntate contrahendi, hoc est, in intentione, aut in coniunctione, aut in conuictu, paucis dicam.

O Matrimonium quale esse debeat.

I. Primo enim necessaria est pura sanctaq; intentio, vt vir vxorem ducat, aut fœmina nubat viro præcipue propterea, vt prolē, prolesve accipiat, quas in Dei timore & ad diuinum cultum erudiat, & quantum in se est, cogat: cupiens Dei honorem & colentium Deum numerum in hoc augere. Hæc est præcipua sanctissimaq; intentio, & contrahendi & consummandi matrimonij. Est alia intentio similiter licita, non tamen pari gradu meritoria, vt quis contrahat cum vxore, quo refrenare se possit ab illicito cōcubito fornicario, aut ediuerso. Ita enim loquitur Paulus, quamuis id nō dicat iuxta imperium, sed iuxta indulgentiam: Vnusquisq; vir vxorē suam habeat, & vnaquæq; suum virum habeat, propter fornicationem, scilicet vitandam. 1.Cor.7 Hac intentione firmata, quæ præcipua sit, quæ moueat ad cōtrahendum, si aliquid tunc sinistri coinciderit, puta vt formosam malit, quā deformem vxorem, diuitem quam egenam (modo Dei cōtemptricem & facinorosam nolit) veniale est, aut si modo licito Deoque subiecta volūtate id optetur, potest (vt spero) absq; omi peccato desiderari.

II. Secundo, in coniunctione opus est, vt in Dei timore coniungantur timentes & orantes Deum, à quo sibi detur, vt illi primum mereantur coniungi, nec aliter nisi in Deo se diligere, atq; cuncta quę sibi eueniunt, oīa quæ faciunt, in Dei beneplacitum ac gloriam dirigere proponant. Legant coniunctionem Tobiæ iunioris & Saræ sanctorum coniugum. Tob.6.&7 Septem enim viros, q Saram propter eius pulchritudinem iniqua concupiscentia duxerant, prima nocte dū illi vellent concumbere, dæmon interfecit. Tob.6 At vero dum iunior Tobias venisset eius cognatus (cui secundum legem debebatur ipsa vxor) cui ex angeli iussu est coniuncta, & quia vt instruebatur ab angelo, fecit Tobias, nihil mali passus à dæmone est. Nec solum non est correptus, verumetiam improbo spiritu penitus fugato accepit virginem cum timore domini. Hoc autem eo factum est modo. Tobias dū audisset Saram viris subinde septem nuptam, & eosdem ad vnum viros omnes à dæmone mox præfocatos, eam propterea accipere recusabat, ne sibi quoq; idipsum cōtingeret, timens. Quare ab angelo hortatus est dicente: Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus præualere potest dæmonium. Tob. Hi nanq; qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excutiāt, & suę libidini ita vacent, sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Psal. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculū per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi oratiōibus vacabis cum ea: Et paulo post: Transacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis, quam libidinis ductus. Hāc angeli exhortationem Tobias diligenter audiens, cum ad virginē esset sponsam introductus, eādem hortatus est, dicens: Sara exurge & deprecemur Deum, hodie, & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte, in nostro coniugio erimus, filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes quæ ignorant Deum. Surgentes autē pariter instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitq; Tobias: Domine Deus patrū nostrorum, &c. Et nunc domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororē meam cōiugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in seculum. Sic locutus est Tobias ad suā sponsam, sicq; in Dei timore illi cōiunctus est. Cuiusmodi nuptiarum formam vt imitētur omnes, hortandi sunt.

III. Tertio, in conuictu coniuges se opus est vt integre sancteq; diligant. Nihil tamen cōiugis est amore faciendum, quod Deo displiceat. Amor hic & concordia coniugum si fundatur in Dei amore, leuem facit oīnem tribulationem. Qui si coniugibus defecerit, nullæ eos consolantur diuitię, nulli honores, nulla deniq; felicitas terrena. Debent itaq; simul coniuges viuere vt in nulla re alteri alter consentiat contra Deum, in reliquis oīnibus concordes. Seipsos mutuo ad virtutum profectum, ad obseruantiam præceptorum, tam Dei, quam Ecclesiæ, ad omnem iustitiam, ad omnem misericordiam, ad iniuriarum obliuionem, ad continentiam, ad deuotionem bonis persuasionibus cohortentur. Vir, vt inquit Apostolus, 1.Cor.

stolus, vxori debitum reddat, & vxor viro. Laudandus tamen est vterq; si alter eorũ, cui continentia magis placet, licitã aliquã occasionem alteri non petendi debitum aut præbeat, aut continendi, salua tamen semper obediẽtia & iure vtriusq;. Contentionum & irarum materiã alter alteri amoueat, offensum placet, statuta Ecclesiæ & ieiunia iuxta suum statũ obseruent. Itaq; debet vxori maritus dilectionem sicut corpori suo, debet instructionem (propterea
1.Cor.14 iubet Apostolus mulieres, si quid discere volũt, domi viros suos interrogare) debet correptionem ex charitate prodeuntẽ, debet regimen & directionem, præsertim in rebus magis arduis, debet pacificam, sociale mq; cohabitationem, ad extremum carnalis debet debiti solutionem. Pari modo vxor viro post illius amorem & honorationem debet subiectionẽ & thori fidẽ. Nõ tamen decet virum suã habere vxorem, vt ancillam, nec dire ei dominari, sed agnoscere consortem, eamq; vt sororem modeste dirigere, consolari & consilia cum eadem sua tractare. Sciant coniuges debitum posse reddere absq; vllo peccato propter obediẽtiam, posse etiam exigere cum merito causa prolis, aut causa fornicationis euitandæ in se, aut in altero. Informentur, si ita libidinose alter miscetur suo coniugi, vt simili modo, cuicunq; alteri paratus foret extra coniugium copulari, non discernens inter vxorem & mulierem, aut inter virum & maritum, peccare eos mortaliter, quia vir vtitur sua coniuge, non vt cõiuge, sed vt meretrice, & mulier viro nõ vtitur vt viro, sed vt lenone. Si tamen ex libidine conueniãt, ita tamen, quod neuter eorum consentiret in carnalem actum extra matrimonium, nec limites iuris coniugalis, nec naturæ ordinationem, legesq; diuinas excedãt, non sunt dicẽdi peccare mortaliter. Videant tamen & in secreto moneantur coniuges, quandoquidem tam multa fœda, inordinata, & iuxta cõiugij leges insueta atq; contraria sæpenumero exercent (maxime vbi fuerint iuuenes & libidinosi) absq; timore Dei viuentes, qui suis spurcitijs & abominationibus grauius offendunt Deum, q̃ si eadem extra coniugiũ agerent. Vbi vero Dei fuerit timor, hic docet in omni statu, quomodo sit, viuẽdum. Propterea vos hortor omnes, vt timeatis Deum, horrentes illum offendere, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA IIII. POST DOMINI NATIVITATEM, epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos XII.

X.

NOlite esse prudẽtes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Deut.32 Sed etsi esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc em̃ faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum, in Christo Iesu domino nostro.

A

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Roma.12 HAec epistola eundem sermonem, quem superiori dominica audistis, cõtinuat. Vbi enim prior epistola finit: Nõ alta sapientes, sed humilibus consentientes, ibi hodierna incipit: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Vbi non omnem prudẽtiam insectatur, quandoquidem scriptum est: Estote prudentes sicut serpentes. Matth.10 Et Petrus dicit: Estote prudentes & vigilate in 1.Petr.4 orationibus. Sed hanc prudentiam reprobat, quæ est apud seipsum. Itaq; vbi tenacitas proprij est sensus, vbi nulli consilio acquiescitur, vbi consilium proprium placet, ibi est prudentia apud seipsum. Dicit itaque Paulus in epistola: Nolite esse pru-

dentes apud vosmetipsos, seu in æstimatione vestra. Nolite vobis prudentiam arrogare. Qui enim sibiipsi prudens esse videtur, hic cum arrogantia stultus est. Nulli malum pro malo reddentes. Qui enim malum pro malo retribuit, aut simile, aut grauius peccatum admittit. Ille enim qui alteri malum prior intulit, fortasse malũ, quod intulit, malum esse nesciuit. Hic autem qui malum reddit, hoc ipso, quod ad vlciscẽdum se parat, probatur malum sensisse, quod ledenti se reddere tentat. Hoc

Prou.20 idem Sapiens monet: Ne dicas, reddã malum pro malo. Expecta dominum, & libe

1.Petr.3 rabit te. Et Petrus ait: Non reddentes malum pro bono, sed econtrario benedicen-

Matth.5 tes. Christus quoque: Benefacite, inquit, his, qui oderunt vos. Prouidentes bo-

Lucæ 6 na, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Non satis fit vobis, inquit, synceram bonamq; habere coram Deo intentionem, nisi & prouideatis quantũ in vobis est, vt quod facitis, id proximo absque scandalo fit. Non tamen hoc necessarium est, vt opera vestra hominibus placeant, sed opus est, vt à vitio specieve mala sint aliena, ne scandalizent. Et quamuis difficulter fieri possit, quantum tamen fieri potest, & quantum ex parte erit vestra, cum omnibus pacem habete. Difficile enim non erit in pace esse iustis: ab omnibus autem pacem habere, & omnium sentire charitatẽ, vix possibile est. Nam verba iustorum & opera sunt iniquis contraria. Maxime autem, quia haud raro coguntur boni peccata reprehendere aliena, dissentire, repugnareque voluntatibus aliorum: quare non possunt non offendere. Verum si aliena corda turbantur, quãtum ad vos attinet, inquit, vestra sint corda in pace. In qua tunc recte sunt, cum propter Deum ab omni caueatis offensione proximi, quando charitatis iura proximo seruatis integra, quando quicquid illi debetis, exoluitis, quãdo denique propter Deum vbi oportet hominem offendere, non timetis. Est enim ex charitate odium, non quidem odium, sed zelus, qui odium sanctum, aut perfectum dicitur, propterea q̃d iniquitatem odiat. De quo in Psalmo: Ini-

Psal.118 quos odio habui, legem autem tuam dilexi. Hoc odio etiam offenderat homines,

Psal.138 qui dixit: Perfecto odio oderam illos, puta iniquos. Quod nisi faceret, in pace non constitueretur. Sed audi quid sequitur: Inimici facti sunt mihi. Propterea dicit Paulus: Quod ex vobis est, pacem cum omnibus habeatis. Vt videlicet iniuriosa om̃ia caueatis, charitatis vbi oportet, impendatis officia, nec quando debetis eruditionẽ correptionemque negligatis, à peccantibus dissentientes omnibus. Quod si persecutionẽ propterea patiamini, audite Paulum quid moneat: Non vosmetipsos sitis defendentes charissimi, quia & contentiones, rixæ ac pugnæ ad nihil aliud, nisi ad subuersionem audientiũ prosunt. Vestrum quidem est neminem lædere, sed si quis vos lędere voluerit, date vos locum iræ. Cedite hosti, ac sinite illum, quam voluerit in vos iram explere. Scriptum est e-

nim: Mihi vindictam & ego retribuam. Deu.

Non prohibet tamen velle, si tibi iniustitia fiat, vt hoc ab eo, qui debet, puniatur, sed vt vlciscendi animo neque velis, neq; reddas cuipiam malum. Neque enim fas est, vt appetas vindictam, sed delinquentis correctionem. Iusti nanque suos magis cupiunt inimicos corrigi, quam puniri.

Sed audi benignum corrigendi modũ: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Et hoc modo similia in aliis eius indigentiis fac illi. Hoc enim faciens congeres carbones ignis super caput eius, id est, in mentem eius vrentes accumulabis cogitationum stimulos. Dolebit enim se iniuriam fecisse ei, à quo bona recipit, indeque ipsum lucraberis, vt deposito odio te diligat. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Cum malo, hoc est, cum vitiis non tantum permittitur nobis, sed iubemur etiam, vt pugnemus saltem, non vincamur. Certamen bonum est pugnaque salubris, quo tu bonus vitio & malo te opponas. Quod si victus fueris, & malo consenseris, iam duo erunt mali. Itaque si tibi displicet malus, noli fieri malus, noli illum imitari, sed vince in bono malum. Erga hominem patiens esto, & patientia vince malum. Nam si tua patientia inimicum, aut iracundum feceris mitescere: Si mansuetudine tua, vt iniuria persequutioneve abstineat, illum induxeris, malum vicisti.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem Dominicæ, Matth. VIII.

Ante

C

Matth.5 ANte Euãgelium huius dominicæ legitur dominus Iesus ascendisse in montem, in quo octo beatitudines, hoc est, legis Euãgelicæ perfectionẽ docuit, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Beati mites, quoniam ipsi hęreditabunt terram, & reliqua, in quibus nobis perfectionis constituit regulam. Siquidem opus sibi à patre commissum, quo ouem perditam recuperaret, quoq; dispersos Dei filios congregaret in Ioan.11 vnum prædicando exordiebatur, propter quod in mundum missus venerat. Idcirco posthac sibi non pepercit mane & sero prędicans, vadensq; de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum, quo tempus nobis adesse nunciaret acceptabile, tempus euangeli 2.Cor.5 zaret salutis, exhiberet se mundo lumen, inuitaret nos à tenebris ad lucẽ, vt ambularemus in semitis eius. Post igitur illũ, quẽ in monte fecerat sermonem, ijs, quæ prædicauerat, adhibere voluit testimoniũ, & prædicationi suæ facere fidem apud auditores, quo verbis suis veritas, virtus & salus inesse crederetur, de monte ad facienda miracula descendit. Miracula enim & si Augustin. gna, quę fecit dominus Iesus, sunt tanquã sigilla in literis, quibus confirmatur veritas prædicationis eius. Quamobrẽ: Si nõ, Ioan.15 inquit, opera fecissem, quæ nemo alius facere potuit, peccatum non haberẽt, in me Ioan.10 scilicet Iudæi non credẽdo. Itẽq;: Opa quę ego facio, illa testimoniũ perhibẽt de me. Ibidem. Itẽ: Si mihi nõ creditis, opibus credite. Itaque de monte descẽdens dñs duo mox patrauit miracula, quæ Euangeliũ recitat hodiernum. Dicit itaq; Euangelista.

Cum discendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

In hoc mõte sermonẽ dominus de perfectione bene longũ texuit, duoq; est miracula operatus. Mons enim ille non fuit Oliueti, sed mons quidam Galilææ, fortassis mons Thabor. Secutæ sunt autem eum turbæ multæ, alij vt diutius illum audirẽt, perfectiusq; ab eo instruerentur. Alij propterea, quod in eius pulchritudine, in venustissimis eius moribus, insuauissimaq; eius conuersatione delectabantur. Quidã etiam ex vanitate sequebantur, quo perciperent noua. Alij ex necessitate, vt curarentur à languoribus suis.

Et ecce leprosus quidam veniẽs adorabat eum dicens: Domine si vis, potest me mundare.

Pulchr[illegible] miraculi post sermonem occasio datur, vt supernaturalem eruditionem Christi operatio confirmaret [illegible]pernaturalis. Si enim mala docuisset, si mendaciũ esset locutus, nullo modo Deus faciẽdo miraculũ testis foret eius mẽdacij. Leprosus iste non interfuit sermoni domini in mõte, quia secundum legem à populo exclu- Leuit.13 debatur, credidit tamẽ secundum aliquos dominum Iesum Messiam, Christum atq; Deum, ideo adorauit eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Nondum viderat miraculum, sed fama inuitatus eruditionis Christi opem sibi ferẽdam ab eodẽ petiuit. Vide tamẽ, qua modestia vtitur ac sapientia, suam petitionem in domini trãsferens arbitriũ, desiderio suo ante insinuato. Dicit em̃: Domine si vis, potes me mundare. Quasi diceret: Domine, tu fecisti cœ- Hest.13 lum & terram, & omnia, tu omnia potes. Voluntas tua, ipsa est potestas tua & opus tuum: opera enim tuæ obediunt voluntati. Te aliquid velle, est perficere. Ego quidẽ desidero mundationem leprę, sed nolo tibi esse molestus, nolo tuę esse voluntati cõtrarius. Nescio quid tibi placeat, quid mihi expediat, ambiguus sum, nisi quod tuæ voluntati obedire certissimam scio esse mihi felicitatem. Quicquid igitur vis, erit mihi id ad salutem, erit mihi bonum. Vnde si vis, potes me mundare. Veruntamen tuæ id prouidentiæ committo. Desideriũ quidem meum tibi manifesto, at illud tuæ voluntati subijcio. Videte quam plenus est fide, qui nullo adhuc viso miraculo dominum credidit omnipotentem, ei se commisit vt sapientissimo, vt beneuolẽtissimo sese subiecit. Nihil de potestate dubitat, nec de eius hæsitat bonitate, idcirco non pro sua orat emundatione, sed orandi tantum desiderium, & impetrandi fiduciam indicat. Si vis, inquit, potes me mundare. Credo quia tu es, qui Nahaman Syrum mun- 4.Reg.5 dasti à lepra. Quis enim potest alius facere Iob 14 mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu q solus es? Potes igitur non solum à Deo impetrare mihi sanitatem, vt

prophetæ fecerunt sancti, sed potes, si vis,
Sapi.12 ipse me mũdare. Subest enim tibi, cum vo
D lueris posse. Disce hic orandi formã, disce quam resignato debeas animo accedere ad orãdum Deum. Vide etiam quam verecunde suum insinuat leprosus hic desiderium. Postremo, vide quã vtilis illi fuerit infirmitas. Inde enim motus est quærere Iesum. Inde motus est Iesum adorare. Inde est motus Iesum confiteri Deum. Recte
Psal.15 igitur Psalmista dicit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerũt.
Psal.32 Item: Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum domine. Nouit hoc benignissimus pater, quid suis expediat filiis. Vbi enim corda sentit dura, vbi mundanis inuenerit rebus atq; amoribus corda nimis implicata, solet illis plerunque mittere aduersitates, per quæ ad se redeant ærumnosi, quoniam venire nolebant sani. Hoc est verbum illud, quod in alia parabola seruo mandat dominus, qui cœnam fe-
Lucæ 14 cerat magnam, dicens: Compelle intrare, vt impleatur domus mea. Pro hac charitate singulares sunt Deo gratiæ agendæ, q̃d non finit te licentiose iuxta desideria tua viuere, atq; impune peccare, sed iuxta Pro-
Oseæ 2 phetam, sepit viam tuam spinis, vt cum velis, non præualeas etiam peccare, nec peccandi vias tuas antiquas inuenire possis. Obices enim & impedimẽta vijs & desiderijs tuis opponit, puta infirmitates, ignominiam, paupertatem, calamitatem, qua errantem reuocet, hallucinantem sistat, pereuntem reducat atq; restauret. Propterea idem dicit Psalmographus: In chamo &
Psal.31 freno maxillas eorum constringe, qui nõ approximant ad te.

Et extendens manum suam tetigit eum Iesus, dicens: Volo, mundare:

Quis Iesum dubitet mũdationem agere potuisse leprosi sine tactu manus? Qd' & paulo post fecit cũ seruo Centurionis,
Matt.8 quem solo nutu pronunciauit sanum, nisi qui non perfecte credit in eum? Voluit tamen sæpenumero vti humanitate tanquam medio atque organo quodã ea, quę diuinæ sunt virtutis, & quę ad nostrã spectant salutem, operans. Nihil præterea mireris, quod dominus leprosum tetigisse le-
Exo.19 gitur, cum in lege sit Mosi prohibitus tactus leprosi. Quia Christus non erat legi subiectus, sed dominus legis, nec præceptum hoc in Christo hic habuit locũ. Prohibitum enim erat non tãgere leprosum, ne tangens inquinaretur. Christus vero nõ potuit inquinari, sed tactu dextræ suæ lepram fugabat, quare tactus ipse non fuit contra præcepti intentionem. Tetigit etiã dominus leprosum, tametsi absq; tactu beneficium præstare potuisset, vt superbiam nostram, aut nimis delicatam consuetudinem argueret, qui infirmos nimium horremus, docens nos neminem debere sperni, neminem non consolari.

Et cõfestim mudata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris.

Non solum lepra corporis, verum etiam animæ ei ablata est, puta interioris hominis. Vide, inqt, nemini dixeris. Hoc intelligendum est, vt nemini se dicat mundatum, nec euulget miraculum, antequam à sacerdotibus agnoscatur iudiceturq; mũdus. Noluit enĩ cæcis, hoc est inuidis, quãtum in se erat, scandalũ præbere dominus Iesus. Videtis humilitatẽ domini Iesu, qui potuit leprosos mundare, q̃modo omnes depellere potuit morbos, tamẽ noluit eos, quos curauit (vbi exigebatur sacerdotum iudicium) absq; iudicio eorundem, vt mũdos haberi, sed diuinam suam quoq; virtutẽ (quæ operabatur miracula) iudicio subiecit sacerdotum: quandoquidẽ quos diuina virtute ipse curauit, sacerdotũ iudicio adhuc examinandos, an vere scilicet mundi essent, subiecit. Potest autem & alius quoque hic esse intellectus, quare nemini voluerit dici miraculum. Certe quod omnes videbant (turba enim erat ibi hominũ Matth. maxima) non potuit latere. Quo ergo attinebat, vt prohiberet miraculum seu beneficium diuinum nemini dicẽdum? Credẽdum est, aut ante iudicium sacerdotum, vt dixi, nemini se ostentare, iactareve debere pro mundo, aut illud pręceptum non fuisse prohibitiuum, sed indicatiuũ & instructiuum. Quare eius non fuerit volũtas mũdato præcipere, vt taceret, sed nobis omnibus indicare, quod manifestari non cuperet, nec hominum gloriam affectaret. Potuit sustinere, vt homines miraculum scirent, nunciarentque ad animarum suarũ ædificationem, sed prohibendo euulgari, id solum voluit, vt sciremus, quod hoc miraculum faciendo gloriam non quæsiuit suam, non quod sibi a gloria vana (cui 1.Tim. soli

1.Tim.1 soli om̃is debetur gloria) timuerit, sed q̃a nobis metuebat, ne imponeret nobis gloria inanis, auferretq; boni operis à nobis omnem fructum. Ideo docuit nos, cũ bona opera fecerimus, non esse gloriæ auidos, sed potius desiderare nos manere in occulto & absq; gloria, quam manifestari aut laudari, tametsi opus factum sit in publico. Non ergo hoc modo pręceptum erat, vt occultaret, nec manifestans delinquebat, sed nobis ex verbis his: Vide nemini dixeris, eruditio inferebatur, vt appetamus non prędicari aut laudari.

Sed vade, ostende te sacerdotibus, & offer munus tuum, quod præcepit Moses in testimonium illis.

Sacerdotes te videant & iudicent, qui si mundum videntes, te inter homines viuere decernant, ac mundum pronuncient. Hic Christus nos sub lege gratię viuentes docet, quanquã ipse sit, qui nos mundet à lepra peccati, idq; per contritionẽ, quę sæpenumero, vt debet, pręcedit confessionẽ, nihilominus tamẽ mittimur, q̃uis coram Deo mũdati, ad sacerdotem, cui nostra cõfiteamur peccata. Quibus auditis, & perspectis nobis, an plaga hæc lepræ, hoc est, an volũtas peccandi in nobis curata sit, iudicat nos mundos, & iustos pronunciat.

Cum intrasset autem Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans & dicens:

F Capharnaum ciuitas fuit ac metropolis Galilææ. Quod vero accessit ad eũ Centurio, non intelligẽdus est in sua persona accessisse, sed Iudæorum seniores misit le-

Lucę 7 gatos, vt Lucas ait, pro se. Qui cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite, dicentes: Dignus est, vt illi hoc pręstes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Quod lucidius, pauloq; post in eodẽ loco monstratur. Sequitur enim, quod Centurio renunciari fecerit Christo: Meipsum non sum arbitratus dignum, vt venirem ad te. Per internuncios igitur loquens Centurio dixit:

Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, et curabo eum.

Ibidem. In Luca dicitur eo processisse infirmitatem, vt naturali modo aliud nõ superesset, quam mori. Vide hic, quam fidelem se pręstet dominum Cẽturio, imo magis patrẽ, quam dominum erga seruum infirmum. Et ait illi Iesus, scilicet p̃ internũcios: Ego veniam & curabo eũ, hoc est, paratus sum venire ad domum tuam, & tuũ curare seruum, si vis vt optas. Non em̃ assertiue hoc loquitur Christus (quia futurum præsciebat, vt non esset in eius domum venturus) sed dicit id beneuolentiam ostendendo, qua, si optauerit, paratus sit venire. Multæ huius Centurionis virtutes hic ostenduntur. Habuit enim magnã fidem. Nam credidit Christum etiã absentem solo imperio infirmitates posse curare, vtpote cui obedirent omnia, nec tantam grassari posse in homine infirmitatẽ, quam curare nõ posset. Fuit mirum in modũ humilis, ideo ex humilitate ad dominum venire abstinuit, arbitrans se indignum (cum esset gẽtilis seu paganus) venire ad tam sanctum Dei. Non audebat alloqui, nõ audebat domo sua suscipere Christum, nõ quod non desideraret, sed quod indignum ad hoc se æstimaret. Habuit præterea magnam charitatem, qui tam feruenter, tam cõstãter, tamque affectuose rogauit pro suo seruo, quem præ ingenti dilectione puerum nominauit, non ignarus illius Ecclesiastici: Seruus fidelis sit tibi quasi filius. Vide hic quoq; humilitatem Christi. Rogatus à regulo, ad ipsius filiũ venire noluit: non rogatus ad Centurionis seruum venire paratissimus fuit, adeo personarũ haudquaquam acceptor, Christi responsione accepta, audiens quod ad domum pararet se Iesus venire illius, mox renunciat Centurio humillime, dicens vt sequitur:

Centurionis virtutes q̃mo sint imitandę.

Ecclesi.7

Ioan.4

Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.

G Sciebat Centurio, quam abominabile esset viro Iudæo in domũ ire Pagani, ideo molestum nimis putabat Christo futurũ, vt ad se veniret. Non dubium est Cẽturionem illustratione diuina fuisse imbutum, qui virtutes diuinas haberet infusas, vtpote vir religiosus, bonus ac timens Deum, quemadmodum de Cornelio in Actis apostolorum legitur. Nam quod Iudæis synagogã ædificauerat, indicabat, quod vnius Dei veri cultor, animoq; Iudæus erat. Explicat aũt fidem suam plenius, qua credit Christi corporalem pręsentiam non es-

Actor.10 Lucæ 7

se necessariam, sed virtutem, hoc exemplo.

Nam & ego homo sũ sub potestate cõstitutus, habens sub me milites. Et dico huic: vade, & vadit: & alio, veni & venit: & seruo meo fac hoc, & facit.

Quasi diceret: Haudquaquã id rogo, vt dominus Deus meus fatigetur, aut humiliet se ad domũ venire Pagani & incircuncisi. Neq; enim id est necessarium, cum ex potestate, quæcunq; vult operari, possit omnia, & hoc multo plus, quam ego, qui multo sum indignior, non dominus, sed sub potestate humana maiori adhuc constitutus. Quia tamẽ sub me milites habeo, quãdo dico huic: vade, vadit: alteri si dico: veni, venit, & omnes mihi obediunt, quanto magis tibi & homines & angeli obediunt, qui tuum exequuntur beneplacitum?

Audiẽs autẽ hęc Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.

Audiens Iesus verba Centurionis, quæ sibi nũciabantur, miratus est, hoc est, ad modum mirantis se habuit, vt nos admirari faciat gentilis & incircuncisi hominis fidem, ostẽdatq; nobis, quantum sibi placeat hominis Pagani huius fides, quãtum Iudæorum contra displiceat infidelitas. Miratur igitur dominus, quia mirandum nobis insinuat. Ideo sequentibus se turbis dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Nõ putes Christum prætulisse Centurionis fidem fidei suæ matris, aut fidei apostolorum, quia loquebatur de his, qui ex prędicatione eius generali credere cœperant, non de his, qui etiam ante eius prędicationem in illũ credebant. Alio quoque potest dici modo dominum sua verba voluisse intelligi comparatiue, vt diceret se non tantam inuenisse in Israel fidẽ, quantam in Centurione. Dignum autẽ erat maiorem esse & inueniri apud Iudæos, quam apud gentes. Et tamẽ iuxta conditionem vtriusq; plebis & singulis expensis, maior fuit fides Centurionis, quam Iudæorum, non simpliciter, sed collatiue, quia maior erat pro gentili homine in sua sorte & cõditione, quam Iudæorum in sua vocatiõe: hæc enim multo debuit esse maior, quam gentium, quia nondum erant vocati. Est autem similis locutio, quomodo si alicuius rustici laudetur prudentia, quæ maior sit, quam hominis docti, aut ciuiũ, ac philosophorum, hoc intelligeretur verum in genere suo, puta quod rustici prudentia in gente sua maior apparet, quam oppidani, aut philosophi inter ciues, aut sapiẽtes, & doctior inueniatur rusticus, nõ inter philosophos, sed inter rusticos, quam philosophus inter philosophos.

Dico autem vobis, quod multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

Dico autem vobis, quod multi veniẽt ab Oriente & Occidente ad fidem per prędicationem apostolorum, & per illuminationem spiritus diuinam, & recumbent cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorũ: filij autem regni, quia non hi qui ex semine sunt Abrahę, dicuntur filij, sed qui fide sequuntur Abrahã, eijcientur in tenebras exteriores. Filij regni, hoc est, Iudęi, & omnes vocati, quibus ex vocatione deberetur (si iuxta suam viuerẽt vocationem) regnũ Dei: si suam vocationem negligunt, eijcientur in tenebras exteriores. Ante cum intelligerent periculum suum, peccatis abstinere noluerunt, sed in tenebras inciderũt interiores, vnde quo ambulent, non vidẽt, sed tenebrę eos cõprehenderunt, q̃a odiũt lucẽ, amãt vero suas tenebras. Faciamus nos aliter. Docẽt nos ambo, tam leprosus, quam paralyticus, hic ad medicũ fugere, qui non minus paratus est mederi animabus, q̃ corporibus nostris. Propterea rogauit dñm Psalmista: Dñe miserere mei, sana animã meam, quia peccaui tibi. *Psal. 4* Leprosus vero hic à domino petiuit munditiã. Cunctis fere est hominibus naturale ac insitũ, diligere munditiam. Vide si nõ omnia optes munda? Mũdam cupis habere vestẽ, mundum cibum, mundũ lectum, vas mũdum, domum & omnia alia mũda. Quare non item animã quærimus mundã: quare cor non seruamus mundum & consciẽtiam? Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Matth. 5* Qui igitur immũdo sunt corde, Deum non videbunt. Quotidie igitur ad dominum clamet vestrum vnusquisq;: Cor mundũ creã in me Deus, et spm̃ rectũ innoua in visceribus meis. *Psal. 50* Exterior immundicia corporalis nõ coinquinat hominẽ. *Matth. 15* Nam etsi om̃ia forẽt immunda externa, quamdiu anima nõ inqnatur, nihil

Mundities q̃ sit expetibilis.

nihil refert. Placet Deo innocentia, placet etiam pœnitentia, vnde si non omnes seruamur mundi, saltem Deo reconciliemur mundandi.

Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Pijssimum cor Iesu nullo vnquã tempore in se potest confidentes deserere. Nã fides quæcunq; poscit, impetrat. Nobis igitur qui multis circundamur malis, & fides insuper modica est, expedit pro fide
Lucæ 17 dominum rogare. Quod Apostoli quoq; fecerunt dicentes: Dñe adauge nobis fidẽ.
Mar. 9 Quidã p̃terea filiũ suũ dño cũ obtulisset sanandum ab eo audiuit: Si potes credere, impetrabis. Omnia enim possibilia sunt credenti. Qui procidẽs, Credo, inquit, domine, adiuua incredulitatem meam. Hoc modo nos quoq; tametsi minor, quam æquum sit fides nostra, nobis augeri roborariq; fidem rogemus. Quæ vbi nobis adfuerit, haud dubium quæcunq; desideramus, impetrabimus p̃ dominum nostrũ Iesum Christum, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quę Christiana sit vita, quid Christum imitari, & cuiusmodi seruanda oratio.

I CVm descendisset Iesus de mõte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Mat. VIII. Christus de mõ
Psal. 17 te sancto suo descẽdit ad nos,
Phil. 2 à summo enĩ cœlo egressio eius. Vñ descẽdens exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, factus vt eum possent seq turbæ multæ. Assumpsit enim naturam nostram in qua à nobis posset videri, audiri & tangi, in qua nos posset docere, & ad viam instituere salutis: in qua denique pro peccatis nostris possit satisfacere, posset pati & mori pro nobis. Tunc secutæ sunt eũ turbæ multæ. Ante non potuerunt eum sequi. Postquam autem seipsum præbuit exemplũ, & factus est nobis via, inuitat nos ad sui imitationem. Idcirco enim venit in mundum. Quid est igitur sequi Christum? Post eum ambulare, & sicut ambulauit, ambulare. Quomodo, inquis, ambulauit, & quo illum debemus sequi? Si quis,
Lucæ 9 inquit, vult post me venire, abneget semet ipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Vides quia sui abnegatio, crucis susceptio & vitę Christi imitatio sit Christiana vita, sit sequi Christũ. Tria certę hæc sunt ardua, sed nobilissima tamen, quæ Christi hic faciunt discipulos & imitatores, haud dubium quin in vita futura etiã cohæredes, & regni cõsortes. Quid est in- Rom. 8
quis, abnegare seipsum? Attende & obser- Abnegare semetipsum qd.
ua desideria tua. Vide quid te delectet aut afficiat, quid tu desideres aut concupiscas, ad quid inclinatum & pronum te inueneris. Si te delectant cogitare mundana, obscœna aut carnalia, si supba, vt honores officiaq; appetis. Si ĩ illo, illove statu esse appetis, si noxia desideras, aut agenda, aut saltem cogitanda, abneges te, vt hæc nolis cogitare, repugna his omnibus, non acquiescas cõcupiscentiæ huic, aut delectationi. Dic: Ego nolo hæc cogitare, nolo his desiderijs consentire, mala sunt, noxia sunt, & in interitum mergunt, Ite, ite turpes bestiæ, non audiam vos. Non faciam, Deus adiutor meus. Ite, Nolo vos, nolo. Quare? quia Christo meo hæc displicent, quia dominus Iesus hæc odit, hæc prohibet, quia dominus meus Iesus hic pauper fuit & despectus, quia carnem suã hic affligens macerauit, non blandiens fouit. Eam ob rem ego domini mei voluntatem sciens, & q̃d pro me passus sit, quid mihi prohibuerit, quid me docuerit, debeo me illi conformare. Nolo igitur cor meum huiusmodi immunditijs odiosis inquinare. Hoc modo faciendo te abnegas, quia non vis, nõ admittis quæ libenter velles, q̃a impugnas quæ diligis, propellis quę desideras, vis carere his quæ appetis. Obserua præte- K
rea quid horres, fugis, quove libenter velis carere, aut exonerari. Si ad Christi est gloriam, noli hoc abijcere aut fugere, si tibi missum est, si iniunctum, sustine. Sentis laborem te grauantem, habes q̃d te inquietat officiũ. Toleras, qui tibi est molestus, hominem, audis tibi detrahentem. Et his omnibus velles aut liberari, aut carere, aut alijs imponi. Dic tibiipsi: Haudquaq̃. Tu nõ facies voluntatẽ tuã, non satisfiet desiderijs tuis, q̃a Christus nõ venit facere vo- Ioan. 6
lũtatẽ suã, sed patris sui q in cœlis est. Christus p̃ te dura sustinuit, Christus odientibus se benefecit, odiẽtes dilexit, p̃ te laborauit, fatigatus est, esurijt, sitijt, in mortẽ vsque obediuit, & ego nihil sustinebo? Si Christus nõ venit facere volũtatẽ suã, q̃mo Ioan. 5

do ego tunc faciam voluntatem meam? Christus non suam, sed voluntatem fecit patris, & ego non faciam voluntatem meam, sed domini mei Iesu Christi. Si ipse ab hac me molestia liberare decreuerit, libero. Si liberare noluerit, si me aduersa sustinere voluerit, nec ego me liberabo, sed sustinebo & tacebo. Quis sum ego vt repugnem voluntati diuinę? Quod ego nollem secundum carnem, iam volo secundũ spiritum. Quod nollem alioqui ꝓpter me, iam volo propter amorem & beneplacitũ domini mei Iesu Christi. Ecce hoc est abnegare seipsum, frangere, negare sibi desideria sua. Portare vero crucem est omnem aduersitatem, molestiam, tentationẽ, laborem, infirmitatem, & contrarietatem, quancunq; super te venientem libenter accipere de manu domini, hanc æquanimiter, & si non potes semp hilariter ferre. Cogitanda est quæuis tribulatio crux esse domini à Deo tibi missa. Crux, inquã, est tua. Nec iuberis aliam quam tuam ferre crucem. Restat autem tertium, quod iuberis sequi Christũ. Quid est sequi Christum? Imitari eius vitam & actus virtutis, quibus te docuit & verbo & exemplo. Si auscultas loquentem, audis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ecce hic verbo te docet, & ex suis moribus iubet discendum, quia oportet esse mitem & humilem corde. Vbi vita ac moribus hoc docet? Nusquam locus est, nullumq; tẽpus, q̃ id non exhibeat. In p̃senti Euangelio nanque nonne humillimi ac mitissimi cordis erat, q̃d leproso: Dñe si vis, potes me mũdare, dicenti continuo respondit: Volo, mundare? Nonne humilitatis fuit & mititatis, quod leprosum benedicta sua manu tetigit? Quid tam à superbia alienum, quã quod ad Centurionis seruum accedere paratus fuit? Ego veniam, inquit, & curabo eum. Porro quando Iudæi illum calumniabtur, dicentes: Nõne benedicimus nos, q̃a Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Respondit: Ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrẽ meum. Quid humilius, q̃d mitius potuisset respõderi? Quod voracẽ, potatorẽ vini, amicũ publicanoꝝ, & reliqua id genus nomina in illũ blasphemi sibi vsurpant, nũ ꝓpterea vnq̃ dñs maiestatis irasci visus est? Nunq̃. Tacuit & nihilominus illis benefecit, q de se mala loquebant. Nõ indigeremus idcirco aliis multis libris. Vna vita Christi liber nobis esset vitæ sufficiens, ex q̃ disceremus oĩa. Christi exẽpla nobis plena esset informatio. Secutæ sunt itaq; saluatorẽ turbæ multæ. Refert aũt ibi quoq; fuisse leprosus, q omnium infirmoꝝ speciem obseruat. Quomodo aũt lepra corporalis est infirmitas, ita etiam quædam est animæ lepra, quę in corporali lepra significat, nõ quemcunq; peccatorum indicans, sed eũ, q est manifestus & aliis contagiosus. Sunt enim q̃dam peccatores, quorum colloquia mala bonos corrumpunt mores, quorum vita scandalizat, & quibus plerunq; non satis est, vt ipsi impie agant, nisi & alios secum ad peccata trahant. Hi sunt leprosi, atq; propterea vitandi. Consortium enim illorum inquinat. Potest autem hic quoque vniuersum genus humanũ, quod erat leprosum, intelligi. Quotquot enim ex Adã nascimur, ex parẽtibus infectis pariter & nos infecti originali peccato nascimur. Sumus ergo à regno cœlorum vt immundi exclusi, nisi mundet nos saluator noster Christus Iesus. Itaque leprosi nascuntur omnes, & nemo mundus à sorde. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Clamauit autem natura humana, lepra scilicet infecta, per prophetas & in patribus: Domine si vis, potes me mundare. Non exigit debitum, sed gratiã erga se ꝓuocat & beneuolentiam, quia misericordiæ est diuinæ, quod nõ sumus cõsumpti: multo maioris aũt quod sumus redempti. Quãdo ergo sibi placuit, descendit ad nos de monte suo cœlesti. Distulit incarnari, quia voluit primo morbum satis agnosci. Extendit dexteram suam, & tetigit nos. Quomodo naturam nostram tetigit? Quãdo incarnatus est, quãdo eandem sibi naturam viuit. Itaque mundauit nos, dicens: Mundare. Non verbo solo hoc dixit, sed opere & veritate. Dilexit enim nos & lauit nos in sanguine suo. Potest autẽ hoc modo de singulis peccatoribus exponi. Habemus nihilominus in hoc leproso, hoc est, in hoc infirmo, oĩm infirmorum typũ sanitatem optantium, & figurã modumq; orãdi. Nos eñ cũ infirmi sumus, nõ aliud clamamus q̃: O dñe vtinã essem sanus. Ah domine sana me. O si tu scires, quanta tibi bona adfert infirmitas, nequaquam eãdem tibi velis abesse. Potius orares: O domine da mihi patientiam, vt æquanimiter

Marginalia (left): Crucem portare quid sit. — Seq Christum quid sit. — Matt. 11 — Matt. 8 — Ioan. 8 — Matt. 11

Marginalia (right): L — Lepra spiritualis quid sit. — 1. Cor. — Genus humanum fuerit leprosum. — Iob. Esaie. — Threnorum — Apocal. — Infirmitas quanta sit.

miter

miter sustineam infirmitatem. Vis scire qd tibi conferat infirmitas? Vide quando melior sis, i. quando magis te à peccatis contineas, sanus an infirmus. Hunc igitur qui tibi salubrior est, statũ dilige. Si infirmus es, primo à gulæ peccato liberaberis. Infirmus enim nec edendi appetitum habens, quomodo potest gulę peccato labi aut falli, cum exosum iam præ infirmitate habeat cibum? Aegrotum non delectant risus & gaudia, non est ei cura de vestium preciositate. Multa deniquæ quæ oblectare te solebant, ex infirmitate intereunt. Multa quę desiderare solebas, fastidis. Dolores te premunt, & cõtemptibilis factus es. Nũ vltra superbies, aut minaberis? Quãdo ergo sentis infirmitatem, meminisse debes, quod à Deo ad mundi ante cecideris amicitiã: quare vanitate aut iniquitate de-
Psal.40 liqueris. Inde ergo piissimus medicus te nititur reuocare. Quãobrem nullo est pacto ei resistendum. Dicendum potius: Sana me domine, quia peccaui tibi. Amouẽda infirmitatis causa, peccatum. Hoc modo leprosus ille veniens, non audebat dominum rogare pro sanitate, sed dixit: Domine si vis, potes me mundare. Tu quidem potes, sed ego sanitatem petere nõ audeo, quamdiu mihi tua est voluntas incõ-
Ioan. 11 perta. Simili pene modo orandi, sunt vsæ Maria Magdalena & Martha. Lazaro enĩ fratre suo ægrotante miserunt ad dominũ Iesum, dicentes: Dñe quem amas, infirmatur. Non rogant vt sanetur, sed infirmum significãt, atq; quid agendũ sit de illius in-
Ester 13 firmitate magistro committunt. Sic orauit Mardochæus, dicens: Dñe in ditione tua cuncta sunt posita. Si decreueris saluáre nos, continuo liberabimur. Hoc modo Christus quoque orauit, postquam naturæ humanæ infirmitatem ostendisset, qua optabat, si Deo ita placeret, non
Matt. 26 Mar. 14 pati, subiungit quod in oratione erat præcipuum, & quod omnino volebat: Verum tñ non sicut ego volo, sed sicut tu. Itaq; sunt quædam, quæ nobis non possunt nocere, de quibus etiam certum est ea placere Deo: Hæc licite possumus omni tempore orare, vt sunt, veniam petere de peccatis, cõtritionẽ, emendationẽ vitæ, gratiã Dei, virtutes, beatitudinẽ & huiusmodi alia, q-bus nõ possimus nõ bene vti. Hæc semp exaudit Deus, si pseueramus orãtes. Etsi aliqñ videamur nobis derelicti & à Deo pie-

Orare q̃-nam securius possimus.

cti, haudquaq̃ tñ derelinqmur, sed sępenumero nos derelinquimus ipsos & Deum, hoc est hanc partẽ hominis neglectam relinquimus, q̃ erat in Deo. Modo enim feruenter oramus, paulo post adeo procul à Deo tendimus, vt prioris bonæ voluntatis vix moueat memoria. Quãdo ergo nos ab oratione deficimus, quãdo his pro quibus orauimus, aut quæ petiuimus à Deo, cõtraria agimus, quomodo exaudiemur? Necesse est igitur in oratiõe pseuerare, nõ vt semp ad orationem stemus, sed vt desideria sancta non deficiant, prouidendum, ne ab oratione ad noxia & contraria labamur. Qui enim semp in desiderio est, semper orat. Qui semper Deum, Deiq; gratiã ac virtutes desiderat, quãdiu nihil ab his diuersum admittit, etiã dormiẽs orat. Differt tamen etiam interdum dominus, quod præstare vult, vt doni necessitas dignitasq; dantis, item charitas & suscipientis infirmitas plenius agnoscatur. Non enĩ absq; conatu & industria nostra vult Deus sua nobis dona infundere, ne ignoremus, à quo receperimus, magisq; efficiamur ingrati. Nec dona sua in nobis vult esse ociosa aut carere fructu; sed terram nos esse vult bonam & optimam, quæ reddat fructum centuplum. Vbi ergo orantes pseueramus, vbi omnem conatum nostrum expenderimus, & agnouimus post vniuersos labores nostros pro virtute exãtlatos, ex sola Dei misericordia nobis virtutem prouenire, laborem & conatum nostrum quidem à Deo requiri, sed fere nihil hunc nisi ad agnitionem nostri & humilitatem suffragari, ab omnipotentis vero manu beneuolentissima omnia expectari, tunc à domino in his, quę nobis prosunt, exaudimur. In secundo miraculo per paralyticum nobis homo acediosus significatur, qui acedia, hoc est fastidio tædioque in diuinis suscepto, quicquid deuotionis est, nauseat. Periculosa valde est hæc tentatio, & tepidis familiaris. Quæ tepiditas multo magis est noxia, quam frigiditas. Qui enim grauioribus aut lætalibus peccatis tenentur captiui, interdum gemunt sub oneribus, & agnoscunt suã captiuitatẽ, hi quoq; sæpenumero humiliores sunt, citiusq; aut frequentius compungunt, q̃ tepidi & acediosi, qa se agnoscũt peccatores, seipsos corrigunt, & feruentes ex prior; delictor; consci-

Quis semper oret.

N

Paralytic. quid mystice.

ſcientia fiunt. Porro tepidi iuſti, propterea quod non grauium ſunt peccatorum ſibi conſcij, viuunt abſq; feruore, nec valde timent, quaſi ſua innocentia contenti, ideo raro ad meliora proficiunt. Qui aũt in eiuſmodi veniunt tepiditatem ſic perſeuerantes, fere ſemper periclitantur, potiſſimum religioſi. Tædet enim eos tanquam paralyticos manus admouere ad bona opera. Grauat eos in oratione ſtare, laus eis eſt diuina inſipida, deuotionem neſciunt, ſimplicitatem rident. Quicquid pium eſt, faſtidiũt. Vbi poſſunt à templo, à choro, à ſermone, & ab officio abeſſe diuino occaſiones quęrũt. Nouitates & rumores mũdanos audire affectãt. Hi etſi alia peccata grauia non habẽt, ipſa indeuotio, acędiaq; ad graue eis culpã imputabit, qa in Dei ſeruitio ſe tã habuerũt infideliter, quã negligẽter. De hac infirmitate in Apocalypſi cuidã dñs facit nunciari: Vtinã eſſes calidus aut frigidus: hoc eſt, vtinã p deuotionẽ ferueres, aut ſaltẽ frigidus, te peccatorẽ & repbum agnoſceres, citius tibi appropinquaret ſalus, q̃ q̃d tepidus es) ſed qa neq; calidus neq; frigidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Hæc tentatio non curatur fugiendo, aut occaſiones euitando. Quãto em̃ te plus abſtraxeris à deuotionis exercitijs, tanto ſemp ſterilior, pigrior atq; diuinorũ eris faſtidioſior. Si igit vincenda eſt hæc paſſio, contra teipſum te erigas oportet, & omnẽ occaſionẽ quæras te ſtabiliendi in diuino officio, in pijs exercitijs, cogẽdiq; te ad ſtudia deuota ac pia, licet inuitũ. Hic te nõ cõuenit tecũ diſſimulare, ſed inferre vim tibijpſi, & nouis q̃tidie oneribus acediam tuã grauare. Dic tibijpſi: Tu ſtabis & manebis in hac miſſa, in his veſperis, in hoc ſermone, etiam ſi catenate cogar conſtringere. Imo cum quod debes nolis, cogam te etiam facere plura quam debes. Si vim itaque intuleris tibijpſi, videbit dominus certamen ac laborem tuum, & dabit victoriam tibi, vt acædiæ ſpiritus abs te abſcedat, adiutusque eius grata libereris per eum, qui pro te pependit inter duros dolores in cruce, Ieſus Chriſtus dñs noſter benedictus in ſecula, Amẽ.

Tepiditas quã ſit periculoſa.

Apoc. 3

Quõ c[...] tur[...] tatio.

DOMINICA V. POST NATIVITATEM domini, epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos XIII.

XI *Exod. 20*

NEmini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

PAPAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A *Rom. 13*

ANte hæc verba Apoſtolus Romanos, imo & mortales cunctos præmonuerat, vt omnibus ſua redderent debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: & hoc modo ſingulis quicquid deberent, redderent. Nemini aliquid deberẽt, nunc reddendum: quia abſq; iniuria non fit, ſi alicui debeas aliquid & reddere poſſes, ſi non reddideris. Quo periculum peccatumq; intelligitur, præcipue horum, qui cum habeant q̃d debẽt, & liberare ſe poſſint, non tñ quod debere ſe fatentur, etiã ſolũt. Grauatæ em̃ nimis ferũt à pecunia exonerari. Dicit itaq; priorẽ ſententiam confirmans: Nemini quicquã debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Cum enim alia fuerint à vobis reddita omnia, puta pecunia, vectigal, honor, timor, & id genus plura, vnum manet quod ſemper debetis, vt vos mutuo diligatis. Nullum nanq; tẽpus eſt, quo non debeamus nos diligere mutuo. Alia em̃ quæ debentes reddimus, à nobis tranſeunt ad alios, q̃bus damus. Charitas vero nunquam ſatis reddit, vt liberemus nos ſemel, poſthac non dilecturi: ſed manet debitum, vt quamtumuis ſoluimus, quantũuis reddimus, ſemper æque debitores maneamus, nec etiam charitas, cũ reddimus eã, aut impendimus, à nobis ad alios tranſit, ita vt nos deſerat, ſed quo plus

plus soluimus, eo plus retinemus. Est ergo sensus: Cætera oīa soluite, vt nihil debeatis. Charitatem autem ita soluite, ita effundite, vt semper eam habeatis & debeatis. Qui enim diligit pximum, legem impleuit. Charitas enim sola est quæ legem implet, sine qua lex nulla impleri potest. Nihil autem obstat, quod solam dilectionem proximi hic commemorat, qa dilectionem Dei neutiq̃ tacet, quisquis dilection em mandat proximi obseruandā propter Deum. Non enim ea dilectio nobis proximi præcipitur, quæ ex affectione est naturæ, aut sanguinis propinquitate, aut sociali, familiarive contracta consuetudine, sed quæ propter Deum concipit, fouetur & impenditur. Dilectio itaq; proximi legem impleuit. Nam non adulterabis, quid aliud est quam proximū diligere? Qui enim proximum diligit, eius non dehonestat vxorem. Itaq;, non adulterabis, non occides, non furaberis, nō falsum testimonium dices, non concupisces rē proximi tui: & si quod aliud est mandatum, implet perficiturq; in hoc verbo: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quis eñ eius vxorem adulterat, quis illū occidet, quis ei furabitur, qs falsum contra illum testimonium proferet, aliave iniuria, aut contumelia lædet, quem diligit? Omnia igitur hæc legis pcepta de dilectione proximi, in hoc vno coadunantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quapropter quomodo te diligere debes, hoc modo etiam proximum dilige, puta ad virtutem, ad salutem, ad Dei honorem, ad iustitiam quoq;: hoc est, quia iustus es, aut vt iustus fias te, ac proximum dilige. Dilectio eñ proximi, malum non operatur. Charitas enim nō peccat. Sed vide quæ dilectio sit charitas, ne alia quā charitatis dilectione hominem diligens seducaris. His enim qui ex pfesso dominum Deum solum volunt diligere, multa sese obijciūt, qbus fallitur, irretiturq; animus ad diligendū, quæ sub fuco quidam se putant charitatis amare, ad quæ tamen charitas non trahit, sed carnalis, sensualis, naturalis, vitiosusq; amor vt diligantur. Porro vbi vera est dilectio, vbi vera charitas, ibi plenitudo, impletio, consummatioque est legis, dilectio.

Dilectio proximi quęnā pcipiatur.

Exo. 20

Matt. 20

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem dominicæ, Matthæi VIII.

Post leprosi & paralytici serui, scilicet Centurionis, curationē, vbi Petri à febribus socrum curauerat, aliosque multos dæmoniacos & lāguidos, vidēs turbas iuxta se, voluit in alteram partem lacus transfretare, in omnibus volens nos docere, atq; quomodo non solū in terra, sed etiam in mari potens esset miracula facere, cui qa dñs erat vniuersorū, forent subiecta oīa, ostēdere. Ait ergo Euangelista: B

Matt. 7 Lucæ 4

Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.

Quod Christus vltra mare (Sic eñ quēuis lacum magnum aut aquarū congregationem Iudæi vocant) recedere voluit, quasi turbas fugiturus, nō ideo fecit quod secreto loco, solitudineve posset iuuari, sed nobis, vt alia omnia, hoc monstrauit in exemplū, quo turbas, hominumq; aspectus vbicunq; potuerimus, declinemus. Nobis enim timuit, ne popularis fauor, turbarū acclamatio, laus, gloriaq; hominum imponeret: ideo in se docuit nos eligere secretū, & ab hominū occursu aspectuq; nos subducere. Alia quoq; potuit esse ratio (nihil eñ nos non docere voluit) vt post multas fatigationes turbarum in aliū secederet locū, vltra scilicet mare Galilææ, quo infirmitatem humanā reqe interdū egere mōstraret, quomodo alibi Marcus illum suis dixisse refert: Venite seorsum in desertū, & requiescite pusillum. Voluit pterea dominus hic præcipue prælatos & eos, q aut docere, aut pdicare alijs solent, docere, q̊modo, vbi necessitas est, alijs viuant, verum vbi satisfecerint alijs (quibus sua opera subuenerunt) sese ad se, hoc est, ad locum secretum, ad abstractam vitam atque mentis secessum recipiant. Neque enim alijs tantum, neque sibi ipsis solū nati sunt, sed à Deo in curam, in regimen, & in ædificationem sunt multorum constituti, pro quorum eruditione & pabulo vbi Dei, ipsi quoq; sæpius redire habēt ad pastū, hoc est, ad lectionū, orationū, meditationūq; secreta silētia: vbi ppriæ vacent cōscientiæ discussioni, vbi deuotæ studeāt cōpunctioni, & in seipsis discant q̊d alios sunt docturi. Sciendum autem nihil hic

in terris dominum egisse, quod non doceret, quod non ædificaret, quod nobis nō loqueretur. Humilitatis enim magister humilia nos vult libēter amplecti, quod suo nos propterea exemplo docuit. Siquidem nusquam nauem cortinis opertam, nusq̄ negociatorum nauem aliquam sumptuosam, sed piscatorum tantum legitur nauiculas intrasse. Quo nos humilia, viliora quoque docet amplecti, spretis superbis atque pomposis.

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt operiretur nauicula fluctibus, ipse vero dorminat.

Voluit suam virtutem, omnipotētiamque monstrare nobis, cui omnia cogerentur obedire elementa: idcirco fortasse, nō naturaliter, sed eius dispensatione singulari tempestas in mari, hoc est, in stagno Genezaret, quod transibat, exorta est vehemens adeo, vt submersi fuissent, nisi à dño id magno prohibitum fuisset miraculo. Voluit enim discipulos maris aduersitate, periculoq; mortis exterreri, quo compulsi confugerent ad orationem. Est enim p̄cipuus hic stimulus reuertendi ad dominum, eiusq; opem quærendi, dum tribulamur. Manifestat hoc, qui dicit. Exaudi me
Psal. 68 domine, quoniā benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ & libera eam. Propterea alibi quoq;
Psal. 115 refert Psalmasta: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Ipse vero dor-
C Mar. 4 miuit, & vt alius habet Euangelista, in puppi super ceruical, in futuro miraculo virtutem ostendere voluit diuinam, ideo dormiendo naturam exhibuit humanam. Neque enim dormiuit secundum diuinitatē, neq; secundum intellectiuā, sed iuxta sensitiuam animæ portionem: idq; non coacte aut inuite, vt alij homines, qui somno solent obrui, sed sponte & deliberata ratione. Rationis em̄ iudicio & imperio voluntatis, corporalis natura sensitiuaq; animæ pars per omnia obediebat in Christo, tametsi causæ somni, e quibus oritur naturaliter somnus, puta vaporum ascensio in caput corporalisq; naturæ fatigatio, vere fuerint in Christo. Dormiuit itaque dominus in naui dissimulans discipulorum metum atq; pericula. Sciebat enim quid futurum erat, & eo perducebat eos, vt illos instruens sibijpsis ostenderet. Irruerūt igitur sentientes periculum, & importunitate quadam ad dominum currunt.

Et rogauerunt eum dicentes: Dn̄e salua nos, pimus. Dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei?

Domine, inquiunt, salua nos, perimus, hoc est, nisi tu nobis subueneris, peribimus omnes à tempestate maris. At illis respōdēs Iesus: Quid timidi, inquit, estis modicæ fidei? Non omnino nullam habuerunt fidem de Christo discipuli, sed adhuc modicam. Nam timore inordinato timebant perire domino Iesu dormiente. Dormiebat enim in naui dominus maris, sed magis dormiebat in eorū cordibus. Quē excitabant, vt ipsius virtute tempestatibus imperāte, maris euaderent pericula. Videtis quantula eorum erat fides. Domino credebant vigilanti, vt sub ipsius cura euaderent pericula: dormienti non confidebant, ideo excitabant quasi de periculis & tempestate maris nescientem, aut quasi fuisset eius virtus & diuinitas somno oppressa. Quid timidi estis modicæ fidei? An vobis me dormiente quicquam euenire posset periculi, quod non euenirent me vigilante? An vigilās vos tueri possum, dormiens non possum? Quid si mors irrueret, nonne hanc constantissime deberetis sustinere? Et quare ipsi non imperatis mari, vt quiescat? Si fidē haberetis, diceretis huic monti, Tollere, & mitte te in mare, & fieret, Omnia enim possibilia sunt credenti.

Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.

Surgit à somno, imperat ventis, hoc est, autoritate diuina præcepit eis, vt quiescerent, & facta est tranquillitas magna, tam magna, vt maior ante nunquam visa sit in mari. Quæ enim miraculo fiunt diuino, magnificentiora, perfectioraq; sunt his, quæ naturali fiunt ordine. Facta est autem hæc tranquillitas subito, vt omnibus manifestaretur virtute facta diuina. Marcus ita refert: Surgens comminatus est vēto, & dixit mari: Tace, & obmutesce.

Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei? D

Mirantur hominem dormientē, Deū impe-

imperantem, creaturam obediētem, ideo dicunt: Quis est hic, id est, quantus est hic, quia mare & venti obediunt ei? Hoc dixerunt illi homines. Qui fuere hi homines? fortasse nautæ, aut discipulos vocat hic homines, quia nondum perfecte potentiam nouerant saluatoris. Videte hic, quam studiose dominus discipulorum, omniumq; nostrum diligit quæritq; profectum. In naui dormire voluit, & quasi per somnum tēpestatem nō aduerteret, dissimulauit, quo discipuli exterriti, quod in cordibus eorum erat, tunc proderent, sibiipsis manifesti fierent, & seipsos agnoscerent corrigerentq; imperfectos. Habemus hic instructionem, quod homo in necessitatibus, famis, pressuræ, aut aliis periculis aduersitatibusq; cōstitutus (quibus seipsum iuuare nō potest, nec habet, vnde iuuetur ab alio) nō debet pusillanimis ac deiectus fieri, sed Deo se committere, Deum inuocare, Deo confidere, Deoq; se resignare & relinquere, quandoquidem discipuli nō de timore, sed de fidei pusillanimitate hic arguuntur. Docemur quoq; in omnibus rogare deum. Dissimulauit enim dormiens, vt discipuli orarēt. Hoc modo multis nos periculis exponit, vt cogat nos ad orationem. Quando enī (vt Iosaphat dixit) ignoramus, quid agere debeamus, hoc vnū nobis relictū est, vt manus nostras leuemus ad cœlum. Per aduersitates igitur dominus inducit in timorem & anxietatem, per timorem in agnitionem desperationemq; infirmitatis nostræ, p desperationem nostri cōsilii reuocat nos ad considerationē diuinæ suæ bonitatis, ex hac consideratione rursus nos erigit ad spem & fiduciam erga se. Inde oritur nobis ad ipsum oratio, quæ nobis est vtilis, tum propter humilitatem, quia de nobis diffidimus, tum ppter fiduciā ad Deum, qua deū honoramus bene de eodem sentientes. Hęc aūt fiducia inde augetur in nobis, quādo sentimus nos à Deo adiutos nostramq; orationem auditam. Moraliter potest hoc Euāgelium exponi, vt per nauiculam intelligatur pœnitentia, qa qsquis in eam intrauerit, ducit ad portum salutis. Est aūt pœnitētia adeo oībus necessaria, vt nemo mare huius seculi trāsire possit, q hanc nō intrauerit nauiculā. Figurata est nāq; p arcā Noe, extra q̄ qsqs ad illā nō receptus fuerat, vt periret, necesse erat. Hoc modo, qa peccauimus omnes, & nemo se dicere potest mūdū absque peccato, nisi nauiculā hanc intrauerimus pœnitētiæ, pibimus oēs. Vita nostra q̄tidiana (vere & vere dico) nil aliud est, nobis adhuc infirmis, nobis adhuc imperfectis, tn̄ pœnitentibus & bonæ voluntatis, quā peccatum. Quid enim aliud agimus, quicqd agimus, quam quod semp deficiētes, nihil ad plenam iustitiam perfectum, nihil nō inquinatum, imo nihil dignum Deo offerimus? Nihil reuera vnq̄ agimus, de q̄ q̄d sanū, q̄d sit emaculatū, possimus gloriari. In q̄uis opere nostro inuenimus, q̄d doleamus, cuius pœniteamus. Aut enī nimiū est, aut minus, aut aliud accessit vitiosum, aut in modo & ordine defecimus, aut certe nō satis pura intentione moti sumus ad opus. Oēs igit intrare hāc nauiculam pœnitentiæ necesse est: & oēs Christo nos miserante, Christo nos protegente, Christo nos ducente oportet nauigare.

Cōsidere seseq; deo comm ttere quatenus quisque debeat.

2. Paral. 20

Nauicula vt designet pœnitēriam.

E

Nauigādo aūt p hoc seculū, p huius vitæ pericula, p ambiguos anfractus, atq; per procellosas tempestates, & tentationū fluctus, non minus impossibile est tempestatibus aduersitatum, tētationumq; nos concuti, quā eos, qui nauigant mare. Contra enim eum, qui se parat ad Christi militiam, amatur non solum diabolus, verum etiam mūdus totus. Necesse igitur est eū, q pœnitētiæ introire vult nauiculā, aut terrenis omnibus abrenūciet, hostiq; diabolo simul ac carni suæ indicat bellum. Certissimum est enī, vt recedentē à se psequatur Pharao, siue mundus, siue diabolus cū omni exercitu suo, quō scriptum est: Accedens fili ad seruitutem Dei, sta in timore Dei, & præpara animam tuam ad tentatiōem. Alius enim, q̄d incipis relinquere mūdi vana, & pœnitētiæ facere opera, te ridet, alius detrahit, alius obiurgat, alius dehortat & dissuadet, alius te suo exēplo scādalizat, & e centū nō inuenies vnū, q te cōfortet, promoueat, extimuletq; ad bonū pfectionis. Hę itaq; tentationes vndecunq; veniant, aut aduersitates, quid aliud sunt, quam maris motus & tempestates? Hæ exurgunt, & nimio terrore moliuntur submergere nauē. Veruntn̄ quamdiu Iesus in nauicula est, licet dormiat, nulla tn̄ præualebit tempestas. Caue ne Iesum extra nauē abiicias. Quod si feceris, impossibile erit te non mergi. Verum, vt dixi, licet dormiat, tu tamen non mergeris, quamdiu tecum

Exod. 13
Eccl. 2

Tempestates mystice quæ sint.

H est

est dominus. Pulsat voluptas, insurgit ira, sæuit inuidia, luxuria æstuat, exurgitque aduersum te omne genus nequitiæ, tam humanæ, quam diabolicæ, non timeas, qa nihil tibi nocebunt omnia hęc, modo Iesus tecum sit in naui. Est aūt dominus Iesus tecum in naui, quamdiu auidus tu tuæ salutis studes ea, quæ fecisti mala, plāgere, vt etiam summopere caueas quicqd Deum offenderit admittere, satagens concors inueniri in omnibus diuinæ voluntati. Dormit autem, si te graui tentatione pulsante, dissimulans auxilium subtrahit manifestum, licet occulte bonam voluntatem nunquam deserat, sed confortat, vires & consilia ei sancta administrans. Hūc igitur dormientem excitare te oportet oratione, vt imperans ventis fiat tranquillitas magna. Excitatio enim eius per clamorem fit orationis. Porro clamor cordis magnum est desiderium. Domine, inquit, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Ora igitur ad dominum: Domine salua me, qa nō est in me virtus, en pereo, velociter exaudi me. Et sicut habet Psal: Exurge q̄re obdormis dn̄e? exurge & ne repellas in finē. Quare faciē tuā auertis? Obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostrę? Itaq; vigilare & excitatus Christus dicit, qn̄ spiritualis eius in corde gratia sentitur, vnde motus compescuntur tētationum, omniaq; tunc tranquilla in homine conquiescunt. De hoc Augustinus loquēs, dicit: Intrāt venti in cor tuū, vtiq; vbi nauigas, vbi hāc vitā tāq̄ pcellosum & periculosum pelagus transis, intrant vēti, mouent fluctus, turbāt nauē. Qui sunt vēti? Audisti conuitiū, irasceris. Conuitium ventus est. Iracundia fluctus est. Periclitaris, disponis respondere. Disponis maledictum maledicto reddere. Iam nauis propinquat naufragio. Excita Christum dormientem in naui. Ideo enim fluctus & mala pro malis reddere p̄paras, qa Christus dormit in naui. In corde enim tuo somnus Christi obliuio est fidei. Nā si excites Christum, id est, si recolas fidem, quid tibi dicit tanquam vigilans Christus in corde tuo? Ego audiui, Dæmoniū habes & pro eis oraui. Audit dominus & patitur, audit seruus & indignatur? Sed vindictam vis. Quid ego enim sum vindicatus? Hæc dum loquitur fides tua, quasi imperat ventis & fluctibus, & fit tranquillitas. Hæc Augustinus.

Iesus quādo nobiscum sit in naui.

Quando dormiat Christus mystice.

Excitatio dn̄i.

Psal. 100
Matt. 8

Psal. 68
Psal. 43

August.

Ioan. 8

Vita igitur Christiana est vita crucis, & vita pœnitētię, quā exerceri oportet tribulationibus & aduersitatibus. Omnes enim, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur, Patientur à carne, quasi tempestatum commotiones, Patientur à mundo, quasi turbationes maris. Patientur à diabolo, quasi impulsus vētorum: sed Christus inuocatus, & quasi à somno excitatus imperat ventis & mari, & fit tranquillitas magna: non vt omnino non sentiantur, sed vt cum tranquillitate, cum pace & silentio cordis tolerentur, præstante dn̄o nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

2. Tim

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo respicienda semper sit prouidentia diuina, & q̊ modo ferendæ tentationes.

DOmine salua nos pimus, Matthæi octauo. Neminem puto fidelium charissimi, adeo vel p̄sumptuosum, vel ignarum, q non ex Christi sola misericordia & protectione speret salutem. Scimus enim, teste Propheta, quam contemptibiles sint omnes iustitiæ nostræ, quę panno menstruatæ comparantur. Quare licet mandata Dei (sine quibus æque non est nobis salus) seruauerimus, quod nunquam nisi ex maxima protectione & Dei adiutorio faciemus, egemus tamē nihilo minus quotidie, misericordia Dei pro delictis, quæ nulla non hora committimus. Vnde nobis q̊tidie, imo assidue quouis die clamandum est: Dn̄e salua nos, perimus. Hoc enim vnū est nostrum, nobisq; semper adhæret, peccare, Dei beneficia destruere, Dei negligere dona, & gratiæ eius ingratos esse. Ideo ex nobis nihil habemus, nisi vnde pimus.

Esaie

Viuimus præterea in hoc mundo non aliter, quam in procelloso mari, in q̊ multis naufragantibus vix pauci ad portum euadunt salutis. Comparatur idcirco non iniuria mari seculum hoc, seu mundus. Siquidem quomodo in mari pisces maiores deuorāt iuniores, ita quoq; in hoc seculo, qui potentiores sunt, opprimunt inferiores. Proinde Iacobus ait apostolus: Nōne diuites p potentiā opprimūt vos? Deinde in mari quā rara est tranqllitas, tā rara, & multo minor est etiā in mundo. Eā ob rē Christus suis prædixit: In mundo pressuram habebitis. Postremo, tribulationes eodem ser-

Mari seculū parem.

Iacob. 2

Ioan. 16

dem ferme & ordine & causa eueniunt no bis in mũdo, q̃ in mari tẽpestates. In mari nanq; orit tẽpestas, vel qa inducit hãc causa supna, puta stellarũ & planetarũ motus, occursus seu recessus. Aut qa ab imo tumet feruetq; mare: aut à causa media, hoc est, à ventis, mare concutiente. Pari mõ tẽtationes, aduersitatumq; tempestates hominibus in mũdo eueniunt. Quædã eñ à causa veniunt superiore, hoc est, à Deo per mittẽte. Quãdoquidẽ dispẽsatiõe ita agit diuina, vt ille & ille habeat pati. Nemini tñ iubet deus inqe agere, nec vult quẽpiã facere iniqtatẽ fratri suo, q̃uis nõ semp ĩpedit, sed relinqt hominẽ, dũ satis monitus inspirationes sanctas, monita scripturæ, & exhortatiões pias respuit, arbitrio suo. At vero illũ, qui sustinere debet molestiã, iubet neqtiã pati alienã, vt p patiẽtia illius habeat, vñ iuste cũ coronet. Quantũ igit attinet ad inferendã molestiã, nõ est à Deo aduersitas. Nemini eñ iubet, vt te psequat. Verũ quantũ spectat ad sustinendã aduersitatẽ, sæpissime, imo nunq̃ nõ est à Deo. Quare cõsultissimũ nobis est, vt semp hãc accipiamus à Deo, imo tanq̃ e manibus eius, nostrũ vnicuiq; dicentis: Fili hæc sustine pro pter peccata tua, & propter me. Ego hæc tibi mitto patienda. Esto mitis & patiẽs mei amore. Legimus Nabuchodonosor quomodo afflixit, torsit, & in captiuitatẽ abduxit filios Israel, qui castigatione erãt diuina digni propter peccata sua. Misit enim Deus filijs Israel & Iuda virgam disciplinæ suæ in hoc rege Nabuchodonosor, quem voluit vt ferrent, cuiq; se captiuos traderent, quia eo vtebatur ad castigationem peccatorum ipsorum, dispẽsatiue pmittens, nõ iubens eũ persequi, affligere, captiuosq; abducere filios Israel. In hoc igitur minister fuit diuinæ iustitiæ Nabuchodonosor rex, qa afflixit, q diuina iustitia & peccatis suis exigentibus erant castigãdi, & propterea in scriptura à domino vocat seruus suus, & virga furoris sui, qa p eum puniuit filios suos. Non tamen ita minister fuit Dei, vt ideo persequeretur, quo diuinæ voluntati iustitiæque seruiret, aut vt eo suæ persecutionis referret intentionem, quo diuino obtemperaret iudicio, sed dum suæ satisfaciebat tyrannidi ac crudelitati sęuiẽs in Iudęos, in hac nesciẽs Dei exequebatur sententiam, & afflixit, quos dñs voluit esse afflictos. Eos afflixit ex suę

Aduersitates de manu Dei accipiendas

Matt. 11

Exo. 1. 3

G

4. Reg. 4

Here. 25

voluntatis malitia, q̃s afflictos voluit Deus ex misericordissima iustitia. Vnde licet in hoc vocaretur seruus Dei, quod fecit id quod permisit dominus fieri, quodq; affligendos voluit iuste pati, nullam tamen in hoc laudem, sed iram meruit propterea à Deo, sibi ipsi, non Deo, obtemperans. Inde tñ colligitur, quod Iudæi non tam Nabuchodonosor psecutionem hãc debebant adscribere, sed magis in illa diuinam intelligere iustitiam, suis peccatis, vt commeruerant, digna reddentem, eandemq; persequutionem à Nabuchodonosor quidem factam, non tamen hanc ab eo, sed de manu domini accipere. Hoc modo omnes tribulationes, quęcunq; nobis occurrunt, recipiendæ sunt à Deo. Respiciendum nanque ad eius sapientissimam prouidentiam, qui suis nihil euenire sinit electis, nisi quod illorum nouerit conducere saluti, & ad eius benignissimam voluntatem, quoniam diligentibus eum omnia conuertit in bonum. Idcirco tanquam ab eius manu sunt omnia accipienda. Nõ igitur filij, vestra sit occupatio, aut animi disputatio, quis hanc vobis procurauerit (quam fertis) molestiam, aut cuius arte & studio vobis illatum sit malum, quove autore, quod noluistis, patratum sit. Sed relictis hominibus, relicta inuestigatione quacunq;, siue triste, siue iucundum vobis qd euenerit, ad Deum recurrite, de eius beneplacito, de paterna eius manu, quicquid fuerit, illud suscipite, scientes neminẽ posse hominum vobis machinari malum absque eius permissione. Si igitur homini cuiuis, aut diabolo Deus in te permittit potestatem tibi corporaliter aut temporalibus rebus nocendi, signum est, quod à te vult illud, quod te lædit, sustineri. Quod cũ velit, tu quis es, qui audes contrarium eius voluntati velle? aut qui auderes contra hãc eius voluntatem murmurare? Dic potius: Ego hæc merui, ego his dignus sum, ideo pater meus, qui amat me, illi mandauit, vt me flagellaret. Vt quid ergo murmurarem contra flagellantem, cum habeam, sciamque patrem, qui iussit me subdi flagellis, amantem? Hoc modo omnes tribulationes mundi à Deo recipiendæ sunt: vnde q̃ que veniunt, potissimum electis, qui non solum aduersitates tolerando, sed intelligendo etiam in his prouidentiam diuinã, spiritu proficiunt. Est tñ aduersitas, quæ à

Rom. 8

Heb. 12

Acto. 5

Deo singulariter dicitur inferri; vt quod Paulus ad terram deiectus ex equo nihil vidit, Deoq; respondit alloquenti, scilicet Christo Iesu: Domine qd me vis facere? & similes huiusmodi aliæ, vt sunt infirmitates. Secundo, tempestas seu calamitas oritur ex causa inferiore, vt ab hominibus malis, tyrannis & improbis. De quo Christus loquens: Ecce ego, inqt, mitto ad vos Prophetas & sapiētes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & psēqmini de ciuitate in ciuitatē. Porro causa media tentationum nostrarum sunt hostes maligni, qui nobiscū versantur in aere. Varię autē sunt tentationes, aduersitates, calamitates tribulationesq; multiplices electorū, aut in corpore, aut in fama, aut in rebus, aut in corde. Hę autem, quę in animo versantur, tentationes sunt plerumq; multo grauiores, maxime spirituales, vt sunt desperatio cōtra spem, tentatio perfidię contra fidē, tentatio blasphemiæ & tristitiæ cōtra charitatem, vnde quandoq; tentatio orit sui occisionis. Corā his, qui ad has tentationes inclinati sunt, non est tutū de tētationibus huiusmodi loqui. Statim em̄, vt nominari audierint, imaginationes & terrores phantasiasq; recipiunt. Obseruāda est autem, maximeq; cauenda tristitia mentis homini præsertim Deo deuoto, quæ nihil aliud est quā nidus diaboli, in quē suggestionum malaꝝ fraudumq; suaꝝ recondit oua, e qbus grauissimas excubare nitit tentationes spirituales. Est enim tristitia idonea ad recipiendas fouendasq; passiones quascunq; & tentationes, præsertim spirituales, vt sunt inuidiæ, odij, acediæ, blasphemiæ, desperationis, scrupulositatis, perfidiæ, & huiusmodi. In omni quoque tentatione spirituali fere semper prima occurrit tristitia, qua vbi hominem, superauerit, facile introducet alias, q̄s voluerit passiones hostis malignus. Est igit summopere vobis cauendū, ne in tristitia, hoc est, in quoddam tædium mentis cadatis, vt neq; orare, neq; legere, neq; operari possitis, sed omnia sint vobis fastidio tædeatq; vos viuere. Hæc enim tristitia mortem operatur. Quapropter si de generali est remedio loquendum contra spirituales tentationes mentis, præcipuum quod facias, sit, vt tristitiam illam amaram, fastidiosam & melancholicam nō admittas: imo quā tum in te est, & quantum potes, age, vt eā non sentias. Excute eandem ne illi consentias, ne foueas, sed si sentire cogeris, inuitus sentias. Coge te ad spiritualē lętitiam, quæ spem roborat, generat deuotionē aut compunctionem. Honestam etiam lætitiam, quæ in humana est conuersatione, tūc fas est admittere. Item hymnos & cantica spiritualia in silentio frequentare, iuuat nō modicum. Porro tentationes, blasphemiæ, & huiusmodi fœdæ incidentiæ nunquam melius, quam per contemptum vincūtur. Fac igitur semel, qui huiusmodi infestaris cogitationibus malis, generalem confessionem bonam, si in statu fuisti peccandi, & firma volūtatem tuam in bono, vt semper maneat conformis cum voluntate diuina, nunquam aliud eligere volens, quam illius beneplacitum, faciasq; pactum cum Deo generale, cogitationes illas, quibus infestaris, nunq̄ sponte velle admittere. Quibus tamen, cum se ingerunt, non oportet econtrario repugnare, nec cum eis contendere (nam hoc modo magis tibi eas imprimis) nec etiā timere, aut propter eas pusillanimem fieri, sed prorsus tanq̄ rem indignam contēnere, & ceu rem vilē spernere, indignamq; arbitrari, cum qua debeat contendi, aut cui debeat responderi. Has enim debes tanquam anserum sibilos, aut canum latratus contemptim pręterire, deridere, nec tibi, sed diabolo imputare, quia tu nihil agis in hac tentatione, sed pateris. Hoc modo multo citius vincūtur per dissimulationem, quasi nihil tibi fœdum incidisset, contemptæ, & eas non timendo, quā si turbareris, aduersum illas pugnando, aut cum scrupulo, quid inciderit inuestigando, intuendo, recogitando & expendendo, aut ad confessorem currendo. Nam si bonæ alioqui fueris voluntatis, qui peccare & Deum offendere nolis, sibilos illos omnes dæmoni malo adscribe, & te liberum, tranquillum, & alacrem, ac si nulla esset aut fuisset tentatio huiusmodi, ad orationem serua. Est præterea necessarium in huiusmodi tentationibus viro alicui experto bonæ conscientiæ (de quo possis præsumere ipsum nolle te fallere, ipsum nolle seducere, aut inducere ad peccatum) credere magis, q̄ scrupulis pprijs, eiusq; definitiōibus acqescere. Certissimus esto, nihil te recte iudicare posse, si ti-

Ibidem.

H Mali homines qd calamitatis bonis inferant. Matt. 23

Mētis tristitia cur maxime cauēda sit.

2. Cor. 7

Remediū contra spirituales tentationes.

Vtile ... bono ... ro ... institu... cōmuni...

si timoratam nimis habueris conscietiam, scrupulosam scilicet, quia timor iudicium rationis mutat in ambiguitate constitutum pro sua parte, nec liberum est tunc iudicium rationis, sed impeditum ab altera parte, ad quam amor, aut timor, aut nimia passio, inclinatiove, aut certe tentationis improbitas te trahit, atq; ideo nunquam homo tentatus recte potest iudicare. Hoc præsciens, nunq̃ tibi, nec tuo sensui opinionive credas, sed acquiescas ei oportet, quem patris aut directoris loco animæ tuæ elegisti. Nec multorum debes imitari morem, qui semp & multos interrogant, neminem tamen sequuntur, quia nullum illis consilium placet. Rectius em̃ illud, quod sibi videtur, arbitrantur, & suum alieno semp consilio præferunt. Putãt enim eis non ad institutam quæstionem recte responderi, aut se non satis intelligi, aut quod sentiunt, non satis se exprimere, vt possint intelligi. Sciẽdum postremo quod licet vitiosis quibuscunq;, ad quæ tẽtamur, haudquaquam sit assentiendum, submittere tñ nos debemus diuinæ voluntati, & assentire Deo, vt sustineamus nos tentari, id est, vt contra pressuram tentationis non murmuremus, nec contra molestiam repugnãdi, sed animo nos Deo offeramus resignato sustinere hanc, aut quãlibet tentationem aliam, quãdiu bene placuerit Deo nobis eandem imponere, non orantes pro liberatione, sed pro directione, confortatione, protectione diuina, & ne sinat nos periclitari, aut ex tẽpestate huius scilicet tentationis naufragari. Hoc est em̃, q̃d Apostoli quoq; orauerunt: Domine salua nos, perimus, hoc est, serua nos ne pereamus. Si nos tentari, si nos tentationũ fluctibus vis concuti, si timere nos vis & trepidare, saltem salua nos, serua nos, quia nisi seruaueris tu nos, in tentatione succũbemus atq; peribimus. Nõ prætereundum autem est quod à tribus generantur nobis tempestates, hoc est, tentationes in hoc mari magno: scilicet à mundo, à carne, & ab hoste maligno. Quicquid à mundo nobis tentationis occurrit, aut blanditur, aut terret. Blandimenta, vt sunt honores, diuitiæ, promissionesq; terrenæ, fuga

Resignatio in tẽtatione necessaria.

Matt. 8

Tentationes à tribus generantur.

I.

vincenda sunt. Ibi celeriorem non habebis victoriam, quã fugiendo occasiones. Porro vbi terret, aut persequitur mundus, vincendus est patientia. Neq; enim ex aduerso pugnare contra mundum, hoc est, contra malos homines, est vincere mundũ, sed potius superari à mundo. Patiendo vero & tacendo vincimus, Christo nobis idipsum prędicente: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundus hostis à quo nobis excitantur tempestates, est caro. Hæc si vinci debet aut subiugari atq; in tranquillitatem conuerti, continue est castiganda & mortificanda. Abneganda sunt ei desideria eius, subtrahenda voluptas, amara & laboriosa imponenda. Hoc enim & non alio modo vincitur caro. Tertius hostis, à quo tẽpestas generatur, est diabolus, qui fraudulento suo flatu, hoc est, suis dolosis suggestionibus nos molitur submergere. Huic resistendũ est in fide, scientibus nobis illum nihil boni nobis suadere, sed ea tantum, quæ nobis ad salutẽ sunt noxia, & quæ gratiã amicitiamq; nobis tollunt aut minuunt Dei: nihil quoq; eum aduersum nos posse, nisi quatenus ipsi volumus nos eidem subijcere. Adest enim volentibus nobis auxilium de cœlo. Quamobrem oratiõe vtamur aduersus eum continua ad Deum. Obseruemus quoq; alios priores hostes ne concitent nobis tempestates. Per hos enim ille artes nocendi inuenit, per hos nos oppugnat. Quare humilientur, subijciantur, cõtemnantur hi, nec audiantur necesse est, vt vires habeat spiritus maiores contra diabolum, quibus illum vincat. Nam si diabolus per carnem & per mundum quoq; nos tentat, non vnum tantum, sed tres habemus hostes, qui æque nos impugnant, quibus in resistendo spiritus fit debilior, præsertim cum familiarem suum amicũ, hoc est, carnem iam habeat inimicum, & aduersario consentientem ac fœderatum. Dominus igitur Iesus Christus adiuuet infirmitatem nostram, & expugnet nobiscum & in nobis omnem hostilitatem, qui est benedictus in secula, Amen.

Luc. 21

II.

III.

1. Pet. 5

DOMINICA VI. POST NATIVITATEM domini, epistola beati Pauli Apostoli ad Colloscenses III.

INduite vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia, docentes & commonentes voſmetipſos in Pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia, cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: gratias agentes Deo & patri per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A
Colloſ.3
ANte hæc verba docuerat Coloſſenſes Paulus veterē expoliare hominem & induere nouum, qui ad imaginē Dei creatus eſt. Iuxta quem hominem nouum (inquit) nō eſt circuncíſio, nec præputiū, nec ſeruus aut liber, nec vir aut mulier, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Quem qui induerunt, eum, à quo habent omnia quæcunq; habent, induerunt, & quicquid faciunt boni, per ipſum faciunt. Iam ſequitur hodierna epiſtola: Vos itaq; qui Chriſtū nouumq; hominē induiſtis, induite quoque vos ſicut electi Dei ad vitam æternam præordinati, & à Deo dilecti (hic enim dilexit vos & lauit vos in ſanguine ſuo) vt
Apoc.1
magis ab eodē diligamini. Induite, inquā, eas virtutes, quas ipſe diligit. Induite viſcera miſericordiæ, vt internus affectus pietatis quem intus geritis, in omnibus membris & operibus veſtris ex omni parte ſe pdat.
Benigni... ad ſit.
Induite benignitatem quæ eſt ſerenitas quædam animi, qua ad alloquendum (præcipue vbi Dei contemplatione eſt loquendum) qs hilariter, ad conuerſandum ſuauiter, & ad tribuēda liberaliter ſua propter Deum incitatur. Induite humilitatē,
Gal.6
quæ verbis, operibus, moribus, veſtibus, ſignis & geſtibus veſtris nunquam deſit: imo quæ nuſquam non luceat in vobis. Induite modeſtiam, qua in omnibus temperati modum ſeruetis & honeſtatem. Et qa non raro aduerſitates & moleſtiæ vobis occurrent, induite quoque patientiam, ſupportantes inuicem, ſupplendo alter alterius defectum, & alter alterius portando onus: donantes alterutrum ac viciſſim, ſi quis habuerit quærimoniam aduerſus aliquem de iniuria aut cōtumelia ſibi illata. Et hoc fiat nō ficte, ſed ex animo, plene ac perfecte, ſicut dominus donauit vobis.

Super omnia autem & maxime omnium habete charitatem, quæ excellentiſſimum eſt vinculum perfectionis, reliquas virtutes connectens colligensq;, ne diſſipentur pereantve. Alijs em̄ virtutibus dat charitas modum, nomen & rē, quare ſint, vocariq; debeant virtutes. Et pax Chriſti, quā Chriſtus habet & dat, qua eſtis Deo & ſanctis angelis eius recōciliati: pax quæ eſt animi tranquillitas, voluntatis veſtræ ſtabilitio in Deo, qua item Deo proximūque diligitis, qua denique in lege eius, & in eius beneficijs, potiſſimum redemptionis veſtræ, ſuauiter delectamini, exultet tripudietque in cordibus veſtris, aut potius corda veſtra in Deo faciat exhilarari; in qua pace eſtis vocati, vt ſitis vnū corpus Eccleſiæ, ſeruantes inter vos concordiam, quam vnius ſeruant corporis membra, p qua vocatiōe grati Deo eſtote. Quod
B
vt poſſitis, & vt Dei pax veſtra corda ſemp poſſideat, verbum Chriſti eruditioque Euangelica nunquam recedat de corde & memoria veſtra: ſed perſeueret vobiſcum in abundantia, & in omni ſapientia, quæ deſurſum deſcendens inuenitur humilis, pudica, ſuaſibilis, boniſque conſentiens, ne in ſenſu veſtro pertinaces à communi ſententia Eccleſiæ recedatis. Ita em̄ vos ſapere
Iaco.
Iaco.

Scriptura sacra quõ sit intelligenda.

pere necesse est, quo scripturam sacram, & verbum Dei, non iuxta capitis vestri somnia, sed iuxta Ecclesiæ intellectum & definitionem à spiritu sancto præscriptam intelligatis. Estote igitur in omni sapientia docẽtes & exhortãtes vosmetipsos in his, quæ scitis excitantes & exercentes vos in Psalmis & hymnis & cãticis spiritualibus, quæ in solo cõditore vos gaudere, delectariq; faciãt. Et id fiat in gratia Dei, sine qua gaudium quodcũq; mœror sit. Necesse est itaq;, vt in hac quoq; vita cantetis domino in cordibus vestris, vbi secretam, intimamque vestræ mentis exultationem solus respiciat Deus, iuxta illud: Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Omnia aũt quæcunq; facitis in verbo & opere, siue doceatis, siue corripiatis, & quęcunq; egeritis, in nomine dñi nostri Iesu Christi, & ad gloriam eius cum inuocatione nominis eius facite: gratias agentes in omnibus Deo, qui vos creauit, & patri qui adoptauit vos etiam in filios per eũ, hoc est, per dominum nostrum Iesum Christum mediatorẽ nostrum benedictum, Amen.

Psalm. 9. 85. & 110

Roman. 8

EXEGESIS EVANGELII eiusdem Dominicæ, Matthæi XIII.

CVm multas alias parabolas dominus loqueretur de regno Dei, hoc est, de negocio pñtis Ecclesiæ, hãc quoq; proposuit, qua disceret quomodo sit agendũ cũ his, qui cõtraria & perniciosa Ecclesię dogmata (vt sunt hæretici) seminãt, sintne exterminandi, an tolerandi. Neq; enim scrupulo caret hæc quæstio, An hæretici iuxta Apostolum sint de medio tollẽdi, nec ne: cũ ex vna parte, qm̃ pestilentes alios inficiunt sanos videãtur non minus nocere Reipub. quã latrones & fures. Ex alia vero parte videãtur tolerãdi sub spe resuscitationis & cõuersionis. Dicit itaq; Euãgelista:

1. Cor. 5

Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit semen bonum in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus & seminauit zizania in medio tritici, & abijt.

C

Euangelium hoc totum nihil aliud est quam parabola, qua aliud nobis quid, quam in vocibus exprimitur, ex vicina similitudine significatur. Simile est, inquit, regnum cœlorum. Non vno modo æque accipitur in scriptura regnum cœlorum. Aliquando enim in cœlesti patria societas sanctorum dicitur regnum cœlorum, quomodo Christus de eo loquitur, cum dicit: Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Interdum per regnum cœlorum significatur Christus habitans intra nos per gratiam suam, iuxta modũ loquendi, quo dicit ipse Christus: Regnum Dei intra vos est, hoc est, per inhabitationem spiritus mei intra vos, & per dominium gratiæ meæ inchoatur in vobis via ad cœleste regnum, exprimiturque in vobis regni cœlestis similitudo, quæ est, vt cognoscatis, ametisque perfecte Deum. Cognitio nanque & amor Dei faciunt beatum. Inchoatio autem huius beatitudinis imperfecta hic est in via, vbi hominum sanctorum corda Christus inhabitat. Hoc modo non incongrue intelligitur hic, quando dicitur: Simile esse regnum cœlorum homini seminanti bonũ semen in agro suo. Tertio, regnum cœlorum intelligitur Ecclesia militans, quam Christus possidet vt regnum suum, in ea regnans. Vnde dicitur, simile esse regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & decem virginibus. Quod haud dubium non aliter quam de præsenti potest Ecclesia recte intelligi. Quarto significatur status seu negocium militantis Ecclesiæ. Hoc modo accipitur, vbi dicitur: Simile est regnũ cœlorum homini patrifamilias, &c. & homini regi. Hoc etiã modo hic accipi potest parabola præsens de seminante bonum semen, quę paulo post à domino exponitur discipulis. Nam cum multas dixisset parabolas, nec explanasset, turbis relictis cum esset in domo cum discipulis solus, interrogatus exposuit parabolã. Qui seminat, inquit, bonum semen, filius est hominis, Christum seipsum haud dubie significãs, cui simile dicit factum regnum cœlorum. Inde liquet Christum hic vocari posse regnum cœlorum, quia promissor, doctor, & dator est regni cœlorum. Ager vero est mundus, hoc est, terra peregrinationis humanæ, in qua degimus hic tanquam exules & peregrini. Bonum semen quod seminatur, sunt filij regni, puta electi ac homi-

Regnũ cœlorũ in diuersis mõdis accip i

I. Matth. 8

II. Lucæ 17

III. Matth. 13 Matth. 25

IIII. Matth. 20 Matth. 22

Matth. 13

nes virtuoſi, quos Chriſtus in omni habet loco per vniuerſum mundũ diſperſos. Illos enim ſeminauit, hoc eſt, diſperſit per omnia climata mundi. De hoc ſemine ſcriptum eſt in Eſaia: Om̃es qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dominus. Et de Chriſto idem prophetat: Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longæuum: Hoc eſt, ſemen Abrahæ ſecundum promiſſionem Dei hæredes. Zizania autem filij ſunt nequam. Hi pari modo ſunt ſemen, ſed non Dei. Sunt autem ſemen diaboli, non quod eſſe naturę à diabolo habeant, ſed eſſe malitiæ, eo ſcilicet inſtigatore, eius ſuggeſtione & machinatione. Seminati ſunt ergo per vniuerſum mũdum, vt dixi, non in quãtum homines (hoc enim modo boni, malique omnes eundem habemus creatorem) ſed in quantum mali. Hoc modo quoque quod ſcriptum eſt, Omnis qui facit peccatum, ex patre diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat, intelligitur. Iudęos quoque Chriſtus obiurgans, Vos ex patre, inquit, diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere. Ex hoc enim ſeminatum eſt ſemen malitiæ. Quotquot enim in Eccleſia fuerunt hæretici, quotquot in mundo fuerunt mali, ipſius inſtigatione & conſilio facti ſunt mali, & in malo adiuti. In Geneſi legimus de tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iaphet dictum: Iſti ſunt tres filij Noe, per quos diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram. Horum duo filij creduntur fuiſſe boni. Tertius vero reprobus & maledictus. Quomodo ergo in duobus prioribus, maxime autem in Sem, Deus ſemẽ ſeruauit virtutis, quod in poſteros diffudit (Ab his enim didicerunt boni ritum colendi Deum, innocenterque viuendi) ita diabolus ex Cham, qui ante diluuium fuit malus, poſt diluuium ſemen diffudit malitiæ eius, in quoſcunque potuit homines, vt tam ſua inſtigatione, quam huius imitatorumque eius malorum hominum exemplo & praua conuerſatione malitiam propagaret in alios, vt vniuerſum iterum paulatim corrumperet genus humanum. Dicitur autem diabolus hic homo parabolice, quia ſuos inſtruit, qui illum audierint, ad malitiam, tanquã pater filios. Meſſis vero conſummatio eſt ſeculi, dies ſcilicet iudicij, in quo electi ſeparabũtur à malis. Meſſores angeli ſunt boni, quorũ miniſterio cineres mortuorum colligentur ad iudicium ducẽdorum, qui auferent de regno eius, hoc eſt, de Eccleſia ſanctorum, omnia ſcandala, id eſt, omnes qui alios ſcãdalizant, omneſque qui operantur iniquitatem. Erit enim tunc eorum iniquitatis finis, nec ſcandalizandi, aut mali agendi eis prorogabitur tempus, ſed iuxta opera tũc ſua quiſque recipiet, ſiue bonum, ſiue malum, quod in corpore geſſit. Hæc eſt expoſitio huius parabolæ à Chriſto apoſtolis tradita. Sed inueſtigandum eſt, vbi aut quomodo Chriſtus bonum ſeminauerit ſemen. Dicendum, Chriſtus in agro ſuo, id eſt, in Eccleſia ſua militante, per ſeipſum, & per apoſtolos ſuos doctrinam ſeminauit Euangelicam, qua homines (vt ipſe exponit) creſcere cœperunt boni, adeo, vt poſt Chriſti aſcenſionem mox à perfectione hi inciperent, tradentes venditis omnibus ſuis facultatibus precium ad pedes apoſtolorum, & de communi prouiſione victitabant. Erant ergo tunc fere omnes ſancti homines, quotquot cõuertebantur ad Chriſtum.

Cum autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & ſeminauit zizania in medio tritici, & abijt.

Inuidebat inimicus diabolus huic ſancto ſemini, & viſus eſt ipſum, aut velle corrumpere, aut ſaltem interturbare. Idcirco ſequitur: Dormientibus hominibus ſuperſeminauit zizaniam ſeu lolium in medium tritici, vt ſemine ſuo iniquo ſuffocaret bonum ſemen. Vbi enim in magna cœperat ſanctitate & ſynceritate florere Eccleſia, ſeminauit diabolus in triticum, hoc eſt, inter bonos homines, ſemen malum, hoc eſt, impios & hæreticos, qui aut eruditione peſtifera, aut malæ vitæ contagio bonos torquerent & ſeducerent. Non tamen diabolus intelligendus eſt ita facere malos, vt eis neceſſitatem imponat, ſed vt eos incitet, alliciat, fallat, & ſeducat. Hos itaque inter bonos vult conuerſari, vt ex bonis quoque aliquos ſeducens corrumpat. Neque enim magnopere curat, vt hæreticos, aut impios habeat inter infideles, quia vtroſque, vbicunque ſint, poſſidet: ſed bonis vult malos eſſe mixtos, vt per malos tentet, & decipiat bonos. Seminat autem

Marginalia (left): Eſaiæ 61 · Eſaiæ 53 · Galat. 3 · Roman. 4 · D · Zizania myſtice q̃s ſignent. · Ioan. 8 · Gene. 9 · Gene. 5 · Gene. 6 · Diabolus quare vocetur hic homo.

Marginalia (right): Matth. · Apoc. · 2. Cor. · Semen num Chriſti ſeminatum · Actor. · E · Diabolus q̃ pacto ... mundi

autem malos seu hęreticos, eos excitando scilicet, & animum superbiamq; in illis fouendo atque exufflando, iq; dormiẽtibus hominibus, hoc est, prælatis, doctoribus, & prædicatoribus, quorum est super grege sibi commisso, super custodia animarum, & super sana doctrina contutanda vigilare. Dormitant autem & non vigilant, cum sibiipsis magis, quam animabus sibi creditis prospiciunt prælati & doctores, cum negligẽtius in animarum propulsandis periculis agunt, cum denique nimium dissimulantes neminem offendere volũt. Interea igitur inimicus homo, id est, diabolus huiusmodi malum semen, vnde & prodeant hæretici & crescant impij, spargit & abit. Hæc enim diaboli versutia est, vt velit ignorari, nolit agnosci, & sub specie angeli agat pessimum diabolum. Hæc eius, inquam, est ars fallẽdi. Propterea Apostolus quoque nos præmonens dicit, illum transfigurare se in angelũ lucis, haud dubium non aliam ob rem, nisi vt facilius supplantet. Quod ergo dicitur seminasse, & abijsse, nihil vult dictum aliud, quam quod fraude, latenterq; hoc fecerit, vt suæ fraudis reportaret fructum. Vult enim à se hoc, quod ipse hoc procurauerit aut fecerit, ignorari. Suspectus eñi omnibus est, eiusq; technæ quod pessimæ sint, nemini non manifestũ est: ideo ne cõsilia eius spernantur, non vult deprehendi, sed sub specie fallit pietatis.

Innegligẽtes prælatos.

2. Cor. 11.

Cum aũt creuisset herba, & fructũ fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

F Cũ creuisset herba, puta tritici, & fructum fecisset, apparuerunt & zizania. Quã diu in germine fuerat, non potuit facile alterum ab altero discerni, quia non euidẽs magnaque apparet dissimilitudo. Verum vbi iam maturescere cœperit, spicamq; emittere, dissimilitudo inuenitur & lolij & tritici. Hoc modo hæretici vbi primum seminauerint, fauoribus se curant commendare humanis, & coram pijs simulant pietatem, coram mundanis vero libertatem, assertionem vt suã impiam liberius ostentent. Vnde fit vt vix possint tunc hæretici cognosci. Verum vbi fructus eruditionis, potius dicerem seductionis, cœperit apparere, tunc primũ à pijs cognoscitur eorum impietas, quã sub specie pietatis tanto tempore absconderunt.

Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.

Serui accedẽtes dixerunt domino suo: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vñ ergo habet zizania? Qui fuerunt hi serui, qui hæc suggesserunt, suggerũtve dominis suis? Fuerunt & sunt certe viri iusti & timentes Deum, qui zelum habentes Dei, dum vident in Ecclesia malum, suggerunt Deo hoc per orationem, precantes eis auxilium Ecclesiæ citius aduenire, antequam malitia diabolicæ fraudis, hæreticæque prauitatis adeo clanculũ serpat, confirmeturque, nemine obsistente, in hominũ cordibus, vt paulopost nulla possit prælatorum diligentia curari. Primitiuæ igitur Ecclesiæ patres, cum viderent multas pullulare hæreses, quando sana vniformis esse debeat omnium fidelium eruditio, orationibus profecti sunt ad Deum, admirãtes, cum Dei verbum Euangelicum vbique seminaretur, quomodo hæresum zizaniæ simul æque crescerent. Et respondit dominus inspirando eis: Semen quidem Dei verbum esse sanum & bonum, sed tamen hominem inimicum, id est, diabolum, qui non propter cõformitatem, quam cum homine habeat corporalem, sed ratione mentis (quia spiritus est) homo dicitur, hoc fecisse, vt sensus intellectusq; vbi Dei adulterinus, falsusq; ex vera scriptura ab hęreticis assumeretur. Consulunt autem dominum, an illi placeat zizaniam euelli. Ideo sequitur:

Patrũ primitiuę Ecclesiæ vigilantia quanta fuerit.

Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite crescere vtraque vsq; ad messem.

G Indignum eis videbatur, loco tritici lolium natum foueri, & respondit: Non. Neque enim hic soli iusti viuere debent, qui perfecti nunquam fierent, nisi per malos sibi coniunctos exercerentur. Nusquam ergo solos colligit electos, sed simul bonis malos cõiungit, vt sint qui probent, & qui probentur. Quis enim hominum dicetur patiens, aut mitis, vbi nemo illum despicit, vbi nemo iniuriam facit? Aut

Aut cui iniuriam donabit, si nullam ei qspiam intulit? Vides igitur exercitia virtutum haudquaquam esse posse, vbi non fuerint vitia. Bonorum enim est officium iniurias patienter tolerare, non inferre. Porro mali sunt, qui alios persequuntur. Si igitur pati debemus persecutionẽ, necesse est esse, qui hanc nobis inferant. Et si hanc nemo infert nisi malus, ergo mali necessarij sunt nobis & vtiles, nec prorsus abijciẽdi: quandoquidem electis Dei magna venit de malis vtilitas, sicut etiam ex persecutione, tentationibusq; dæmonum multa nobis eueniunt bona. Admonet igitur non eradicandos malos, nec hęreticos omnes, rationem huius assignans, ne quum velimus zizaniam euellere, simul euellamus & triticum. Mali hæretici quoque multi, de quibus plene non constat eos esse malos, aut hæreticos, si tollerentur de medio (posset euenire, vt eis fieret præiudicium) quia aut sunt conuertendi, aut adeo non sunt mali, quantum humana iudicat temeritas, ad iudicandum & damnandum alioqui prona. Fieret nanq; tunc, quod Christus dicit, vt cum putarent se euellere zizaniam, eradicarẽt triticum. Quod alio quoque posset contingere modo, dum hæretici sunt potentes, habentve eos, qui in terrena sunt cõstituti potestate, fautores, vt nõ facili queant modo e medio tolli, nisi cum magna iactura & persequutione fidelium. Tunc enim eos diuino relinquere iudicio præstat, quam eradicare de terra: aut obseruari, expectariq; oportet tempus opportunum, quo absq; fidelium possint puniri incommodo graui ac iactura. Quod si nullum datur idoneũ, veniet messis, id est, consummatio seculi, & dicet dominus messoribus, vt sequitur:

Mali homines q sint electis vtiles ad salutem.

Hæretici & mali homines q-usq; tolerandi sint.

Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum.

Colligite, inquit, primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Hoc præsens tempus, tempus est seminationis, vt Psalmista ait: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portãtes manipulos suos. Et Paulus: Qui parce seminat, parce & metet. Quodcunq; ergo seminauerit homo, hoc & metet. Colligite, inquit messoribus, primũ zizania, hoc est, separate eos de medio iustorum. Hinc colligitur, quod reprobi primum recipient iudicium, vt ante audiant ipsi sentẽtiam grauem damnatiõis, quam sancti ascendant cum Christo in cœlum. Cũ quibus benedictionem suam tunc nobis qq; Christus largiatur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, Amen.

Psalm. 125

2. Cor. 9

Matt.

SERMO DE EADEM DOminica. Mali vtiles sunt bonis, & quando euellendi, quando sint tolerandi.

Sinite ea crescere vsque ad messem. Matthæi XIII. Verba sunt hodierni Euangelij, quibus interrogatus dñs, an mali cũ bonis sint tolerandi, respõdet vtrunq; & lolium & triticũ simul crescere debere (tametsi non à se zizania, sed bonum tantum semen esset seminatum) ne dum zizania putaretur eradicari, euellatur simul & triticũ. Voluit autem nos docere, impossibile fore, vt omis zizania euellatur e tritico, hoc est, vt omnes mali separentur à bonis. Nec etiam expediret, vt soli boni simul essent: quandoquidem exercendæ, perficiendęq; nullum virtutis haberẽt exercitium boni absq; malis. Multa autem bonis proueniunt bona à malis. Si enim non essent mali, cessarent multa opera bona, puta eruditiones sacræ, correptiones, monitiões, exhortationes, orationes, quæ fiunt pro maloꝝ correctione. Quando ergo zizania omnis tolleretur, multũ euelleretur tritici, id est, magna pars bonorum operum interiret, propterea quod tunc locum non haberẽt multa exercitia bona. Sic Apostolus dicit: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Quid enim tam claram, lucidamque reddit fidem nostram, sacramque scripturam, quam persequutio hæreticorum? Illis enim falsitatem prędicantibus necesse erat doctores veritatis sudare, operamq; omnem nauare ac quærere, quibus locis impietatem euincerent, quibus argumentis rationibusq; hæreticorum errores confutarent. Vnde vehementer illustrata est Ecclesia. Si nullus fuisset hæreticus, non haberemus fulgida scripta patris Augu-

Mali q... tum ... sint b...

1. Cor.

Hæreti... quan... ... fint ... clesia.

Augustini, multa nobis deessent, ex Hieronymo pclara monimenta, ex veteribus item aliis admirāda nobis multa deessent. Itaq; si Christus flagellat omnem filium, quem recipit, quis nos flagellaret.i. per q̄s Deus flagellaret suos filios, si non mali superessent, qui torquerent? Ad quid autem mali torquent nos? vt idonei digniq; efficiamur regno cœlorum. Et quid melius regno cœlorum? Quid vtilius? Vide, hæc per malos homines præstat nobis Deus. Sed absit vt propterea, quia nobis sunt persequēdo vtiles, vt in hoc etiam sibi sint vtiles. Absit vt iuxta id, quod Deus p malos nobis præstat, etiam illis retribuat Deus. Non iuxta hoc eius retribuit, nec ministros eos, vt pote flagellatores suos agnoscit, nec qa nos Deus purgare voluit, & illi nos purgauerunt, ideo Deo obedierunt. Sed nobis reddit iuxta patientiam nostram, & illis reddet secundum malitiā eorum. De hoc Augustinus diffuse tractans illum Psalmum: Deus vltionum dominus. Videte (inquit) quanta nobis præstitit Deus, de ipso immanissimo scelere proditoris. Iudas quippe tradidit ad passionem filium Dei, & per passionem filij Dei omnes gentes redēptæ sunt ad salutem, nec tamen pro salute gentium merces tradita est Iudæ, sed pro malitia eius, debitum eius supplicium retributum est. Nam si traditio, & nō tradētis animus considerādus est, hoc fecit Iudas, q̄d fecit Deus pater, de quo scriptum est: Quia proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hoc fecit Iudas, q̄d fecit ipse dominus Christus, de quo scriptum est: Qui seipsum tradidit oblationem & hostiā Deo in odorem suauitatis. Et tamē gratias agimus Deo, q vnico filio suo nō pepercit, sed p nobis tradidit eū. Gratias agimus ipsi filio, q seipsum tradidit p nobis, & in eo voluntatē patris impleuit. Et detestamur Iudā, de cuius facto tm̄ beneficiū nobis p̄stitit Deus, & recte dicimus: Reddidit ei dn̄s secundū iniquitatē eius, & secundū malitiā eius disperdidit eū. Non enim ille pro nobis tradidit Christū, sed pro argento, q̄ vendidit eum. Sicut ergo malis obest bonitas iustorum, sic bonis prodest iniquitas impiorū. Hæc Augustinus. Aduertendum est autem diligenter (si quis hunc textum velit de hęreticis intelligi, nam hi super verbo diuino zizania, id est, dogma peruersum seminant) q̄d dominus causam assignans, quare hęreticos dixerit non eradicandos, hoc inducit, ne forte euellatis cum zizania simul & triticum, insinuans in hoc casu nullum esse fructū exterminij eorum. Ne tamen credātur placere Deo vitia & mala eorum, præmonēs dicit, quid sit futurum eis tēpore messis, quomodo in fasciculos sint ligandi, & igne inextinguibili comburendi. Colligitur igitur hoc, vbi hæretici nocent fidei Christianæ, vbi nocent animabus, q̄tidie animas Deo abstrahentes, & in errorem mittentes, & quando satis moniti, & semper incorrigibiles (vt fere omniū est hæreticorum consuetudo) inueniūtur: ibi, inquam, sunt de medio tollendi. Neq; enim minori cura est agendum pro salute animarum, quam pro salute corporū, aut pro Reipublicæ salute, idq; iuxta aliā scripturam dicentem: Auferte malum de medio vestri. Primo enim sunt ab Ecclesia, de medio fratrum, id est, de communione fidelium separandi (est enim hæc separatio medicinalis) Qui si non correxerint se, sed præbuerint se in corruptionem multorū, multosq; seducant, sunt etiam tradendi iudicio seculari, de qbus quid sit faciendum, leges declarant. Et hoc non prohibet fieri dominus, si modo ita abscindi possint, ne simul pati, perireq; propterea habeant innocentes fideles. Nam q̄d pro multorum est salute institutum (vt hæretici, qui maxime & præ omnibus nocent, exterminentur) non debet fieri, vbi contra est multorum salutem. Vbi ergo hæretici principū habēt protectionem ac fauorem, nec euocari, euinciq; possint, nec etiam argui, sed timeretur, expectareturque bonis persecutio, si punirentur, plecterēturve morte corporali, tolerandi sunt potius, quam persequendi, ne forte sicut dominus dicit, cum euellimus zizaniam, hoc est, quum hæreticum de medio tollimus, multo id pluribus noceat, quā si fuisset dissimulatus, hoc est, si eius punitio aut sublatio causa fuerit, vt æque, aut maiorem propterea sustineant persecutionem fideles, tunc est dissimulandum, Deusque inuocandus, vt fidei suæ, ouibusq; suis prouideat. Nō est autem tacendum, zizania quædam esse, quæ seminat diabolus, aut etiam propria malitia, quæ nō sunt dissimulanda, sed magno zelo, quantocius extirpanda. Sunt aūt vitia, quæ sub virtutum specie occultātur, & nonnun-

Margin notes: Heb.12 — Augustin. — Roman. 8 — Ephe. 5 — Roman. 8 — Esaiæ 3 — Matth. 26 — Hæretici quādo de medio sint tollendi. — 1. Cor. 15 — Hæretici q̄n sint tolerandi. — Vitia sub virtutum

specie se polliãtia. nonnunquam faciem induunt virtutum, virtutesque ab ignorantibus nominantur. Hæc extirpanda sunt magna diligentia. Periculosum enim est valde, dum vitia virtutes creduntur, dum superbia mentitur se humilitatem, dum ira iustitiæ zelũ, dum amor carnalis charitatẽ se nominat.

K

Superbia sub cuius virtutis specie late at. Vt igitur videamus, contingit primo superbiam latere sub specie zeli aut iustitiæ. Sunt enim, qui aliena carpunt vitia, & si modica sunt, eadem etiam aggrauant, iudicanter grauiter & damnantes, quo ipsi prestantiores, perfectioresq; his, quos vituperant, habeantur. Sunt quibus dominandi appetitus dominatur. Hi satagunt sub specie zeli alios sibi committi instruẽdos, vt à discipulis magistri, à subditis patres appellentur. Latetque nonnunquam ipsos quoque superbia hæc, vt quasi per esuriem iustitiæ videantur sibi magisteriũ, officiumve aliquod appetere, vt prosint multis, vt ædificent & plantent. Sed non raro mẽtita est iniquitas sibiipsi, quia si recte & omnes cordis sui latebras scrutarentur, inuenirent sibi dulcius arridere, præesse, quam prodesse. Quod inde liquet. Nã dum quod cupiunt, assequuti fuerint, tametsi in principio aliquam ostentent diligentiam, paulopost id, ad quod videbantur anhelare, puta eruditionem, ædificationem, exhortationes, deuotionis studium simul cum lectione negligunt. (Iere. 1. Psal. 26)

Superbia sub humilitatis specie vti sæpe decipiat. Secundo sub specie humilitatis palleat se superbia, nam humiliando se nascitur superbia. Exercitia enim humilitatis, vt sunt vilitas in vestibus, paupertas in rebus, cum infimis cõuersari, honores spernere, gloriam fugere, plerunque superbiam inducunt. Adeo difficile est discernere inter verę falsæque humilitatis signa, adeoque est rarum à virtutibus vitia prudenter secernere. Est autem vitium quoduis latens eo periculosius, quo minus manifestum. Noxium autem est magis om̃ino, vbi etiam ab eo quem obsidet, virtus putatur. Sunt pręterea bona alia innumerabilia, subquorum specie se ingerit superbia, vt dum bonum quæri putatur, non virtuti, sed vitio seruiatur. Quod quid aliud est, quam zizania super tritico seminata ab homine inimico.

L

Auaritia sub cuius virtutis specie se ingerat. Simili mõ fit in auaritia, quã inimicus superseminat sub specie triplicis boni. Fingit enim licitum esse thesaurizare sub specie prouidentiæ, vt suæ aliorũq; necessitati prouideat. De hoc vitio Gregorius dicit: Auaritia deuictum animũ quasi ex ratiõe solet exhortari dicẽs: Valde fine culpa est, quod quædam habenda concupiscis, quæ non multiplicari appetis, sed egere pertimescis. Secundo sub pietatis colore seminatur. Auari enim congregant, & multa retinent beneficia sacerdotes, vt magna condant testamenta, vt sacerdotia dotent, vt eleemosynas tribuant: & sub illa quidem specie congregant, quum in vita tamẽ nihil horum efficiant, quippe qui à pecunijs non possint separari. Deinde quanta superseminat, quę pertinent ad carnalem amorem, seu luxuriam sub specie amicitiæ, aut sancti amoris? Nam conglutinat diuersi sexus homines amore inquietissimo, vt nihil cogitare, nihil loqui illis libeat, nisi de amata (vt ita loquar) persona. Collocutio eorum insatiabilis est, salutationes infinitæ, literę dulcissimæ inter eos, & creberrimæ, munuscula gratissima, nunciationes lepidissimę. In his quasi dormitare videtur hostis infernalis, donec sic agglutinati fuerint, vt alteri alter nihil negare possit, tunc primum erigit se inimicus, & libidinum stimulis, aut vtrunq;, aut infirmiorem concutit. Quo tandem emergant huiusmodi, aut quo fine consument hũc amorem, quem ab initio spiritualem putabant, verecundum est dicere. Seminauit enim inimicus zizaniam super semine iusto & sancto charitatis. Eamus ad acedię semen, quod sub specie discretionis & propriæ compassionis seminatur. Indulgetur enim ventri, indulgetur somno, indulgetur denique alijs solatijs carnis nimium, sub specie, ne nimia austeritate sibiipsi noceat. De hac inertia, ac acedia Augustinus loquens, dicit: Acedia & ignauia dicunt: Si lectioni cõtinuato studio insistis, oculorum caliginẽ incurris. Si indefinenter lachrymas fuderis, ipsos etiam oculos amittis. Si quotidiano te labore afficis, ad opus spirituale quando surges? Est nihilominus alia fraus, q̃ sub specie virtutis acediam diabolus seminat. Nam aliquos vbi viderit virtutis studiosos atque superbiæ hostes, eis suadet à bonis operibus quiescere, ne magni reputẽtur & sancti: sed potius quiescant à bonis studijs, operibusq;, vt viles, humiles, & ignoti maneant mundo, & vt delitescant in humilitate viuẽtes.

Hoc modo vbique super Christi docti-

ctrinam sanctam & salutarem superseminat diabolus dogma pestiferum suum hæreticorum, malorumq; hominum, quod tamen eradicari vetat (vt dixi) in hoc solo casu, vbi commode id fieri nequit, vt eradicetur sola zizania, absque graui turbatione electorum Dei. Nam, si id fieri potest, vt tritico saluo euellantur zizania, nequaquam prohibet, quin euellantur. Quomodo enim velit zizaniis grauari triticum, vbi separari possunt, quãdo adeo diligit triticum, vt ne ipsum euellatur, simul zizaniam quoque propterea tolerat? Habemus autem exemplum de hæreticis, impiisque exterminandis in zelo Mosi, qui postquã Numer.12 populum Israel adorasse cognouit vitulũ, Exod. 32 Leuitis præcepit vir alioqui mitissimus iubente domino, dicens: Ponat vir gladium super fœmur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam, per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum. Ceciderunt autem die illa quasi viginti tria milia hominũ. Numer.25 Simili modo in Numeris legimus præcepto Mosi de his, qui initiati sunt Beelphegor, hoc est, qui fornicati fuerant cum filiabus Moab, & adorauerunt deos earũ, cæsa viginti quatuor milia virorum. Non leuiorem pestem inferunt hæretici animabus alienis, quam hi præfati sibiipsis. Atq; ideo vbi segregari possunt, & emendare se nolunt, non sunt tolerandi. Discamus (Vigilãtia quanta opus sit aduers' fraudes dæmonum.) postremo oportet hic vigilare aduersus insidias diaboli, ne seminet intra nos, id est, exufflet, & incendat malas cogitationes. Quarum si semina in nos iecerit, hoc est, primos excitauerit passionum motus, enitendum ne permittãtur crescere, sed in initio eradicẽtur. Mora enim robur illis pręstat, vt eo difficilius tandem euellantur, quo diutius in nobis iacuerint. Addat nobis dominus virtutem, & fortitudinem ad contutandam cordis nostri mundiciam, & illuminet intellectum nostrũ, quo prudenter omnes diaboli technas euadere, omnia retia eius dirumpere, & cuncta ipsius semina valeamus eradicare, per Christum dominum nostrum, qui est benedictus in secula, Amen.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ VI. post natiuitatem Christi, iuxta ritum quarundam Ecclesiarum. Matth. XI.

ANte hoc Euangeliũ scribit Matthęus dominum Iesum exprobrasse multis ciuitatibus, in qbus virtutes fecerat multas, quod ad pœnitentiam non fuissent cõuersæ, sed in Ioanne præcursore suo, qui austerioris videbatur vitæ, & in se, qui clementioris atq; communioris, fuerant homines incolę illarum scandalizati, insinuans, quod eo grauius essent habituri iudicium, quo præstita eis fuerãt beneficia maiora. Ingratiudo enim erat ingens, quãdo beneficiis Christi multis, qui præclara coram eis variaq; miracula fecerat, fides eorum non respondebat. Idcirco dixit: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamẽ dico vobis, Tyro & Sydoni remissius erit die iudicii, quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid in cœlum exaltaberis? Vsq; in infernũ descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, remansissent vtique vsq; in hunc diem. Veruntamẽ dico vobis: Remissius erit terræ Sodomorum in die iudicii, quam tibi. Respondens igitur Iesus ad quæstionem, quæ inde nascebatur ex illis verbis, & quę potuisset illi fieri (Sciscitari enim quis potuisset: Quare plebs Iudæorum, quorũ hic ciuitatibus exprobrabat, fuissent increduli, cum gentes adeo fidem alacriter receperunt) patri suo gratias agit, dicens:

(A — Matth.11 — Matth.3 — Matth.9 — Matth.11)

Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Confiteor tibi, hoc est, cognosco, fateor, ad laudemque tuam manifesto, & tibi gratias ago, qui pater es meus per æternã generationem, aliorum autem membrorum meorum per adoptionem. Domine cœli & terrę, hoc est, vniuersorum, tam cœlestium, quam terrestrium, tam visibilium, quam inuisibilium. Quia abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. A prudentibus & sapiẽtibus, non à vere sapientibus, sed à præsumptuosis, ab inflatis, à tumidis & superbis, qui sa-

Esaiæ 5 Ioan. 9 — pientes sunt in oculis suis, cuiusmodi erant Pharisæi, Scribæ, & Legisperiti, & reuelasti ea paruulis, humilibus, nihil de se præsumentibus, hoc est, apostolis, & per eos credentibus. Quæ sunt autem, quæ abscondita sunt superbis, nota facta humilibus? (Abscōdita quænā sint superbis.) Mysteria Euangelij, diuini beneplaciti secreta, consilia Dei, & fidei arcana. Ea enim abscondita sunt prudentibus & doctis huius mundi, vt licet multa de his intelligant, multa disserant & doceant, non tamen ea, quę loquuntur, mentem eorum afficiunt. Hi enim quorum mens afficitur, suauiterque consentiens quiescit in amore veritatis, in cognitione, approbationeque diuini beneplaciti, vere sunt sapientes (Sapientes vere quinam censendi.) dono sapiētiæ illuminati, & charitate confortati, quantumlibet sunt, siue eruditi, siue illiterati, sunt tamen humiles & paruuli, idonei ad spiritus sancti capiendam illuminationem. Hi sunt, quibus Deus secreta sua reuelat. Alij vero omnes, quamuis eloquentes, quamuis docti, quamuis prudentes, stulti tamen sunt coram Deo. Nihil enim stultius, quam Deo non obedire, cœlestibus terrena præferre, caduca magis, quam Deum amare. Beati igitur quibus Deus ea reuelat: beati etiam, quos Deus paruulos ac dignos hac reuelatione facit. Neque enim habet homo, vt glorietur se paruulum fuisse, aut humilem, & propterea illuminatū. Si illuminatus es, à Deo illuminatus es, & si paruulus es, à Deo hoc quoque accepisti, vt paruulus esses. In omnibus igitur laudanda est multitudo dulcedinis diuinæ, & misericordiæ eius exuberantia infinita.

B

Itaque reuelat Deus secreta sua, ea scilicet, vt sunt viæ ad ipsum occultę, ad perfectionē tractus quidam, sed & discretio quoque, prudentia, ac moderamen, inter agenda, eligenda & respuenda, cognitio item & amor diuinę voluntatis, quæ omnia humilibus reuelantur bonæ voluntatis. (Secreta quænam Deus suis reuelet.) Horum innumeri fuere, suntq; hodie omnes electi Dei, qui non in sublimitate sermonis, non in calliditate & astutia sensus, non in opinione magni nominis, aliquid apud filios huius seculi æstimati sunt, sed à mundo potius contempti, atque viles inutilesque reputati. Hi, inquam, sunt paruuli illi, quibus Deus reuelauit. Quapropter Apostolus dicit Corinthijs: (1. Cor. 1) Videte, inquiens, vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes sunt inter vos (de mundi sapientibus loquitur) sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. Et iterum: (Ibidem) Nonne stultam fecit Deus sapiētiam huius mundi?

Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.

Ita fit, ita cōgruit, sic te decet pater, quoniam tibi ita agere est beneplacitum. Tua enim voluntas congruentissima, sapientissima, iustissima, ac optima est. Quare etiā, quur illuminentur, isti relinquantur, ratio non est alia nobis inuestigabilis, quam diuinum sanctissimumque Dei beneplacitum. Voluntas enim Dei est, vt hic saluetur, iste relinquatur. (Matth. Marc.) Petrus namque & Iudas, vterque peccauit, nec impossibile fuit Christo respicere misericordiæ suæ oculo Iudam, quemadmodum respexit & Petrum. Sed quare non fecerit, non aliud respondere nos possumus, nisi quia non voluit. Propterea sanctus Augustinus in Homelia dicit super ṽbo: (Aug. Ioan.) Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Quem trahat, & quem non trahat, & quur istum trahat, & illum non trahat: Noli iudicare, si non vis errare. Nondū traheris: ora vt traharis. Hoc tamen certum legimus in scriptura, Deum dici indurare, non misereri, (Exod.) excæcare, & hic Deum proinde abscondisse quibusdam Euangelium suum. Deum, hoc est, Christum locutum esse in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. (Esai. Marc. Luc.) Verum hęc & omnia alia, de Deo intelligēda sunt negatiue, hoc est, quod non quærentibus, non volentibus non dat gratiam suam, quomodo sol fenestras suas occludentibus negat radios suos. Verum qui apperit, nōne ex dono Dei aperit? Nihil igitur possumus hic definire. Sed dicit quis: Et qui fenestras suas aperit, nunquid non ex dono Dei aperit? Dico verum est, cogimur igitur tacere, quia non possumus inuestigare, & fateri cum Apostolo: (Rom.) Non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.

Om̄ia mihi tradita sunt à patre meo.

Certum est filium Dei esse æqualem patri, Deum de Deo genitum, consubstantialem patri. Certum est etiam, iuxta Christi humanitatem, omnia tradita Christo à patre suo, quandoquidem ipse quoque post resur

Matth. 28 resurrectionem apostolis fatetur, dicens: Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra. Quod tamen non ita crasse intelligendum, vt pater se ab aliqua potestate aut virtute exemerit, seq; nudans eãdem filio tradiderit, sed ita tradidit filio oĩa pater, vt eadẽ nihilominus q̊q; remaneãt in patre.

Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

C

Non est intelligendum, quando dicitur: Nemo nouit filium nisi pater, aut e diuerso, nemo nouit patrem nisi filius, quasi pater non nouerit seipsum, aut seipm non nouerit filius: sed intelligẽdum est, vt sub intelligatur nemo alterius essentiæ nouit patrem nisi filius, tũc enim adstruitur, &c. nosse & filium, & spiritum sanctum. Excipitur enim quilibet alterius essentiæ, non excipitur quilibet alterius personę. Nemo igitur cognoscit Deum perfecte, nisi Deus, siue pater, siue filius, siue spiritus sanctus. Deus enim solus cognoscit seipsum, quia Deus, quum infinitus sit, à finito cognosci nõ potest. Quamuis autem Deum nulla cognoscere possit creatura, hoc est, eius essentiam, radius enim aliquis diuinę essentiæ communicari potest intellectuali creaturæ, quo iuxta capacitatem suam intellectualis creatura, siue angelica, siue rationalis aliquo modo illum cognoscit. Si

1. Cor. 13 quidem in hac vita per fidem & donum sapientiæ cognoscunt Deũ electi, non quidem perfecte, sed ex parte. Porro in patria

1. Ioan. 3 (sicut Ioannes ait) videbimus eũ sicuti est, scilicet in seipso, non tamen plene cõprehendemus eũ, sicut ipse seipsum plene cõprehendit infinitus infinitum. Iam itaque vbi se ęqualem in maiestate monstrauit patri, vbi nõ omnibus sui notitiam infusam seu reuelatam ostendit, exclamat:

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Venite ad me omnes per cõuersionem

Ioel. 2 mẽtis. Conuertimini ad me in toto corde

1. Petri 5 vestro. Venite per desiderium spiritus. Venite per auersionem mentis vestræ, à carnalibus desiderijs, & rebus caducis, quę nihil vobis proderunt in die visitationis vestræ. Venite ad me per imitationem virtutum, & actuum meorum. Venite igitur ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Oĩes qui laboratis varijs ægritudinibus animæ, torpore, ignorantia, caligine, concupiscentia, infirmitate, praua consuetudine ex fomite peccati, vt per me adiuti non laboretis. Venite omnes, qui laboratis & onerati estis peccato idololatriæ reliquisque immanissimis sceleribus, quæ vos grauant ponderosius talento plumbi, deponentes omne hoc pondus & circunstans

Hebr. 12 vos peccatum. Venite etiam, qui sub onere estis legis, quod vobis imposuit Moses id, quod neque vos, neque patres vestri ferre potestis, & ego reficiam vos pane cõfortationis, & consolationis, & gratiæ meæ.

D

Est autem multiplex panis, quo nos Christus reficit. Panis supersubstantialis, qui sumitur in sacramento, de quo Christus dicit: Caro mea vere est cibus. Deniq;: Panis, quem ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita. Est iterum panis obedientiæ, ac bonæ actionis, de quo Christus idẽ dicit: Meus cibus est, vt faciam volũtatem patris mei. Est deinde panis lachrymarũ. Est quoq; panis vitæ & intellectus. Omnibus his reficit Christus. Exultemus igitur ad hanc vocationem suauem, omniq; gaudio plenam, vbi non vnus aut alter, sed omnes vocamur. Quo? A labore ad requiem, ab oneribus ad refectionem, ab ira ad gratiam, à morte ad vitam, à tenebris ad lucem, à captiuitate ad libertatem, à seruitute ad amicitiam Dei.

Panis q̃tuplex. Lucæ 6 Ioan. 6 Ibidem. Ioan 4 Psalm. 79 Eccle. 15

Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Threń. 3 Iugum obedientiam legis Euangelicæ significat. Vnde beatus homo, q portauerit iugum domini ab adolescentia sua. De hoc iugo domini, quod hic vocatur suaue, Augustinus luculentissimum facit ser-

Augustin. monem, quasi interrogando dicens: Miꝝ videtur quibusdã fratres charissimi, quum audiunt dominum dicẽtem: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, q̃a mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugũ eñ meũ suaue est, & onus meum leue, & considerant eos, qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & sarcinam illam mansuetissimis humeris acceperunt,

runt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt nõ à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocati videantur, cum & Apostolus dicat: Omes qui volunt in Christo pie viuere, persequutionem patientur. Ait ergo aliquis: Quomodo iugum leue est, & sarcina leuis, quando quidem & illud iugum & sarcinam ferre, nihil est aliud, quam pie viuere in Christo? Et quomodo dicitur: Venite ad me, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos, ac non potius dicitur: Venite qui vacatis, vt laboretis? Nam & vacãtes inuenit, quos conduxit in vineam, vt ferrent æstum diei. Et sub illo iugo leui, & sarcina leui audiamus Apostolum dicere: In omnibus commendãtes nosmetipsos, tanquam Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, & cætera. Et alio loco in eadem epistola: A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundum maris fui, & cætera, quæ numerari pericula quidem possunt, sed tolerari, nisi spiritu sancto iuuãte, non possunt. Omnia ergo illa, quæ commemorauit aspera & grauia, frequentius & abundantius sustinebat: sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluentia delitiarum Dei, in spe beatitudinis futuræ omnia præsentia deliniret aspera, & oĩa grauia releuaret. Ecce quam suaue iugum domini portabat, & quam leuem sarcinam, vt omnia illa, quæ superius enumerata, dura & immania omnis auditor horrescit, leuem tribulationem diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto precio temporalium emenda sit futura vita, non pati æternos labores impiorum, & sine vlla solicitudine perfrui æterna felicitate iustorum. Et post pauca. In omnibus rebus quoque terrenis, quarum licet studia, exercitiaque laboriosissima ac difficillima sint, laborem tamen hunc ostendit tolerabilem, & sæpenumero suauem, idque per amorem, quo res huiusmodi, aut desiderantur, aut exercentur.

2.Timo. 3 — Matth. 20 — 2.Cor. 6 — 2.Cor. 11 — Iugũ dñi quõ spũs sanctus le ne faciat. — Augustin.

E Vnde difficillimis quibusdam ac laboriosissimis enumeratis tandem concludens, ait: In omnibus his, qui hæc non amant, puta in militia, negociatione, venatione, studio literarum, & reliquis id genus, qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui vero amant, eadem quidem, sed non grauia pati videntur. Oĩa enim sæua & immania, prorsus facilia, & prope nulla facit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit, cupiditas fecit? Quam facile toleratur quælibet aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Non immerito Paulus vas electionis dixit: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud suaue est, & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis est tamen omnibus diligentibus. Vnde dicit Psalmista: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Nihil enim tam facile bonæ voluntati, quam ipsa sibi, & hæc sufficit Deo. Hæc Augustinus. Venite igitur, qui hactenus laborastis in vitijs, & pro desiderijs vestris explẽdis, sub graui iugo, vt peccati serui militastis. Abijcite graue hoc iugum peccati quo diabolus vos premit, & propria voluntas. Abijcite infatigabile, insatiabileq; peccandi desiderium, qđ vectigal ac pensionem quotidianam à vobis exigit, vt à labore multo liberemini. Quæ enim requies dulcior, quam à peccatis ferias agere? Quę suauior, purior, honestior, ac quietior, quam vitijs non seruire? Venite igitur, inquit Christus, omnes qui laboratis & mole prauæ estis consuetudinis onerati, vt vos reficiã, vt vos releuem. Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Hic ponit, vnde iugum suum nobis fiat suaue. Humilibus eñ dominus semper dat gratiam, & humiles habent vnde non murmurent, vnde non fatigentur in opere Dei, vnde nõ glorientur, vnde sibi non placeant. Quicquid enim fecerint, minus illis adhuc videtur, eo quod debent. Porro mitem esse corde, est esse non amarum, non virulentum, non impatientem, non iratum, non durum, non inuidum. Humilitatem itaque habere & mititatem, est habere ad Deum, proximumq; charitatem. Qui enim humilis est, præcepta Dei seruat, legi se Dei subijcit, diuinis obtẽperat mandatis, patiensq; est, vt quę à Dei prouidentia

Amor omnia facilia efficit. — Rom. — Psalm. — Matth. — Iacob. 1.Petri

dentia sibi mittuntur toleranda, non respuat, sed æquanimiter ferat. Qui etiã humilis est, proximum non despicit, non iniuriatur alicui, nemini exprobrat, nemini resistit, neminem oppugnat. Quapropter cum omnibus habet pacem, concordiam, & charitatem. Ad hæc quoq; maxime iuuat mititas, quæ facit verborũ iniurias tolerare, benigno alienam iram sermone, suaui, serenoq; vultu placare, ad contumelias tacere, non vlcisci iniurias, non pro malo malum reddere, dolós, fraudesque, aut non aduertere, aut pie dissimulare. Has duas virtutes largiatur nobis dominus Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Roma. 12

SERMO DE EADEM DOminica. Quibus domini iugum sit suaue: & humilitas quo modo obtineatur.

F

Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Iugũ enim meum suaue est, & onus meum leue, Matthæi vndecimo. Omes nos pijssimus saluator vocat ad iugum Euangelicæ legis, auocans à iugo diaboli, à iugo peccati, & à iugo propriæ voluntatis. Sub his enim iugis quamdiu astricti fuerimus, ducimur captiui cum contumelia & contemptu Dei, ad omnem transgressionem diuinorum præceptorum, & ad diaboli voluntatem. Quocirca vt dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum vitiorum, necesse est vt salutare suaueq; iugũ domini nobis imponamus, si domini volumus esse iumẽta. Ne autem territi causemur iugum nos domini ferre nõ posse, promittit suum iugũ graue non esse, sed suaue & leue, ad hæc nos velle reficere, quo facilius omnem feramus laborem. Hæc itaq; domino promittẽte globum Choreitarum magnum audio, hoc est, Christianorum impiorum, falsorũq; monachorum ego audio murmurãtium, obloquẽtiumq;, quod nimis sit graue domini iugũ, video quoq; quod ferme quotidie quęritur occasio, qua domini iugum non omnino tollatur, aut abijciatur, aut releuetur. Omnes clamãt: Hoc mihi onus graue est. Hoc ferre non possum: cum dñs interim iugum suum dicat suaue, & onus leue. Est reuera domini onus siue iugũ suaue, sed bonæ voluntatis hominibus, nam

Psalm. 2

Iugũ dñi quibus sit suaue, & quibus nõ

duris, immortificatisq; hominibus, q pro priam nolunt exuere voluntatem, necesse est vt durum, graue, molestumq; sit & sentiatur. Porro anima quę ad Deum se conuertit, quæ ad Deum amans aspirat, quæ Deum quærit, huic nihil est difficile, quicquid illi occurrerit, quo se sperat placere Deo, aut perduci ad Deum. Dulcis enim adeo, aut saltem desideratus illi est deus, vt eius amore, neq; grauia, aut molesta fastidire, neq; declinare aduersa possit, sed gaudeat potius quod inuenerit, vbi se commẽdabilem, obedientemq; exhibeat Deo. Desiderium nanq; hoc placendi Deo, amandi Deum, honorandi Deum, gratumq; qd eidem exhibendi, non sinit hominem quiescere, negligereve aliquid, nec permittit sentire iugi grauitatem seu molestiam. Quæcunq; itaq; anima à terrenis se abstrahit, studiosa quomodo cõiungatur Deo, quæ præterea conatur omnium medio carere, quod inter se & Deum potest inueniri, huic procul dubio suaue est iugũ Christi, sunt enim qui tolerant, fouẽtq; media inter Deum & animam suam, & diligunt sua impedimenta ipsa, his non mirum est, vt fiat iugum domini insuaue. Porro, qui ab omni proprietate, hoc est, à proprio amore, à propria affectione, sensu, iudicio, voluntate, zelo, opinione & inclinatione quacunq; propria, hoc est, qua seipsum respicere, aut quærere possit, fuerit excitus ac liber, illi suauissimum est iugum domini, quia voluntatem habet communem in Deo. Nihil enim torquet eum, cum nõ habeat in se proprium quid, pro quo zeletur timeat, doleat, aut gaudeat: sed omnia habet communia cum Deo, hoc est, vnum velle & nolle, & omnia illi placent, omnia ita vult, vt accidunt à Deo. Ad nihil aliud respicit, quam ad Dei beneplacitum, quia negligit, non recordatur, non quęrit, non amat seipsum. O quantam pacem habet, et quam suauiter portat iugum domini, qui proprietate omni caret, quicquid agit, quicquid patitur, nihil aut modicum sibi videtur, quia nunquã suo potest satisfacere desiderio honorandi, exaltandiq; Deum.

Volsitare omni propria exutus quãta securitate gaudeat.

G

Quæ sunt autem onera: hęc sunt multiplicia grauamina, infirmitates, incommoda, aduersitatesque quas super hominem venire sinit. Sed heu, quam paucis hæc sunt leuia. Conquerimur omnes, effugere, & euadere conamur omnes, cum ta-

On9 Christi leue q̃d

men homini adeo sit necessarium pati, vt vix spiritualis effici, vix ad interna venire queat, nisi pressuris & tribulationibus impulsus. Quapropter cum Christum oportuit pati, & sic in gloriam suam intrare, quid aliud nobis expectandum est? Et si patiendum est nobis, cur duplici afflictione conterimus nos? Quare non voluntarij sumus ad patiendum? quare non hilares patimur? quare addimus onus oneribus nostris? Non igitur consultius esse aut dici potest homini quicquam, quam vt suapte deuotione, resignationeq; spontanea subijciat se Deo humillime, & consentiat, offeratque se Deo in eius beneplacitum vniuersum. Qui huiusmodi est, onera portat leuia. Nihil enim illũ conturbat. Quandoquidem omnia iudicia ex manu Dei recipit. Iam videamus quod reliquum est. Inuitat enim nos dominus ad iugum suum Euangelicum tollendum, hoc est, accipiendum: quo significat liberum arbitrium. Neque enim cogit nos, sed si consilio volumus acquiescere salutari, tollendũ est eius iugum super nos, oneraq; portanda, quæ nobis ille ferenda imponit. Hortatur autem nos ad recipienda onera, promittens illa nobis fore leuia. Quod vt ita fiat, docet nos vt imitando eius discamus humilitatem, qua fiat vt nihil nobis graue, intolerabileve videatur. Vide autem quam grata sit illi, necessaria nobis humilitas. A summo enim cœlo egressio eius, sed non magna, subtiliave nobis attulit philosophica documenta. Non mundi docuit astutiam, sed mititatem & humilitatem. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde. Hanc eruditionem nobis legendam obtulit in libro vitæ, hoc est, in libro humanitatis suæ, in libro sanctissimæ, innocentissimæque conuersationis suæ. Breuis est hæc lectio, qua nihil breuius possit doceri, nil capi facilius, nil obseruari vtilius. Beatus qui humilitatem in hoc libro didicerit vitæ, qui in cor suum hanc inscripserit lectionem, vt sæpius, iterumque inspiciat, ac imitari gestiat exemplar sibi præmonstratum. Inter omnia agenda, in omni euentu Dei seruus ad exemplar, hoc est, ad librum vitæ, ad vitam & humanitatem Christi deberet recurrere: in singulis ambiguis, eius mores, gestus, actus & virtutes contemplari, seipsum interrogare inuestigando, cuiusmodi dominus verba, cuiusmodi gestus, in hoc, aut simili casu exhibuisset, & quomodo illum conformiter debeat imitari. Gratissima certe Deo & hominibus est humilitas, nec minus dulce mititas. Vt igitur mites, humilesque esse possimus, quæ sequuntur, obseruare studiose nos decet. Primum, qui ex animo cupiunt esse, inueniri que coram Deo humiles, non refugiant humiliari. Tantum enim necessaria est introducēdæ humilitati humiliatio, quantum curuitati virgæ necessaria est curuatio. Quocirca omnia, quæ sapientes huius mundi, & filij seculi huius arbitrantur ignominiosa, debet studiosus & amator humilitatis libēter amplecti. Certissimum nanque est signum veræ contritionis, atque pœnitentiæ veræ probatio euidens, qua agnosci de præteritis dolere peccatis potes, si in omnibus cupias haberi iuxta opinionem seculi minimus atque nouissimus, si ad æstimationem tui nullam, hoc est, si ad nihilipendentiam tui possis, & ad tui cōtemptum peruenire. Hoc autem studium debet esse vigil & continuum, quod constanter oporteat continuari. Est igitur pro regula tibi id generali tenendum: alioqui quisquis libenter esses humilis, de quibuscunque licitis seculi amatores erubescunt, aut ignominiosum ducunt, non erubescere. Intelligat autem qui se hic exercere cupit, magna indigere se Dei gratia, quam cooperatricem inueniet paratissimam, modo industria propria ad hoc vtens, voluntatem, conatumque habeat feruentem. Cauendum quoque, ne ex sui humiliatione, alia superbia interior sibi, aut complacentia, aut vanæ gloriæ nascatur appetitus. Qui tamen si contra voluntatem tuam se conetur ingerere, cōtemnendus, exibilandusque est, nec à bono propterea studio, exercitiove cessandum. Secundo, ad verę humilitatis apicem aspiranti necessarium est (propter cōfringendos superbiæ motus) in omni re, & vbicunque negligētia, error, delictumve admissum fuerit, id sibi adscribere, sibi culpam tribuere ac fateri, si offensio humana contigerit, primo veniam petere, suam esse hanc culpam confiteri. Et quanquam id non semper sit conscientiæ necessarium, vt iniuriam patiens sibi culpam adscribat, atque læsus à lędente veniam petat, est tamen exercitium obtinendæ perfectio-

Luc 24

Psalm. 18

Humilitas Christi quāto studio imitāda.

H Humilitas quomodo obtinenda. I.

II.

ctæ humilitati necessarium. Et hoc modo superbiam oportet propriam confringi, hoc modo humilitatem constabiliri oportet. Hoc denique modo ædificatur, meliorque efficitur proximus, & se humilianti à Deo accedit gratia maior propter conculcationem victoriamque superbiæ.

III. Tertio, non minus te culpabilẽ æstimare Deoque gratias agere conuenit pro culpa seu delicto non perpetrato, quã de peccato admisso & condonato. Ex eodem enim manat fonte bonitatis & paris est misericordiæ, à delicto pręseruare, & delictum remittere. Omnium igitur te peccatorum clama reum, quæcunque homines audieris fecisse. Nam si non diuina te gratia pręseruaret, iam cecidisses, hæc existimatio profundius cor tuum penetret ac humiliet. Inde enim mitigaberis contineberisque à iudicando proximũ. Quem nolle vnquam iudicare in corde, aut in verbis coram aliis, tanta tibi proponere debes constantia, tam firmo statuere pacto, quanto statuis non fornicari.

IIII. Quarto charitatem synceram ad omnes te oportet habere, non separatim hũc plus, hunc minus diligendo ex aliqua causa propria, puta quia tibi fauet, quia te excusat, quia tecum familiariter cõuersatur, sed pari, hoc est, diuino amore, eademq; charitate & bonos & malos diligere vnũ quemq; scilicet in eo gradu quo à domino Deo diligitur. Ibi igitur omnis priuatus est excludendus affectus, relegandusque amor oĩs naturalis, quo nostros amicos, fautores, pulchros homines, conterraneos, huiusmodique alios solemus in amore præferre.

V. Quinto, in omnibus (vbi spirituali id profectui non aduersatur) rebus temporalibus eligere locum viliorem, remq; ignobiliorem, alios queq; semper tibi ex animo præferre: gaudere quod ea, quæ alij reijciunt, possis obtinere, aliis optionem relinquere, atq; te meliores æstimare & digniores in Dei oculis esse. Et hic vigilandum, ne ex hoc æstimationem tibi aliquam procurare velis aut gloriari cupias. Syncerum enim esse debet quodcunq; studiũ humilitatis.

VI. Sexto ad pfectam ptinet humilitatem super nulla re cõqueri. Conqueri nanque semper aut superbiam, aut amorem priuatum habet annexũ. Matt. 6 Disce igitur tu omnia in silentio sustinere, & quãdiu abest tibi periculum aut animę aut corporis, disce pati, disce non murmurare, nõ conqueri, disce tacere. Threni 3 Habet enim sæpenumero magnam speciem aut gloriantis inaniter, aut immortificati & impatientis conqueri, aut saltem aliis narrare, quid sustinueris. Quid enim opus est vt hominibus id referas, si ab hominibus non expectas mercedem? Porro si ab hominibus mercedem aut fauoris, aut opinionis, aut gloriæ quæsieris, apud Deum nullam expectabis, sed dicetur tibi: Reddita est tibi in vita merces tua. Disce igitur vbique in silentio præstolare salutare Dei. Non igitur teipsum defendas, non teipsum excuses, non pro te pugnes: sed tu tace, & dominus pugnabit pro te.

I Charissimi hortor, moneo ac rogo vos omnes aduertere hanc lectionẽ Christi, & à Christo discere quã oporteat vos esse humiles. Absque humilitate nihil vobis cõducit, imo nocẽt vehementer quæcũque alia habetis bona à Deo. Cũ humilitate non nocebunt etiam bonæ voluntati mala præterita. Quare? quia eleuant vos in supbiam. Supbia aũt destruit omnia bona, cunctaq; dona à Deo accepta. Nonne vidistis hoc in superbo pharisæo? Quanta enim ille enumerat, quæ ad laudem pertinent (quamuis propter laudem non dicat, quia in secreto orans recensuit, nec etiam sibi eadem asscripsit, imo pro his tanquã à Deo acceptis, gratias egit) nec tamen omnia illa bona ei profuerunt propter superbiam quę eius bona destruebat? Sed vbi aut vnde erat superbus? Quia despexit alios. Non sum, inquit, sicut cæteri. Non sum sicut publicanus iste. Contempsit peccatores & eum, quem errans etiam iudicabat peccatorem, tamen illum Dei gratia p humilitatem ipsius iam iustificauerat. Cõtemnendo itaque non solum omnia bona sua contaminauit, & non accepta Deo fecit, sed etiã graui sese peccato astrinxit. Quid ergo profuerunt ei omnia bona illa, quando hoc defuit ei, vnde reliqua placere debuissent, scilicet humilitas? Porro publicanus, quem Pharisæus peccatorem iudicauerat, non agnoscebat in se bona, vnde gloriaretur, agnouit autem mala multa quorum pœniteret, & pro quibus se humiliando veniam præcaretur. Quod vbi verba quinque tantum loquẽs faceret dicẽdo: Deus, ppitius esto mihi peccatori, exiuit iustificatus de tẽplo. Videtis quid

Lucæ 18

quid fecit superbia? Videtis quid fecit humilitas? Discite igitur, inquit Christus, à me quia mitis sum & humilis corde. Hæc nanque est disciplina Christiana, vt simus humiles, neminem iudicantes aut contemnẽtes, sed nos potius oĩ, creaturæ subijciẽtes propter Deũ. Simus mites, neminẽ exasperãtes aut lædentes, sed iniuriosos atq; inimicos etiam quoscunque, non solum toleremus, verum etiam diligamus illis benefacientes. Non est alia via regnum cœlorum. Qui saluari cupit, hanc ambulet viam. Quisquis aliam ambulat, regẽ filiorũ omnium superbiæ imitatur, & ad infernũ ambulat. Quisquis aliam docet, ad gehennam ignis te mittit. Dominus noster Iesus Christus, quod iubet, doceat, & quod nos docet, nobis infundat, vt hic ipsum imitemur in terris, & postea cum eo regnemus in cœlis, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA, EPIstola beati Pauli Apostoli, prima Corinthiorũ vndecimo. XI

NEscitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt, in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A 1.Cor.9 SAtis ante hunc locum epistolæ Paulus explicat, quanta diligentia, quanto vteretur quoque studio ad promouendum Euangelium, cuius receptione multi saluarentur, quorumque ipse salutis promotor & particeps esset. Tantam autem operã impendit Euangelicæ promotioni, vt nihil negligeret, omnem moueret lapidem, omnia pateretur, omnia prospiceret quo caneret, ne scandalum pareret, aut offendiculum Euangelio. Qui enim, inquit, pro victoria & p̃mio currunt, ab omnibus abstinent quæ se impediunt, & quamuis oẽs currãt, omniũ vnũ idemq; sit studiũ, vnus conatus, alios præcurrere: vnus tamen solus obtinet brauium. Hoc modo vult inducere, vt oĩbus p̃cipua & vna sit cura, & q̃bus possint viribus currãt, omneque robur suum extendant ad obtinendum brauium æternæ felicitatis. Quapropter dicit: Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, & vnusquisq; primus ad terminum spacij venire cõtendit, quo celerioris cursus sui obtineat præmium, non tñ omnes, sed vnus tantum accipit brauium, vtpote qui primus ad metã terminumq; cursus ptigerit? Hac Paulus vult nos similitudine docere, q̃d omnes debemus nos in anteriora extendere, nec aliter niti, quam ipsi velimus brauium obtinere. Conatus nanque tuus benefaciendi eo se debet extendere, ac si tu ipse esse velis primus, qui cæteris velocior currat primusque veniat. Et quamuis conatus corporalis & virium in cursu viarum Dei proficiendi esse possit nimius, adeo vt non solum non promoueat, sed impediat etiam celeritatem veniendi ad perfectionem virtutum, charitas tamen & deuotio in infinitum se potest extendere, vt nunquam tantum ames Deum, quin possis plus diligere. Nunquam tam magna est charitas, quin esse possit maior. Quapp̃ter nullam

nullam vnquam tibi constituas mensurā charitatis, quam attigisse in hac vita tibi putes sufficere, nec terminum proficiendi, vltra quem extendere te nolis, tibi præscribas: sed ad anteriora te extende, quod tamen intelligendum est de affectu charitatis, non de exercitio: de bona voluntate, nō de voluntatis executione. Necesse enī est in exercitijs ac operibus charitatis esse mensuram, ne indiscretio nimietasque & spiritum extinguat, & corporis eneruet vires. Sic igitur curre, sic in charitate cresce, adeo dilates & extendas affectum tuum ad placendum domino Deo tuo, & ad eius amorem, vt omnium optes esse perfectissimus, deuotissimus, fidelissimus, acceptissimusque Deo, & in eius seruitio cum primis strenuus. Id tamē haudquaquam fiat respectu tuiipsius, quo exaltatiōem aut pęminentiam tui quæras, sed intuitu Dei, quo illi adeo placere, adeo esse fidelis cupias, vt quicquid feceris, quantumuis dilexeris, minus te fecisse, imo nihil te fecisse æstimes. Itaque hic conatus omniū sit Christianorum in stadio huius vitæ ad cœlestis regni brauium currentium, vt nemo inferior, sed alius alio in charitate cupiat inueniri perfectior: quandoquidem omnis hic abest vanitas, omnis inhonesta abest cupiditas, sola ad desiderij extensionē erga Deum immensa flagrat charitas. Proinde omnes currant & laboris sui mercedem à Deo iuxta sua merita recipiāt, licet vnus tantum præeminentiam & cursus victoriam ante reliquos obtineat. Itaq; sic currite, vt comprehendatis. Militiæ species amor est, discedite segnes. Quandoquidem nemo ponens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. Sic, inquam, currite, & cum tanto feruore, cum tanta diligentia ac patientia in cursu perseuerate, vt æternæ felicitatis brauium obtineatis. Currite faciendo quæ ad cursum iuuant, abijciendo quæ impediūt. Et quia vnus accipit brauium, quæris fortasse quis sit iste vnus? Vnitas Ecclesiæ. Vnitas eorum qui sunt corpus Christi. In hac vnitate quisquis est constitutus, & currit animo feruente, obtinebit brauium æternæ felicitatis, tametsi beatis (vt idem Apostolus dicit de planetis, & stellis, alia sit claritas lunæ, alia solis, & stella differat à stella in claritate) differētia sit in gloria. Sumit autem & aliam similitudinem, qua nobis persuadeat feruorē & diligentiam, à pugile. Omnis enim, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, quę possent remorari in pugna luctantem. Hoc modo, quia militia est vita hominis super terram, incumbit nobis contra carnem & mundum pugnare quotidie, estque nobis colluctatio aduersus principatus & potestates, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, ideo omnia impedimenta sunt nobis proscindenda, quæ nihil ad pugnam faciunt, sed potius pugnantibus nocent. Huiusmodi vidit impedimentū in iuuene Christus, cui, vt venderet omnia, si vellet esse perfectus, consuluit. At ille tristis abscessit. De quo Christus discipulis: Quam, inquit, difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum? Sunt igitur pecuniæ impedimentum, quia raro sine amore possidentur. Quapropter ei, qui pugnare contendit aduersus diabolum, temporalium bonorum cura amorque resecanda sunt, vt ad pugnam reddatur expeditior. Quod in alijs quoque rebus seruandum est, vnde sibi occasionem inuenit homo, qua retrahitur impediturve à Deo, quia vt dicit: Qui in agone habet luctari, ab omnibus se abstinet. Non ab vno tantum quæ noxia sunt abstinendū est. Agonistæ autem huiusmodi id insumunt laboris, vt corruptibilem accipiant coronam: nobis vero ideo abstinendum est ab his, quæ noxia sunt, quæve animam impediunt, vt coronam percipiamus incorruptā, immarcessibilem, & æternam. Ego igitur, qui vt prædixi, omnia facio propter Euangelium, tam feruenter, tam fideliter & expedite curro ab omnibus, quæ retinere possunt, absolutus & liber, non is, qui in incertum currit. Currit autem in incertum, qui sic viuit, vt aliqua agat vnde speret, aliqua itē agit, vnde desperet. Sic quoque pugno contra diabolum, & omnes tā animæ, quam dei hostes, non quasi aerem verberans, inaniter & absque fructu, aut sicut qui dirigit sagittas in aerem. Sed, vt hostem possim ferire, carnem scilicet & diabolum, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vides qd exēpli causa posuerit Paulus, q̊ ꝓbare, quā nō inutiliter currat aut pugnet voluit? Nempe contradicentibus omnibus Lu-

Ibidem. Lucæ 9. 1. Cor. 15. Iob 7. Ephe. 6. Matt. 19. Mar. 10. Lucæ 18.

B

Lutheranis & deteſtantibus, id in teſtimonium aſſumpſit, quod caſtigaret corpus ſuum, quam caſtigationem ex humilitate quoque ſibi quaſi neceſſariam confitetur, ſubiungens: Ne forte cum aliꝭs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Væ tibi miſer Paule, quomodo excidiſti à Deo, vt in abſtinentiꝭs & carnis macerationibus remedium quæras contra petulantiam carnis, in hisq; confidas? Neſcis quia Lutherani hæc omnia abꝭciunt, & ocioſa ſe fide ſaluari ſperant? An ignoras, quod propterea monaſteria ſua deſeruerunt, quia graue ibi eis erat carnem mortificare, luxuriamq; vincere, vt hoc profiterentur Euangeliũ, hanc ſectam (ad quam non ſegnius, quã Paulus ad brauium cucurrerũt) in qua impune inculpateque ſibi liceret edere & cũ mulieribus fornicari Moabitibus? Sed abſit, vt in ieiunꝭs & carnis caſtigationibus fideret Paulus: ſciuit tamen ea eſſe neceſſaria vtiliſſimaque ſpiritui. Quæ Lutheranis non aliam ob cauſam, inuiſa ſunt & inutilia videntur, quia ſecundum carnem viuere (licet id erubeſcant fateri) eorum profeſſio eſt & inſtitutum, non opera carnis ſpiritu mortificare. Vult autem Paulus nos docere hoc ſuo exemplo, ne in hoc ſolo cõfidamus, quod baptizati ſumus, & à peccatis omnibus ſuperioribus ſemel mundati, eſcam quoque corporis & ſanguinis domini percepimus: quaſi Deus propterea, quę interim interauimus peccata, diſſimulet, aut impunita relinquat. Sed currere & pugnare, inqt, debet omnis Chriſtianus, quamdiu in huius vitæ ſtadio eſt conſtitutus, ſicut ego, ne poſt omnia bona, quæ à Deo miſericorditer accepit, adhuc reprobus efficiatur. Siquidem vt de Hebræis, inquit, aliquid inferam, qui noſtri figuram tenuerunt: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fueruut eos protegente ab æſtu ſolis in die, & ab Aegyptꝭs abſcondente, & omnes mare tranſierunt, hoc eſt, per alueũ maris, per omnipotentiam Dei deſiccatũ, in quo eorum perſecutores relabentibus vndis perierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt figuraliter in nube & mari, quia ſignum baptiſmatis acceperunt, & omnes eandẽ eſcam ſpiritualẽ manducauerũt, puta mãna. Quod cibus vocatur ſpiritualis, tametſi corporaliter reficiebat & corporeũ eſſet alimentũ, vel ꝑpterea, q̃d virtute diuina & miniſterio generabatur angelorum in aere. Et omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt emanãtem de petra, quã Moſes virga percuſſerat. Dicitur aũt potus ſpiritualis, quia naturali modo de petra non fluxit, ſed ſpirituali gratia & miraculo. Vel, qa nobis potũ Chriſti ſanguinis præfigurabat. Bibebant autem de ſpirituali petra eos conſequente, id eſt, deſiderꝭs eorum ſeruiente. Aut conſequente eos petra, id eſt, Chriſto per totum eremum, vt vbicunque deficerent humana ſubſidia cõſtitutis in via, ibi Chriſtus in petra ſignificatus eis neceſſaria miniſtrabat. Ideo ſeq̃tur: Petra autem erat Chriſtus, non re, ſed figura & præſignatione.

In huius temporis hæreticos ſeditioſos. — *Gala.5* — *Exo.13.14* — *Exod.16* — *Num.11 Deut.8* — *Exo.17 Num.20*

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ Septuageſimæ, Matthæi. XX.

IN hac dominica filiꝭ hodierna Septuageſimam inchoamus, in qua lætitiæ cantica ex officio ſubducimus diuino, ſic ſtatuẽte Eccleſia, vt hodie deuiationem noſtram recolamus, qua humanum genus multipliciter deuiauit à creatore ſuo, lapſuque mirabili à paradiſi amœnitate excluſum, ſuo merito cecidit in multiplicem miſeriam. Cecidit enim, vt dixi, ab incolatu paradiſi, in exilium hoc, quo viuimus, laborioſum. Cecidit de vita in mortem, de requie ad inquietudinem, de pace ad perturbationes, de incolumitate & tranquillitate ad afflictionem. Hæc autem omnia primi nobis parentes ac ſucceſſoribus noſtris in paradiſo ſua comparauerunt præuaricatione. Recolimus igitur humani generis lapſum ſtatuſq; noſtri miſeriam in luctu & triſtitia. Idcirco hodie quoque legitur Euangelium, quod noſtri nobis exilꝭ indicat laborem & conatum, ꝑ quem à labore iterum ad requiem, ab afflictione que ad pacem redire contendimus. Eſt enim laborioſa hæc noſtra vita, & exilium nobis calamitoſum in pœnitẽtiam datũ, vt peregrinantes per varias difficultates ad patriam, quam amiſimus, reuertamus. Huius autem laboris nobis in hoc Euangelio dominus Ieſus narrat ſimilitudinẽ, dicens:

Septuageſima.

Simi-

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.

Iob 5 Homo natus ad laborem dicitur, quomodo auis ad volandum. Et hoc maxime Gen. 3 in hoc exilio, in quo nobis à Deo dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Admonet itaq; nos per similitudinē Christus, non ocio indulgendum, sed labori, quo æternā, iuxta suam conuentionē, hoc est, iuxta suam misericordissimam promissionem, ab eodem recipiamus mercedem. Dicitur igitur: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, ac si diceret: Negocium & status Ecclesiæ militantis comparari potest homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suā. Homo iste paterfamilias, Deus est omnipotens, qui triplicem habet familiam, cœlestium, terrestrium & infernorū. *Familia Dei triplex quæ.* Prima est familia filiorum cum patre regnantium. Secunda familia est militum p honore patris & sua salute pugnantium. Tertia familia est incarceratorum, & operum suorum malorum pœnas soluentiū. Ad secundam familiam pertinet, quicqd hic de his, qui conducuntur in vineam, dicitur. Est enim vinea præsens Ecclesia, *Vinea qd mystice significet.* quæ regno assimulatur cœlorum, quia in ea, & non alibi negocium agitur, quo perueniatur ad regnum cœlorum. Deus autem pater idcirco homo dicitur propter pietatem, pater autem familias propter gubernationem. Exit autem non mutando locum, sed diffundendo pietatem. Exit, sed nihilominns vbique manet, vbique operans, omnia gubernans, omnia seruans. Exire tamen dicitur, vbi nouos producit effectus. Verbi gratia: In mundū venisse dicitur, quia in mundo assumpsit carnem. In hominem quoque venire dicitur, Ioan. 1 quādo noui aliquid in homine operatur, charitatisque diffundit feruorem. Dies hic significat ætatem mundi, seu ætatem hominis. Diuersæ itaque ætates, diuersæ sunt horæ diei. Mane igitur, ætatem significat primam mundi, puta tēpus illud ab Adā vsq; ad Noe. Exijt ergo paterfamilias mane, hoc est, in principio mūdi cōducere operarios, id est, iustos quoslibet, qui intermedio hoc tēpore, scilicet inter Adā & Noe, exierūt, quos misit in vineam suā, id est, in Ecclesiā suā, vt alios quoq; ædificarent verbo & opere, & vnusquisq; hæc dona, quæ accepit à Deo, proximis suis libenter impartiatur, ad cooperandam omnium salutem. Ad hoc enim accepit quilibet à Deo talenta seu dona, non vt in terram fodiat, nec vt sibi soli his vtatur aut abscondat, sed in vtilitatem proferat multorum. *Matt. 25* Vnde dicit Paulus: Ego plantaui, Apollo rigauit. *1. Cor. 3* Hoc igitur est in vinea domini operari, donis à Deo acceptis in gloriam patrisfamilias, & in fertilitatem vineæ vti. Vinea enim ex operarijs ipsis constituitur. Hi enim qui in vinea domini operantur, sunt ipsa vinea, aut vites in vinea. Quemadmodum enim Ecclesiæ mēbra Ecclesiam constituunt, sic operarij, qui etiam vites dicuntur seu palmites, constituunt vineam. Christus tamen se nominat vitem. *Ioan. 15* Ego sum vitis, inquiens, & pater meus agricola est. Nos vero vocat palmites, qui sub triplici sunt discrimine. *Palmitū differētia triplex.* Sūt nanque palmites in vite, id est, in Christo I. per fidem manentes, sed non virent, nec fructum adferunt per operationē. De his dicit: Omnem palmitem, in me scilicet manentem, non ferentem fructum, tollet eū. *Ibidem.* Hi sunt peccatores, sed fideles. Sunt alij II. palmites excisi ar:dique ad solum ignem idonei. Hi sunt hæretici & schismatici, qui nec Christo inhærent per fidem, nec per operationem. Vtrique palmites supradicti ad ignem, si ita inueniantur in fine, proijcientur. *Ibidem.* De his dicit Christus: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Et colligent eum, & in ignem mittent. Tertij sunt palmites, qui in III. vite, id est, in Christo manent per fidem & operationē. De his Christus: Qui manet, inquit, in me & ego in eo, hic fert fructum multum. *Ibidem.*

D *Dies quid hic designet.* *Mane qd significet.*

Conuentiōe autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

Conuentio patrisfamilias cum operarijs est promissio mercedis, promissio æternæ retributionis, æternæ vitæ. Denarius præmium est seu felicitas æterna, debita ex promisso diuino, iuxta dignam operationem, obseruantiamque decalogi præceptorum Dei. *Denarius diurnus quis sit.* Denarius enim olim vt quidam dicunt, decem nummis computabatur. Dicitur autem diurnus, quia pro eo continue laboratur, & quotidie re-

gnum

gnum cœleste ingrediētibus datur. In prima hac mundi ætate misit Adam, Abel, Enoch, Seth, & quotquot fuerunt sancti
E vsq; ad Noe. Sciendum in hoc labore spirituali nunquam deesse consolationem laboris, spemque præmij. In labore vero seu operatione corporali sæpenumero & opus & opera perditur, spes quoque & præmij & fructus luditur. Nam hominum impostura nonnunquam operantē fallit, nonnunquam quoque gratis laborem impendit, quia nullus respondet fructus propter sterilitatem, aut propter aeris inclementiam, aliamve, siue terræ, siue temporis conditionem malam. Nam in vinea tēporali, aut in agro sępe operatio, q̄uis ardua, nil proficit, neq; fructum, neque gratiam, aut consolationem operanti referens. At in opere spirituali nunquā conscientiæ deest hæc consolatio, quod iusta operatus sis. Est enim honestū, iucūdum delectabileque cuicunque homini, quoties recolit se bene egisse, aut bene operatum esse. Est etiam bene operanti alia cō solatio maxima, credere se Deum habere propitium & amicum. Quamuis enim ex operibus suis nemo sibi fiduciam promittat, nec consolationem accipiat (id enim humilitas prohibet, qua fit, vt si etiam iustus vir, qui bene egerit, id omnino ignoret, aut non iudicet bonum) non operās tamen bonum, certam habet conscientiam, quod Dei præcepta non seruat. Non seruantibus autem Dei mandata non potest esse spei bonæ consolatio, sed futuri supplicij metus.

Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis:

Hora tertia qd designet mystice.

Tertia hora est decursus mundi à Noe vsq; ad Abraham, constituens secundum ætatem mundi. Et inuenit stātes ociosos. Quisquis enim fidem non habet, ociosus est. Cum autem fides non recipiatur per infusionem & reuelationem, omnis homo in se, & iuxta naturam suam consideratus, infidelis & extra vineam constitutus est, idcirco iure dictus ociosus. Inueniuntur autem in foro, id est, in seculo isto negociationibus, emptionibus & venditionibus, lucris quoque & damnis exposito. Ibi enim plerique pro commodis delectationibusque corporeis spiritualia bona, puta Dei gratiam, Dei dona, virtutes, consolationes spirituales & præmia æterna sibi comparant. Non vt emptionis modo iuste ac digne pendant precium pro bonis spiritualibus, sed quod Deus adeo sit misericors, adeo liberalis, vt non possit nō reddere centuplum, quemadmodum promisit his, qui vel simplum illi offerūt, hoc interim sibi pro illius amore, quod delectat, subtrahentes. Alij rursus tam naturæ quam gratiæ bona venditant pro temporalibus lucris, aut pro carnis delectationibus. Emunt igitur quidam regnum cœlorum, nonnulli infernum comparant.

Quomodo, inquis, emitur regnum cœlorum? Audiendo Christi vocem: Vade & vende omnia, quę possides, & da pauperibus, & sequere me: & habebis thesaurum in cœlo. Itemque: Omnis, qui reliquerit agrum, aut vxorem, aut parentes, aut filios, centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit. Item: Beati pauperes spiritu, q̄niam ipsorum est regnum cœlorum. Emitur igitur regnum cœlorum paupertate, seu omnium rerum abdicatione. Emitur etiam castitate. Vnde per Esaiam dominus dicit: Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Hi sunt eunuchi, qui (vt Christus dicit) seipsos castrant propter regnum cœlorum, qui neque nubent neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlis. Verum quomodo, inquis, emitur infernus, aut quis vult emere gehennā ignis? Omnis auarus & immundus, & alij criminosi omnes, de quibus Apostolus pnunciat, quod regnum Dei non consequētur, comparant sibi infernum: præferunt enim voluptates suas Deo eiusque regno, spoliantes se eius gratia eiusque beatitudine pro noxijs, immundis, breuissimisque delectationibus. Et quid mirum est, si operibus malis emitur infernus ac dæmonū societas, quando seruus etiam piger & inutilis eijcitur in tenebras exteriores, quando negligens, qui non facit fructum bonum ac sterilis, in ignem mittitur? Redeamus ad textum, & audiamus quid paterfamilias his, quos hora conduxit tertia, locu-

tus sit. Ait namque illis:

Ite & vos in vineam meã, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt.

Iuxta modum ac mensuram charitatis vestræ reddetur vobis merces æterna, quę non minor erit meritis vestris, sed tam incomparabiliter, quam misericorditer ea excedet. De hac mercede scriptum est: Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua, id est, iuxta exigentiam meritorum suorum. Illi autem abierunt, hoc est, à vitijs ad virtutes, ab operatione mala, & à bonorum sterilitate operum ad bonorum operum fœcunditatem. Apoc. 22

Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter.

Circa horam sextam & nonam inuenit, quos simili modo conduceret mitteretque in vineam suam. Sexta hora tertia est ætas mundi, extendens se ab Abraham vsque ad Mosen. In hac ætate missus in vineam est operari Abrahã, Isaac, Iacob, duodecimq; patriarchæ cũ reliquis iustis. Porro à Mose vsq; ad Christum, quicquid temporis interfluit, nonam cõstituit horam, quartamq; mundi ætatẽ. In hac ætate Moses, Iosue, Aaron, Dauid, Ezechias, Iosias, cæteriq; reges & iudices boni cum Samuele & Prophetis reliquis, cum principibus & sacerdotibus intrarunt vineam dñi, & quod bonum est operando, vineam domini excoluerunt. In hac ętate Iob quoque, & nonnulli alij ex Gentibus ad domini vineam sunt vocati. Hora sexta quæ ætas sit. Hora nona quę sit.

Circa vndecimam vero horam exijt, & inuenit alios stantes ociosos, & dixit illis: Quid statis hic tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

G

Hora vndecima tempus est Euangelicæ legis ac gratiæ. Tunc enim quinta ætas mundi incipit, in qua paterfamilias suum filium misit in vineam suam cum apostolis, sanctisq; omnibus, tum prædicatoribus, tum alijs quibuslibet credentibus, & ea, quæ recta sunt, operantibus, qui nõ minus opere docent & exemplo, quã verbo. Quotquot enim fuerunt à tempore Christi, eruntve vsque ad finem mundi, vbi ætas hæc terminabitur in hanc ætatem suscipiuntur numerandi. Exijt itaq; circa vndecimam, & inuenit alios stantes in foro ociosos. Qui sunt isti alij, nisi gentes à Iudæis (qui ante referuntur vocati) moribus diuisi, atq; sine Deo viuentes in hoc mundo ociosi? Et dixit eis: Quid statis hic tota die ociosi? Qui transacto longo mundi tempore pro salute sua laborare negligebant, quasi ociosi adhuc in foro stabãt, ideo responderunt, quia nemo nos conduxit. Nemo prophetarum, nemo ad gentes patriarcharum missus fuerat, nemo eis viam salutis prædicauerat, idcirco dicunt: Nemo nos conduxit, nemo nos, quid agere debeamus, instituit. Idololatria nanq; vbique, dum Christus in mundum veniret, regnabat. Dicit autẽ & illis: Ite & vos in vineam meam, id est, in ouile meum. De his enim ouibus per apostolos suos conuertendis Christus loquebatur: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audiẽt. Et fiet vnum ouile & vnus pastor. De Gentibus hoc dictum intelligimus, per apostolos & doctores sanctos vsq; in finẽ mundi conuertendis. Hora vndecima q ætas sit. Grego. Ioan. 10

Cum autem sero factum esset, dicit dñs vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsq; ad primos.

Quum sero factum esset, cum finis adesset mũdi, dixit dominus vineæ, hoc est, Deus pater, suo procuratori, hoc est, Christo filio suo, cui data est omnis potestas à patre in cœlo & in terra. Voca operarios, & redde illis mercedem. Voca eos ad iudicium, qui in Ecclesia laborauerunt fideliter. Ipse enim dominus tunc in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Et vt alibi dicitur: Veniet tunc hora, in qua omnes, qui in monumẽtis sunt, audient vocem eius. Vocare itaq; operarios, est labori Diei & mundo finem imponere, & reddere operarijs mercedem, id est, vitam æternam. Hæc est autem, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Nihil itaque aliud est dicere: Voca operarios, quam mortuos resurgere iube, & tanquam iudex viuorum & mortuorum, redde illis mercedem, incipiens à nouissimis, ab his scilicet, qui circa vndecimam venerunt, hoc est, ab his, qui tempore gratiæ Matt 28 1. Thes. 4 Ioan. 5 Vocare operarios quid sit. Ioan. 17

vocati sunt. Hi enim quasi citius remunerati sunt, quam priores alij, qui ante Christi natiuitatem operati sunt in vinea, quia multo breuiori tempore à regno cœlorũ, & à perceptiõe cœlestis beatitudinis sunt dilati. Antiqui enim patres longo tempore post mortem suam (cum necdum illis reseratus fuerat Christi passione aditus regni cœlorum) expectarunt in lymbo suæ captiuitatis liberationẽ. Porro in nouo testamẽto Gẽtes mox vbi à corpore fuerint absoluti, remunerationem, quo ad animam, beatitudinis æternæ accipiunt. Vicinior quoq; illis cõsummanda beatitudo, quo ad gloriam corporis fuit, quia quanto ab eorum morte ad resurrectionem vniuersalem propius illa distabat, tanto citius dici possunt alijs, qui diu ante sunt mortui, laboris præmium recipisse.

H Cum venissent ergo, qui circa horã vndecimam venerant, acceperunt singulos denarios.

Gentiles, & qui tarde conuersi sunt ad Christum, receperunt singulos denarios, hoc est, mercedem, quam promiserat paterfamilias his, qui circa horam fuerant primam conducti. Receperunt singulos denarios, non quod multi sint denarij, siue dij, siue beatitudines, sed vnus tantũ est deus, vna beatitudo, vnus denarius: & hoc quatenus loquimur de eo, qui beatificat, confert aut causat beatitudinem. Nam si loquamur de his, qui participant beatitudinem, seu qui recipiunt Deum siue denarium, tunc sunt multę fruitiones aut visiones, vbi singuli beati habent suam. Secundum Augustinum enim visio Dei est tota merces regni cœlestis. Augustin.

Veniẽtes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

Venientes primi, hi scilicet, qui ad vineam ante illos, qui circa vndecimam venerant, missi diutius fuerunt operati, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi propter opus plus diuturnum, acceperunt autem & hi singulos denarios. Non intelligendum est omnes in gloria beatitudinis esse pares, sed iuxta discretionem meritorum, alios alijs esse superiores aut clariores, ita tamen beatos singulos, vt nulli qd desit, ita plenos, vt capere plus non possint. Est enim dolium vino plenum, est etiam bathus, aut quarta aut vasculum paruulum plenum, vtrobique est plenitudo, magna tamen est differentia plenitudinis huius, iuxta vasorum magnitudinis seu capacitatis differentiam. Pari modo iuxta merita vniuscuiusq;, quantum capere potest, omnibus erit beatitudinis plenitudo. Erit tamen magnum discrimen seu differentia claritatis: quandoquidem stella differt à stella in claritate, & quomodo hic dispares sunt electi in merito ac gratia, ita erunt quoque non æquales omnes in gloria, licet omnes perfecti sint beati. 1. Cor. Sciendũ quoque, Deum in remuneratione, seu mercedis collatione non attendere solum ad laboris arduitatem, operis difficultatem, operumque multitudinem, sed ad charitatis magnitudinem atq; feruorẽ, iuxta quẽ meritum essentiale mensuratur, & ad cordis mundiciam, quę iuxta gradus suos perfectius & clarius, aut imperfectius Deum videbit. Charitati enim essentiale præmiũ respondebit. Porro laboris magnitudini & similibus circunstantijs redditur pręmium accidentale, iuxta quod maior aut minor fuerit operis difficultas.

Et accipiẽtes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus?

Regnum cœlorum murmuratorum nemo intrat. Quomodo ergo aliqui referuntur mercedem beatitudinis accipientes murmurasse? Dicendum, eos murmurasse, id est, admiratos fuisse seu expauisse incomprehensibilem diuinæ benignitatis multitudinem, quæ in omnes, pręcipue autem in eos, qui circa vndecimam sunt horam vocati, erat tanta, vt non mirũ esset primos murmurare contra patremfamilias, si murmurare possent. Aut esto, quod aliqui possent murmurare, hæc & similia dicerent: Hi vna hora fecerunt, & pares eos nobis fecisti (scilicet in præmio) qui portauimus pondus diei & æstus, id est, qui maiores laboris, temporis, sudorisq; portauimus difficultates. Hic colligitur vndecimam horam vltimam fuisse diei, vsque ad duodecimam, quę diei erat finis, indeque conficitur sextam fuisse meridiem, Christo testante: Nonne duodecim ho-

decim horæ sunt diei? Sequitur itaq; sexta hora fuisse meridiem, qua Christus dominus noster fuit crucifixus, nonã vero tertiam horam fuisse post meridiem, qua in cruce mortuus est Iesus.

At ille respondẽs vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cõuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autẽ & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An non licet mihi, quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erũt nouissimi primi & primi nouissimi.

Qui inter murmuratores recensebat, cuidam dominus respondit: Amice, non facio tibi iniuriam. Si tibi, quod promisi, dedero, nullam facio tibi iniuriam, tametsi alteri plus dedero, quam tu fortasse aut ille meruerit. Nonne mihi licet dare, & supererogare etiam vltra meritũ, quæ volo? Num subiectus alicui addictusve sum, vt quod mihi libet, non liceat facere? Si considerationes argumentationesq; tuæ erroneæ sint aut iniquæ, ego tamen nihilo minus bonus sum, & iudicia mea vera & iusta sunt. Sciendum Euãgeliũ hoc parabolicum esse, & similitudinem narrare. In similitudine autem & parabola, non oportet partes comparandas omnino siue ad omnia, sed in his tantum iuxta quæ data est similitudo, quadrare. Hic enim tanta, vt dixi, misericordia ostenditur Dei, vt æquitatem humanam quoque videatur excedere, atque (si fieri in illa vita id posset) murmurandi occasionem inuidiæq; præstare materiam. Sic erũt nouissimi, scilicet in labore & conductione primi, & primi nouissimi.

In parabolis Christi quid potissimum spectandũ sit.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Multi ad fidem sunt vocati & baptismi gratiam assecuti, pauci vero electi, id est, p̃destinati ad vitam, & gloriã adepturi. Neminem puto, nisi stipites & lapides nõ terret hoc verbum, neq; parum, neq; leuiter, & facit de suis meritis quẽuis, si qua sunt (humilis enim sui cognitor non inuenit in se, quæ æstimet enumeretve merita) prorsus diffidere. Certi enĩ sumus omnes nos esse vocatos, verum an electi simus, nescimus. Nõ potest autem veritas fallere, quæ ex multis vocatis dicit electos nisi paucos saluari. Cogitet igitur vnusquisq; nostrũ & timeat fortasse se non esse electum. Inquirat si in statu suo, si in officio, si in operibus suis, occupationibus atque negocijs inueniat quo non potest intrari in regnũ cœlorum. Si inuenerit, doleat, pœniteat, corrigat & confidat, quia Deus pœnitentes non abijcit. Curate igitur filij ne vita vestra contrarium vobis præbeat & testimonium & argumentum, puta vt non sitis de illis paucis, qui sunt electi Dei, clamãte hoc aduersum vos etiam vita vestra. Misericordiam autem nobis omnibus largiatur dominus noster Iesus Christus, q est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quam multiplex Dei vocatio, quam vtilis labor, quanq; ocium sit perniciosum.

K

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, q exijt primo mane conducere operarios in vineam suã. Matthæi vigesimo. Per hanc vineam vniuersa Ecclesia significat incipiẽs ab Abel vsq; ad vltimũ electũ circa finẽ mũdi. Hi oẽs sunt palmites vitis huius fertilissimæ, scilicet Christi, qui dicit: Ego sum vitis vera, vos palmites. Itaq; nos sumus palmites e qbus cõstituit vinea, germina scilicet vitis fructuosissimę Christi. Cum itaq; vitis huius simus palmites, nihilominus operarij in vineã cõducimur, q̃ nobis & p̃ximis nostris salutem operemur, resecantes ex nobis qcqd noxiũ est, & plantãtes cõfirmãtesq; qcquid salutiferum est. Atq; ideo & vinea sumus, & in vinea operamur. Non tamen ęque ad hanc vineam, hoc est, ad obseruantiam Euangelicam seu ad pœnitẽtiam, ad modum recte colendi Deum, & ad dei seruitutem vocamur. Quidam enim mox ab vtero matris vocantur ad Dei cognitionem studiumq; bonæ vitæ. Hi primo mane à patrefamilias in vineam suam sunt cõducti, in prima scilicet ætate eorum. Hæc autem incipit, quãdo puer doli est capax, quod tempus non æque in omnibus incipit. Alij enim alijs prudentiores callidioresque sunt, citiusque capiunt. Est itaque ætas illa quæ circa decimum tertium annum terminatur. In hac ætati multi sanctorum vocati sunt, puta Ioannes Baptista, sanctus Nicolaus, sanctus Vitus, alijque multi, qui martyrium quoque pro

Vinea qd signet.

Ioan. 15

Prima hominis ętas quęsit.

Christi passi sunt. O quã felices quos dominus preuenerit in benedictionibus dul- Psal. 20 cedinis suæ, copijs gratiarum, timore suo sancto, reliquisq; spiritus sancti eos donis confortans, & adhuc infantes præseruans à corruptione vitiorum ac peccatorum. O quanta est gratia Dei quæ homini data seruat innocentiã. Quã plangenda vero negligentia & infidelitas parentum patrinorumque, qui tenentur teneram hanc ætatem instituere docereq; ad orationem, ad Dei cultum & amorem, ad præceptorum obseruantiam diuinorum, ad opera pietatis & misericordiæ, ad legem charitatis fraternæ, & vt Dei timorem in se nutriant, summopere cauentes ne peccent. Heu quanta est perditio & damnatio puerorũ ex negligenti custodia parentum. Heu quam grauiter hæc non in pueris, sed & in parentibus qui in pueritia nimis dissimulauerunt, aut eos nimis carnaliter dilexerunt (quare male assueti peccare didicerunt pene infantes) punietur. Filij charissimi per Deum omnipotentem vos obsecro, omne studium vestrum, idque vigilantissimum sit pueros vestros, quam cito quatuor aut quinque attigerint annos, docere, pro captu eorum qualicunque timere Deum, eis prohibere malum, castigare in eis peccatum, promissis quoque eos, imo & laudibus & muneribus allicere ad bonum, & vt studiosi sint virtutum atque misericordes, continue eos admonere, vrgere, atque ab omni lasciuia, petulantia, dissolutione nimia, ab impudico sermone, omnique inhonestate, ac à proximi iniuria arcere. Curetis vt in vineam domini, hoc est, in Dei cultum se tradant, vt ad innocentiæ studium, ad bonæ famæ conseruationem, & ad pœnitentiæ opera, vtpote in remedium contra futura peccata instituantur. Est præterea magnopere aduertendum omni puero Christiano, vt cum cœperit vti ratione, & intelligere quid eligendum, quidve respuendum. Eligat itaque sibi Deũ suũ, cui optet seruire, cui statuat obedire, cui semp velit inhærere, cui denique summopere studeat placere omnibus diebus vitæ suæ. Hæc enim prima conuersio ad Deum, qua sibi puer Deum eligit, statuitque eius nunquam negligere beneplacitum, operabitur in homine exercebitque perpetuo spiritum salutis. Porro circa tertiam horam

Pueri quę nam doceantur à parentibus.

Prima puerorum ad Deum cõuersio quã sit vtilis.

L

quosdam vocat in vineam suam: & hi sunt qui in secunda sunt ætate vitæ suæ, à decimotertio anno scilicet vsque ad vigesimũ quartum, aut vsque ad trigesimum annum. Tunc enim maxime vocat eos, quos ad viam trahere vult salutis. In hac etẽ ętate Apostolus Ioannes vocatus est. In hac ætate hodie quoque ad monasteria, ad pœnitentiam, & ad alia bene viuendi genera homines vocantur. Tertia ætas est hominis, quę per horam sextam significatur, & circa vigesimum quartum, aut circa trigesimum annum incipit, terminatur vero circa quinquagesimum annum. In hac ætate sanctus Augustinus, Ambrosius, Germanus, ac innumeri alij sancti vocati sunt. In hac ætate Paulus quoque, item alij multi sancti vocati sunt, qui in vineam Dei sunt vocati, magnoque cum fœnore laborarunt. Quarta ætas hominis, est hora nona, quæ in homine incipit circa annum quinquagesimum, & terminatur circa septuagesimum annum. Tunc enim homo deficiens in senectam inclinat. Cæterum periculosum est valde, pœnitentiæ tempus atque viam salutis in senectam ipsam (quando iam vires deficiunt ad laborandum) differre. Quis enim sibi audeat promittere vt ad senectam perueniat? Et si attigerit, quis illi promittet, aut vnde securus est, quod misericordem dominum inuocabit? Timendum nanque est valde, ne is, qui dum potest peccare, Deum pro misericordia inuocare voluerit, differens conuersionem vltro in futura tempora, cum ad extrema venerit vitæ, & iam ei longius peccare non liceat, tunc non poterit etiam dominum inuocare pro venia, propterea quod diuino iudicio tunc obscuratus, obstinatus, impœnitens, & plerunque desperans inueniatur. Omnibus tamen promittit Christus hic veniam, quacunque hora gemuerit homo vere pœnitens. Vult igitur in hac nos docere parabola, nullum tempus esse ineptũ ad Dei seruitutem, sed quosdam in infantia, quosdam in pueritia: nonnullos rursus alios in virili ætate, in extrema demum senectute aliquos incipere Deo seruire & pie viuere. Quocirca nemo superbiat, nemo se iactitet mane se vocatum, diu se laborasse, ab adolescentiaque iugum domini portasse, nemo præ se alium contemnat, nemo quoque tarde vocatus

Ætas hominis secunda. *Ætas tertia.* *Ætas quarta.* *Pœnitentia ... senectute ...* *Esaiæ ...*

catus desperet, quia misericordia Dei bonitasque eiusdem est inuestigabilis, quæ hic nouissimis dedit sicut primis imo ex nouissimis fecit primos. Quicunque ergo vocati tarde venerunt, hoc ipsum feruore charitatis, ac studio pœnitēdi vehementiori suppleant, quod tarditate conuersionis neglexerunt. Nemo tamen in infantia, pueritia, virilitateve admonitus, in senectutem bene viuere differat. Graue enim & ingratitudinis intolerabile est vitium, vt vocatus monitusq; sæpius à Deo ad cōuersionem, obsurdescas, ipsumq; dominū ad cordis tui ostium crebrius pulsantem excludas. Est præterea ætas senectutis, nisi à pueritia seruitutem Dei continuaris, perseuerans sub iugo domini, exercitijs spiritus, aut pœnitentiæ haudquaq̄ congrua. Difficile nāq; est assueta relinquere, seu assuetis carere. Quare nisi gratia Dei supabūdauerit in hoīe, difficili:i:nū tūc erit primæ cōuersionis iacere in senectute bonum fundamentum. Dicitur enim in maHiere. 23 litia inueteratis senibus: Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, quum dideceritis malum. E diuerso vero de adolescente Deum timente dicitur: Adolescēs Prouer. 22 iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Bonum igitur est filij charissimi, viro qui domini iugum portauerit ab adolescentia sua. Felix quoque est Thren. 3 pœnitentia, quæ tunc, dum si velit homo vltra peccare possit, eligitur peccandique venam sibiipsi intercidit. Ea vero pœnitentia quæ ex necessitate (quia peccandi tempus & copia non datur) homini accidit, raro est voluntaria, raro optata, raro fructuosa. Est itaque nobis hæc eruditio data (vt dixi) ne quod diu seruierimus Deo, gloriemur: quia & nouissimos Deus nō solū recepit, sed & prætulit primis, ne etiam quemuis peccantem iudicemus, qa potens esse Deus illum vel in extremo vitæ conuertere. Postremo ne & nos quoque desperemus, licet tarde, vere tamen ad Deum conuersi: quia propterea ne huiusmodi desperent, illos ante alios remunerauit, qui fuerunt nouissimi, tantum abfuit vt illis tarditatem exprobraret. Secundum quod in Euangelio hoc nos erudit, est, quod arguitur ocium infructuosaque temporis consumptio. O quam nobile est tempus, in quo tanta bona tamque inæstimabilia in exiguo tempore, aut acquiri, aut amitti possunt. Heu quam infructuose, ne dicam perdite, & sæpenumero flagitiose, tempus consumitur. Quam detestabile est ociū, quo irrecuperabilis gratia & gloria amittitur. Nolite rogo ocio indulgere. In desiderijs enim est omnis ociosus: operantem vero & animo occupatum vitia interim non fatigant. Est itaque fructus ex opere seu occupatione licita duplex. Primus, qui est q̄d opus ipsum lucrum, commodum, vtilitatemque aliquam, quare fit, secum adfert. Secundus est puritas cordis, quia mens honeste aliterque occupata interim se ab æstu vitiorum temperat, quiescitque, quum ediuerso in ocio nunquam quiescat cor hominis, sed tanquam inter procellosos fluctus per varias tentationes inquietum continue sæuiat. Multa enim mala docet ociositas. Docuit Dynam virginitatem amittere, docuit Dauid adulterium committere. Quanta denique mala ociosis quotidie eueniant, in omnium est oculis manifestum. Nōne furta, sacrilegia, rixas, ebrietates, aleationes, scortationes, homicidiaque quotidie ocium germinat? Hi sunt fructus eius. Semper igitur occupatio aliqua licita nos detineat, ne quem inueniat diabolus ociosum. Est tamen inter occupationes quoque non exigua differentia. Occupatio sancta est studium scripturæ lectioque sacra. Colloquium quoque dulce cum Deo, siue per meditationem, siue per orationem fiat mentalem, est occupatio vtilissima. Contemplatio denique diuina, crebraque ad eundem iterata aspiratio, si occupatio dici debet & non magis quies, suauissima est & cum primis fructuosa. Laudantur quoque actiuæ vitæ occupationes, quibus infirmis seruitur operibusve misericordiarum & eleemosynis animus intenditur. Nec illaudati sunt labores corporis, seu operationes corporales, quos ferre suadet, aut familiaris necessitas, aut egestas, aut honestus filiorum amor ad Dei gloriam educandorum, aut certe pietas, vt ad manum semper sit, quod porrigas egeno. Hæ omnes circumstantiæ sunt optimæ, incentiuaque sanctissima ad operandum.

Sunt præterea causæ aliæ, quare laboratur, puta vt aut animi ocium pestilens vitetur, aut concupiscentia, quæ in

Pœnitentia felix.

M Ocio quā to studio fugiendū.

Occupationis licitæ fruct. triplex.

Eccle. 33 Gene 34 2. Reg. 11

Ociū quā ta mala germinet.

Occupatio sancta quę sit.

ocio sæuit, frenetur, aut vt à peccatis per occupationes externas animus hominis operantis impediatur, cordisq; puritas iugis ac perfectissima custodiatur. Tam breue est autem vitæ nostræ tempus, vt vitæ nostræ omnem cursum diem nominauerit. Col.3 Ephe.5 Ioan.9 Operemur igitur bonum ad omnes, & ocium deuitemus, quia dies mali, & tempus breue est. Veniet nox, id est, terminus nostræ vitæ, atque id quod vitam nostrã sequitur, quando nemini operari licebit, sed iuxta opera nostra, quæ iam præcesserunt, tunc mercedem nos oportet accipere. Nihil enim nos comitatur aliud, aut sequitur in morte, hoc est, neque amici, neque filij, sed nec opes, aut honores, non elegantia formę aut voluptas, sed opera nostra sequuntur nos, pro quibus accipiemus mercedem siue bonam, siue malam, iuxta operum conditionem. Nemo igitur nos decipiat, nemo ab operibus nos bonis auocet. Neque enim hic legimus quenquam Matt.20 ociosum, quenquam in vinea domini non laborantem, mercedem accepisse, sed dixisse patremfamilias: Voca operarios & redde illis mercedem. Quamuis enĩ nouissimus dederit denarium diurnum vt primis, misericorditer sic agens, nec his nouissimis quod vna tantum sint hora operati, imputans negligentiam ac tarditatem, sed dicẽs cuidam: An mihi non licet, quod volo facere? nemo tamen in vinea non laborans, sed operarij soli mercedem recipient. Eccl.9 Quodcunque igitur potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas.

N Cæterum, quem nõ terreat verbum quod nouissimum à Christo in hoc Euangelio dicit: Multi sunt vocati, pauci vero electi: Durum est hoc, & formidabile verbum, quod mirum est, quomodo non sæpius à nobis cogitetur expendaturq;. Veritas enĩ hoc dixit, quæ mentiri aut imponere potest nemini. Electi sunt illi, qui ad dexteram in iudicio extremo collocabuntur audituri: Matt.25 Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Hi, inquit, erunt pauci. Porro vocati sunt omnes, quotquot notitiam receperunt fidei, quibusque manifestari Deus fecit viam salutis æternæ, paratus eisdem dare regnum cœlorum, si crediderint & obedierint sibi. Ex multis itaque vocatis pauci tantum remanebunt electi, Ioan.3 quia homines fere omnes magis diligunt tenebras, quam lucem, magis diligunt vana ac mundana, quam ęterna. Idcirco mirum non est paucos esse electos. Ecce charissimi omnes sumus vocati. Quotquot nostrum electi fuerint, nescimus. Signa tamẽ sunt aliqua quibus nos electos esse possumus confidere. Si enim peccata nobis nostra displicent, si Deũ offendisse dolemus, si pro nulla re iterum Dei mandatũ transgredi volumus, si Deum offendere timemus, si Deum diligimus, cuius amore sustinere volumus, quicquid ille nobis imposuerit ferendam, si eius honorem zelamur, si denique eius amplectimur beneplacitum, & si in his Deum quærimus pure perseuerantes, signum est quod Dei electi sumus. Tanto itaq; sollicitiores simus ad bona opera, quo an electi sumus, nescimus. Dominus noster Iesus Christus illuminet & inflammet corda nostra quo semper solliciti maneamus, ne quid, quod diuinæ suæ maiestatis offendat oculos, admittamus: largiente id nobis eodem domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA IN SEXAGESIMA, EPISTOLA beati Pauli Apostoli, secunda Corinthiorũ vndecimo.

Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiẽtia dico) audeo & ego. Hebręi sunt & ego. Israelitæ

Israelitæ sunt, & ego. Semẽ Abrahę sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego (vt minus sapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui; in itineribus sæpe: periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, pculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet. Et per fenestram in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in cor pore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam, parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A CVM à Corinthijs Paulus ad tempus propter prædicationẽ, & aliarum Ecclesiarum confirmationem discessisset, subintrarũt quidam interea pseudapostoli, qui Corinthijs legem, puta circuncisionem, & sabbatum, & huiusmodi ad Christum conuersis necessario obseruanda prædicabant. Quo autem magis reciperentur, gloriabantur commendantes seipsos, & Apostolo derogantes, dicentes eum verum nõ esse Apostolum, qui cum Christo non ambulasset, nec in vita eius certus Apostolus institutus fuisset, & hoc modo ab Apostolo Corinthios ad se trahebant, pellicientes eos in errorem de obseruatione legalium. Eam ob rem cõtra subdolas horum pseudapostolorum gloriationes ad seducendum instructas, cogebatur Apostolus quoq; seipsum cõmendare, ac quanta pro veritate Euangelicæ prædicationis pertulerit, ad Corinthiorum referre ædificationem. Dicit igitur: Libenter suffertis insipientes, quia inaniter gloriantes sustinetis. Cum ergo mihi quoq;, licet vere, sit gloriandum ad vestram vtilitatem, non

minus me puto sustinebitis, quam pseuda postolos, nec ægre audietis, si quid in vestram dixero ædificationē, quod nostram sonet laudem. Libenter enim sustinetis insipientes (quod mirum est) cum sitis ipsi sapientes. Aut per ironiam: Insipientes tolleratis per mãsuetudinem, propterea quod viri estis vos sapientes, hoc est, maxime insipientes. Sustinetis enim, si quis in seruitutem vos reducere nititur legis, aut si qs in vos tanquam in seruos dominatum sibi vendicat. Si quis vestra tollit, rapit, deuorat, aut consumit, cũ ego vobis parcēs, nihil à vobis vel Euangelij causa volui accipere. Sustinetis quoque si quis vestra in modum accipitris accipit, quem pascendum fouet. Si quis extollitur, nobilitatem præstantiamque iactans, quod natus sit de semine Abrahæ, & huiusmodi. Si quis in faciem vos cædit, manifestam vobis coram obijciens improperij contumeliam, contemnens vos quod carnaliter nõ estis circuncisi, sed idola olim colueritis. In omnibus his taxat pseudapostolos Iudæos. Hos autem vos dico sustinere secundum ignobilitatem, propterea quod ignobiliores vos ducitis, vtpote qui idola coluistis, & ex gentibus ad fidem venistis, quam illos pseudapostolos, qui ex circuncisione se iactitant, quasi nos veri apostoli infirmi fuerimus, & impotentes simili modo gloriari in hac parte de nobilitate generis Hebræorum, de lege & circuncisione.

B Dico autem hoc in insipientia, quia sapientis est viri inaniter non laudare seipsum. Obserua tamen quod Paulus neq; insipienter neque inaniter, sed ex charitate & veritate, necessarioque ad reducēdos ab errore deceptos seipm̄ laudauerit. Ideo ait, quamuis sapientiæ non sit ita loqui: In quo tamen quis pseudapostolorum audet, vel de genere, vel de prædicatione, vel de labore, vel de donis Dei, se aut laudare, aut iactare, audeo & ego: qui non vilior, aut, atque ipse, non minus insignis sum. Hebræi sunt (hoc enim est quod iactant) & ego Hebræus sum. Israelitæ sunt, & ego Israelita sum. Semen Abrahæ sunt, & ego sum. Ministri Christi sunt, iuxta apparentiam & eorundem fictionem, & ego verus minister sum. Vt minus sapiens dicã (propterea quod non deceat, vt alicui me præferam) plus ego, & verius sum Christi minister, quam illi. Incipit autem enarrare,

Quomodo Apostolus se ipse laudauerit.

quare verius, iustiusque Dei dici possit minister, & labores quos tam pro Christo pertulerat, quam pro Euãgelio refert, quo tamen se non cupit hac ostensione (vt iam dixi) Corinthijs maiorem reddere, sed Corinthios à seductoribus auertere, ad veramque Euangelicæ prædicationis normam reuocare. Ita enim vitam transegi, inquit, post meam conuersionem, vt fuerim in laboribus plurimis, & non solum pluribus, quam pseudapostoli, sed etiam quam veri apostoli, quia plus omnibus laboraui. In carceribus abundantius propter Euangelicam prædicationem, in plagis, flagellorumque vulneribus supra modum humanæ virtutis. Nam etsi fortasse illi cæsi fuerint, ego tamen atrocius afflictus sum. In mortibus frequenter. Sæpenumero enim ad mortem vsque cruciatus sum, multisque alijs & crebris periculis interfui mortis propter Christum. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, hoc est, quinquies flagellatus sum, in quarum quauis flagellatione quadraginta recepi percussiones, seu plagas, vna minus, quasi transgressor legis, & propterea quod nouam Christi gratiam prædicabã. Fuit hic olim castigandi modus Iudæis instituus in lege, vt si quis grauiter deliquerit, cæderetur iuxta mensuram delicti, nõ tamen vltra quadraginta reciperet plagas, ne fœde nimis laceraretur. Iudæi ergo vt Paulo non plures, quam lex admitteret, plagas inferrent, dum quinquies eum ceciderunt, in singulis flagellationibus triginta nouem (quasi vnam plagam donantes, ne crudeles, sed misericordes haberentur) ei plagas intulerunt. Sequitur: Ego ter virgis cęsus sum à Gētibus. Semel à Iudæis lapidatus sum, vt in Actis habetur, lapidantes Iudęi Paulum, traxerunt extra ciuitatem, ęstimantes eum mortuũ. Ter naufragium feci, passus periculum mortis ex nauis fractione. Nocte ac die in profundo maris fui, hoc est, ferme quotidie tempestatibus & periculis maris interfui. Aut ad noctem & diem sub aquis mersus ac retētus, non tamen Deo miserante præfocatus, inde iterū saluus redij. In itineribus sæpe, vbi insidias nõ raro passus sum, in periculis q̄q; fluminum, & in periculis latronū sæpe versatus sum, excitante hæc humani generis inimico, qbus & Pauli labores & fructum impedire moliebatur animarũ. Adde

1. Cor. Deut. Act. Act.

Adde iam in quibus fuerim piculis ex genere, hoc est, ex gente mea Iudæorum, qui mihi vehementius inuidebant, atrociusq; me persequebantur, quam cęteros apostolos, adeo vt quidam eorum, sicut in Actis legitur, se nec manducare nec bibere deuouerent, nisi occidissent Paulum. In periculis præterea fui ex gentibus, qui ediuerso propter idololatriæ destructionē me persequebantur. Fui quoq; in periculis multis mortis, tam in ciuitate propter tumultuationē plebis, q̃ in solitudine à bestijs, periculis in mari, periculisq; interfui in conuersatione falsorum fratrū, q Christianismū receperant, nō relicto Iudaismo. Prterea versatus sum q̃tidie mala & aduersa patiēs in labore manuū, qbus sustentarem me, In ærūna, inopia, aut lāguore, in multis vigilijs, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, qa pauperrime fui vestitus. Hæc omia pro Christo, & pro verbo Dei passus sum, præter illa, quę externe mihi ppter alios adueniūt, & p̃munt, vt sunt instātia mea q̃tidiana, quæ quotidie me angunt & torquent. Sollicitudo omniū Ecclesiarū, quæ me lacerat ne amittā iterū aliquem, qui per me sit conuersus, & ne fidelium quispiā seducatur, ne pereat aliquis, ne tandē non proficiant hi, quos Christo sum lucratus. Quis infirmatur, & ego p cōpassionem non infirmor? Quis scādalizatur, cuius scādalo ego non vror? Omnium enim dolores, tristitias, scandalaq; in corde meo per cōmunionem charitatis ego sentio. Hæc, inquit, mihi patienda q̃tidie occurrunt, sed non propterea gloriari, nisi in dño expedit. Nam etsi pro Christo gloriari oportet, aut gloriari operæp̃cium est, gloriabor in his, quæ sunt infirmitatis meæ, hoc est, in passionibus & tristitijs meis, quas pro Christo patior. Pseudapostoli gloriari quidem volūt, verum quia nihil pro Christo passi sunt, in generis nobilitate p̃cupiunt gloriari. Ego vero, si gloriandum est, in humilitate & infirmitate mea gloriabor. Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit, & testimonium mihi feret, quod non mentior, quæ dixi, aut dicturus sum. Damasci p̃positus gentis Aretæ regis custodiebat portas ciuitatis Damasci, quæ ciuitas ad regem illum pertinebat, precibus & muneribus victus Iudæorum voluit me comprehendere, in ciuitate conclusum, vt occideret. Sed per fenestram in sporta submissus sum per murum fratribus ad hoc vrgentibus & impellentibus, vt in vtilitatem seruarer Ecclesię. Quo sic elapsus, eius euasi manus. Si itaque gloriari ppter pseudapostolos oporteat, non expedit quidem propter humilitatis periculum & timorem scandali: nihilominus tamē propter vestram vtilitatem necesse est gloriari. Audistis enim pseudapostolorum iactātiam, quorum gloriam falsam obfuscare nitimur per veritatē gloriæ. Verum de aduersitatibus perpessis hęc dicta sint satis. Veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Expende hic, quanta, quam immaniaq; sustinuerit Paulus pro Christo. Quare non immerito de eo dixerit dominus ad Ananiam: Vas electionis mihi est iste, qui portet nomē meū coram gentibus & regibus. Ego ostēdam illi, quāta oporteat eum pro nomine meo pati. Veniā, inquit, aūt ad visiones & reuelatiōes dñi, quas à dño recepi, ne illas omnino taceam, aut prætercam. Scio hominē in Christo raptum ante annos quatuordecim vsq; ad tertium cœlum, hoc est, ad cœlum empyreum, seu ignium, lucidū, supremum, quod locus est beatorū. Siue autem raptus sit homo ille cum corpore, an sine corpore, nescio, Deus scit. Et scio hominē eundem raptum in paradisum, sed raptus ne sit in corpore, an extra corpus, nescio, Deus id nouit. Nulli dubium est de seipso hic loqui Paulum, quamuis modestię causa & ob iactantiam vitandam, quasi de alio quopiam loquatur. Scio itaq; eundem raptum in paradisum. De eodem paradiso hoc est, cœlo corporali, aut spirituali beatorum mansione putatur loqui, quem latroni dominus in cruce promisit, dicens: Hodie mecum eris in paradiso. & in Apocalypsi: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Itaq; huiuscemodi scio hominē, qui est raptus in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini manifestari. Ego igitur ea duntaxat refero, quæ dici possunt. Quę vero dici, aut non possunt, aut non debēt, taceo. Pro huiuscemodi tamē homine gloriabor gaudens in dño, & gratias agens: p me autem, quod sim circuncisus, quod de semine sim Abrahę natus, nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus & passionibus meis, quas pro Christo patior. Nā etsi ordinate etiam voluero gloriari, non ero, licet quibus-

Actor. 23

C

Actor. 9

Ibidem.

Lucæ 23

Apoca. 2

Hiere. 2

D

quibusdam videar, incipiens in hac gloriatione. Neq; enim falsa, sed veritatem dicã, in qua gloriari non est insipientis. Parco autem, non omnia, nec tumide, sed modeste Dei dona referẽs, ne quis me existimet, aut sublimioris esse naturæ, aut excellẽtioris perfectiõis supra id, quod videt in me, aut aliquid ex me. Nam ne magnitudo reuelationum extollat me, neve mihi subori atur ex Dei donis elatio, additus mihi est stimulus carnis meæ. Tribulationes & infirmitates carnis, aut tentationem libidinis carnis insinuat, quam illi angelus Satanæ excitabat post raptũ, quam ante vehementiorem. Datus igitur mihi ad vtilitatẽ est à Deo om̃ia præuidente & gubernante stimulus carnis meę angelus Satanę, q me colaphizet, qui me ignominiose humiliet, & in meĳpsius considerationem impellat. Aut qui me punctionibus aduersitatũ, infirmitatumq; affligat. Pro cuius amotiõe ter dominum rogaui, quo recedẽte fierem liberior spiritu, dñs non quod volebã, sed quod mihi expediebat facturus, siue p angelum, siue per internã inspirationem illuminantẽ, Sufficit, inquit, tibi gratia mea, assistens, & ne pecces protegens. Aut hoc tibi satis sit, vt habeas gratiam meã. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hoc autem bifariam contingit: aut vt infirmitas, siue corporalis, siue etiã spiritualis materia sit exercẽdæ virtutis, puta humilitatis, aut patientiæ, quæ per infirmitatem crescat, atq; ex pugna, & ex ipsa aduersitatis sustinẽtia seipsa q̃tidie maior efficiatur, vt quod homo sustinendo varia efficitur prudentior (Qui enim non est tentatus, quid scit?) re ipsa periculũ faciens suæ infirmitatis, quo sapientius se posthac gubernet. Sequitur:

Virtus bifariam in infirmitate pficitur

Eccle.34

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Hic vides, quod Paulum dominus non inexauditum reliquerit, qui petiuit à stimulo huius tentationis se liberari, quoniamquidem & si non liberauit illum eo modo, quo Paulo videbatur vtile, exaudiuit tamen eum, quomodo ipse id Paulo cognouit cõmodo futurum. Nec Paulus hic deliquit, aliud quam dominus dare voluit rogans, quia vbi voluntatem didicit Christi, nõ deinceps rogauit liberari. Sed libẽter, inquit, gloriabor in hoc, quod infirmitates, tribulationesq; sustineo, quandoquidẽ in hoc, quod sum infirmus, fortem me facit Christi virtus.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ Sexagesimæ, Lucæ VIII.

E

Magna fuit turbę reuerẽtia ad Christũ, magna deuotio, magna sitis audiẽdi verbum Dei. Infatigabiliter enim ac indesinenter Christũ sequebãtur, & q̊cunq; ibat, Christũ requirebant, ad ipsum cõfluentes. Itaq;, cum iter faceret per ciuitates et castella, prædicabat regnum Dei. Cum ỷo quadam die domum exiret, vbi docuerat, venit iuxta mare, vbi tanta ad eum confluebat populi multitudo, vt in nauim ascendẽs doceret, omnis vero plebs staret in littore. Tũc enim ex naui docẽs hodiernum prædicauit Euangelium, quod Lucas in hunc refert modum:

Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem.

Quod turba multa cõfluxerit, secutaq; sit Christũ, diuersis causis id accidit. Quidam enim vt sanarentur, aliĳ vt alerentur. Multi ex deuotione, ex curiositate etiam nonnulli, postremo, vt erudirentur, sequuti sunt eum multi, cum interim non deessent quoq;, qui insidiarentur. Quomodo itaq; varius eorum fuit animus & propositum, ita vnusquisq; iuxta hoc, quod quærebat, ex Christo referebat fructum. Cum turba, inq̃t, plurima conueniret. Turbam nominat, nõ principes huius mundi, non seculi diuites & potentes: hi enim alia habebant, quę amabãt, puta terrena, ideo cœlestem magistrum non requirebant, nec illis sancta eius eruditio erat suauis, sed insipida. Hoc hodie quoq; eiusmodi contingit. Quamobrem à Paulo Apostolo dicitur Corinthĳs: Videte vocationem vestrã, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mundi, elegit Deus, vt cõfundat fortia, &c̃. Cum simplicibus enim est sermocinatio eius. Cõgrue idcirco dictũ est: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ? Quasi dicãt: nullus, sed turba. Cũ itaq; de ciuitatibus properarent ad Iesum, ad famæ Christi præconiũ accedit, quod non tantum ex pagis, sed ex ciuitati-

1.Co

Pro

Ioa

uitatibus quoque, in quas Christi fama iam diuulgata fuerat, properabant ad Iesum, vt non rusticus populus tantum, sed vrbanus etiam accederet ad Iesum, vel tan quam ad pastorem oues, sicut dicit: Ego
Ioan.10 sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meę: vel sicut ad medi
Matth.9 cum infirmi. Neque enim opus est sanis medicus, sed male habẽtibus: aut vt ad do
Psalm.33 ctorem imperiti. Quod Psalmista monet dicens: Accedite ad eum & illuminamini. Itaque dixit per similitudinem. Neque enim historiam dicit, vt necesse sit interrogare, quis ille fuerit seminator iuxta literam aut historiam, sed quis seminator sit,
Sensus parabolarũ Christi qs pręcipuus sit. quæ terra sit, quod semen, quæ hic in similitudine hac significantur. Sensus nanq; præcipuus parabolæ aut similitudinis, nõ est ille, quem verba primo significant, sed qui per res significatas nobis insinuatur.
Iudic.9 Verbi gratia, in libro Iudicum legitur: Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: nõ de lignis, sed hominibus per ligna significatis intelligitur.

Exijt qui seminat, seminare semen suum.

F

Exijsse dominũ qd insinuet. Exijt dominus ad seminandum, nõ per motum localem, sed per incarnationem, incipiens esse per humanitatem, qua aliquando ibi non fuerat. Exiuit, inquit
Augustin. Augustinus, de patre, quia de patre est, in mundum venit, quoniam mundo corpus suum ostendit, exijt tanquam agricola seminare semen suum, de quo Zacharias di
Zachar.13 Hiere.14 cit: Homo agricola ego sum. Et Hieremias: Quasi colonus fatigatus est in terra, & quasi vir vagus. Recte vagus dicitur, nihil in hoc mundo proprium habens. Vulpes
Matth.9 enim (quod de seipso testatur) foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum recli-
Ioan.15 net. Recte quoque agricola dicitur, quia filius agricolę. Ego sum inquit, vitis vera, & pater meus agricola est. Secundum rationem vnam, est vitis vera: secundum aliam quoque rationem, non modo agricolę filius, sed ipse quoque agricola est. Quis enim prædicatione agrum alius excoluit patris sui, quam ipse: frangens duros scopulos cordis timore Dei, & seminans in cor humanum verbum Dei, tenẽsque aratri, hoc est, crucis stiuas, id est, clauos in manibus, quibus adfixus erat cruci, passione agrum suum excoluit, suisq; electis omnibus, quo agricolam se mõstraret, dicẽs: Matth.11
Tollite iugum meum super vos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Exijt igitur seminare semẽ suũ. i. verũ Dei verbum, non alienũ, non pestiferũ dogma aliquod, sed suũ, hoc est, salutiferũ. Quodcunq; itaq; aliud fuerit dogma, q̊d cum illo dissentiat, non Dei semen est, non Dei verbum. Vide aũt ne sit cuiuspiam hæretici, qui sua verba palleat, venditatq; sub nomine Dei verbi. Miscent enĩ suis perniciosis dogmatibus verbũ Dei, quo versutius fallant & seducant, non attendentes lege dñi prohibitũ: Nõ seres agrum diuerso se Leuit.19
mine. Per semen igitur, q̊d Christus seminat, intelligitur verbũ Dei. Hoc vt seminaret, venit in mundum, venit etiã ad cor hominis illud seminare. Nã & hominis cor, ager est, & terra aliquãdo fœcunda, interdum sterilis, & iuxta hoc multum, aut modicum, aut certe nullum fructum referẽs. Dominus itaq; in mundũ veniens sua eruditione illustrauit mundũ, seminauit Euãgeliũ per se, & per seruos suos, & seminat vsq; ad consummationem seculi. Quapropter Psalmista dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Se Psalm.118
minat aũt non solum prędicando, sed etiam inspirando, & intus monendo. Seminat quoq; foris, per ministros excitando, & docendo, seminat postremo in scriptura nobis loquendo. Siue igitur sit verbum Dei inspiratum, siue auditum, siue lectum erudit nos. Beati igitur qui audiunt verbũ Lucæ 11
Dei, & custodiunt illud. Neque enim audi Roman.2
tores, sed factores verbi iustificabuntur apud Deum. Quapropter quãdo dominus dicebat Iudæis, qui est ex Deo, verba Dei Ioan.8
audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, non de auditu corporali est loquutus. Sic enim & hi, quibus loquebatur, & quos arguit, quod non audirent, audiebant: sed de mentis intelligitur auditu, & de spiritualibus auribus locutus est. Hi enim audisse verbum Dei iudicantur, in quorum vita Euangelica ac Christiana eruditio elucet, qui opere exprimunt, q̊d intus audierunt.

Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud.

Varia est Dei verbum audientium G
con-

Audientiũ verbum Dei conditionis variæ. Ioan. 8 conditio. Quidam nanq; audiunt, & delectat eos Dei verbum. Quidã Dei verbum fastidiunt. Verum huius est ratio, quam supra Christũ dixisse retuli: Qui est ex Deo, verba Dei audit. Dei enim gratia aperit & colit cor humanum, vt Dei verbum recipiatur, & germinet in opus salutis. Sine gratia autem Dei, verbum Dei seminatũ, non operatur fructum. Nihil enim, qui scribit, aut qui loquitur, agit in corde hominis quicquam, nisi spiritus sancti gratia intus doceat hominem, & in eo operetur. Quomodo enim prędicator homo, aut doctor mutaret corda hominum, quando non omnium Christus corda, quibus loquebatur, mutauit? Multi enim non solum gratis, sed etiam ad damnationem maiorem Christi verbum audierunt. Et ideo Apostolus dicit: 1. Cor. 3 Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Itaq; neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Omnino igitur nobis necessariũ est, vt sit, qui intus nobis prædicet, hoc est, qui moueat, confortet, vrgeatque Christus, imo qui sua gratia vngat, emolliat, accendatque voluntatem hominis. Gratia autem hæc spiritus sancti his tantum datur, qui sunt humiles. In humilibus igitur solis verbum Christi fructum operatur. Hoc em̃ Christus quoque confitetur, dicens: Matth. 11 Confiteor tibi pater, quoniam abscõdisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Cui Psalmista quoque olim similia dicens: Psalm. 118 Declaratio, inquit, sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Porro, qui superbi sunt, qui mundana, altaq; diligunt, his non placet verbum Dei, sed potius illud fastidiunt, vtpote terræ steriles, incultæ, & malæ, ideo non producũt fructum. Verum quare, inquis, non libenter audiũt verbum Dei, aut quare inuiti audiunt? Ideo profecto, quia aduersatur concupiscentijs eorum Dei verbum. Exẽpli gratia: Tu amas delitias & luxum, verbum tibi Dei hęc prohibet, ideo nõ potest illud diligere. Contraria enim nunquã amãtur. Quocirca dicitur tibi à Christo: Matth. 5 Esto consentiens cum aduersario tuo in via, ne forte te tradat iudici, &c̃. Aduersarius hominis carnalis, est verbum Dei. Ea enim, quæ ille amat, Dei verbum interdicit: & rursus, quæ ille fugit, ipsum eadem præcipit. In via igitur prę́sentis vitæ quam diu fueris, esto cõsentiens aduersario tuo, hoc est, verbo Dei, quod carnali vitæ tuæ aduersatur, ne venias ad captiuitatẽ & supplicium. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, hoc est, in corda hominũ mundanorum carnalia spiritualibus præferentium, & mundo, vitiosisq; actibus seruientium. Hoc semen conculcatum est, id est, ne fructum adferret, est impeditum, strepitu malarum cogitationum, affectionumque carnalium, inquietudine malarũ passionum, & importunitate tentationum, ac variarum cogitationum. Volucres em̃ cœli, id est, dæmones, comederunt, id est, abstulerunt illud semen de corde hominis, ne quid inde salutiferum nasceretur.

Aliud cecidit supra petram, & natũ aruit, quia non habebat humorem.

Supra petram semen cadit, quãdo verbum Dei durum cor hominis audit, vnde nullus sequitur fructus. De hoc scribitur: Eccl. Cor durum male habebit in nouissimo. Hiere. Iterumq; Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Hoc etiam modo Exod. induratum fuit cor Pharaonis, vt non audiret verbum domini per Mosen, nec quod iussus à Deo fuerat, ageret, dimittes populum abire, vt sacrificaret. Quicquid per Mosen dominus in eum seminabat, cecidit supra petrã. Nam etsi aliquando Pharao moueretur, & promitteret se obediturum Deo, & populum dimissurum, tamen hoc promissum iam natum, plaga ab eo iterum recedente, mox aruit. Liquet igitur, quomodo humor aquæ plantas, vt coalescant, conseruat, & semina in terram iacta, vt crescant, fouet, ita gratiam spiritus sancti terram cordis humani reficere, rigare, confortare, atq; vt semen, Dei scilicet verbum fructum faciat, producere. Quæ gratia vbi defuerit, in siccitate & ariditate bona voluntas marcescit. Proinde Hieremias dicit: Hiere. Maledictus homo, cuius cor recedit à Deo: erit enim quasi mirica in deserto, & habitabit in siccitate. In Prouerbijs Prou. quoq; dicitur: Qui mentis est duræ, incidet in malum. At vero de eo, quem fluenta gratiarum fœcundant, scriptum est: Hier. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod ad humorem mittit radices suas, nec timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, Ibid.

nec

nec aliquando desinet facere fructum.

Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrram bonam, & exortum fecit fructum centuplum.

Semen hoc in corda auara & ambitiosa cadens, germinat quidem quasi fruticē, quia excitat ad tempus bonam voluntatē. Verum sollicitudines & curę huius seculi, tam pro diuitijs, quam pro gloria mundana, timores quoq; & suspitiones, quæ harum occasione generantur in homine, scilicet ne hoc, illudve temporale ac mundanum amittat, aut ne hoc sibi cōtrariū eueniat, tanq̄ spinæ suffocant illud germen. De ambitione enim diuus Bernardus ait: O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, omnibusq; places? Et Salomon: Peccatori quoq; dedit Deus afflictionem, & curam superfluam. Hæc igitur sunt spinæ, quæ semen Dei succrescens opprimunt. Non ergo diuitiæ solæ reprehenduntur, si absint delectatio, tumor, supbia, auaritia, sollicitudo, & huiusmodi vitia alia, quæ familiaria sunt diuitibus, sed diuitias cū sollicitudinibus, curis & voluptatibus huius seculi simul posuit, quæ suffocāt Dei verbum. Et aliud cecidit in terram bonam. i. in cor docile, deuotum & hilariter acquiescens diuino beneplacito, vt poте perfecte resignatū. Et fecit fructum centuplum, hoc est, copiosum atq; perfectū.

Bernard.

Eccle. 2

Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Absq; dubio est, omnes ibi tunc præsentes habuisse aures corporis, sed Christus aures mentis, hoc est mentem deuotam & voluntatem bonam quærebat: propterea non solum aures audiendi, hoc est, aures, quæ quod audierunt, custodiūt, requirit.

Interrogabant autem eum discipuli eius, quę esset hęc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hęc parabola.

I Discipuli Christum, quæ esset hæc parabola, interrogāt. Quod tamē fecisse credendi sunt, non mox postquam audierāt parabolam, sed cum dominus esset singularis. i. cum esset solus, de huius intellectu requirebant. Quibus ipse dixit: Vobis discipulis meis, humilibus, bonam habentibus voluntatem, & qui studiosi estis ad intelligenda verba mea, vt eadem nō solum sciatis, sed faciatis etiam, datū est nosse mysterium regni Dei. i. secreta Ecclesię militātis, quia eadem debetis docere alios, q post me, quasi fundamentum estis Ecclesiæ.

Marc. 4

Obserua quod hic mysteria nominat, quę in parabolis dicuntur. Verum id non de hac tanta parabola, sed multis quoq; alijs locutus est, in quibus plura latēt mysteria seu secreta Ecclesię, quę ideo latent, ideoq; sub parabolico sunt abscōdita sensu, vt ad intelligendum studiosi, inuestigando sua diligentia (& ideo digni) gratiaq; Dei adiuti, inueniant, quod latebat: indigni vero & hi, qui contemnunt inuestigare ac sensum quærere, nihil percipiant. Sciendū quoq; prædicationem Christi ab initio fuisse claram & lucidam, satisq; miraculis ac signis manifestis roboratam, quare nō poterant Iudęi se excusare, quod eum non intellexissent. Erant autem multi eorum sua inuidia ac malitia excæcati, qui respuebāt eius prędicationem, signisq; detrahebant, tribuētes illa Beelzebub. Ideo Christus postea multa abscondit indignis, idq; misericorditer, ne deteriores fierent. Propterea sequitur, cæteris autem in parabolis, scilicet est loquendum, vt videntes, id est, videre se putantes miracula mea, non videant oculo intellectuali, & audiētes verba mea non intelligant eorum mysteria. Recte em̄ vt Beda dicit, in parabolis audiūt, qui clausis sensibus cordis non curant cognoscere veritatem. Atq; ideo multis se & donis & beneficijs Dei priuant per ingratitudinem. Tandem exponēs ipsemet dominus parabolam, adiecit:

Prædicatio Christi cuiusmodi fuerit.

Matth. 12 Marc. 3 Lucæ 11

Beda.

Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, hi sunt, qui cū audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radicem non habent, q ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocātur, & non referunt fructum.

Semen, inquit, est verbū Dei. Ergo semina-

minator seu sator est Christus dominus. Nam prædicator verbi Dei nihil aliud est, quam cophinus seminatoris, portãs semẽ Christi, quemadmodum Augustinus de

Augustin. se dicit: Ego quid sum, nisi cophinus seminatoris? Ille in me ponere dignatus est, quæ vobis spargo. Nolite attendere ad vilitatem cophini, sed ad claritatem seminis, & ad potestatẽ seminatoris. Sequitur itaq; parabolæ huius expositio, quam ipse dominus elucidauit, & ego vobis eandem iã dixi conformiter ad illius expositionem, nisi quod in fine dicẽdum est, quod supra triplicem terræ bonæ, quæ semen recipit, narrat fructũ, hic vero dicit, quod fructũ adfert in patientia, vt sequitur.

Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia.

Supra, vt dixi, terram bonã in triplicem gradum per triformem quoque fructum

Matth, 13 distinxit. Dixit enim de terra bona quandam centesimum, quandam sexagesimũ, quãdam vero tricesimum adferre fructũ. Non enim caret ratione, quod de fructu distinguit, quo certe indicat differentiam

Differẽtia terræ triplex quos designet. esse terræ triplicem. Quãdam bonam, quæ pertinet ad incipientes, quandam meliorem, quæ ad proficientes pertinet, quãdã vero optimam, quæ respicit perfectos. In tricesimo enim fructu constituuntur incipientes, qui fidem Trinitatis sibi sufficere credunt cum obseruantia præceptorum decalogi. In sexagesimo fructu intelligũtur, qui in Dei amore profecerunt, & iam non solum præcepta decem, sed etiam sex opera misericordiæ, quibus iustitia omnis, quæ debetur proximo, impletur, perfecerunt. Tertij qui centesimum fructum adferunt, sunt perfecti, qui mandata veteris legis moralia, hoc est, illa decem præcepta & consilia simul Euangelica implẽtes, domini non solum mandata, sed & beneplacita omnia satigunt perficere. Sunt q exponunt ad tres status qui in carne hic seruantur, puta virginum, qui cẽtesimum adferũt fructum, continentium, quorum est sexagesimum referre fructum, & coniugatorum, qui tricesimo sunt contẽti fructu. Charissimi audistis eos omnes recenseri qui verbum Dei audierunt, sed iterum (ideo nullum est in eis operatum fructum) a se Dei verbum euomuerunt. Alij quidem retinuerunt, sed iuxta mensuram sui profectus illud operibus ostenderunt. Eligamus nos quæ perfectiora viciniora que sunt saluti, vt non solum ea quæ præcepit nobis, cogitemus semper, sed etiam quæ illi cognoscimus beneplacita, faciamus, præstãte hoc nobis domino nostro Iesu Christo, qui est bendictus in secula, Amen. Hebr. Eccles.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Agricola quomodo Christus, semen Dei verbum, terra cor humanum.

L

Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, aliud supra petram, aliud inter spinas, & aliud in terram bonam. Lucæ VIII. Habemus in his verbis Euangelicis hodie agricolam siue seminatorem, habemus semen, habemus terrã. Supra hæc habemus viam, petram & spinas. Rationem similitudinis ad sensum illum parabolicum explanare, quomodo .s. id quod assimilatur, congruat rei cui assimilatur, aut quæ conuenientia sit similitudinis vtrobique, & si prolixum fore id timeatis, quam breuiter tamen potero, vobis explicabo. Seminator seu agricola hic intelligitur Christus. Solus enim ipse in corda nostra semẽ salutis, verbum scilicet Dei viuum & efficax ponit, in hoc non incongrue comparatus agricolę: Quod enim agricola humilis atque vilis ducitur, cum sit vtilissimus, puta qui omne suum robur, omnesque vires expẽdit, vt administret nobis, vnde omnes viuimus, panem, ita Christus dominus noster, quantum hic apparuerit (dum nobis seminaret vitæ cœlestis panem, dũque terrã nostri cordis excoleret, & in cruce sanguine suo rigaret) humilis, quanq; vilis attendite. Cum enim esset in forma Dei, exinaniuit semetipm, formã serui accipiens, formã qq; serui exhibens, q venerat ministrare, non sibi ministrari, discipulorum suorum pedes lauans, & nouissime vt fatuus illusus cũ iniquis, id est, cũ latronibus reputatus est. At pspice tu, ne propter hanc vilitatẽ ipsum negligas, sed quãto propter te factus est vilior, tanto sit tibi dignior, tanto preciosior, tantoq; charior, Est enim vniuerso mundo non modo vtilis-

Ioan.5 Ioan.19 vtilissimus, sed omnino etiam necessarius, qui ex morte nos viuificauit, & panem cœlestis vitæ seipsum nobis præbuit. Habuit Philip.2 Ioan.10 quidem vestem vilem, communem seu rusticam, quia habitu inuentus vt homo, sed eam tamen vilem habuit propter nos. Per omnia enim assimilari voluit fratribus, vt omnes saluos faceret. Hanc vestem, mortalitatis scilicet & vilitatis exuit per gloriam resurrectionis, quãdo scilicet regnaturus Psalm.92 decorem induit & claritatem. Quod figu- Zachar.3 ratum ante erat in Zacharia, de quo dictũ fuit: Auferte vestimenta sordida ab eo, & induite eum vestimẽtis mutatorijs. Non- Ioan.15 ne de patre suo dicit Christus: Pater meus agricola est? Si pater agricola, quomodo filius agricola non est? Denique, ex callibus manuum suarum agnoscitur agricola, & Hiere.43 laborator, quem in iniquitatibus nostris laborare fecimus tota die. Laborauit enim Hierem.6 sustinẽs in cruce, cuius manuũ calles sunt Esaiæ 53 vulnera, qa ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, & eius liuore nos sanati sumus. Quare autem semẽ nominet verbum Dei, ratio huius comparationis est. In semine secretus est calor, vnde germinat frutex, vndeq; nutritur germen, quod enatum est. Pari modo quoq; verbo Dei, Hebræ.4 de quo scriptum est: Omnis sermo Dei i- Psalm.118 gnitus. Itemq;: Ignitum eloquium tuum vehementer. Exerit enim de se calorem, qui operatur in planta, vbi in terram bonam satum hoc fuerit semen, quia vbi voluntas fuerit auditoris bona, verbum Dei radicem figit & germinat. Huius verbi Lucæ 24 Dei calorem senserunt duo ex discipulis in die Paschæ euntes in Emaus, qui Christum in specie audierant peregrini dicentes: Nonne cor nostrum ardens erat de Iesu, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Paremus igit cor nostrum & voluntatem nostram, vt Dei verbum non fastidiamus, & ne audiamus ne- Matth.10 gligenter. Scimus enim quomodo improperauerit quibusdam ciuitatibus, vbi Dei verbum fuerit prędicatum, quod illud fastidierant: idcirco remissius futurum pronuncians in iudicio terræ Sodomorum, quam illis ciuitatibus. Inest igitur Dei verbo calor quidam naturalis tanquam semini, vnde virtus prodit nutrimentalis. Sed quod terra sit bona, in quã seminetur necesse est, alioquin nihil crescet. Secundo, in semine virtus est quædam penetratiua, qua virtus & operatio eius diffunditur.

Semẽ cur nominet verbum Dei.

Sic verbũ Dei ad intima penetrat, de quo dicit Paulus: Viuus enim est Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio anci- Hebr.4 piti. Afficit enim, & mutat intima cordis. Vultis videre, quantæ sit virtutis, & efficaciæ verbum Dei, quantumve penetret ad interiora mentis? Petro, Andreæ, Ioanni, Matthæo, Zachæo, cæterisque omnibus apostolis, quantam vim intulit verbũ Dei? nonne vbi Christus dixit: Sequere me, sta- Matth.4 tim obliti parentum, obliti vxorum, obliti filiorum, obliti diuitiarum, obliti denique omnium quæ habebant, nihil posthac amabant in mundo, sed omnibus relictis prætulerunt Christum? Quid dico? Non solum carnem suam persequuti sunt Galat.5 cum vitijs & concupiscentijs suis sancti, sed etiam animam suam, hoc est, vitam suam odio habuerunt propter verbum Dei. Ioan.12 Simili modo de seipso Dauid quoque testatus: Propter verba, inquit, labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Psalm.17 Postremo videamus virginum monasteria, virorumque & sacerdotum cœlibatum. Non enim om̃es de incontinẽtia sunt suspecti. Quis illis (de bonis loquor) persuasit mundum, parentesq; relinquere, in monasterijs arcta interdum parsimonia viuere, & hodie vbi inter hæreticos viuunt, contemptum, irrisiones & persequutiones sustinere, hilariterque nihilominus perseuerare? hoc potissimum conqueri, quod non sinuntur alios Deo secũ seruituros sibi ascire? Quid, inquam, confortat eos? quid virtutem animo præstat, nisi verbum Dei? Glorantur Lutherani quod habeãt verbum Dei. Sed cuiusmodi obsecro? Nempe, quod facit ab Ecclesia deficere, à Deo apostatare, fidem frangere, vota temerare, mãdata omnia potestatis, aut superiorum transgredi, bona opera contemnere, deuotionem ridere, & inter fornicationes, ingluuiem, aliaque flagitia consenescere, & nihilominus cœlorum regnum, etiam si Deo displiceat, sperare? Proh pudor, hoccine est verbum Dei? Absit, vt spes eorum sit spes, sed inconsulta, temerariaq; p̃sumptio. Terra itaq; in qua semen, hoc est, Dei verbum fructificat, bona est voluntas, deuotioque feruens, quæ nunquam ociose audit, aut frustra verbum Dei, sed mox vbi audierit illud, in se concipit tanquam semen Dei per bonum propositum, q̃d aliquando in opere

Lutherani cuiusmodi habeant verbum Dei.

Terra bona quæ.

opere pariat. Siquidem vbi germinauerit in opus, tunc seminis probatur cõceptio. Porro fructus in messe demum apparere

Sapien.3

incipit, quando reddit Deus mercedem laborum sanctorum suorum, quos hic deduxit in via mirabili.

1.Cor.9

Qui enim parce hic seminauerit, parce tũc & metet.

N

Tria fructũ verbi Dei impedientia.

Non est hic tacẽdum tria esse, per quę vehementer impeditur, ne fructum adferat verbum Dei.

I.

Primum nanq; pudor est bonæ actionis, maxime ea, quæ humiliationem flagitat, & quam superba verecundia timet. Omnes esse volumus humiles, sed non item omnes humiliati: quãuis non nisi per humiliationem sui acquiritur humilitas. Erubescimus, de quo nequaquam est erubescendum. Verbi gratia: Transit diues quispiam aut honoratus, vbi seruum aut mancipium quodcunque grauatum, aut sub fasce laborans videt, compatitur grauato, vellet illi si nemo videret, opem ferre & releuare eum sub onere, sed verecundia ductus in aliorum non audet oculis. Hæc cogitatio compatiens, & adiuuare cupiẽs, nonne est semen Dei? Nonne verbum est à Deo inspiratum, seu inspiratio diuina? Et tamen ne fructus inde enascatur, pudor id impedit bonę actionis, & humiliationis timor. Existimationem enim sui grauari diues putat, si palam cum eo, qui succumbit sub onere humeros supponeret. Certe charitas nõ erubesceret, humilitas quoq; non erubescit, opus huiusmodi, aliudve simile, quod misericordia imperat. At superbia, quæ prudens in oculis est, & mundana sola cogitans, prohibet & dicit: Si hoc faceres, quid dicerent, aut cogitarẽt homines? Nonne te stultum putarent?

Gregorius.

Olim monachi currus, & bigas monasterij cum equis regebant, necessaria monasterijs aduehentes. Erant autem tunc monachi, vt modo in monasterijs sunt laici conuersi. Sed dic modo conuerso vt vehiculum, seu monigam (vt vocant) cum vase per oppidum vehat, aut onustus fœno incedat per ciuitatem, aut vile huiusmodi aliud portet. Num faciet? Et quę excusatio illi erit alia, nisi q̃d rideatur ab hominibus, quod scandalizentur homines, nesciẽti quid scandalum sit, qui suam superbiam erubescentiam vocat, & aliorum scandalizationem? Timens enim vilis ęstimari, scandalum se dicit timere aliorum. Obedientiam itaque refugit ex pudore actiõis bonæ. O quoties nobis superbia hæc, quæ verecundiam se fingit, imponit, quoties à bono, virtuosoque opere retrahit, timentes ne confundamur, ne derideamur, aut ne pereat apud homines existimatio nostra?

Superbi... vti ve... cundia... se fingi...

Ab hoc vitio liber est, quisquis homines non aliter inspicit, quam homines, nihil motus, siue ab illis laudetur, siue (vbi culpa abest) vituperetur. Scit enim laudibus se alienis non fieri meliorem, nec deteriorem vituperijs hominum. Ideo Deum solum respiciens, q̃cquid ad illius gloriã pertinet, propter homines non intermittit.

Glori... nã fug... di mo... quis.

Exemplum habemus de Dauid rege, qui saltauit ludens ante arcam gaudio deuotionis plenus, dum illa duceretur ad suam ciuitatem.

1.Reg...

Tunc enim præcedebat arcam Dauid rex Ephot lineo accinctus, percutiensque in organis armigatis totis viribus coram domino saltabat ante arcam. Quem prospiciens Michol filia Saul per fenestram, despexit eũ, & paulo post hoc etiam ei illudendo quasi leuitatem exprobrauit. Cui Dauid respondens: Viuit dominus, inquit, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum. Ludam & vilior fiam plusquam factus sum: & ero humilis in oculis meis. Vide igitur, quomodo rex Dauid, vt suę satisfaceret deuotioni, contempto pudore humano, se humiliauit, & expende si quispiam bona agẽs vituperetur, hi à q̃bus vituperatur, fatui profecto sunt, quamlibet iuxta seculum sint prudentes, & magni sensu carnis inflati, qui bene operantem spernunt, quia non solum non sunt pauperes spiritu, sed paupertatem etiam spiritus in alijs derident.

Col...

Noli igitur tu propter fatuos stultus fieri, vt ꝓpter ipsorum huiusmodi iudicia (quę honestissime contemnuntur) bonum aliquid intermittas. Nihil tibi cum gloria mundana, qui Christi duntaxat gloriam quæris, & testimonium conscientiæ, ac virorum Deum timentium, non eorum qui dicũt bonum malum, aut malum bonum.

Esaie...

Quare enim sancti in tanta sunt hodie veneratione apud vere Christianos, & gloria, nisi quia gloriam, quę datur ab hominibus, hic cõtempserunt? Non est igitur malum, sed vicinius etiam est virtuti malis displicere.

O

II.

Sunt alij in quibus fructum non facit verbum Dei, & quos à bono opere retrahit, difficultatis, pœnalitatis, ac laboris timor, quia nondum sunt mortui sibijpsis,

psis,sed amor in eis proprius viuit. Sciunt
quidem bonum esse,salutiferumque quod
prædicatur, quodque inspiratur à domi-
no.Laudant,magni faciunt, & optāt hoc,
Matth.11 sed nolūt pati,nolūt sibi inferri vim: haud
memores quod regnum cœlorum vim pa
titur, & quod violenti rapiunt illud. Ti-
ment igitur & horrent Dei verbum, quia
illis est contrarium. Audiunt enim, verbi
Ephe.5 gratia:Nolite inebriari vino,in quo est lu-
xuria,laudant & ita agere volunt,vt mane
ant sobrij,sed vincit eos tentatio, quia se-
ipsos vincere non possunt,aut nolunt.Sic
Matth.5 alij audientes: Diligite inimicos vestros,
benefacite his, qui oderunt vos, statuūnt
hoc ita facere,vt rem vtilissimam,atq; Deo
maxime placentem, sed ad opus non per-
ueniūt, quia difficultas eis videtur nimia,
aut se humiliare(vnde pudescūt) iuxta pri
mum modum,aut benefacere his,qui ode
Roman.12 runt se. Dicitur tibi: Redde pro malo bo-
num,& scriptura in qua semē est Dei,quo
tidie hoc dicit.Quid respondes? Optarem
quidem,& ora pro me, vt possim.At non
possum huic homini amicari,qui adeo me
offendit.Vides,quia difficultatis & labo-
ris timor impedit,vt verbum Dei non fru
III. ctificet?Neq; enim tibi laborem atq; vim
Amor cuiusmodi prædicat verbum Dei. studes inferre. Tertium est quod impe-
dit verbum Dei,amor. Hic siue fuerit na-
turalis,siue acquisitus,siue socialis,aut car
nalis,mirum in modum impedit Dei ver-
bum,tam inspiratum, quam prædicatum.
Hic cognoscant se quos societas detinet
ad peccandum,quos amor captiuos ligat,
quia malus amor est in causa,quare tā bo-
næ,sanctæque inspirationes, & à Deo to-
ties acceptæ negligantur.Quotidie nos sa
cerdotes sacram scripturam legimus, &
prędicamus.Quare igitur in nobis,qui do
cemus alios,non maximum facit fructum
verbum Dei? Quia ad creaturam aliquam
nos amor ligauit, vnde recedere nolu-
mus:ideo verbū Dei in nobis operari non
potest.Alius ligatur ad crapulam & vinū,
alius ad aleam, alius ad pecunias, alius ad
scortum,& ad huiusmodi alia multa, qui-
bus impeditur.Adam primus parens no-
ster amore ligatus ad Euam,quia illā con- Gene.3
tristare noluit,ei consensit de ligno vetito
edere,quamuis malum hoc esse sciret. Sa-
lomon quoque non ignorabat idololatri 3.Reg.11
am Deo omnium maxime exosam, & sibi
prohibitam:tamē non continuit se ab ea,
sed propter amorem mulierum idolis tem
pla,seu aras ædificauit,& adorauit. Sic He
rodes quoque ex Ioanne Baptista verbum Matth.14
Dei audiens,dilexit eum & libenter audie Marci 6
bat illum.Sed quare verbum Dei in eo nul
lum attulit fructum,maxime per verbum
Dei monito, vt illicitas solueret nuptias?
Ideo certe,quia amore addictus fuit vesa-
no pestilentissimæ illi Herodiadi, qua ca-
rere noluit. Quamobrem Dei verbum ne
operaretur fructum,amor ille perditus im
pediuit. Nos igitur filij, non erubesca-
mus pro virtute,pro Dei amore, ac cultu,
quæcunque etiam vilia, præsertim si virtu
tis in his exercitium fuerit,exercere. Non
parcamus labori,aut difficultati,quo vin-
camus, extirpemusq; priuatum amorem.
Nulli rei quoq; inhæreat adeo cor nostrū,
vt illam præferamus Deo.Et tunc cor no-
strum erit terra, quæ fructum adferre pos
sit centuplum,largiente id nobis domino
nostro Iesu Christo,qui est benedictus in
secula,Amen.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA, EPIstola B.Pauli apostoli,I.ad Corinthios XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorū, charitatem XVI.
autem non habeam,factus sum velut æs sonans, aut
cymbalum tinniens.Et si habuero prophetiam,& no
uerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si ha
buero omnem fidem,ita vt montes transferam, cha-
ritatem autem non habuero,nihil sum.Et si distribue
ro in cibos pauperum omēs facultates meas,& si tradidero corpus me-
um ita vt ardeam,charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Charitas patiẽs eſt,benigna eſt. Charitas nõ æmulatur,nõ inflatur, non agit perperam,nõ eſt ambitioſa,nõ quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, nõ cogitat malũ,non gaudet ſuper iniqtate,cõgaudet aũt veritati. Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet. Charitas eñ nunquã excidit:ſiue prophetiæ euacuabuntur,ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte eñ cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt venerit quod perfectũ eſt,euacuabitur,q̊d ex parte eſt. Cũ eſſem paruulus,loquebar vt paruulus,ſapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quando aũt factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,tũc aũt facie ad faciẽ. Nunc cognoſco ex parte, tunc aũt cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manent fides,ſpes,charitas,tria hæc:maior aũt horũ eſt charitas.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

1.Cor.12

VBi Apoſtolus hortatus Corinthios fuerat, omnes nos eſſe vnum corpus Chriſti,cuius cum varia ſint dona (ſicut & mẽbrorum alia atque alia ſunt officia in naturali corpore) ſingularibus membris collata,idque nõ in vnius hominis,ſed in totius corporis myſtici vtilitatem. Ne quis infletur, aut ſe extollat aduerſus alium propter aliqua dona,quę in ſe magis,quam in alio reperit,puta ꝓphetiam, genera linguarum, gratiam curationum, aut aliquod huiuſmodi,ſciat ſe certum nõ eſſe per hæc ſe placere Deo: quandoquidem ea, quæ in vtilitatem dantur multorum,& bonis & malis dantur. Nec raro fit, vt magis propter vtilitatem conferantur eorum,qui his participãt donis,quam ob meritum eius, qui dona hæc recipit. Eam ob rem in epiſtola hodierna cum excellentiorem nobis,ſecurioremq; viã,quę fallere nos nõ poſſet,vellet oſtendere,charitatem commendat,præfertq; eam omnibus alijs, quibuſuis operibus,atq; donis dicẽs: Si linguis loquar hominum,omniũ generum linguas intelligens & loquens,aut etiam angelorũ (habent enim & angeli modum quendam loquẽdi,ſeu inſinuandi, quo à ſuperioribus illuminentur inferiores) vt ſine voce mea inſinuare alteri voluntatem ſuam: charitatem autem,id eſt,amorem Dei & proximi à Deo infuſum, quo carere poteſt oñium linguis loquens,non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, quod ſonum quidem generat,ſed nihil loquitur,aut ſignificat. Sic tametſi omnium linguis loquar,non habeam autem charitatem,ero vt ſonus nihil ſignificans, quia abſq; ſpiritu veluti mortuus ſum. Sicut autẽ corpus abſq; anima mortuũ eſt, ita anima eſt mortua abſque charitate. Quid aũt mortuo ꝓdeſt,prodeſſe alijs multis? Quid prodeſt docenti,prædicanti ve alios cõuertere, alios ad vitã inſtruere, ſi doctor ipſe non habeat charitatẽ:ſi ipſe in ſe nõ habeat vitam? Et ſi habuero omnẽ prophetiam,futura præ noſcens,nouerimq; omnia myſteria ſacræ ſcripturæ, omnemq; ſcientiam,adeo vt nihil me fugiat, habuero q̊q; tã perfectã fidem, vt mõtes trãsferã, iuxta promiſſa Chriſti, dicentis: Quicunq; dixerit huic monti, tolle te,& mitte te in mare, & nõ hæſitauerit,fiet ei: charitatem autem nõ habuero,tametſi ex donis illis aliquid eſſe exiſtimer,tamen nihil ſum,quia ſpiritui meo vita deeſt, Deus. Qui autem putat ſe aliquid eſſe,cum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit. Præterea, ſi diſtribuero pauperibus facultates meas,id eſt,omnia quæ habeo,& habere poſſum bona,q̊d Chriſtus perfectionis vocat opus, dicẽs: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,mihi tamen charitatẽ non habenti nihil prodeſt,quantumuis ſcriptura eleemoſynam laudet. Quod ſi corpus meum ſæuiſſimis tradidero pœnis,ita vt flammis iniectus ardeam, ſine charitate ad æternæ vitę conſecutionẽ nihil mihi prodeſt. Poſſet enim aut ex ſeruili timore,aut ex iactantia, aut odium ſeruans in proximum quis martyrium pati:cui tamẽ ſine charitate patienti beatitudo nulla conferretur. Quare cum nullum eſſe,aut prodeſſe bonũ poſſit abſque charitate,qui charitatem habet, omnia

Linguę angelorũ q̃les ſint.

B mnia habet. Est autem charitas patiẽs & benigna. Patientia est vero aliena mala æquanimiter perpeti, cõtra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam q sic proximi mala portat, vt nihilo minus tacitus doleat, tempusq; dignæ retributionis quærat, patientiam non exhibet, sed fingit. Charitas igitur patiens est, benigna est, vt non solum aliena mala toleret, sed etiam quos portat, amet. Non æmulatur, quia is qui de tẽporalibus bonis nil appetit, alienis felicibus successibus inuidere quoq; nescit. Charitas non agit pperam aut peruerse, proximum nequiter impediens. Charitas quoque non inflatur superbiens ex temporali felicitate, nec est ambitiosa, honores & fastum diligẽs, nec quærit quæ sua sunt, sed aliorum salutem animarumque profectum suis commodis suisq; vtilitatibus præfert. Non irritatur, vt commota vltionem meditetur, nec quo modo alteri inferat malum, cogitat. Charitas deniq; non gaudet sup iniquitate: qa nec exultat in perditione delinquentium, nec in sustinentium aduersitate lætatt, sed magis congaudet veritati, non tã doctrinæ, quam operũ iustitiæ. Charitas omnia suffert longanimiter propter spẽ vitæ æternæ, omnia credenda credit, intellectũ suum captiuãs in obsequiũ Christi. Omnia sperat quæ promisit Deus, omniaque illa expectans, perseueranter sustinet. Charitas nunquam excidit à Deo, nunquam desinit hic crescens, donec in futura vita perficiatur. Sed dicis: Quomodo tunc scriptum est: Refrigescet charitas multorum: Aut quomodo cuidam in Apocalypsi dicitur: Habeo aduersus te, quod charitatem tuam primam reliquisti, si charitas nunquam à Deo excidit: Dicendum, non dictum esse charitatem nõ posse amitti, sed charitatem, quamdiu est & vbi est, non separari aut excidere à Deo. Nam si excideret, iam charitas non esset. Potest igitur charitas quæ fuit, non esse, non potest autem quæ est, à Deo excidere. Omnia alia quæcunque præclara dona Ecclesiæ data peribunt, aut in melius commutabuntur, charitas autem manebit hic & in futuro. Siue enim (vt nonnulla donorum Dei recenseam) sint prophetiæ, hæ euacuabũtur. Cum enim quod prophetatũ est, eueniet, vltra locus prophetiæ non est. Siue sint linguę, cessabunt. In regno nanque Dei non erit linguarum varietas, neque necessitas. Poterunt nanq; ibi loqui. Verũ tamen cuiusmodi ibi locutio post extremum iudicium futura sit, puto nulli reuelatum, nisi quod fortasse nulli dubium est, eo modo quo nunc loquimur in hac vita, tunc non colloquuturos in patria. Sequitur: Siue sit scientia, & hęc quatenus ad huius vitæ modum sciendi attinet, destruet, perficietur vero modo nobiliori & perfectiori, quam hic cognoscimus. Ex parte enim, hoc est, impfecte hic cognoscimus, nõ omnia cognoscentes, sed interim multa ignorantes, & ex parte prophetamus: quandoquidem pauca ex multis his quoque, qui donum habent prophetiæ, reuelantur in hac vita. Cæterum cum hęc vita, quę imperfectionis est tẽpus, transierit, & euenerit in futura beatitudine, quod pfectum est, & quod in veritate consummatum est, euacuabitur id, quod ex parte, id est, cessabit omnis imperfectio, quæ in hac vita fuerat. Non dissimilia B. Ioannes in in epistola sua loquitur: Charissimi nunc Dei filij sumus, & nondũ apparuit, q̃d erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eũ, sicuti est. Cuius rei capiatis similitudinẽ: Cum essem paruulus seu puer, loquebar imperfecte & balbutiens, vt mos est puerorum. Sapiebam quoque, puta pueriliter vt paruulus, agitabam quoque ludicra vt paruulus. Quando autem factus sum vir perfectus consummatusq; vsu ratiõis, scientia atq; iudicio, euacuaui, deserui contẽpsiq; ea, quę sunt paruuli, puerilia scilicet. Hoc modo bonorũ impfectio huius vitę nobis peribit, ita tamen vt in aliam perfectionem ac plenitudinem in futura vita mutetur. Hoc nanque tempore caliginoso, q̃ hic viuimus, videmus Deum quasi in speculo & ænigmate suo. Per visibilia enĩ hęc, & maxime per hominem, qui ad imaginem Dei creatus est, in noticiam pertingimus Dei, contemplantes eum quasi in speculo. In futuro autem seculo tunc videbimus eum facie ad faciem. Itaq; nunc Deũ cognosco impfecte, & vix ex aliqua parte, tũc aũt, hoc est, in futura vita cognoscam eum, sicut & cognitus sum. Quãdiu autem in hac vita degimus, manent in electis & sanctis Dei cõiunctim fides, spes, & charitas, qbus hęreãt Deo, e quibus tribus maxima est charitas. Spes nanque & fides possent

Gregori. Patientia quid sit. — 1. Cor. 10 — Matt. 24 — Apoc. 3 — Charitas qui amitti possit. — 1. Ioan. 3 — Gen. 1. 2

possent esse in homine informes. Porro charitas non potest esse informis, quæ alĳs bonis vitam præstat & decorem.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ Quinquagesimæ. Lucæ XVIII.

C

NOn immerito qs admirari possit, quõ fiat, vt hodierno die, qui hominibus præsertim mũdanis gaudio est & lætitiæ, Ecclesia præter subtractionẽ canticoꝶ lætitiæ, memoriam proponat dominicæ passionis. Nã dies hæc vocatur à vulgo carnisprivium, eo quod in castrino quadragesimalis cibus maxime à clericis debeat sumi, & hodie carnibus fit quasi vltimo die in esum sumẽdis, donec pascha illucescat, valedicendum. Quare incongruum videtur huic tempori passionis dominicæ memoriam applicare, quo tot fiunt leuitates, totidemque abominationum transgressiones, vt iustius hic dies spiritusprivium, quam carnisprivium, vocaretur. Reuera enim non parum spiritus priuatur deuotione, cũ nimium tribuitur carni. Admissa fuit olim à patribus recreatio aliqua hoc die, post quem magno feruore incipiebant homines pœnitentia & abstinentia se macerare. Honestum enim gaudium non est ꝓhibitum, licet hoc vnum præcipue laudetur, quod de bonitate concipitur creatoris, q̃d de beneficĳs quoq; augetur ab eodẽ acceptis: dũ seipsum his indignũ ex animo sentit homo, gaudetq; in sola misericordissima dignatiõe Dei, quã sup se liberalissimam ac copiosam videt. Pari modo gaudiũ quoq; est religiosum, de euasione peccatorum, & de gratia se custodiente. Veꝝ, relicta lætitia spirituali, gaudio nunc se tradunt homines diabolico. A quo retrahere eos cupit Ecclesia, idcirco quod omnium maxime compungere debet mentem, historiam narrat summatim dominicæ passionis, vt memores charitatis huius immẽsæ, erubescamus seruitĳ captiuitatis que diabolicæ. Quomodo ergo mundus & diabolus suis filĳs iugum imponit vitiorum & peccandi exercitium, ita Ecclesia suis alumnis ac deuotis dominicæ passionis opponit exemplũ. Mundus gaudet in operibus carnis, filĳ Ecclesiæ compunguntur deuotis exercitĳs spiritus. Illi latã currunt viam ad infernum, hi ambulant arctam viam spiritus. Verum redeamus, audiamusque Euangelium.

Passionis dominicę memoria cur hic insinuetur.

Gaudiũ religiosum quod.

Ecce ascendimus Hierosolymã, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.

Hoc Euangelium tametsi hodie legatur, est tamen hodie nõ factum, sed ea quę hic leguntur, dicta & facta sunt circa vltimum Paschæ, quando iam Iesus à Galilęa ascenderat Hierosolymam, paulo post passurus. Tunc enim assumpsit discipulos suos, & ait illis secreto: Ecce ascendimus Hierosolymam. Quod passionem suã prædixit suis, ideo fecit, ne postea nimium scandalizentur discipuli, & videntes Iesum captum, putarent eundem non potuisse euadere, sed manibus fuisse impiorum præoccupatum. Prædixit igit suam passionem, q̃ ostenderet se ea, quæ ventura sibi erant, ꝓscire quidem, sed vltro cũ euadere posset, eadem subire. Deinde confortare eos voluit contra futuram tristitiam, vt minus turbarẽtur, cum euenire cernerent, quæ sibi fuerant prædicta. Voluit autem secreto illis hæc dicere. Quare secreto? Ob euitandam turbationem. Homines enim compassiui & fœminæ deuotæ turbatæ fletibus alios inquietassent. Hæc Christo apostolis reuelante dubium non est Iudam quoque apostolum tunc adfuisse, qui ipsum erat traditurus, sed an Iudas tunc adhuc bonus fuerit, nec ne, ignoratur. Certum autẽ est, Christus quicquid dixit, qui eius cor videbat, ad illius (si fortasse malæ fuerit voluntatis) correctionem dixisse: Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam. Vides eum vltro fuisse passum, qui ad locum ascendit passionis, vbi erat tradendus & flagellandus? Nisi vltro se tradere voluisset in mortẽ, non debuit ad locũ accedere, q̃ se capiendum & interficiendũ sciebat. Ascendimus aũt dicit, quia à Galilæa veniens ad montana ibat, vbi Hierusalem sita erat. Et consummabuntur omnia, quæ dicta sunt per prophetas de filio hominis. Quasi dicat: Quicquid de mea passione, quicquid de resurrectiõe scripserũt ꝓphetæ, nunc implebuntur, vt inde quoq; intelligatis me esse, quẽ ꝓdixerũt ꝓphetæ, cũ eadẽ videritis in me impleri. Voluit aũt consummari in Hierusalem & impleri, quæ de se scripta sunt,

Matth. 20. *Marc. 10.* *Marc. 9.*

D

Lucæ 13 In Hierusalē cur pati Christ⁹ voluerit. pta sunt, non absque ratione. Neq; enim, vt dixit, capiebat Prophetam perire extra Hierusalem. Deinde congruebat, quia seipsum patri pro vniuerso erat immolaturus mundo, vt hanc offerret hostiam in ciuitate sacerdotali, vbi erat templum & doctrina legis, quo simul inexcusabiliores fierent Pharisæi & Scribæ, apud quos erat sciētia legis, dū viderāt in Christo impleri, q̄d p̄dictum in scripturis legebāt. Fuit prȩterea ciuitas hæc Hierusalem regia metro-
Ioan.13 Matt.28 polis. Christo autem pater dedit omnia in manus, imo & post resurrectionem suam datam sibi potestatem adfirmat in cœlo & in terra. Ipse quoque rex est & sacerdos, propterea regnum suum non ne-
Ioan.18 gauit coram Pilato, nec sese regem abnuit, sed regnum suum non esse de hoc mundo asseruit. Regnum enim suum sæpenu-
Matth.25 mero in parabolis testatur: Simile est regnum, inquiens, cœlorum decem virgini-
Matth.20 bus. Et: Simile est regnum cœlorum homini regi, &c̄. de se & de Ecclesia loquens. Per passionem enim sibi acquisiuit hoc regnum, ideo non abs re fuit, vt in regia vellet pati ciuitate. Aduerte aūt hic aliquid sublimioris eruditionis, qua semper in omni sua vita nos erudire voluit ad humili-
Lucȩ 2 In Bethlehem cur nasci voluerit Christus. tatem. In vili enī & parua ciuitate, nempe in Bethlehem voluit nasci, sed in gloriosa ac nobili ciuitate confundi, non quærens honorem ex patria aut generatione, nec fugiens opprobrium, quod maius sibi nouit futurum ex ciuitatis nobilitate. In Hierusalē enī magna erat populi multitudo,
Matth. 27 Ioan.19 & tum præcipue, quando inter latrones vt vnus illorum est extra ciuitatem Iesus eductus, & in eorum medio crucifixus. Voluit itaq; solus & incognitus nasci, quo rursus alia ex parte humilitatem nos docuit, sed noluit solus & ignotus ex morte confundi. Heu quam longe alia est nostræ superbiæ cogitatio, qui magis videri, quam esse humiles volumus. Nos vbiq; & in omnibus excusando, celando, fingēdo, dissimulando agimus, ne confundamur, aut contemnamur nos defendentes. De filio hominis. Hominis, id est, virginis beatissi-
Ioan.12 mæ, cuius filiū se plerumq; ex humilitate nominat, cū sit etiā Dei. Quæ sint aūt, quæ prædixerint de eo Prophetæ, quandoqui-
Act. 3 dē Petrus quoque confessus est, dicens: Deus p̄nunciauit per os omnium Prophetarum pati Christum suum sic: videamus.

Tradetur enim Gentibus, & illudetur & flagellabitur, & conspuetur.

De eius traditione Psalmista dicit: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. De eius agone & pauore mortis idem: Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, De eius consputione & percussione Esaias: Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Itemque Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Et Hieremias: Dabit percutienti se maxillā, saturabitur opprobrijs. De eius flagellatione Psalmista: Et fui flagellatus tota die. De eius damnatione in libro Sapientiȩ: Morte turpissima cō demnemus eum. De baiulatione crucis Esaias: Principatus eius super humerum eius. De eius extensione & crucifixione denuo Psalmista: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Quod præterea sceleratis est sociatus, quod pro inimicis suis rogauit, & q̄d sponte in mortem se dedit, Esaias: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. De vestium quoque eius diuisione Psalmista: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. De eo, quod clamauit se derelictum, idem: Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? De fellea potatione, idem: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. De eius morte Daniel: Et occidetur Christus, & nō erit eius populus, q eum negaturus est. Et alia id genus multa. Quis omnia enumeret? Igitur de sola (prȩtermissis reliquis) resurrectione dicamus, qa & eius propheta Sophonias meminit, dicens: Expecta me in die resurrectionis meæ futurum.

Psal.40
Psal.54
Esaiæ 30
Ibidem.
Thre.3
Psal.68
Sapi.2
Esaiæ 9
Psal.21
Esaiæ 53
Psal.21
Ibidem.
Psal.68
Dan.9
Sopho.3

Tradetur enī Gentibus ad illudēdum. E Quamuis pater tradiderit filium in mortem, iuxta illud: Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illū, & filius quoq; tradiderit seipsum sicut scriptū est: Tradidit semetipsum pro nobis hostiā & oblationē Deo: tamen hic de apostoli sui traditiōe & Iudæorū loquitur. Iudas enī Iudæis Christū vendidit, & tam Iudæis, quam Gentibus tradidit capien-

Rom.8
Ephe.5

endum. Iudæi vero Gentibus, Pilato scilicet & Romanis tradiderũt Christum crucifigendum. Illusus autẽ fuit Christus quatuor vicibus. Primo, in domo Caiphę. De qua illusione apud Lucam scribitur: Viri, qui tenebant eum, illudebant ei. Secũdo, in domo Herodis: Spreuit eũ, inquit, Herodes cum omni exercitu suo, & illusit eum veste alba. Tertio illusus est in prætorio Pilati, vbi milites coronam ei spineam imprimunt illudentes. Quarto in cruce illudebant ei, & principes, & milites dicentes: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Flagellabitur. In domo Pilati flagellis cæsus est, vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non esset in eo sanitas. Imo vsque ad costarum nudationem (vt multi scribunt sancti) cum esset tenerrimo corpore ac nobilissima complexione, cæsus est. Dicunt tamen quidam Christum ante quoque fuisse flagellatum in domo Caiphæ tota nocte, vt propterea illud de eo intelligatur: Et castigatio mea in matutinis.

Illusus vt fuerit Christus quater. I. Lucæ 22 II. Lucæ 23 III. Mat. 15 IIII. Lucæ 23 Ioan. 19 Esaiæ 1 Psal. 72

Et postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Non passionem suam tantum futuram apostolis narrat, sed etiam resurrectionẽ, vt cum vnum euenisse cernerent, aliud quoque futurum non desperarent. Et ipsi nihil horum intellexerunt, quia non intelligebant scripturas, donec post resurrectionem illis aperuit sensum, ideo nihil iam intellexerunt. Non parum autem faciebat ad hoc, vt minus intelligerent, quod quia Christum credebant Dei filium, ideo de eius morte nihil poterant cogitare, sed ea quæ dicebat, vera quidẽ esse, sed intellectũ, quẽ non caperent, habere putabant, fortasse enim non existimabant eum moriturum, aut mori posse ratione diuinitatis.

Ioan. 8

Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autẽ ei, quod Iesus Nazarenus transiret.

Cũ Iesus appropinquaret ciuitati, quæ erat Hiericho, cum appropinquaret, id est, cũ vicinus esset ciuitati, quia alius Euangelista refert idem miraculum factum dum exiret de ciuitate Hiericho, hoc est, cum adhuc vicinus esset ciuitati, vt intelligatur non accedens, sed recedens de ciuitate, iuxta Marcum, cum adhuc prope esset, refertur hoc fecisse miraculum, quamuis satis incongruus sit iste modus loquẽdi. Hoc aũt miraculum Lucas hic anticipatiue narrat, & postea, quod de Zachæo dicendum fuerat, quasi neglectum repetit. Sedebat secus viam mendicans.

Matth. Marc. Lucæ

Et clamauit dicẽs: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibãt, increpabãt eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili Dauid miserere mei.

Clamabat, inquit, puta magna voce & ardẽti affectu: Iesu fili Dauid miserere mei. Iesum nunquam viderat, relatione tamen aliorum, tanta de eo audierat, vt illum non solum Christum crederet, sed etiam sanitatis gratiam ab eo flagitaret. Quod enim Christũ credidit, in hoc declarauit, quod illum filium Dauid nominat, de cuius semine Christũ nasciturũ omnibus palam erat. Et qui pibant, & qui sequebantur Christum, increpabant cæcum, vt taceret, ne turbaret suo clamore, aut Christũ contemplantem, aut populum in itinere ad Christi sermonẽ auscultantem suo impediret clamore. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Magnus fuit desiderij feruor huius cæci, ideo noluit sibi prohiberi clamorẽ ad Iesum. Et tu quoq; nõ sinas impedire clamorẽ tuum, vel rememoratiões pteritæ, vel sollicitudines futuræ temporalis vitæ, quando oras ad dñm. Imo importunitate, ac orandi violentia tu eorum voces superes, vt tu solus in silentio audiaris, vocibus alijs, quæ se importune ingerunt, compescitis, siue sedatis. Solet enim orantibus nobis frequẽtior tunc tumultus vitiorum obstrepere, & orationem nostrã interturbare. Contra quem eo vehementior intentionis vis orãti est resumenda, quo distractionis atque euagandi pronitatem compescat.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cũ appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam.

Stans autem Iesus, iussit eum adduci ad se. Feruens desiderium, feruentiorque fides cæci misericordissimum cor Iesu su-

fiebat,quod nisi præstito beneficio transire noluit. Porro beneficium hoc dare potuisset illum non aduocando,atque interea eum expectando,sed benignitatē pijssimi cordis sui gloriosius nobis in exemplum cupiebat monstrare,& quam misericordes,clementesq; absq; fastidio aut supercilio esse debeamus in pauperes, nos docere. Et cum appropinquasset, interrogabat illum,dicens: Quid tibi vis vt faciam? Vide clementiam saluatoris, ad omnia se paratum offert. Quid vis inquit,faciam? Vis eleemosynam,vis corporis sanitatem? Vtrum vis,concedo. Domine,vt videam,hoc rogo. Lumē oculorum omnibus prętulit. Sine illo enim triste est gaudium, id quod Tobias fatetur salutanti angelo respondens: Quale mihi gaudium est, quia in tenebris sedeo,& lumē cœli nō video? Tob. 5

Et ait illi Iesus: Respice,fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit,& sequebatur illum,magnificans Deū. Et omnis plebs vt vidit,dedit laudē Deo.

Vt promptum se ad satisfaciendum cæci desiderio obtulerat,ita confestim ei, quod petijt,largitur,imperatiue faciens miraculum. Respice: Et confestim vidit, qui fuerat cæcus,clarius videns ex gratia miraculi,quam vnquam potuisset ex natura videre. Et sequebatur eum magnificans Deū. Quo ostendit se non modo sanum in corpore,sed in spiritu etiam factum. Omnis autem plebs vt vidit,dedit laudē Deo. Laudē Deo optime tribuit,cuius est omne bonum,& à quo omne est beneficium. Laudem nanque Deo dare,est donum Dei, cuius est confiteri,nostram indignitatē, qua bona à Deo recipimus,agnoscere, & profundissima humilitate iuges eidem gratias agere. Quod omnibus nobis largiatur Iesus Christus filius virginis dñs noster, A.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Cuiusmodi fuerint iubilei priuilegia, & quō peccatorum obtineamus remissionem.

ECCE ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur oīa, quæ scripta sunt p Prophetas de filio hominis, Lucę decimo octauo. Hodierna dominica Quinquagesima dicitur,eo quod quinquaginta dierum tēpus hoc includat,hodie quidē inceptum,sed in Paschate terminādum, significat autem numerus hic remissionē. Quocirca in lege annus quinquagesimus erat iubileus,annus gaudij, remissionis, & libertatis. (Leui. 25) Simili modo nos nunc quoque pœnitentiam incipientes,per quinquaginta dies continuamus, eādem in Paschate, vbi est quinquagesimæ huius finis, quasi in iubileo remissionem peccatorum recipientes. Multa enim in iubileo olim concedebātur,quæ nobis spiritualiter per passionem nunc conceduntur Christi. Idcirco & hodie memoria dominicæ recensetur passionis,qua nos ad remissionis libertatisque iubileum credamus perductos.

(Iubilei priuilegia mystice. I.) In iubileo nanque fiebat remissio debitorum. Qui enim quicquā debebat, quod ante tempus non poterat soluere iubilei, iubileo adueniente liber fiebat ab omni debito. Sic nobis quoque in passione Christi debita peccatorum nostrorum sunt nobis dimissa. Omnes enim eramus debitores diuinæ iustitiæ ex reatu originalis peccati. (Ephe. 2) Hoc debitum nostrum Christus nobis condonans ita condonat, vt pro nobis eadem etiam debita soluat patri, vt in Psalmo loquitur: Quæ non rapui tunc exoluebā. (Psal. 68) II. Secundū quod cōcedebatur in iubileo,erat, quod vēditores vendita reuertebantur. Nemo enim agrum, aut aliquid simile perpetuo potuit vendere, præsertim extra ciuitatem constitutum, sed ad annum duntaxat iubilei vendebatur omnis possessio,supputando iuxta annos distantes à venditionis tempore, vsque ad futurum annum iubilei,præcium & iuxta æstimationis frugum agri. Porro in anno iubilei reuertebatur, quod venditum erat, ad possessorem suum primum. Et nos quemodo gratis,hoc est,alieno peccato venūdati sumus, (Esaiæ 52) ita etiam sine argento sumus redempti,hoc est,redempti sumus precioso sanguine agni immaculati & incontaminati Iesu Christi filij Dei. (1. Pet. 1) Disciplina enim pacis nostræ super eum, vt Esaias dicit. (Esai. 53) Quod dictum est: disciplina seu correctio,quæ nobis debebatur & peccatis nostris,facta nobis est disciplina pacis, quia nos non sustinuimus eam, sed nobis donata est, & Christo imposita. In ipsum enim pater posuit iniquitates omniū. (Esaiæ 53) Quomodo autē imposita sunt peccata omniū super eum,ita etiā disciplina pacis nostræ, id est,quā nos pati debueramus, sed cōdonata est,imposita est super eum. III. Tertiū

erat, quod in iubileo obseruabatur, quia serui, qui fuerant proprij ac venundati, in iubileo manumittebantur, & libertati restituebantur pristinæ. Hoc modo nos, qui sub iugo & serui eramus diaboli, per passionem Christi sumus redempti, & facti filij Dei. Eam ob rem in Apocalypsi dicitur: Occisus es, & redemisti nos Deo in in sanguine tuo. De hac liberatione Christus quoque loquitur dicens: Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

Apoc. 3
Ioan. 8

IIII. Quartum erat, quia in iubileo fugitiui recipiebantur. Licebat enim tunc eis in patriam redire. Nobis autem expulsis à patria cœlesti, siue exclusis, atque in exilio constitutis, nulla erat spes alia redeundi, nisi in iubileo per passionem Christi, de quo Paulus dicit: Iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Redire enim nobis licet ad patriam, & ad ipsum per ipsum.

Rom. 5
August.

H Est tamen hic obseruandum, quod per passionem Christi Iesu dicimur restituti libertati, & à seruitutis iugo liberati, non est hoc intelligendum de libertate Lutherana, quam Euangelicam ipsi vocant: sed nequaquam Euangelica est, sed Satanica est, carnalis, & quis nomine honestatis indigna. Neque enim ad hanc libertatẽ vocati aut liberati sumus, vt quicquid libet, liceat, vt nulli legi obnoxij simus, vt nemini, imo nec Deo seruiamus, quamuis Lutheranos putem non negare seruitutem deberi Deo, licet ea, in quibus seruiendum est Deo, destruant & explodant. Non sumus o filij ad hanc immundissimam pessimamque libertatẽ, hoc est, ad male agendi licẽtiam vocati, sed in hãc sumus libertatem spiritus vocati, vt non ex metu, quæ legis sunt faciamus, nec coacti & inuiti, sed vltro volentes ea, quæ lex iubet, iam spiritu diligamus ea, quæ iubentur, vt si nulla esset etiam lex suapte voluntate bona ac deuota, ea, quæ lex dictat, amaremus. Non ergo ita sumus liberati, vt nulla sub lege simus, sed vt nulla lex sit nobis necessaria, quæ inuitos cogat aut compellat: quandoquidem, quod lex dicit faciendum, nos facimus vltro, non impulsi per legem, sed inuitati per gratiam. Vbi autem idipsum fit, vltroque fit, quod lex iubet, iã non est dicendus per legem cogi, qui spõte sua legem facit, liber viuens: non quasi nullam habens legem, sed quod per nullam est coactus legem. Nemo enim cogi,

Libertas Lutheranorũ quæ sit.

Libertati veræ quæ nos restituant.

aut compelli dicitur, nisi inuitus. Quum autem ille inuitus non sit, quomodo dicẽdus est compelli sub lege, aut à lege? Quare potius legem dicamus ei, q̊modo Paulus iusto dicit non esse positam, quia (vt sæpius dixi) legem non inuitus tamen propter legem sibi impositam facit. Quapropter, vt huius iubilei priuilegia obtineamus, curandum nobis est huiusmodi nos inueniri, quibus possint hæ libertates atque immunitates iubilei digne communicari. Veniamus igitur ante dominum oportet immunes ac innoxij ab omni peccato. Quod haudquaquam nobis est possibile, nisi per pœnitentiam id fiat, qua damnemus puniamusq; in nobis omne peccatum. Cum itaque nobis pœnitentia iam ex tẽpore hoc statuto sit facienda, nõ hoc tantum est nobis faciendum, vt plangamus castigemusq; in nobis peccata præterita, sed vt muniamus nos quoque contra futura. Quæ autem munitio, quæve armatura validior, aut quod præsidium maius contra omnia vitia, contra tentamenta quæcunque, & contra quaslibet diaboli insidias, quam passio Christi deuote meditata seu deuote inuocata? Ne igitur viribus nostris deficiamus, muniri debemus armis Christi, id est, eius virtutibus & exemplis. Proinde enim nobis dicitur: Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Et: Recogitate eum, qui contradictionem sustinuit aduersus semetipsum, vt nõ fatigemini animis vestris. Absque enim confortatione superna ac diuina arma nostra nobis sunt magis fatigationes, quam præsidia. In sola autem passione Christi certa nobis promittitur victoria. Quapropter Origenes dixit: Tanta est virtus passionis Christi, vt si in corde cõtinue teneatur, & præ oculis habeatur, nulla libido superare possit, aut nequitia diabolicæ fraudis. Iuste igitur, ac merito fit, quod hodie nobis dominicæ passionis proponitur memoria, qua confortemur, ne intolerabile nobis videatur aliquid pro peccatis nostris pati. Iustissimum autẽ est nos pro delictis nostris etiã nonnihil nos affligere ac pati. Quomodo enim alias socij erimus gloriæ, si nõ fuerimus socij passionum Christi. Vt interim hoc etiam addamus, si etiam nostra nos non excluderent peccata, quõ intrabimus aliter regnũ cœlorũ, nisi ea via qua intrauit Christus?

Qui

Lucæ 24 Qui de seipso dicit: Nonne hæc oportuit pati Christum,& ita intrare in gloriam suam? Super quo verbo beatus dicit Gregorius: Si sine flagello non exijt qui sine peccato venit,quomodo flagello digni non erunt,qui in peccato vixerunt? Fallit enim multos stulta præsumptio,qui absque pœnitentia,absque dolore cordis de peccatis suis,putant se introituros regnum cœlorum,propterea quod misericors sit dominus,&vt nos saluaret,pro nobis passus sit. Est reuera misericors dominus,sed pœnitentibus:& hoc presertim tempore,quam diu viuimus.Quare si eius misericordiam negligimus,si resistimus gratię,si sup eius hac misericordia confidentes peccamus, iustissime nobis irascetur,& post hanc vitam implacabilem eum inueniemus. Est certe pro nobis passus,& pro peccatis nostris,& nos redemit. Sed hac huius liberatione semel vsi sumus,dum eiusdem passionis in baptismo facti participes,eidem sumus incorporati. Tunc enim omnia sunt nobis peccata ablata penitus,etiam si vniuersorum hominum solus quis peccata habuisset,& adultus, aut senex ad baptismum veniret, gratis omnia ei in baptismo donantur, & Christus qui pro omnibus eius peccatis satisfecit, ab omnibus etiam liberat & innoxium facit, vt libere ei pateat regnum cœlorum. Sed non ita donat,vt postea liceat ei super hac misericordia peccare,ac spiritui gratiæ contumeliam facere.Sed quia non potest,si iterum peccauerit,iterari baptismus, nisi pœniteat,& nisi seipsum afflixerit, aut in corde p contritionem,aut in corpore per castigationem,luet ea peccata post mortem,quicquid in vita hic non expiauit. Est quoque indubitatum passionem Christi pro singulis & vniuersis peccatis satisfacere. Sed tantum de hac satisfactione participabis circa peccata,quæ post baptismum pa trasti,quãtum passionis Christi tibi applicas virtutem & meritum, quantumve in operibus pœnitentiæ & misericordię te dignum exhibes,vt tibi Christi virtus ac meritum applicetur. Audi igitur consiliũ Sapientis: De propiciatu peccatorum noli esse sine metu,neque adijcias peccatum supra peccatum,& ne dicas: Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito approximant,& in peccatores respicit ira illius. Altissimus enim est patiens & redditor. Aspiciamus igitur in autorem fidei, qui præcursor pro nobis hic iuit ad passionem,relinquens nobis exemplum,vt sequamur vestigia eis. Bonus, inquit Bernardus,miles sua vulnera non sentit,dum regis vulnera intuetur. Nõ sit igitur durũ nobis ieiunare,videntes Christum regem nostrum pro nobis ieiunantẽ,& inter extrema vitæ, dum siti nimia torqueretur,nihil nisi acetum & fel gustã tem. Nec sit graue à lætitia nobis leuitateque ac risu continere, si Christum cernimus tristem,pauidum,anxium ac sudore sanguineo madidum. Si præterea orare tędet,vide illum in sanguineo sudore pro te orantem. Vide eum aliquando in oratione propter te pernoctantem. Si auaritia tibi dissuadet eleemosynam dare, vide qs dederit tibi omnia quæ habes. Et vnde tu habes vt possis dare eleemosynam? Nunquid non iustum est, vt pro illius amore panem aut nummum tribuas,qui tibi in cibo potuque dedit abundantiam? Reddes ne Christo pauperi frigenti aut esurienti, vnde vestiatur,qui diuitias non solum ad necessitatem tibi dedit, sed & ad superfluitatem? Num tibi, vt tu solus habeas, qui solus non viuis,hæc dedit? Intellige quia duntaxat dispensatorem te super his constituit, de quibus tibi nihil plus pertinet quam egeno,nisi vt esum habeas ad necessitatem, reliqua sunt domini tui ad vsum pauperum suorum. Erubescis ne igitur q̃d mendico,infirmo,aut egeno opem negas, qui ad Christum quotidie pro cibo, pro potu,pro sanitate,pro salute, & pro omnibus tibi necessarijs orando clamas? Facito igitur dignos fructus pœnitentiæ, qui vt digni Deoque fiant accepti,respice vitam ac passionem Christi,tanquam pœnitentiæ tuæ exemplar. Dirige gressus tuos iuxta vitã illius. Scitum est,quod Mosi est dictum: Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Verum quod hic aliud putas exemplar, nisi dominum nostrum Iesum Christum, qui tam viuendo quam patiendo nobis exemplar,& pro nobis moriẽdo redemptio factus est. Postremo, non est tacendũ quod pijssimus dominus passionis suæ historiam summatim prædicens,omnes suos apostolos cõuocauit. Porro in trãsfiguratione nõ oẽs vocauit,innuens, oẽs nos voca

Marginal notes (left): Lucæ 24; Gregor.; 1.Pet. 3; Heb. 10; Vti passio Christi p omnibus omniũ peccatis satisfecerit.; Eccl. 5
Marginal notes (right): Heb. 12; 1.Pet. 2; Bernar.; Matt. 27; Lucæ 22; Lucæ 6; Matt. 3; Lucæ 3; Psal. 118; Exod. 25; Hebræ. 8; Matt. 17

K

Iob 7 vocatos inuitari ad passionē (Est enim hęc vita præsens vita tristitiæ, laboris, tribulationum & calamitatum) non autem vocari omnes ad contemplationis dulcedinē.
Lucæ 9 Omnibus enim nobis dicit: Si quis vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Ea nanque, quæ ad salutem sunt omnibus necessaria, omnibus quoque sunt prædicanda. Ea vero quæ paucis perfectis ac raris contingunt, his tantum, quibus prodesse possunt, sunt reuelanda.
Peroratio Nos igitur fratres & filij charissimi, cum cæco quoque hodie, quem dominus in itinere curauit, importuno clamore cordis ad dominum oremus, vt nobis lumen fidei præbeat. Lumen scilicet nostræ cognitionis, quo nos vilipendamus & ab omnibus vilipendi, quantum in nobis est, optemus. Videamus præsentia omnia caduca esse & misera, vt nihil de hoc mūdo diligamus. Quicquid enim in mundo est, certissimum nobis sit, nos hoc fallere & seducere. Nolite ergo sperare in incerto diuitiarum. Nolite confidere in principibus & filijs hominum in quibus non est salus. Nolite sperare in arcu, aut fortitudine vestra, quia gladius vester non saluabit vos. Sed sperate in domino Deo vestro. Iste sit vobis turris fortitudinis à facie inimici. Iste refugium à facie tribulantis, qa bonus est dominus sperātibus in illū, & beneplacitū est ei sup timētes eū, & in eis q sperāt sup misericordia eius, quā nobis semp psentē faciat adesse in vita & morte benedictus Dei & virginis filius Iesus Christus dn̄s noster, Amen. 1. Tim. Psal. Psal. 1. Par. Psal. Thr. Psal.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE, epistola beati Pauli Apostoli, secunda Corinthiorū sexto.

Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in sciētia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. XVI Esa.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Non iniuria hac dominica legitur epistola hæc, quandoquidē hoc tempore pœnitentiæ, infimus operibus, ad quæ maxime egemus gratia Dei, q̄ non solum hoc fructuose expēdatur tempus: verum quicquid alio etiā tempore neglex imus, modo recuperet. Ait itaque Apostolus: Hortamur vos ne vel in baptismo, vel in pœnitētiæ sacramento, aliove modo Dei gratiam in vacuū, ociose, absq; fructu & sine incremento iustitiæ recipiatis.
Gratiam Dei in vacuum recipere quid. In vacuum enim Dei gratiam recipit, qsquis cū gratia Dei nō collaborat, aut qui gratia Dei recepta non vtitur, ad quod data est, aut ex illa nō fit melior. Ait eīn per Esaiā dn̄s: Tempore accepto, i. opportuno & saluti cōgruo exaudiui te, dans quæcunq; salubriter postulasti: & in die salutis, hoc est, tēpore gratiæ adiuui te. Quamobrē excusare nemo se potest sibi defuisse gratiam aut auxiliū Dei, quā Deus vltro omnibus offert tempore hoc gratiæ. Ecce aūt nunc est tēpus illud, de q̄ Esaias loqtur, acceptabile, ecce nunc dies salutis, quibus gratiam Dei negligere haud oportet, sed prospicere, vt nemini dantes Esa.

tes vllã offensionem scãdali aut iniuriarũ, quæ charitati repugnarent, vt non vitupe retut, aut minus fructificet tam prædicationis nostræ, quã obedientiæ vestræ ministerium. Sed hoc magis curæ nobis sit, vt in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, non similitudine, sed veritate, ne vita nostra discordet à prædicatione & professione nostra Euangelica. Iu-
Rom.14 xta quam nemini offendiculũ ponere nos decet aut scandalum: qn potius quæ pacis sunt, sectari ad oẽs, & quæ ædificationis sunt, alterutrum ostendere in patientia multa. i. perfecta ac abundante, qua constantes ac fortes perseueremus in tribulationibus, quæ nemini non occurrunt ambulanti viam ad regnum cœlorum, in necessitatibus seu indigentijs, in angustijs seu pressuris, qbus hic in anima & corpore dubij & desolati sumus, ignorantes qd agere, aut qd eligere nos oporteat. In plagis seu verberibus, & in carceribus, quæ nobis occurunt sustinenda. In seditionibus quoque, vbi populi commoti contra nos insurgunt & sæuiunt. In laboribus denique, quibus pro nostri corporis sustentatione operari, aut vbi impijs resistentibus pro Dei honore certare, ac laborare cogimur. Et postremo in vigilijs quibus extenuamur nocte pro cibo operantes, vt interdiu Dei seminemus verbum: aut nocte in oratione constituti, die insistamus prædicationibus & ieiunijs. In q-bus omnibus patientia longanimitasq; nobis seruãda est, sed non in his tantum, sed in pluribus quoque alijs proximos nostros nos ædificare oportet, puta in castitate, in scientia eorũ quæ ad salutẽ pertinent. In longanimitate tristia p̃sentia tolerãdo, & futura nobis promissa bona perseuerãter expectando. In suauitate qua proximis nostris nos exhibeamus mites, non asperos, blandosq; ac suaues, non amaros. Denique, in spiritu sancto, iuxta cuius instinctum & beneplacitum oĩa hæc faciamus. In charitate non ficta aut simulata, sed syn-
1.Ioan.3 cera & vera, p̃ximos ædificemus. Neq; em̃ diligere nos tantum sufficit verbo & lingua, sed opere & veritate. Demum ædificare proximos nos oportet in verbo veritatis, nihil sophisticantes, sed purã explicantes veritatẽ, & in virtute Dei quo nihil nostris aut viribus, aut meritis, sed totũ gra-
B tiæ tribuamus Dei. Quocirca exhibeamus nos Dei ministros oportet p̃ arma iustitiæ, quibus regnũ debellemus peccati, qbusque tentamenta vincamus diaboli, à dextris & sinistris contra nos insurgentia, hoc est, tã in prosperis, quã in aduersis, armis nos vti iustitiæ necesse est, quandoquidem alijs & alijs modis vtrobique impugnamur. Oportet enim nos (q̃d Dei ministros decet) ambulare in virtutum medio per gloriam & ignobilitatem & vtriusq; tentamenta periculaq;, quę occurrere nobis solent, vt siue laudemur siue vituperemur, contemnere. Ambulare, inquam, nos conuenit syncere & integre per infamiam & bonam famam, in neutro à Christo, aut à rectitudine iustitiæ deuiantes. Imo vt seductores ab alijs vocati, ab alijs vero veraces: à plebe quoque existimati aliquando vt ignoti, seu reprobi ac abiecti à Deo, aliquando vero vt cogniti, & Deo dilecti. Inter quæ vtrobique nobis sine offensione est ambulandum. Quasi enim morientes sumus inter quotidiana pericula, quibus mors, vel per malos homines nos trucidare molientes, vel aliunde nobis continue insidiatur, & ecce Deo nos protegente viuimus. Vt castigati à Deo, atque p̃ eius disciplinam, quã nobis assidue imponit, humiliati & non mortificati, hoc est, non prorsus occisi aut cõsumpti. Quasi sumus tristes (vt ab alijs iudicamur) propter ærumnas & persecutiones, quas patimur, semper autem gaudentes, vtpote interna spiritus sancti consolatione roborati. Est enim gaudium & consolatio sanctis Dei in tribulationibus, maxime quas pro Dei sustinent amore. Ideo de Aposto- Acto.5
lis scribitur: Ibant Apostoli gaudẽtes à cõspectu concilij, q̃m digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nouissimæ in hoc mundo (q̃ decet Christi ministros) viuimus, ac viuere debemus sicut egentes, multos autem locupletantes. Viuimus, inquam, vt hi quibus multa desunt, quibusque deficiunt multa, tamen quamuis nihil in hoc mundo videamur habere, spiritualibus tamẽ diuitijs complures locupletamus. Tunc autem vel diuitias terrenas habentes sumus egentes, si diuitias non amamus, si spiritu pauperes humilesque viuimus, & alios multos beneficijs ac eleemosynis nostris locupletamus. Tunc, inquã, sumus quoq; nihil habẽtes, quãdo cũcta Christi amore relinqmus omnia ta-

men interim, quia nihil appetimus, possidentes. Nemo enim verius omnia possidet, quam qui nihil habere concupiscit.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ I. Quadragesimæ, Matthæi IIII.

C

Gregori. Actio, 7

ACtio Christi omnis nobis instructio exemplumque est viuendi. Cœpit enim Iesus facere & docere: nec separatim facere & separatim docere, sed faciendo etiam docere. Opera enim Christi omnia erudiunt. Nihil quoque dominus propter se, sed propter nos omnia fecit. Exemplum, inquit, dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Itaque quomodo propter nos est natus, ita propter nos baptizatus est, abstinuit & est tentatus. Verum cum nobis modo abstinentia ieiuniorum sit obseruanda, quam diabolus impugnat impediréque nititur, quibus potest fraudibus: & hoc vel propterea, quod timet per eandem nos recedere ab eius seruitute, vt exemplum habeamus in Christo, quomodo diabolo debeamus resistere, & non armis nostris, sed Christi virtute pugnemus, hodie proponitur nobis Euangelium de tentatione Christi in hunc modum:

Ioan. 13 Lucæ 2 Matt. 3 Ioan. 1

Luc. 4

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo.

A quo spiritu ductus sit Iesus in desertum.

Ductus hic refertur Iesus à spiritu in desertum. Non dubium esse cuiquam debet spiritum intelligi sanctum, cuius impulsu admonitus, homo Christus iuerit in desertum, vt tentaret à diabolo. Non illum aggredi fuisset ausus hostis antiquus & tentare, nisi illum prouocasset Iesus. Aduertit enim dominus, quod se tentare diabolus cuperet, propterea quod de Christi diuinitate dubitaret: ideo se illi tentandum exposuit suapte voluntate, quomodo occidendum diaboli se membris vltro exhibuit. Eam ob rem in desertum abijt, viuens in solitudine & abstinentia. Quod viuendi genus valde infestum nouit diabolo. Mouebatur autem homo Christus, seu Christi humanitas à spiritu sancto, sicut instrumentum seu organum spiritus sancti atque beatissimæ Trinitatis. Quare etiam Christus mouebatur à seipso, puta à Deo. Intrauit itaque desertum, vt viuendi hoc genus, i. eremiticam vitam commendaret, & locum pœnitentiæ deuotionique exercendæ ac obtinendæ perfectioni, ostenderet esse maxime congruum. Est enim triplex viuendi genus, quo seruitur Deo. Est vita actiua, quæ operibus virtutum, operibus misericordiæ ac charitatis circa proximum, & mortificandis crassioribus vitijs insudat. Huiusmodi multi fuere sancti, qui in xenodochijs, aut in proprijs domibus ministerio infirmorum, susceptioni hospitum, visitandis infirmis & captiuis, regimini & eruditioni populorum audientiæque confessionum intenderunt, ad hoc instituentes suam vitam, vt proximos aut corporalibus auxilijs, aut consolationibus eruditionibusque spiritualibus Dei intuitu reficerent. Huiusmodi fuit Gallicanus, Elisabeth, Heluigis, Radegunda, & alij pene innumeri. Est alia vita contemplatiua, cui secretus est locus magis congruus. Gaudet enim sui abstractione, solitudine & silentio. Vacat lectioni, orationi, meditationi & contemplationi. Absque necessitate parum circa proximum occupatur, Deo præcipue intendens. Habet tamen ab initio pro domatione corporis sui abstinentijs & afflictionibus vti. Ad hanc instituta est vita eremitica. Tertia est vita afflictiua, in qua Dei seruus exercetur ægritudinibus, incommodis calamitatibusque & doloribus. Huic maxime omnium est necessaria patientia. Triplicem hanc vitam Christus exercens docuit. Nam dum sub matris cura vixit subditus illi, monasticam siue actiuam docuit vitam, vbi quis sub aliena obedientia, puta prælati, confessoris aut pastoris sui viuit, illius directioni obediens propter Deum. Eremeticam duxit, quando quadraginta diebus & noctibus solus desertum incolens, à cibo abstinuit orationibusque vacauit. Postremo, in passione, imo in omni vita sua afflictione non caruit. Vide præterea, quomodo nos quoque ratione temporis instituit, quo desertum petijt. Nam mox vt baptizatus erat, ad desertum profectus est, solus vixit, solus abstinuit, solusque tentationes vicit. Deinde quod facta hæc sunt antequam prædicaret per mundum Euangelium, ostendens prædicatorem haud tuto prædicationis onus assumere, aut certe inutiliter, qui ante in exercitijs spiritualibus, qui in tentationibus & castigationibus proprijs non fuerit quasi in deserto, in solitudine probatus, ideo de se Apostolus dicit: Casti

Vita triplex I. II. III. Lucæ Matth. Marci Lucæ Matth. 1. Cor.

Castigo corpus meum,& in seruitutem redigo,ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Voluit præterea insinuare,ab initio conuersionis exercitia pœnitentiæ assumenda. Tunc enim fortius quam que diabolus nouiter conuersum tentat & insequitur,illum ad se,in suamq; seruitutem ac captiuitatem reducere moliens. Quocirca nouiter conuersis optima sunt côuersionis initia fundamentaq; locanda. Primo,vt occasiões fugiant deseranturq; peccatorum,deinde in Dei timore viuendum,& contra diaboli insidias semper vigilandum. Ad quæ hortatur Sapiens: Accedens,inquit,fili ad seruitutem Dei,sta in timore Dei,& præpara te ad tentationem. Deinde Petrus quoque nos cohortatur, dicens:Fratres, vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit,quærens quem deuoret, cui fortes resistite in fide. Tertio,vt tentamenta possint diaboli superari, insistendum est carnis castigatiõi,ieiuniis,& orationibus. Est enim quoddam genus dæmoniorum, quod teste saluatore, aliter non vincitur, quam in ieiunio & oratione. Itaque carni subtrahẽdæ sunt voluptates,deliciæ, ocia, leuitates,societates malæ, noxiaq; colloquia,vt carnis quoque petulantia infirmetur. Dicit fortasse quispiã: Quare Christus non potius vitam pœnitentialem & afflictiuam corã hominibus exhibuit ad nostram ędificationem,cum ipse nobis dicat:Videant homines opera bona vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Dicendum, quod in omnibus nobis melius sapientiusq; prouidit, quam ipsi intelligere possumus. Intrauit desertũ, vt nobis ostenderet loca peccãtium,delinquendiq; occasiones fugiendas ac deserendas,& vt doceret malam societatem cauendam,inamœnitemq; pœnitentiæ adhibendam. Nam vt ostenderet in pœnitentia, nõ delicias, non consolationes quærendas,ideo in desertum,vbi nulla solatia inueniuntur, abiit.

Fundamẽta nouiter conuersis locanda q.

Eccl.2

1.Pet.5

Matth.17 Mar.9

Matt.5

Matth.4

Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

E

3.Reg.19 Exod.24

Infra virtutem est humanam tanto temporis spacio sine cibo viuere. Quapropter neque Helias,neque Moses sua id virtute, sed diuina adiutus potuit. In Christo tñ vt Augustinus ad Dioscorum in epistola dicit,mirabilius fuit quod esuriit, quam quod non comedit,vtpote in cuius anima tanta fuit beatitudo,vt ex ipsius redundantia corpus eius fuisset ab omni passione & læsione(nisi suspensa hæc fuisset redundãtia in corpus)præseruatum. Esuriit igitur quia ita voluit,nec existimandum est leuiuiter illum esuriisse,sed cum grandi afflictione,quia famen,famisq; huius cruciatum assumpsit propter nos, & in remedium cibi vetiti contra Dei præceptum sumpti. Itaque diabolus ieiunantem dominũ videns,non potuit omnino sentire illum filium Dei,quia Heliam & Mosen non ignorabat totidem diebus absque cibo fuisse,licet longe aliter ieiunarent illi, quam Christus. Illi enim adiuti aliena virtute,puta diuina abstinebant cibo. Christus abstinebat cibo virtute propria. Posteaquam vero esuriit, hominem suspicatur Christum diabolus.

Augustin.

Gen.3

3.Reg.19 Exod.24

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt.

Verisimile est(vt quidam putant) non in specie qua se cognosci posse suspicabatur,diabolum apparuisse, sed in specie humana quo callidius falleret, puta cuiusdã deuoti viri aut eremitæ,nec ita ex abrupto aut incompcsite hunc sermonẽ exorsum diabolum:sed aliis sermonibus & occasionibus quæsitis ad hæc venisse verba, Si filius Dei es,&c. Nihil etiam mireris,quod tẽtari se patiatur dñs. Voluit eñ idcirco dominus tentari,vt formam nos doceret resistendi. Deinde,vt culpam quam Adam in humanum genus induxerat tentatus & victus,excluderet,iterumque deleret tentatus victor. Tertio in nostram voluit fore consolationem,vt tentaretur, ne propterea desperaremus si venerit super nos tentatio,quandoquidem Iacobus ait: Omne gaudium existimate fratres mei, dum in tentationes varias incideritis. Neque enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, absq; peccato. Sciendũ tamen, omnem Christi tentationem foris fuisse, non intus, qa cum fomitem in se nullum originalis haberet peccati,non potuit intrare in illum, vnde tentaretur intus. Non igitur desperes si tentationes incideris,sed ora Deũ, vt tibi

Tẽtari cur voluerit dominus.

I.

Ephe.2

II.

III.

Iaco.1

Heb.4

IIII. bi det fortitudinē superādi. Propterea eñ (q̄d quarto erat loco dicendū)tentari voluit,vt sua virtute resistendi tibi prodesset, hoc est,vt tu illius virtute resisteres, illius victoria superares. De q̄ Gregorius Magnus:Non erat indignum redemptori nostro q̄d tentari voluit, q venerat & occidi, vt sic tētationes nostras suis tētationibus vinceret,sicut mortem nostram sua morte superauit. Si filius, inqt,Dei es, dic, id est,iube propria autoritate, vt lapides isti panes fiant. Intentio diaboli præcipua hæc fuit, Christum inducere in aliquod peccatum,& percipere aliquid ex eo,quod ignorabat. Magna est autem quorundam concertatio, vtrum diabolus ignorauerit Christum esse Christum, an ignorauerit Dei filium. Certū est si loquamur de Dei filio,quomodo Iudęorum multi putabāt, vt Dei filius dicatur, non qui natura sit Dei filius de Deo genitus & ipsemet Deus (hoc enim modo putabant non fore possibile vt diuinitas vniretur humanitati) sed vt sit Dei filius ex gratia, qui per inhabitationem Dei excellentem, Deo sit singulari adoptione coniunctus, vnde dici potuerit filius Dei. Hoc modo diabolus non ignorare potuit filium Dei. Vtrū autem sciuerit vere esse Christum, aut verum Dei filium,doctioribus relinquo, & cum Augustino in libro de Ciuitate Dei dico,dæmonibus Christus innotuit, quā tum voluit. Tantum autem voluit, quantum oportuit,

Gregor. · F · August.

Qui respondens dixit: Scriptū est. Non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Deut.8

Mansuete,ac humiliter diabolo Iesus respondit,scriptum est:Nō in solo pane, scilicet corporali, viuit homo, sed in omni verbo,q̄d procedit de ore Dei. Non corporali duntaxat alimonia indiget homo, vt subsistat,sed viuit etiā homo interior verbo sacræ scripturæ & Dei inspiratione, q̄bus confortetur, vt bene feliciterque viuat. Cum enim ex vtroque constet homo, anima scilicet & corpore,non minus anima,quæ nobilior est,suo indiget sustentaturq; cibo,q̄ feliciter ac bene viuat, quam corpus. Multæ enim sunt sacræ scripturæ virtutes,seu effectus boni. De qua Psalmista. Declaratio,inquit,sermonum tuorum illuminat,& intellectū dat paruulis. Item:

Psal.118 · Ibidem.

Lucerna pedibus meis verbum tuum. Itē: In via testimoniorum tuorum delectatus sum,sicut in omnibus diuitijs. Item eloquium tuum viuificauit me. Item: Ignitum eloquium tuum vehementer. Itaq; verbum Dei illuminat,ad fidem perducit, quia viuificat, charitate accendit, consolatur & confortat. Obserua quoq; quod Christus non potestate voluit dæmonem vincere, sed humilitate,respondens ei per scripturam,nō vi coercens. Voluit autem in hoc nos docere,vt quoties à prauis aliquid hominibus patimur,ad doctrinam potius excitemur,quam ad vindictam.

Ibidem · Ibidem · Ibidem

Tunc assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi,& dicit ei:Si filius Dei es mitte te deorsum.

G Morē suum obseruat diabolus, etiam in processu & ordine tentationum. Primo enim à leuioribus perfectos viros tentat,quod hæc facilius negligantur,aut parui pendantur. Quę tamen si homo neglexerit,Deoq; se ingratum faciens hosti subiecerit maligno,ad maiora contra eum p̄cedit inimicus,fortior iam ex victoria factus. Assumpsit aūt eum diabolus. Quō Christum assumpserit,variat multorū opinio. Quidam enim sanctorum putant diabolum ita assumpsisse Christum, vt quasi fatigatum ieiunio per aera portauerit, vt simul faceret Christum inaniter gloriari, si vel volare vel portari à turba videretur. Et iuxta hunc intellectum,ne quis hoc stupeat, Christum scilicet portari à diabolo,dicit Gregorius: Quid mirum, si permisit se à diabolo in montem duci,qui se permisit ab illius membris occidi? Aliorum est opinio, quod assumpserit eum secum per terram ambulantem. Iuxta quem modum intelligitur,quod de Christo scribitur alibi: Assumpsit Petrum, Iacobum & Ioannem:non quod portaret eos, sed q̄d secum ambulantes seorsum abduceret. Ita hic quoque fieri potuit, vt humilis Iesus ambularet cum diabolo in sanctam ciuitatem,scilicet Hierusalem. Duxisse quoque dominū Iesum diabolus putandus est,nō vi,sed persuasionibus humanis,quibus admonebat Christum accedere ad homines, & comedere, aut opus aliud, quod appareret bonum,facere. Et statuit eum supra pinnaculum templi,hoc est,deposuit, si il-

Grego. · Matth.

si illum portauit, aut illuc ducens, ibi eum constituit. Vult autem dicere locum quendam eminentiorem in templo, vbi erat ambulatorium, & sedes doctorum, quæ non erat pinnaculum, sed in pinnaculo, hoc ē, in fastigio muri ædificatū. Illuc igitur dominum statuit, volens eum ex loco quoq; tentare ad vanam gloriam. Et ideo ait: Si filius Dei es, mitte te deorsum.

Psal. 90 **Scriptum est enim: Quia angelis suis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.**

H

Scriptum est, inquit, de te in Psalmo: Quia angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in om̄ibus vijs tuis. Diabolus, qui semper mendax est, scripturam nō recte citat. De filio Dei enim nusquā intelligitur, quod angeli eum portent, aut custodiant, quin potius Dei filius portat & custodit angelos. Putabat enim dominum inani gloria mouendum, vt ita faceret. Scriptura enim hæc de viro iusto intelligitur. Itaque hoc modo vtitur testimonijs scripturarū diabolus, nō vt doceat, sed vt fallat. Nō igitur glorientur Lutherani, quod scripturis vtantur, cum diabolus quoq; vti sciat scripturis, sed perperam, & non in vero catholico sensu, sed ad animarum subuersionem, quomodo illos ab eodem id didicisse perspicuum est, cum ad finem his quoq; similem vtantur. Mitte te deorsum. Hieronymus: Vox est diaboli, qui semper homines deorsum cadere desiderat. Persuadere potest, pcipitare nō potest. Et Ambrosius: Accepit tētandi licentiā, sed nō copiā subruendi, nisi sua spōte labatur infirmus animus, qui sibi non nouit auxiliū accersire.

Ioan. 8

Lutherani qua intentione vtantur scripturis veritatis.

Hierony.

Ambrosi⁹

Ait illi Iesus rursum. Scriptum est: Non tentabis dominū Deum tuum.

Tētare Deum qd sit.

Tentare Deum dicitur, qui diuino se auxilio committit absq; vtilitate, aut necessitate, vbi adest humanum, intendens experimētum sumere de Deo. Vbi ergo hæc intentio adest sic mouens, dicitur quis explicite tētare Deum. Si vero non adest intentio tentandi Deum, opus tamen facit, q̃d eiusmodi circunstantijs est circundatum, dicitur interpretatiue tentare Deum. Vel ita: Primo modo tentat Deum ex animo, seu ex intentione quis, secundo modo ex facto. Contingit nihilominus Deū tentari alijs modis, puta experimentum quærendo ac dubitando de Dei omnipotētia, aut sapientia, aut prouidētia. Sicut fecerūt filij Israel, dicentes: Est ne Deus in nobis, an non? Item: Nunquid de hac petra possumus aquam ejcere? Item: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Et Iudith: Qui vos estis, qui tentatis dominum? Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitrio vestro diem constituistis ei? Hæc itaq; omnia vitanda sunt, quando homo interim habet, quod faciat, à quo se iuuet humano modo.

Exodi 17

Nume. 20

Psal. 77

Iudith 8

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostēdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorū, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Deuter. 6

I

Assumpsit eum diabolus, aut portando, aut ducendo, vt de auaritia & ambitione tētaret: & duxit eum in montem excelsum valde, & ostendit ei om̄ia regna mundi, dicēs: Ibi est Asia, ibi Græcia, ibi Roma, ibi Alexandria, &c. Deinde & gloriā eorū, hoc est, fertilitatem, diuitias ac bona, quibus regio quæuis præmineret, Christo exposuit. Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me. Pompa hæc est vetus dæmoni solita, qua cupit timeri, adorari, coli & dominari. Petit autem adorari adoratione latriæ, tāquam Deus. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana, puta in abyssum, aut in ignem æternum. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Tunc relinquit eū diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Recte Iesum reliquit diabolus, sed cōfusus & victus, de nulla re, qua dubitabat, certior factus. Obserua quod sicut diabolus se celauerat in specie sancti viri, ita Christus hactenus quoque dissimulauerat se eum agnoscere Satanam: modo vero, vbi de se loquitur adorando, Christus ostendit se illum, eiusque studia agnoscere. Et ecce angeli accesserunt, qui ad tempus recesserant, vt locum darent diabolo illum tētandi, & ministrabant ei, sic vt serui domino suo. Glorificemus dominum nostrum Iesum Christū filij charissimi, & gratias a-

gamus illi, q tanta pro nobis dignatus est subire, vt nos instrueret, cōsolaretur, ac iuuaret, rogemusq; eū, vt in nulla sit tētatione nostræ immemor infirmitatis, sed nos confortet, seruet, nobisq; tribuat fortitudinem superandi diaboli, carnis & mundi omnia tentamenta ad gloriam suam, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. De tētatione seruorum Dei, & fructu ieiunij.

K ET cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Matth. IIII. In hac dñica prima, postquam pœnitentiam assumētes carnem nostram cœpimus castigare, prælegitur nobis Euāgelium nos erudiēs, quo possimus modo, quove exemplo contra fraudes hostis maligni, insidiasq; dimicare. Quamdiu enim seruimus diabolo, quid tētatio sit, interim nescimus, imo quid vitium sit, aut peccatum, vtpote in tenebris adhuc constituti, ignoramus, quia tentationē non expectantes, ipsa mala voluntate nostra diaboli voluntatem præuenimus. Verum, postquam ab eodem recedimus, insequitur nos, tētat nos, & reuocare nititur ad eadem vitia, in quibus aliquando illi seruiuimus. Contingit enim nobis non dissimiliter, quam filijs Israel, qui Pharaoni seruientes, dum à domino p Mosen & Aaron vocarentur, Exodi 3 vt sibi sacrificarent, & eam ob rem recedentes à terra, in qua habitabant sub seruitute Pharaonis, viam trium dierum in desertū: Pharao cum diu eos nollet, vt abirent, dimittere, tot tandem à dño plagis est percussus, vt vltro à se dimitteret. Veruntñ mox Exodi 12 pœnitens insequitur eos ad reuocandum, Exodi 14 sed id frustra, quandoquidē ipse & vniuersus eius exercitus perijt, filij aūt Israel salui euaserunt. Hoc modo eos quoq; diabolus persequitur, qui suum iugum excusserunt, atq; reducere sub suum imperium contendit. Ne autē propterea territi desperemus, aut victos nos tradamus nimiū formidantes, rememoranda nobis est Christi tentatio, qui à diabolo tētatus est, tametsi nihil in eo haberet diabolus, p quod intus eum moueret, siue incitaret. Nihil, inquam, in Ioan. 14 Christo habuit, quia Christus nunquam peccauit, nunq̄ Christus succubuit alicui vitio, quātominus nunq̄ seruiuit diabolo? Veruntamē, vbi Christus austeriorē pœnitentię vitam assumpsit, diabolus quoq; ad tentandum illū sese accinxit. Nemo igitur ex sua tentatione pusillanimis fiat, quādo quidem propter consolationem nostram à diabolo se tentari sua spōte Christus sustinuit. Sunt aūt tres tentationes Christo propositę, quarū prima fuit ad gulam. Tentatio triplex qua. Pari modo nobiscum facit diabolus. Primo enī q̄s tentat, ad carnalia, corporaliaq; eos nititur vitia reuocare: in qbus si q̄d machinatur, obtinuerit, mox ad grauiora tentare vitia pergit. Luc. Explorat autem cuiusuis naturam, studium, actionem, exercitiū, inclinatiōem, occupationē, officium, aliasq; occasiones quascunq;, vt vbicunq; viderit hominē studiosius, aut quasi securius occupari, ibi ponat insidias, & occasiones q̄rat nocendi. Tentat autē primo ad peccata corporalia, seu carnalia, quæ nobis sunt familiaria, ad commessationes scilicet & compotationes, ad familiaritates quoque mulierum, in quibus sub specie honestatis, aut tentationem gulæ, aut illiciti amoris, & paulatim luxuriæ introducat: sperās si hac via profecerit, ad maiora per hæc facile sese venturum. At vero si hic nihil potest lucrari, & timor Dei ad omnes ingressus custodes posuerit, qui illum excludant, ad aliam tentationem conuertitur. Nam eos, quos carnalibus non potest vitijs superare, propterea quod sunt erga Deum in deuotione feruentiores, alia tentatione aggrediens, nititur eos præsumptione euertere. Siquidem vltro currentes nititur ad altitudinem impellere perfectionis, idque per indiscretum feruorem: sciens ibi parem exitum futurum, vbi negligentia, & vbi nimeitate, indiscretioneve delinquitur. Suadet itaque feruentibus sui curam abijcere, & in domini confidere potentia, quasi in eis mirifica sit operaturus opera Deus, quæ olim in priscis exhibuit sanctis, proinde quomodo in secunda tentatione Christum tentauit, vt se mittat deorsum: Psal. quandoquidem angelis suis Deus de eo mandauerit, vt custodiant eum in omnibus vijs suis, ita hic huiusmodi suadet hominibus, vt humana spernant consilia, auxilia abijcent, & Deo soli cōfidant, qui Iudit. confidentes in se nō derelinquit, quasi Deus miraculo quoq; debeat eos seruare, cū totum eorum sit propositū erroneum. Siquidē Deo illa nō placet confidentia, quæ subsidium, si adest humanum, contemnit, & mira

& miraculum pro se fieri petit, aut confidit. Hæc enim non est confidentia, sed temeraria præsumptio. L Quapropter in libro viarum Dei per angelum huiusmodi deuotis (vt multi sunt, fueruntque eremitæ) loquitur in hunc modum Deus: Necessaria vobis est discretio, vt non cito sequamini impetum zeli vestri, qui vos ad altitudinem perfectionis impellit, neque supergrediamini mensuram virtutis vestræ, laboribus immoderatis. Multi in præsumptione spiritus sui ambulantes, vitam suam nimia afflictione extinxerunt, & perierunt in adinuētionibus suis. Multi mensuram suam excedentes, humanum intellectum in seipsis subuerterunt, & inutiles facti sunt, & similes iumentis insipientibus. Tu igitur homo dominatorem cœli ne tentes, sicut faciunt, qui sui curam incaute abijciunt, & habent fiduciam, quod mirificetur in eis potentia domini secundum dies antiquos. Hæc itaq; (vt dixi) versutia est diaboli, vt quos carnalibus non potest vincere peccatis propter feruorem multum, moliatur vel nimietate, & in discretione vincere. Sunt enim, qui putant in hoc sacrificare se Deo, si donis communibus Dei abiectis, spretisque auxilijs cunctis humanis, siue infirmi, siue fatui, melancholici, aut manici fiant, nil hoc sua referre dicunt: imo, si Deo placeat, libenter maniam, insaniamque eligant sustinere: et vt ego addam, stultitiam quoque, inquam certe non parum iam lapsi sunt. Neque enim (vt ipsi putant) hæc resignatio est, si parati sint omnia ex Dei manibus recipere, & interim sua negligentia, sua incuria, & per abiectionem humani regiminis, prouidentiæque circa seipsos sese destruant, quia hæc non suscipiunt de manibus Dei, sed de manibus suis: quandoquidem sibi ipsis hæc fecerunt, non absque graui culpa. Debet enim homo seipsum regere, vt ratione vtens, & per industriam mala declinare, cunctaque noxia, quę cognoscuntur Deo non placere. Debet, inquam, nulli se periculo exponere, vnde in corpore, animave lædatur. Debet quoque vbi, & quantum suo corpori est necessarium, datis iam sibi remedijs vti, nec miraculum à Deo expectare. Quod enim semel tibi prouidit Deus, quamdiu illud spreueris, non expectes pro eadem necessitate aliud. Nec vllo modo tibi licet Dei creaturam, hoc est, te, qui tuus non es, sed Dei seruus, in ipsiusque vineam conductus, perdere, aut destruere. Quod si stulta id deuotione feceris, præsertim vbi habes, à quibus consilia petas, aut quorum cōsilio dirigaris, te, hoc est, alienum Dei seruum destruis, ex rapina holocaustum offerens, quia cū subtractione indiscreta necessariorum corporis tui feruidus, modico vis tempore Deo seruire, vt totus postea inutilis ad omnia fias, nihilque ad Dei valeas seruitium. Et hoc est, quod diabolus optauit. Siquidem siue per indiscretam abstinentiam, per irrationabiliaque exercitia deuotionum, siue per nimiam corporalium indulgētiam te impedieris, ne Dei continuare seruitium queas, ęque diabolo placet, Deoque displicet. Et hæc dicta sint contra pręsumptuosos deuotos. Nam Deo in eius timore seruientes, sub obedientia degentes, acquiescentes consilijs, & humiles, non potest diabolus capere, aut fallere. His enim rationabili discretione vtentibus, à temeritate abstinentibus, & quibuscunque bonæ voluntatis, Deo deuotis, nūquam deest prouidentia diuina. Quibus etiam in rebus necessarijs, vbi humana desunt subsidia, optime licet, imo expedit quoq; sublimiter de bonitate Dei sentire, sperare, atq; illi se credere. Possunt quoq; se multum cōsolari aliorum Deum timentium consilijs, si timidi sint nimiū, aut scrupulosi, modo humilitas acquiescendi non desit, quia nō iubet Deus non mãducare, sed crapulam & gulam prohibet. Manducare autem, & corpori necessaria ministrare, tā natura, quā diuina lex iubet. Propterea Paulus dicit: Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Non quidem carnis curam omnem prohibens, sed vetans ne fiat eadem in desiderijs. Quo modo ergo alteri esurienti, & egeno teneris ministrare, si habes quę necessaria sunt, ita tibi quoq; præcipue obligaris.

Margin notes: Liber viarum Dei. — Discretio quāto studio obseruāda à deuotiōi deditis. — Psal. 48 — Matth. 20 — Esaiæ 61 — Lucæ 21 — Roma. 13

M III. Ambitionis mala quæ sint.

Tertia est, quæ deuotissimos quosq; diabolus impugnat, puta eos, qui corporalia iam vitia vicerunt, ambitionis. Quia enim fortia quædam prælia gesserunt contra alia vitia, quamdiu tamen inanis gloria in eis prostrata non est, manet in eis ambitio quoq;, quæ ex victorijs multarū nascitur tentationū. Inde enim, quod prælijs varijs vitia alia multa superauerunt, nascuntur hęc duo vitia: Inanis gloria & ambitio. Aestimat enim, qui tentatione̅ hanc latentem maxi-

maxime &occultam ſuſtinet,ad regendos
alios quoque iam ſe idoneum, qui ſe pu-
tat,aut in corde ſuo iactat,propter Chri-
ſtũ multa ardua &pręclara ſe geſſiſſe,qua-
re ædificationi aliorum iam ſit idoneus.
Putat autem omnino ſyncero hoc corde
ſe cogitare, nec aliter, quam zelo anima-
rum,zeloque diuini honoris ſe hoc appe-
tere.Verum,vbicunq; ſe cogitatio hæc p-
diderit,mox vt alter Satanas eſt exploden
da,nulloq; modo toleranda.Satis ſit tibi,
vt cum aliter euadere non poſſis, Deo tibi
imponente prælationis iugum, ſuſtineas.
Sunt autem multa alia tentationum ge
nera,quibus præcipue Dei ſeruos tentare
non deſinit. Permittit aũt id euenire Chri
ſtus ad maiorem electorum ſuoꝝ gloriã,
I. glorioſioremq; coronam. Prima enim
Tentationum vtilitas. eſt vtilitas tentationis, quod tentatus ſeu
tentationẽ ſufferens fit humilior,fit ſimul
ac doctior. Liquet autem hoc ex humilia
2.Cor.12 tione Pauli, qui ne magnitudo reuelatio-
num eum extolleret,angelum ſe colaphi-
zantem diabolum accepiſſe ſe fatetur.Por
ro,q̃d tẽtatio erudiat, Eccleſiaſticus oſten
Eccle.34 dit,dicens:Qui non eſt tentatus,quid ſcit?
II. Secundo,per tentationes diſcimus non
indignari,ſed compati proximis. De hoc
Hebr.4 Paulus quoq; gloriatur nos habere ponti
ficem,qui probatus &in omnibus tẽtatus
Matth.26 didicerit ex iis,quæ paſſus eſt,compati fra
Marc.14 tribus.Petrus quoq; Apoſtolus ſuam per
Lucæ 22 miſſus eſt ſentire infirmitatem; vt futurus
Eccleſię paſtor diſceret in ſe,quomodo in
alios, qui ex infirmitate delinquũt,eſſe de
beat miſericors. Contingit enim fere ſem
per,vt is,qui grauatum aliqua tentatione,
aut ſeuere iudicat, aut contemnit, incide-
re,patique eandem, aut grauiorem tenta-
tionem:in qua (vt dixi) proximum ſuum
conſtitutum deſpexit. Tertio,auget cer
III. tantibus,& pro ſe pugnantibus,coronam
Chriſtus,Ideo ſcriptum eſt:Beatus vir,qui
Iacob.1 ſuffert tentationem,quoniam quum pro-
batus fuerit, accipiet coronam vitæ.
IIII. Quarto,quia feliciter reſiſtentes conſola-
tur.Quod per hoc innuitur,quod angeli,
Matth.4 tentatore victo,acceſſerunt & miniſtrabãt
ei,ſcilicet Chriſto.Diſcamus igitur Chri-
ſto ieiunante filii,ieiunare,&eo pro nobis
N tentato ac vincente vincere. Tempe-
rantia profecto virtus eſt, ieiunium vero,
aut abſtinentia, ex ſuo genere virtus non
eſt,ſed exercitium, adminiculum, inſtru-

mentumque virtutis, quod reuera multi- Ieiunii vtilitas multiplex.
fariam cõfert homini. Primo enim red
dit,aut cuſtodit ſanitatem.Legimus enim I.
in multis eſcis,multas ineſſe infirmitates, Eccle.
ſobriũ vero adiicere dies longæuiores. Le
gimus quoque propter crapulam multos Ibidem
periiſſe: imo plures crapula (vt alius in-
quit) quam gladio. Secundo reddit ſpi II.
ritum liberum,& à captiuitate,qua per car
nem opprimitur,liberum facit. Eam ob
rem caſtigauit Paulus corpus ſuum, & in 1.Cor.
ſeruitutem redegit,ne aliis prædicans, re-
probus efficiatur. Tertio prohibet à ca III.
ſu futuro.Cum enim defecerint ligna,exe Prouer.
tinguetur ignis.Scitum eſt quoque,quod
Comicus dicit:Sine Cerere &Baccho fri-
getVenus.Quamobrem Eccleſia quoque Ambr.
in ſacrificio diuino canit: Qui corporali
ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas,
virtutem largiris & præmia. Quo certe
multi ſimul ieiunii fructus comprehendi
monſtrantur.Porro ei,qui ſibi indulgens
carnem ſuam fouet,dicitur: Qui delicate prouer.
nutrit ſeruum ſuum,ſentiet eum contuma
cem. Quarto dæmonum vim eneruat. IIII.
De quo Chriſtus quoddam eſſe dæmoni- Matth.
orũ genus apoſtolis ſuis ſubindicat,quod Marc.
non poſſit eiici,niſi in oratione &ieiunio.
Quinto ad exaudiendum facit idone- V.
um. Quaproter,tam in veteri,quam in no
uo teſtamento, quando aliquid arduum
volebant à Deo impetrare patres & apo-
ſtoli,hoc faciebant per ieiunia ſeſe humi-
liantes,ac macerantes. Sic Moſes & Heli- Exodi
as ieiunauerũt.SicDaniel arcanorum ſan- 3.Reg.
ctus interpres.Sic Iudith, Heſterque ieiu- Daniel.
nauerunt.Sic apoſtoli,quando auguſtum Iudith
aliquid erant acturi, aut quando manus Heſt.4.
imponebant ſpiritum ſanctum daturi,aut Act.4.
ordinem,faciebant.Et Niniuitæ nunquid Actor.13
non ieiunando, & plangendo deprecati Lucæ
ſunt excidium ciuitatis? Hodie igitur, Ionæ 3
quum contemnitur ieiunium, ideo etiam
virtus, operatioque nobis abeſt ieiunii
pariter cum gratia ſpiritus ſancti,vt ſimus
velut nauis ſine remige, & ſine guberna-
tore. Eſt tamen aliud ieiunium ſancti- Ieiunium optimum quod.
us, quo abſtinemus ab illecebris carnis, à
peccatis, à vitiis,& malis concupiſcentiis.
Huius ieiunii gratia corporale ieiunium
obſeruatur, & propterea eſt inſtitutum:
quod certe ſine abſtinentia ac ieiunio pec
cati,Deo acceptum eſſe nõ poteſt.Propte-
rea ſcriptũ eſt:Qui ieiunat in peccatis ſuis, Eccleſ.
& ite-

& iterum eadem facit, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Esaias quoque eos, qui in solo corporali ieiunio confidebant, interim peccatis, vitijsque suis seruientes reprehendit, atq; ad ieiunium aliud spirituale cohortatur. Quo seruato ieiunium corporale conducit vehementer. Dominus noster Iesus Christus, qui ad exemplum nostrum ieiunauit, ieiuniumque instituit, dicens: Veniet tempus, quando auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt: hic nobis suam largiatur gratiam, qua omnia peccata fugientes, mortificantes vitia, spiritu illi obtemperantes viuamus in ipso per omnia secula seculorum, Amen.

Esaiæ 58

Matth. 9

SERMO SECVNDVS IN DOminica eadem. De tentamentis diaboli.

O

Dvctus est Iesus in desertũ à spiritu, vt tentaretũ à diabolo. Matthæi quarto. Cum Iesus, Deus ac dominus noster à Ioãne baptizatus foret, & à patre per vocem, & per columbę speciem manifestatus, abijt in desertum. Hoc enim paulo ante idem refert Matthæus, quod baptizato Iesu, apti sunt cœli, & vidit Ioannes spiritum Dei descendentem tanquam columbam, & venientem super eum. Et ecce vox de cœlo dicẽs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Inde sequitur, quod ductus sit in desertum à spiritu, docẽs à ieiunijs, à solitudine, ab abstracta vita, à silentio, à fuga seculi, atque ab reliquis pœnitentiæ exercitijs Christiano nouo, aut monacho, aut nouiter conuerso esse inchoandum. Vbi, inquis, hoc docet? Actiõe sua idipsum nobis hoc insinuat. Omnia enim, quæ dominus Iesus, tam agere, quam pati voluit ad eruditionem, ad correptionem, & ad vtilitatem instituit nostram. Cum ergo nõ parum eruditionis simul ac cõsolationis nobis inde sciret emersurum, haudquaquam id voluit omittere, quod nobis posset prodesse. Itaque ductus est in desertum, haud dubium, quin à spiritu sancto. Ibi ẽm spiritus sanctus eum voluit ducere, vbi diabolus eum tentandum posset inuenire, & vbi ad tentãdum illum auderet accedere. Prouocabatur enim tentator, vt illum tẽtaret, loci cõgruitate, puta solitudine, oratione, corporis maceratione, abstinẽtia & fame,

Matth. 3
Ioan. 1
Marc. 1
Matth. 3
Ioan. 1
Matth. 3
Matth. 4
Actor. 1

Quare libenter diabolus didicisset de Iesu, an foret Christus & Dei filius. Primum itaque est, quod hic discimus, militiam esse vitam hominis super terrã. Quod item homini Christiano primum fit expectandum tentari à diabolo. Præparet se igitur ad tentationem, sicut scriptum est: Accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Voluit itaque dominus quemcunque nouiter baptizatum, quemcunque etiam nouiter conuersum, suo exemplo consolari, ne timeat, fiatque pusillanimis, si post cõuersionem, aut post baptismum grauius, quam ante tentari à diabolo, aut persequutionem se pati senserit, qñ Christũ q̃q; mox baptizatũ legerit à diabolo tentatũ. Est ẽm non malũ, si diabolus quempiam, q̃d se dereliquerit, infestat indiciũ. Neq; ẽm infestaret, nisi à se illũ recessisse doleret. Nõ infestaret, inquã, nisi à bono, quod possidet, postquã reliqt diabolum, illum iterum abstrahere niteretur. Quando ergo tentaris ad mutationem tui status, vt videlicet hunc deseras, quem iuxta institutionem sanctam laudabiliter suscepisti, suspectum habe diabolum, & statum assumptum tibi puta fore vtilem. Propterea enim te auellere nititur inimicus, quia vtilem tibi hunc dolet, ac inuidet. Neque enim te meliorem fore cupit, sed à bono nititur abstrahere statu, quamuis miram sanctitatem extra hũc statum, in quo sancte viuis, tibi depingat, atq; vt eundem relinquas, nitatur persuadere, multa mentiens, quomodo alibi adhuc fructuosius, & melius possis viuere. Veruntamen scito, quia non quærit tuam vtilitatem hostis tuus, sed instabilitatem, vt à bono in quo es, te eijciat. Dicit ergo tibi: Hinc recedas, vt alibi viuas sanctior, quum neque hic, neque alibi te bene, probeque viuere sinat. Ideo igitur, vt dixi, statum aliũ mentitur (vt à bono abducat) esse meliorem.

I.
Iob 7
Tentari q̃ sit seruis Dei vtile.
Eccle. 2

Secundo, discimus rigorem, aut grande aliquid atq; insolitum, quod ferre nos posse nobis merito est formidandum ex præsumptione nostra, aut temere absq; cõsilio timentium Deum, aut absq; voluntate prælatorum nostrorũ non assumẽdum. Legimus enim Christum in desertum venisse, sed hoc solum non legimus, verum etiam adijciturductũ à spiritu sancto, quo intelligeres ex instinctu duntaxat spiritus sancti singularia, atque ea quæ maiora qui-

P
II.
Matth. 4

quidem sunt, quam vt omnibus imponãtur, esse assumenda. Voluit ergo Christus suo exemplo nos docere, ne faciliter ad sustinendas tentationes nos ingeramus, memores infirmitatis nostræ, sed potius vigilemus, atque ne in tentationem intremus, oremus, occasionesq; euitemus tentationum. Quę si à Deo nobis mittuntur, aut si ducti à spiritu sancto Dei contemplatione (hoc est, ne Dei beneplacitũ negligamus) cogimur illis occurrere, aut præstare occasionem, Christi exemplo debemus tentatori viriliter repugnare. Vtrunq; enim dominus Iesus docuit, & de sua infirmitate neminem præsumere, aut quasi vincere valeat tentationes, non imprudenter se periculis exponere, & vbi Deo ordinante tentamenta occurrunt, viriliter illis resistere. Itaq; volebat dominus Iesus pro nobis tẽtari, pro nobis vincere, tentationes vincendi nobis formam ac modum ostendere, & sua quam patiebatur tentatione nos consolari, atque ne desperemus confortare. Hæc enim quatuor sunt causę quare voluit tentari. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Vides ne in q̃ viuendi genere Christus nos docere exorsus sit? Primo, intrauit desertũ, in quo constitutus afflixit corpus suum ieiunio. Intellige igitur quod desertum tibi intrandum sit, qui vis pœnitẽtiæ vias ingredi. Desertum tuum sit, postquam correctiorem agere vitam instituisti, conuenticula, loca, hominum societates, cunctasq; pariter peccandi occasiones vitare, atque secretum locum (siue sit eremus, siue domus, siue camera, aut cella) solum inhabitare. Abstractã oportet eligas vitam, si peccandi à te volueris occasiones excludere. Deinde, quoad vires sustinent, (nam eas non decet extinguere) corpus affligi necesse est. Quare affligi? Ideo, qa corpus tuum, & caro tua tibi inimica est. Aduersatur enim tuo spiritui, & quasi ex pacto hostibus tuis, hoc est, mũdo, ac diabolo consentit. Conniuet illis, & quicquid hi moliuntur, ipsa caro recipit, & in executionem ducere molitur. Scitis autem quam pestilens sit hostis, qui intra mœnia quasi ciuis atque amicus fraudulentus habitat. Tu igitur ab hoste tibi familiarissimo te impugnandum arbitrare, quippe qui carnem tuam vbique non aliter, quam amicam, sed reuera pestilentem hostem circũfers. Si igitur iam non solum foris, sed intus etiam impugnaris, quãto sunt tibi aduersarij plures, tanto rarior erit tibi victoria. Est tamen hæc tibi consolatio, quod licet caro tua hostis tibi sit, potes tamẽ eam reddere infirmiorem, potes ei nocendi vires subtrahere, potes deniq; ne insolescat, eam compescere. Quod fiet, si ieiuniorum, vigiliarumque frȩno eius petulantiam cõstrinxeris. Hoc te Christus docuit, q̃ dum pœnitentiæ nobis formam ostendere decreuisset, in desertum abiens, ieiunijs, vigilijs, oratione, cęterisque austeritatibus pœnitentiæ sese afflixit. Nam si eius explores conuersationem in deserto, videbis Christum in genibus terra, humiq; orantem, videbis humi procumbentem, ac patrem pro humano genere orantem. Videbis inter deserti bestias commorantem, videbis si forte dormire voluit, humo ac sub dio cubantem. Videbis postremo cuiuscunq; hominis colloquio, aut pręsentia abstinẽtem. Reuera docuit te, quæ sit forma pœnitentiæ. Quadraginta itaque diebus sic absque cibo viuens (neq; enim diutius ita viuere congruebat, ne non homo qui cibo nullo vteretur, esse putaretur, & quia ad alia opera potiora, puta quę animarum cõuersioni magis seruirẽt, missus fuerat) postea esuriit. Quãdo voluit, ieiunabat. Quãdo voluit, esuriebat. Nõ illi dominabatur, imperabatve aliqua passio, sed quæcunq; vbi aduocabatur aderat, vbi abire iussa fuit, recedebat. Nos vero ediuerso sentimus. Præueniunt enim nos passiones tristitiæ, iræ, timoris, amoris, lætitiæ, vel nolentes, nec quando volumus recedunt, nec assunt quando cupimus, quia rationi, quẽadmodum in Christo, non sunt nobis subiectę. Quid iam vltra expectas? Accessit tẽtator, videns Iesum fame torqueri, quantum voluit. Credendus est enim famem vehementem propter nos tunc assumpsisse. Accedit diabolus & longa verborum ambage circumiens, ad hæc verba Euãgelica tandem veniendi occasionẽ, quæsiuit: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Noluit hostis videri, sed credebat se latere hostẽ. Cõsultorem simulabat, & ne periclitaretur ex fame Iesus, magna se compassione finxit illi prouidere ac consulere. Dissimulabat q̃que dominus Iesus diu, nihil, quo cognoscere se illum monstraret, ostendens. Passus est ad alteram se tentationem duci. Cui

Matth. 26

Desertum pœnitenti intrãdum quod sit.

Matth.

Cui iterum perinde ac in prima tentatione per verba sacræ scripturæ respondens calliditatem versuti hostis omnem elisit. Postremo in tertia tentatione ipse se tentatorem cognoscere monstrauit, & ei non tam respondit, quam repulit. Sciendum filij, quod externa tantũ hęc tentatio Christo fuit. Neq; eñ intus tẽtabatur, sed quietus in animo fuit, quia malũ ei defuit, quo inclinari vitio posset tentatori consentiẽs. Itaq; filij hoc modo satagatis in omni tentatiõe inueniri, ne in vobis intus malũ sit, quod malo externo ad quod tẽtamini, arrideat. Scimus in ciuitatibus ac castris ab hoste facilem deditionẽ impetrari, vbi in castro, aut oppido sunt, q̃ hostibus fauẽt, domino suo infideles. Hoc modo si intus placent vobis tela, quæ vobis ingeruntur, hosti certa stabit victoria. Porro si creatorem ac redemptorẽ vestrum diligitis, & nihil eorum, quę vobis hostis obijcit, aut ad quæ inuitat, vultis, si magis acerbissima quæq; ac durissima optatis pati, q̃ à Christo discedere. Et si in hac bona voluntate vestra nõ præsumitis, sed in solo benignissimi domini Iesu adiutorio cõfiditis, cunctos fugabitis inimicos, & ministrabunt vobis angeli cœlestis cõsolationis cibum, largiente hunc domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE, EPIstola B. Pauli apostoli, ad Thessalonicenses IIII.

XVIII. ROgamus & obsecramus vos in domino Iesu, vt quẽadmodum accepistis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, & abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. Hæc est enim volũtas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiõe, vt sciat vnusquisq; vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij: sicut & Gentes quæ ignorant Deũ. Et ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de omnibus his, sicut prędiximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A REcte hæc lectio in quadragesima Ecclesiastica consuetudine sumpta est, qua Paulus apostolus à fornicatiõe Thessalonicenses retrahere, seruareq; in continentia nititur, quandoquidẽ sanctimonia pietatẽ roborat. Nihil vero pœnitentiã adeo impedit, quam fornicatio. Cui passioni se quisquis subiecerit, vt brutum mox efficitur, ad meditanda ea, quæ animæ sunt salutaria, ineptus. Paulus itaq; dicit: Rogamus & obsecramus vos in domino Iesu, cuius gloriam zelamur & beneplacitum, vt quẽadmodum ex nostra eruditiõe didicistis, quomodo vos innocenter necesse sit ambulare, & placere Deo, quicunq; ad cœlestem venire patriam contenditis (quod etiam facitis hucusq; ambulãdo) ita & nunc abundetis magis, hoc est, ambulãdo, suspirandoq; ad eandem patriam sitis feruẽtiores, studiosioresq;. Vitam hominis ambulationẽ hic Paulus nominat, quõ Christus quoq;: Ambulate, inquit, dũ lucem habetis. Ioan.12 Cursus enim vitæ nostræ tendere semper debet ad patriam cœlestem, quare nos quoq; in hac vita viatores ac peregrini vocamur. Sequitur: Scitis enim quæ pręcepta dederim, non tamen ex me, sed per autoritatem domini Iesu. Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio vestra, quo sitis purgati à peccatis, ornatiq; virtutibus. Ad quã rem necessarium est, vt abstineatis à fornicatione, hoc est, ab omni illicito concubitu. Et præterea sciat vestrum vnusquisque vas suum, hoc est, corpus suum possidere, subiectum tenere, ac illi dominari in sanctificationis gratia, quam in baptismo recepit, aut in sanctificatione, id est, castimonia & honore,

honore, ne corpus suum indecenter polluat, & non in passione desiderij, cui seruiat, aut satisfaciat, sicut gentes quæ ignorant Deum, quæ corpori quicquid illud oblectauerit, concedunt. Aliud quod facietis, Dei æque est voluntas: Ne quis scilicet supergrediatur opprimens, neque circumueniat decipiens fratrem suum in vllo negocio, quoniam vindex est dominus de omnibus his, sicut prędiximus vobis, testimonioque sacræ scripturæ confirmauimus.
Iob 24 Nam in Iob legimus: Deus inultum abire non patitur. In Leuitico quoq; mãdatur:
Leuit.19 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, vt corpora nostra contaminemus veluti iumenta, nec vt vitiorum polluamur sordibus. Sed vocauit nos in sanctificationem, vt incontaminatam, atq; ab omni turpitudine liberam exhibeamus conuersationem in Christo Iesu domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ II. Quadragesimæ, Matthæi XV.

B
Ioan.6 POst miraculum q̃d fecit dominus Iesus reficiens quinq; millia hominum ex quinque panibus ordeaceis & duobus pisci bus, transfretauit in terram Genezareth, vbi à scribis & pharisæis (puta qui ab Hierosolymis venerant) scãdalizatis, quod eius discipuli non lotis manibus manducarent panem, & quod non maiorem zelum haberet Christus pro seniorum traditionibus obseruãdis, est interrogatus, quare eius discipuli hoc non obseruarent: Christus eos increpauit, quod leuiora legis & suas traditiones diligenter magnoq; zelo obseruarent, ea vero quæ ex institutione erant diuina, quæve naturæ quoque præcepta erant erga proximum, minus ponderabant. Quapropter illis relictis, quia eius tam eruditioni, quã miraculis detrahebãt, egressus est ad partes, terminosq; gẽtium. Dicit itaq; Euangelista:

Egressus Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit dicens ei: Miserere mei domine fili David: filia mea male à dęmonio vexatur.

Egressus Iesus à terra Gerasenorum dicitur venisse in terminos, locaque ciuitatũ Tyri & Sydonis. Hæ ciuitates erant præcipuę, & metropoles terræ Chananæorum, quorum populi circunquaque habitantes dicti sunt à Chanaan, filio Cham, filio Noe, Chananæi. Ad illorum itaq; partes ac terminos venit dominus Iesus, quia prohibuerat apostolis, ne in viam abirent gentium, neque ciuitates intrarent Samaritanorum, quasi latenter intrauit, vt qui neminem vellet hoc scire, ne Iudæis scandalum præberet. Quamuis hoc quod apostolis prohibuerat, intelligebatur de prædicatione, ne gentibus, Samaritanisque prædicaretur, nisi post sui ascensionem, oblata primum Iudæis salute. Non tamen præcepit eos, qui sponte venirent, à salute, à fide, & beneficio sanitatis excludi. Itaque cum circa fines Tyri & Sydonis esset Christus, quo diuertisse est putandus, vt huius mulieris nobis ostenderet præstantissimam fidem, exaudiretque eam pro filia obsecrantem, quædam mulier Chananæa de finibus illis egressa, non tam corpore, quam fide. Locum enim suæ gentis, & incredulitatem, reliquaque Chananæorum vitia exiuit. Quare: vt quęreret Christum, in quem iam credebat, postulatura pro filiæ suæ sanitate. Vbi igitur illum inuenit, clamauit, scilicet voce alta, fœmineæ oblita verecundiæ, pro magnitudine fidei, desiderij, ac deuotionis. In hoc multis alijs prudentior, quibus Euangelica prædicatio adducta est, quorum multi tamen nihil magis propterea crediderunt, quum ipsa egressa fines suos quæsiuerit Christum. Clamauit dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Fama iam Christi gloriosa diuulgabatur vndiq;, tam apud Iudæos, quam apud cæteras nationes. Ideo quãuis mulier hæc erat Chananæa, id est, de genere Chananæorum, & Syrophenissa, id est, de Syria Phenicis, audierat tamen de Christo, quippe quæ non longe à gente Iudæorum habitauerat, dici eum ex tribu & semine Dauid nasciturum. Audierat quoque fortasse plura alia, tam de Dauid benignitate, quam de Messia Iudæorum venturo, quæ Christo inesse credebat propter ipsius miracula, quæ in vniuerso orbe fama vulgabat. Filia mea male à dæmonio vexatur, hoc

C hoc est, atrociter, grauiter, atq; crudeliter torquet. Multa habemus in hac muliere, quæ singulariter & vehementer ædificant. Primo nanq; quod de gentibus nata dominum Iesum quærit, eiq; occurrit, miræ fuit fidei, cũ nemo adhuc gentibus missus prædicauerit. Neq; em̃ (vt dicit Origenes) aut ad homines seductores, nec ligaturas quæsiuit inanes, sed oẽs relinquens diaboli cultus, venit ad dominum. Iterum autem fides eius inde apparet maior, quod non adduxit filiam ad Iesum, nec Christo supplicauit, petens vt filiã accederet, & manum illi imponeret, vt pleriq; Iudæorum fecerunt. Nam Martha, & Magdalena q̃que dño de fratre suo conquerentes mortuo dixerunt: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: hæc autem credit solo Christi nutu posse infirmam filiam sanari. Deniq; quam constãs fuerit in fide ac fortis, ex sequentibus manifestabitur. Nam toties à domino repulsa, dure allocuta, & iuxta externum modũ loquẽdi, quasi conuitio prouocata, & in fide tamen perseuerat. His accedit tertia virtus, prudentia. Nam non expectauit donec ad se dominus veniret, sed de finibus suæ terræ egrediens occurrit ei. Voluit enim dominum quærere, vbicunq; gentium inuenire posset, sciens gentem suam, in qua se præcipue numerauit, immundam & præsentia domini indignam. Idcirco hoc perfecte cognoscens, nihil nisi pro misericordia postulauit. Agnouit enim sibi nihil nisi confusionẽ iuste deberi & ignominiam. Supplicauit tamẽ pro misericordia, quam sibi fieri magnam æstimabat, si vel preces eius audirentur, per fidem non dubitans aliquando etiam non pro suo merito, sed pro Iesu benignitate exaudiri. Quarto lucet hic magna charitas. Nam afflictionẽ filiæ suam æstimat. Neque enim dicit, miserere filiæ meæ, sed miserere mei, quoniam me pro tribulatione filiæ materna cõpassio discrutiat.

Chananæa mulier qd quẽq; doceat suo exemplo.

I.

Origenes

Ioan. 11

II.

III.

IIII.

Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos.

O quomodò piissimum cor Iesu ad huius mulieris potuit clamorem miserabundum dissimulare. Absit, absit, vt ex duritia fons pietatis ille obturetur. Sed propterea quia copiosius voluit misereri, exaudireq; gloriosius, ideo qua plenus exuberat, miserationem dissimulat, quo & illam ad petẽdum fortius stimularet, & nobis fidem, & orantis perseuerantiã ostenderet. Alioqui, nisi ad cumulatiora, vberioraq; dona præstanda sese ad tempus cõtineret, haud quaquã misericordiæ viscera rogatus non statim effunderet. Et accedẽtes discipuli eius, dixerunt ei: Dimitte eam, quia clamat post nos. In alio Euangelista refertur hæc mulier venisse in domum, vbi prociderit coram Christo, orans pro filia. Vnde intelligitur dominus postquam illa primo in domo rogauit, exisse de domo, silens, nec verbũ (licet piissimo id corde fecerit) ei respondens. Quare illa sequuta, clamauit indefinenter post dominũ. Inde intelligũtur ea quæ sequuntur, facta esse in via. Itaq; rogãt apostoli pro muliere, aut compatientes eius tristitiæ, aut ex importunitate eius tædio affecti, dicẽtes: Dimitte eam, hoc est, iube vt abeat, aut (quod verius creditur) fac quod petit, vt exaudita abeat, & liberemur ab eius clamoribus. Apostoli non intelligentes arcanum propositum Christi fortasse verecundia mouebantur pro magistro coram aliis erubescentes, quod hic qui apud omnes vir misericordiarum habebatur, præter morem suum durior, ac inexorabilior à præsentibus videretur.

Marci 7

Ipse autem respondẽs ait: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

D Et quõ tunc verum est, quod venerit in mundum, vt filios Dei, qui dispersi erãt in mundo, cõgregaret in vnum? Quomodo verum est, Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum daret, vt om̃is qui credit in illum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam? Et quomodo non solũ pro amicis, sed etiam pro inimicis passus est, & pro vniuerso mundo? Dicendum Christum missum esse populo Iudæorum, & primo, & præcipue. Quapropter primo illis per seipsum prædicauit Euangelium. Deinde ad Gẽtes apostolos suos misit post suam ascensionem, cũ esset ascensurus ab eis dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Quamobrem Apostolus

Ioan. 11

Ioan. 3

1. Petri 3

Christus quibus p̃cipue missus sit.

Matth. 28
Marc. 16

quoq; vbi Iudæis prædicauerat, & sæpius prædicare tentabat, hi vero omnino obstinati redderentur, & Dei resisterent verbo, dixit eis: Vobis quidem oportebat primũ loqui verbum Dei, sed qa repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.

Actor. 13

At illa venit & adorauit eum, dicẽs: Domine, adiuua me.

Vidit constans hęc mulier, quod ne apostoli quidem exaudirentur pro ipsa rogãtes, venit, id est, propius accessit, & adorauit eum, dicẽs: Domine adiuua me. Adorauit, vt quidam putant, tanq̃ Deum, aut vt alijs placet, tanquam hominem excellẽter sanctum, cuiusmodi adorationes in veteri testamẽto plures leguntur regibus, aut prophetis factæ. Dñe, inquit, adiuua me. Non putat mulier humilis ad iniuriam sui esse, quod Christus ei non respondet, q̊d non exaudit etiam, quia seipsam exauditu indignam ęstimat, quę exaudiretur. Habet em̃ hoc humilitas, vt propter negatum beneficium non offendatur, rata nihil sibi deberi, vtpote quæ nihil beneficiorum meruerit, queẽadmodum cõtra habet superbia, vt existimet nihil sibi negandũ. Quare profecto offenditur semper, quoties quod petit, illi non conceditur. Adiuua me. Vide hic charitatem mulieris. Nõ enim dicit, adiuua filiam, sed adiuua me, filiæ infirmitatem, suam existimans, pro qua pellenda rogabat. Verum, quanto plus rogabat illa, tãto magis negabat Christus, & hoc faciebat allocutione & exhibitione duntaxat externa, quo eam magis exerceret, probatiorẽque nobis ostẽderet. Tanta em̃ eius latuisset nos fides, deuotio, ac perseuerantia, nisi exaudire eam distulisset. Quãuis autem foris se dominus inclementem exhibuit, intus tamen illam secreto vnxit & confortauit, ne deficeret.

Humilitati p̃cipue propriũ quid.

Charitas Chananitidis quãta.

Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

Iudæos filios nominat propter vnius veriq; Dei cultũ, quibus spiritualis alimonia, puta Euangelica doctrina & virtutes, signaq; miraculorum sicut erant illis promissa, debebãtur. Gentes vero & paganos propter idololatriam, vitamq; vilissimam, qui non legibus regebãtur sanctis, sed insaniæ atq; impetui voluntatis seruiebant, vocat canes, inter quos ipsa cõputabatur. Vult itaq; Christus æquum non esse filijs, id est, Iudæis (de quibus alibi scribitur: Israel primogenitus meus. Et in Propheta: Puer Israel, & dilexi eum) panem eruditionis, seu verbi Dei opera miraculorum subtrahi, & ministrari Gentibus.

Cani[...] voca[...] Gent[...] Exod[...] Osee

At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadũt de mensa dominorum suorum.

Magna mulieris patientia, longanimitas magna, atq; humilitas. Comparata cani adeo non offenditur, vt etiam consentiens idipsum confirmet, nihil horum probro verborum læsa, nec sperare & rogare desinens, dixit: Etiam domine. Verum est quod dicis. Nihilominus incongruũ non est, sed decet quod postulo. Canis sum fateor. Tu autem dominus meus. Tu iuste me vilificas, quemadmodum iuste ego tibi honorẽ exhibere cupio. Sum canis, nec canis magnus alicubi vtilis, sed catellus. Esto. His tamen non omnino negatur cibus. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Si canis, aut adhuc cane minor sum, tuum erit qui dominus meus es, vel micas vt colligã permittere sub mensa dominorum meorum Iudæorum, id est, si magnis donis indigna sum, tamen indecens non est, quæ illis superflua sunt & decidunt, vt ego percipiam. Canes sunt fideles dominis suis, & ego q̊modo possum à te recedere? aut quomodo domini mei mensam possum relinquere? Aduerte mulieris huius prudentiam, fidem, patientiam, & longanimitatẽ. Non contradicit tristior, licet probrose cani comparata, nec laudibus inuidet aliorũ, sed blande etiam alludens & catellum se vocans, dominum ad misericordiam nititur prouocare. Mirum valde est, clementissimum, misericordissimumque dominum tam diu potuisse differre, & beneficium continere, datis interim tam inclementibus verbis. Sed in fine tamen quam dissimulanter hæc omnia fecerit, liquet, quia sciuit eam dicturam quæ dixit, imo latenter ei hæc verba quæ diceret, in mentem eius posuit.

E

Cha[...] dis p[...] tia ve[...]

Tunc respõdens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

lam

Iam liquet cur tam rigorosum, durumve, ac inclementē fons pietatis se hactenus exhibuerit. Continuit ad tempus clementiæ effusionem, quia eam ad meliora semper & ad perfectiora conabatur euehere, perfectamq; in fide nobis ostendere. Dicit igitur: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. i. fiat tibi sicut petisti. Nolebat fons pietatis tristem abscedere, qui neminem se inuocantem non consolatur, sed beneficio & laude simul eādem dimittit honoratam. Et sanata est filia eius ex illa hora, puta qua dixit hæc verba: Fiat tibi sicut vis. Quanquam iuxta verba Christi ordine veniendum esset ad prædicationem vocationemq; gentium, ita vt primo vocarentur Iudęi tanquam digniores, qui vnius veriq; Dei longam habuerant notitiam, exhibuerantq; debitum eidem cultum, quibus gentes non erant anteferendæ. Hoc tamen non ita erat necessarium, vt in nullo casu id fieri posset aliter. Nulla enim lex adeo est generalis, quæ nonnunquam in euentu aliquo singulari non prætermittatur. Nec semper generalis regula destruitur, si pro tempore aliquo à regula deuiat. Nā & Ammonitæ & Moabitæ prohibiti sunt, ne intrarent in Ecclesiā domini, nihilominus tamen Achior Ammonites, & Ruth Moabites propter singulares eorum virtutes, & feruentem deuotionem statim admissi sunt ad societatē, cohabitationem & ritum Iudæorum. Hoc modo quoq; mulier hæc Syrophenissa, quamuis de genere Chanonęorum nata, ob præcipuam tamen fidem suam, & gratiam vocationis & beneficium in filia sanitatis accepit. Nos faciat idem dominus eius fidei successores, vt per patientiam & humilitatem in fide constantes, in spe longanimes, & in charitate semper inueniamur feruentes, largiente id nobis domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Deut. 23 — *Iudith. 14* — *Ruth 1*

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ sit dæmonis vexatio, qua pœnitentibus est molestus.

F

Miserere mei domine fili Dauid, quia filia mea male a dæmonio vexatur, Matthæi decimo quinto. Hodierno Euangelio charissimi, mulier nobis pro filia sua à dęmonio vexata orans multa fide, patientia, humilitate, ac longanimitate ornata introducitur, & hęc Chananęa, vt nō ociose factum intelligatur, q̄d Chananęorum reliquias modicas (Iudæis olim terrā eorundē inuadentibus & occupātibus) dn̄s seruauerit, quando ex illis adhuc tā preciosa monilia (cuiusmodi hæc fuit mulier) dn̄o erāt offerenda. Quæ certe p̄uidens ipse nō prorsus omnes deleri voluit Chananæos. Quid enī nō facit propter electos? Egressus itaq; Iesus de terra Genesareth, secessit in partes Tyri & Sydonis, vt preciosam hanc animā totam ad se cōuerteret. Et propterea quasi latenter accessit, & quasi sciri nolens, & tamen latere non potens (quod iuxta ostensionem, exhibitionemq; externam intelligitur) ibi prædicare noluit, partē ne Iudæos scandalizaret, quod illis relictis ad gentes se conuertere videretur: partim, vt mulieris huius fidem gloriosiorem monstraret, quādo illa non prædicantem, sed latentem e finibus suis egressa quæreret, in eum crederet, illum (quod multis placet) vt Deum adoraret, & misericordiam ab eo, non tanquam à sancto, qui intercedit, & nō salutem largitur, sed tanq̄ à Deo sibi precaretur, dicens: Miserere mei dn̄e fili Dauid, q̄a filia mea à dæmonio male vexatur. Dissimulat Iesus audire, & abit tacens, sequitur illa clamans post eum, orant pro ea apostoli, negat Iesus. Adueniēs illa, adorat, & perseueranter rogat, audit à mā suetissimo domino se cani cōparari, & cū exprobratiōe nihilominus sanitatis beneficiū sibi negari. Instat illa humilius se nō modo canē, verū etiā catellū cōfitens, & hac cōparatione dn̄m adeo sibi conciliat, vt dicat: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Per hanc mulierē mater Ecclesia significatur, quæ pro quauis filia sua, anima peccatrice à dæmonio vexata rogat. Vexatur aūt anima, dum peccatis & diabolo subiecta est, quia ex vno peccato in aliud protrudit diabolus animam captiuā, ac semel sibi subiectam, quasi vectigal ab ea exigens peccatum. Quamdiu nanq; peccato sumus subiugati, serui sumus diaboli, eidemq; subiugati & captiui. Ideo ab eo vexamur variis concupiscentiis & desideriis. Et certe non modica est hæc vexatio, qua adeo torquemur, vt magis eligamus intrare in gehennā ignis, quā concupiscentiæ non satisfacere. Videte igitur filii, in quanta sint miseria & calamitate pc̄tōres. Dicit pc̄tōri assueto in peccatis: Cōtine ab hoc pc̄tō, respōdet:

Iosue 15 — *1. Tim. 2* — *Matth. 16* — *Actor. 13* — *Chananitis mulier vt signet Ecclesiam catholicā.*

det: Non possum. Cui si dicis: Nũquid nõ times mortem? nunquid graue iudicium Dei nõ formidas & infernũ? Quid respondet? Nempe verbum desperatiõe plenum. Si, inquit, hic præsto foret mors, aut adesset infernus, non possem superare hanc cõcupiscentiam meam, qua vexor, quin expleam. Heu pro illis necessariũ est, vt oret, vt clamet ad Deũ mater Ecclesia. Qñ enim hi aliter liberabuntur, qui sibijpsis nesciũt quærere salutem? Quærat igitur mater Ecclesia, necesse est, dicatq; : Miserere mei fili Dauid, quia filia mea male à dæmonio vexatur. Sui petat misereri, quia cuiuscunq; gemitus, pericula, calamitatemq; suã æstimat.

G Chananitis mulier vt designet aiam quãlibet Chrĩanam

Potest nihilominus mulier hæc cuiuslibet hoĩs aĩam signare, vbi mẽs orat pro sensualitate, ac ꝑ inferioribus viribus animæ, quæ nonnunq̃ vexãtur à diabolo varijs tẽtationibus. Potest enĩ vexare inuitũ, nõ potest cogere diabolus inuitum. Accipiamus ergo pro muliere hic animã pœnitentem. Adeo enim est copiosa, ac fertilis seu fœcunda scriptura, vt multos habeant sensus eadem verba, aut idem factum, seu opus. Contingit aũt animæ pœnitenti nonnunq̃ vt in carne, in exteriori hoĩe, intusq; in sensuali affectione multa absurda cogatur sentire, quę spiritui vexatio est. Ratio igitur & voluntas clament ad Deũ. Imprudentissimum nanq; foret ab aduersitatibus opprimi noxijs, habereq; interea eũ, qui possit, & velit, aut mederi, aut liberare, & neq; quærere consilium, neq; auxilium. Sic nos cum habeamus benignissimũ dominum, qui magis nobis quærit benefacere, quam nos ipsi possumus desiderare, cum possit & velit ab omni peccato nos liberare, in omni tentatione nobis assistere, nosq; cõfortare, cur nõ inuocemus super nos misericordiam domini? Debet autem & homo sui liberationem non impedire, debet in tentationibus se profundius non intricare, debet deniq; diabolo se vexandi occasionem non dare. Quod certe facit, membra sua dans arma iniquitatis ad iniquitatem. (Roma. 6) Quapropter vis nõ timere diabolum? Abstine à peccato. Esto mundus corde. Esto humilis & mitis animo. (Matth. 5) Nullius hoĩs cõscientiã tu iudices, aut damnes. Custodi te exoccupatũ, immaculatumq; ab omni re, vnde te non speras meliorem. Quid enim tibi cõfert, si vniuersum lucreris mũdum, interim tuæ animæ detrimentum faciens? (Matth. 16, Marc. 8, Lucæ 9) Itaq; si mundus, humilis, &, vt supra dixi, à mundo & peccato incontaminatus fueris, tu nõ habes timere diabolum, sed diabolus timebit te.

H Quæris quod peccatum magis innuitur fuisse in filia huius mulieris infirma, quo vexetur liberanda anima? Dicendum, quod initium & radix oĩs peccati est superbia. (Eccle.) Hęc est, quæ vexat nos omnes. Nemo vult esse cõtemptus, nemo humiliatus, nemo correptus, nemo accusatus. Nunquam deest nobis querimonia. Aut enim non sumus auditi, aut nostrum est spretum cõsilium, nostra industria est derisa, labor vilificatus, nõ satis honorati sumus, aliquid famę detractũ nobis est, aut læsi sumus. Itaq; nunquã nobis pacẽ sinit superbia nostra. Vnde ab re non erit, vt superbiã hic intelligamus significari, quod ex modo curationis monstratur. Cum enim contrarijs contraria curentur, hæc mulier vehementer fuit à domino humiliata, atq; seipsam humilitate interna deprimens egit, quo filia sanaretur à vexatione dæmonis, id est, à tentatione superbiæ. Ipse enim rex est super oẽs filios sũbiæ. (Iob 41) Atq; ideo pari modo nobis quoq; faciendum sciamus. Neq; enim poterit à nobis superbia separari, exterminarive, nisi magna humiliatione. Quam quia refugimus, ideo infirmi ac vitiosi remanemus, sempq; à dæmone vexamur, hoc est, inquietamur. Habet enim intra nos, quo perturbare nos potest. Sicut enim dixi, superbia nulla gaudet vnquam pace, nulla quiete. (Superbia quid) Si proximi videt incommodum, aut humiliationem, illum ridet, despicit, aut fauet, quia hunc se æstimat viliorem. Si gloriam eius cernit, aut commodum, tristatur, & inuidet. Si cernit diuitias, concupiscit. Si honorem, æmulatur. Si paupertatem, horret. Postremo, nihil recte iudicat, nihil simplici aspicit oculo. Proinde, vbicunque in homine est superbia, nullum ibi bonum sinit, aut enim illud tollit, aut corrumpit, aut impedit, aut inquinat. Breuiter, sicut humilitas vas est omnium gratiarum, ita superbia sentina est omnium vitiorum. Omni igitur studio curemus liberari à superbia. Imitemur hanc mulierem nobis in exemplar virtutis ante oculos cõstitutã. Primũ cognoscamus infirmitatem nostrã, sicut ipsa filiæ suæ agnouit vexationẽ. Ratio nostra sibi imputet ac voluntas, q̃d sensualitas vexatur. Neque

que enim satis vigilem se esse existimet ratio, neq; constantem ac fortem se volūtas, quo vexatione hac mortificatis vitiis careat. Atq; ideo anima de finibus Chananæorum, id est, de incitamentis occasionibusque exiens vitiorum, quærat saluatorem, Agnoscat suam miseriam, & seipsam sancte odiens ac detestans doleat, & ad Christū clamet: Iesu fili David miserere mei. Non habeo aliqd allegare, cur mei debeas misereri, nisi qa benignus & misericors es, & miseratiões tuæ sup omnia opera tua. Per illam igitur misericordiā te obsecro, qua filius dei factus es filius hominis, hoc est, filius David. Miserere mei. Mulier illa Chananæa non potuit Christum fortius admonere aut constringere, quam vt recordaretur, quare sit homo factus, hoc est, quare sit filius David. Hoc enim infinitæ eius erat misericordiæ: & propterea præcipue illius admonet eum, dicēs: Fili David, ac si diceret: Scio te domine creatorem esse cœli & terræ. Scio Deum omnipotentē te esse. Quamobrem non ad aruspices, nō ad magos, nec ad idola, sed ad te misericordiam imploratura confugio. Reminiscere igitur te filium David, reminiscere quoq; quare sis filius factus David, & mei miserere. Sic tu quoque dominum, mysteriorum redemptionis nostræ admoneas, per eius incarnationem, per natiuitatem, per passionem, per mortem, & per resurrectionē rogans illum, vt tui misereatur. Est itaque vexatio dæmonis, qua tentamur inuiti ad illicita. Aduerte tamen, quod mulier illa rogans filiæ salutem, dixerit causam, quia filia mea à dæmonio male vexatur. Recte dicit: Male vexatur. Quando enim bene vexat diabolus? aut quem non male vexat? Certe si diaboli spectanda est intentio, tunc omnes male vexat, hoc est, ideo vexat, vt ad malum ducat eum, quem tentat. At laudanda est prouidentia diuina, tāto que magis laudanda, tanto magis prędicanda, tanto amanda feruentius, quæ malum, quod nobis aut à diabolo, aut ab aliquo membrorum eius paratur, semper, si volumus, præsto nobis est vertere in bonum. Nonne omnes fatigauit suis vexationibus sanctos diabolus? Quid autem obtinuit? Nihil profecto, nisi quod gloriosiores, pulchriores, & rutilātiores fecit eos vt aurum. Fabricauit enī eis coronas inuitus, qa Deus, qđ ille nitebat̄ eis inferre ad malum, vertit in bonum. Sancti martyres, virgines sanctæ, sancti eremitæ & monachi, quātis sunt tentationibus à dæmone vexati? qbus sunt fatigati molestiis? quot denique persecutionibus & tormentis, vt in pfidiam, vt in peccata carnis, vt in mortem animę præcipitarentur? Fecit quod potuit dæmon machinans malum, quo abstraheret eos à domino. Verum potuit eos tentare, non potuit cogere. Potuit suadere & illicere, non potuit impellere. Potuit persequi & vexare, potuit corpori molestiam, non potuit vim animo inferre. Male igitur omnes sua voluntate vexat, quotquot vt mali peioresve reddantur, tentat. Nescit enim improbus & stolidus, quod persequendo vexandoque ad regnum cœlorum nos cōpellit. Nos igitur hac consolatione vtentes, benignissimi scilicet saluatoris nostri bonitate, omnem calamitatem, quam nobis infert, siue homo siue diabolus, neque de homine neq; de diabolo, sed de manu omnipotentis Dei suscipientes, eius amore, eius contēplatione id eligamus sustinere, & ab omni iurgio abstinere aut murmure. Tunc enim omnia vertentur nobis, vtpote Deū diligētibus in bonū. Habemus aut in hoc Euangelio eruditionē, vi à dño aliquid obtinere volentes nō statim, nisi obtinuerimus, ab oratione deficiamus, sed perseuerandum in oratione. Desideria enim dilata crescunt: quæ si dilatione deficiunt, signum est, quod nunquam vere desideria fuerunt. Quapropter beatus Gregorius probe dicens: Nemo, inqt, qa tardius auditur, credat quod à superna cura negligatur. Sępe enim nostra desideria, quia celeriter fiunt, non exaudiuntur, & quod impleri concite petimus, ex ipsa melius tarditate prosperatur. Nam & hic in hoc beneficio, quod mulier illa Chananęa postulauit, quam durum, quā alienū, quamq; inuitum se foris exhibuit dominus, tam clemens intus ad præstandū fuit. Nam non solum ea, quæ mulier petiuit, tādem præstitit, sed fidem & patientiam eius quoque laudauit. Sit igitur in nobis humilitas, sit deuotio, sit fides, sit deniq; longanimitas, vt pie perseuranterq; petamus, quia Deo nunquam deerit largiendi liberalissima pietas, si in nobis inuenta fuerit vera in supplicando humilitas. Quam nobis quoque concedat, qui in cœlis gloria & maiestate plenus regnat, Amen.

Matth. 15

Ioel 2

Psal. 144

I

Male vt semper vexet diabolus.

Sapien 3
Gen. 50

Rom. 8

Perseuerādum vt sit in oratione.

Gregor.

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE EPIstola B. Pauli apostoli ad Ephesios V.

Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immũdicia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliqñ tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus eñ lucis est in oĩ bonitate, & iustitia, & veritate.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Ante hæc verba Paulus Ephesios fuerat hortatus, vt erga se mutuo benigni, misericordesque essent, donantes offensiones inuicem, sicut & Deus in Christo illis delicta donauerat, adijciens tãdem, quod hodie legitur, quo quasi verborum priorum causam explicat: Estote, inquit, imitatores Dei, puta in misericordia, in clementia, in iniuriarum dimissione, in dilectiõe, denique & beneficentia inimicorum, sicut filij Dei charissimi. Hæ enim virtutes filiũ efficiunt Dei. Quod saluator testatur nos admonens, quando dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderũt vos, & orate pro calumniantibus vobis, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ambulate in dilectione ad perfectiora progrediendo, quo sitis per dilectionem idonei animam vestram pro fratribus vestris ponere, sicut & Christus dilexit vos, qui pro vobis animam posuit. Ad hunc igitur modũ, q̃ vos Christus, puta pure, nõ dilectus, gratisq; amauit, diligite vos quoq; pximos vestros. Ita (inq̃) diligite, sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis oblationẽ & hostiã Deo in odorem suauitatis, & hoc quidem vltro fecit. Oblatus eñ est, qa voluit, constituens seipsum oblationem pacificam inter Deum & homines, & hostiam pro peccatis nostris Deo in odorem suauitatis. Fuit enim hæc oblatio odorifera, qua pater delectabat in charitate filij, pro multorum redemptione se immolari permittentis. Fornicatio autem & omnis, cuiuscunq; sit speciei, immũditia & auaritia tam procul sit à vobis, vt ne nominetur quidem inter vos. Tantus nanq; vobis debet esse zelus sanctimoniæ & castitatis, vt ne luxuria à vobis nominetur, sicut decet sanctos: quorum non solũ opera, sed etiam mores, verba, cogitatiões que castę sunt ac pudicę. Non nominetur, inquam, in vobis fornicatio, multo minus in vobis fit, pariq; execratione cauete, ne fit in vobis aut turpitudo, id est, inuerecunda, inhonestaq; in tactibus, amplexibus, moribus, osculisve ostensio, vnde libido, suspicari possit. Aut stultiloquium, ineptia scilicet verborum, nullam habens sapientiam: aut scurrilitas, id est, facetiarum leuitatumq; sermonum ad risum prouocantiũ consuetudo, quæ ad rem non pertinet, qa nihil commodi, aut vtilitatis in se habet, sed inanitas est sola verborum. Vides ne quanto zelo omnem Christianum Paulus vult pudice, honeste casteq; omnimodis viuere? Quid castius pcipi posset monacho? Hęc tamen cuiuis scribit Paulus Christiano. Heu quanta hodie lasciuia, quanta loquendi petulantia, iocandiq; libido, dum turpitudinum gloriationes, obscœnarumq; rerum historiæ coram virginibus & pudicis passim recensentur, nimisq; turpi

Imitatorẽ Dei, q̃nam constituãt hominem.

Matth. 5
Lucæ 6

1. Ioan. 3

Esaiæ 53

Castimonia quanto studio sit curanda.

turpiter denudantur. Putatis ne corrumpunt bonos mores colloquia mala? (1.Cor.15) Parcite quęso, ne venęnum spargiatis sumendū prolibus vestris, aut familiæ vestræ, imo ne vlli hominum, sed in vobis sit, audiaturq; magis gratiarꝫ actio. Hoc enim scitote intelligentes, quare à vobis tam aliena esse debeat fornicatio, quod quicunque fornicator, aut immundus quouis alio scilicet luxuriæ genere se commaculās, aut auarus, quod, scilicet esse auarum, est idolorū seruitus, Deo præferens pecuniam, nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sunt q dicūt: Si omnis fornicator, immundus, aut auarus damnaretur, pauci saluabunt. (Matth. 20 & 22.) Nihil verius. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Alij dicunt: Si mulieribus vti non liceat, quare illas Deus creauit? quare sexum commixtioni congruum creauit? Quare animam quoque embrioni ex fornicatione cōcepto infundit? Sed nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim vltio Dei venit in filios diffidentiæ, id est, qui spem nullam habent, reddente sibi testimoniū conscientia, (Rom.9) quod operarij sunt iniquitatis. Nolite ergo effici participes eorum, nec conformemini peccatis eorum, vt similia eis agatis, aut loquamini. (Num.16) Eratis aliquando tenebræ, quare hæc vt faceretis non erat mirum, nunc autem, cum sitis lux, non ex vobis, sed in domino, nihil tenebrosum appareat in vobis, sed vt filij lucis ambulate. Fructus aūt lucis, quem lux diuinę gratiæ quasi fructum arbor generat, situs est in omni bonitate, iustitia & veritate.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ tertiæ Quadragesimæ. Lucæ XI.

B

Non absq; ratione institutū est charissimi, vt hodie pponatur nobis Euangelium, q̄ diabolus ex homine refert eiectus muto. Est enī nunc tēpus pœnitētiæ omnibus Christianis. Quod licet omni tempore hoc debeat esse vitæ nostræ, vt nunq̄ de peccatis nostris nō pœnitētes debeamus inueniri: (Quadragesimale tempus cur institutū sit.) hoc tn̄ tempus quadragesimale præcipue nobis mater sancta Ecclesia instituit, vt si alio tempore pœnitere neglexim⁹, debeamus nos vel nunc erigere contra diabolum, & ieiuniorum, eleemosynarꝫ, orationū, castigationumq; corporalium armis muniti eidem abrenunciare, bellum ei indicere, vniuersisq; simul cū eo & peccatis & vitijs & concupiscentijs nos opponere. Quod vt feliciter fiat, hodie nobis legitur Euangelium, quo docemur per confessionem eijcere à nobis dæmonium, armareque domum nostram, ne ad nos redeat iterum, semel eiectus. Vera enim pœnitentia est non solū delicta plāgere, sed etiam ea, quæ planguntur, aut plāgenda sunt, non iterare. (Ambrosi.) Itaque Lucas hoc modo alloquitur:

Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. (Lucæ 11)

Haudquaquam de dæmone est credendum, vt ipsum putes mutum, seu cæcū, aut surdum. Neq; enim organa habet aut videndi, aut loquendi: sed ita intellige, quod hominem diabolus, quem obsidebat, fecerit mutum, cæcum & surdum. Has enim tres calamitates (vt multorum habet opinio) & ex Matthęo clarum est, (Matth. 12) de cæcitate fuerunt in eodem homine, præter hoc, q̄d obsidebatur à dæmone. Quæ per dæmonis expulsionem à Christo oēs fuerunt sanatæ. Nam cum eiectus fuisset per Christū dæmon, homo miser locutus est, audiuit & vidit, vt sequitur: Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ de tanto miraculo, nō orationibus impetrato, sed ex potestate atque imperatiue facto.

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia.

Hi multo aliter sentiebant à turba, quæ admirata est dans, gloriam Deo: vt intelligas in magna multitudine raro fieri posse, vt omnes idem sentiant, aut idipsum omnes probent. Sed quid dixerunt? In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dæmonia. Secundum Matthęum hi Pharisęi (Ibidem.) fuerunt inuidia & liuore pleni, quia cū essent ambitiosi, auari, & glorię cupidi tristabantur ex honore & gloriosa fama Christi, quam calumniari suo more & persundare nitebantur: ideo vbicunq; poterant, inique illi detrahebant, sperātes sibi

tribui

tribui, quicquid Christo (vt omnium inuidorum mos est) detraherent. Huius enim miraculi gloriæ in hoc detrahere moliebãtur, quod Christum non sua virtute fecisse hoc signum dicebãt, nec cum turba simplici, & nihil intelligente esse mirandum: quandoquidem in virtute Beelzebub, id est, principis dæmoniorum, cũ quo pactũ haberet, & quem haberet familiarem, minoris virtutis dæmones eijceret. Itaque potestatem in Christo diuinam principi tribuunt dæmoniorum, grauiter blasphemãtes. O liuor cæce & edax inuidia, quo miserum, quem obsides, perducis? Bel idolũ erat apud Babylonios primũ, vnde omnis idololatria prodijt, quod apud Aegyptios dicebatur Beel. A Iudæis vero per contemptum Beelzebub, id est, Deus muscarum nominabatur, eo quod semper ibi esset multitudo & frequentia muscarum. Quod vt clarius dicatur, sciendũ in Genesi legi de Cham filio Noe post diluuium Chus generatum. Chus vero genuit Nemrod. De hoc ibi scribitur: Ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram domino. Fuit aũt principium regni eius Babylõ, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar. Secundum Berosum antiquissimum historicũ iste Nẽrod primus duxit colonias in terram Sẽnaar, vbi turris fuit Babylonis extructus. Idcirco vocatus est Saturnus, puta Babylonicus, seu apud Babylonios. Ibi eñ designauit vrbem, & turrem Babel extruxit. Adduxit autem filium suum Belum, quem Iouem multi vocauerunt. Hunc Belum postea mortuum Babylonij numinis loco coluerunt. Itaque Nemrod anno centesimo tricesimo primo regnauit, à quo tempore illo exordium sumpsit gens Babylonica. Quamobrem (vt dixi) vocatur Saturnus apud eosdem, & regnauit quinquaginta sex annis. Post quem huius filius Belus Iupiter dictus, pacifice regnauit sexaginta duobus annis, & fundamẽta erexit Babylonis, cui magis speciem oppidi, quã vrbis dedit. Post hunc Ninus filius Beli regnauit quinquaginta duobus annis, q à Mose in Genesi dictus est Assur, & ędificauit Niniuẽ ciuitatẽ regni pcipuam Assyriorum. Hic Ninus primus omniũ Belo patri suo, & matri Iunoni, & Rheę auiæ suæ, quę fuerat (vt legit) soror quoq; aui sui Nemrod, ædificauit templum, q̃d secundum catholicos doctores, & secundum Hebræos idololatriæ occasionem & initium dedit, accedentibus dæmonibus, & in statuis effigiatis ac simulachris responsa dãtibus. Iste ergo Bel, Belus fuit pater Nini, cui simulachrum est erectum, & inde in alias quoque nationes mos ritusque illum colendi translatus, licet aliter nominabatur iuxta linguam gentium aliarum. Vocabatur enim à Babylonijs Bel, ab alijs Beel, ab alijs Baalim, ab alijs Baal, à Iudæis derisorie Beelzebub.

Beelzebub quid sonet. — C — *Dan 14* — *Gen. 10* — *Ibidem.* — *Berosus.* — *Gen. 11* — *Gen. 10* — *Idololatria initiũ qñ sumpserit.*

Et alij tentãtes signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit:

Nonnulli tentantes, an diuina virtute eijceret Christus dæmonia, signum de cœlo quærebant ab eo, quasi hæc signa hactenus, quæ fecerat Iesus, vilia æstimãtes, atq; contemnentes. Quærebant igitur portentum aliquod, cuiusmodi tempore Iosue in sole, aut in decem plagis accidit Aegypti sub Mose. Hoc autem intra se mussitantes dicebant, propterea quod palam pter turbam, quæ hoc cẽsuisset irrationabile murmur, dicere non audebant. Iesus igitur cogitationibus eorum respondens, dũ ostendit illorum se cogitationes & secreta nosse, satisfaciens illis, in hoc euidens eis mõstrauit suæ diuinitatis signum. Ipse autem vt vidit cogitationes eorũ dixit, respondẽs nimirum ad cogitata eorum, & quatuor rationibus probans id quod cogitauerãt, esse falsum. Prima est ratio.

Iosue Exod. — *Ratio Christi contra Iudæos.*

Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius? quia dicitis, in Beelzebub eijcere me dæmonia.

D

Omne, inquit, regnũ in seipsum, id est, cõtra seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si ergo Satanas in seipsum diuisus est, vt contra se, hoc est, sibi contrarius, vt dæmon pugnet contra dæmonem, & alter alterum expellat, q̃ modo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Vos inquit, putatis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Hoc si verum esset, dæmon pugnaret contra dæmonem, essetque discordia & pugna inter eos: qua fieret necesse est, vt regimen eorum collaberetur & periret,

cum

cum e diuerso maxima sit in eis concordia in malo, vnde regnū eorum non desolatur, quamdiu mundus stat, sed tot seculis omnes nos concorditer impugnāt. Est tamen hoc intelligendum de eiectione dæmonis ab anima. Inde enim solus eijcit Deus, nec diabolus eijcit inde diabolum vnquam, quandoquidem diaboli in hoc obstinate consentiunt omnes, vt perdant animas. Posset autem fieri, vt diabolus expelleret diabolum de corpore, ad seductionē animarum intuentium, vbi hoc quasi pro miraculo haberetur ad confirmationē errorum, aut illusionem hominum credentium eum dare sanitatem. Porro Christus dæmonem expellebat ex animabus. Secundam rationem ita subiungit, probās se non in Beelzebub eijcere dæmonia, ex collocatione exorcistarum, seu discipulorum suorum ad se.

II. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Si, inquit, in Beelzebub ego eijcio dæmonia, filij vestri qui ex gente sunt vestra geniti, tam discipuli mei, quam exorcistæ vestri, in quo eijciunt? Si illis non adscribitis, q̄d in virtute dæmonis eijciant dæmonia, quare me huius perfidiæ insimulatis? Liquet ergo quo spiritu me ab illis diuiditis, vt quod in nomine non laudatis, in me calumniemini. Hoc autem facitis quod inuidia vos turbet, qua gloriam non potestis videre meam. Ideo iudices vestri erūt, non erit necesse, vt ego vos iudicem. Ipsi erunt vobis iudices, hoc est, ex comparatione eorum res ipsa loquit, & iudicat vos: q̄niam non minor est, quam illorum, mea potestas. Potest etiam intelligi aliter. Multi fuerunt, qui in nomine Iesu Christi eijciebant dæmonia, vt habet apud Lucam de quodā, quē apostoli viderāt in nomine Christi dæmonia eijcientē, nec tñ adhærebat Christo. Apostolorum̄ pterea actus de q̄busdam referūt, q in nomine Christi, quē Paulus p̄dicat, eiecerūt dęmonia. Apostoli deniq; in noīe Christi eijciebāt dęmonia. Obijcit igit scribis & pharisæis rationem hanc: Multi in nomine meo eijciunt dæmonia (q̄d manifestum est in meis apostolis, in vestris exorcistis & magis vestris) quorum nonnulli vt hoc facilius pficiant, meū inuocant nomen: ergo multo magis ego id mea possum virtute. Quapro

Lucæ 9

Acto. 19

pter Cyrillus sic infert: Quando alij in nomine meo Satanan conterunt, q̄modo nō multam habet amentiam dicere me à Beelzebub habere virtutem?

Cyrillus.

Porro si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.

E Quid sit digitus Dei, nō est opus exponere, quando alius exposuit Euangelista, ita hæc verba referens: Si in spiritu Dei eijcio dæmones, vnde patet hoc loco spiritū sanctum significari: profecto peruenit in vos regnum Dei. Si hoc capere potueritis, me in spiritu Dei eijcere dæmones, capietis etiam in vos peruenisse regnum Dei. Hactenus enim regnauit ille qui vocatur princeps huius mundi. At me adueniente cum ille eijciatur foras, iam eis regnum cessat, instituiturque dominium & regnū aliud, puta Ecclesiæ, cuius ego sum dominus, dominator & princeps, recte peruenit in vos regnum Dei. Tertio hoc probat alio modo.

Digit. dei quid sit. Matt. 12

Ioan. 12

III. Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea quę possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet in quibus confidebat, & spolia illius distribuet.

Fortis ille est diabolus, cui non est potestas quæ comparari possit super terram, intellige si vti permitteretur. Armatus est etiam astutia, dolo & nequitia. Atrium diaboli hic mundus est, quem custodit non vt canis, sed vt lupus prædam, aut leo quærens quem deuoret. In pace sunt omnia, quæ possidet, in pace licet falsa sunt, quæ possidet. Neque enim pax est impijs dicit dominus, in pace tamen sunt, id est, sine contradictione dominatur ipse hominibus. Si autem fortior illo superueniens vicerit illum propria virtute, quod ego facio, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, id est, tentationes, fallacias, dolos, simulationesque quibus vniuersum fallit mundum, denudabit, compescet, atque gratia suæ inspirationis, virtuteque diuina suos confortabit electos, vt illum vincant. Quapropter discipulis suis dixit Christus: Ecce dedi vobis potestatem calcādi sup serpentes & scorpiones & sup omnem potestate inimici. Et in Psalmo: Super aspidem & basiliscum ambula-

Iob 41

Atriū diaboli quod nam sit.

1. Pet. 5

Esaiæ. 48

Lucæ 10

Psal. 90

bulabis,& conculcabis leonem & draco-
Spolia dæmonũ q. nẽ.Et ſpolia eius diſtribuet. Spolia diabo
li haud dubium ſunt hi, quos ſeduxit, q̃s
cepit & ſibi ſubiugauit. Hos enim Chri-
ſtus deceptos illuminauit,captos redemit,
abductos ſuo patri reſtituit, priuatos hæ-
Pſal. 67 reditate cœleſti,iterum redonauit.Siquidẽ
captiuam ducens captiuitatem dedit dona
hominibus.Hæc igitur inde colligitur ra-
tio.Qui eijcit,fortior eſt quam qui eijcit.
Cum ergo ego illum eijcio, eo ſum for-
tior:nec illum ipſius,ſed mea poteſtate eij-
cio.Hactenus eñ vt tyrannus fortiter ar-
matus cuſtodiuit atriũ ſuũ,& in pace,hoc
eſt,ſine cõtradictione regnauit,agens quę
voluit(quod palã eſt in hoc miſero cæco
& ſurdo p me curato)Verum ego adueni
ens illũ expugno,& ſpolia eius diſtribuo.
Quare perſpicue liquet me in illius virtute
nihil agere,nullam cum eo mihi concordi
am & ſocietatem eſſe,nec me quicquam cũ
eo,ſed aduerſus eum agere.

Qui non eſt mecum,contra me eſt: & qui non colligit mecum: diſpergit.

F Alio iterum modo probat in Beelze-
IIII. bub non eijcere ſe dæmonia. Contraria
vtriuſque ſunt ſtudia & exercitia.Collige
re enim & diſpergere quomodo ſimul ſta
re non poſſunt, ita Chriſto cum diabolo
nil conuenire poteſt. Ideo dicit dominus:
Qui non eſt mecum,qui mihi non cõſen-
tit aut cooperat,aduerſus me eſt,id eſt, cõ
trarius mihi,puta contraria mihi opera a-
gẽs,& q nõ colligit mecum,ſcilicet ad De
um homines trahens docendo,orãdo, &
exemplum bonæ vitæ monſtrando,diſper
git,hoc eſt,à Deo auertit fallendo,ſeducẽ-
doque homines,& eos erroribus atq; pec
catis implicando. Vnde colligitur quarta
ratio:Quorum contraria ſunt ſtudia,non
poſſunt conuenire in vno,aut ſe mutuo iu
uare.Sed mihi & diabolo contra ſunt ſtu-
dia & actiones(ego enim colligo animas
ad Deum,ipſe vero à Deo diſpergit) ergo
non cõuenimus in opere vno. Quare fal-
ſum eſt quoque me virtute illius vti, & ſi-
mul eijcere nos dæmonia. Cõfutata his
rationibus phariſæorum blaſphemia,ſer-
monẽ conuertit ad inſtructionem, exhor
tationemq; eius quẽ curauerat, admonẽs
illum ne denuo peccaret, grauius propte-
rea quam ante periclitaturus,dicens:

Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Cum,inquit,immundus ſpiritus exie-
rit de homine per contritionem & confeſ
ſionẽ expulſus, ambulat per loca inaquo-
ſa & arida, hoc eſt, homines deuotos &
ſanctos viſitat,in qbus huius mundi viror
aruit,carniſq; petulantia per mortificatio
nem exiccata eſt, q̃s nihil in mundo dele-
ctat,nihil huius mundi in eis viuit, in qui
bus mundus aruit,qui non corpore tantũ
ſunt ſequeſtrati ab hominibus, & animo
peruagantur vniuerſum mundum.Itaque
per hos tranſit diabolus,hoc eſt, hos viſi-
tat,ſed requiem nõ inuenit. Neq; eñ quæ
grata ſunt ſibi,ſed quæ odit apud illos in-
uenit,ideo ſequit:Et requiẽ non inueniẽs,
dicit:Reuertar in domum meam priorem
vnde exiui.Et cum venerit inuenit eã ſco-
pis mundatam & ornatam.Scopis munda
tam,hoc eſt, inuenit hominem p confeſ-
ſionem à peccatis euacuatum,ſed vacuũ &
ocioſum,à virtutibus & operibus bonis.
Homo autem non poteſt diu eſſe aut ma
nere in eodem ſtatu. Niſi enim profici-
at,deficit,Si bona non operatur, implica- Iob 14
tur vitijs.Inuenit enim ornatam domum,
ſcilicet in ſuperficie,& foris decoratam,vt
ſunt ſpecies virtutum, cæremonię & vſita
tæ conſuetudines bonæ.Et tunc vadit, vi
dens ſibi patere locum,& aſſumit ſeptẽ ali
os ſpiritus nequiores ſe, vitia ſcilicet ſeptẽ
capitalia,aut etiam vitiorum horum oppo
ſitas virtutes ſimulatas p hypocriſim, quæ
nequiores ſunt vitijs ipſis capitalibus pro
pter ſimulationẽ.Et ingreſſi, habitant ibi,
tuncq; diabolus caſtrum ſuum recuperat.
Et erunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus.Vulnera nanque iterata aut re-
nouata dolore grauiori recrudeſcunt, diſ-
ficiliusque ſanantur,& poſt acceptam gra
tiam ingratitudo eſt maior.

Factum eſt autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit: Beatus venter q te portauit, & vbera quę ſuxiſti. At ille dixit

Qui-

Quinimo. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

G Hanc Martellam Marthæ famulam fuisse multi autumant, quæ gratulans Christo diuina sapientia pleno, quod confutare potuit Pharisæorum inuidiosam maledicentiam, non hic tantum, sed alibi quoque Christo detrahentium. (Neq; enim se continere poterat, quin muliebri verecundia posthabita, timorem vinceret) atque coram omni populo in mediũ prorumpens in Christi laudes exclamaret: Beatus venter q te portauit. Tanta est, inqt, laus tua & excellẽtia, quã nemo vnquã potuerit effari, vt beatus sit etiã venter ille virgineus, beata sint vbera quæ ex contactu tui sanctissimi corporis supra omnẽ modũ & captũ humanũ sacrata sunt. Sed Christus hoc pconium ita confirmat mulieris huius, vt nos quoq; consolet, quorum nulli ad hanc dignitatem aspirare licet (puta esse matrem Dei) ad quam est beatissima virgo Maria sola electa, dignaq; constituta, dicens: Quinimo, hoc est, ita est, vt loqueris. Non tamen hoc solum ita est, verũ etiam beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud. Beatam non abnuo eam quę me portauit in suo corpore, cuius quoque suxi vbera, sed non minus beata est, propterea quod me portauit in mente. Nec ipsa sola est beata, sed beati sunt etiam omnes qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, vt scilicet memores sint mandatorum ipsius ad faciendum ea. Quod nobis largiatur Iesus Christus dominus noster in æternum benedictus, Amen.

Beatã quę eam fecerint beatã virginem Mariam.

Psal. 104

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo confessionem impediat diabolus, & quam varia sint mutorum genera.

H ERat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cũ eiecisset dæmonium, locutus est mutus, Lucæ XI. Multos hodie habemus in Ecclesia mutos, qbus vtinã adueniret Iesus, qui ora illis reseraret, & expulso dæmone vocẽ redderet. Sunt enim quidam, qui non possunt eloq in confessione sua peccata. Quos nimirum multifariam præpedit diabolus, ne de seipsis ea quæ fecerũt, loqui possint in confessione sacramentali peccata. Multi, inquam, sunt q sua nequeũt cõfiteri vbi debent peccata, & vbi eadẽ p confessionem delerent. Quorum tamen nonnulli adeo sunt inuerecundi, adeo inhonesti quoq;, vt in aliorum sui generis hominum, puta impudicorũ, leuium ac inhonestorum hominũ psentia non pudeat eos de seipsis sua facinora referre, de fraudibus suis gloriari, iactare se de felicitate scelerum suorum. Itaq; vbi diabolo confitent, ibi non timent sua peccata contagiosa narrare ad infectionem innocentiũ animarum, quo non solũ exẽplo, verum etiam verbo bonos scandalizent, & quantum in se est, corrrumpãt: & ideo, quia cũ patre suo diabolo eadem faciunt opera, eundem quoque referent fructum, haud dubiũ eandem cum illo mercedem quoque tandem recepturi. Hos autẽ (vt dixi) facit diabolus, ad cõfessionem venientes sacramentalem, vbi à peccatis exui, Deoque deberent reconciliari, mutos. Siquidem ibi diabolus eorum strangulat collum & ora, ne loquantur, & ne ipse eos suos amittere cogatur captiuos. Quæris fortasse, quomodo diabolus impedit confessionem, & quære de secunda quæstione, quare scilicet impediat, cito responderi potest: Quia per confessionem veram peccatorum animam peccatricem, quam iure possidebat, vtpote quæ suapte voluntate illi sese subdiderat, scit se amittere: ideo inde eam quibus potest modis retrahit. Deinde eos quos scrupulis inutilibus, quos timore, pusillanimitate, atque dubiorum ambiguitate interturbat, & deuotionis in eis spiritum per huiusmodi extinguit, scit in confessione informari, dirigi at, que retia sua euadere, cui rei inuidet potissimum. Sola enim obscuritate gaudet in tenebris, & nunquam in luce ambulans. Quia vero in confessione soluitur obscuritas, lux super nos superna choruscat, & ex filijs diaboli filij efficimur Dei: ideo diabolus quantis potest viribus, impedire enititur confessionem. Quam si impedierit, certus est se dominum illius peccatoris mansurum, ipsumq;, quantisp ita perseuerauerit, Deo nõ reconciliandũ. Tertio qm cõfessio sancta, non solum spiritualiter exonerat à peccatis, sed etiã conscientiã facit serenam, tristitiã pellit, desperationẽ propulsat, atq; pressuram cordis omnem, quæ propter peccata non confessa, & pro-

Muti ad cõfessionẽ faciendã qui sint.

Ioan. 8

Confessionẽ peccatorũ cur diabolus impediat.

pter irreconciliationem diuinam hominem torquet, tollit. Idcirco hoc sciens diabolus hostis alacritatis spiritus & bonæ conscientiæ, impedire nititur, ne confessio fiat peccatorum, interim enim ab eo tenetur peccator. In confessione autem peccatorum vbi exhilaratur conscientia, gaudetq; in Deo, confutatur diabolus cũ suis consiliis, propterea quod videre non potest, vt bona ac alacris conscientia gaudeat in Deo, vt sentiat de Deo in bonitate, et in simplicitate cordis confidat illi. Generat enim vera peccatorum confessio, exonerationẽ peccatorum, releuationem cõscientiæ, & spiritus deuotionisq; alacritatem tantam, vt homo (q̊d multis quotidie sit compertum) sibi videatur, qui rectæ cõfessionis sibi conscius est, à grandis cuiuspiã silicis pondere, quod à corde sit remotũ, liberans. Hæc igitur (ne prolixius sim) & alia item multa, quæ sacramentum confessionis commonstrant vtilissimum, nec aliter quam secundum baptisma, tabulamq; post naufragium peccatoribus ad euadendum institutam, sunt, cur adeo exosam habeat confessionem diabolus, & quare eam dissuadeat, ab ea retrahat, eandemque impediat.

Sapien. 1

I Confessionem quot impediat diabolus modis.

Cæterum, quomodo quibusve persuasionibus eandem impediat, dicẽdum est. Primo enim obstruit os diabolus confessionem facturi pudore: excitans in corde hominis timorem, suspitiones, erubescentias, phantasiasq; multas alias, vt inducat eum ad silentium peccati, faciatq; mutum. Pudor autem hic oritur ex superbia, qua vult videri ac æstimari, quod non est, nec ab hominibus propter Deũ, & vbi debet, agnosci vult quod est. Veruntamen de peccato quidem est verecundia habenda, sed de confessione peccati haudquaquã est erubescendum. Neque enim ignominiæ est pœnitere, sed gloriæ. Per pœnitentiam nanque homo se iterum honestat. Gratiam enim Dei recuperat, Deum recõciliat, famam sibi restituit, diaboli abiicit iugum, conscientiam serenat & pacat, ex peccatore facit iustum, & ex seruo diaboli, Dei filium. Non igitur ex pudore est relinquenda confessio, vbi fructus tam multiplex obtinetur, vbi dæmonium à te eiicitur, vbi animæ tuę sanitas restituitur. Peccare est ignominiosum, pœnitere de peccato est honorificum. Quando peccare decreuisti, pudor te retrahere debuisset, Mo-

Pœnitentiæ fruct⁹ multiplex

do vero quod te dehonestat, abiicere times? Non omnis pudor ignominiam adducit, quia sicut scriptũ est: Est confusio adducens gloriã. Nõne igit insania est timere te mũdari, timere ablui, q nõ timuisti inqnari? An immundũ esse non pudet, & pudet mundari? Et quid times? Num te deridebit sacerdos? Num odiet? Num despiciet? Minime. Quãdo enim te derideret, qui tibi congemiscit? Imo quanto purius nudiusque eidem fueris confessus, tanto eum facis de te sentire meliora. Inde enim cognoscit tuam syncceritatem, & veram pœnitentiam, quam non potest non venerari. Quanto ei igitur in ardua re te illi credideris, eo magis te diligit, qui te illi ad obediendum subiicis, eius consiliis acquiescis, ei secreta tua nude reuelas, te eius discipulum ac filium constituis, maxime omniũ illi confidis, quomodo te contemneret, aut non amaret? Diabolica sunt hæc susurria, timorem inanem habentia, quæ pudorem obstinatum, timoremq; ac pusillanimitatem confitendi tibi inducunt. Eiice tu igitur diabolum hunc mutum abs te, pedibus calca basiliscum & serpentem, & euome virus abs te. Sed nimis est, inquis, peccatum meum probrosum, ideo non reuelandũ. Quæ consolatio tibi est, si hominem tuũ peccatum lateat, quando hoc Deo cognitũ & nudũ est? An ignoras peccatũ non confessum, coram Deo continuo stare, & te accusare, clamans & tibi postulans vindictam? Quid quod peccatũ tuũ non confessum vniuerso manifestabitur orbi? Quid quod ignominia grauissima tunc, puta in iudicio extremo, coram omnibus ibi præsentibus affectus in omniũ veniens execrationem? Modo igitur timore quocunque depulso confortare, statuens omnia peccata tua sacerdoti confiteri, & pacificam hilaremq; mentem tibi reducere. Dic: Vade Satana. Ego vtriusq; odio motus, & te & me confundam. Omnes enim technas & fraudes tuas, omnes abominationes meas in tui meique contemptum, & ad Christi honorẽ sacerdoti explicabo. Accedit his alia ratio, quare cõfiteri non erubescas. Siquidem curari nunquam potes à peccato, à pressura cordis (quandiu sub mala conscientia viuis) nisi confitearis. Propterea quod faciendum aliquando est, si in peccatis tuis non vis mori damnarique, modo fac. Secundo ob-

Eccle. 4

Psal.

Peccata non confessa coram Deo clamant

Matth.

Confessio dilata qd mali adferat.

do obstruit os diabolus, mutumque facit confiteri volentem spe longioris vitæ. Verum non te fallat hæc spes, vt semper differas confiteri de crastino in aliud cras, quia de vita tua nihil est in potestate tua, nihil in scientia tua, nihil in opinione tua. Dic, quot tui similes inopiniate vides q̊ti die in peccatis mori? quot vides inter sacramentorum perceptionem non compunctos ac desperantes animam efflare? quot obstinatos denique cernis ne in fine quidem (terribili eos vindicāte iustitia diuina) & inter vitæ extrema velle confiteri? Hoc ipsum tibi quoq; metue, si dū sanus es, & peccare potes, cōfiteri differs, euenturū. Iā igit virus euome totum in confessione, & sanare.

III. Tertio obstruit os peccatoris diabolus satisfactionis timore. Habet enim confitens fortasse aut res alienas, aut bona iniusta, quæ non vult restituere. Quare sciens restitutionem sibi mandandam, non vult confiteri. Pari modo est de restitutione famæ, quæ ablata est: quæ tamen nisi restituatur, & læso satisfiat, frustra fit confessio.

IIII. Quarto impedit aut suffocat diabolus confessionem timore recidiuandi. Nā sæpius iterata consuetudo, experta infirmitas, peccatiq; delectatio rememorata à diabolo obijciuntur, & timorem incutiunt, quod se continere non possit, q̄d frustra propterea confiteatur, quod gratis denique se confundat: quandoquidē nihil possit emendare, & hoc modo homo peccator sup seipso fundamentū sibi locās ruinosum, dum sibijpsi nō audet confidere, quem fortem, constantemq; nunq̄ est expertus, & in Deo non didicit sperare, non audet propositum certamen, & conflictū pro continentia à peccato, aut pro melioris vitæ sanctimonia assumere. Quare et iā superfluum arbitratur confiteri, propterea quod spes vitæ correctioris post confessionem ei sit nulla. Cæterum erras fili, qui sic cogitas. Nam etsi hactenus semper in priora recideris peccata, hoc tamen tibi fortasse accidit ideo, quod tuis & viribus & armis tantum pugnaueris, Deum nō inuocans. Quamobrem nunquam vicisti.

L Verum nunc de teipso quidē liceat tibi desperare. Nihilominus tamen constans sit voluntas deserendi peccatū, & sancte viuendi fixū maneat propositum, quod fundet, confirmeturq; in spe diuinæ bonitatis, in adiutorio altissimi, in protectioneq; Dei cœli cuius virtutis inuocatione ibis ad pugnam. Satage igitur, vt in te non deficiat bona voluntas, vt oratio ad Deū in pugna non quiescat, & aderit tibi diuinū, ne à diabolo vincaris, auxilium. Vade igitur, confitere humiliter, & si timeas recidere in peccata, saltem iam non intendas aliquando ad peccatum redire. Sit modo propositum tuū nullo pacto consentire posthac peccato. Timor ille nihil tibi nocebit. Confitere & per humilem verecundamque confessionem diabolo sæua infliges vulnera, infirmabitur vehementer virtus eius omnis, quam hactenus in te exercuit. Præualebis aduersus eum, si tamen vere ab eo recesseris, illumq; contempseris. Sæuiet in te fortasse frequētiore insultu, & tētandi magis assidua importunitate, sed nō maiori virtute te fatigabit. Tu interim pro auxilio clamare in cœlum non desine. Assidua surgit tentatio, & tu assidue quoque illi orationem oppone. Nō deerit tibi Deus, si tibijpsi tu nō defueris. Dn̄s enim protector vitæ tuæ, à quo trepidabis? Dic: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me p̄lium, in hoc ego sperabo.

Psal. 26. Ibidem.

Humilis confessio peccatorū qd boni adferat.

Psal. 12

Psal. 30

Muti à laude Dei q sunt.

Sunt alij muti quos diabolus quoq; elingues facit. Qui vt stipites, seu vt statuæ stāt in templo muti à laude diuina, ab oratione, & à verbo Dei. Templum visitant magis ad vitandū opprobrium hominum, ne cæteris sint hominibus dissimiles. Aut vbi sunt in locis sacris, quantum sunt ad orandum, ad gratias agendas, ad laudandum Deum quoque elingues, tantum ad prophana, mundana, ac noxia colloquia sunt alacres, Deo muti, diabolo eloquentes.

Esaiæ 50. Muti à fraterna correptiōe ac consolatione qui.

Sunt tertij muti, qui proximum videntes hallucinantem, qui delinquentem, aut labentem intuentur, nec tamen verbo sustinēt exhortationis, non admonent, non persuadent ad meliora. In hoc quoque genere sunt qui contristatum animoque deiectum proximum non consolantur, confortant, fraternæ charitatis, compassionisque humanæ immemores. His iudicium sine misericordia erit, quia non fecerunt misericordiam.

Iacob. 2

Muti in admistratione iustitiæ qui sint. Esaiæ 30

Quarti sunt muti qui dam nabiliter tacent, vbi in consilijs, & in iudicijs pro veritate, & iustitia, aut contra iniquitatem, aut contra proximorum, pauperum ac viduarum oppressionem loqui debent. Dissimulant enim & tacent, nemi

nem volentes offendere, placentia tantum loquentes, ne gratiam, fauorem, beneficiumve cuiuspiam amittant. Quibus non minus insensati sunt, qui huiusmodi sibi asciscunt cōsiliarios, doctores & iudices, qui vi non possunt irrumpere iniquitatē.

Eccl. 7

M Adeo cæcus autē hodie est mundus, vt doctores, magistrosq; sibi asciscat pruri entes auribus, quibus [illegible]rant ante legem præscribere, quid sibi velint prædicari, qd taceri debeant, Suis deniq; magistris ac cōcionatoribus præscribūt, qd iubere, q̄dve prohibere debeant, vt lex nō apud doctorē sit, sed pro arbitrio plebis ordinetur, sese in hoc sapientiorem suis doctoribus cōstituētis. Hoc maxime fit hodie in Lutheranis ciuitatibus, in quibus magistratus & principes in suis terris sibi p̄dicatores constituunt, quibus nihil docere liceat, nihil p̄dicare, nisi quod velint illi. Sunt igitur cū suis dominis & patronis & cæci & muti omnes, quibus nulla est cura, quid fieri oporteat, nec quid credi, quidve sentiri, sed quærunt, vt hoc tantum, quod volunt ipsi, doceatur, sentiatur, credaturque. Non enim scripturas propterea, vt veritatē inueniant, scrutantur, sed hoc quærunt in scriptura, vt inueniant, quo patrocinari suis possint erroribus, & quo saltem fuco q̄dam tueri, aut excusare possint suas calumnias, suas impietates, suas in Ecclesiam rebelliones, suosq; contemptus, quam Ecclesiam eiusq; ritus, ordinationes & instituta, licet vetustissima, adeo temerāt, adeo spernunt, adeoque exibilant, vt ferme oēs ritus veteres, consuetudinesq; Ecclesiasticas explodant, mutent, abrogent, suaq;, imo pessimi nescio cuius dæmonis instituta & ordinationes effictas in locum eorundem supponant. Cuius tamen aliam non habent rationem, quam suam impijssimā superbissimamque temeritatem, puta ne quicquam non reiectum spretumq; apud illos maneat Ecclesiasticum, apostolicum, aut orthodoxum, quod vetustatem canonicam redoleat. Dominus noster Iesus Christus nobis in laudem suam & gloriam largiatur, vt proni continuique simus in oratione feruentes, in eius laudibus assidui, & in peccatorum nostrorum confessione humiles, qui est benedictus in secula, Amen.

2. Tim. 4

Lutheranorū cæcitas & mutitas quā exitialis.

DOMINICA IIII. QVADRAGESIMAE, EPIstola B. Pauli apostoli, ad Galatas IIII.

XX

Scriptum est: Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem & seruit cum filijs suis. Illa autem, quæ sursum est, Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra, sicut scriptum est: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundū carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

Esaie 54

Gene. 21

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Non incongrua hac lectiōe hodie vtitur Ecclesia. Siquidem pœnitentes consolari volens, mœstos atq; pœnitentiæ operibus afflictos, dum alia spiritui iucunda multa diuino admiscet officio, hac epistola quoque suos nititur filios consolari, quod à seruitute peccati & legis ad liberta

tem

tem filiorum adoptionis sunt translati. Galatis nanq; scribēs Apostolus legē Mosaicam existimantibus Christiano cuiuis obseruari necessariam, eos insipientiæ coarguit, adstruens Christianos ad obseruantiā legis Mosaicæ, quatenus cæremonialia iudicialiave attinet, minime obligari. Itaq; ait: Scriptum est in Genesi Abraham duos habuisse filios: Vnū de ancilla Agar, q̄ supioribus annis fuerat Abrahę & Sarę vxoris Abrahæ ancilla. Hāc enī Sara, vidēs sterilē se dederat marito, vt vel p illā semē reciperet ex marito. Quā tñ absq; dubio anteq̄ cognouit Abrahā, duxit ante in vxorē. Natus itaq; est ex ancilla Agar Abrahæ filius Ismael. Deinde cū respexisset quoq; Sarā dñs sterilitate ablata, ipsa eadē libera ac dña Abrahæ peperit filiū Isaac. Porro, q de ancilla natus est secundum carnē, id est, naturali fœcūditate matris est natus. Quippe cum Agar esset iuuenis, de sene potuit concipere. Qui vero de libera, id est, de Sara natus est, p repromissionem natus est. Sara enī erat natura sterilis, & modo nihilo secius naturali ex senio iam infœcūda, vnde duo habuit pariendi impedimenta. Veruntamen quod natura nō potuit, repmissio fœcundauit. Neq; enī ideo ex Sara natus est Isaac, quia raro potuit, sed qa Deus repromisit. Ergo natus est ex libera Isaac p repromissionem. Quæ per allegoriam & mystiacam significationē dicta duo nobis indicant testamenta. Nam vnus pater Abrahā Deus intelligit. Duo filij, duo sunt populi Iudæorum scilicet, & Christianorum. Duæ matres, duo testamenta, quarum alterum, puta vetus in mōte Syna datum per Mosen, & in Agar ancilla significatum, filios generat seruitutis, qa lex Mosaica timore compellit homines duræ ceruicis Iudæos, eos Dei subijciens seruituti. Ne autem pperam alicui videatur, per Agar testamentum vetus significatum dicere, addendum Synam seu Synai montem esse magnum in finibus Arabię, conterminum Iudææ, in quo monte cum terrore, fumo & sonitu buccinæ data est lex, cui coniuncta est loci vicinitate, aut saltem allegoria Hierusalem terrena, quæ nunc est, hoc est, synagoga, quæ seruit cum filijs suis, onus ferens legalium præceptorum. Vtrobique igitur seruitus illa probatur legis. Nam in monte Syna Iudæis imposita est lex, in Hierusalem vero terrena eadē obseruatur & viget. Hierusalem enim terrena, id est, synagoga Iudæorum vsque in præsens seruit sub iugo legis, quia noluit libertatem filiorum, quam nobis Christus attulit, suscipere. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, cum Sarę quidem ancilla affinitatem habēs, quæ est mater nostra. Vult itaque Paulus duas esse Hierusalem, quomodo duo sunt testamenta: nempe Hierusalem terrenam, quam nemo nō nouit, olim inhabitatam à Iudæis, legemque ibi Mosaicam viguisse, & Hierusalem supernam, quæ à seruitute legis libera est, & est mater nostra. Vocatur autem Hierusalem superna, aut quæ sursum est, quia Ecclesia licet in terris adhuc militet, sursum tamen esse dicitur, quia per contēplationem, per spem & charitatem, per cōuersationem quoque ad Deum erigitur. Hæc itaq; Hierusalem, quæ à seruitute peccati libera est, puta Ecclesia sponte Deo p charitatem seruiens, atq; eidem placere cupiens, est mater nostra. Scriptum est enim in Esaia ppheta: Lætare Ecclesia post Christum futura, nunc quidem vt Sara erat sterilis, quæ tempore prophetarum modo non paris filios in fide. Erumpe præ gaudio & clama, vt prædicatio tua audiat vsq; ad fines terræ, quia plures sunt tui filij, puta Ecclesiæ modo desertæ ex gentibus potissimum colligendi, quam eius, quæ habet virum, id est, synagogæ, quæ tempore veteris testamenti spōsum habuit Deum. Hæc itaque synagoga tunc filios generabat in seruitutem legis, in Agar figurata.

Verum nos non secūdum carnem, sed secundum promissionem Abrahæ sumus filij ex Sara geniti, habentes typum & figuram in Isaac, iuxta quem filij vocamur promissionis. Sed quomodo tunc, tempore scilicet Abrahæ, is, qui secundum carnē fuerat natus, puta Ismael, persequebať eū, qui secundum spiritum & per repromissionem erat natus, puta Isaac, ita & nunc quoque contingit, vt Iudęi ac pseudapostoli p sequantur Ecclesiam ad seducendos Christianos, atque à libertate gratię ad seruitutem legis retrahere moliūtur. Sed quid dicit scriptura? Ejice ancillam & filium eius. Non enim hęres filius ancillę cum filio erit liberę. Non recipiet hęreditatem Ismael cum Isaac. Quo synagoga relinquenda vel olim figurabatur. Itaque fratres non sumus nos ancillę, id est, synagogę aut le-

Marginalia: Gen. 16 · Gen. 21 · Gene. 17 · Gen. 16 · Gen. 21 · Gen. 17 · Exod. 20 · B · Ecclesia cur vocetur Hierusalem superna. · Esai. 54 · Gen. 21 · Ibidem.

galis obseruãtię filij sed liberę, hoc est, militantis Ecclesię. Qua libertate Christus nos liberauit. Ex ipso enim solo non tam libertatem habemus, quam etiam salutem.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ IIII. Quadragesimæ. Ioannes VI.

C E Xpediebat in medio huius q̃dragesimæ, in qua se affligũt pœnitẽtes orationibus, ieiunijs, vigilijs, reliquisque castigationibus carnis, eos, qui deuote pœnitẽtiam

Dominica Lætare cur Ecclesia lætitiã suis filijs proponit. obseruant, spirituali consolatione ad perseuerantiam roborari. Idcirco mater Ecclesia non ociose hilaritatem hodie ostendit, lætitiæ sibi vsurpans verba inter canendum officium diuinum. Nam in introitu missæ ad lætandum excitat nos spiritualiter. Deinde legit Euangelium de quinque panum miraculo, quibus aliquot hominũ milia sunt refecti. Quo subindicaret nobis multo esse pijssimum dominum proniorem ad animarum, quam corporum refectionem, inuitaretque nos ad desiderium, ad spem, expectationemque cœlestis gratiæ, qua refecti confortemur ad maiorem extendere nos perfectionem. Dicit itaque Euangelista:

Ioan.6 **Abijt Iesus trans mare Galilææ, q̃d est Tyberiadis: & sequebatur eũ multitudo magna.**

Abijsse Iesus dicitur trãs mare Galilææ, quia abijt à Iudæa, in qua est Hierusalem, vbi iuxta probaticam piscinam sabbato lã

Ioan.5 guidum quendam curauerat. Quod cum Iudæi calumniarentur ipsum propterea persequentes, cessit Iesus eorum furori, & abijt trans mare, id est, magnum quendam lacum Galilææ: quod mare est Tyberiadis à ciuitate Tyberias in littore, ad honorem Tiberij Cæsaris ædificata, sic appellatum. Fuit autem tunc alia ratio quoque, vt recederet de Iudæa, puta vt discipuli sui post laborem paululum pausarent. Sicut enim Marcus scribit: Erant qui ibant &

Mar.6 redibant, nec spatium habebant manducandi. Idcirco Christus dixit illis: Venite seorsum in desertum locum, & quiescite pusillum. Transit nihilo minus de loco in locum Iesus, secundum Theophylum, Theop. vt homines ciuitatis vniuscuiusque reddat auidiores sollicitioresque ad audiendum Dei verbum. Et sequebatur eum multitudo magna, non minus quinque milibus virorum. Capta enim fuit tanta multitudo venustate gratiosissimi vultùs Christi, morum elegãtia, dulcedine verborum, & miraculorum eius gloria, quare non poterant ab eo diuidi. Tanta autem erat affectio deuotioque hominum ad Christũ, Mar. vt Marco teste, vbi cognouissent Iesum transiturum, de ciuitatibus accurrentes properarent, atque præuenirent sæpe discipulos.

Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.

Subijt in montem Iesus, fortasse quia D locus & contemplationi & doctrinæ erat idoneus, & ibi sedebat cũ discipulis suis, q̃s docebat. Nunq̃ enim erat ociosus. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. Additur hic Iudęorum, non quod apud alias quoque gentes obseruaretur Pascha, sed quia Ioannes Ecclesia iã propagata tardior cęteris Euangelium hoc scripsit, quando multitudo gentium conuertebatur ad fidem, quorum multi pentatheucum Mosi non legerant, nec de alio, quam de Paschate audierant Christianorum, vt scirent à Iudęis quoque aliud olim Pascha celebratum, expressit id nominatim. Antequam hinc recedamus, dicendum quoque nonnihil est ad ędificationem nostram. Iam obedientes filij Ecclesię confessi sunt de peccatis suis, & Deo reconciliati pœnitentesque præteritæ vitæ male actæ quęrunt dominum, illum vt ament, deinceps vt verba eius audiant, vt actis denique imitentur. Itaque, vt dixi, quærunt eum. Ecclesia narrans hoc Euangelium, quasi eos videtur alloqui: Quęritis Christum? Ecce abijt trans mare Galilęę. Sequamini illũ per mare, hoc est, p aquas pœnitentię & mortificationis voluntatis proprię, quę sunt amarę. Si enim o filij vere pœnitemus peccata nostra, nõ erũt nobis dum illorũ recordamur, dulcia, sed tam amara in cõtritione & cogitatiõe, q̃ olim

quando

quando diabolo seruiuimus, fuerunt dulcia in operatione & cogitatione. Est ergo pœnitentia nostra mare, sed Galilææ, hoc est, transmigrationis. Cuius transmigrationis? A vitijs, ad virtutes. A seruitute diaboli, ad seruitutem Christi. Ab ira, ad gratiam Dei. Ab inferno, ad regnum Dei. In hac aũt transmigratione sustinere nos oportet, & fluctus, & tẽpestates, & reliqua aduersa, quæ cõtingunt nauigãtibus, hoc est, tentationes, pericula, infestationes, molestiaq; alia id genus multa. Verbi gratia: Vides te exhonorari, despici, rideri, contumeliasque & iniurias pati, nonne hoc tibi amarum est? Etiam profecto. Hoc tamen mare est Galilææ, per quod nauigari oportet ad Christum. Deinde paupertatem, necessariorumq; defectum, & omnem penuriam (quod sæpenumero Dei seruis vsu venit) sustinere, nũquid non amarum est? Quoniam videtur deniq; hominibus nõdum spiritu ac Dei gratia confortatis acerbum cõtinere se à carnis voluptatibus, abstractum, & impollutum corpus seruare à venereis delectationibus, & qcquid impudicum fuerit, ne animo quidem cogitare.

Pœnitẽtia vij p mare designetur.

Deinde, quid dices, videns eum, qui melioribus, delicatioribusq; hactenus saginari consueuit cibis, gulæ irritamẽta sibi subducere, famem & sitim pati, ieiunia tolerare? Nunquid hoc illi dulce est? Certe carni mare amarũ est. Spiritus fortasse aliter sentit, quandoquidem benignissimus, pijssimusq; Deus eos, qui se sponte tradũt propter ipsius amorem ad molesta sufferẽda, non potest non consolari. Tamen in pœnitentiæ, conuersionisq; initio, caro aliter haud sentit, atq; caro, nisi qd (vt dicere volebã) sæpenumero de feruore spiritus participãs vincitur, quo æquanimiter toleret, spirituiq; cõsentiat ad ea, quæ alioqui nollet. Quis preterea satis explicet, qd sentiamus, cum occurrunt nobis iniuriæ, cogimurque aliena mala tolerare, aliorũ portare onera, odientes diligere, pro malis bona retribuere, de persequentibus nos non vlcisci, sed pro eis orare? Nunquid carni & sanguini hæc dulcia sunt? Non puto. Postremo ne hoc quidem non est amarũ, somnum subducere oculis, vigilijs extenuare corpus, à fabulationibus & risu abstinere, hominum familiaritates deserere, vitam agere abstractam, corpus operibus laboribusq; atterere, & spm̃ ad humana nõ relaxare? Hæc, inquam, grauia, difficilia, & molesta sunt carni, nisi spiritus feruor, exuberantiaq; deuotionis ea temperet. Sunt enim mare Galilææ, per quod transmigrare nos oportet, si venire desideramus ad Christum. Recte profecto nobis dicitur: Regnum cœlorum vim pati, & violentos rapere illud. Et iterum: Arctam esse viam, quæ ducit ad regnum cœlorum. Consolatur nos tamen, quod postquam mare hoc transierimus, reficiemur & cõfortabimur, vt quæ ante nobis fuerunt amara, sint iam leuia, vt reliquum pœnitentiæ nobis sit in gaudio & consolatione.

Galat. 6
Lucæ 6
Matth. 11
Matth. 7

Cum ergo subleuasset oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi?

E

Subleuasse oculos Iesus dicitur, quo intelligas, quam pudicũ, quamq; verecundum se gesserit in custodia ac continentia oculorum, omniũq; sensuum. Neq; enim vagus erat in oculis Iesus, aut moribus incompositus. Itaq; cum vidisset, quia venit multitudo maxima ad eum, cuius nõ erat ei opus, aut necessarium describi numerũ. Erant enim ei omẽs & numerati & agniti. Quapropter compatiens multitudini, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Qui curiosior est, posset hic mirari, cur Philippo hanc potius q̃stionẽ proposuerit dominus Iesus, quam alteri.

Dicunt quidam Philippum, propterea q̃d ante oẽs fuerit vocatus ad apostolatũ, dominum Iesum voluisse honorare, & in signum præcipue dilectionis erga eũ cum ipso quasi de hac re & futuro miraculo tractare. Alij dicunt Philippum magis sollicitum pro turba fuisse, quia de sua patria erant sibi conterranei. Quamobrem dominus quoque, vt hic sollicitiorem ac magis compassiuum interrogauit. Tertij dicunt, quod tardior fuerit Philippus fide, & intellectu. Ideo opus erat eum sic interrogando instrui, quo melius caperet hoc miraculum, in fideq; plenius erudiretur. Et hoc congruum etiam magis videtur, vt illi dominus de futuro miraculo loqueretur, qui tunc maiori egebat instructione. Voluit autem dominus interrogare, quo notitia miraculi fieret communior, ac citius manifestaretur. Nisi eñ dominus Philippum interrogasset, vnde nobis

Ioan. 1
Philippũ apostolũ cur Christus interrogauerit præ alijs apostolis.
Interrogasse Christũ qd sit.

manifestum fieret,quod nõ plures, quam
quinq; ibi panes fuissent?Quomodo ergo
in nuptijs miraculũ de conuersione aquæ
Ioan.2 in vinum facturus, donec vinum defice-
ret,distulit, vt omi vino epotato querimo
nia generalis manifestaret vini defectum,
cuius penuria percepta de mutatiõe aquæ
in vinum miraculum crederetur,ita nunc
prius sciri voluit, quot panes superessent,
vt tot hominum milibus satiatis, agnosce
retur refectio hæc miraculo facta diuino,
non subsidio humano.

Hoc autem dicebat tentans eũ. Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Imperfectionem nouit discipuli, idcir-
co,vt dictum est, cum Philippo tractauit,
quo sibi erudiẽdum, atq; perficiendum il-
lum faceret. Non igitur interrogat dubi-
tans,sed tentans eum,vt nobis quoq;,quę
secreta erant,eius responsione fierent ma-
nifesta. Ipse autem sciebat,quid esset factu
rus,qui omnia tam præsentia,quam futu-
ra nouit. Sciuit quot superessent panes,sci
uit quot etiam homines essent,sciuit deni-
que,quo eos modo vellet pascere. Sed in-
Exod.4 terrogat, quomodo Mosen in manu vir-
gam habentem interrogauit, dicẽs: Quid
est q̃d habes in manu tua? quasi Deus, qd
in Mosi manu teneretur,ignoraret.Inter-
rogat igitur non quasi de re, quam nõ no
uit,sed eo ducere rem cupit, vt ex respõsio
ne Philippi,qui interrogatur,locus Chri-
sto detur rectius instruendi illũ, & vt post
hac Philippus,quæ nõ vidit,videat:&quę
nesciuit,intelligat.

Dicit ei Philippus: Ducentorũ denariorum panes non sufficiũt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat.

F Tanta adest multitudo,vt ducenti de
narij nõ sufficerent,quibus panes emeren
tur,vnde vel modicam quisq; pciperet por
tionẽ.Quasi diceret:Tot denarios nos nõ
habemus.Qui etsi essent,tantillũ tamẽ vix
quisq; perciperet, vt non magis vrgeret fa
mes prouocata,q̃ sedaretur.Ecce hic osten
dit Philippus se,vt hominem humana sa-
pientem,nec cogitabat dñm satiare facili-
4.Reg.4 us hanc turbam posse, q̃ Helisæum.Hic su
am nobis fidei imperfectionem reuelauit.
Et eam ob rem quoque Christus eum ten
tans,hoc est,ad discendum prouocans,sic
eum interrogauerat, vt q̃d imperfectione
fidei ipsius erat abscõditum, patefieret illi
ipsi ex his,quæ erat visurus, vnde se argue
ret,quod à veritate tantum distabat.

Dicit ei vnus ex discipulis Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos,& duos pisces, sed hæc quid sunt inter tantos?

Hic cogitabat recolens quod Helisæus Ibidem
fecerat,qui modicum virorum numerum
huius turbæ comparatione multiplicatis
panibus satiauit,& putans Christum simi
li modo posse, vt panes multiplicaret, sed
attendens turbam adeo numerosam pene
desperans:Sed quid,inquit,hæc inter tan-
tos?Quid conferrent quinq; panes quin-
que millibus virorum, etiam si Helisęi mo
do multipiicarentur?Hic enim nimia mul
titudo est populi, & panes multiplicandi
sunt nimis pauci. Helisęus enim ex viginti
panibus paruũ numerũ virorũ licet maio-
rem,quã naturali pastu id fieri potuisset,sa
tiauit. Hic vero cogitare,vt quinq; panes
adeo forent multiplicandi,vt quinq; satia
rẽt virorum milia,ridiculum est. Christus
itaq; quod in vtriusq;,id est,tam Philippi,
quam Andreæ mente versabatur,perfecte
considerans,non verbo,sed opere,qd pos
set,ostendit. Puer hic,iuxta aliquorum
æstimationem,vnus fuisse discipulorum,
seu apostolorum perhibetur. Nec obstat,
q̊d alibi legitur: Nihil tuleritis in via, non Luc.
sacculum, non peram, &c̃. quæ apostolis
prædicaturis prohibuit (Ea enim ab his,
quibus prædicarẽt apostoli, voluit tribui.
Permisit enim,imo voluit,vt hi,qui prædi
carent,de prędicatione viuerent. In eadem
domo,inquit,manete edentes &bibentes,
quæ apud illos sunt. Eis vero in alijs itine
ribus constitutis, vbi non prædicabant,
non prohibuit viaticum,aut peram secum
sumere.Hoc modo non illicitum fuit illi
discipulo secũ necessaria sumere inter am-
bulandum) quia Christus & apostoli mo
do non ad prædicandum ambulabãt,quo
niam potius à prædicatione diuertebant
ad quietem,&ad desertum locum. Ideo(vt
dixi)non incongruum, nec contra Chri-
sti verbum fuit,quod apostolorum,aut di
scipulorum quispiam tulerit in via panes
secum. Vide hic tamen,quæ fercula pre
ciosa,& exquisita Christo ministrabãtur.
Nempe hordeaceus panis,& de pisce mo-
dicum,vt erubescat nostra ingluuies.

Dicit

Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multũ in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia.

G Facite homines discũbere, hoc est, ordinate se componere ad sedendũ. Erat autem fœnum multum in loco, aut gramina vnde crescit, efficiturq; fœnum, significat, aut gramina messa ad fœnum. Erat enim circa Pascha, nec mirum est tunc gramina in illis calidis regiõibus tam esse perfecta, vt meti possint ad fœnum. Quo erat igitur plus de fœno ibi, eo locus erat ad mãducãdum, hoc est, ad sedendũ aptior. Vide hic, quia apostoli ex sermonibus & miraculis Christi tm̃ profecerunt, vt sine discussione animo simplici obedirent. Certe non absque fide & reuerentia erga iubentem dominum id fiebat, vt apostoli turbam hanc magnam ad manducandum ordinarent, præsertim cum nec scirent panes, nec quicquam, quod manducandum foret, viderent, nisi quod futuri miraculi expectatione erãt suspensi. Discubuerunt autem per centenos & quinquagenos diuisi: aut sicut alius habet Euãgelista, per contubernia, puta vt ex quauis ciuitate, & ex quolibet pago se cõiungerent illius loci incolę. Ibidem.

Accepit ergo Iesus panes, & cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus, quantũ volebat.

Gratias agit Deo patri secũdum quod est homo, distribuit discumbentibus, hoc est, panes, quos susceperat, distribuendos commisit apostolis, vt discumbentibus tã ipsos quinque panes, quam hoc, quod sua adiecerat virtute omnipotẽti, diuiderent. Omnipotentia enim Christi fons panum erat. Similiter hoc idẽ fecit in piscibus, q̃s distribuendos per apostolos sumendosq; discumbentibus, quantum vellent, commisit. Per discipulos quidem distribuit diuidendos, veruntamẽ sua eos virtute multiplicauit, & edentes vsq; ad facietatẽ, adeo vt superesset, refecit. Nolo tamẽ hic putes dominum immoderate voluisse seipsũ ostentare, quod & satiauerit turbã, tot hominum milia scilicet, & plus, quam appositum fuit, quod sequitur, recollectum sit de fragmentis: sed manifestare voluisse miraculi veritatem, quoniã nisi superfuisset multum, non crederentur, qui manducauerant, satiati.

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite, quæ superauerũt, fragmẽta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum, ex quinq; panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant.

H Vt autem impleti sunt, id est, postquã turbæ satiatæ sũt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta. Quæ superauerunt scilicet appetitum, vt comedi non potuerint, vescendi scilicet appetitu satiato, ne pereant. Vult quæ supersunt nobis fragmẽta diligẽter colligenda, atq; in vsum pauperum reponenda. Et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis. Recte duodecim cophinos fragmentorũ in alios distribuendos, qui nõ præsentes fuerant, fecit colligi, vt non solum ad præsentes, verũ ad absentes quoq; huius miraculi perueniret testimonium.

Illi ergo homines quum vidissent, quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

Videbant signum, quod gustu oris senserant, & dicebant: Hic est vere propheta, qui venturus est in mundũ, hoc est, singularis ille & magnus propheta hic est, quẽ in mũdum venturũ expectamus. Itaq; hoc miraculum charissimi sic admiremur, vt eum qui hoc fecit, ipsũ esse sciamus, qui quotidie paucis granis in terram proiectis vniuersum mundum pascit. Non ergo inferius est miraculum, quod Deus de paucis granis in terram iactis, & ab eodẽ multiplicatis pascit vniuersum mundum, quam quod ex quinque panibus quinq; milia satiauit hominum. Nihil, inquam, quantum eius omnipotentiam attinet, interest, inter vtrumque, nisi quod vnum cõtinue facit, aliud fecit semel, aut bis. Quod autem rarius fit, admiramur, quod vero in oculis est nostris vsitatum, non miramur. Mirentur igitur qui volunt, nobis magnopere mirandum non est, quod credamus omnipotentiam eius nihil nõ posse. Magis rogandus nobis est, vt nos, quos ad virtutem inuenit tardos, ad ope- Deut. 18 Augustin.

ra Dei

ra Dei fastidiosos, ad nostri mortificationem inuitos reformet, spirituque fortiori ac vberiori nos deuotione repleat, qui est semper benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ sint Euangelicæ instructiones hic: qui panes quibus bus reficimur.

I LAetare Hierusalem & conuentum facite omnes qui diligitis eã, Esaiæ sexagesimo sexto. Tota hæc dominica iucũda est, & quicquid in officio hodie auditur diuino, cõsolatorium est. Gratulatur enĩ Ecclesia filiĳs suis, dum in medio sunt pœnitentię, quod per confessionem, aliaq; opera & exercitia sancta emendatiorem agere cœperint vitam, exhortans eos ad spem, fiduciamq; erga Deum, & ad lętitiam, quę est in Deo. In hoc autẽ imitatur Ecclesiã triumphantem, quę est in cœlis, vbi (vt Christus

Lucæ 15 ait) gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Si gaudiũ super vno peccatore pœnitente, quãtum est gaudium super multis? Et si in cœlis gaudium super pœnitente celebratur, quomodo nos, alter scilicet super alterius pœni-

Gaudiĳ cõmunis vt nos hic Ecclesia cõmonetaciat. tentia, non gaudebimus? Hodie igitur cõmunis gaudiĳ spiritualis admonet nos mater Ecclesia. Cuius gaudiĳ participes non sunt, qui in hac quadragesima nondum sunt peccata sua confessi, propterea

Isaiæ 66 quia aliter non pœnitent, aut quia de confessione nil curant. Nam in introitu Missæ monemur lætari, haud dubium idcirco, quod restaurantur nunc ex viuis lapidibus muri cœlestis Hierusalem. In episto-

Gala.6 Gene.16 la quoque instruimur (qui sub nouo sumus testamento) Abrahæ esse filiĳ, non ex Agar ancilla, sed ex Sara libera in Isaac figurati. Liberati enim sumus à seruitute le-

Galat.4 gis Mosaicæ, & vocati in libertatem filiorum Dei, quæ libertas est spiritus, non carnis, hoc est, libertas qua à peccati & diabo-

Lucæ 2 li iugo liberi seruiamus Deo, non coacti, & inuiti, nec quasi nullam legem habentes, sed eadem quæ lex iubet, vltro facien-

Ioan.6 tes. Porro, in Euangelio instruimur, Deum quomodo nos corporali pascit alimonia, ita animas quoque nostras spirituali reficere cibo, & confortare. Legitur autem Euãgelium; vt abierit Iesus à Iudæa vltra mare Galilææ, & quinq; milia hominum quinq; cibauerit panibus. Hoc itaq; Euangelium plenum est variĳs eruditionibus. Nam quod Iudæorum furori Iesus cedens persequutionem declinauit eorundem, nos quoq; docuit, vbi id fieri potest, declinandum ab ira impiorum, atque ab oculis eorundem abcedendum, ne occasionem demus eis, quo ex præsentia nostra ad iram, persecutionemque nostri magis furiant, & peccata committant maiora. Hanc ob rem sanctorum multi diu & sæpenumero latuerũt tyrannos, quia à Deo nõdum vocati, ad martyrium prodere noluerũt semetipsos, nec tyrannos in se prouocare. Non enim ignorabãt occisionem sui fieri non posse absque grandi crimine, cuius ipsi, nisi singulari, certoque instinctu aliquo diuino admoniti, ad prodendum se, timebant dare occasionem absq; necessitate, docti nimirum nõ hic tantum, sed alibi sæpius Christi, & verbo, & exemplo occidere se quærentes deuitare. Verum dicit quispiam: Num aliter non potuit Christus hostium suorum vincere malitiam, quam abeundo? Aut nunquid timuit mori? Non timuit mori, qui in mundum assumpta carne propterea venerat, vt haberet in qua pro nobis redimẽdis & pati posset, & mori. Verum nondum venerat hora eius, qua pro nobis debuit & voluit immolari. Ante prædicãdum erat Euangelium, ante facienda erant plura miracula, animæ quoq; adhuc multæ cõuertendæ ac trahendæ ad fidem. Quocirca ad hominum salutem & ædificatiõem seruabat se, donec tempus veniret opportunũ à patre sibi constitutum, quo hostibus se quærentibus etiam vltro obuius venit. Modo verò Iudæorum declinauit furorem, non quod hunc aliter compescere non posset, sed quia nemini vim infert, dimittens vnicuiq; liberum eius arbitrium, nec potestate se voluit diuina defendere, sed humana prudẽtia vti, docẽs nos de humanorũ consiliorum, remediorumve nihil debere negligere, sed prudentia & industria vti humana in his, quæ necessario sunt, aut quærenda, aut fugiẽda. Non, inquã, debemus pro nobis miraculũ expectare, vbi humano modo parata nobis fuerit, aut euadẽdi via, aut impetrandi facultas. Secundo, dicitur mare trãsfretasse, q̃ nobis simul ostenditur vitam huius seculi tẽtationibus, & tempestatibus esse plenam, per quam nos ita

Actor. 14 nos ita transfretare oportet patiēter, vt sciamus per multas nobis tribulationes intrandum in regnum cœlorum. Leo papa. Vere enim transfretauit dominus Iesus per mare Galilæ, id est, transmigrationis, quia incommoda huius vitæ & carni duriora elegit, sustinens omnia prōpter nos, vt per labores passionum & mortis de mortalitate ad immortalitatem, non solum transmigraret,
III. sed nos quoque transueheret. Tertio, subijsse in montem refertur Iesus, quo admoneret alta, hoc est, cœlestia semper nobis petenda, nec luto & feci terrenæ inhærendum. Insistendum quoq; cōtemplationi, & mens eleuanda suspirijs & admirationibus ad Deum continuis.
IIII. Quarto, q̄d legis: Cum subleuasset oculos Iesus, disce quam pudicus fuerit, quamque continēs oculorum dominus Iesus, vt ne leuauerit quidem oculos ociose, tantum abfuit, vt his fuerit euagatus. Pudicitia Christi quanta fuerit. Huiusmodi autem disciplina omnium ac singulorum membrorum fuit corporis Christi, quorum nullū absq; euidenti ratione inutiliter mouebatur, adeo voluit cunctis maturitatis & honestatis præbere exemplum. Cum subleuasset (inquit) Iesus oculos in turbam, oculos scilicet miserationis & compassionis,
V. quibus motus est ad effundendum beneficium, puta vt eos pasceret. Hic quinto p̄latus discat, in suos subditos oculos miserationum leuare, & pietatis affectum, auxilium, consiliumq; opportunum in eos
VI. fundere. Sexto, interrogauit Philippū, vnde ad pascendum turbam panes sumeret. Prælati vti cuncta agant cū consilio. Quo arguit prælatorum quorundam supercilium, qui suo duntaxat cōsilio contenti, volunt omnia regere iuxta suum arbitrium, cum deberent (vt pax, cōcordiaq; foueretur) etiam subditorū sæpius interrogare consilium, & iuxta eorum iudicium suam voluntatem discutere, aut mode-
VII. rari, si opus foret. Dixit itaque ad Philippum: Vnde ememus panes? Non dicit, vbi ememus? sed vnde? quod deesse significat id, quo emitur panis, nempe pecuniam. Insinuare igitur quasi septimo hoc loco vult nobis suam paupertatem, hoc est, nec sibi, nec apostolis tantum esse pecuniarū, vt pane semel reficere possent hāc multitudinem, propterea Philippus respondens, ducentorum denariorum panes ait non sufficere. Quasi diceret: Ducenti denarij, si etiam adessent, non sufficerent, vt modicum quis acciperet. Quos tamen habere, longe est à nostra paupertate. Octauo, discenda est mansuetudo Christi, VIII. & modestia. Siquidem quum videret Philippum non satis in fide perfectum, nulla obiurgatiōe ad illius vtitur eruditionem, nulla etiam ostentatione, qua humiliaretur, sed interrogat illum, vt interrogatione illum præparet futuro miraculo, & attentum reddat. Siquidem opere illum instructurus, quicquid fidei deerat, in eo volebat perficere. IX. Nono, hordeacei panes nostrā gulā, qui cibos viles, aut si quid non satis delicatum nobis apponitur, fastidimus & murmuramus, coarguunt. Videmus enim quid Iesus consueuit comedere, quid discipuli illi apposuerint, nempe hordeaceos panes. Deliciæ Christi q̄ fuerint. Hæ erant delitiæ redemptoris nostri. X. Decimo, discipulorum nos ædificat obedientia, qui panibus tantum quinque visis, verbo tamen obediunt Christi, & faciunt homines ad edendum se parare. XI. Vndecimo, docet nos gratias agere Deo ante & post mensam. Nan ante prandium orandus est Deus, qui nobis cibū hunc faciat vtilem & innoxium, animamque non sinat tabescere absque refectione spirituali, quandoquidem corpori pius pręstat alimoniam. Post prandium autem & cibum acceptum, iterum orandum est & gratiæ agendæ Deo pro acceptis beneficijs. Gratię vt sint Deo agendæ p̄ corporali cibo. Postremo, quia XII. nihil perire vult reliquiarum cibi, sed in vsum coaceruari pauperum, nos admonet sollicitos esse, & memores pauperum, vt quod superest, demus eleemosynam. Lucæ 11 Hæc dictā sint, quatenus attinent ad ea, quę hic nos ędificant. L Nunc etiam videndum est, quandoquidem nos sumus qui per mare Galilęę transmigramus, hoc est, qui per pœnitentiam à vitijs, peccatisque transmigramus ad virtutes, quid sint panes isti q̄nque, quibus confortamur in deserto pœnitentiæ. Panes q̄nque mystice quid. I. Primus panis est pœnitentia, panis certe saluificus. Lucæ 13 Nisi enim pœnitentiam egeritis, inquit Christus, omnes simul peribitis. De quo Psalmista loquitur: Cibabis nos pane lachrymarū, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Psal. 79 II. Secundus panis est verbum Dei. Neq; ēm in solo pane materiali viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Deut. 8 Matth. 4 Hunc panem ministrauit Iudæis per seipsum, per apostolos aūt, quasi in cophinis eundem

eundem panem portari fecit per vniuersum mundum: Euntes, inquit, per vniuersum mũdum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Tertius panis est Eucharistia sacrosancta, de quo dicit ipse saluator: Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Itemq; Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Quartus panis est correptionis. Hic panis, quãuis neque omnibus, neq; omni tempore suauis, atq; gratus sit, præbet tamen bonis virtutem multam, ad sanitatemq; vehementer cõfert. De hoc pane scriptum legimus: Cibabo eos pane angustię, & aqua tribulationis. Quintus est panis internæ consolationis. Hic panis in manna figuratur, de q̃ dominus dicit: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Et in libro Sapientiæ dicitur: Panem de cœlo præstiti illis, omne delectamentum in se habentem. Helias quoq; hoc pane cõfortatus est. Siquidem per angelum excitatus, & vt comederet monitus, offendit panem & vas aquę. Qui comedens & bibens, ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montẽ Dei Oreb. Alij per allegoriam hic intelligunt quinque libros Mosi in quinq; panibus. Quibus fractis, id est, apertis, atque spiritualiter explanatis, refectus est vniuersus mundus.

Marc. 16 — III. — Ioan. 6 — Ibidem. — IIII. — 3. Reg. 22 — 2. Paral. 18 — V. — Exodi 16 — Sapien. 16 — 3. Reg. 19

M Sunt qui per panes quinq; intelligant vulnera Christi, idq; per deuotam applicationem quandam. De horum panum subuentione dicit Bernardus: Vltimum & singulare refugium passio tua domine. Deficiente enim sapientia, iustitia, sanctitate & meritis, illa sola occurrit. Pone igitur in singula vulnera quinq;, totidem singulas virtutes, quæ præcipue lucent in passione domini. Has meditare, pro his dominum assidue roga. Verbi gratia: In duobus pedibus sit humilitas & mititas. Expende si potes humilitatem dñi Iesu. Vide quis, quantusq; sit, & quãtum se humiliauerit, quam indigna, quam vilia pro te tantus sustinuerit. Vide, qua mititate, q̃ benignitate, qua patientia. Exerce te in his virtutibus, & disce ex vita & actibus Christi modos te humiliandi, disce gradus humilitatis ac mititatis. Quotidie quoq; tempore aliquo statuto ora vehementer dominũ pro illis virtutibus. Deinde in vulnera duo manuum pone obedientiam & castitatem. Obedientiam dico omnem, vt iuxta tuã vocationem expendas ad quæ tenearis, & quæ à te Deus requirat, ne quicquam tui status, tui officij, aut tuæ vocationis negligas, sed ea alijs omnibus post diuina præcepta, tanquam potiora, magisq; à te requirẽda credas. Obedientiam faciat perfectissima, plena, nudaq; tuijpsius resignatio, vt aliud velle nolleq; habere renuas, nisi voluntatem, & beneplacitum domini nostri Iesu Christi. Porro castitas non solum ad mortificationem delectationum carnalium, siue in opere, siue in cogitatione versentur, pertinet, sed castitatem nunc voco illam perfectissimam & generalem, quę respicit intentionis, voluntatis, amoris, inclinationum, affectionumq; omnium puritatem, facitque vt in his perfecta sit rectitudo, syncenritas, simplicitas, integritasq; deiformis, quo nihil vsquam intendas, nihil cogites, nihil quæras, aut diligas, nisi Dei honorẽ, Dei gloriam, Dei beneplacitũ, imo ipsum Deũ. In vulnere lateris seu cordis Christi des locum charitati, pro qua instantissime, vehementissimeq; Deo supplices tibi tribuenda. Charitas Dei est, vt nihil velis, nihil intendas, nihil quæras, nisi quod sit ad Dei supremam gloriam. Charitas proximi est, vt nihil proximo velis, quod tibi nolis, nec quod tibi velis, illi neges, aut tollas. Intelliguntur tamen omnia hęc de his, quæ optantur iuste & syncere, vt quod tibi syncere & sancte vis, velis itẽ proximo, & ediuerso, & non in rebus illicitis. Hæc exercitia si frequentaueris, erunt tibi quinque, quibus conforteris, panes. Duo pisces significãt timorem & spem, inter quæ duo ambulare nos oportet, vt altero languescente, alterum nos erigat & cõfortet.

Bernard⁹. — Exercitiũ ad vulnera Christi. — Humilitas & mititas Christi. — Obedi[entia] — Castitas — Charitas Dei. — Charitas proximi. — Pisces mystici quid. — Cophini xii. quid mystice.

Postremo, duodecim cophini, duodecim sunt apostoli, per q̃s panes, id est, verbum Dei, Euangeliumque & prædicatio Christi deportata sunt per vniuersum mũdum in salutem & refectionem omnium. Ad gloriã domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA V. QVADRAGESIMAE, QVÆ dicitur in Passione, epistola beati Pauli Apostoli, ad Hebræos nono.

CHRI-

Ioan.11 Ioan.12 pter signum magnum quod audierant illum fecisse in Lazaro, exierunt eidem obuiam circundantes eum, vt alij præcederent, alij sequerentur. Fecerunt autem triplicem illi honorem. Siquidem nonnulli cædebant ramos oliuarum de arboribus, & sternebãt ei in via. Alij sua exuebant vestimenta, & prosternebant in via. Alij ramos oliuarum gestabant in manibus. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabãt: Hosihahna filio Dauid, id est, cantabant filio Dauid hosihahna, quod est: Salua obsecro, aut, Saluum me fac obsecro. In hoc igitur quod dicit Euãgelista cantatum filio Dauid hosihahna, vult dicere Christo attributam potestatẽ saluandi, & ab eodem postulatam salutem. Aut si ita construit, vt turbæ dixerint hæc tria verba, voxque Iudæorum sit Hosihahna filio Dauid, sensus est: Nos dicimus filio Dauid: Hosihahna, postulantes ab eo salutem. Iudęi enim Christum expectabãt ex genere Dauid, ideo nominarunt eum, quando Christum voluerunt dicere, filiũ Dauid. Hieronymus dicit: Hoc significare voluerunt, quod aduẽtus Christi salus sit mundi. Benedictus q venit in nomine dñi, id est, benedicatur siue laude dignus habeatur, qui venit in nomine domini. Hierony.

Et quum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi aũt dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.

E Neque enim viderant dñm Iesum ante sic venientem, nec tantas audierant laudũ exclamationes à turba. Quare dicebant: Quis est hic? Admirantes insolitum concursum, turbæque cum laudibus gaudiũ, atque adeo puerorum clamantium in templo dicebant: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est Iesus à Nazareth propheta. Quam iucundum, quamq; suaue est audire de gloria domini, quam gratulantur pia omnium corda domino Iesu, quod sic honore tanto exceptus est. At vero quam triste est videre, quod tam breuis hæc gloria fuerit, quæ illico mutabatur in tristitiam. Nã quem sic gloriose videmus introduci, sero iterum exire videbimus ciuitatem. Neq; enim quispiam erit amicorum eius, qui audeat illum recipere hospitio ꝓpter metum Iudæorum. Itaq; turba Christum laudante, & hymnos dicente, pueris quoq; in templo hosihahna clamãtibus, sola pharisęorum colluuies inuidia tabescit. His enim ilia rumpebantur, quod turbam sic affectam Christo cernerent, quod tantum illi videbant honorem fieri, quod denique pueros in templo audiebãt Christum laudantes (quod multis eorum præter ætatem vsu venerat, quo maior fieret diuinæ maiestatis ostensio) & clamantes: Pax in cœlo & gloria in excelsis. Lucæ 19

Videntes autem principes sacerdotũ & scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosihahna filio Dauid, indignati sunt & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq;. Nũquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Psal. 8.

Et alius Euangelista addit. Dico vobis: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Quod ita factum est. Siquidem in eius morte, dũ non solum pueri, sed omnis etiam turba taceret ab eius laude ac confessione, lapides (dum petræ scissæ referuntur) clamabant. Postremo vide quam omnia syncere egerit. Non captus tot laudibus & honoribus, dum ingressus in templum videret ementes & vendentes versari in templo, & auaritię huiusmodi quęstus ibi agi, zelatus cathedras vendentium, mensas, nũmulariorumque euertit ęs, & genus omne hominum huiusmodi eiecit de templo, dicens nõ huiuscemodi esse vsibus domum patris sui applicandã, sed orationi. In hoc discamus adulationes, laudes, honores, beneficiaq; nulla suscipere ab hominibus, ꝓpter q̃ postea cogamur à recto itinere, aut à iustitia declinare. Sit mens nostra erecta ad Deũ, & cõstans in oĩ virtute, vt si aliter fieri non potest, Deo placuisse nobis satis sit, tametsi hominibus displiceamus. Quid em̃ nobis de opiniõibus aut fauoribus hominũ, qñ illuc respiciẽdũ est maxime, ne extra gratiam simus Dei? Præstat nullũ habere hominem amicum, quam offensum nobis habere Deum, cui laus, honor & gloria per infinita secula seculorum, Amen. Lucæ 19 Matth. 21 Mar. 11.

SERMO IN EADEM DOMInica. Multiplex turba Christo occurrens quid nos doceat.

Benedictus qui venit in nomine dñi, Matthæi XXI. Gloriosum hodie legimus dñi Iesu introi- F

Q tum

Turbaque hodie Christo exhibuerit. Matt.21 tum in Hierusalem cum multis laudibus & honoribus populi. In illa autem processione triformem inuenio cōditionem hominum. Quędam enim pars hominum, puta turba ipsa, honorem domino exhibebant, & cupientes eum laudare, filium vocant Dauid, & regem Israel. Itaq; fecerūt, quantum potuerunt. Parua tamen fuit hec laus Christi. Quid enim magnum erat filium esse regis Dauid, atque de nobili regio stemmate descendisse, qui Dei est veri atq; viui filius, cum eodem sempiternus in diuinitate? Nec suprema est laus regem esse populi, qui in cœlis rex est angelorum, vniuersorū, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, dominus. Tamen si eorum verba pensentur, etiam nescientes ordinante spiritu sancto, verba eorum altius, quam putabant, laudauerunt eum. Siquidem clamantes ei Hosihahna, quid aliud, quam Deum dixerunt? Ab eo enim quærebant optabantque sibi salutem tribui, eam scilicet, non quæ est in terris, sed quæ est in excelsis. Huius itaque populi pia fuit deuotio. Seruiebant enim ei, quomodo potuerunt. Nam alij de arboribus cædebant ramos. Alij ramos sternebant in via, ꝑ quam gradi habebat. Alij portabant ramos de arborum in manibus circumgirantes & prę cedentes eum. Alij exuentes vestimēta sua sternebant in via. Reliqua turba acclamationibus seruiebat laudum & obsecrationibus. Secūda pars hominum erat Pharisęorum, Scribarum & Legis peritorum, qui Christum odiebant, eique detrahebāt. Horum paucos reor exisse extra ciuitatem in occursum domino. Neque enim deuoti erant domino, nec illum reputabant honore dignum: ideo illum non solum non laudare venerunt, sed etiam eum carpebant, stimulabant, arguebant, eique insidiabantur & detrahebant. Et hoc faciebāt maxime, dum eum obseruant, dum tentant sermonibus, atque ei detrahunt coram plebe. Quapropter cum nūc turbam, tum discipulos, tum denique pueros ei audirent acclamantes, quam putatis tunc torquebantur acriori inuidia & dolebant? Tunc enim inter se loquebantur: Videtis quia nihil proficimus, laborantes & consultantes contra eum? Ecce mundus totus post eum abijt. Quid miramini, quid doletis o Pharisæi cęci? Num plangitis, quod Christum sequitur mundus, ꝑ quē vniuersus factus es mundus? Quare si nihil proficitis, nō cessatis igitur à tot persequutionibus, insidijs & detractionibus, quandoquidem, vt ipsi dicitis, malitia vestra nihil proficit, nec tanta est vobis astutia, vt quod doletis, possitis auertere. Quidam tamen de turba Pharisęorum Christo dicebant: Magister increpa discipulos tuos & turbas te laudantes. Quasi dicant: Neque enim decet te hæc sustinere. Nam si (vt apparare vis) iustus & sanctus es, hos plausus vilis plebeculæ, & turbæ sine iudicio clamantis non deberes sustinere. Vide hic Iudæorum dementiam. Dominum magistrum vocant, & tamen arguunt eum, docentque. Nam volunt discipulos & turbam per eum à clamoribus compescendam. In qua re nonne prudentiores se magistro constituunt? Aegre ferebant reuera Christi laudes, & sibi, quicquid æstimationis honorisve Christo accescit, detractum putabant. Hæc igitur dicentes, non Christi modestiam zelabantur, sed inuidiæ & ambitioni suæ morem gerebant. Tria enim sunt, quæ Iudæos, & Pharisæos hic in Christi laudibus torquebant. Primum, q̄d turbæ dicebant eū benedictū, cū ipsi eū peccatorem iudicarent. Scimus, inquiūt, qa hic homo peccator est. Secundo, qa dicebant eum regem, quem ipsi ne nobilem quidem æstimabant, dicentes eum à Galilæa fabrum & fabri filiū. Tertio, quia turbæ dicebant eum venisse in nomine domini. Ipsi vero non arbitrabantur eū venisse à Deo, sed in principe dæmoniorū, cuius virtute, si q̄d miraculorum faciebat, perficeret. Tertia pars huius populi in hac processione fuit ipse dn̄s Iesus, qui quantū non oblectaretur plausu & gloria mundana, testabatur hoc, quod inter laudes canentium, ciuitatis ipse excidium fleuit. Miserabatur enim ciuitatem Hierusalem, quod tam misere erat vastanda, & habitatoribus trucidatis vacuanda. Qua ex reliquet parum illum de honore sibi exhibito cogitasse, qui animarū flebat excidium. Haudquaquam tn̄ ociose hoc factū putemus, q̄d honori & laudibus externis fletū ipse cōiunxit. Sæpius enī ante Hierusalē ingressus est, & quandocunq; voluit, cōpassionem potuit & fletum tristitiamq; aduocare. Neq; enim ei, quomodo nobis dominabant passiones, sed ei seruiebant. Igitur quando voluit, sensit, quādo noluit, à se iterū

Lucæ 19 · Matt. 16 · Lucæ 19 · Ioan. 12 · Matth. 21 · Lucæ 14 · Matth. 22 · Lucæ 19 · Ioan. 12 · Gen. 1 · Ioan. 1 · Lucæ

iterum repulit. Quod ergo hoc tempore lamentum super Hierusalem accepit, non propter se, sed propter nos fecit. Illi enim quid conferre aut nocere poterant laudes humanæ? Sed vidit, quid nobis noceant.

Laudatus ab aliis ne extollaſ, quid agere debeat. Quamobrem ipse fecit, quod nos facere docuit, si quādo in gloria aut plausu hominum fuerimus constituti, ne gloria nos mundana extollat. Debemus nanque tūc tristia ad memoriam reuocare, quam viles scilicet scimus, quam fragiles, quam mortales, quam paucis recte cogniti, qui non meliora, quam par est, de nobis sentiant, quā cōtinue rebelles & ingrati simus Deo. Quod certe si faceremus, parū tūc nos delectarent fauor & honor mundanus. Scri-
Prouer.1 ptum nanq; est: Prosperitas stultorum perdet eos. Et rursus, ne prosperitate iustitia
Eccle.11 nostra labefactetur, admonet nos Ecclesiasticus dicens: In die bonorum ne immemor sis malorum. Docuit quoque in hoc suo fletu, Hierusalem non soli gaudio in-
Lucæ 19 tendere dicens: Si cognouisses & tu, quæ ibi ventura sunt, mecumque ea expenderes, non gauderes adeo, vt soles, sed mecū etiā fleres. Deinde docuit nos in nulla fortuna felicitateve gaudere terrena. Nihil enim in hoc mūdo ex omni parte est beatū,
Prou.14 sed oīa amaritudinibus mixta. Risus enim dolore miscebit, extremaq; gaudij luctus occupat. Quare scitū est illud Boetij dictū: Anxia res est humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquā tota perueniat, vel nunq̄ perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notū facit, sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Ille vtroq; circumfluus vitam cœlibem deflet. Ille felix nuptijs, orbus liberis, alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filij filiæve delictis mœstus illachrymatur. Idcirco nemo facile cum fortunæ suę conditione cōcordat. Inest enim singulis, quod inexpertus ignorat, & expertus exhorreat. Quapropter nullis fortunæ blanditijs, nullis mūdanæ felicitatis auspicijs, est fidendū. Qui hodie sanus, cras mortuus est. Qui hodie diues, cras in egestate est. Qui dominabat paulo ante, nūc seruit.

H Vide præterea, quod rami oliuæ præferuntur domino Iesu, q̄d quam iuste, quamq; congrue fiat, si-
Oliua mystice quid. Gene.8. gnificatio mystica declarat. Oliua nanque & pacē & misericordiam significat. Siquidem dum diluuio facto dominus terræ voluisset recōciliari, antequam Noe exire auderet arcā, columbam emisit ex arca. Quæ rediens, in ore portauit ad Noe ramum viridum oliuæ, quo pacatum dn̄m Noe intellexit. Sic hoc etiam die, quū dies accederet suæ passionis, qua inter Deum & hominem perpetuam facturus erat pacem Christus, nosque ex ingenti sua misericordia & compassione ab æterna damnatione redempturus, spiritu sancto ordinā-te præferebant ei ramos oliuarum, quo innuaretur illum aduenire, qui mediator esset Dei & hominū, Christus Iesus: adesse Heb.9 quoq; iam tempus, quo pro nobis seipsum oblaturus hostiam Deo, in sanguine suo perpetuam nobis compararet pacem. Itaq; nos simus hi, qui Christo hos portant oliuarum ramos, vt quantum in nobis est, cū omnibus hominibus habeamus pacem, Rom.12 e medio auferentes quicquid dissidiorum, discordiæve proximis nostris posset præbere ansam. Itaque hoc potissimum sacro tempore cum omnibus decet nos redire in gratiam. Neque enim hoc tantum nos curare oportet, vt nobis, sed vt proximis quoque nostris nobiscum tranquilla pax sit. Hoc est, non solum his, qui in nos pec- Matt.5 cauerunt, oportet nos indulgere, charita- Lucæ 9 temque impendere, sed hos etiam, qui nobis infensi sunt, debemus nobis reconciliare. Deinde egenis cunctis, id est, illis, qui pane, consilio, auxilio, opeve alia quacunque nostra indigent, simus compassiui & misericordes, idque non solum lingua, sed opere etiam & veritate, subueniendo, consolando, suadendo, & quecunq; pietatis officia exhibendo. Hoc faciētes, ante Christum ramos oliuarū portamus. Quod si Collos.3 pariter veterē exuimus hominem, ea damnantes, quæ olim quærebamus, contemnētes ea, quæ dileximus, & quibus cum dilectione inhæsimus, nobis eadem subtrahē-tes, tūc vestes nostras exuimus, vt per quæ Vestes exuere mystice quid. peccauimus nosipsos, commodum q; nostrum quærentes, nunc item Christo nos subijcientes eidem per illa seruiamus.

I Est præterea aliud, quod possit per vestes significari, puta temporalia bona. Vestes enim, quam induimus, nec infimum, nec supremum corporis tegit. Sic temporalia nec principium, nec finem vitæ hominis consolantur. Nemo enim aliter, quam nudus egreditur de vtero matris, nemo ali- Iob 1 ter, quam nudus in terram reuertitur. Om-

nia igitur temporalia, neq; principium, ne que finem vitæ nostræ tegunt. Illa igitur exuere debemus, & ad pedes Christi, hoc est, infirmis Christi membris, puta paupe ribus, calamitosis, ac miseris substernere.

Cæterum, de ramis quoque non illud solum, quod diximus, intelligi potest, sed est alia quoque significatio, quæ vobis taceri non debet. Scitis filij multos in Eccle sia Dei fuisse sanctos Dei homines, qui se cundum naturam non aliter fuerunt, quã homines, vt nos sumus, mortales, passibiles, & fragiles: secundum vero dona Dei, moribus nobiles, perfecti & virtutibus in signes. Hi itaque in regno Ecclesiæ fuerũt vt arbores electæ, de quibus frondes virtu tum ad imitationem eorundem sunt nobis desecandi. Legimus Abraham illũ ma gnum Deo placuisse, atq; non solum frõdes, sed & fructus suauissimos germinasse. (Gen. 22) Amputemus nobis inde ramum obedien tiæ, quo ad arduissima quæq; propter Deum inueniamur semper parati. Ramũ mã suetudinis à Mose & Dauid petamus. Ra mum patientiæ accipiamus à Iob viro recto & simplici. (Num. 12, 2. Reg. 7, Psal. 131, Iob 1) Sic in nouo quoque testamento à sanctis apostolis mundi contem ptum, à virginibus castitatem, ab alijs quo que sanctis vendicemus nobis ramos virtutum, quas obuiã domino venientes ante ipsum feramus. Nemo sanctorum sit, cuius legimus vitam, à quo virtutis aliquid ad ędificationem nõ suspiciamus. Hoc modo tanq̃ in nemore Ecclesiæ, in sylua virtutũ deambulantes, virtutes & virtutum exem pla coaceruemus, quæ in vsum & profe ctum nostrum vertentes, tanquam ramos de arboribus cæsos, Christo portemus in honorem.

K

(Consuetudo mala quãto studio in melius vertenda.) Filij charissimi, videat vnusquisque vestrum malam suam consuetudinem, quam emendare studeat & ca uere. Audistis, quomodo laudes Christo cecinerunt, & hosihahna. Sic vos quoque Christum laudate, Christum adorate, à Christo salutem petite & misericordiam. (Ephe. 5) Scurrilitas, impudicus sermo, aut inhone stus, os vestrum non exeat. Neque enim decet, vt os, quod Deum laudare debet, obscœnis aut malis sermonibus polluatur. Verum, quid dicam de his, qui tota die blasphemant ad singula verba sua, ad singula mendacia testem Deum inuocant addentes: Per Deum viuum, per Deum sanctum? Est ne hoc contra præceptum Dei: Non assumes nomen domini Dei tui in vanum? (Exod. 20, Iacob. 5, Matth. 5) Et contra verbum Christi: Nolite iurare omnino, neque per cœlum neque per terram, neque aliud quodcun que iuramentum? Desuescite filij ab hac mala consuetudine. Quomodo in vobis mala hæc consuetudo creuit & roborata est, ita iterum deficiat, & pereat omnino. Bona sit ad hæc voluntas, & omnia erunt facilia. Faciat semel homo sibi legem firmam, nullo vnquam pacto, & propter rẽ nullam velle iurare. Statuat simul quoque sibi pœnã tolerandã, quotiescunq; ex improuiso, aut per malam consuetudinem iurauerit. Quæ, inquis, erit pœnitentia? Toties dare nũmum in eleemosynam, aut subtrahere tibi vsum rei alicuius delicatæ, aut orare toties orationem dominicam. Quã pœnitentiam adeo obserues, ac si ita agendi Deo votum fecisses, quotiescunque legem fueris tuam, non iurandi scilicet, transgressus. Faciet enim hæc pœna tibi instituta soluenda, vt propositi tui fias memor, nec iures. Verum quid de illis dicemus, qui tota die blasphemant Deum & sanctos, per Christi passionem, per vulnera, per corpus, per sanguinem imprecantes, iurantes & maledicentes? (Blasphemia in Deum & sanctos quam horrendum.) Deinde per sanctum Vitum, per sanctum Hubertum, per sanctum Valentinum, dire execrantur? & hoc receptissimum apud nobiles est, quasi nobile & militare sit, blasphemare Deum & sanctos, & nobilior sit, qui dirius maledixerit, aut in Deum sanctosq; magis fuerit impius. O miserrimos vos & ignobiles, si hæc maxima est virtus vestra, quæ nobilitat vos, vt vix decem proferatis verba absq; blasphemia in Deum, & sanctos absque maledictione, absq; iuramento, absque imprecatione & execratione mala. Væ vobis & miseræ nobilitati vestræ. Melius euenisset vobis, vt nunquam essetis nati. Rogo igitur & moneo vos, vt abstineatis corrigatisq; linguas vestras inflammatas à gehẽna. (Iacobi 3) Diabolus, credite mihi, sedet in linguis vestris. Neq; enĩ sic impie execrando & maledicendo possetis loqui, nisi diabolus esset vobiscum. Verum non creditis, quia fortasse Deus singulare cœlum pro huiusmodi blasphemis domicellis (vt sic vos nominem) cõstruxit. Quũ veneritis, percipietis. Reuera enim sicut viuitis, ita moriemini. Ite igitur, quia hic nobis non vultis credere dehortantibus vos

vos à turpi, lasciuo, voluptuoso, maledico, ebriosoq; vestro modo viuendi. Experiamini igitur quid vobis eueniat, & relinquite nobis causam plangendi vos. Neq; enim grandis nobis spes erit de felicitate vestra, nisi vera pręcedat conuersio, quę luceat in vita vestra: quandoquidem in peccatis vestris moriemini. (Ioan. 8) Quando enim benefacietis, qui nunquam didicistis benefacere, qui necdum statuitis vos corrigere? Iterum igitur dico: Ex testa parentum vestrorum male nati, male educati, male viuere assueti, male etiam (nisi singulari vos miraculo Deus mutet) moriemini. (Blasphemijs & execrationibus quinã hoc tẽpore magis dediti sint.) Hæc non omnibus vobis filij dico, sed diuitibus, nobilibus, sceleratis, concubinarijs, maledicis, & his, qui in continuis peccatis viuentes, sese nõ corrigunt. Vos autem filij, qui semper estis pauidi, qui pro conscientia vestra vigilatis, qui delictorum fugitis occasiones, qui Deum offendere timetis, dominum nostrum Iesum Christum cum palmis & oliuarum ramis, in ciuitatem cordis vestri introducite, illi honorem & laudis cõfessionem offerte, illum nunc in passione & morte ipsius agnoscite, eiq; compatientes adstate, vt dignetur vos etiam in morte vestra agnoscere, atque ab æternis vos incendijs liberare, qui est cum patre et spiritu sancto benedictus in secula, Amẽ.

EXEGESIS IN PASSIONEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, IVXTA QVATVOR EVANGELISTARVM

narrationem, sensum Orthodoxorum Patrum luculenter referens: atque ad compassionem, gratiarum actionem, & imitationem quenq; vehementer extimulans.

PRÆFATIO.

Dedit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Esaiæ LIII.

XXIII CHARISSIMI FIlij, licet passionẽ dñi nostri Iesu Christi quotidie dignum sit cogitare, tamen hodie maxime cum omni deuotione tenemur rememorari, cõpati Christo, & gratias agere: quando vniuersalis Ecclesia tristitiam & compassionẽ repræsentans, eius memoriam agit in omnibus quæ agit, scilicet in Missa, in cantu, in pulsu, in signis, alijsq; ritibus & cęremonijs. Omnia etenim membra corporis, languente capite, dolent. Et nos, si membra Christi sumus, non possumus nõ dolere ipso dolente, non possumus nõ compati, ipso patiente: maxime cum non pro se, sed pro nobis, id est, pro liberatione & salute nostra patitur, quicquid patitur. Si ergo ei non compatimur, signum est, quia membra eius non sumus, nec de spiritu eius vegetamur. (Matth. 27 Marc. 15) Sol & luna hodie obscurantur, terra tremit, petræ scinduntur, & etiam creatura suo creatori compatitur irrationalis: & homo (pro quo creator patitur) rationalis, non cõpatietur? Cogitet vnusquisque. Si ego fecissem malum, propter quod pater meus, vel mater mea occisa esset, nõne pro morte eius merito dolerẽ? Etsi non dolerem, nonne & similiter morte dignus essem? Verum iam malũ feci ego, propter quod non solum pater meus, sed & Deus meus occisus est, quomodo ergo non dolebo? A Quapropter de hac die intelligitur, quod in Leuitico scribitur: Omnis (Leuit. 23) anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo meo. Non ergo est hodie licitum ridere, propter fletum Christi. Quia q̃ui hodie non compungitur circa passionem Christi, timendũ est quod per totum annum non compungatur, id est, timendum est, q̃d nõ sit de illorum numero, qui redemptus sit passione Christi, hoc est, cui proficiat virtus passionis Christi. Non tantum tamen hodie solum memores esse de-

bemus eoꝝ, quę p nobis passus est dñs, sed q̃tidie. Quia dignũ est, vt q̃tidie de illo cogitemus, cuius fructũ q̃tidie pcipimus. Talis est passio Christi, q̃ nos in susceptiõe baptismatis, qñ ad fidẽ ingredimur ab omni peccato purgat, Christo incorporat, contra tentationes roborat, ad virtutes instruit, meritum conquirit, & in morte, id est, in exitu ab hoc mundo ad æternam fœlicitatem nos educit. Vnde & homo per meditationem dominicæ passionis maiorem vtilitatem consequitur, quam per aliqua alia exercitia corporalia in Dei acceptatione, teste Alberto Magno, qui in tractatu de missa dicit: Simplex recordatio vel meditatio passiõis Christi, plus valet, quã si quis per annum ieiunaret in pane & aqua qualibet sexta feria, vel disciplinaret se qualibet hebdomada per annum vsque ad effusionem sanguinis, vel quotidie legeret vnum Psalterium. Vnde hortatur Bonauentura: Si vis, inquit, homo de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie quanta potes deuotione, mediteris domini passionem. Nil enim in anima ita operatur vniuersalem sanctificationem, sicut meditatio passionis Christi. De huiusmodi autem vtilitatibus & dictis sanctorum persuadentibus ad meditandum possent multa dici, sed temporis angustia non admittit, quia restat nobis adhuc diu historiam dominicæ eiusdem passionis recensere & declarare. Hoc tantum dicere expedit, quod etiam in thematis præscripti verbi insinuatur, quod in meditatione dominicæ passionis tria quærere debemus, siue triplicem finem intendere: scilicet vt ad compassionem nos excitemus, vt ad imitationẽ puocemur & instruamur, & vt ad deuotionẽ & charitatẽ affectũ nostrũ inflammemus. Vt aũt hæc psequi valeamus pro gratia impetranda dicamus ad honorẽ amarissimæ passiõis dominicæ, & tristissimæ dolorosissimęq; matris eius, vnũ Pater noster, & Aue Maria.

Passionis Christi fructus.

Albertus Magnus.

Meditatio Christi passionis quantę sit energiæ.

Bonauentura.

Tria meditaturo passionem domini necessaria.

B Dedit in mortẽ, &c̃ vt supra dixi filij charissimi, q̃d vtilissimũ sit, passionem dñicam quotidie meditari: hodie autem omnino necessarium, & quod in eius meditatione, tria debemus intendere ac quærere: Primo, debemus meditando passionem domini elicere compassionem. Ad sentiendam autem compassionẽ erga Christum, & compassionis deuotionem valent hæc sequentia: Primo pensare amarissimum excellẽtissimumq; dolorem passionis eius. Fuit aũt dolor eius duplex, scilicet in corpore, & in mente: externus & internus. Vterque commemoratur in præallegatis verbis: dedit in mortem animam suam: ad quam vtiq; per multas passiões peruenisse intelligitur. Ecce dolor corporalis. Et cum sceleratis reputatus est: in quo famæ ablationem, & ignominiam, & per consequens spiritualem dolorem, sicut in alijs multis sensit. De vtroque dolore intelligitur, quod in Threnis in persona Christi dicitur. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus, quasi dicat, non. Secundum omnes enim communiter doctores dolor Christi fuit maximus, super omnes dolores huius vitæ. Rationes sunt, primo, propter nobilitatem & teneritudinẽ complexionis eius. Secundum Ioannem Chrysostomum, Ea quæ fiunt à Deo per miraculũ preciosiora & meliora sunt his, quæ fiunt per naturam. Quia ergo Christus fuit miraculose formatus in vtero virginis per spiritus sancti virtutem, ideo melioris fuit & delicatioris complexionis, & sensu viuacioris prę hominibus totius mũdi. Quanto autem aliquid nobilius, preciosius, tenerius, delicatius est, tanto facilius læditur, tanto grauius & acrius affligitur, cum cruciatur: Sicut differentia ista patet in rustico laboribus attrito, & nobili in homine & bestia: in oculo & calcaneo. Cum autem nemo in æqualitate teneritudinis, & nobilitatis, & perceptibilitatis possit Christo æquari (quia tenerior fuit in calcaneo, quam tu in oculo, & clauus magis afflixit Christum, quam ignis Laurentium) Ideo nullus etiam dolor eius cõparari potest. Secundo, propter satisfactionem peccatorum totius humani generis. Quia non pro vno peccato, nec pro vno hoĩe, sed pro totius mundi peccatis satisfacere voluit, & satisfecit: non secundũ quod sufficiebat secundum dignitatem suæ personæ, quia, vt sic, vna gutta fusa sanguinis suffecisset. Secundum ergo quod congruebat & requirebatur, scilicet secundum demerita hominum, per viam iustitiæ voluit pro nobis satisfaciendo nos liberare, & non per potentiam, ponderando omnia peccata totius mundi, & passionis suæ dolorem quasi in statera. Vnde

Compassionem p quædam adiuuari.

Dolor Christi fuerat duplex.

Threni.

Dolor Christi vt fuerit maximus.

Ioannes Chrysostomus.

Esaiæ 53 Vnde dixit Esaias: Posuit, scilicet Deus pater iniquitates omnium nostrum super eum. Satisfecit itaq; pro omnibus, & omnium nostrum peccatis, pro omnium miserijs, pro omnium pœnis, & tristitia, & dolore, quæ homo debuit habere p exulatu huius miseriæ. Tertio, dolor maximus fuit, quia multa accidētia habuit valde dolorem suum grauantia. Primo, acerbissimus fuit propter generalitatem, quia in omnibus membris doluit. Secundo, quia sine culpa, scilicet ppria, sed aliena. Idcirco, quia tu causa fuisti omnis passionis eius, merito dolere debes. Tertio, quia in vilissimo loco. Quarto, in sceleratorum consortio. Quinto, in festiuo tempore. Sexto, coram populi multitudine. Septimo, turpissima mortis conditione. Octauo, quia omnes dolores, & omnes pœnas vniuersaliter & sigillatim sensit. Nos si plura habemus vulnera, hoc quod acrius nos molestat obliuisci facit cæterorum, vel nō sentire, sicut magnus dolor dentium facit obliuisci doloris in pede. Christus autem distincte & experimentaliter nouit & apprehendit omnium membrorum dolores singulos: & ideo maximum dolorem habuit immitigabiliter, propter suæ personæ maiestatem, quia scilicet Deus & homo. Et ideo in omnibus quæ auditis de Christo, cogitate, quod non solum homo mitissimus, humillimus, pulcherrimus, gratiosus, pijssimus, dulcissimus, & amātissimus, sed etiam Deus est reuerendus, metuēdus, adorandus, omnipotens, creator, & iudex noster, q saluabit, aut damnabit nos. Causas autem interni doloris & tristitiæ, infra dicam, quum opportunum fuerit.

Dolorem Christi maximū q̄nam auxerint.

C

Quónam mō Christus in oībus suis v̄bis & factis nos docuerit.

Secundo, in passione domini debemus videre, & attendere gestus, mores, & virtutes domini nostri Iesu Christi ad imitandum, quia quicquid in terris dixit & fecit Christus, disciplina & morū perfectio fuit. Et ideo quando auditis, aut cogitatis, quod Christus dixit, aut fecit hoc, vel illud, inspiciatis, quomodo se habuit, exterius, & interius: quomodo stetit humiliter parum loquens, cum disciplina, leniter & pie absque rancore, absque inuidia, quietus, & tranquillus corde, diligens omnes, cupiens omnibus bene, & faciens, atque compatiens. Idcirco in verbis allegatis supra ad excitandum in nobis imitandi studium dicitur, quod pro transgressoribus, hoc est, pro crucifixoribus orauit, dans nobis exemplum veræ charitatis. Esaiæ 53 Tertio, dominicam passionem cogitando, debemus affectum nostrum ad deuotionem & amorem erga Christū inflammare. Ad hoc valet quod cogitemus, quod omnia, quę sustinuit, non propter se, sed sine culpa propria pro nobis, ad delenda, scilicet peccata nostra, ad acquirenda nobis merita, & gaudia cœlestis gloriæ, tolerauit. Vnde & Esaias de eo dicit: Ipse vulneratus est propter iniqtates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et, Disciplina pacis nostræ super eū, & liuore eius sanati sumus. Vnde in themate dicitur: Peccata multorum tulit, non solum multorum, sed omnium: Quia quantum in se est, pro omnibus satisfecit. Ad excitādum tamen maiorem charitatem, debet vnusquisq; domini passionem cogitare, ac si pro se solo dominus passus esset. Et reuera, quia & si nō nisi vnus fuisset peccator, qui redemptiōe indiguisset, æque crucem pro eo, & mortem, sicut pro multis sustinuisset. Aut si vnus adhuc superesset, cui passio tolerata nō sufficeret, Christus denuo rediret, & iterū semel, vt ante moreretur, ne salutis remedium cuipiam deesset. Nunc vero, quia secundum morem Ecclesiæ congruit vobis prędicari passionem, distinxi totam passionē in articulos LXV, vt eo facilius retineatis, quæ circa huiusmodi articulos sic distincte dicuntur. Ad quemlibet etiam articulum aliquid morale, vel instructorium, quod ex gestis domini elicitur annexui. Et licet summarie in tot articulos distinxerim domini passionem, nihilominus tamē vt magis condescendam vobis, ordinabo & referam articulos singulos ad horas canonicas, secundum quas gestæ sunt, ad aliquas paucos, ad aliquas plures, secundum quod circa vnam horam plura euenerunt, quam circa aliam. Sicut ad primas Vesperas quatuor, ad Completorium septem, ad Matutinas XVIII. ad Primam quinque, et sic de alijs horis. Antequam tamen procedatur ad distinctionem horarum, præmittenda sunt quædam, quasi præambula, & introductoria in ipsam domini passionē:

Imitari vti debeamus Chrm̄ stum paci entem.

Esaiæ 53

Ibidem

Meditans passionem Chri, quā charitatē erga ipsum excitet.

Post quę subuertuntur duo articuli,
de quibus non constat, qua
hora factum sit, quod
circa illos geritur.

D

PRAEAMBVLA PASSIONIS domini nostri Iesu Christi.

PRædicante dño nostro Iesu Christo pœnitētiā dū propter nimiā dulcedinē doctrinæ eius,& propter innocentē,benignam amabilemque eius conuersationem,sed & obstupendam miraculorū eius choruscationem,& variam beneficiorum exhibitionem fama eius vndique diuulgaretur,& populi vbiq; relictis Pharisæis ad eum confluerent,Scribæ,Pharisæi,& principes Iudæorum,quia erant inanis gloriæ cupidi,inuidebant illi:&potissimum,quia hipocrysim & iniquam eorum simulationem dominus arguebat,& contraria operibus eorum malis docebat.Idcirco cœperūt ei vbiq; detrahere,opera & verba eius mendacijs peruertere,ipsum blasphemare, persequi,quæstionibus tentare, prædicationem eius callide obseruare, & ex omni parte quærere,si qd possent inuenire, vbi possent eū accusare,&tanq̄ iniustum diffamare & punire.Sed dominus, qui eoꝝ occultas machinationes,& versutas cogitationes nouerat,ita prudēter,& innocēter in omnibus se habuit,quod ipsi amplius confundebantur,& omnis eorum subdola cogitatio frustrabatur.Vnde ipsi maiori inuidia furebant cōtra ipsum:& tunc maxime,postq̄ dominus Lazaꝝ quatriduanū mortuum de monumēto resuscitauit, qui scilicet Lazarus erat nobilis, & nominatus miles de regia stirpe:quia hoc miraculum erat celeberrimum,& omnibus notū, & in multorum præsentia Iudæorum factū,propter qd multi credebant in ipsum.

Matth. 15. & 23

Lucæ 12 Matt. 22 Lucæ 26 Lucæ 11

Ioan. 7. 8

Ioan. 11.

Ex tunc igit Iudæi collecto concilio statuerunt & definierunt conclusiue Christū interficere.Et hoc concilium creditur factum in sabbato ante dominicā in passione:propter quod Ecclesia tūc incipit in cāticis expressam memoriā de Christi passione,& dimittit gloriā patri.Habito hoc cōsilio,& definitiōe facta de Christi interfectiōe,dñs Iesus recessit in aliā regionē in ciuitatē quæ dicebat Ephrē: vbi morabat cū discipulis suis: Hoc faciebat Iesus nō ex timore,nec ex impotentia præseruandi se à morte(qa nihil poterat fieri in eū contra voluntatē suā)sed voluit declinare furorē psequentiū se nobis in exēplum: vt etiam nos,qñ fieri expedit, declinemus aduersarios nostros,ne demus eis occasionē amplius irascendi,& per consequens grauius peccandi ex præsentia nostra: quia furor inimicorum nostrorum facilius vel citius vincitur,seu placatur cedendo & tacendo, quam renitendo & disputando. Mansit autem dñs paucos dies illic,quia appinquabat dies passionis suę,& ideo rediit versus Hierusalem,& ante sex dies paschę Iudæoꝝ in sabbato Palmaꝝ venit in Bethaniā,vbi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauerat. Illuc ergo veniens Iesus, intrauit domum Simonis læprosi, id est, qui fuerat læprosus, & per Iesum à læpra mundatus.Hic erat cognatus Marthæ:& domus eius erat vicina domui Marthæ: vel forte spectabat ad possessionē Marthę, quę erat dña illius castelli.Ibi fecerūt ei cœnam,quia multū gauisæ erant de reditu eius,quem sup oīa diligebant. Martha aūt illa nobilis domina ministrabat, & Lazarus vnus erat ex discumbentibus. De hoc Lazaro dicitur, quod post resuscitationē sui nunquam riserit,sed post ascensionem dñi incredibili abstinentia & castigatione corporis seipsum afflixit:quia viderat pœnas horrendas inferri. Cum autem dominus esset in cœna,feruentissima & fidelissima eius amatrix Maria Magdalena (quæ non poterat satiari in dilectione & veneratione eius:imo omne quod facere poterat in honorem sui dulcissimi magistri, hoc nimis paruū adhuc ei videbat)mercata est vnguentū nardi spicati preciosi, q̄d illius naturæ est,quod refrigerat, & confortat hoīem:propterea diuites vtebātur eiusmodi in illis regionibus, ꝑpter calorē nimiū & siccitatē terræ. Magdalena itaq; coniecturabat dñm debilem, qa videbat eum frequenter pallescere,vel ex fatigatione itineris,vel ob memoriam mortis sibi instantis,quam ex relatione (vt Augustinus dicit) Lazari resuscitati imaginabatur. Etideo accessit ex more suæ deuotionis ad pedes,vbi quōdam inuenerat gratiam in hac eadem domo Simonis, & lauit illos, capillisque capitis sui tersit. Dehinc fracto alabastro,id est,vase marmoreo apto, effudit vnguentum super caput ipsius recumbentis.Deinde vnxit & pedes, & domus impleta est ex odore vnguenti. Non putandum est,quod hoc vnguentum fuerit spissum, sicut apud nos vnguenta conficiuntur :sed tenue admodum aquæ rosaceę. Oh cogitate, quantum placuit hæc deuo

Ibidem. Sabbato ante dominicam passionis consilium contra Iesum cōcilium Iudæorū.

Fuga sua quid nos Christus doceat.

Ioan.

Augu.

Lucæ

deuotio, hoc opus pietatis benedictæ virgini matri Iesu: quia & ipsa plena erat pietate, & compassione: & libenter ipsamet fecisset tale quid: sed pauper erat, nec emere poterat, ideo forsitan hæc & similia cogitabat eleuata mente ad Deum: Gratias vobis & sempiterna laus cœlestis pater omnipotens, sempiternaque Deus, qui dedisti in cor huius filiæ vestræ, vt ipsa sic honoraret, sic amaret filium vestrum, & meum: permaneatque quæso merces illi-
F
us vobiscum in æternum. Videntes

Matth. 26 autē discipuli, indignati sunt, murmurantes, & dicentes: vt quid perditio hæc? Potuit enim venundari multo, & dari pauperibus. Non par ratio, nec similis fuit intentio murmurātium apostolorum ad reprehendendum hoc opus pietatis. (Murmur apostolorū quale fuerit.) Nam cæteri apostoli preter Iudam murmurabant solum contra Magdalenam; quia sciebāt quod dominus de tali honore non curaret, nec talia medicinalia affectaret. (Luc. 11, 12) De pauperibus: vero & de danda eleemosyna sæpe mandauerat: ideo arguebant mulierem ex conpassione, ad pauperes. (Murmur Iudę vn prodierit.) Iudas autem murmurabat ex infidelitate & auaritia, quia putabat totum perditum, quod fiebat ad honorem sui magistri. Et licet verbotenus, ad colorādam nequitiam suam, videbatur habere sollicitudinem pro pauperibus, tamen nulla erat sibi cura de pauperibus, sed quia ipse loculos habebat, furabatur ex his quæ mittebantur eleemosynaliter Christo, & sustentabat inde vxorem & liberos suos. (Ioan. 12) Quia ergo istud vnguentum potuisset vendi, (sicut ipse taxauit) trecentis denarijs, & pecunia venisset in manus suas, vnde potuisset furari decimum denarium, ita quod habuisset inde triginta denarios (qui quęstus iam sibi perijt) ideo murmurat, non solum contra Magdalenam, sed etiam contra dominū iratus. Et amissio huius pecuniæ fuit sibi occasio quod vendidit Iesum. Sed quid faciebat deuota mulier Maria Magdelena, quando discipuli murmurabant contra eam? Humiliter tacebat, sic enim facere solebat. (Lucæ 7, Lucæ 10) Nam & ante quando Simon contra eam murmurabat, quia lauerat lachrymis pedes Iesu conuersa ad ipsum, & quando soror sollicita in ministerio domini murmurauit cōtra eam quiescentem ad pedes domini, similiter tacuit. Et ideo dominus etiam nunc, sicut semper excusauit eam, dicens, quod bonū opus operata esset in se, (Matth. 26) & quod vnxisset se ad sepulturam. In quo ostendit in proximo affuturam sibi passionem & mortē. Hoc verbum, scilicet quod esset vnctus in sepulturam, fuit gladius scindens cor virginis Mariæ, quæ non poterat audire de morte filij.

G

Sequenti die in dominica scilicet Palmarum, iuit dominus mane ad Hierusalē, (Dñica Palmarū q̄d Christus egerit.) & cum appropinquasset ciuitati pręmissis duobus discipulis, qui adducerent sibi asinam, intrauit ciuitatem. (Matth. 21, Lucæ 19, Ioan. 12) Antequam autem venerat vsq; ad ciuitatem, exierunt ei obuiam turbę, quæ conuenerant ad diem festum Paschę cum ramis palmarum & oliuarum, (quia audierant de miraculo resuscitationis Lazari) (Ioan. 11, Matth. 21) sternentes vestimenta sua in via, & facientes domino honorem, qualem nunquam ante fecerant. (Marc. 11, Lucæ 19, Ioan 12) Clamabant enim, & laudabant eum, dicentes: Benedictus, qui venit in nomine domini, Osanna filio Dauid. Benedictum q̄d venit regnum Dauid patris nostri. Dominus Iesus autem non multum lætatus fuit in tali honore, quia ipse videns ciuitatem, fleuit (Lucæ 19) super illam, non solum ob excidium vrbis, & murorum futurum: sed magis propter peccata inhabitantium: & quod tantum facinus ꝑpetraturi erāt, occisuri dñm suū, regē & creatorē. Intrauit itaq; dñs in ciuitatē, sedens sup asinam: (Matth. 21) & statim intrauit tēplum, ꝑdicans vsq; ad vesperꝫ. Et post tm̄ honorē (q̄d dolēter dicendū est) nō fuit in tota ciuitate q reciperet eū ad hospitium, vel q daret ei mādūcare. Prohibuerāt (Ioan. 9) eīn principes sacerdotū, ne qs cōfiteretur eum esse Christum: & quod nō reciperēt eum, alioquin fieret extra synagogam. Sic dominus de sero cogebatur redire Bethaniam adhuc ieiunus, & sine cibo. Eatis & vos cum eo, & compatiamini ei, quod ille, qui cuncta creauit, vt omnibus creaturis alimenta ministrat, nō habet qui det ei buccellam panis. O Deus vbi nos manebimus, qui sumus tam solliciti, quomodo repleamus ventrem nostrum? Cogitate de beata virgine, quæ ante receperat consolationem de mane, quādo audiuit, cum quanto honore introductus fuerat filius suus in vrbem: sed quādo iā redit ieiunus, intelligebat quod talis honor fecerat maiorem inuidiam in Iudæis, contra eum.

H

(Die Lunæ post diem Palmarū q̄d egerit Christus. Oro Ma-)

Sequēti mane qn̄ redire voluit Hierusalē, potuit mater dicere ad filiū: Charissime fili

riæ ad filium Iesum

fili, ego aduerto, quod Principes & Scribę insidiantur tibi, rogo te igitur, noli amplius redire inter eos, sed mane nobiscum. Cui respondit Iesus: Charissima mater, oportet me facere voluntatem patris, & perficere opus, propter quod veni. Sunt enim adhuc quos me oportet attrahere ad agnitionem patris mei. Quare tristaris pro me? Quare times? Tu scis tamen, quod nemo potest mihi aliquid facere, contra voluntatem meam. Tu scis propter quid veni. Tempus meum breue est. Oportet me loqui & prædicare, quod loquendum est. Cui mater suffusa lachrymis, Ego, inquit, nihil cupio contra voluntatem patris, aut tuam: nec intendo te retrahere à salutatione animarum. Sed velim vt saltem per istos dies paucos nobiscum maneas, si non possum te semper habere. Interim forsitan ira Iudæorum quiescet, & tunc iterum prædicabis. Respondit Iesus: Charissima mater, esto contenta. Ego viuus & sanus adhuc redibo. Et sic iterum iuit ad Hierusalem cum discipulis suis, prædicans in templo vsque ad vesperum. Et nemo inuitauit eum ad prandium: sed ieiunus rediit iterum Bethaniam. O quis est tam duri cordis, qui non compatitur piissimo IESV, cui pro tanta charitate sua, nemo est qui respondeat, nemo qui gratias agat, nemo qui recognoscat: quem post tantum laborem prędicationis, post tantam fatigationem totius diei esurientem, & ieiunum nemo est qui vel modico pane refocillet. Nemo qui vel dicat: Magister, per totum diem prædicasti, veni & comede. Sed quasi ignotus egreditur de sero pauper & famelicus, cuius est cœlum & terra. Sed dicit forsitan quis: quia fuit Deus, non esuriebat. Verum est, si voluisset, potuisset non esurire: sed non vtebatur remedio diuinalis potentiæ suæ, ad consolationem suam. Imo esuriit & sitiit, fatigabatur, patiens calorem & frigus, vt cæteri homines, tamen differenter, quia patiebatur non nisi volens. Nos vero patimur nolentes, & volentes. Redit ergo Iesus hoc sero feria secunda rursus in Bethaniam. Cogitate quomodo Martha sollicita est in domo, vt dominus reficiatur. Maria vero mater Iesu loquitur interim cum filio plena mœrore, interrogans eum, & dominus respondet. Magdalena interim sedet ad pedes eius, diligenter auscultans, quia nunquam poterat satiari in verbis Christi, quæ fuerunt ei melle dulciora. Feria tertia, dominus redit in Hierusalem, & rogat beata Maria apostolos, vt interrogent & scrutentur consilia Iudæorum. Rogat illos, vt si quid synistri audirent contra Iesum, in bonum interpretentur. Ad quod libenter annuunt, quia apostolis cæteris, præter Iudam, erat maxima dilectio ad Iesum: & maxime timebant, & dolebant de discessu eius. Sed quum de sero redisset ieiunus, & apostoli nunciarent matri, quia Iudæi omnino conspirauerant in mortem eius, rogauit mater Iesum, vt feria quarta maneret in Bethania. Cuius precibus annuit Iesus, & mansit ibi in domo Marthæ. Iudas vero erat plenus cogitatione iniqua, & maxime turbatus, propter effusum vnguentum, quod ablata sibi fuerat occasio furandi. Quum itaque dominus maneret in Bethania, accepit inde opportunitatem ad complendam malitiam suam: quia cognouit per suggestionem, & instinctum diaboli, quod tunc Iudæi conueniebant in illo die, quomodo vel quando Iesum interficerent. Timebant enim hoc facere in die festo propter turbationem populi. Simulauit ergo se Iudas, quasi pro necessitate se oportere ingredi ciuitatem, vel alicubi alio: sed intendebat vendere dominum. Et licet alii Apostoli nihil suspicarentur mali, eo quod magistraliter celare nouerat malitiam suam, tamen non potuit fieri, quin aliquid deprehenderet domina Maria: quia erat etiam docta ex prophetis, quod Christus filius suus erat tradendus per vnum, qui reputabatur singularis amicus eius. Et diabolus qui regebat Iudam, inquietabat eum, nunc huc, nunc illuc ire, interdum occulte ad Iudæos loqui, & redire ad Iesum. Ex quo beata domina studebat etiam Iudam singulariter blanda lenitate alloqui, beneficia, & dilectionis signa exhibere, & interdum ipsum admonere per dulcia, sed potentia verba, cum dulci benignitate, sed honestissima grauitate: si forte resipisceret, & placaretur, & deponeret conceptus iniquos. Hoc enim pie credi potest de beata virgine: quoniam & filius eius, quantũ in se fuit, conabatur eũ reuocare à malo proposito, etiã post sui venditionẽ, aggrediendo eum benefi-

Margin notes (left): Ioã. 5. & 9 — Colloquium Iesu & matris eius. — Christ' vt patiebat differẽter à nobis famẽ, sitim. frigus, calorẽ, &c.

Margin notes (right): I — Die Martis post Palmas gd Christus [...] — Die Mercurii post Palmas gd Christus [...] — Maria [...] Iudas [...] — K — Maria [...] erga Iudam [...] studuit [...] Iudã [...] diuersis [...] — Ioan. 13

Matth. 26 Lucę 22 Ioan. 13

beneficiis, scilicet lauando pedes eius, dando illi corpus suum, monēdo, comminando & huiusmodi, vt infra dicetur. Potuit ergo benedicta domina (sicut venerabilis

Ioannes Gerson.

Gerson ponit) in hunc modū alloqui, tentās si forte durum cor ipsius posset mollificare.

Verba beatæ Mariæ ad Iudam proditorem.

Vides o Iuda charissime, quomodo Iudæi conspirauerunt in mortem magistri tui filii mei, quo pacto quęrunt eū perdere. Sciuisti (aderas enim) quomodo nuper tulerunt lapides, vt iacerent in eum,

Ioā. 8. & 10

quando vix viuus euasit e templo. Nunc precor te per socialem omnium nostrum conuictum, & per, si quid ipse totus bonus & nos omnes bene vnquam de te meruimus, roga Iudæos ea, quæ ad pacem sunt: Is enim & redis ad eos. Ostende nihil esse in filio meo dignum morte, qui infirmos eorum curauit, qui doctrinis erudiuit, qui solum Dei honorem & gloriam viuendo prædicandoque quæsiuit. Cur in huius morte peribimus omnes? Scis quod ex eius vita pendet mea. Quinetiam tu ipse qualem alium dominum vel magistrum habiturus es, in quo plus benignitatis, gratiæ & fauoris expectas? Elegit te in apostolum, in fratrem, in amicum: pauit te, ministrauit tibi, potestate miraculorum cum autoritate prædicandi dotauit te, dispensatorem suum constituit te: denique maiora sunt quæ promittit.

Sed quid respondebat putatis ad hæc, similiaq; verba, & ad pios gestus virginis versutus ille & pseudoapostolus? qualem faciem ostendit? Facile fuit ei fingere falsā promissionem. Versipellis enim erat neq̄: & simulare potuit pietatem in verbis, qui plenus erat dolo & iniquitate. Quid mirū, si putauit se decipere posse dominam Mariam, vt malitiam cordis sui non posset agnoscere, quando etiam putauit nequissimam simulationem suam in osculi proditione Christum nō posse intelligere? quādo putauit, quod per signum falsum amicitiæ crudelissimam eius traditionem magistro posset detegere (vt infra sequitur)

Matth. 26 Marci 14 Lucæ 22

Dicebat enim ei: Aue rabbi, interim osculans eum: quasi dominus osculum attenderet, & prauitatem cordis sui non intelligeret. Sic etiam nunc matri potuit ficto piete respondere: Charissima domina, nihil mali timeatis filio tuo, charissimo magistro meo. Non enim aliquid mali eueniet ei. Neq; putetis quod tam male affecti sunt illi Scribæ & Pharisęi. Ex prædicationibus ipsius liberioribus contra ipsos, sunt nonnihil commoti: sed cito cessabit illa commotio cordis eorum. Sed tamen si mali aliquid illi machinati fuerint, hoc ipsum tibi protinus notum faciam, illiq; vsque ad mortem adsistam fideliter, illumq; defendam quantum potero. His similibus que verbis vulpinis & simulatoriis ab illo nequam proditore prolatis, beatissima virgo Maria non quidem omnino simpliciterque fidem adhibens (quandoquidem spiritus eius nondum quiescere ad plenum potuit) sed tamen aliquo modo ab extra videbatur, animo ęquiore & contenta magis.

IESVS A DISCIPVLO PROprio est venditus. Articulus I.

L

INterea Iudas auarus & nequam dolens adhuc de ablata occasione illius furandi, scilicet triginta denarios de precio vnguenti, & volens illos recuperare, considerauit Iudæos conspirasse, quomodo Iesum occiderent, & tractare inter se quomodo hoc fieri posset sine tumultu. Et videns se opportunitatem habere exequendæ propriæ voluntatis prauæ, eo quod dominus iam nō erat Hierosolymis, sed māsit in Bethania, prexit Hierosolymā solus, quasi aliqd negocii habēs, & vere magnū negociū habebat, & tractabat. Inuenit aūt principes, & seniores Iudæorum, & scribas tunc congregatos in consilio contra Iesum, ad quos intrauit, non rogatus, non vocatus, sed propria sua malignitate instigatus, & dixit illis: [Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?] Ego scio quid tractetis, videlicet, quomodo occidatis magistrum meum, ego noui etiam quid timetis, scilicet tumultum populi. Quid ergo dabitis mihi, & ego tradam eum vobis sine turbis? Et notate quam vilem æstimauit dominum Iudas. Non dixit: Tantum mihi dabitis, sicut solet fieri pro re chara, vel p̄ciosa, sed, Quid vultis mihi dare? Quasi diceret: Ego cōstituo in volūtate vestra, quid detis mihi: qa non magnipendo, non preciosum facio magistrum meum. [At illi promiserūt, & pacti sunt ei pecuniā se daturos. Et cōstituerūt ei triginta argēteos.]

Matth. 26 Marci 14

Lucæ 22

Si mi-

Si minus constituissent, minus accepisset. Pensate quantam tristitiam inde habuit piissimus dominus, quãtam ignominiam sustinuit, & quantum dolorem suum hęc auxit, quod ipse qui est summum bonum & infinitæ bonitatis, vilipensus est adeo, et pro tam vili precio venditus, & hoc à discipulo suo, pręsertim cum talis vilipensio redundet in patrem: quia filij ignominia, dedecus est sui patris. Sed qd debemus discere ex hoc articulo? Primo, quam verũ sit quod Apostolus dicit: Radix omnium malorum est cupiditas. Ecce in quantam cæcitatem cordis venit Iudas, ex cupiditate pecuniæ, vt videlicet magistrum suum, autorem vitæ traderet in mortem. Videte, quanta peccata veniunt ex auaritia. Vnde furtum, latrocinia, prædationes, odia, vsuræ, innumerabilia mendacia, & fraudes, iurationes falsæ ementium & vendentium, nonne ex auaritia? Secũdo instruimur, vt nos non vendamus Christũ. Ecce quo modo detestamur & maledicimus Iudam, quod Christũ vendidit, & nos sæpe Christum vendimus. Quomodo? In omni peccato, præsertim mortali. Intendite quę dico. Quisquis est sine peccato mortali, quisquis charitatem habet, Deum habet: quia Deus (inquit Ioannes in epistola) est charitas. Ecce habes charitatem, habes Deũ in anima tua. Anima tua est hospitiũ in quo Christus habitat. Aduertit hoc ille pessimus mercator, imo spoliator humani generis inimicus, vult tecum mercari, vt tibi tollat Christum, non vt ipse habeat (ipse tamen non cupit eum, quia nõ diligit eum, nec potest habere eum) sed vult tibi tollere, vt tu nõ habeas. Quare? Ex inuidia. Scit enim magnum bonum esse habere Deum: & quia ipse nõ potest habere hoc bonum, nõ fauet tibi vt tu habeas. Quomodo hęc facit? Proponit tibi species rerum, delectationes creaturarum illicitas, Deoq; contrarias, & cum quibus Deus non potest esse, vt cũ illas admiseris, Deus à te fugiat. Verbi gratia: Proponit tibi speciem mulieris, suadet tibi delectationem peccati, quã forte aliquando expertus es, aut si adhuc virgo es, suadet tibi vt experiaris. Incendit curiositatem in te, id est, magnũ desiderium sciendi. Quid tamen sit in hoc peccato luxuriæ, pro quo homines adeo insaniũt (o quot virgines in vtroq; sexu ita perierunt, magis ducti curiositate, volentes experiri, qua tẽtatione carnis, id est, libidine) quando sic tibi suadet, & ex officina sua varias species peccatorũ tibi proponit, quasi species mercantiarum, secundum varias concupiscentias tuas, quid aliud facit, quam, quasi dicat, Depone à te Christum, exclude Deum à corde tuo, & ego dabo tibi illam, & illam delectationem peccati pro illo? Si iam tu adeo fatuus es, & consentis ei, & peccas: quid aliud fecisti, quã quod vendidisti Christum Deum, & dominum, & creatorem tuum, pro vna modica delectatione peccati, quæ ad momentum vix durat, & transit, & finitur? Ecce qualem negociatiõem fecisti. Comparasti breuissimam delectationẽ peccati (quæ in suo initio extinguitur & finitur) ab hoste tuo crudelissimo, qui interfecit animam tuam: comparasti etiam tibi æternas miserias, æternum ignem, pœnam nunquam terminandam, & pro illis dedisti dominum Deum tuum, qui vitam præstabat animæ tuæ, & voluit te introduxisse ad regnum sempiternæ beatitudinis, vbi nulla est miseria, sed sempiterna lætitia. Si iam interrogarem vnumquemq; vestrum, vtrum vis ex duobus qd preciosius, dignius, & vtilius est, an hoc qd vilius, indignius, deploratius? Omnes diceretis, Quod melius & dignius est. Quis aliter diceret? Si iterũ interrogo, quid est melius, Deus cum regno suo cœlorum, an luxuria cum inferno? quis est qui non dedignetur talem quæstionem, & dicat: Quæ comparatio Dei ad luxuriã? Ecce quomodo tunc contemnitur, & venditur Deus, quasi vilior, & luxuria eligitur, & præfertur quasi melior. Nonne hoc est Christum Deum tuum vendere, quando ipse reprobatur, & luxuria eligit? Sic est de vnoquolibet peccato mortali. Hinc videtis modo, quod non semel venditus est Christus: sed quotidie vẽditur pro turpissimis peccatis, quæ nefas est nominare.

Eccle. 3

M

Venditio Christi qd mystice.

1. Tim. 6

Mala quãta veniant ex auaritia.

1. Ioan. 4

Mercator qualis sit diabolus.

Curiositas in virginibus q̃ periculosa sit.

Negotiatio damnosa.

IESVS A MATRE SVA est licentiatus, Articulus II.

N

IAm dixi ante charissimi, dominum Iesum quarta feria temansisse in Bethania, cum matre, & cæteris amicis. Quid autẽ tunc fecerit vel dixerit, non est scriptum in Euangelio. Pie tamen creditur & sentitur à doctoribus ac deuotis, quod passionem suam prædixerit matri, sicut

Matth. 20 Marci 10 Lucæ 18 ſicut prædixerat ante diſcipulis, q̃dq; præmonuerit & cõſolatus ſit matrem blande, & quod mater rogauerit eum, ſi poſſibile ſit alium modum eligat humanæ redemptionis, quã moriẽdo. Si tamen à patre ſic decretum ſit, vt ſcilicet morte ſua mũdum viuificet & ſaluificet, ſe non contradicere: ſed hoc rogare obnixius ſibi cõcedi, vt cũ moriente poſſit mori, & cum ſepeliendo, ſepeliri. Ieſum vero reſpondiſſe hoc fieri non debere nec expedire, vt ipſa moriatur: ſed oportere ſuperſtitem relinqui in conſolationem diſcipulorum, in firmamentũ fidei, & fundamentum Eccleſiæ noui Teſtamenti. Quinta igitur feria, cum dominus Ieſus diſponebat ire Hieroſolymã, vt comederet ibi Paſcha, & inciperet paſſionem ſuam, valedixit matri ſuæ. Cogitate vos cum quali triſtitia, cum quibus lachrymis. Si tam triſte eſt diuortium inſano, & cæco amore amantium ſe (hoc ſciunt qui in talibus ſunt experti) quam triſtis putatis fuerit ſeparatio talis matris, & talis filij ſic ſe amantium? Putatis quod Maria non fleuerit, quod nõ intimos gemitus de corde ſuo virginali emiſerit pro filio ſuo, pro magiſtro ſuo, pro domino ſuo, pro Deo ſuo, pro creatore ſuo? Hic omnia erat ei ſuus Ieſus, caro ipſius & ſanguis. Adeo certũ eſt, vt ſi etiam velim dicere cõtrarium, vos non crederetis mihi. Sed forte incidit cuipiam, quod dominus Ieſus occulte receſſerit à matre, & ei nihil dixerit. Ego credo ꝙ hoc ridiculũ ſit etiam cogitare, dominum ita indiſcretum ac immodeſtum fuiſſe, vt contra euentum talis calamitatis & triſtitiæ, q̃ matri acceſſura erat ex paſſione ſua, non præmoneret eam, & ſolaretur. Si curã illius habuit patiens, & iam pene moriens in cruce, quomodo non curaſſet eam ante paſſionem, & tunc cum in tali ſpecie vltra ipſum non eſſet viſura? Vidit nanq; eũ poſtea in cruce, ſed non vt modo: verum, ſicut non habentem ſpeciem neq; decorem, vt leproſum & percuſſum à Deo, vt nouiſſimum virorum, virum ſciẽtem dolorem & infirmitatem. Sed dicit quis: An etiam fleuerit Ieſus valedicẽdo & recedẽdo à matre. Ego non audeo dicere ipſum non fleuiſſe (licet non ſim certus) Nos ſcimus ex Euãgelio ipſum valde amare fleuiſſe pro morte Lazari, quẽ tamẽ parabat reſuſcitare: Vnde & q aſtabant, videntes ipſum flentẽ, dicebãt: Ecce quõ amabat eũ. Pie igitur æſtimandũ eſt, quia plus amauit Mariã, quam Lazaꝝ ex naturali affectu filij ad matrem (qa vere homo erat & paſſiones naturales habebat, ſub imperio tñ ratiõis, & ſine peccato) q̃d recedendo fleuerit. Quantũcunq; tamẽ triſte fuerit illi à matre recedere & ſeparari eundo ad paſſionẽ, nõ tamen ꝓpter hoc voluit deſerere obedientiã ſibi à patre iniunctã: ſed potius voluit matrẽ deſerere, & exponere illã mœrori & triſtitiæ, quam redemptionẽ noſtram ꝓtermittere. Ex hoc habemus documentũ, ꝙ Deum debemus diligere ſup oĩa, & præ oĩbus, q̃d nullus debet eſſe amor ad parentes, nulla amicitia ad ſocios, quę ſit cõtra Deũ. Nihil debet fieri, nihil omitti ꝓpter amicum, q̃d ſit cõtra voluntatem Dei. Vnde ipſe dñs Ieſus dicit in Euãgelio: Qui amat patrem ſuum, vel matrẽ ſuã plus q̃ me, non eſt me dignus. Nos vero tenemur diligere etiam inimicos ꝓpter Deũ, & tamẽ iubemur ꝓpter Deũ odire parentes & amicos, ſi impediũt nos in via Dei, vel ſint contrarij nobis, vt propter ipſos negligamus Dei voluntatem, ad complacendum illis, vel non contriſtandũ eos. Quod nequaquã fieri licet.

Marginalia: Diuortiũ Chriſti à ſua matre q̃ fuerit triſte. — Ioan. 19 — Eſaiæ 53 — Ioan. 11 — Amor ad parẽtes & proximos qualis habendus. — Matth. 10 — Matth. 5

Veſperæ hic incipiunt, quæ continent articulos quatuor, quorum primus eſt.

IESVS MANDVCAVIT Paſcha cum diſcipulis ſuis. Articu. III. XXIIII

Matth. 26 Marci 14 Lucæ 22

Qvinta feria, cum Ieſus valedixiſſet matrẽ, ꝓmiſit duos diſcipulos Hieroſolymã parare Paſcha. Qui cũ neſcirẽt vbi deberent parare, indicauit eis introeuntibus in ciuitatẽ obuiũ futuꝝ hoĩem amphorã, ſeu lagenã aquę portantẽ, hunc deberẽt ſeq in domum, quam intrauerit, & dicere dño domus (q occultus erat diſcipulus dñi Ieſu) [Magiſter] .ſ. noſter [dicit: Tẽpus meũ] .ſ. patiẽdi [prope eſt, Apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis.] Ac ſi diceret: Volo vt pares mihi neceſſaria ad cõmeſtionẽ agni Paſchalis, locũ, cibũ, & cætera neceſſaria. [Eũtes aũt diſcipuli, fecerũt ſicut dixit illis Ieſus.] Et oſtẽdit eis ille paterfamilias cœnaculũ grãde ſtratũ, ſicut Ieſus ꝓdixerat diſcipulis. Ibi .i. in mõte Siõ, parauerũt Paſcha.

Appropinquãte veſpa, dñs intrauit ciuitatẽ cũ alijs diſcipulis, & ꝑuenit ad locũ, vbi parabat Paſcha. Aſpicite nunc dñm in A

qua parte domus sedentē, & salubria cū discipulis loquentem, interim q̄d parauerūt Pascha. Vespere aūt facto, cū parata essent oñia, intrauerunt cœnaculū dñs Iesus, & discipuli eius cū eo. Nō solū apostoli tunc fuerūt p̄sentes, sed etiam alij LXXII. minores discipuli. Oēs lauāt manus, & defertur eis agnus Paschalis assus, panis azymus, vinū & ius lactucarū agrestiū. Hęc eñ necessaria erant ad esum agni, sicut dñs præceperat per Mosen filijs Israel, quando exierūt terrā Aegypti. Hoc Pascha erat figura veri agni. i. dñi nostri Iesu Christi, q tali die erat immolandus pro nobis, & etiam manducādus à fidelibus suis in sacramēto sub specie panis. Licet eñ dñs nō sit mortuus in quinta feria ad vesperā, tamē incepit passionē suā hac nocte, qua agnus immolabatur & celebris erat apud Iudęos, & etiā instituit sacramentū sui corporis & sanguinis, vt sequetur infra. Iudæi etiā dies suos à vespa vsq; ad vesperā numerāt, ita vt à sero quītæ feriæ, quādo luna oritur, vsq; ad vesperam sextæ feriæ cōpetant vnum diē: & ideo quicquid inter duas vespas factū est, ad vnū diem computari potest. Benedictione igitur data à dño, comedunt oēs. Scribit Comestor in Scholastica historia, dñm nunq̄ legi comedisse carnes, nisi agni Paschalis, propter obseruantiā legis. Sed est hic dubium, quō Euangelista dicit dñm discubuisse. i. sedisse ad mensam, cū lex præcipiat, vt stantes & erecti comedant agnum. Dicendū secundū Theophilū, quod primo stantes comederāt agnū secundū ritū legis: deinde sedentes, alium, vel alios cibos comederúnt. [Edentibus aūt illis] agnū Paschalē, [dixit Iesus: Desiderio desideraui]. i. valde desideraui, [hoc Pascha manducare vobiscū, antequā patiar,] id est, moriar. Quare? Vt finiam vetus Testamētū, & incipiam nouū, vt perficiā opus redēptionis vestræ.

Exodi 12

Die quo nā dñs Iesus passus sit.

Iudæi quō nā dies suos numerent.

Petrus Comestor.

Exodi 12

Theophilus.

B Cucurrit post nos dñs Iesus oībus diebus vitę suę, in siti feruētissimi desiderij salutis nostræ. Et ista sitis, siue desideriū fuit protelatū ad XXXIII. annos. Discamus & nos patientiam habere, si aliquando bona nostra desideria protelentur apud Deū: quia qui facit nos desiderare & velle bonū, scit quomodo & quando debet exaudire, & quādo expedit nobis. Habemus ex illo articulo etiam aliq̄d documentum: Documentū scilicet veræ pauptatis, cuius nobis exemplum magnū hic dedit dominus: quia ita pauper erat, quod nec domicilium, nec habitaculū habebat, vbi Pascha seruaret, nec vnde agnum & cætera emere potuisset. Idcirco etenim discipuli missi ab illo, anteq̄ indicasset eis locū interrogabāt eū: Vbi vis paremus comedere Pascha? Ac si dicerent: Tu mittis nos parare Pascha, & scis, quia non habemus locū, vel cibū, nec tu habes. Vę nobis, q dicimus q̄d vitā Christi, & paupertatē volumus imitari, & tamē in operibus nostris nihil simile videtur: qa vita nostra valde contraria est vitę Christi, studia nostra nō tendunt post eum. Et notandum, q̄d multa reqrebantur ad esum agni, vt habetur in Exodo: quæ dominus obseruauit, & illa mystice intellecta instruunt nos, quō debemus verū agnū comedere, cuius ille agnus in lege fuit figura. Primo comedebant agnū typicū cum azymis panibus. i. sine fermēto, & significat, quod nos sine fermēto malitiæ, cū synceritate & mūditia cordis agnū Christū debemus sumere in sacramento. Secūdo, cū lactucis agrestibus. i. cū cōtritiōe cordis et amaritudine pœnitentię. Tertio, accincti renibus: per quod significatur, q̄d debemus habere castitatem. Quarto, calciati pedibus: per quod significatur, q̄d affectus nostri non debent inhærere terrenis. Quinto, tenentes baculum in manibus. i. q̄d debemus vigiles esse, & diligenter nos custodire cōtra tentationes inimicorum nostrorū comedentes festinanter. i. feruenter per spiritualem auiditatem & deuotionem.

Paupertas Christi domicilio carentis.

Exodi

Phase mystice interpretatio.

1. Cor. 5

IESVS LAVIT PEDES DIscipulorum suorum. Artic. IIII.

Discūbens sic Iesus Magister cū discipulis, dñs cum seruis, pater cum filijs, tanq̄ amicus & socius familiariter, voluit ostendere maiorem humilitatem, & se exhibere vt seruū, ad ostendendā suam magnam humilitatem, & ad confundendam nostram superbiam. Quid ergo fecit? Recitemus textum ex Euangelio Ioānis, quia valde pulcher est: [Sciēs Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Quid est, in finem? perseueranter, & vsque in mortem. Non quod morte terminaret dilectionem, sed in tantum dilexit, quod dilectio perduxit eum, vsq; ad mortem. [Et cœna facta,] scilicet agni Paschalis [cum diabolus iam misisset in cor,

Ioan. 13

in cor,vt traderet eũ Iudas Simonis Ischariotis.]Non est intelligendum, quod diabolus possit immittere cogitationes malas,sed suggerit & intentat, & potest præsentare species rerum & phantasias, vt inde sumamus occasionem cogitandi, desiderandi, &c. Et ideo principium omnis tentationis est ex nobis,& ipse suggerit & suadet, quando percipit cogitationes nostras per aliqua signa exteriora.Non enim potest scire cogitationes nostras, nisi per signa.Ipse tentat nos,ab intra species obijciendo,& persuadendo,& alliciẽdo quod sit bonum,sicut faciunt mali homines ab extra: veruntamen voluntatem nostram non potest cogere:& ideo non potest nos deijcere, nisi nosipsos deiecerimus, & arma nostra ei tradamus:hoc est,nisi suggestioni consentiamus.Sed de hoc satis.

Cogitatiões malas diabolus tantum suggerit.

Dæmones quõ tentẽt hoies.

D [Sciens itaq;] scilicet Iesus,[quia oĩa dedit ei pater in manus,]scilicet persecutores,traditorem, & omnia,[& quia à Deo exiuit,& ad Deum vadit,]nõ nos deserẽs, sed oĩa patri acquirens,& reducens.Quãuis ergo hæc sciret,suam sublimitatem,scilicet potestatem & maiestatem, quod esset dominus dominantiũ,rex regũ,Deifilius, creator vniuersoꝝ,non tamen suã exhibet sublimitatem,sed humilis serui implet officium,& humilitatem.Quid fecit?[Surgit à cœna.]Videte eo surgente, quõ surgunt discipuli etiam,nesciẽtes quo velit ire, aut quid velit facere.Descendit autem Iesus in locum aliũ inferius, sub cœnaculo.(Nam Palestini in superiore parte domus habẽt cœnacula,& in inferiori cubicula)Sic erat etiam in illa domo,vbi dominus erat,sicut scripserunt,qui viderunt locum.Superius enim habebat cœnaculum,vbi cœnauit,& inferius erat alius locus veluti camera, vbi lauit pedes discipulorum.Vbi etiam post resurrectionem suã, discipulis ianuis clausis apparuit.Ista duo loca erant post resurrectionem domini, facta duæ capellæ, quas tenebant canonici regulares.Cui loco contiguum est cœmiterium bonorum virorum, vbi sepultus est Stephanus, Gamaliel, Nicodemus, Abiba, Dauid, Salomon,&boni reges alij.Sed quomodo iam est,quum ille locus sit sub potestate infidelium,nescio. Cum ergo dominus descendisset,iubet sibi afferri aquam,[deponit vestimenta sua,& linteo se præcinxit.]Nihil omisit quod pertinet ad officium humilitatis.[Deinde misit aquam in peluim]lapideum(vt scribit Ludolphus)[cœpit lauare pedes discipuloꝝ suorum]lutosos,quia discalciati erant[& extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum.]Petrus vidẽs, quid facturus erat dominus,expauit,[dicens: Domine, tu lauas mihi pedes?] Tu rex cœlorum,dominus angelorum,Deus deorum, tu filius altissimi,speculũ sine macula maiestatisDei, lauabis mihi misero homini, pauperculo piscatori, misero peccatori pedes? Tu, cui flectitur omne genu,cœlestium, terrestrium,&infernorum,flectis genua ante defectuosum,vilemq; peccatorẽ:Absit hoc,nõ conuenit hoc.[Dixit ei Iesus:Quod facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dixit ei Petrus:Non lauabis mihi pedes in ęternum.]Non possum tolerare,non possum videre,quod tanta Maiestas se inclinat, & humiliatur ante me indignam creaturam. Petrus faciebat bona intentione,tamẽ indiscreta, quia non debebat contradicere, vel resistere domini voluntati,qui nõ potuit errare. Petrus tenet hic speciẽ ignorantis discipuli, vel subditi, qui indiscrete loquitur,vel resistit contra factum superioris sui, cuius ignorat rationem.Et quia nescit,vel non intelligit,iudicat sæpe irrationabile esse,quod tamen est rationabilissimum,& optime gestum.Et idcirco periculosum est valde prælatum suum iudicare,vel murmurare, quia prætendũt multa sæpe bene,& ad diuersa respicere habẽt, & in occulto sciunt sæpe multa,quæ nõ possunt,vel debent dicere,de quibus nos non aduertimus,nec cogitamus.Hoc transeat. Quid respondit dominus Petro?[Petre,si non lauero te,nõ habebis partem mecũ.] id est,si persistis in inobediẽtia & ptinacia tua,cõtrarius voluntati meę,non habebis partem mecum.[Respondit Petrus:Dñe, non tantum pedes,sed & manus &caput] Si sic necesse est,licet graue mihi sit te videre inclinatum & humiliatum ante pedes meos,tamen molestius longe est,à te separari.Si ergo non sufficiunt pedes, laua & manus & caput,id est,totum corpus.[Dicit ei Iesus:Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet,sed est mundus totus,] scilicet pter pedes.Quare pedes nõ sunt mũdi?quia pedibus calcamus terram, & non potest fieri, quin aliquid pulueris adhęreat pedibus, quibus calcatur terra, quod

Apoca. 19

Lucæ 24
Ioan. 20

Ludolph⁹ Carthusi.

Lucę 1
Sapien. 8

Philip. 2

Petrus recusans lotionem pedũ suoꝝ, quoꝝ pſonã gerat

Iudicare supiores q̃ sit periculosum.

E

oportet ablui. Et licet hoc etiam ita veritatē habeat secundum literā, dñs tamen dixit, & intelligi voluit spiritualiter. Qui lotus est in baptismo, non indiget, nisi vt pedes lauet. Per caput hominis, intelligitur intentio & voluntas: per manus, operatio: per pedes vero, affectus & motus sensualitatis intelligūtur, qui dum in hoc mūdi puluere gradiuntur, ex toto mundi esse non possunt. Licet ergo apostoli, quātum ad cōuersationem, intentionem, & opera, erant mundi: tamē quamdiu audiunt, tractantq; terrena, non potuit fieri, quin desideria haberent, siue affectiones terrenas, à quibus habebāt mundari: quomodo dicebat magnus Apostolus raptus ad tertium cœlum (Paulum dico): Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Item: Scio, quod non habitat in carne mea bonum. Item: Non quod volo, hoc ago, sed quod nolo, hoc facio. Habebat ergo, id est, sentiebat, Apostolus adhuc terrenas, vel peccati aliquas concupiscentias. Nolebat concupiscere, & tamen concupiscebat. Ergo habebat adhuc pulueris aliquid in terra, licet alias mundus esset. Sed quid ipse dicebat? Nihil damnationis est his, q sunt in Christo Iesu, hoc est, qui sentiunt concupiscentias, sed non consentiunt. [Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim qui traditurus erat eū.] Duo sunt quę mundant à peccato, eleemosyna, & charitas. De eleemosyna scriptum est: Date eleemosynam, & oīa munda sunt vobis. De secūdo: Charitas operit multitudinē peccatorꝫ. Neutrum illorꝫ habebat Iudas, sed cōtraria. Nō eleemosynę largitionē, quia fur erat, nec charitatē, qa proditor erat. Ergo non erat mundus. Habemus aūt ex illo articulo, quantū pro nunc sufficit dicere, duo documenta. Primum exemplum, siue documentum, est maxime humilitatis, subiectionis fraternæ, & charitatis obsequiosæ. [Postquā ergo] dñs oīm, [lauisset pedes,] etiam proditoris, tersisset, & osculatus esset, [resumpsit vestimenta sua,] & ascendit ad locum vbi prius cœnauerat. [Et cum recubuisset iterum, dixit: Scitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister & domine, & benedicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, quāto magis & vos debetis alter alterius lauare pedes.] Si ergo dñs vester sum, ꝑceptum meū hoc seruate.

Lauare manus, caput, & pedes mystice qd sit. — *Roman. 7* — *Ibidem.* — *Ibidem.* — *Roma. 3* — *Duo quę nā sint q mundēt à peccatis.* — *Lucę 12* — *1. Petr. 4* — *Prouer. 10* — *Ioan. 12* — *Matth. 26* — *Documenta hui' articuli duo quæ.* — *Humilitas*

Si magister sum, doctrinā hanc meā custodite. Ego nō solū hoc feci ob pedū corporalium emundationem, sed propter humilitatis eruditionē. Nec solum in lauādis pedibus hāc legē vobis statuo, sed volo vt in omnibus attendatis exemplum meę humilitatis, & discatis, quomodo debeatis vos vobis inuicem inferiores facere, & humiliter & charitatiue seruire. Aliud documentum est, quod dominus discipulos mūdos esse voluit, etiā à puluere pedum ante sumptionem corporis & sanguinis sui. Per q̄d indicauit, quantam munditiam requirat à nobis, & quantam diligentiam adhibere, & nos præparare debemus, vt pura conscientia ad hoc venerabile sacramentum recipiendum, accedamus.

Lotio pedū ... pulorū ... tio quæ — *Quali puritate accedendū ad hoc mysteriū ...*

IESVS CORPORIS ET SANguinis sui sacramentum instituit.

Articulus V.

F

COenantibus autem illis,] scilicet Iesu cū discipulis suis, hoc est, cœnā agni typici consummātibus & ꝑficientibus, [accepit Iesus panē,] non fermentatū [& eleuatis oculis] ad patrē gratias agēs, pro veteribus terminatis, & nouis inchoādis, [bñdixit, ac fregit,] scilicet post consecrationē, [deditq; discipulis suis, dicēs: Accipite & comedite: Hoc est corpus meū, q̄d pro vobis tradet. Similiter] accipiēs [& calicem, & itē gratias agēs, bñdixit & dedit illis, dicēs: Accipite & bibite ex eo oēs. Hic est sanguis meus, q pro vobis effundetur.] Istis verbis sacramētum hoc instituit, & tacite Testamenti veteris cæremonias destituit, quia signū & figura sunt inania alicuius venturi, quando iam præsens ostenditur & habetur, q̄d figurabatur. Istis verbis iam dictis, scilicet, hoc est corpus meū, &c. Et, hic est sanguis meus, &c. mutauit dñs panē in carnē, & vinū in sanguinē suū. Et creditur tunc illis verbis dedisse efficaciam & virtutē in posterū, vt cum proferuntur eadem à sacerdote sup debitam materiam & cū intentione consecrandi, fiat transsubstantiatio. Sequitur, & dicit: [Hoc facite in meam commemoratiōem.] Hic dedit apostolis potestatem, & successoribus eorum, celebrandi hoc sacramentū & frequentandi. Significauit etiam causam institutiōis, s. in sui memoriā. Et ideo admonemur memores esse semp cū magna gratiarꝫ actione, & deuotissima huius celeberrimi sacramen

Matth. 26 — *Lucæ 22* — *1. Cor. 11* — *Charitas Christi ... hoc ... mēto ...*

cramenti veneratione,maxime charitatis, & dignationis diuinæ, ꝙ nobiscũ voluit (Matth. 28) permanere,&ꝑmanebit vsq; ad cõsummationẽ seculi tã verus ꝑfectus,&in nullo minor,quã est cum beatis in cœlo:nec aliqua differẽtia in eo est maioritatis,vel minoritatis,nisi ꝙ beati vident eũ fulgentẽ in sua propria specie sicuti est:nos ṽo sub aliena specie latentẽ,eundẽ tamen Deũ,qui in cœlo,&q in sacramẽto est.Ecce ille voluit nobiscum manere,cũ pc̃tõribus ingratis, cõtemptoribus, trãsgressoribus, suũ nomen blasphemãtibus, & tantam irreuerentiam sibi facientibus,&indigne scienter eum sumentibus. Quod maior cõtumelia est, q̃d ponitur in immundam conscientiã,quam si poneretur in cloacam,cęteris paribus.

IESVS TRADITOREM SVum charitatiue corripuit. Art. VI.

G

(Ioan. 13) QVum aũt hæc] .i. supiora in lotione pedũ, & institutiõe sacramenti, [Iesus dixisset, turbatus est spũ.]Quare? Sup lapsu,piculo,& dãnatione sui discipuli, q in tã detestabile crimen ciciderat venditionis,videlicet innocẽtis sanguinis magistri sui, pro quo magis dolebat magister pius & misericors, cõpatiens illius infœlicitati, q̃ pro seipso morituro.Et qa studuit eũ ante per beneficia & signa familiaritatis & affabilitatis emendare.s.lauãdo eius pedes &osculãdo,&(vt qdam doctor dicit,vt credo Augustin.)lachrymãdo tunc, & cibando illũ corpore &sanguine suo:nec ꝑfecit,qa cor illius indurauerat: adhibet nunc etiã verba irreꝑhensionis, palam ostendẽdo se nosse pc̃m̃ eius,sub gñalibus tamẽ verbis,&tacito eius noĩe,ne alij eũ notarent.Vnde[dixit dñs:Amen amẽ dico vobis, vnus ex vobis me tradet.] Audiẽtes hæc discipuli,turbati sunt,& vnus inspexit alteꝝ,nõ audentes comedere:Quilibet formidabat ꝓ conscientia sua:qa licet nihil mali sibi conscij essent alij discipuli ꝑter Iudam,tamẽ credebant magis ṽbis magistri sui,q̃ proprię cõscientiæ.Sciebant enim necesse esse verum & fiendum indubitãter,ꝙ dñs veritas ipsa dicebat.Vnde quilibet eoꝝ[dicebat:Nunquid ego sum dñe? Ait illis Iesus:Qui intingit mecũ manum in paropside,hic me tradet.]Ex hoc nondum clare intellexerunt, quia minores discipuli comedebãt in alia mensa,& soli apostoli cum Iesu,ex vna scutella.Ideo solũ intellexerunt,ꝙ non ex minoribus discipulis, sed ex apostolis aliqs traditurus erat dñm. Subiunxit dñs: [Væ homini illi,ꝑ quẽ filius hominis tradetur. Bonũ esset ei,si natus nõ fuisset homo ille] Apostolis igitur interrogãtibus qlibet ꝓ se,quis esset,cõpulsus fuit etiam Iudas interrogare,vt nõ notaretur,&dicere:[Nunquid ego sum Rabbi? Dicit illi Iesus: Tu dixisti.]Credendũ est dñm hæc dixisse silenter,vt alij nõ audirent. Petrus aũt zelosus pro dño,cupiebat scire,qs esset.Innuit ergo[discipulo,qui recubuit super pectus Iesu] id est,Ioanni,vt interrogaret dominũ. [Interrogat igitur dñm Ioãnes,dicẽs:Dñe quis est]q tradet te. Iesus reuelat illi tãq̃ familiari,& q scripturus erat Euangeliũ,[dicens:Cui intinctũ panẽ porrexero,hic me tradet.Et cũ intinxisset panem, dedit Iudę Simonis Ischarioti.Et dixit Iesus: Q̃d facis,fac citius.]Hoc nõ dixit imperãdo,sed ostendendo,qa sponte,& cũ magna siti ac desiderio expectabat suã passiõem, quam cupiebat accelerari ꝑpter redemptionẽ nostram,& liberatiõem patrũ ex limbo. [Cũ ergo buccellam Iesus Iudę tradidisset,post buccellam introiuit in eum Satanas,] hoc est,ampliorem potestatem & dñationem in eo accepit,qa per malam volũtatem Iudas se magis illi subiecit, [& exiuit continuo,]ad quærendam cohortem,quæ caperet Iesum.

H

(Deflendus vti sit proximorum lapsus in peccata.) Ex isto articulo multa habemus documenta:Primum,ꝙ debemus spiritualiter tristari de alterius,scilicet proximi nostri casu in pc̃m̃,sicut Christus turbatus est propter lapsum Iudæ. Secũdum, quod debemus oĩbus modis conari, q̃d resurgat & emendetur,qui cecidit,monendo,orãdo pro eo,reꝑhendẽdo, alijsq; modis.Et licet hoc ad omnes,maxime tñ spectat ad prælatos,qui sunt pastores animarum.Vnde dñs Iesus præbuit se exemplũ, (Iudã traditorẽ vti Christus studuerit quadrifariam corrigere.) quadruplici via tentans Iudam reuocare: Primo beneficijs,vt emolliretur .s. lauando ei pedes,& dando ei corpus suũ, & sanguinem.Non enim exclusit eum à generali communione, propter occultum pc̃m̃: sicut etiam nulli sacerdoti licet negare petenti sacramentũ in publico, licet sciat eũ esse in mortali pc̃õ occulto, & indigne sumpturum. Secundo,dñs voluit Iudam retrahere pudore:Vnde dixit in generali: Vnus vestrũ me tradet. Tertio,timore:Vnde cõminatus est,ei dicens: Vę homini illi,

per quē filius hominis tradetur. Quarto, affectus ostēsione, & blanda allocutione, quum dixit reuertenti, & osculo prodenti se: Amice, ad quid venisti? Ex hoc debent discere prælati, quod non vno tantum modo, aut via, sed qualitercunq; possunt, tentare debent & conari, vt reuocetur, qui declinat ad perditionem. Tertium documentū est, quod occulta peccata non sunt reuelanda, sicut dominus non reuelauit peccatum Iudæ discipulis, nisi Ioanni submissa voce, qui scripturus erat hoc Euangelium, & tenuit in secreto, nec reuelauit Petro interroganti. Et de hoc satis pro nunc. [Cum autem exisset] Iudas à cœtu, & conuentu sanctorum discipulorum, quorum Abbas erat dominus Iesus, scribit Euangelista, quod [erat nox.] Et hoc bene conueniebat filio tenebrarum, vt ambularet in tenebris exterioribus, qui plenus erat interioribus. Incipiente igitur, & accedente nocte, & nos volumus hic terminare vesperam, id est, ea quæ dominus gessit circa tempus vespertinum: & quæ sequūtur annumerare volumus cōpletorio.

Matth. 26

Prælati quāto studio reuocare debeant ouē errantem.

Ioan. 13

Ioan. 13

Completorium Primum hic incipit, habens articulos septem.

IESVS DISCIPVLIS PRAEdicauit Arti. VI.

I

QVum Iudas exisset, incepit Iesus dulcissimum sermonem totum plenū igne dilectionis, & melle dulcedinis, in quo consolatus est discipulos, quasi vltimum vale cum illis loquens, & admonens, vt non tristarentur de illius passione, quæ iam instabat, nec turbarentur de sua persequutione euentura. Hunc sermonem solus Ioannes scripsit, quia super pectus domini recubuit, ex quo nisi paucissima tangam, cæteris omissis propter passionem: Dixit ergo Iesus discipulis suis. [Filioli, adhuc modicū vobiscum sum.] Ecce nominat eos filiolos, ex teneritudine, & dulcedine amoris, quia in separatione amicorum, amor plus solito feruescit, & corda eorum magis liquescunt erga se mutuo. [Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Nō turbetur cor vestrum,] propter ea quæ videbitis me passurū, [neq; formidet,] scilicet ea quæ vos estis passuri.

Ioan. 13

Ibidem.

Filiolos cur Christus apostolos vocet.

Ioan. 14

[Si diligitis me, mandata mea seruate. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Non relinquam vos orphanos: Veniam ad vos.] Deinde præmonuit eos ad patientiam. [Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ꝓpterea odit vos mundus. Me mētote sermonis mei, quē ego dixi vobis: Nō est seruus maior dño suo. Si me ꝑsecuti sunt, & vos ꝑsequētur. Si sermonē meū seruauerūt, & vestrū seruabūt. Absq; synagogis faciēt vos, sed venit hora, vt omīs qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Sed qa hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū. Amē amē dico vobis: plorabitis & flebitis vos, mundus aūt gaudebit, vos autē contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Hæc locutus sum vobis], i. ad hunc finem, [vt pacem in me habeatis], i. non quæratis eam in mundo, quia ibi nihil nisi tribulationem habebitis: sed in tribulatiōe vestra quæratis pacem in me. [In mūdo ꝑssuram habebitis: sed confidite ego vici mūdum.]

Post hæc subleuatis oculis in cœlum, orauit pro se, dehinc pro discipulis, & vltimo pro oīibus q credituri erant in eum. Oportet nos hęc relinquere, quia tam multa sunt & copiosa ad explanandū, vt si his vellemus immorari, non sufficeret tempus ad passionem, vel incipiendam. Sunt etiam specialia documenta tot ibi, vt vix tribus verbis prolatis, doctrina dulcissima inueniatur. In generali tamē pro toto sermone hoc possumus accipere documentū, q̄d tristes & tentati, sunt semper sermonibus consolatorijs & dulcibus fouendi, qa sufficit eis propria tristitia, quæ non est exaggeranda, sed lenienda.

Ioan. 15

Ioan. 16

Ioan. 17

Tristes & tentati sermonibus consolatorijs fouendi.

IESVS EXIVIT AD MONtem Oliuarum. Art. VIII.

HYmno dicto], i. gratijs, & laude Deo patri exhibitis, [Egressus est Iesus scd'm consuetudinē in montē Oliuaꝝ] qa consueuit hac via trāsire in Bethaniā: & qa sæpe pernoctauit in mōte causa oratiōis in horto q̄dā, ad quē etiā mō exiuit, vt. s. Iudas posset eum repire in tali loco sibi optime noto, & à tur-

Matt. Marc. Luc.

à turbis separato, vbi possit capi sine tumultu populi: In quo ostendit, quã voluntarie pati voluit dñs. [Secuti sunt autẽ eũ discipuli eius. Ibi dixit Iesus ad eos: Oẽs vos scãdalũ patiemini in me in hac nocte. Scriptũ est enĩ: Percutiã pastorẽ & dispergent oues gregis.] Petrus hæc audẽis, [dixit: Et si oẽs scãdalizati in te fuerint, ego nunquã scandalizabor. Similiter & oẽs dixerunt.] Dominus respondit Petro: [Antequã gallus cantet bis, ter me negabis. Petrus dixit: Et si oportuerit me mori tecum, ego te nõ negabo, Ego paratus sum tecum ire in carcerẽ, & in mortẽ.] Petrus dixit hæc ex corde, & ita sibi ꝑ tũc videbat: sed post aliter euenit. Ipse nimis præsumebat de seipso, qa nondum expertus erat propriam fragilitatem, ideo ꝑmisit eum dñs cadere postea, vt disceret q̄d esset. Habemus hic bonum documentũ, vt ad patiendũ, siue laborandum, siue operandum offeramus nos spõtaneos pro honore Dei, sicut dñs fecit: sed tamen cum humilitate, vt non cõfidamus in nobis ipsis, sed in sola miseratione & cõfortatione diuina, ne præsumentes cadamus, sicut cecidit Petrus.

Zacha. 13

Quanta cũ humilitate resignare & offerre nos Deo ad ipsius in nobis ꝑficiendum beneplacitum debeamus

IESVS COEPIT CONTRIstari & mœstus esse. Artic. IX

L

Matth. 26 Mar. 14 Lucæ 22

DVm peruenisset] dñs [ad locũ] vbi traditorem suũ volebat expectare, [dixit] octo [discipulis suis] in primo ingressu horti, [Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Orate, ne intretis in tentationem,] id est, ne capiamini à tẽtatione. [Et assumptis Petro, & Iacobo, & Ioanne:] illi fuerunt cum eo in monte, qñ corã eis transfiguratus est & viderunt claritatẽ eius: & ideo merito admittebant videre infirmitatẽ passionis eius, etiã erant ei cæteris familiares. [Cœpit cõtristari & mæstus esse, pauere & tædere. In dño Iesu fuerunt etiam naturales passiones, tñ sine peccato, scilicet timor, tristitia, fames, sitis: sed differenter à nobis, qa tales communiter in nobis præueniunt rationem & voluntatẽ, nec subijciuntur rationi vel voluntati, vt possimus habere, qñ volumus, vel nõ habere, quãdo nolumus In Christo vero sequebant rationem & voluntatẽ. Vnde non tristabat nisi volens, nõ esuriebat nisi volens: volẽs timebat, volẽs gaudebat & ita de alijs. Et ideo non dicit Euangelista, contristatus est, sed cœpit cotristari. Sequitur [Et ait illis: Tristis est

Matt. 17 Mar. 9 Lucæ 9

Passiones naturales quales fuerint in Christo.

Matt. 26

anima mea, vsque ad mortem,] id est, tanta, quantam viuens potest sustinere. Non mirũ. Propter multa enĩ tristabat dominus, quæ iã in vnũ conueniebant, & ꝑfissimũ cor eius grauiter affligebant: Primũ fuit, peccatoꝝ multitudo. Contristabat enĩ ꝑ peccatis totius mũdi. Ego si non nisi vnũ peccatũ mortale commisissem, deberẽ infinitam tristitiam habere, qa infinitũ bonũ offendi, id est, Deum. Quantã tũc tristitiam debeo habere, si forte centies milies Deum offendi mortaliter? Certum est q̄d infinitã tristitiam non possum habere, sed si tantam habeo, quæ meæ possibilitati cõpetit, reliquum suppleuit dñs Iesus sua tristitia. Cum ergo tot peccata fiunt q̄tidie in vna ciuitate, in vna prouincia, in toto Mũdo, quot in anno, quot in mille annis, q̄t in annis ab Adam vsque ad finẽ Mundi, quãdoquidem iam circa septem milia annoꝝ fluxerunt ab origine Mundi, & quot adhuc restent, Deus scit. Pro peccatis totius Mundi doluit dominus Iesus & pro singulis, quia in speculo suæ diuinitatis singula vidit facta & futura. Secundo doluit ꝑpter ingratitudinem Iudaici populi, quibus tot singularia beneficia contulit præ gentibus totius mundi, & adeo duri & ingrati, vt ꝑ gratiaꝝ actione ipsum parabant interficere. Tertio, ꝑ perditiõe Iudæ. Adeo nobilis est vna aĩa, vt totus mũdus deberet dolere & plorare, qñ vna aĩa dãnat. Præeligendũ esset, vt totus mũdus desineret, quã vna aĩa piret. Si nos debemus tm̃ dolere ꝑ ꝑditione & damnatione vnius aĩæ, quantũ putatis doluit ille, cuius oẽs sunt aĩæ, q oẽs creauit, ꝑ omnibus sanguinẽ suũ fundere disposuit. Quarto, ꝑ multitudine dãnandoꝝ. Iam dixi, q̄d doluit ꝑ Iudæ dãnatione. Si ꝑ vna aĩa tm̃ doluit, quantum ꝑ innumerabilibus, qbus sciuit passionẽ tantã, charitatemq; tantã non ꝑfuturam ex eorum culpa? & suũ laborẽ & dolorẽ in illis ꝑdi ac frustrari? Quantã hominũ multitudinem præsciuit, qui passionis suæ oblituturi, nec vnq̃ dicunt: Gratias tibi Deus, quia pro me passus es. Imo quam multos sciuit, qui etiam per passionem & crucem eius iuraturi & blasphematuri erant. Tristabatur de scandalo, & dispersione discipulorum suorum. Tristabatur etiam naturaliter maxime de morte sibi imminente, & ineffabilibus tormentis ac pœnis: quæ tamen secundum ratio-

Christus vti ꝑpter multas causas fuerit tristis vsque ad mortem.

I.

II.

III.

Animarũ nobilitas & pretiositas quanta

IIII.

 nem

nem & voluntatem rationalem desideran ter suscepit: secundũ sensualitatẽ tñ, qa verus homo fuit, expauit mortem. Hic cõsolamur, vt si in aduersitatibus nostris subrepsit nobis tristitia & pusillanimitas, & libenter essemus liberati ab infirmitate vel passione, non debemus propterea desperare, vel existimare nos alienos à Christo, dũ tñ secundum rationem & voluntatem sumus resignati in beneplacitum diuinũ, vt nihil velimus secundũ rationem & cõsensum voluntatis, quod sit contra Deũ, sed facimus de necessitate virtutem, vt sensualitate etiam murmurante amplectamur domini voluntatem in eo, q̃d citra voluntatem domini esset molestum. Monemur ex hoc quoq; articulo, etiã tristari ꝑ qbus est dñs constristatus, maxime pro nobis ipsis, ꝑ peccatis nostris proprijs & alienis, quę causa fuerunt tristitię dñi & totius passionis. Itẽ tristari debemus iã ꝑpter ingratitudinem nostram, tam multis beneficijs à Deo receptis. Item, vt tristitia nostra Deo sit accepta & nobis proficua, debemus vnire tristitię dñi Iesu, & sic illi offerre, & huius articuli memoriam repræsentare.

In aduersitatibus & tristitia cõstitutis qd facto op⁹ sit.

Tristãdũ qbus modis salubriter nobis sit. I. II. III.

IESVS AD PATREM ORAuit. Articulus X.

M

Cvm dñs tristitiam suã discipulis reuelasset, voluit nobis exemplum dare, instruendo nos, quid facere debeamus in tristitijs & angustijs nostris: Quid fecit? se parauit se etiã ab illis tribus discipulis ad orationem iturus, quasi cum illis non potuisset orare. Vnde [dixit illis: Sustinete hic & vigilate mecum. Et ꝓgressis ab eis pusillum, quantum est iactus lapidis,] & positis pedibus [procidit in faciẽ suam, i. super terrã, orans & dicẽs: Mi pater, si possibile est, trãseat à me calix iste], i. trãsfer hunc calicem à me: Si ita inquã possibile est, vt nihilominus redẽptio generis humani fiat ꝑ alium modũ. [Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.] Angustia mortis & passio non placebat Christo, de per se, & similiter, loquendo secundum humanum affectum, voluisset non pati. Conditionaliter vero, qa pater volebat, & humani generis saluatio hoc reqrebat, libẽter mortẽ sustinebat, Et dicebat. Nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Notate hic in Christo duas volũtates: Vnã, q̃ secũdũ humanũ affectũ voluisset nõ mori, aliã, q̃ voluit patri obedire & nos redimere. Primã calcauit: Secundã statuit & ꝓtulit, qñ dixit: Nõ volo, sicut ego volo: Sed volo sicut tu vis. Sic etiam sancti Martyres libẽter mortui sunt ꝓ Christo, ꝓpter amorẽ eius: tñ secundũ naturã & sensum carnis nõ delectabat eos mori: Voluissent eñ potius nõ mori. Sed qa hanc voluntatẽ non moriendi Deo subiecerunt, superauerũt: et quod naturaliter fugiebãt, propter Deũ elegerũt: ideo maxime meruerũt. Ex quo patet, quod timor mortis, vel affectus naturalis viuendi, quem tñ Christo subiecerunt nõ nocuit eis, sed multũ ꝓfuit: qa occasio fuit seipsum vincendi. Si enim delectabile illis fuisset mori, secundũ sensum carnis, sicut est comedere, quid meruissent? Ita potestis etiã applicare ad Christum. Habemus hic doctrinam, vt tempore tentationis, tribulationis, angustię, & in omni aduersitate seu tristitia, recurramus ad orationẽ. Quia oratio est sicut clipeus, cõtra oĩa aduersa. Et dñs ꝑmittit nos sæpe incidere aduersitates & tentatiões, vt discamus fugere, & ab istis exterioribus nos recolligere, & conuertere ad Deum. Qualis aũt oratio nostra debet esse, discimus ex eodem exemplo Christi: Primo solitaria, qa talis est purior & qetior, quando scilicet homo sequestratus est ab omni hoĩe impediẽte se: Hoc Christus fecit ad instructionem nostram, licet alias nõ indigebat: quia non poterat impediri eius oratio. Secundo, humilis: Ideo Christus in faciẽ humi ꝓstratus, orauit. Tertio, deuota & feruens. Hoc ostendit Christus, qñ dicit: Mi pater. Quarto, recta: vt voluntatẽ suã orãs resignet, & nihil velit, nisi q̃d placeat Deo, sicut Christus fecit. Quinto, charitatiua. s. cum dilectiõe proximi, sicut Christus ter surrexit ab oratiõe, & visitauit discipulos, sollicitudinem gerens pro illis. Sexto, perseuerans, sicut Christus ter eandem orationem orauit, rediens à discipulis.

Matth. 26 *Luc 22*

Voluntates duas fuisse in Christo.

Marty[res] sancti ex vo[lun]tate p[ro] Christ[o] mort[ui] sint.

Ad c[...] ne q[...] bis re[...] renda[...]

Ora[tio] nostra [...] plo C[hristi] sit [...] nis qu[...] ri deb[...]

I. II. III. IIII. V. VI.

IESVS DISCIPVLOS VISItauit. Articulus. XI.

N

Cvm dominus Iesus in oratione consisteret, recordatus suorum discipulorum, quantumcumque ad patrem pro seipso intentus, intermisit orationem & curã habuit suorum discipulorum. Cum ergo surrexisset ab oratione [& venisset ad eos, inuenit eos dormientes. Et dicit Petro] (qui

Matth.

Matt.26 qui se putabat fortiorem aliis, qui dixerat: Si oẽs fuerint scandalizati &c̃[sic: Symon dormis?]vbi ẽ nũc pollicitatio tua, vbi fortitudo tua?[Non potuisti vna hora vigilare mecũ?]quõ ires ꝑ me in carcerẽ & mortem? Deinde dicit ad oẽs.[Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ ꝓmptus est, caro aũt infirma. Et iterũ secundo abiit & orauit eundẽ sermonẽ, dicens: Pater mi, si non potest transire calix iste, nisi bibam illũ, fiat voluntas tua. Et venit iterum]ad discipulos suos,[& inuenit eos dormientes. Erant enĩ oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abiit & orauit eundem sermonem, dicens] vt supra. Docemur hic, quantam dilectionem debemus habere & curã ꝓ fratribus tentatis, qñ Christus in re tam seria ter ab oratiõe cessauit, respiciens ad discipulos: & hoc maxime requiritur à prælatis.

Cura quãta habenda & dilectio, erga fratres tẽtatos.

IESVS EST AB ANGELO confortatus. Articu. XII.

O

Confortatio domini Iesu q intelligat

CVm dñs Iesus tertio redierat ad orationẽ,[Apparuit ei angelus de cœlo confortans eũ] Talis confortatio angeli forsitan nihil aliud fuit, quam assistentia: sicut amicus amicum, vel etiã seruus dñm suum, sua p̃sentia nitit consolari. Et si forte aliqua verba consolatoria dixit, hoc fuit ex humilitate dñi Iesu, q non refugit etiã consolari à seruo. Legitur alias, qñ in deserto fuit tentatus à diabolo & esuriit, accesserunt angeli & ministrabant ei. Illic ergo angelus ministrat, hic cõfortat. Quid ergo per hoc intelligit, nisi duæ naturæ in Christo? Quod angelus ministrat Christo, ad diuinam naturam referendum est, quod confortat, humanæ naturæ attribuendum est. Habemus hic documentum: Quod enĩ Christus orans voluit confortari ab angelo, nõ ideo voluit, quasi egeret: sed voluit, vt disceremus in tribulationibus nostris refugium & auxilium quærere à Deo per orationẽ humilem, cum resignatione ꝓpriæ voluntatis. Et si dñs nõ exaudit nos secundum hoc q̃d petimus (qa forte non expediret nobis) ipse exaudiet nos ad salutẽ nostrã, sicut ipse nouit, & sicut etiã nos in principio dominicæ orationis illi commendamus: si tñ recte oramus, dicentes: Fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra. Et nihilominus mittit occulte cõsolationẽ ali

Matt.4 Marci 1 Lucæ 4

Christi cõfortatiõe quid doceamur.

In tribulatione constitutis qd congruat agere.

quã spiritualẽ in oratiõe (si tñ, vt dixi pseueremus in oratiõe, & fiducialiter ei cõmittimus causam nostrã, & nos) q̃ fortiores erimus ad sustinendũ, laborãdũ, vel resistẽdum, secundum quod accidit tentatio.

IESVS SANGVINEVM SVdorem sudauit. Artic. XIII.

P

Lucæ 22

QVũ dñs Iesus tertio ad orationem rediisset & cõfortatus esset ab angelo,[factus in agonia ꝓlixius orabat.]Agon, est certamẽ cõtra mortẽ, vel mortis anxietas: Vel potest dici reluctatio sensualitatis & rationis. Iste agon ꝓueniebat ex hoc, q̃d sensualitas in sua infirmitate relicta, ꝑmittebat agere & pati secũdũ q̃d ei ꝓpriũ erat: q̃ valde horrebat mortẽ & instantẽ pœnã cũ magna anxietate, sicut naturæ ꝓpriũ est. Rationalis vero voluntas, secundũ q̃d sibi ꝓpriũ est, feruentissime mortẽ ꝓ salute humanã desiderabat: Vñ causabat agon, siue colluctatio, ita vt ex feruore orãdi, ex app̃hensione imminẽtis ꝑiculi, & vehementi anxietate sensualitatis inflãmabat cor & corpus, vt aptis poris efflueret sudor sanguineus & rubecũdus. Iste sanguis fuit naturalis, & verus sanguis: sed effusio, siue sudatio eius, fuit supnaturalis & insueta. Per istã sudationẽ, sicut dicit Bernardus, Christus quasi dicit fleuisse, ex oĩbus membris.

Agon qd sit.

Agonia Christi vñ ortum habuerit.

Sãguis sudoris Christi vnde & quis. Bernard.

Ex isto articulo docemur, quantũ attenti & feruẽtes debemus esse in orationibus nostris: qñ dñs Iesus attentus adeo fuit, vt sanguineũ sudaret sudorẽ. Et qa nos in oratione sanguineũ sudorẽ nõ emittimus, saltẽ ꝓ sanguine lachrymas emittamus. Placẽt enĩ Deo, maxime in recordatione suæ passiõis lachrymæ effusæ. Vñ cuidã sanctæ personæ, & vt credit Mechtildi, dominus reuelauit, dicens: Dico tibi, q̃d si quis recordatione passionis meæ lachrymas fuderit cum deuotione, tam gratanter suscipere eas volo, ac si ipse ꝑ me sit passus. Surgens aũt Iesus, iterum venit ad discipulos suos, & compatiens eorum infirmitati[dixit: Dormite nunc, & requiescite.] Et ipse interim ꝑ eis & corã eis vigilabat & eos custodiebat, sicut pater filiolos, sicut pastor ouiculas. Vere bonus & pius est, & suos in finem vsque dilexit. Hic iam terminatur completorium, & dormire quis deuote potest cum discipulis sub custodia domini.

Attẽtio & feruor quantus habendus in orationibus.

Lachrymæ compassionis quantum Christo placeant.

Matutinæ hic incipiunt, habentes articulos XVIII.

IESVS INIMICIS SVIS OBVIAM PROCESSIT. Articu. XIIII.

A

Cum discipuli ad aliquã morã dormiſſent, licet paruam, dñs Ieſus præſentiens aduentum Iudæ, & eorum, q ſe capturi erant, ne diſcipuli dormientes ex improuiſo illorum aggreſſu, ſiue incurſu turbarentur, excitauit, & præmonuit illos dicens:
Mar. 14 Matt. 26 [Sufficit,] ſcilicet q̃d dormiſtis. [Ecce venit hora, vt tradatur filius hoĩs in manus
Lucæ 22 peccatoꝝ. Surgite eamus] illis obuiã. Hoc dixit ad tres: deinde iuit etiã ad alios octo,
Ioan. 18 qui longius reqeſcebant, ſuſcitans eos, [& dicens: Ecce qui me tradet ꝓpe eſt. Et adhuc eo loquente, ecce turba multa cũ gladĳs & fuſtibus miſſi à Principibus ſacerdotũ, & Scribis, & Senioribus populi. Et q
Matt. 26 Marci 14 Lucæ 22 vocabatur Iudas vnus ex duodecim, antecedebat eos. Dederat aũt traditor eis ſignũ dicens: Quẽcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ & ducite caute] .i. ne labat vobis
Ioan. 18 ex manibus, vel rapiat ab amicis [Ieſus aũt ſciẽs oĩa, q̃ vẽtura erãt, ſup eũ, ꝓceſſit eis obuiam, & dixit eis, Quem quęritis? Reſponderunt. Ieſum Nazarenum.] Ecce non potuerunt Ieſum, non ſolum non cape, verũ etiam nec cognoſcere, vt diſceremus, quia ſponte ſe Ieſus tradidit in mortem. [Dicit eis ergo Ieſus? Ego ſum. Vt ergo dixit Ieſus, ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.] Ecce oſtendit ſe eis, & non poſſunt eum tangere: imo nec ferre vim duoꝝ verboꝝ. Ecce duo ꝟba Chriſti, q̃bus ſe indicauit ſcilicet, Ego ſum, tam potentia fuere, vt totũ illũ exercitum proſtrarent in terram, & etiam Iudam? Quid factũ eſſet, ſi voluiſſet ſe vindicare, vel illis prohibere? Si ita terribilia ſunt ꝟba Chriſti, nec ferãda ab impĳs, q̃n ſe dedit in mortem .i. voluit capi, iudicari, & occidi, quam grauiter audiẽda ſunt verba eius, & quã formidanda, q̃n veniet iudicare, & malos vindicare? Quõ fierent illa verba: Ite maledicti in ignem æternum, q paratus eſt diabolo & angelis eius? Cum autem ſurrexiſſent à terra, [interrogauit eos iteꝝ: Quem quæritis? Et iterum reſponderũt ei: Ieſum Nazarenum,] Tunc dedit illis Ieſus licẽtiam agnoſcendi & capiendi ſe dicens. [Dixi vobis, qa ego ſum. Si ergo me q̃ritis, ſinite hos abire] .i. concedo vobis poteſtatẽ ſuper me, ſed nõ ſup diſcipulos meos: qa nõdum tẽpus eſt vt moriant. Ecce ſignũ charitatis: ſe dedit ad patiendum, tñ ne q̃d diſcipulis mali fieret, ꝓhibuit. Diſcamus ex hoc articulo patientiam, & bonam voluntatẽ habere ad patiendum oĩa, quę dñs ſup nos ꝑmittit, & non fugiamus, vbi agnoſcimus voluntatẽ dñi: qa q̃ fugiemus, etiãſi fugere volumus? Vbi nõ eſt dñs Deus? vbi non eſt tentatio? Pax noſtra non conſiſtit in non ſentiendo aduerſitates, ſed patiẽter tolerãdo. Pax noſtra non fiat ab extra, ſed in corde noſtro. Si noſipſos vincimus, tunc oẽs inimicos noſtros ſupauimus. Non eñi habemus maiorem inimicũ, q poſſit nobis nocere, quã ꝓprium cor noſtrum, ꝓpriamq; voluntatẽ. Ille poteſt nobis nocere, cætera oĩa, etiã totus Mundus non poteſt nobis nocere, ſi tãtummõ cor rectum habuerimus ad Deũ, & voluntatẽ conformẽ cum ipſius voluntate. Idcirco vigilandum eſt ſemp, tentatio ſemp expectanda, ſemp pugnandum contra peccata, ſemp tolerãda aduerſa: qa etſi vna recedit tentatio, immediate ſequit alia. Aliã pacẽ nõ habemus, niſi in Deo: qa ſicut ante dixi, imo ego non dixi, ſed nũciaui, q̊d Chriſtus dixit diſcipulis in cœna: In Mundo ꝑſſuram habebitis, ſed pacem habeatis in me. Si pax eſſet non ſentire aduerſa, nullas pati contumelias, inimicitias &c̃. tunc nullus ſanctoꝝ, nec Chriſtus pacẽ habuiſſet. Sed non eſt ita. Quõ eſt tunc? Sicut iã dixi, vt pacẽ habeamus cũ Deo, & in Deo in corde noſtro, in volũtate noſtra, & foris patienter ſuſtineamus aduerſa & non ſolum foris, ſed etiam intus timores, tentationes, pugnas, quibus repugnandum eſt.

IESVS OSCVLO TRADITUS EST. Artic. XV

E

Cum Ieſus inimicis ſuis, vt ꝑdixi, licẽtiam ſe capiẽdi dediſſet, [Iudas cõfeſtim accedẽs ad Ieſum dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eũ.] Dñs Ieſus ꝑ conſuetudine habuit veniẽtes ad ſe diſcipulos dũ obſuerãt oſculo recipe. Cęteꝝ videte hunc nequam quãta infidelitate obcæcatus fuerat, q̃d credidit dñm latere ſuã neqtiã. Veniebat eñi cũ armatis, & ꝓceẽds ad dñm, oſculabat eũ: exhibẽs falſum ſignũ pacis & charitatis, q̃ſi ipſe nihil mali haberet in corde, nec ꝑtineret ad turbam armatã, ſed caſualiter ſic

ante

ante hortũ cõuenissent, & hac simulatiõe putabat se illudere dño, & decipere illũ, vt nõ posset dolũ eius & malitiam aduertere. Oh q̃re nõ meminit, q̃ties dñs Iesus cogitatiões cordiũ Iudæis, Scribis & Pharisęis manifestauit: q̃d ipse est inspector cordium, & nihil potest illi esse occultũ. Dñs Iesus humiliter inclinauit se ad eũ, & dulciter dedit ei osculũ, & benigniter affatus est eũ, dicens: [Amice ad qd venisti? Iuda osculo filiũ hominis tradis?] Nõ putes peccatum tuum me latere. Ego noui quare venisti, ego scio quid est in corde tuo. Si adhuc pœnitere volueris fili mi, recipiã te ad pœnitentiã, & peccati tui nõ recordabor, & lauabo te sanguine meo, quẽ tu vendidisti.

Matth. 9
Marci 2.
Luc. 5. 6. 11

Matt. 26
Lucæ 22

Charitate quanta Christus vsus est erga Iudam proditorem.

Charissimi filij, audita tanta mansuetudine pijssimi Iesu, magni dñi, creatoris Mũdi sup nequissimo traditore, qs non emolliatur in corde suo erga suum (si quem habet) inimicũ? Quis non recipiet hic documentum? quis non videt exemplum, quõ oporteat iniurias obliuisci, offensam dimittere, & inimicum suũ magis velle lenitate & charitatis officio placare, quam se mali retributiõe, vel verbo℞ asperitate vindicare? Habemus hic bonũ exemplũ dilectionis inimico℞. Cogitate qd nos faceremus, si ꝓditorem nostrũ haberemus ante nos in ipso actu & exercitio ꝓditionis suæ, & potestatẽ haberemus in illũ sicut Christus. Quid faceremus? In frusta vtiq; decerperemus. Et qd Christus fecit, iã audistis. Osculatus est eũ, & dulciter eũ allocutus est.

Iniquos diligẽdi exẽplũ pmagnificum in Christo

IESVS HOSTEM SVVM curauit. Articu. XVI.

C
Lucæ 22

Domino Iesu p osculũ tradito, [videntes hi q circa ipsum erant, quod futurũ erat] .i. q̃d vellẽt ir ruere in Iesum, interrogauerũt Iesum, [dicentes, Dñe si pcutimus in gladio?] Petrus zelo accensus, non potuit expectare responsum: [sed eduxit gladium, & percussit pontificis seruum, cui nomen erat Malchus,] & maiori furore se ingessit ad apprehendẽdum Iesum: [& amputauit auriculã eius dexterã] Sed dñs Iesus increpauit Petrum, & mandauit [vt gladium reduceret in vaginam, qa qui gladium accipit]: cui nõ est cõmissus, sed sua authoritate accipit vel vtitur, dignus est vt gladio pereat [Calicẽ (inquit) quem dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illũ? An putas, q̃d nõ possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi plusq̃ duodecim legiões angelorum?] Nõ ergo opus haberẽ duodecĩ apostolis, si vel lẽ pugnare, aut me defẽdere. Legio cõtinet sex milia, sexcenta sexaginta sex. [Et cum tetigisset auriculã eius,] scilicet Malchi. [sanauit eũ.] Iste Malchus crudeliorẽ & minatiorẽ se ostenderat cõtra Iesum, sed dñs Iesus ꝓ malo (vt cõsueuerat) retribuit bonum. Et qd mi℞? De fonte aliud nõ fluit, nisi q̃ plenus est. Et ipse Christus fõs est, et origo totius bonitatis, nec aliud fluit nisi pietas, charitas, misericordia, benignitas & cęt. Ipse seruauit q̃d ante docuit, scilicet: Benefacite his q oderũt vos. Et Apostolus eius Paulus. Noli (inqt) vinci à malo, sed vince in bono malum. Item: Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: Si sitit, potũ da illi. Hoc enĩ faciens, carbones ignis congrues sup caput eius. Hæc faciamus & nos, qa hæc est doctrina quã habemus ex hoc articulo.

Matth. 22
Marci 14
Ioan. 18

Malchi crudelitas in Iesum quãta fuerit.
Mansuetudinẽ Christi imitandam erga hostes nostros.
Matt. 5
Rom. 12

IESVS VOLENS CAPTVS est. Articu. XVII.

D
Lucæ 22

In illa hora (vt dicit Euãgelista) dixit Iesus ad turbã & ad magistratus, & seniores populi & ad principes sacerdotum], quã uis isti non venerant in propria ꝑsona, tñ Euangelista sic refert, vt ostendat illo℞ volũtate & iussu hoc gestum esse: quia seruos suos miserant. Ad quos dicit Iesus. [Tanq̃ ad latronẽ existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, cum quotidie fuerim vobiscum in templo, & nõ extendistis manus in me.] Quasi dicat: Ergo nec mõ possetis [Sed hæc est hora vestra vobis cõcessa, & potestas tenebra℞] .i. diaboli, q vos cõcitat & instigat. [Tũc cohors & tribunus] q eis ꝑerat, [manus iniecerũt in Iesum & tenuerunt eũ.] O quã duri silices, q vidẽtes tantã dñi potentiã in sui ꝓstratiõe nõ sunt aĩo moti: vidẽtes tantã charitatẽ & beneficentiã in curatiõe Malchi, nõ sunt ædificati: audiẽtes tantã benignitatẽ in ipsius allocutiõe, nõ sunt emolliti, sed peiores effecti, sic oĩbus impijs, quãto magis cõdescẽdit, quãtoq; plus indulget, tãto amplius indurant. Cogitate nũc quõ in ipsum irruunt. Nullus est qui non velit aliquam singularem contumeliam facere. Nullus est, qui nolit se de prostratione sui, in ipso vindicare. Oẽs clamãt, oẽs sęuiunt. Alius trahit supra, alius ĩfra, alius ꝑcutit, alius trudit alius illudit, alius maledicit: & miserabiliter atq;

Matt. 26
Mar. 14

Lucæ 22

Ioan. 18

Captio Iesu quã fuerit crudelissima.

atq; crudeliter tractant dñm, veluti agnum mansuetissimum, cui euellitur lana. Ex captiuitate Christi, monemur captiuare nos in obsequiũ eius, si volumus esse grati. Captiuemus ergo oẽs sensus nostros .i. refrenemus eos ab illicitis. Captiuemus oculos, ne videamus illicita, vel ꝓuocantia ad concupiscentias luxuriæ, gulæ vel auaritiæ. Ita captiuauerunt sensus suos quædã sanctę virgines, vt etiam præter manus vel pedes nudam propriam carnẽ in corpore, nunquam videre voluerint ob amorem castitatis. Captiuemus aures, vt non audiamus rumores seculares, qui semp fere maculant conscientiã, & gignunt vanas cogitationes. Non audiamus detractiones, verba impudica, quia dicit Apostolus: Corrũpunt bonos mores, colloquia mala. Captiuemus manus ab illicito tactu. Captiuemus totam voluntatem nostram, sub voluntate superioris nostri in voluntatẽ Dei. Captiuemus totum corpus nostrũ, in seruitutem Dei.

Captiuare vii debeamus sensus nostros. Oculos. Aures. 1. Cor. 15 Manus. Voluntatẽ. Corpus.

IESVS VOLENS FVIT LIGATUS. Articu. XVIII.

E

Postquã Iesum mitissimũ agnũ rabidi canes comphenderũt, & cõtumelijs & verberibus repleuerunt, quãtum voluerunt: [ligauerunt eũ]. Non oẽs capti ligabant, sed qui maioribus criminibus erant obnoxij & mortis rei, & talem æstimabant, vel æstimari volebant dñm Iesum. Compatiamini pijssimo Iesu, habeatisq; viscera miseratiõis sup eo. Ecce in cuius potestate, in cuius manu sunt omnia, & nisi ipse teneat, nihil in mundo subsistit, pmittit se ligari & tractari ab illis, q̃bus dat viuere & esse, qui ante ipsum sunt puluis & cinis. Discamus ex hoc articulo nos ligare scilicet oẽs sensus nostros, corpus nostrũ, animũ nostrũ omnesq; vires & passiones ipsius ad seruiendum Deo, vt propositũ nostrũ bonum sit, stabile & firmũ, & non inueniamur ita incõstantes. Habeamus oĩa mẽbra nostra ligata, vt nihil loquamur, nihil faciamus q̃ Deus offendat, aut ꝓximus lędatur. Multi nostrũ indigerent ligari in lingua: Nos sumus nimis prompti & incõtinentes ad loquendũ, qcquid nobis in buccam venerit. Patres nostri posuerũt vinculũ pro lingua, scilicet silentium: & si rũpit hoc, reficiat cũ virga. Sed nil curamus. Habeamus aliud melius vinculũ, timorẽ Dei, qui est certe optimũ vinculum cõtra omnia peccata. Quando etiam cogitamus hunc articulum, rogemus vt dñs Iesus nos à vinculis peccatoꝝ liberet, & vinculis charitatis insolubiliter liget.

Ligari quinã soliti fuerint rei. Esaiæ 4 Ligare in nobis mystice quam debeamus. Lingua à quibus liganda sit. Vinculo quonam lingua liganda.

IESVS FVIT DERELICTVS à suis discipulis. Articul. XIX.

F

Cum discipuli vidissent crudelitatẽ hostiũ, mansuetudinemq; Magistri sui, q̃d pmitteret se adeo indigne & pœnose tractari sine aliqua resistẽtia vel contradictione, [relicto eo oẽs fugerũt.] Cogitate, quãto dolore cor Iesu torquebat, cũ filij sui, discipuli sui, fratres sui, ita eũ relinquentes, fugiebant, quibus chariores nõ habebat (matre excepta) in hoc mundo. Vnde etiam ꝑ beatum Iob pro speciali dolore conquestus est, quod per istos dies causa tantũ est: Fratres mei se elõgauerũt à me, & noti mei quasi alieni recesserũt à me. Pensate tristitiam discipuloꝝ fugientiũ, sicut orphani sine patre: nescientes quo deberent ire: quia dulcissimus Magister auferebatur ab eis.

Habemus aũt hic primo documentũ, vt videamus ne fugiamus à dño. Ille fugit, q propter aliquod temporale commodũ, vel tẽtationem aliquam relinqt iustitiam, aut veritatem. Et generaliter in omni peccato mortali, fugit à Deo. Secundo consolamur, si forte in necessitatibus nostris deserimur ab amicis, q̃s putabamus fideliores, quia & Christo hoc factum est.

Iob. Fugere mystice quinã dicantur à Christo.

IESVS DVCTVS EST AD Annam. Artic. XX

G

In hoc articulo cõsiderare habetis, quibus contumelijs, verberibus, iniurijs, clamore, armorum strepitu & clangore mansuetissimum agnum trahebant & impellebãt, q̃n captũ & ligatũ [eum duxerũt ad Annã.] Fuit autẽ hæc ductio violenta, ignominiosa & dolorosa. Violenta q̃a tractũ & verberibus. Licet eñ dñs sponte ibat sicut agnus ad victimam, nihilominus tñ non ducebant, sed potius trahebant eũ, vnus sursum, alius deorsum, alius dextrorsum, alius sinistrorsum: ita vt dñs sæpius cecidisse credat, nec se iuuare potuisse: q̃a ligatas habuit manus, & cũ surgere cito nõ poterat, sup terrã tractus putat. Isti eñ ribaldi, qcquid, ex industria, doloris & cõfusionis excogitare poterant dño inferebãt. Secun-

Ductio hęc quã fuerit violenta. Ieremias.

Ignominiosa.

Dolorosa.

Secundo fuit ignominiosa, quia ducebat vt latro, scilicet vinctis manibus (vt multi scribũt) post tergum. Tertio dolorosa, qa multos dolores passus est in corpore & in corde.

Ductus vti fuerit Christus nonies ignominiose.

Nonies legitur dominus Iesus ductus à media nocte, qñ fuit captus, vsq; ad meridiem quando fuit crucifixus. Primo fuit ab orto, quando captus fuit & ductus ad Annam: Et hæc est ductio, de qua nunc loquimur. Secundo, duxerunt eum ab Anna, ad Caipham. Tertio, à Caipha ad Pilatum. Quarto, à Pilato, ad Herodẽ. Quinto, ab Herode, iterum ad Pilatum. Sexto, milites duxerunt eum intro in prætorium, vbi illuserunt ei corona spinea eũ cruciantes. Septimo, Pilatus eduxit eũ foras, portantem coronam spineam. Octauo, eduxit eum ad locum, vbi sedit pro tribunali. Nono, fuit eductus ad locum Caluariæ, vbi fuit crucifixus.

Ductiões hasce nouem qui mystice honorentur.

Has nouẽ ductiones repręsentant homines deuoti hodie, qñ nouẽ Ecclesias, vel nouẽ altaria visitant, & deberent etiam cogitare, quid in qualibet ductione dominus Iesus passus esset, & quid ab vna vsque ad aliam. Qui autem non vult, vel non potest visitare tot Ecclesias, deberet vel posset tot Pater noster dicere, & tot genuflexiones, vel prostrationes facere: & sic dño Iesu pro singulis gratias agere. Possent hic multa moraliter dici, sed maneamus cum passione dñi.

IESVS FVIT PRAESENTAtus & examinatus ante Annã. Ar. XXI.

H

Ioan. 18

INterim q̃d dominus fuit in horto captus, cõgregauerunt se Scribę & Pharisæi in domo Caiphæ, q erat Pontifex anni illius, & ad quẽ ducẽdus erat Iesus. Sed qa in via, domũ Annæ præterire habebãt q ducebant Iesum, & qa [Annas erat socer Caiphæ,] ad reuerẽtiam illius [duxerũt primo] dñm [ad Annam. Annas ergo pontifex interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.]

Ioan. 18

Respon sum cur Christus non dederit pontifici de discipulis suis.

Ad primã interrogationẽ Iesus nihil respondit, quia discipuli fugerant, & non poterat multa bona pro hoc tempore dicere de illis, nec voluit malum dicere. Et in hoc habemus documentum, quomodo debemus semp̃ custodire famam proximi nostri, vt non loquamur mala de ipsis.

Fama proximi quãto studio conseruanda.

Ecce quantum irascimur alteri, si quis de nobis male loqtur: ergo non debemus alteri facere, q̃d nobis nolumus fieri. Ad secundam quæstionem de doctrina, [dñs Iesus respondit: Ego palã locutus sum Mũdo. Ego semp docui in synagoga, & in tẽplo, q̃ oẽs Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas], id est, cui nõ credis [Interroga eos, q me audierunt, qd locutus sum illis.] Ecce hi sciunt, quid dixerim ego.

IESVS FVIT ALAPHA cæsus. Artic. XXII.

I

Ioan. 18

CVm hæc respondisset Iesus] põtifici, vt habitũ est proximo superiori articulo [vnus ministrorũ assistẽs] & volens cõplacere dño suo, & vlcisci suum dominũ de Iesu, tanquam Iesus male & superbe respondisset põtifici, & pontificẽ arguisset stultę interrogationis: Idcirco, vt dixi, ad placendum dño suo, [dedit alaphã Iesu, dicẽs: Sic respondens pontifici?] Ista alapha tã valida fuit, vt Iesus inclinaretur ad terrã. Hæc sola alapha suffecisset (dicit Ambrosius) p̃ redemptione generis humani.

Alapha Iesu data quã fuerit crudelissima & atrocissima. Ambros.

Pensate quantum dolorem, & quantum contemptum sustinuit bonus dominus, magnus dominus, creator cœli & terræ à vilissimo vermiculo, ab indigno stabili seruo, quantã ingratitudinẽ p̃ beneficio p̃stito. Nã ille Malchus fuisse dicit, cuius sanauerat Christus auriculã in horto.

Ioan. 18

Sed qd fecit Iesus? Nunqd mãdauit igni de cœlo, vt cremaret istũ blasphemum? Nunqd dixit terræ, vt aperiret os suũ & deglutiret eũ in infernum? Non. Potuisset qdem hoc facere, sed noluit. Quare hoc nõ fecit? Noluit vti sua potentia, sed patiẽtia. Noluit se vindicare, sed percussorem suum benigna allocutione placare. [Dixit Iesus illi] leniter. [Si male locutus sum, testimonium p̃hibe de malo.] Ecce dñs acceptat iudicari vel iudiciũ subire cum seruo, quẽ magis potuit punire. Non sic modo faciunt diuites. Ipsi nec quærunt, nec faciunt iudiciũ & iustitiam: sed opprimunt etiam innocentes p̃ potentiã: hoc ipsi videbunt.

In diuites pauperũ oppressores.

Dñs dixit: Si male locutus sum &c. [Si aũt bene locutus sum, qd me cædis?] Quid hac responsione benignius, qd hac benignitate dulcius? Sic lenitate verborum placat seruum, vt tñ illi suũ ostendat peccatum. Et qd nos discimus hic, nisi q̃d de acceptis iniurijs non solum non debemus nos vindicare, sed etiã iniuriantes lenitate verborũ placare? sicut Christus fecit. O quãta est sũbia nostra, qñ etiã nos offendimus, erubescimus priores ve-

Iniuriam in nos iniurie congestam nõ esse vindicandam per nos.

niā petere, & fratrē recōciliare. Ecce dñs & creator Mūdi pcussus à seruo gregario, & prior studet illū placare, siue pacare. Nos interdū, qñ cōtumeliā pximo fecimus, nō solū nō petimus īdulgētiā, sed etiā gloriamur q̊d illū cōfudimus, q̊d bene expediuimus: Et hoc valde malū est: qa quoties qs gaudet de peccato facto, etiāsi nō iterat opus, iterat tñ culpā & reatū toties, q̊ties illi peccatū placet ex cōsensu ratiōis. Habemus etiā documentū hic, q̊d iniuriantibus nobis possumus ostendere eorꝝ peccatū, & reprehēdere, sed nō ex ira vel impatiētia. Quia qñ est ira in corde, tūc p illo tpe neminē debemus corripe: Correptio eñi fraterna ex charitate debet pcedere, nō ex furore vel passione. Debemus tam leniter, dulciter, et humiliter loq inimico vel irato, vt v̄ba nostra cor ipsius emolliāt, & irā extinguant, nō aūt magis accendāt. Tertiū documētum habemus hic, q̊d verba Euāgeliȷ̄ non sunt semp intelligēda & seruāda ad literā, sicut v̄ba sonant alioqui in isto facto ipsemet Christus non fecisset, q̊d docuit, vel non seruasset Euangeliū. Quid est hoc? Ipse pdicauerat, & iusserat: Si qs pcusserit et in viā maxillam, pbe ei & alteram. Ecce ipsemet pcussus est, & tū non pbuit alterā, sed magis pcussorem corripuit. Num trāsgressus, vel puaricatus est suam doctrinā? Minime. Ipse fecit quæ docuit. Ista verba de pbendo aliā maxillam, & alia multa similia in Euangelio nō sic intelligēda sunt, quod oporteat ea seruari semp, secundum effectum & exhibitionē exteriorē: vt verba sonant, sed secūdum pparationem animi, vt paratū habeat animū talia ferre, vel agere, si requirat. Sensus ergo iste talis est. Si qs te pcusserit ad vnā maxillam .i. si qs tibi iniuriam fecerit, tam patiēter ferto, vt etiam paratus sis æquanimiter maiora sustinere, si inferant. Et sic fecit hoc in loco etiam Christus, patienter sustinuit alapham in maxilla, & paratus fuit etiam aliam pati, si pcussus fuisset, paratus fuit maiora sustinere, sicut & fecit, qa nō longe post, totū corpus flagellis & verberibus exposuit. Et ideo sacra scriptura non semp est intelligēda in sensu quē facit, sed in sensu in q̊ fit. Vñ aliqs posset facere secundū v̄ba Euangeliȷ̄, & tū non seruaret mandatū Euangeliȷ̄: Verbi gratia. Aliqs pcussus ad vnā maxillam posset secundū v̄ba Euangeliȷ̄ etiā aliā porrigere, & tñ tacitus in corde ira excandescere, & de vindicta occulta cogitare. Ille pfecto non seruaret pceptum Euangeliȷ̄, qa non habet patientiam veram, sed tantum simulatam respicere ad intentionē præcipientis.

Corripe- re nos con- tumelia af- ficientes q̊ mō & qñ debeam⁹.

Verba san- ctæ scrip- turæ non semp ad li- teram ac- cipienda vel intelli- genda.

Matth. 5

Maxillam vnam per- cutienti p- bēdam es- se & alte- ram, quō intelligen- dum.

Parat⁹ vt sit semper noster ani- mus maio- ra sufferen- di.

Sensus sa- cræ scri- pturæ q̊ modo ca- pienda.

IESVS FVIT DVCTVS AD Caipham. Articul. XXIII.

K

Annas non diu tenuit dñm Iesum in domo sua, qa ad illum nō spectabat principaliter examinare Iesum. [Ideo misit eū ligatum ad Caipham] q erat dolosior iudex: sicut ex vi vocabuli patet. Nam Caiphas interptaꝭ sagax, vel inuestigator, & ipse sagaciter, & subdole valde interrogauit Iesum, si posset cape eū in sermone, vt patebit. [At illi, comphendentes Iesum eumq; tenētes, duxerunt eū ad Caipham Principem sacerdotū, vbi oēs Sacerdotes, Scribæ, & seniores conuenerant.] Accipiunt inq̄ eū veluti rabidi canes, & impetuose ducunt ad Caipham. Pontifices Iudæorum non habebant iudiciū sanguinis, sed examinabant causas, & tunc reū & causam eius pſentabant Iudici pſidi .i. vicario Impatoris. Et ideo forte duxerunt Iesum ad vtrunq; pontificem, vt coram vtroque dānatus, magis diffamaretur, & crederet reus à Pilato. Nam etiam Annas damnauit eū .i. iudicauit reū mortis, ex hoc quod misit illū ligatū ad Caipham. Habemus hic exemplum magnæ humilitatis & patientiæ, quod dignaꝭ duci de Iudice ad Iudicē veluti esset malefactor vel magus. Hoc exemplū pſtitit, & pſtabit adhuc sanctis Martyribus consolationē & confidentiā, vt non timeant duci ante reges, & pſides, & tyrannos ppter nomē dñi: sicut dñs eorū ductus est p illis, & p nobis oībus. Nōdum eñi cōpletus est numerus Martyrū, sed erunt adhuc multi, q occidendi sunt in fine seculi, in vltima persecutione, tempore scilicet Antichristi propter fidem.

Ioan. 18

Caiphas qd interpre- tetur. Matt. 26 Mar. 14 Luc. 22

Humilitas & patien- tia Christi quanta ... hoc arti- culo ... Matth. 10

IESVS FVIT TER NEGAtus à discipulo. Articu. XXIIII.

L

Legimus ex Euāgelistis, Petrū ter dñm negasse: Sed vbi tres illas negationes pfecerit dicendum est pro concordia Euangelistarū, q̊d semel vel bis fecerit eas in domo Annæ: reliquas in domo Caiphæ: hoc scilicet modo: Cum dñs Iesus captus fuerat in horto, & discipulis fugientibus Petrus & Ioannes q cęteris feruentiores erāt, reuer-

Matt. 26 Mar. 14 Ioan. 18

Negationes tres ... vbi & ... factæ sint.

Luc. 22

reuersi sunt, sequentes eũ à longe, vt viderẽt qd futurũ esset de dilecto Magistro suo.
Ioan.18 Cũ ergo Iesus introductus esset in domũ Annæ, [Ioãnes introiuit cũ eo in atrium pontificis, qa erat notus pontifici. Petrus aũt ad ostium foris stabat. Exiuit ergo Ioãnes, & dixit hostiariæ, & introduxit Petrũ. Dixit ergo ancilla hostiaria Petro: Nunqd
Matth, 26 Mar.14 Lucę 22 & tu ex discipulis es hominis istius? Respõdit Petrus: Nõ sum. Et: O mulier, nõ sum: non noui illum: nescio qd dicis.] O Petrę, magna est fragilitas tua, vbi nũc sunt ṽba
Matt.26 quæ dixeras, te paratum esse ire in carcerẽ, & mortem cũ Magistro tuo. Ecce vna muliercula, ecce ancilla vna & hostiaria interrogat, & nõ audes confiteri: quid faceres,
Ioan,18 si milites & armati te apprehenderẽt? [Stabant aũt serui & ministri calefaciẽtes se ad prunas, quia frigus erat. Stabat aũt Petrus in medio eorũ, calefaciens se.] Timens ergo Petrus ne agnosceretur exiuit. [Et cum vidisset eũ alia ancilla, dixit: Et hic cum Iesu Nazareno erat. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex illis es? Petrus cœpit iurare, qd non nouisset hoĩem. Et statim gallus
Matth. 26 Mar.14 cantauit] Creditur hoc factũ esse in domo Annæ [Et post pusillum, quasi interuallo vnius horę] scilicet interim, q̃d dñs ductus est ad Caipham, & Petrus fuerat secutus, [& iterum stabat cum ministris calefaciẽs se. Dixerunt ergo ei: Vere tu ex illis es,] sci
Ioan. 18 licet discipulis Iesu [Nam & Galilæus es, & loquela tua te manifestum facit. Et cognatus illius, cui abscidit Petrus auriculã, dixit: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Et iterum cœpit Petrus se etiam anathematizare, qa non noui hoĩem, quem dicitis.] Ecce quõ Petrus continuando peccatũ, augmentauit etiã peccati grauitatem. Primo simpliciter negauit: Secundo negat cum iuramento: Tertio cum iuramẽto negat, & cum sui maledictione. Cũ ergo ter
Lucæ 22 negasset, [continuo gallus,] scilicet secunda vice, [cantauit, Et conuersus dñs,] scili
Matt.26 Mar.14 cet ad misericordiam. [respexit Petrum,] scilicet oculo miserationis, & illuminationis. [Et recordatus est Petrus ṽbi Iesu, q̃d dixit: Priusquam gallus cantet, ter me ne-
Lucæ 22 Matth. 26 gabis. Et egressus foras, fleuit amare,] q̃d tam dilectũ dñm negasset &c̃. dicat ex Itinerario Clementis, quõ fugit in galli cantum. Habemus hic plura documenta. Primũ, vt non cõfidamus in nobis ipsis, sed timeamus: cum princeps oĩm Aposto

Negatio Petri quã grauissimum fuerit peccatum.

Cõfidere neminem debere suis viribus.

lorũ & caput fideliũ, tam grauiter, & tam faciliter cecidit. Ergo caueamus à supbia & psumptione, qua fit, vt nos dñs derelinq̃t, vt discamus qd sumus ex nobis, & qd possumus, certe nihil: sed siue nõ peccare, siue benefacere à Deo est, cum consensu arbitrij nostri. Secundum, vt discamus q̃d societas multum promouet hoĩem siue ad bonum, siue malum. Nã quãdiu fuit Petrus in cœtu Apostolorũ, nõ negauit Christum, sed qñ venit in cœtũ curialiũ, ibi negauit. Adhuc ita est, vt boni efficiant mali in curijs principũ. Nã cũ electo, electus eris, & cum puerso puerteris. Tertium, vt si quis ciciderit in peccatũ, pœniteat & doleat, nec disperet, sed sumat exẽplũ spei & pœnitentiæ in Petro resurgente, cui post lapsum & resurrectionem emendato, commissa est tota Ecclesia. Sed diceret qs: Quare dñs tm̃ Apostolum pmisit cadere, super quẽ fundaturus erat totam Ecclesiam? Dicendum, quod Petrus pficiendus erat toti Ecclesiæ. Vt ergo nõ esset nimis durus, vel incredulus & indiscretus, sed sciret compati & misericordiã habere cum infirmis & impfectis, voluit dñs, vt hoc disceret suo proprio exemplo, vt in seipso experiret in firmitatem propriam, & inde disceret, quõ tolerare & curare deberet alienam.

Societas siue ad bonũ, siue ad malum qd valeat.

Psal.17 Desperare neminem debere de quocunq; peccatore

Petr⁹ cur promissus sit cadere in negationem.

IESVS FALSA CONTRA se testimonia pertulit. Arti. XXV.

M

PResentatus (vt pdictum est) dominus Iesus in domũ Caiphę, vbi congregati fuerant Principes, & Scribæ, & Seniores populi in consilio, stetit in medio eorũ, sicut agnus inter lupos. Nã, [Principes sacerdotum, & oẽ consilium q̃rebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent. Et non inuenerunt, etiam cum multi falsi testes accessissent. Et conuenientia testimonia non erunt.] Magna laus est dño Iesu, q̃d etiã inimici eius nihil falsum componere potuerunt, q̃d speciem haberet mali, eo q̃d in cunctis tã innocenter & prudẽter se habuit. [Nouissime autẽ duo falsi testes venerunt, & falsum testimonium ferebant aduersus eũ, dicentes: Quin nos audiuimus eum dicentem: Possum destruere templum hoc Dei manufactum, & in triduo aliud nõ manufactũ, reędificare.] Per hoc voluerũt pbare, q̃d fecisset se Deũ, vel sibi potẽtiam diuinã attribuisset, qa hoĩ puro nõ fuisset possibile. [Et nõ erat cõue

Matt.26 Mar.14

Ioan.8

niens testimoniũ eorũ]qa mutauerãt ṽba, & sensum.Dñs Iesus nec eadẽ ṽba, nec in eodẽ sensu locutus est, q̃ illi ꝓposuerunt. Nam Christus hoc dicebat,de templo sui corporis.Illi vero intelligebant de tẽplo materiali Salomõis.Secũdo etiã calumniant in ipsis ṽbis,dũ q̃dam addũt,& quędã mutant.Saluator em̃ dixit, non ꝑcipiẽdo, sed ꝑdicendo: Soluite templũ hoc.i.soluetis.Ipsi aiunt:Ego dissoluã templũ hoc manufactũ.Vos inqt.Soluite,nõ ego. Quia illicitũ est,vt ipsi nobis inferamus mortẽ. Deinde illi vertũt:Et post triduũ,aliud nõ manufactũ ędificabo,vt ꝓprie de tẽplo Iudaico dixisse videret.Dñs aũt vt ostẽderet se de spirituali tẽplo sui corporis locutũ, nõ dixit,ædificabo,sed excitabo illud.

Ioan.2 Templum dissoluendum vti Christus seipsum ꝑdixerit.

Mendaciũ omne quãto studio sit fugiendum.

In hoc articulo primo edocemur execrari nos debere omne mendaciũ,omnemque dolum & simulationẽ.Nã qcunq; hæc sectant,veritatem negant, & Deo resistũt. Secundo monemur iniquarũ accusationũ esse patientes.Nunq̃ em̃ prorsus iniqua est nostri accusatio. Si em̃ in eo quo accusamur,non deliquimus,in alio q̃ nemo nos accusat,Deo peccauimus. Nunquã igitur innocentes sumus,quãuis hoc ipsi ignoremus.Christus vero innocens fuit totus in omnibus.Ideo absq; grandi iniuria,absq; blasphemia,leuissimi cuiusuis peccati non potuit accusari.Tertio, debemus summe falsum testimoniũ vitare, eo,quod falsum testimonium proferens,multis fiat obnoxius.Primo scilicet Deo, quia contra veritatem loquitur.Deinde Iudici,quem mentiendo fallit.Tertio innocenti,quem mẽtiendo impedit aut lædit. Quarto sibiipsi, quia os quod mentitur occidit animam. Quinto exigitur ab eo restitutio & satisfactio,quæ tamen perraro fit.

Accusationes iniquę quonã animo ferendæ.

Testimonium falsum qbus malis fiat obnoxius

Sapien.1

IESVS INIQVE BLAsphemiæ accusatur. Articulus XXVI.

N

Matt.26 Mar.14 Lucæ 22

ET exurgẽs summus Sacerdos in medium, interrogauit Iesum,dicens: Nihil respondes ad ea,quę isti aduersum te testificantur, & quæ obiiciuntur tibi ab his?] Testimoniis cum nullis posset Caiphas criminandi locum inuenire ad aliam se fraudem versipellis iste conuertit. Sciebat nanque omnia falsa esse testimonia quæ fuerant adducta,quibus nil fidere posset: & superbia simul ac ira exagitatus, surgit & ad loquendum prouocare Iesum contendit, callide occasionem quærens, vt ipsum in multorum præsentia in sermone caperet,aut quippiam inueniret,vnde eum accusaret.[Iesus autem tacebat, & nihil respondit.]Quare tacebat?quia mẽdacia sola & incongrua testimonia producebant, indigna prorsus ad quæ responderetur. Sciebat præterea calumniandi eos duntaxat quærere oportunitatẽ:et quicqd dixisset,paratos ad subuertẽdũ. Atq; ideo occasionem eis ꝓstare noluit calumniandi maiorẽ.Docere quoq; nos voluit,dum ab importunis accusamur hoĩbus mendaciter, dumq; respõdendo nihil ꝓficimus,nisi q̃d tunc grauius irritant aduersarii, sustinere debemus atq; tacendo pati. Hoc mõ cũ nihil adhuc,licet à Põtifice admonitus, Iesus respõderet,iratus Põtifex q̃d nil audisset accusatione dignum,exurgens in medium,qa furor illũ de sede expulerat, stãs in faciem Christi,ait illi:[Adiuro te per Deũ viuum,vt dicas nobis,si tu es Christus filius Dei viui benedicti.] Non desiderio veritatis inuestigãdæ,dñm Caiphas adiurat, sed vt locũ inueniat cõtumeliæ,audiatque vñ Christũ queat accusare.Ideo tãta vrget Christũ autoritate diuini noĩs, cui Christus si nõ reuerentiã daret respondendo, argueret eũ rebellẽ,supbũ ac Deo cõtumeliosum:si responderet,q̃d nõ dubitabat responsurũ, blasphemiæ illi crimẽ imponeret.Hæc versutia Iudæorũ semp fuit,Iesum ancipitibus laqueis quæstionibusq; dolosis circumuenire,vnde illum sperabant se nõ posse extricare.Dñs igit Iesus,licet Caiphæ versutam nõ ignoraret malitiã,ne diuini nominis paruipẽdere videretur autoritatẽ.[Dicit illi Iesus:Tu dixisti,quia ego sum.]Ego hoc de me non iacto,sed tu dixisti quomodo est,quia scilicet ego sum. Ne tamen diuinam tantum me putes confiteri naturam,audi & humanam:[Verumtamen dico vobis,]non tibi o Caipha soli, sed omnibus:[Amodo videbitis filiũ hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei.] Amodo videbitis,hoc est, nõ iã statim post hæc verba,sed post hoc tẽpus in fine Mũdi videbitis filium hominis sedentem in ęquali potestate ac Maiestate Dei patris. Videbitis autem eum,[& veniẽtem in nubibus cœli,]hoc est,ad iudicandum viuos & mortuos.[Tũc Princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit] Iudæ-

Matt.26 Mar.14 Lucæ

Matth. Mar.14

Num.

Vestimenta scindendi Iudæis mos vnde

Iudæorum erat consuetudo, si quippiam sibi vehementer inimicũ audirent, & vnde vehemẽter tristarent, scindere vestimẽta sua: quẽadmodũ dũ blasphemiã audirẽt, quasi grauiter cõtristati ob sermonis indignitatem, ac Dei contemptũ, scindebãt vestimẽta sua. Hoc mõ Caiphas simulator & hypocrita pessimus, q̃si læsum se adeo vehementer ꝓpter verba Christi, quẽ blasphemũ iudicabat, fingebat: vt vestimẽta scinderet, clamãs: Blasphemauit. [Quid adhuc egemus testibus?] Vide quoque iterũ, quomodo hic Caiphas nesciens prophetat. Nã sacerdotale vestimentum scindẽs, qd aliud iudicat, quam quod legis velamentum? Et dixit: Quid adhuc egemus testibus? ꝑ nihilo laboramus. Quod quærimus, ecce iam palam audistis. Miser tu, & licet princeps, nequam tamen: tu bis blasphemas, q Christo Dei filio detrahis, & negas quod Dei est, qui (licet ilia tibi rumpantur) vere Deus est, & imponis eidem, quod nisi pessimorum est nebulonum: crimen blasphemiæ. In hoc præsenti articulo iubemur iram refrenare, ne foras ꝑ verba aut facta erumpat. Nam ira viri, iustitiam Dei (iuxta diuina eloq̃a) nõ operat. Igitur dãdus est locus iræ, vt nõ ꝓximos nostros ꝑ furorẽ aut ĩpatiẽtiã irritemus aut scãdalizemus. Solet præterea plus ædificare alios verba iniuriosa patienter perlata, quam superba nostri ipsorum excusatio aut iustificatio: quorum alterum patientiæ, alterum superbiæ & impatientiæ iudiciũ est. Credo etiam, nisi Caiphas ira ac furore repletus fuisset, in vocem nõ erupisset.

Vestimentorũ Caiphę scissio mystice quid.

Ira quãto sit studio refrenanda.

Iacob. 1

Verba iniuriosa quam patienti animo ferenda sint.

O IESVS VT REVS MORTIS, damnatur. Articu. XXVII.

Matth. 26 Mar. 14

ECce nunc audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? Qui respõdentes omnes, condemnauerunt cũ & dixerunt: Reus est mortis.] Cum Pontifex dñm iudicasset vt blasphemũ, blasphemus ipse pessimus, alios interrogat, q intererãt cõcilio: Quid vobis videt? At illi respõdẽtes, dixerũt: Reus est mortis. Vide quã ꝑuersum iudicium. Ipsi accusatores, ipsi testes, ipsi sunt iudices, ipsi absque ordine vllo iuris mox proferunt sententiam mortis. Cogitate filij, quanto mœrore Christi potuit cor tunc vulnerari, quando innocens morti adiudicabatur, & pro blasphemo habebatur. Si vel sceleratis ac impijs hominibus, qui propter facinora sua morti obnoxij sunt, graue & molestũ est audire, se damnari reos mortis, quid arbitramini Iesus Dei filius benedictus senserit, quando nil morti dignum egerit? Et hoc quoque hic attende, quia omnes clamauerunt nullo excepto. Quam dolendum est, ne vnum quidem in tanta inuentum multitudine, qui iniustitiam argueret, innocentiam tutaretur, iniquis reclamaret, pro Christo loqueretur. Heu quam multi adhuc sunt nostro tempore, à quibus dominus IESVS in suis mẽbris iudicatur, & reus mortis proclamatur, dum illi iniquitatis & sceleris arguuntur, à quibus iniquitas omnis longe abest, nempe ad Deum toto ex corde conuersi, præterea iudicio mortis feritur, dum innocentes ad mortem rapiuntur & expetuntur. Discamus hic non formidare iudicia humana, sed hoc cauere, ne in iudicio rei inueniamur diuino. Quid enim nobis iudicia possunt nocere humana? Si innocentes, si bene nobis conscij fuerimus, si nec nos conscientia de aliquo peccato reprehenderit, quis nobis nocere poterit? Quid mirum, si de nobis inique sentiant homines si nos iudicent, si detrahant, qui pleni sumus peccatis? Ecce innocentissimus, & qui speculum est sine macula, in quem non cadit peccatum, & blasphemus, & perinde ac reus mortis damnatur. Quandocunque igitur de nobis male sentitur, quando iudicamur inique, quando nobis detrahitur perperam, recurramus ad conscientiæ testimonium. Et si verum est quod dicitur, quid ægre ferimus? Irascamur igitur nobis malum operantibus, non malum de nobis quod fecimus, dicentibus. Porro si falsum est, quod dicitur, gratias agamus domino Deo, qui nos custodiuit ab eo, quod perperam de nobis dicitur: admoneamurque quam sint alia item multa, quorum iuste accusaremur, nobis & Deo cognita. Ea itaque quę patimur, vel in vna re innocentes deputemus ad alia illa centum milia, in quibus nemo nos accusat, quamuis non innocentes, sed reos. Nihil igitur consultius, quam omnes linguas, & infirmas & nequam & maledicas, sustinere: quia nemini possunt nocere, neminem malum efficere. Semel dixi: Si totus alicui detraheret Mundus, & de aliquo male, siue ex errore, siue maleuolentia sentiret

Dãnatio hæc quantum ani

mamCh[...] isti affixerit.

Christ⁹ in suis membris inique condemnari.

Iudicia hominũ qñ nõ timenda.

Sapien. 1

Quando de nobis sentit vel iudicatur male qd agendum.

Linguas oẽs maledicas nec vni innocenti posse nocere.

tiret, si alioqui innocens esset, non posset mille te facere linguis malum: Imo dico citius ipsum meliorem redderet, si omnia clipeo patiẽtiæ exciperet, & reum omniũ malorꝝ totius mũdi corã Deo se ꝓclamaret & omnia ꝓpter sua sibi accedere fateretur peccata.

IESVS FACIE CONSPVItur. Articul. XXVIII.

P

Matth. 26 Mar. 14

ET viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædẽtes eũ: & cœperũt qdam cõspuere eũ, & expuerũt in faciẽ eius.] Postquã Principes Iesum morti esse obnoxiũ dãnauerant, ministri dominis suis placere gestiẽtes sup innocentissimo Iesu, non aliter, atque lupi feroces sup agno mãsuetissimo, irruerũt: adeo, vt qcqd in eũ qsq; excogitare poterat, faceret. Primo itaq; viri, q tenebant eũ, illudebãt ei, tãquã fatuo & mortis reo, & expuerũt in faciẽ eius, non sputo tenui ac nudo tm̃, sed phlegmate putentissimo Christi faciem tenerum polluebãt: Ita eñ sordibus faciem eius elegantissimã ac gratiosam impleuerãt, vt nõ aliter atq; leprosus appareret. Quo impleri cœpit illud Esaiæ: Nõ est ei species, neq; decor. Vidimus eũ, & non erat ei aspectus. Et nos reputauimus eũ quasi leprosum, & pcussum à Deo, & humiliatũ. Spuere alicui in faciẽ, apud Iudæos maximus erat comtemptus. Quapropter quem vehementer vilem ęstimabant atque ignominiosum, in huius faciem expuebant. Et notandum quod Euãgelista non simpliciter dicit spuebant, sed expuebant, quasi execrando spuebant, & quod verisimile est, ex imo pectore putentia extraxerunt phlegmatata, & in faciem dñi iniecerunt. Nec vnus tm̃, sed plurimi. Considera neminem adeo esse stupidum, q aliena non horreat phlegmata: quorꝝ si tanta copia (quõ Christo) eius faciei inijceref, vt pene suffocari posset, qd molestiæ sustineret ille? O quanta est, horꝝ ingratitudo pessima, Christi faciẽ adeo indigne tractantium, pro qua eorꝝ patres tantore clamantes ostendenda. Ostende (inquiunt) nobis domine faciem tuã & salui erimus. Hæc facies plena est gratiarum, plena decoris & elegantię, hæc cunctis desiderata est gentibus: vtpote salutifica, amabilis, vitam dans & salutem omnibus. Fuit autem hæc sputio vehementer Christo grauis, vtpote qui tenerrimam nobilissimamque habebat complexionem, cuiusmodi nonnũquam homo aliquis habuit. Porro q̃ aliqd est tenerius ac nobilius, tanto etiam facilius ac grauius læditur. Quisq; ex hoc loco pro sui informatione obseruare debet vt non in faciem dñi Dei sui spuat. Spuit nanque, quisquis sacram Eucharistiam indignus præsumit suscipere. Sumit autem indignus, quicunque scienter cum peccato mortali corpus dñi sumpturus accedit, Sumit eñ polluto oreq cũ fœtẽte & ingnata cõscientia sumit, vt sunt os, q in peccato mortali vitam degunt, aut qui de peccato mortali non pœnitent, aut occasiones peccandi non pro virili vitant. Hi inquã oẽs, si ad Christi corpus sumendum vadunt, Christo in faciem spuũt. Spuit item in faciem Christo, qui sordidis cogitationibus conscientiam suam, quam Deus inhabitare cupit, polluit. (In hac eñ Dei facies & imago relucet) aut q ꝑlatos suos Dei Vicarios contemnit, & ei in faciẽ resistit, aut q sacræ scripturæ verba & monita deridet. Prælati namq; & ꝑdicatores sunt veluti os & vultus dñi, qa ṽba Christi enunciãt. Vnde qui eis resistit, Christo resistit, cuius illi vicem gerunt.

Facies Christi qualibus sputis defœdata fuerit in domo Caiphæ.

Esai. 53

Spuere alicui in faciem qd.

Psal. 84 Esther. 10

Cõsputio hęcce quã fuerit Christo grauis.

Spuere in Christi faciem ... dicuntur.

Roma...

IESVS ALAPIS IN FACIem cęsus est. Articu. XXIX.

Q

Mar. 14 Matth. 26

MInistri autẽ alapis eũ cędebãt, & alij palmas in faciem eius dederũt, & pcutiebãt faciẽ eius.] Palmas dare extensas manus, seu alapas in faciem alicuius dare. Grauis est autem eiusmodi pœna, quandoquidem omnes sensus sunt in facie hominis, maxime Christo, qui nobilissimæ tenerrimæque (quæ facillime lædebatur) fuit complexionis. Maior igitur est dolor cædi in faciem, quam cædi in collum aut humeros. Vnde verisimile est, Christi faciem (ob maximam eius teneritudinem & verberꝝ violentiam) non potuisse cædi absq; cruenta effluxione sanguinis ex naribus & ore. Iudæi enim quærebant Christum replere doloribus. De hac iniuria Propheta in Christi ꝑsona loquit, dicẽs: Faciẽ meam nõ auerti ab increpantibus & conspuenti bus in me. Certum est quoque, multo plures, quam Euangelistæ scripserunt, Christo irrogatas esse contumelias. Nam Euangelistarum non fuit institutum, omnia

Palmas in faciem alicui dare quid.

Esai. 50

oĩa scribere quę ad cõpassionẽ,deuotio-
nẽve aliquid iuuissent audientiũ,sed histo
Quænam alia Christo hic illata fuerint. riã tradere cõmunem,sine circumstantiaꝝ
varietate expresia. Quare quiq; Christi
deuoti amatores apud semetipsos cogita-
re merito deberẽt, nõ suffecisse his despe-
ratis hominibus,tantũ verberasse Christo
in faciẽ, quinimo crudelissime, conuitijs,
contumelijs,iniurijs, flagellis etiam & du
ris verberibus,pœnis insuper & exquisitis
simis cruciatibus Christum Iesum affecis-
se.Quippe qui nulla(ita eos diabolo patre
ipsorum agitãte)erga dominum compas-
sione,nulla misericordia moti, oẽm cor-
dis sui inexplebilem nocendi sitim in eum
euomebant. Verum maior erat dñi nostri
patiẽtia,q̃ ipsorum insania. Potuisset nãq;
vno eos momento, pro hac illata iniuria,
interemisse,si voluisset,sed Dei patiẽtia eo
rũ expectabat pœnitentiã,qui non occide
re,sed viuificare,non damnare,sed saluare
venerat.Illi autem quid?Christi hac nimia
patientia,mãsuetudine, & benignitate gra
uiter abusi sunt,& vnde debuissent cõpun
Faciem Christi gnã mystice cædãt. gi,inde indurati sunt magis. Quid hic
docemur?Non cædere in faciem Christi.
Interrogas forte q cędant.Audi.Hi cędũt,
qui vt in supiori articulo cõmemoratũ est
in faciẽ Christi spuũt, q Christi vicarijs,q
suis p̃latis (hi eñ sunt in corpore Christi
mystico capita, erga alia inferiora mẽbra,
hoc est,erga subditos suos) in faciẽ obsi-
stũt,q eos cõfutare,atq; ignominia moliũ
In prælatos nr̃os quinam peccemus. tur afficere,aut cõtumelijs exacerbare.Cu
iusmodi sũt,q absq; rubore, absq; timore,
absq; reuerẽtia p̃latos suos corripiũt, illis
obloquunť,eoꝝ bonã conanť cõmentitijs
qbusdã v̾bis,aut sinistris iudicijs,suspitio
nibusq; famã denigrare,& in hoc p̃terea
glorianť quasi bñ egerint,dicẽtes:Quã bñ
confutaui p̃latum meũ.Ego illi silentium
imposui,nec audebat vltra mihi respõdere
vllũ verbũ: hoc & hoc mõ expediui eũ.O
Psal. 51 miser qd dicis?Attẽde qd tibi regius dicat
Psalmista:Quid gloriaris in malitia,q po-
tẽs es in iniqtate?Audi qd tibi dñs loqua-
Matth. 25 tur:Quõd vni,inquit,ex minimis meis fe-
cistis,mihi fecistis, siue bonũ, siue malũ id
fuerit. Hoc est, ita volo remunerare si bo-
nũ, aut vindicare si malũ est, ac si mihi fe-
cissetis.Si hoc de minimis dixit,quãto ma
gis hoc de maiorib. & supioribus nostris
abipso nobis cõstitutis, intelligendũ est?
qbus obediẽtiã & reuerentiã(teste scriptu
ra)debemus?Iis eñ à Christo dictum est: Obediẽtiã & reuerentiã vti debeamus superioribus nr̃is.
Qui vos audit, me audit:& q vos spernit,
me spernit.Ipsi q̃q; sunt dij nostri in terra,
quomodo scriptum est:Dijs nõ detrahes,
& principi populi tui non maledices. Po- Lucæ.10
stremo hoc obseruãdum erit nobis, vt no Exod.22
bis iniuriam inferentibus non irascamur,
non maledicamus,non nos more quorun
dam vindicemus,sed Christi exemplo in-
imicis nostris nos beneuolos, benignos,
ac affabiles exhibeamus.Nam cũ maledice 1.Petr.2
retur,nõ maledicebat:cum pateretur, non
comminabatur.Ita & nos quoq; tanq̃ Dei
ministri & veritatis sectatores faciamus.Si
enim oĩa de manu domini acciperemus,
retineremus vtiq; pacẽ nostram impertur
batam semper cum oĩbus,nec homines
nos posse lædere arbitraremur.

IESVS VELATVR, ET COlaphis cæditur. Arti. XXX.

R

ET velauerunt faciem eius, & co
laphis eum cæciderunt,& inter Marc.14 Luc.22
rogauerunt,dicentes:Propheti
za nobis Christe: Quis est q te
percussit?]Primo hic venit nobis conside
randa Iudęoꝝ miserãda cęcitas,q̃d Christi
faciem velant,quã Patres eoꝝ tantope in
limbo videre desiderarãt,clamãtes: Osten Psal.79
de nobis dñe faciẽ tuã & salui erimus. Itẽ:
Veni & ostende nobis faciem tuam,qui se Ibidem.
des super Cherubin,appare,&c. Ecce post
multa annorum curricula venit,& faciem
suam gratiosissimam Iudæis ostendit. At
illi sceleratissimi,ac omni iniquitate pleni,
male regem gloriæ tractarunt,faciemq; e-
ius velarunt,nõ vt ille eoꝝ scelera non vi-
deret,sed quia ipsi cæcutientes,nec in Mo Exod.34
si poterant faciem intendere, quanto mi- 2.Cori.3
nus in Christum? in quo omnes thesauri
sapientiæ & sciẽtiæ Dei sunt absconditi,& Col.2
omnis plenitudo gratię habitat corporali
ter.Immũditia eñ eoꝝ, auaritia, ambitio,
& inuidia eos excęcauerant: quare dulcissi
mę faciei gratiã,neq; optabãt, neq; sentire
poterant,& vt quidã opinãtur secretiores
Dei amici ideo operuerant, ne aliqñ moti
commiseratione,ab eius vexatione desiste Velatiõis Christi faciei causę quæ.
rent.Itaque cum esset ita Christus Iesus vi
li,ac sordido quodam linteo tectus,alij in
collum,alij in genas, alij in caput Christi
percutiũt,dicẽtes:Prophetiza nobis Chri
ste:quis est,q te pcussit?Propheta,inqunt,
magnus es tu,&cordiũ tibi secreta patent,
dic:Quis te pcusserit?cum oẽs pcussissent,

Nam si hoc nescis, haudquaquam propheta es. Huiusmodi ludibrijs in Christū per totam noctem sęuiebant. Attēde hic Christi ineffabilem patientiā, expende hic Christi dignitatem, potentiam, sapientiam, altitudinē ac maiestatē, in cuius manu cœlum subsistit & terra, sine q̊ nulla habet creatura perseuerantiam. Hic tamē talis & tātus, illudi sibi permittit ab hominibus vilissimis, pessimisque nebulonibus. Nunquid non mirum est, quod ignis de cœlo non venerit, & perdiderit hosce crudelissimos latrones? Veruntamen qui zelo mouemur sęuero in hos nequam pessimos, videamus ne illis deteriora faciamus. Contemptu enim atque irreuerentia dominum in faciem cædimus, cordis immunditia vultum eius conspuimus, temeritate quoque ac delinquendi impudentia oculos eius velamus: quia frontosi in eius conspectu, ac si non videret nos, peccare non erubescimus. Sequitur: Et colaphis eum cæciderunt. Ex quibus verbis, non solum pœna, aut læsio pensanda sunt, sed ipsa quoq; iniuria ac contumelia indigne dn̄o Iesu irrogata. Fatuis nanq; huiusmodi fiebant percussiones. Illusio igitur diuinæ fit maiestati, quę tā ignominiose, vt fatuus tractatur. Hinc asserunt quidā dn̄m Iesum in hac nocte quadragesies pcussum. Iudæorū vero, q cōgregati fuerāt in domo Caiphæ, iudicantiū Christū, dicūt fuisse numerum LXXVII. & hi oēs conspirauerant in necē Saluatoris nostri Iesu Christi. Hic pſens locus pulchrū nobis pponit documētum, ne. s. Dei velemus oculos. Sed q velant inquis? Ausculta: Qui absq; ỽecundia delinquūt, q Dei timorē amiserūt, Dei reuerentiā abiecerūt, quibus deniq; & apud hoīes frons facta est meretricis, vt nesciant erubescere. Hi cum sint impudentes, & absq; honestate, libere & sæpenumero ad maiorem sui damnationem impune peccant: atque ideo Deo, quasi non videret, aut non curaret, peccatis illudunt, quando tamen scriptum est: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Itē: Scrutās corda & renes Deus. Vbiq; igitur & oīni tempore Deum reuereamur: & etiam soli, propter diuinā præsentiam, honestatem obseruemus. Attendamus faciem Christi, vbiq; nos videntem, & cogitationes nostras, imo non solū cogitationes, sed intentiones etiā, atq; intentionum medullas intuentē, penetrātem, atq; discutientem. Est tamen impudentia nihilominus singulare vitium, hominem dehonestans, superbū & frontosum reddens. Item hic discant puellæ, adolescentes, mulieresque velare se, & ea quæ ad amorem alliciunt carnalem, abscondere, non auro, aut pciosis lapidibus ornato incedere capite, non facie colorata, non oculis lasciuientibus & vagabundis, sed ad terram vsq; demissis, atq; in omnibus pudicitiam ostendere moribus ac vestimentis. Postremo Christum colaphis cædere prohibemur. Cædunt autem colaphis, quicunq; verbis Christum cōfitentur, factis negant: q sancta verba loquuntur, pia prædicant: qui deuotos se in publico simulāt, & in occulto prauis insistunt operibus, sunt hypocritę: hi blandiuntur Christo in faciem, à tergo cædunt.

Quā indignissi ma Christus hoc in articulo pertulerit.

Quoties hac nocte fuerit Iesus percussus.

Velare Christi oculos mystice q dicantur. Hierem. 3.

Psal. 93

Psal. 7

Impudentia ... dum.

Mulieres ex ho... co vi... velatio... discant.

Titu... Colaph... Christu... cædant.

IESVS FERT MVLTA.

Articulus XXXI.

POstquā dn̄s noster Iesus Christus (vt supra tractauimus) facie esset cōsputus, colaphis & alaphis cęsus, cōtumelia ac graui iniuria affectus, sordido ac fœtido linteo opertus, non destiterunt furiosi illi ac rabidi canes adhuc dominū glorię nouis quibusdam atq; occultis affligere pœnis, & modis. Nam referente Euangelista, [& alia multa blasphemantes, dicebant in eum.] Nec solum dicebant, verum actu probabant. Quæ? Expresse non legimus. Sed vide ne eiusmodi adeo sint verecunda, vt Euangelistæ quoque scribere erubuerint. Dicit enim B. Hieronymus, nunquam plene oīnia, quæ in hac nocte passus est Christus, ante extremum iudicij diem, manifestari. Verisimile est enim multo plura Christum, atque verecūdiora passum, quam ea quæ scripta sunt, cuiusmodi Prophetę nō nulla insinuarunt ad nostram instructionem & ædificationem: vt est: Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Vnde quidā eliciunt, genas Christi ex petulantissima Iudæorum vesania vnguibus laceratas, & vellicatas, barbam sanctissimam extractam, capillos capitis euulsos, corpus suum tenerrimum atque elegantissimū pedibus ac calcibus cōculcatū, atq; hoc modo ignominiosissime regē gloriæ

Hiero.

Esai.

Ne... tem... q... Chr... pertu...

gloriæ,& dñm angelo℞,per totam noctē vſq; mane fuiſſe tractatū. Expenderāt gp-pe hāc noctē in pœnis,in opprobrijs,&in blaſphemijs,nec his vllo poterāt modo ſa-tiari: Vno clamāte,ꝙ Samaritanus eſſet,ꝙ dęmoniū haberet,q̄d niſi in virtute Beelze-bub nō eijceret dęmonia: Altero,quod in-ſanus,quod vorax,quod amicus publica-norum eſſet: Tertio, quod illiteratus,& fa-bri filius,quod legis tranſgreſſor,quod vi-ni potator, & multa huiuſmodi blaſphe-miæ genera,innocentiſſimo domino iniu-ſte & falſo obiecerunt. Nunc igitur & nos,& quotquot Ieſum diligitis, eamus cum interno dolore viſum,quantis in an-guſtijs,& afflictionibus dulcis Ieſus, cœ-li gaudium tum erat, & aliquam illi com-paſſionem impendamus. Cuius cor ſibi à lachrymis temperet, dominum ac ſaluato-rem ſuum tam miſere affligi videns? O ſpe-cioſus forma præ filijs hominum, quam modo deformis eſt? vt ſpeculum claritatis æternæ, cuius pulchritudinem elementa mirantur, obductum eſt & deturpatum, vt nulla illi ſpecies,neq; decor remanſerit. Vnde & Propheta exclamat,dicens: Vidi-mus eum,& non erat ei ſpecies. Et nos re-putauimus eum quaſi leproſum,& percuſ-ſum à Deo,& humiliatum. Adeo nanq; ſa-cra Chriſti facies plagis intumuerat, ſan-guine obducta,phlegmatibus repleta,vn-guium laceratiōe diſſecta,vt nemini recti-us poſſet illuminatus iſte Propheta illam comparari,quā lęproſo. Quis obſecro eſt, qui non horreat faciem lęproſi? Inde con-ijce,qualiter Chriſtus apparuerit. Sūt præ-terea,qui hoſce occultos attendentes Chri-ſti cruciatus,eos offerunt ſumma cum de-uotione,& cordis mœrore Deo patri,pro ſuis occultis & ignotis peccatis,quod per quam gratum illi eſſe, dubium non eſt.

Ioan.8 Ioan.10 Lucæ 11 Ioan.7 Matth.9 Marc.6 Ioan.9 Matth.11 Pſal.44 Sapien.8 Eſaiæ 53

Facies Chriſti q̄b⁹ affecta fuerit.

Porro quod ad nos attinet, hoc obſerue-mus,ne nos Chriſtum à nouo cruciemus, ne opprobria à Iudæis perfidis illata reno-uemus: quod fit,dū illi ingrati ſumus pro tanto amore,quo tanta opprobria pro no-bis ſuſtinere dignatus eſt,dum illius man-data, conſilia & monita contemnentes, ſponte ac deliberata voluntate in pctā rui-mus,nec de his ex corde pœnitentes con-ſuetudinem malam facimus: & ex conſue-tudine mala, peccandi mortem introduci-mus in animam. Mors autē animæ,gehen-næ nos facit obnoxios, à qua nos liberet Chriſtus Ieſus dominus noſter.

Opprobria quinā myſtice Chriſto irrogentur.

Hora Prima hic incipit, continēs in ſe articulos quinq;.

IESVS FVIT PILATO PRAEſentatus. Arti. XXXII.

XXVI. Matth. 27 Marc.15 Lucæ 22

MAne autem facto,& vt factus dies eſt, conuenerunt oēs principes Iudęorum,& ſeniores plebis,& cōcilium inierunt aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.] In nocte in primo concilio,in quo non omnes præſentes fuerant, damnauerāt reum eſſe mortis: inde ſeniores & principes iuerant dormitum vſq; mane,relinquentes Ieſum inter miniſtros peſſimos illudendum. Sed mane omnibus prçſentibus concilium ineuntes,tractabant, quomodo eum Pilato præſentarent,&in quo accuſarent eum,vt perducerent eū à vita ad mortem. [Duxerunt ergo eum in cōcilium ſuum dicētes: Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si aūt & interrogauero,nō reſpōdebitis mihi,neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoīs ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autē omnes: Tu ergo filius Dei es? Qui ait: Vos dicitis,qa ego ſum. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi eñ audiuimus ex ore eius. Et ſurgens oīs multitudo eorum cum vniuerſo concilio,vincientes Ieſum vinctū duxerūt illū,& tradiderunt eū Pontio Pilato præſidi.] Hęc ductio Ieſu erat prædictis grauior,qa ducebatur ad p̄ſidem gentilē,cui conceſſa erat plena poteſtas interficiēdi. Ducebatur autem tanquā peſſimus latro,iudicatus ad mortem,vinctis manibus poſt tergum (ſicut multi ſcribunt)licet conſuetudo habeat pictō℞, vt pingāt q̄d manus ligatas habeat añ ſe. Habuit etiā in collo longā cathenā, quā vix poterat portare. Diſcamus hic miram patientiam & obedientiā Chriſti. Ipſe permittit ſe duci,& vadit quo volunt, de iudice ad iudicem. Habeamus etiam ex hoc articulo memoriale,quomodo pręparemur ad aduētum diſtricti iudicis noſtri, & cogitemus quid poſſimus reſpondere pro obiectis. Habebimus enim multos accuſatores,q comitabūtur nos,& clamabūt ante iudicem: diabolum, cui obediuimus: Deum,cuius præcepta contempſimus: angelū,cuius directionē & inſtructionē recepimus:

A

Matth. 26 Marc.14

Matth. 27 Marci 15 Lucæ 23

Ductio hęc qualis quāq; fuerit pœnoſiſſima.

Patientia & obedientia Chriſti quanta ex hoc articulo clareſcat.

Accuſatores noſtri ante tribunal quinā erunt.

pimus, propriam conſcientiam, cuius remorſum & offenſam non audiuimus, vel non curauimus.

IESVS FVIT INIQVE ACCVſatus. Articulus XXXIII.

B
Ioan.18
ADducũt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane. At ipſi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, ſed vt manducarẽt Paſcha.] O quã iuſti, o quam conſcientioſi fuerunt iſti hypocritę. Faciebant ſibi conſcientiam, q̃d polluerentur, ſi intrarẽt domũ, vbi ſuper ſanguinẽ iudicabatur, & q̃d ipſi ſanguinis innocẽtis effuſionẽ procurabãt, hoc nõ fuit illicitũ. [Pilatus ergo exiuit ad eos foras, & dixit eis: Quã accuſationẽ affertis aduerſus hominem iſtum? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si nõ eſſet hic malefactor, nõ tradidiſſemus eum tibi.] Hoc dicebãt, volentes Pilatum terrere, & ſe generalibus accuſationis verbis abſoluere, q̃a ſingulares nõ habebant: ſperantes, quod Pilatus his eſſet contentus. Quaſi dicerent: Quid neceſſe eſt, vt interroges? Sufficit hoc pro accuſatione illius, quod tradimus eum tibi. Non eſt in conſcientia noſtra, innocentem pręſentare iudici. [Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legẽ veſtrã eum iudicate,] ſi non eſt neceſſe vlterius interrogare. Si debeo vobis ſine illius diſcuſſione, vel examinatione credere, tũc iudicate vos eũ. Non indigetis me. [Dixerunt ergo Iudęi: Nobis nõ licet interficere quenquam, vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus.
Lucæ 23
Cœperũt autem accuſare eum] in tribus, quæ magis videbantur eſſe contra imperatorem, cuius vicarius erat Pilatus ſup hãc prouinciam Iudææ, [dicentes: Hunc inue-
Matth. 27
nimus ſubuertentem gentẽ noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Cæſari, & dicentem ſe
Ioan.18
Chriſtum regẽ eſſe. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium] à turba, vt liberius poſſet loqui cũ Ieſu, [& vocauit Ieſum] ad ſe. [Ieſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum pręſes, dicens ei: Tu es rex Iudæorum?] De tertia accuſatione interrogauit, q̃a de prima nõ curauit, & ſecũdam falſam eſſe ſciuit. [Rñdit ei Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?] quaſi diceret: Suſpicaris hoc, q̃a vidiſti aliq̃d in me, q̃ videar me ſublimare, vel extollere in regẽ? an quia alij dicũt talia de me?

[Rñdit Pilatus: Nunq̃d Iudęus ego ſum?] vt ſciã q̃s futurus ſit rex Iudęorũ. [Gẽs tua & põtifices tui tradiderũt te mihi:] Nõ eſt ſine cauſa [Quid feciſti? Reſpõdit Ieſus: Regnum meũ nõ eſt de hoc mundo,] & ideo nihil eſt cõtra Imperatorẽ, q princeps mũdi eſt, [Si regnum meum eſſet ex hoc mundo], hoc eſt, ſi tẽporalis, vel mundanus rex eſſem, [miniſtri mei decertarẽt vtiq; ꝓ me, vt nõ traderer Iudæis. Nũc aũt regnũ meũ nõ eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu?] ſi aliud regnũ habes q̃ huius mũdi? [Reſpondit ei Ieſus: Tu dicis, q̃a rex ſum ego. Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeã veritati: Omnis q eſt ex veritate, audit vocẽ meã. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas?] Interrogauit de veritate, ſed reſpõſum nõ accepit, vel q̃a nõ meruit audire, vel q̃a ſtatim exiuit ad Iudęos foras, q impatienter expectabãt, timẽtes ne Ieſus ſe excuſaret, & Pilatus illum dimitteret. [Et cũ hoc dixiſſet, iterũ exiuit Pilatus ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullã inuenio cauſam in hoc hoĩe. At illi inualeſcebãt, & accuſabãt eum in multis, dicẽtes: Cõmouit populum docẽs ꝑ vniuerſam Iudæam, incipiẽs à Galilęa vſq; huc.] Ioan.18 Lucæ 23
Hæc verba q̃a difficultatẽ nõ habent, ideo tranſeundum ad alia. Habemus hic documentum, quõ quærelas & accuſationes aliorũ magis tacẽdo & tolerãdo debemus ſupare, quã importune excuſando, defendẽdo, vel refellẽdo. Si aũt falſum improperaret nobis, & q̃d eſſet ſcãdaloſum, poſſumus & debemus excuſare, vel rationẽ reddere. Alias de paruis defectibus ſe multũ excuſare, & ſe mundum oſtentare, magis (vt fere ſemp euenit) ad ſuperbiã, q̃ad conſcientiæ ſerenitatem ſpectat. Et audięntes plus ſcãdalizantur de ſuperbia noſtra, vel impatientia, qua nos excuſamus, quam fuiſſent ſcandalizati, ſi tacuiſſemus, & credidiſſent nos reos. Plus inquã ædificantur homines de humilitate & patientia noſtra quibus aliorum accuſationes toleramus, quam de ſuperba excuſatione. Plus ædificantur de humili pœnitentia, quam de ſuperba iuſtitia, ſiue innocentia.

Accuſationes & iniurias calumniasq; pati, q̃ agere debemus.

Excuſare ſeſe licet cuius vis iudicio.

IESVS FVIT MISSVS AD Herodem. Artic. XXXIIII.

C
Lucæ 23
AVdiens aũt Pilatus, q̃d Ieſus Galilæus eſſet de poteſtate Herodis] q erat rex ſuper Galilæam, gauiſus fuit q̃d per talẽ occaſionem

nē liberaretur ipse à iudicio sanguinis super innocente: & ideo [misit Iesum ad Herodem, quia etiā illo tēpore Hierosolymis erat.] Pensate, q̄ furore & crudelitate recipiunt Iesum, vindicantes se in eo, & eo amplius sęuientes in eum, quo minus voluntatem suam apud Pilatum obtinuerunt. [Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: Erat enim ex multo tempore cupiēs videre eū, [non ex deuotione, sed ex curiositate: non vt suæ saluti prouideret, sed vt vanitati & nouitate, cuius studiosissimus erat, faceret satis. Curiosus nanq; & vanus animus, non nisi vanitatibus huius vanissimi Mundi oblectatur. Heu quāti & hoc nostro sunt miserando seculo, qui om̄e suum, non nisi mœrissimo vanitatis studio, tempus infructuose nimis expēdunt, quorum nec oculi visu, nec aures satiantur auditu. Hi reuera non de verorum Dei seruorum sunt numero, qbus summa cura incumbit, vt om̄i loco & tēpore, verbo & facto, dn̄i Dei sui honorē promoueant, ac tēporis diligentem, iuxta Christi monita & concilia, rationem habeant, verum de societate huius Herodis, qui videre, audireq; cupiebat Iesum, nō vt eius verbis fidē adhiberet, aut ex monitis eius vitā suam corrigeret, [sed eo quod multa audierat de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri,] & hoc totum non religiosi ac pij, veræ dissoluti, ac curiosissimi animi iudicium erat. Quis enim nescit, hoc tempus non fuisse miraculorum, aut signorum, quando omnia non solum Christi facta, verumetiam verba, ac gestus sinistre interpretarentur? Aut forte Christum latuit, quod Herodes quæsiuit? Quid vero quæsiuerit, p certo nescitur, nisi forte, an ille fuerit iste puer Iesus, quem pater suus quærebat perdere, vel an ipse sit verus Messias, in lege promissus: an deniq; vera sit fama, quam de ipsius audierat miraculis, sitq; ipse is, de q̊ Ioānes prophetauit. [Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat] Optimo, imo diuino hoc existimandum est factum concilio, quod Iesus nil Herodi responderit. Quare? Nam non ambiebat, imo deuitabat Herodis fauorem Iesus, ne fortasse, si aliquod miraculum in eius conspectu fecisset, aut lenibus ei sermonibus respondisset, absolutum eum ab omni querimonia Iudæorum dimisisset. Quod vtique Iesus non voluit, qui venerat adimplere voluntatem patris sui, non suam: Innuens per hoc, contra Dei voluntatem, non esse quærendam, nec gloriam hominum, nec fauorem principum. [Stabant autem Principes sacerdotum, & Scribæ, constanter accusantes eum.] Eadem quippe pertinacia, & animi obstinatione, qua pauloante Iesum apud Pilatum accusauerant, iam denuo apud Herodem accusant, non timentes peruerse agere cōtra Deum, nec iniquissimis accusatiōibus, & iudicijs Dei Virtutem & Sapientiā (contra omnem iustitiam & æquitatem) lædere, & inhonorare. Quod vtiq; impietas ac crudelitas maxima est. Porro Iesum nullū signum pro sui liberatione faciente, magis eum cōtemptui habuerunt. Hic pulchrum nobis exemplum derelinquendi, ac abnegandi nosipsos proponitur instar Christi Iesu, q adeo nude, pure, & integre se sub patris sui cœlestis, etiam horum nephariorum hominum voluntate submisit, & reliquit, vt nihil om̄ino iuris sibi ipsi super se seruaret. Nam cum à Iudice ad Iudicē duceretur, multisq; falsis criminibus accusaretur, nusquā legitur aliquid respōdisse, quo impatientiæ notaretur: sed magis omnia pro nostri redemptione, ac patris sui cœlestis honore pertulit, quæcunque iniq illi latrones ex diaboli instinctu ipsi irrogarēt. Ita & quemlibet Christi ministrum oportet esse propria voluntate, propriaq; electiōe nudatū & destitutū, ac si nunq̄ quid sit, velle, perspectū habuisset, patiaturq; se mitti ab vno ad alium, à summo ad infimum, vltro citroq;, foras & intro, fitq; semper sponte obediens, & subditus, quālibet molestum & asperum sensui vel iudicio suo sit, quod illi imponatur.

Cur Iesum videre cuperet Herodes.

Seruis Dei veris, quę cura maxime sit habenda.

Herodes qd interrogauerit Christum. Matth. 2 Deut. 28

Matth. 3 Ioan. 1 Lucæ 23

Responsum cur nō dederit Iesus Herodi.

Abnegationis nostriipsorum, hic nobis præferri exemplū.

Voluntate ppria nudare se vti quisque debeat.

IESVS SPERNITVR AB HErode, & exercitu suo. Arti. XXXV.

SPreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. [Videns vero superbissimus Herodes Iesum, neq; signum vllum facere, neque responsum aliquod edere, turbatus, spreuit eum, & derisit cū exercitu suo, à qbus dn̄s Iesus cōtumelias & pbra multa ppessus est. Indicauit proinde ipsemet Herodes p hāc irrisionē, quale de Christo in occulto iudicium ferret, nēpe q̄d esset merito ab omnibus despiciendus tanquā stultus & insanus, qui suæ salutis esset immemor,

D

Lucæ 23

mor,nec oblatã acceptaret suæ liberatiõis occasionem. Vnde furiosi illi lictores magis ira & odio accensi,cœperunt acrius in Iesum inuehi,nouisque pœnis & cruciatibus affligere, neque aliquem suæ vesaniæ modum ponere:& hoc vel maxime, suggerēte ipsis patre ipsorum diabolo, cuius ministerium adimplere satagebant. Attendamus quæso hic, Christi ineffabilem humilitatem,& patientiam,vt contumelias hasce omnes patiētissime, ac humilime sustinuerit, nec de hisce omnibus iniurijs alicui,præterquam patri suo cœlesti,cuius adimplere voluntatem sitiebat, cõquestus sit:quandoquidem omnes, iuuenes & senes, pusilli & magni, diuites & pauperes, in eum pro libitu suo insurgerēt,pœnasq; illi semper augerent, & renouarent. Quis enim capere poterit, quanta crux,quanta deniq; afflictio in corde Iesu fuerit, quando perpēdit horum impiorum hominum nimiam ingratitudinem,animorumq; obstinationem, quodque ex mera inuidia,& amaro zelo, tantummodo hæc mala in ipsum cogitarent? Præterea dolorem auxit non minimum,quod adeo animo deliberato,& integro voluntatis cõsensu diabolo consentirent, neq; vlla sana concilia admitterent,per quę diaboli machinationes & insidiæ dissipatæ, tandem ipsi ad agnitionem veritatis pertingissent. Sed sicut dici plerunq; solet: Difficile est canem veterem assuescere loris: Ita nec hi obstinati & excæcati Iudæi,quamuis plurima à Christo beneficia essent consequuti, adhuc tamen non poterant malitiam suam inueteratam,imo nolebant potius,relinquere.

Humilitatē & patientiã Christi ineffabilem hic disce.

Hic monemur, pro nostri informatione,pro virili superbiam calcare, vanã gloriam ab hominibus non quærere, sed exemplo Christi humilitati studere, nostri ipsorum aspernationem appetere, nec aliorum contemptum & ludibria, si qua nobis inferantur,timere: vtq; per hæc efficiamur veri imitatores Christi Iesu,qui omni honore & gloria huius fallacissimi mundi contempta, sustinuit crucem & ignominiam maximam.

Superbia, vanaque gloria ... studio contēnenda.

IESVS AB HERODE SPRETUS,ad Pilatum remittitur. Arti. XXXVI.

E

HErodes autem,quum nullum miraculum vel verbum à Christo obtinere posset,spreuit illũ, vt dictum est,cum exercitu suo.[Et illusit eum indutum veste alba,& remisit ad Pilatum.] Vestis ista,qua Iesum indutum legimus,stultorum & fatuorum fuisse indumenti genus quidam referunt,ideoq; voluisse Herodes videtur Iesum hac indui, quasi nil inter fatuum & dominum Iesũ interesset,sed mentita est plane iniquitas sibi. Non enim huius Mundi Sapientiã acceperat Benedictus Iesus,verum eã quæ ex Deo est,quæ ipse erat, quam coram vano & curioso Herode, more mundanorũ hominum ostentaret. Sic cæca sunt iudicia impiorum hominum,vt secundum faciem iudicent,& eos damnent, quos merito seruare deberent,eosq; seruent,quos iuste punire æquum esset. At cum iam sua iniqua desideria in dominum Iesum explesset Herodes,satisq; irrisisset cum exercitu. Ad Pilatum remisit. Hoc in loco Herodes in necem domini videtur cõsensisse. Nam suæ ditionis hominem innocentem debuit absoluere, non alteri iudicandum remittere. Denuo hic creuit Iudæorum ferocitas,& Iesu patientia,eo,quod non sicut optauerãt apud Herodem res ipsis cesserat. Tunc demum iram, quam in corde habebant,omnē euomebant in Iesum,& quod pauloante in occulto latuit, iam foras in publicum prodit. Videre est hic, O amatores Christi Iesu fideles,spectaculum miserandum,& omni lachrymarum fonte plangēdum,quod nulli moti misericordia,aut humanitate,tam dire ac crudeliter, hi rabidi canes Christum Iesum tractauerint, ac omnis obliti pudoris tam valido clamore à conspectu Herodis contemptum, & vili pensum rapuerint,multaq; iniuria affectũ Pilato rursus præsentauerint. Sed quis intellectus capiet,quæ opprobria, quę scommata, quas derisiones in hac processione dominus noster pertulerit? Tu autem o anima deuota, acerbo cum dolore Iesum sponsum tuum,cœli gaudium, patris sapientiam,regem gloriæ,tam turpiter, tamq; fœde confusum, & conspurcatum attende,vt iam non sit speciem hominis habēs, sed abiectus vermiculus: nec solũ vt sceleratus,& reus morti adiudicatus,sed etiã (vti supra dictum est) instar deliri in veste stulti derisus ab omnibus. Quis ergo tam ferreo erit pectore,quem hæc non emolliãt? Pudeat nunc vos o superbi homines, qui erecta ceruice, superbia tumidi inceditis.

Lucæ 23 *Psal. 26* *Herodis ... dñi Iesu mortibus loco consensisse* *Quæ ... processione Christi ...* *Esaiæ*

Eru-

Esaiæ 5 Erubescite qui sapientes estis in oculis vestris,& extollimini vltra id quod estis,stercus,cinis,esca vermiũ,& vasa testea, plena omni immunditia. En dñs vniuersoꝝ, in Col. 2 quo oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi sunt,vti insipiens deridetur,& vos ipsis quoq; brutis animãtibus irrationabiliores,quæ ꝓ sua cõditione laudãt Deũ creatorem suũ,sapiẽtes & sancti ab hoĩbus haberi vultis. Si q̃ndam angelis in cœlo pec- Esaiæ 14 2. Petri 2 cantibus, propter superbiã nõ pepercit,arbitramini,q̃d vobis parcet? Neutiquã. Magna eñ ira Dei imminet pc̃tõribus, & his qui duro corde sunt, nec gratiã in tempore gratiæ quærũt. Quocirca dũ vos Iudex Ioel. 2 sustinet,reuertimini ad cor, & cõuertetur Ezech. 18 vnusquisq; à via sua pessima, & agat pœnitentiã. Hæc nanq; via est,qua gloriã deperditam in Paradiso, recuperare possumus, & Deũ quem peccãdo offendimus, nobis recõciliare. Nec patiamini obsecro pro magna salute vestra,vt quis vos ab hac via impediat, non hoĩm societas, nõ amicorum familiaritas,non cõmoda vitæ p̃sentis,nõ fallacia huius mũdi gaudia,non cuiuscunque rei solatium,ne forte ab æterna hæreditate,quę nobis in cœlis promissa est,excludamini. Hoĩm eñ familiaritas,quæ arte quadam humana,& studio placendi parta est,sæpenumero iustitię Dei derogat,& Deo Opt. Max. nos inimicos facit. [Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die. Nam antea inimici erant adinuicem.] Fortasse,q̃d aliquos Pilatus, qui de Herodis potestate erant,iudicauerat,& inde Herodis indignationem incurrerat. Sed iam videns Pilatus opportunitatẽ se habere reconciliandi sibi Herodẽ, si Iesum ad eũ iudicandũ mitteret,eo,ꝙ Herodes magno tenebatur desiderio videndi Iesum,& ꝓbandi num vera essent,quæ de ipso hoĩm opinio ferebat,cum concilio & Iudæoꝝ potestate ad Herodẽ eum misit. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus. Sic modo q̊s nulla potuit,aut virtus, aut iustitia reconciliare,consensus in Christi persecutione concordat. Hinc summe cauendũ nobis est, ne cuiusquã nobis amicitiam cõciliemus, per quam Dei familiaritatẽ & fauorẽ amittamus. Multo eñ melius est,vt oẽs homines nos odiãt, q̃ Deum offendamus. Hic q̊q; docemur oẽm mundi gloriam fugere, nullius amicitiã,nec parentũ,nec amicoꝝ, Dei amicitiæ anteponere,opprobria & cõtumelias libenter pro gloria Dei appetere, & magis gaudere in tribulatione & nostri ipsoꝝ aspernatione,q̃ in honoris exhibitione. Ita enim magister & legifer noster suos docet. Mundus gaudebit,vos aũt contristabimini. Sed ait: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Multoq; melius est ire in domum luctus,quam in domum cõuiuij. Hic finitur Prima.

Margin notes: Familiaritas hominum quãtum homini impo nat. — Amicitiã hoim quã periculose aliqui veneantur. — Ioan. 16

Hora Tertia hic incipit,quę habet Articulos VIII.

IESVS VT LATRONE VILior reprobatur. Arti. XXXVII.

F

POstq̃ ad Pilatũ dñs Iesus redijt, aduertit Pilatus q̃d dñm Herodes dãnare noluerit,eãobrẽ,q̃d ipsi Herodi magis fatuus, quã morti reus videretur. Tunc & ipse similiter cœpit laborare,q̃ Iesum innocentẽ de manibus Iudæoꝝ eriperet,& illæsum abire sineret,simul Iudæoꝝ animo reuoluẽs consuetudinem, q̃d instãte festo Paschæ, vnũ vinctum,aut damnãdum ad mortẽ,quem cunq; vellent petere, sibi concessum esset, nec huic etiã petitioni posse quenq̃ licite resistere: & hoc,ob memoriã suæ liberatiõis Exod. 12 ex Aegypto. Tunc Pilatus ad Iudæos,vt secũdum morẽ suum peterent vnum ex vinctis,Christum (quẽ sciebat ex inuidia sibi oblatum,innocentem) vel Barraban,latronem seditiosum,homicidã,& Iudæis exosum: sperãs citius Christum, q̃ talem latronem petendum. [Pilatus ergo cõuocatis, Lucæ 23 Principibus sacerdotum,magistratibus et plebe ait: Obtulistis mihi hominem hunc quasi auertẽtem populũ], s. ab obedientia regni [Et ecce ego corã vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto,ex his,in q̃bus eum accusatis. Sed neq; Herodes,] qui tamen insidiatus fuit eidem,ante eius captiuitatem. [Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignũ morte actũ est ei. Emendatum ergo illũ dimittam.] Quasi diceret: Cum causam mortis nõ habeat homo iste,nec innocens iniuste occidi debet: emẽdabo illum,hoc est,verberibus,& plagis affligã,vt & vos pacati sitis,& ille humiliatus,nõ attentet amplius prouocare vos. Ad hæc aũt obsistebant vehemẽter Iudæi, accusationes aggrauantes,vt sequitur: [Et Matt. 27 cum accusaretur à Principibus sacerdotũ, & Senioribus,nihil respondit.] Neq; enim tempus tunc erat defendendi se,sed patien

di, patientiæq; nobis exẽplum relinquẽdi,
Esaiæ 53 Esaia atteſtãte: Tanq̃ agnus corã tondẽte
ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ. [Tunc
Marci 15 dicit illi Pilatus: Nõ reſpõdes quicq̃? Non
audis, quãta aduerſum te dicũt teſtimõia?
Vide in quãtis te accuſant] q̃ſi dicat: Quid
taces, q tanta ſapientia ꝑditus crederis, vt
nullus tibi cõparari queat? Quare te nõ ex
cuſas, cũ & ipſa innocentia tua pſtet tibi au
ſum & fiduciã reſpõdendi? Cur ea quæ te-
ſtificantur aduerſum te, nõ refellis? [Ieſus
aũt amplius nõ reſpõdit ei ad vllũ ỽbum,
ita vt miraretur Pilatus pſes vehemẽter] qa
ſine vlla controuerſia vnico ſe verbo excu
ſaſſet, aut leuiſſimo nutu ex manibus ho-
ſtium ſuoꝝ ſe exemiſſet, modo id placuiſ-
Ioan. 15 ſet patri ſuo cœleſti. Sed q venerat nõ ſuã
facere voluntatẽ, veꝝ patris ſui, maluit ho
ſtium odium, & malitiã tacendo, q̃ reſpon
dendo declinare. Per hoc docẽs nos, qua
ratiõe agere debeamus, cũ iniuſte ac inno-
center ab inimicis in iudiciũ rapiamur.

Tunc alia demũ via (vt ſupra dixi) Pilatus
aggreſſus eſt Ieſum liberare, cõparans eũ
cũ viliſſimo, ac ſceleratiſſimo latrone. [Per
Matt. 27 Marc. 15 Lucæ. 23 Ioan. 18 diem aũt feſtum ſolennem cõſueuerat pꝛę
ſes dimittere populo vnum vinctum, quẽ
voluiſſent. Habebat aũt tunc vnum vinctũ
inſignem, q dicebatur Barrabas. Erat autẽ
Barrabas latro, q cum ſeditioſis vinctus e-
rat: & erat ꝑpter ſeditionem quandam fa-
ctam in ciuitate, & homicidiũ, q̃d in ſediti
marc. 15 one fecerat, miſſus in carcerem. Et cum aſ-
cendiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſemper
matth. 27 Ioan. 18 faciebat illis. Congregatis ergo illis, dixit
Pilatus: Eſt cõſuetudo vobis, vt vnũ dimit
tã vobis in Paſcha. Quẽ vultis vobis dimit
marc. 15 tã de duobus? Barrabã, an Ieſum, q dicitur
Chriſtus? Sciebat eñ, q̃d per inuidiã tradi
diſſent eũ ſummi ſacerdotes.] O Pilate, q̃d
agis, q̃d moliris? Nunq̃d cõparãdus eſt Sal
uator cũ latrone? vita cum morte? Ieſus no
ſter cũ tuo homicida? Sed in hoc excuſo te.
Scio eñ, qa bona intẽtione facis, vt eo citi
us Ieſum noſtrũ de manibus Iudæoꝝ eri-
pias, & cui nõ dignant̃ parcere ꝑpter inno
centiã, vel ſaltem ꝑpter latronis vilitatẽ, &
malitiã parcãt. Sed nihil efficis. Decretũ eſt
eñ apud eos, vt moriat̃ Ieſus, & vitę donet̃
Barrabas. O ſcelus. O impietas. Quẽ vultis
vobis dimitti o pfidi Iudæi? Barrabã ne ho
micidã, an Ieſum regẽ veſtrum? [Principes
matth. 27 Lucæ 23 Ioan. 18 aũt ſacerdotũ, & ſeniores cõcitauerunt tur
bã, & pſuaſerunt populis, vt peterent Bar-
rabã: Ieſum ỽo ꝑderent. Exclamauit autẽ
ſimul vniuerſa turba, dicẽs: Tolle hũc & di
mitte nobis Barrabã] Nolebãt eum noĩare
ꝑ inuidia, ſed dicunt: Tolle hunc, ſ. Ieſum.
Quid eſt Ieſum? Saluatorẽ. Tolle hũc filiũ
virginis, filiũ Dei, q infirmos noſtros cu-
rauit, dæmonia ab obſeſſis fugauit, mortu
os noſtros ſuſcitauit, regnum cœloꝝ pdi-
cauit, vt crucifigatur. Barrabã ỽo, q viuen
tes occidit, ſeditionem excitauit, dimitte li
beꝝ. O bone Ieſu, q̃ exoſum habẽt te Iudęi.
Veni ad nos, & mane nobiſcum dñe. O
fratres nõ dubitetis cor Ieſu vehemẽter af
flictum, cum tantã ingratitudinẽ populi,
& odiũ videret cõtra ſe, cum cerneret ſe vi-
liorẽ & abiectiorẽ latrone haberi. [Iteꝝ au
tem locutus eſt pſes Pilatus ad Iudęos,] la
borans ꝑ Ieſu, & [volẽs dimittere eum. Sed
illi iteꝝ clamabãt, & ſuccIamabãt dicentes:
Crucifige, crucifige eum. Ille aũt tertio di-
xit: Quid eñ mali iſte fecit? Ego nullã mor
tis inuenio in eo cauſam. Corripiam ergo
eum,] ſi forte cõtra legis cæremonias deli
quit, [& dimittam.] Bene incipiebat Pila- Humilitatẽ quantũ & noſtri contẽptionẽ hic diſcere nos oporteat
tus, ſi conſtans manſiſſet. O fratres mei,
q̃d docemur in hoc articulo, niſi vt pfun-
diſſima humilitate ſupbiam noſtrã depri-
mamus? Erubeſcimus locũ inferiorẽ, eru-
beſcimus inter paupes annumerari, erube-
ſcimus cũ deſpectis, aut paruis ſociari. Vo
lumus inter magnos reputari, honorari, p̃
ferri. Ecce creator noſter, deus noſter, patit̃
ſe nõ mõ pctõri, ſed latroni cõparari, & vt
homicida inferiorẽ, iniqoremq; reijci. O ſi
hunc articulum cordibus noſtris inprime
remus, nõ foret nobis adeo amaꝝ deſpici,
vel nõ reputari. Nihil tale adhuc de nobis
dictum eſt, nihil clamatum, licet peſſimi ſu
mus pctõres, & oĩ oppbrio digni, q̃le con Inuidia quãtũ mala in hoc efficiat
tra dñm ab oĩ culpa innocentẽ. Scd'o di
ſcimus hic, quid inuidia facit, quõ mentes
hoĩm excęcat, iudicium rõnis pturbat. Vi-
dete ſi nõ etiam modo mali, quantumlibet
ſctõs, quantumlibet iuſtos, ſi peccata eoꝝ
ceperint corripere, pſequuntur, & qñq; oc
cidere nitunt̃. Quõ iſti qñq; corã ſuo Iudi-
ce, clamãt cõtra bonũ & vtilẽ platũ (qa eo
rum prauis voluntatibus & moribus reſi-
ſtit) crucifigat̃, hoc eſt, abſoluat̃. Et ſi dicat̃,
Quid mali fecit? nõ inuenimus cauſam ab
ſolutionis, reclamant: Abſoluat̃: & pficere
volunt ſibi vnum Barrabam. i. eligunt ſibi
vnum ſcd'm affectiones ſuas, qui forſitan
aĩas eoꝝ magis occidere nouit, q̃ viuifica-
re. Si-

re. Simili modo fit in aliis casibus: quia vbi inuidia, ibi cæcitas. Tertio, monemur Christum p̄ oībus eligere, p̄ oībus diligere, chariorē oībus æstimare. Et tñ in oī peccato mortali viliorē æstimamus Christū, Deum nostrū, ea re ꝑpter quā peccamus, sit cibus in pctō gulę, vel fractione ieiunij, sit inhonesta mulier in peccato luxurię. O quanta iniuria, o quantus contemptus est Christo præferre turpissimum concubitum. Et sic de aliis.

Electus ex oībus, & dilect⁹ quam debeat nobis fore Christus Deus noster.

IESVS NVDATVR VESTIbus. s. ad flagellandum. Art. XXXVIII.

G Pilatus autem videns Iudęoꝝ obstinatā iram contra dñm, & durum æstimans innocētem crucifigere, cogitauit ad placādos Iudæos Christum punire, vt sic castigato & afflicto compassi vitā dimitterent. Et ideo fecit Iesum à militibus [apphendi, & vestibus ad flagellandū nudari.] Stabat em̄ adhuc māsuetissimus agnus, vt remissus fuerat veste ludibriosa amictus. Hęc denudatio nō paruę cōtumelię, nec mediocris fuit iniuriæ, affligēs ꝓ̄ecundum cor pudicissimi Iesu. Licet em̄ non de infecta illa radice Adæ natus sit dñs, de qua erubescibilis facta est nuditas nostra, vt habet in Genesi, post pctm̄, abscondente se primo parente, & dicente: Vocem tuā dñe audiui, & timui, eo q̄d nudus essem, & abscondi me: Quia tamen naturā nostram, & infirmitates nostras (vt dixi) absq; pctō tamen suscepit, de nudari erubuit, & tanto amplius aliis pudicis virginibus (sicut de Agnete, Barbara, & quibusdā aliis legimus, quæ magis timuerunt, & doluerunt nudari, q̄ mori) quāto sua pudicitia incōparabilis fuit oībus virginibus. Docemur hic nuditatem, tam corporalem, q̄ spūalem erubescere. Pudici em̄ est animi, non solum ab aliis nolle nudum se videri, sed etiā ne propriā quidem nuditatem velle conspicere. Inde est quod apud antiquos monachos, & adhuc in ordine nostro abstinemus à balneis. Spūalis nuditas est veste carere bonę cōuersatiōis, & à bonoꝝ opeꝝ tegumento esse alienum.

Ioan. 19

Lucæ 23

Gene. 3

Nudatio Iesu q̄ fuerit ille pœnosissima, & grauissima.

Nuditas duplex q̄ cuiuis esse debeat fugienda.

IESVS FLAGELLIS CAEditur. Art. XXXIX.

H Nudatum dñm vestimētis, ad columnamq; magnā ligatum, fecit Pilatus crudelissime à militibus binis & binis sibi mutuo succedentibus, [flagellis cædi.] Posset hic articulus in duos diuidi: qa complectitur ligationem, & flagellationem. Primo em̄ fuit dño non solum iniuriosum, sed etiam pœnosum ligari ad columnā. Iniuriosum, quia tanq̄ magum, vel tanq̄ impotentem, quem vincula tenerent, & q soluere se nequiret, dñm æstimabāt. Pœnosum fuit, qa in oībus quæ circa dñm agebant, studiose quærebant, nec quicq̄ hoꝝ ꝓ̄termittebant, quo dñm affligerēt. Secundo in eodem articulo considerare nos cōuenit flagellationem dñi nimis fuisse afflictiuā. Fuit em̄ dñs cæsus (scd'm aliq̄s doctores) virgis, flagellis, & vncis ferreis, i. scorpionibus, & nō ad breuem moram, sed à duobus, vel quatuor militibus robustis vsq; ad sui fatigationē, & subinde aliis succedentibus: adeo vt corpus eius nobilissimū & tenerrimum, non solum cæsum, sed vulneratum esset & laceratum adeo, vt non esset à plāta pedis, vsq; ad verticem capitis in eo vlla sanitas, sicut scriptum est de eo p Esaiam: Disciplina pacis nostræ sup eum, & liuore eius sanati sumus. Disciplina, inquam, quam nos accipere pro pctīs nostris debueramus, & supportati sumus, castigauit eum pater cœlestis castigatiōe crudeli, vt nos paci illi quæ debebat esse inter nos & ipsum, restitueret. Ideo dicitur: Disciplina pacis nostræ. s. cecidit, sup eum. Et, scd'm Psalm. quæ non rapuit, exoluit. O grauis disciplina. Pensate peccata nostra quanta sint, ꝑ qbus filium Dei tantam oportuit sumere disciplinam. Vbi sunt qui disciplinam cū cauda vulpina volunt accipere, non cū cauda equina, vel hericino clauo, pelle hericij vestito? Habemus hic magnā documētum patientiæ, considerantes quam humiliter & prōpte flagella Dei subire pro pctīs ꝓpriis nos cōuenit, nec murmurare, cū dñs, qui pctā nostra vindicare debuit, ꝑ nobis flagellat, magnūq; sit amoris diuini indiciū in hac vita flagellari, & dño suo seruū conformari, sicut ipse in Apocal. testatur: Ego quos amo, arguo, & castigo. Si tu habes clenodiū pulchrum, aut dilectum, nō finis illud inquinari, sed mox vt pollutum fuerit, aut macula sup id ceciderit lauas, limas, tergis, &c̄. Sic etiam facit dñs: Purgat em̄ & mundos esse vult q̄s diligit. Item magnæ sapientiæ est orare Deū, vt in p̄senti tempore, dū sumus in curia misericordiæ, nos ꝑ pctīs nostris flagellet, flagellatisq; manum sustentet, ne deficiamus, aut in impatiētiam

Ioan. 19

Ligatio Iesu ad colūnam, q̄ fuerit pœnosa & iniuriosa.

Flagellatio Iesu, q̄ fuerit pœnosissima.

Esaiæ 53

Ibidem.

Psal. 68

Flagella Dei q̄ libēter, patienterq; subire debeamus.

Apoc. 3

Orare Deum hic, ꝑ flagellis diuinæ correctionis quantę sit sapientię.

cadamus,& non feruet nobis malorũ nostrorum retributionem in futurum, ad curiam fcilicet iuftitiæ, vbi exigetur à nobis vſq; ad minimum quadrantem. Sic rogauit Mauritius Imperator,vt habetur in fpeculo Vincentij.

IESVS INDVTVS PVRPVRA fpinis coronatur. Art. XL.

I Flagellato domino, & per totũ corpus vulnerato, cruentatoq;, milites fuggefferũt Pilato, vt qa regem fe nominauerat,ficut rex coronaretur. [Cõgregata ergo

Ioan.19 Matth. 27 Marci 15 Lucæ 23

vniuerfa cohorte]ad trifte fpectaculũ,[milites Præfidis fufcipientes Iefum, duxerũt eum intro in atrium prętorij,exuentes eũ, acceperunt clamidem coccineam,] quafi pro purpura regali, [circundederunt ei,& induerunt eum purpura. Et plectentes coronã de fpinis,] rigidiffimis marinis, quę etiam calceos penetrant, [impofuerunt capiti eius,]pro diademate regali,fecundum Hieronymum. Caput eius denfitate fpinarum,vfq; ad cerebrum cõfixum fuit, ita vt fanguis ex capite extractus,frontẽ,genas, & collũ perfunderet.Hoc faciebãt aũt milites,vel ad placẽdum Iudæis, vel fpe acquirendæ pecuniæ, fi durius tractarent dñm. Si vobis vna fpina digito vel pedi imprimeretur,quanta pœna, quãtus fequeretur clamor?Cogitate inde,quid acerbitatis & pœnę dominus fuftinuit: fpinis opertus ficut pileo in capite.Vt autem derifioni nil deeffet,[pofuerunt in dextra eius arundinem] pro fceptro regali, volentes per hoc fignificare inanitatem regni, & poteftatis eius. Poteft articulus ifte in tres diuidi, fcilicet pro eo, quod purpura indutus, fpinis coronatus, & arundine deriforie fuit honoratus. Oportet nos fratres purpura, id eft,vefte charitatis amictos effe,vt fpinæ tẽtationum,&tribulationum fiant nobis in coronam.Tunc autem fiẽt nobis in coronam,quando aduerfitas patienter toleratur,& quicquid nos contra Deum trahit, vel allicit, repellitur & fuperatur. Quotquot enim homo fpinas tentationum in hac vita tolerat & fuperat,tot gemmas preciofas ad coronam fuam comparat.Oportet tẽtationes tolerare & fuperare, hoc eft, oportet tolerare,& non tolerare. Oportet tolerare,quod tentamur, licet non debeamus defiderare, nec occafionem dare, ꝑpter periculum,Oportet,inquam,tolerare quod impugnamur, id eft, non murmurare, non defperare, & hoc eft patientiæ, & oportet non tolerare,id eft,non confentire,ad hoc, quod contra Deum tentamur, fed refiftere & fupare. Verbi gratia:Oportet fuftinere, id eft, non murmurare contra Deum, fi luxuria nos impugnat, licet omni modo teneamur occafiones huius tentationis vitare. Non tamen oportet ita tolerare, vt non refiftamus, fugiamus occafiones. Ad vincendum autem requiritur,vt manu confiderationis tangamus arundineum baculum, id eft, virtutis noftræ vacuitatem,imbecillitatem,& nihileitatem,quatenus non in nobis, fed in domino confidamus. Quia qui in fe confidit,qui non fe arundinem recognofcit,periculofe pugnat: quia nil reftat ei, nifi vt vincatur. O quot,qui aliquid videbantur effe,confidentes in fe, & præfumentes, in profundum ceciderunt, quando alij grauiffimis tentationibus inuoluti, & implicati,in fola Dei virtute & bonitate firmiter fperantes,& de fua virtute diffidentes, euaferunt, & virtutum lumina facti funt.

Hierony. | Coronatio Iefu q̃ pœnofiffima fuerit. | Purpura charitatis nos oportere veftiri. | Spinę aduerfitatũ quãdo nobis fiant in coronam. | Tentationes quõ oporteat tolerare, & non tolerare. | Tentationes quis ferendæ fint. | Baculi arundinei ... manu ... cipere ... | Præfumptio ... periculofa.

IESVS CORONATVS MVLtipliciter illuditur. Art. XLI.

K Quia Iudæi accufauerant Chriftum, quod falfo fe Deum, feu Dei filium dixiffet, & temerarie Chriftum,id eft,regem Iudæorum nominaffet, ideo milites (non à militia nobilitatis,vel generofitate fanguinis,fed potius à malitia,crudelitate,&à militando fic dicti ftipendiarij,carnifices,operarij iniquitatis, quibus nil pro pecunia acquirenda videretur iniuftum)dupliciter irriferunt.[Et genuflexo ante eum,illudebant, & cœperunt falutare eum.] Salutabant eum deriforie, vt regem, [dicentes: Aue rex Iudæorum.] Adorabantq; illum genibus flexis,vt Deum.Sed quo animo, ftatim indicarunt.Nam inter huiufcemodi honorationes illuforias,[confpuerunt in faciem eius. Et dabant ei alapas. Acceperuntq; arundinem,] quæ inftar baculi rigida erat,[& percutiebant caput eius.] Continentur hic plures articuli in vno. Nam falutatio deriforia,Adoratio, Confpuitio,Alaphizatio,Capitis cum arundine percuffio, quæ vno fimul hic articulo connectuntur,in quinq; diuidi poffunt, dum vel tempus fuppetit, vel fuggerit de-

Milites ... hic dicuntur. | Matth.27 Marci 15 Lucæ 23 | Ioan.19 | Articuli plures connexi.

uo tio

uotio. O fratres,non oporteret hic leuiter transire, tantam domini & creatoris iniuriam,quam à vilissimis nequam tolerat, à creaturis indignissimis. Siquidem ipse Deus, & cui soli debetur omnis honor & gloria.Ipse verus rex, & dominus cœli & terræ,creator vniuersorum,distributor omnium:sine cuius nutu, non solum nihil possidere,sed nec viuere, nec eē possumus. Hic alaphis cæditur, hic conspuitur, huic spinæ arundine percussæ,capiti intruduntur,impelluntúrq; vsq; ad cerebrum.O fratres,cogitate dolorem super dolorem,cogitate patientiam super patientiam. Si canem vel catellum tanta videremus pati,cō cuteretur cor nostrum compassione.Christus patitur,& nō compatimur? Deus pro nobis patitur, & ridenti ore, siccis oculis præteribimus? Ante etiam legimus dominum conspu tum & alaphizatum:sed id factum fuit in domo Caiphæ à Iudæis: hoc autem factum est in domo Pilati à militibus,ad placendum tamen Iudæis. Monemur ex his dominum non derisorie adorare vel salutare.Tūc deridemus eum adorantes,quando ab extra magnam deuotionem,aut humiliationem ostēdimus, & intus aridi,acediosi,superbi inuenimur.Inclinamus profunde corpus,sed cor manet erectum.Os loquitur cum Deo,& cor nostrum auersum est ab eo, & conuersum ad mundana. Rogamus Deum, vt intendat orationi nostræ,&nos ipsimet non attendimus. Petimus multa, & ipsi phantasijs implicati, nescimus quid petimus. Quomodo ipse exaudiet nos, quādo nos ipsos non audimus. Nonne esset derisio loqui cum rege pro ardua causa, aut aliquid petere magnum ab eo, & interim vertere ei dorsum,& ludere cū catto? Nonne diceret rex:Si non magis serio est tibi petitio tua, quare illudis mihi? Sic etiam Deo illudimus,loquentes cum eo,petentes non parua,aut modica,scilicet,regnum cœlorum, & interim ludimus cum cattis,id est, cum cogitationibus & rebus imaginatis, vertēdo ei dorsum cordis nostri.Si vero tempore orationis,genuflexionis,prostrationis, adorationis, etiam impuris cogitationibus delectamur, aut peccandi voluntatem concipimus,quasi Deum salutamus, & interim in faciē eius expuimus,aut alaphas damus.

1.Tim.1

Quanta quamq; indigna & pœnosa hic Christus pertulerit.

Matt.26 Marc.14

Derideri Christū à nobis qd mystice.

Illudere Deo mystice qui dicantur.

Cōspuere Deū, illiq; alaphas dare qui nā mystice dicanf.

IESVS ILLVSVS, VIDENdus producitur. Art. XLII.

L

CVm milites nequam omnem suæ crudelitatis vim in Christum exercuissēt,flagellatum, & sic miserabiliter illusum,& afflictum,produxit Pilatus foras ad Iudæos,vt vel sic Iudęorum eius passionem & humilitatem videntium, furor mitigaretur. Vnde sancti Euangelistę consequenter dicunt:[Et postquam illuserūt ei,exijt iterū Pilatus foras,& dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis,quia in eo nullā causam inuenio.] Sciebat enim Pilatus, quod ludibria eius libenter videbant, sperans post tantam eius afflictionem &ignominiam,ipsum de susceptione regni non suspectum haberi,nec vltra eius sanguinem sitiri. Dixit ergo ad illos,vt iam dictum est. Ecce adduco eū vobis foras, vt cognoscatis,quia nullā inuenio in eo causam.Emendatum ergo eum, dimittam. Ecce quid sequitur miserabile. [Exiuit ergo Iesus, portans spineam coronam,& purpureum vestimentum,]cū sceptro arundineo. Mirum quod Iesus p̄ vulnerum dolore,&passionis labore,stare vel ambulare potuit.[Dixit ergo Pilatus: Ecce homo.]O lamentabile spectaculum:Ecce homo. Quasi dicat. Ita tractatus est, vt speciem hominis amiserit.Vnde etiam Esaias prædixit in spiritu passionem eius præcognoscens: Vidimus eum non habētem speciem neq; decorem,vnde nec reputauimus eum. Vidimus eū quasi percussum, & humiliatum à Deo,vt virorum nouissimū & læprosum,&c̄.Et idcirco mirum est,q̄d aliquid de cætero timetis. Habemus hic iterum documentum,non in vestibus gloriari,aut nosipsos ostentare,quia Christus illusus in vestibus est.Maxime autem hoc spectat ad religiosos,quorum habitus despectus & humilis est, & quasi illusorius hominibus mūdanis. Vnde etiam sunt rasi,&coronam portant paruam in memoriam coronæ spineæ Christi. Videte tamen, qualis abusio,instrumētis humilitatis vti ad superbiam:quæ illis instituta sunt & ordinata ad humiliationem ipsorum,in illis superbire. Si fatuus quęreret fatuitatis cappam de panno serico,quid opus est, diceretis fatuo tali,panno serico? Sufficit ei ad demonstrandam hominibus suam fatuitatem pannus lineus,aut laneus.Nam sericum si lino præfert,fatuus non est. Sic monachus

Ioan.19

Esaiæ 53

Habitus monachorū cur sit despectus & humilis

Corona in capite religiosorum qd mystice.

Vestes q̃les monachi ferre debeant. nachus talia vestimenta portare debet, quibus se monachum significet, id est, ex quibus appareat, quod sit contemptor seculi. Sine cura sui viuat, nihil temporale diligat nihil de his quæ admirari solet mundus, discernat, vel appetat. Quanto ergo viliorem, abiectiorem, & grossiorem habet vestem, tanto magis & melius hoc significant, quod esse debent. Vnde & statuta nostra præ cæteris omnibus religiosis aiunt nos ad attritionem, paupertatem & vilitatem vestium, & cætera huiusmodi astringi. Si ergo quis pulchritudinem vestium concupiscit, & delectatur, quærit: pulchritudinem dico, id est, curiositatem, nobili-
Religiosum Virũ quã nã ostendant. tatem in panno teneritudinem, &c̃. (nam munditia vestium non reprehẽsibilis, sed laudabilis est, & in veste hispida etiam seruari potest) delicatus est, mundanus est, monachus non est, cõtemptor seculi non est, & apud sapientes homines, sicut irreligiosus contemnitur, & monstrum reputatur, qui vult, velut is, qui seculum cõtempsit, & semetipsum haberi, & tamen facto ostendit se non esse, quod vult videri.

IESVS CRVCIFIGI POSTVlatur. Art. XLIII.

M
Ioan. 19 [Q]Vum ergo pontifices & ministri,]sic [Iesum] flagellis laceratum, vulneribus plenum, sanguine cruentatum, vestibus illusum [vidissent,]nulla miseratione moti, maiori inuidia exarserunt, magnis vocibus [clamantes: Crucifige, crucifige eum.] Non paruum dolorem, aut mœrorem fecit Christo, sic miserabiliter afflictum coram inimicis suis derisoribus ostendi, qui pœnas eius insatiabiliter æstuabant. Fuit autem clamor eorum validus. Vnde quidam Euangelistarum dicit: Inualescebant
Lucæ 23 voces eorum. O bona Maria, quousque de te tacebimus? Quid fuit in corde tuo, quando à longe tales voces in altum ferri, & filium; non solum ad mortem, sed ad ignominiosissimam mortem audiebas exquiri? Fuit autem hora tertia, quãdo sic Iudæi clamauerunt. Vnde & Marcus scri-
Marc. 15 bit, hora tertia dominũ crucifixum, cum tamen milites sexta hora crucifixerũt do-
Ioan. 19 minum, secundum alios: per hoc intelligi volens, hoc fecisse Iudęos hora tertia linguis, quod milites fecerũt sexta manibus. Imo Iudæi magis crucifixerunt & occiderunt linguis, quam illi manibus: quia nisi clamassent, non fuisset crucifixus dominus, vt ex præcedentibus & sequentibus patet. Audiens clamores eorum [Pilatus,] quasi indignatus, [dicit eis: Accipite eum Ibidem.
vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam.] Non dixit hæc verba concedendo eis facultatem, sed execrando, vel improperando eis eorum malitiã, qui contra innocentem clamabant. Tunc Iudæi ad aliam accusationem se conuertunt, [dicentes: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.] In lege habebatur de blasphæmo oc- Leuit.24
cidendo. Sed Christus confitendo se Dei filium, non blasphęmauit, sed veritatem dixit. [Quum autem Pilatus hũc audisset ser- Ioan.19
monem, magis timuit,] scilicet illum occidere filium Dei. Facilius ei persuaderi poterat, vt crederet Deum, vel Dei filium, q̃a multos deos gentiles credunt. [Et ideo iterum ingressus in prætorium,] vt solus cũ solo loqueretur, & examinando, [eum interrogat: Vnde es tu? Iesus autem responsum ei non dedit.] Sæpius ad interrogata tacuisse legitur dominus in sua passione, ne vel passionem suam impediret, vel quia Tacere cur voluerit, interrogatus
responsione non erant digni, vel non capaces. [Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?] O Pilate hæc verba tibi desecant collum, quia sententiam contra teipsum tulisti. Si potestatem habes dimittendi, sicut etiam habes: ergo, quem sciebas innocentem, non morti adiudicare, sed dimittere debuisti impunitum. [Respondit ei Iesus: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datũ esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi,] scilicet Iudas ex auaritia, & Iudęi ex inuidia, [maius peccatum habet. Et exinde Pilatus quærebat,] id est, omnino se talem exhibuit, [dimittere eũ,] vltra exempla & documenta generalia patientiæ, & humilitatis Christi, quæ in omnibus articulis relucent, non habemus hic specialia, nisi vt discamus refrænare lin- Linguæ detractione ... studio ...
guas nostras, & cauere à detrectationis vitio, quia quicquid inde male sequitur, cuius occasionem detrahendo dedimus, rei erimus. Sicut Iudæi dicuntur crucifixisse dominum, & rei sunt, non quia manibus, sed quia linguis id procurauerunt.

IESVS AD TRIBVNAL IVdicis est adductus. Artic. XLIIII.

Dum

N
Ioan.19

CVm Pilatum[Iudæi] cernerēt oīno quærere liberationem Iesu,quantum poterant opposuerunt se,reclamantes,& clamabant dicentes:Si huncdimittis,non es amicus Cæsaris. Oīs eīn qui se regē facit, contradicit Cæsari.Pilatus aūt cum audisset hos sermones,]& minas Iudæorꝝ de Cęsaris indignatione, timuit de se conqueri vel suspectus apud illum haberi ab officioque deponi.[Adduxit Iesum foras, & sedit ꝑ tribunali in loco qui dicitur Licostratos,Hebraicæ autem Gabbatha] Ante disceptando & perqrendo cuncta audierat, nunc formam iudicis seruans, sedit ꝑ tribunali,statuens ante se Iesum.Cogitate boni fratres,cogitate mansuetudinem domini,humilitatem oīpotentis.Licet in manu sua habeat cœlum & terram,& oīa quę in eis sunt:tñ ante iudicē gentilem permisit se statui,& iudicari velut malefactor,& mortis reus.Dum aūt hæc fierent.[Erat parasceue Pascæ homo tertia & quasi sexta quæ apud nos est meridies. [Et sedente Pilato

Matth. 27

pro tribunali,misit ad eū vxor sua,dicens: Nihil tibi & iusto illi,[Non intromittas te deillius morte.[Multa enim sum passa per visum hodie propter illum.] Diabolus videns vitra quam humanum esse solet,patientiam Christi perpendit,quod forte ipse Christus esset,qui humanum genus esset redempturus.Vnde pœnitere cœpit,quod Iudæus in illius necem instigasset. Cupiensq; illius mortem,quam ante parauerat, impedire ad Pilati accescit vxorem per varias soniorum delusiones eam terrens, vt à Christi dānatione mariti animum reuocaret. Sperabat enim facile liberationem nostram impedire ꝑ malierem,ꝑ quā damnationem ante intulerat. Ecce quid diabolus per se non potest, ꝑ mulieres exequitur.Fugiamus mulieres: fugiamus mōstra diaboli. Sint mulieres honestæ quantumcunq; sint, vel religiosæ, nihilominus fugiendæ:quia ꝑ illas quandoque plus tentat diabolus,dum earꝝ familiaritus incautius admittit,quasi sanctarꝝ, de qbus nulla mali oriat̃ tentatio.Nā inhonestas cito contemnimus & fugimus: honestas ꝟo q̃si sub specie spiritualis amoris,vel q̃si sorores amare volumus:O,o,caro est ibi,Spiritu qdā incipiūt dicit Apostolus,& carne cōsummāt.Et si qn̄q; corporis nō amittunt castitatē,tñ cor vulneratū est,adeo

Diabolus vt per mulierem Christi mortē impedire conatus sit.

Gen.3
Per mulieres quā diabolus efficiat.

Nota decipulas diaboli ꝑ etiā honestas mulieres.
Gal.3

ꝙ ad breue tēpus nō possunt abinuicē abesse.Hoc nō est signū spiritualis sed carnalis amoris,qa diuinus amor non carnis ꝑ̃sentiā reqrit in dilecto, nisi in quātū ad informationē alicuius necessitas vrgeret.Sed redeamus ad Christum.Ipse stabat ante ꝑ̃sidem tacens sicut agnus,q corā tondēte se obmutescit,nec apit os suū.[Dixit ergo ad [Iudæos Pilatus]de Iesu sic humiliter stante[.Ecce rex vester[quē adeo timetis.Cōfusio est vobis talem sic flagellatum & male tractatum, timere. [Illi autem clamabant.Tolle,tolle,scilicet eum à conspectu nostro,quia grauius nobis est ad videndū, [Crucifige eum.dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam:]hoc est vobis ignominiæ[Responderunt pontifices:Non habemus regem nisi Cæsarem.] Hic renunciauerunt Iudæi,& abdicauerunt à se omnem libertatem,& perpetue seruituti se imperatoris subiecerūt. Documentū habemus ex hoc articulo,sicut Christus ꝑpter peccata nostra iudicari, & ante tribunal sisti voluit, Sic magis nosipsos debemus iudicare,& tribunal in mente nostra statuere,facta cogitationes,verba & affectus nostros ibi discutere, examinare punire & cauere,vnde apostolus.Si nosipsos iudicaremus non vtique iudicaremur.

Esaiæ 53

Sap.2

Tribuat cōtra nos ipsos statuerre, iudiciū quæ ferre vti debeam

Hora sexta hic incipit, habens Articulos. XIIII

IESVS AD MORTEM DAMnatus est.Arti.XLV.

XXVII.
A
Matth.27
Marc.15

VIdēs aūt Pilatus, qa]ꝑ Christo liberādo[nihil ꝑficeret, sed magis tumultus fieret,]&rebellionis crimen contra Cæsarē sibi impingerent [Accepta aq̃, lauit manus suas coram omni populo]quasi in signū innocentiæ.Non fuit innocēs,qa iustū dānare nō debuit.Potius eīn omnē honorē amittere & exiliū,aut mortē sustinere debuit,quam contra conscientiam,iustum & innocentem morte damnare.Lauando ergo manus [dixit Pilatus.Innocēs ego sum à sanguine iusti huius. Vos videritis. Et respondens vniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos & sup filios nostros] s.vindicetur.Tunc Pilatus ferens sententiam [volēs populo satisfacere, adiudicauit fieri petitionem eorꝝ.Dimisit aūt illis Barrabā,quē petebāt Iesum tradidit voluntati

eorũ, vt crucifigeretur. O tristis sententia quã dñs humiliter accepit sine vlla coutra dictione, demisso capite ac si oĩm reus esset maloꝝ. O quantus luctus piissimæ matris eius & amicoꝝ flentium sup iniqua sẽtentia, sup morte innocentis dñi charissimi magistri, qa (vt credit) signũ dabat ꝙ sententia damnatus foret, & statim educẽdus ad mortẽ. Et hoc forte p pconẽ vel tubam, vel cornu, vel buccinẽ fiebat sicut mõ pulsat campana. Magna aũt econtrario erat lætitia Iudeoꝝ, qd desideriũ suum obtinuissent, & de Christo se (q oĩa bona illis & beneficia contulerat) vindicare poterant. Monemur hic cogitare & pensare in quanta mala homines ambitio præcipitat & excæcat. Ecce quanta pctã hoĩes faciunt, vt honores aut officia acqrant, vel ne amittant. Iste Pilatus multũ laborauit p liberatione dñi quẽ cognouit iustum esse. Veꝝ qñ mirabant ei de absolutione sua ppter offensam Cæsaris, contra conscientiã consensit iniqtati damnando iustis. Docemur etiam hic, non multũ curare p Deo vel iustitia sustinendo iniqua hominum iudicia, vel quod male de nobis sentiant qñ Christus talia sustinuit. Debemus tamẽ facere, quantũ in nobis est, & non dare occasionem hominibus male de nobis iudicandi, & in nos peccandi ne etiam p hoc peccatis eoꝝ dedisse occasionem inueniamur. Sed cum facimus quod debemus, & etiam informati de innocentia vel bona intentione nostra alij adhuc scandalizentur, murmurant, iudicant & contemnunt, peccatum eorum super illos venit, & nos de patientia coronabimur, quia non tenemur omnibus placere, nec debemus appetere, nisi quantum p pace & charitate exigit. Vnde Apostolus: Si hominibus placerem, id est, placere quærerẽ, Christi seruus non essem.

Dñatio Iesu quõ publicata fuerit.

Ambitio in quanta mali animo ferenda.

Pro iustitia quæq; lubẽti animo ferenda.

Gal. 1

IESVS SVIS REINDVTVS vestibus crucem baiulauit. Articulus. XLVI.

B

Ioan. 19 Matth. 27 Marci 15

Condemnatũ dñm ad mortẽ, milites susceperunt & clamide et purpura exuerunt & induerũt eũ suis vestimentis. Ita dñi facies alaphis cæsa cõsputa, sanguine cruẽtata fuit, vt ppria specie destituta, faciliter agnosci nõ posset. Idcirco vestibus prorijs eum reindui fecerunt Iudæi, vt ab omnibus agnosceret, ad confundendũ eũ. Cogitate hic quam humiliter benignus dñs coram omnibus se purpura exuit, & nudus ac vulneribus plenus, stans ante oculos derisorum contumeliosorum tortorumq;, tunica sua se induit. Interim datum est signum, vt ante dixi, & per totam ciuitatem mox rumor percrebuit, quod dãnatus esset Iesus, & iam iamq; educendus. Colligit vndiq; populus, cuius tunc maxima multitudo ad diem festum, non solũ Iudæorum, sed & Gentilium confluxerat expectans, & videre gestiens dominum. Interim pessima verba sparguntur contra famam boni Iesu, sicut fieri solet contra damnatum, vbi oẽs quęrunt causam damnationis, & Iudæi studiose quicqd excogitare poterant ad infamandum dominum, non omittebãt, & suam inuidiam zelo falso colorandam, non omittebant. Quæ omnia Christus, qui etiam occulta cordium intuetur, nouerat. Audientes aũt hæc etiam pauci amici, maxime piissima mater eius dolorosissima, secabantur cordibus de tanta iniuria dulcissimi magistri ac filij Dei. Producitur interea mansuetissimus agnus baiulans super dorsum suum, maximam & leuissimam crucem vt inquiunt Euangelistæ: Et [& eduxerunt eum & crucifixerunt illum,] quam crucem imposuernnt, quam nemo alius, præsertim Iudæorum tangere voluit, vt maledictam. Fecerunt autem et hoc ad infamandum dñm pcurantibus Iudæis, vt duo latrones simul cum Christo educerentur interficiendi, vt ipse quasi eorum socius crederetur fuisse in scelere, quibus iunctus est in eductione. Denique vt latronibus sceleratior æstimaretur, imposuerunt domino suam portare crucem, & non latronibus, ac si cum latronibus domino mors non sufficeret infligenda, scilicet baiulatione crucis singulari, singularis culpa in eo puniretur. Habemus hoc loco exemplum admirandæ & stupendæ patientiæ. Quid restat nobis, nisi vt sequamur illum, patiamurque cum illo. Sequamur illum per imitationem virtuosę conuersationis, sicut monet Ioannes in epistola: Qui dicit se Christi esse debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Patiamur etiam cum illo quicquid ipse super nos vel malitia hominum, vel diaboli procurante, vel aliter quasi

Infamati Christi totam ciuitatem.

Matth. 27 Marc. 15

Latrones duo cũ Christo educti sunt.

Ioan. 19 1. Ioan. 2 Christus crucem ... qui ...

litercunq; venire permiserit, patienter ferẽtes. Oĩa non secus, quã de manu eius suscipiamus: ad oẽ beneplacitũ eius semp resignati. Ad hanc crucem inuitat nos dñs dicens: Quicunq; vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequat me. Hæc aũt crux secundũ August. quã post Christum ferre debemus, nõ lignum patibuli est, sed vitæ iuste virtutisq; propositum. Tota igit vita hominis Christiani, si secundum Euãgelium viuat, crux est, atque Martyrum, quia consistit vel in sui afflictione & mortificatione, vel in alienoꝝ maloꝝ & iniuriarum pperssione. Vnde & Apostolus: Quicunq; volunt, inqt, pie viuere in Christo, psecutionem patientur. Et S. Gregorius, ferre contumelias, odientẽ se diligere, Martyriũ (hoc est crux) est in occulta cogitatione. Religiosi tñ singulariter crucem professionis suæ ieiunia, abstinẽtias, vigilias, disciplinas, pauptatẽ, obedientiã, castitatem, &c. deuote & hilariter portare debẽt, nõ in angaria. i. coacti et metu pœnę, sicut Simon portauit post Iesum, vt iam sequitur.

Lucæ 9

August.

Vitia tota Christiani hominis vt sit quædã cõtinua crux

2. Tim. 3

Gregor.

IESVS IN CALVARIAM crucifigendus educitur. Arti. XLVII.

Ioan. 19

C

ET baiulans sibi crucẽ, exiuit in eũ, q dicit Caluariæ, locũ: Hebraice Golgatha.] Cũ igitur dorsum suũ sauciatũ dulcissimus Iesus cruci suppoluisset, qui p laborẽ, fatigatione & viriũ exhaustione ex pcedentibus passionibus & pœnis etiam liber ire vix poterat, curuus & depssus sub cruce incedebat. Nam trabs crucis humeris imposita, inæqualis aut nodosa (qa nõ curauerant eam dolare vel curiose parare propter festinationem (ppter inexcessum Christi tractũ impulsum &c. hinc inde agitata (qa posterior eius pars in terra trahebat ad minus aliquanto tempore) vulnera pristina quæ in flagellatione sustinuerat multa inter scapulas in vnum vulnus conquassauit. O quantum dolorẽ dñs Iesus sustinuit in isto itinere. Sæpe in pœnis & laboribus multis ambulauit, sed tale iter nũquã fecit. Vñ & deficientibus viribus, vlterius incedere non valebat. Nihilominus impij canes pcutiebãt eũ malleis, trahebãt funibus vel cathena (sicut à qbusdã scribit, quã imposuerũt collo) trudebãt hincinde, & ad pcedendũ festinanter vrgebant. Credendũ est inter has ærũnas sæpius sub cruce corruisse, qa vestis longa erat, & manibus crucẽ tenebat. Calcãdo igit vestẽ, & ipsis trahẽtibus, hinc indeq; impellẽtibus, iuuare se non poterat: sed in faciem cadebat (vt aliq scribunt) ex naribus & ore cruenta. i. sanguinem emittens. Impijssimi tñ canes nullam faciebant illi misericordiam, nulla cõpassione mouebant, sed qcquid excogitare poterant iniuriosum, faciebant. [Excũtes aũt, cum ducerent illum, inuenerunt, & apprehenderũt hoĩem quendam Cyrenensem, noĩe Simonem venientẽ de villa patrem Alexandri & Rufi. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et imposuerũt illi crucem portare post Iesum.] Hoc non compassionis affectu, sed crudelitatis aĩo faciebant, sitientes mortem & sanguinem eius, vt citius ad interfectionis puenirent locum. [Sequebat aũt illum turba multa populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabant eũ. Omnes eñ finem eius videre cupiebant, eo q̊d fama eius per vniuersam terram exierat: & ppterea hæc ignominia magis cor Iesu penetrabat. Spõte tñ hæc oĩa elegit. Varij aũt affectus erãt & studia eũ sequentiũ. Alij ridebant, alij gaudebant, alij deridebant, alij improperabant & conuiciebant. Alij lapides & lutũ in eum pijciebant. Alij autem occulti amici, occulte dolebant: sed ppter Iudæoꝝ metum non se manifestare audebant. Mulieres tñ, quæ se continere minus poterant deuote plãgebant & flebant. Inter quas nulli dubiũ, erat mater sua mœstissima. O qd cogitare aut dicere poterat, videns filium suum adeo derelictum, adeo afflictum, vt vix agnoscere posset. Ipsa sola perfecte nouit, & pensauit laborem & dolorem eius: & dñs Iesus etiam contra nouit dolorem & mœstitiam matris. Vnde [ad oẽs] simul (inter passiones suas) [conuersus ait. [Nolite filiæ Hierusalem flere sup me, id ẽ, super mortem meam [sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, hoc est, super peccata vestra, quæ mihi occasio sunt patiendi. Quoniã ecce dies venient in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres, q non genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt.] hoc pdixit de obsidione & destructione Hierusalem in vltionẽ mortis Christi, tẽpore Titi & Vespesiani, qñ tanta fames fuit in ciuitate, vt matres proprios filios cõmederẽt. Et hoc cõplebit magis ante diẽ extremũ. [Tũc icipiẽt dicere mõtibus cadi-

Crucis baiulatio q fuerit Christo dolorosissima.

Corruisse Christum sub cruce sæpius.

Studia sapientium christum post lucẽ suam fuisse diuersam.

Mariam sequutam Christum baiulantẽ crucem suam.

cadite sup nos, & collibus, cooperite nos. Quia si in viri diligno].i.in me[hęc faciūt in arido].i.in pctoribus[qd fiet]hoc est, si ego q arbor sum sctā & lignum fructiferꝝ, tanta patior, quanta patient pctores, q ligna sunt arida, & ad nihil apta, nisi ad cōburendum? Ecce charissimi fratres, pstitit nobis hic pījssimus dñs maximum exēplum obedientiæ, mansuetudinis & patiētiæ. Videtis quō non solū patri obediens fuit vsq; ad mortem, sed etiam tortoribus crudelissimis, imitibus canibus obediuit, pmittens se duci & reduci de iudice ad iudicem, de loco ad locū, de pœna ad pœnā, de passione ad passionē, nunq̄ renitens, nūquam contradicens, cū tñ vno nutu potuisset terræ mandare, vt oēs simul in momēto suos absorbuisset inimicos. In omni ergo molestia, in omni grauamine, in omni tentatione simus memores, qd p nobis Deus noster sustinuit, & dulcorabitur omne, quod alias esset molestum.

Qualium virtutum nobis hic Christus pstiterit exemplar.

In oī molestia qd nobis agendum sit.

IESVS EXPOLIATVR SVis vestibus. Arti. XLVIII.

D

Matt. 27 Mar. 15 Luce 23

Evm tandem inter multos gemitus, inter multas pœnas venisset dñs Iesus[ad montem q vocat Caluariæ]q̄si fatigato ex itinere[dederunt ei vinū myrrhatū bibere cū felle mixtū]Bonū vinū aromaticū q̄d datū erat à bonis matronis Christo (sicuti semp solebat morte puniendis dari) ebiberunt nequā pessimi, & vinū acetosum cum felle dño ppinauerunt.[Et cū gustasset noluit bibere, & non accepit.]Deinde expoliauerunt eum vestimētis laneis: quæ dum vulneribus cruētis agglutinata erāt, violenter abstraxerunt, & oīa vulnera renouauerunt, cuius renouationis grauior erat dolor, quā primæ inflictionis. Stabat que Iesus sic nudo & lacero corpore, & cruentis vulneribus, & roseo pfundebat sanguine. Cogitate vos verecundiam domini nudi sic stantis, coram oī multitudine plebis. Cogitate quō tunica integra p caput extrahebatur super coronam, quæ mota voluebatur & impingebatur, & nouis doloribus dominum indesinenter afficiebat. Aut, si forsitan deposita fuit ei de capite, vsque dum extraheretur vestis, nihilominus in depositione & reimpositione, denuo (vbi antiquis noua infligebantur vulnera) immensus & indicibilis dolor excitabatur. Scribit à qbusdā: dum dñs Iesus sic nudus staret, Maria mater eius, sciēs eius verecundiam, & cognoscens beneplacitum, quod factura erat, retro accessit, & peplo cinxit eum circa pudenda. Notate hic paupertatem domini Iesu, quod omnibus expoliatus, totus ab omnibus quæ mundi sunt, alienus, nudus voluit crucifigi, vt nobis exemplum relinqueret voluntariæ paupertatis. O fratres & filij, quæ est paupertas nostra? vt nil nobis desit. Volumus oīa habere, non solum quibus indigemus, & q̄ sunt ad necessitatem, sed quæcūque concupiscimus, & q̄ sunt ad curiositatem, supfluitatem, & oculoꝝ voluptatem. Sed hoc nō est Christū imitari. Nō oportet nos esse nudos: tñ multa nobis subtrahere possumus, in qbus nihil est, nisi cōcupiscentia, & immortificatus amor. Verbi gratia: Alius vult habere coclear de argento vel de stanno, non est necessitas, qa multi etiam reges satis comedūt e ligno. Alius de tali nobiliori ligno &c̄. Quod totū nihil est, nisi curiosum. Alius mappam vel mantile de tali vel tali panno, floribus texto. Et hoc stultitia est, sufficit em̄ qualiscumq; pannus p tergendis manibus. Alius cambire vult cultrum ob hoc dūtaxat, quia concupiscit alium, qui manubriū vel capulum habet de sandalio vel buxo. Stultitia ecce qualis. Quid vtilitatis, si sādalicum est, &c̄. Oportet in talibus frangere nos, & relinquere propter Christum.

Vulnera Iesu oia renouantur.

Mariam virginem

Christi ... di... ...

Nuditas paupertas Christi ... qd nobis instru...

Curiositas ...

IESVS IN CRVCE EXTENditur. Arti. XLIX.

E

Extenditur Christus in cruce ...

Parata cruce, & nudato dño dorsotenus truserūt eū super crucē expandentēq; brachia, manus & crura sup crucem, dū foramina nimis distarent, extenderūt eum ita atrociter, vt omnia membra eius potuissent numerari. Reuelatum est cuidam deuotæ personæ scire cupienti, quæ maior pœna fuisset domini in eius passione & dictum est illi, quod in hac extensione: & tam gratum fore domino, si in passionis, id est, extensionis eius memoriam vnum Pater noster diceret, ac si omnia mēbra eius vnguento suauissimo deliniret.

Documentum habemus hic vt p gratiarum actione, sicut omnia membra nostra exhibuimus ad offensam Dei & seruitium diaboli, & sicut omnibus mēbris occasionē passiōi Christi dedimus (qa si nō peccassemus, nō opus illi fuisset pati p nobis (Ita oīa mem-

Mem... nostra ...

membra nostra offerre & extendere debemus in obsequm Christi. Ad hoc hortans Apostolus: Obsecro, inqt, vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ, sanctã, Deo placentem, rationabile obsequm vestrũ. i. cum discretione, siue destructiõe corporis. Vñ & Ioẽs Cassianus in collationibus patrũ docet, vt religiosę psonæ membrorũ suorũ primitias Deo offerant, hoc ẽ, anteq̃ ad aliq̃ extendant manus, os, pedes, primum illis Deum laudent geniculando, psternendo, manus & oculos in cœlum leuando, corpus ieiunijs, vigilijs, castitate afficiendo. Hoc est contra pigros, q non libenter surgunt de lecto. Cogitate de lecto Christi, quomodo iacet non molliter.

Rom. 12 — Ioan. Cas

IESVS CRVCIFIGITVR AR. L

F

Iesus extendendo crucifigit. i. crucifigendo extendit, quẽadmodum Euangelistę subsequenter insinuãt dicendo: [Ibi crucifixerunt eum. Tunc cũ eo crucifigunt hinc & hinc duos latrones, vnũ à dextris, & alium à sinistris: medium autem Iesum. Et impleta est scriptura, q̃ dicit: Et cum iniqs deputatus est.] Cogitate quantũ doloris sustinuit Iesus, dum claui (vt qdã sentiunt) obtusi p palmas manuum & pedum, vbi nerui colligunt, violenter impellebant, adeo, vt secum cutem & carnes ad foramina traherent: & manibus & pedibus circa clauorũ loca intumescentibus p eodem tpe sanguis effluere gestiens, exire nõ poterat, donec cum cruce Iesus eleuaret, & hunc laxatis membris vulneribusq3 ampliatis, q̃si q̃tuor flumina decurrentia, cruorem & terrã rigabãt. Monemur ex hoc articulo, cruci affigere carnem nostrã cũ vitijs & cõcupiscentijs, clauis. s. pceptorũ iustitiæ, vt nunq̃ recedamus à Christo. Vñ & Apostolus dicit: Christo cõfixus sũ cruci. Et S. Aug. orat, se clauo charitatis cõfigi, & affigi cruci inseparabiliter. Dauid etiam nominat timorem clauum, orans: Confige inquit, timore tuo carnes meas.

Matt. 27 Mar. 15 Esaiæ. 53 Crucifixio Iesu q̃modo contigerit.

Cruci mystice qui quõ affigãtur. Gal. 5 Gal. 6

Augustin. Psal. 118

IESVS PRO CRVCIFIXORibus orauit. Articul. LI.

G

Inter oẽs q̃s sustinuit iniurias pijssimus Iesus, inter oẽsq3 pœnas ad inimicos iniunctã tenuit charitatẽ, p malis reddens bona. Cũ eñi malediceret, nõ maledixit, cum torqueret, nõ se vindicauit: sed tortoribus suis cordialissime cõpatiens, etiã apud patrem excusauit orans p eis [acdicens: Pater dimitte illis qa nesciunt, qd faciunt.] O q̃lis mĩa. O pietatis abyssum. Membra extẽdunt, rumpunt nerui, iuncturæ & compages soluunt, manus & pedes clauis fodiuntur, blasphemiæ irrogant: & oĩm adhuc iniuriarũ immemor, q̃si nullos sentiret dolores, ac si alius torqueret, clamauit: Pater dimitte illis. Quid discere possumus hic nobilius, qd videre magis eximium, qd imitari magis fructuosum, quam vt inimicis nostris cõpatiamur: qa se magis lædunt, quã nos: imo nobis si volumus, ad patientię coronam pficiũt. Oremusq3 p eis, non detrahendo, aut malum reddendo vindicemus nos: sed excusando, benefaciendo, nos humiliando vincamus & emolliamus malitiam eorũ vel iram, vt simus filij Dei (sicut Christus ṽbo p̃dicauit, & exemplo semp monstrauit) q solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

1. Pet. 2

Lucę 23 Verbum Christi primũ in cruce quãtæ fuerit charitatis & misericordiæ.

Erga inimicos suos quõ qs que se habere debeat.

Psal. 7

Matth. 5 Lucæ 6

IESVS IN CRVCE LEVAtur. Articul. LII.

Crucifixum dñm, & sicut cordam extensum magnis clamoribus & tumultu in aera cum cruce eleuarũt, vt ab oĩbus posset videri, ab omnibus subsannari. Scribit autem à quibusdam, crucem foueæ, seu foramini parato sic immissam, vt in altum leuaretur, & incidere violenter, & impetuose permitteretur: ob hocq3 omnibus membris crucifixi domini concussis, omnibus vulneribus & pœnis renouatis, & ampliatis vulneribus & pœnis renouatis, & ampliatis sanguinem copiosius profluxisse.

H

Cogitare cõuenit hic quantũ dolorem dño intulit crucipendentia talis, dũ tota moles corporis tribus duntaxat clauis sustentaretur, & sine refrigerio, sine doloris interpolatione, sine requie dñs esset. Nam si manibus parcere voluisset, pedes tanto maiorem ferebant dolorem, quanto vni durius clauo inniti oportuisset. Si pedibus releuamen præstare voluisset, manus tanto acriori distendebantur dolore, quæ totam corporis molem duobus clauis hærentes, portabant. Nec etiam capiti vllam poterat præstare requiem spinis obsito, quocunque se vertebat, quocunque reclinabat spinæ motæ acrius pungebant. Itaque nullum refrigerium, sed continuus cruciatus domino fuit. Accipiamus hic occasio

Pendentia Iesu in cruce quã fuerit ineffabiliter pœnosa.

occasionē rogandi dñm, & toto posse ad hoc nitamur, vt à terra, i. à terrenis actibus cū Christo leuemur, vt tota cogitatio nostra, affectio, locutio, amor & conuersatio sit in cruce: imo in Christo, vt in vulneribus eius habitemus, q̄si alienati à corpore, & mundo mortui nihil sciamus, nisi Deū, nisi in quātū corporalis necessitas, obediētia vel fraterna charitas, mandant.

Leuari cū Christo in cruce quō mystice debeamus.

IESVS INTER LATRONES medius ponitur. Arti. LIII.

I

CRucifixerunt aūt cū dño Iesu etiā duos alios latrones, vnū à dextris, & aliū à sinistris: vt iā ante dictū est, mediū aūt Iesum] cupientes p hæc dñi innocentiā infamare, vt qa mortis causam nō habebat, ex hoc saltē spectaculo, malis peior iudicaret, & his qbus iunctus erat in supplicio, socius fuisse crederet, & magister facinoris: & ideo in medio quasi capitaneus & princeps latronū crucifixus est. [Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniqs deputatus est] Docemur aūt hic patientiā habere, si qd contra famā nostrā qñque machinantur mali hoīes, exēplo Christi. O quā longe fuit ipse à facto, cuius tñ infamiā sustinuit. Nos tñ nunquam à culpa immunes iniuriam sustinemus, qa etsi hanc, quā sustinemus infamiā aut iniuriam, non ex ea, quæ nobis iniuste imponit, culpa meruimus, tñ vel alia digne incidimus: ideo nunquam sumus omnino innocentes.

Esaiæ 53 Famæ nostræ læsionem quō cum Iesu patienter feramus.

IESVS TITVLO FVIT SIgnatus. Articul. LIIII.

K

MOs fuit Ramanis, damnatoꝝ causam sup crucē scribere, vt legerēt ptereuntes. Hoc tñ forsitā nō oībus fiebat, sed malefactoribus insignibus. Vñ & sup crucē dñi Iesu titulū, causam crucifixionis continentē poni petierunt, & obtinuerunt Iudæi, & nō sup latronū cū eo crucifixorum, in omnibus quærentes infamari innocentissimū dñm. [Scripsit aūt & titulū Pilatus & posuit sup crucē. Erat aūt scriptū: Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæoꝝ. Hunc ergo titulum legerunt multi Iudæorum: qa prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptū Hæbraice, Græce & Latinæ.] Scripsit ergo, inqt Euangelista, Pilatus, sed non sicut ipsi volebant titulū, & sup crucē dñi Iesu poni fecit. Iesus de Nazareth rex Iudæoꝝ. Iudæi legentes hunc titulum, ad sui confusionē iudicabant scriptū, (vt scilicet crucifixus esset, qa erat rex Iudæoꝝ) ideo corrigere tentabant. Dicebant ergo Pilato Pōtifices Iudæoꝝ, [Noli scribere, Rex Iudæorum], i. quod sit rex Iudæoꝝ, vel ideo crucifixus sit, quia sit rex Iudæoꝝ, qa hoc esset ei aliqualis honor, & nobis confusio: Sed, scribe, [qa ipse dixit, rex sum Iudęorum,] id est, qa se exhibuit regni inuasorem, & temerarie, cū nō sit, regē se noīauit: ideo vt tyrannus crucifixus sit. Pilatus autem licet tituli mysterium nesciret, nec veritatem intelligeret, tñ Deo sic ordinante, & in corde nesciētis disponente, mutare noluit, [Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi,] id est, hoc ratum & fixum manebit, quia veꝝ est, per hoc notat diuinitus fuisse procuratum, vt talis titulus super caput eius poneretur, vt p hoc Iudæi agnoscerent, quod nec occidēdo facere potuerunt vt eū regem non haberent. Vnde iste titulus immutabilis fuit, non qa Pilatus scripsit, sed qa dñs ipsemet dixit. Rex sum Iudæoꝝ. [Et stabat populus expectans.] Documentum hic habemus, vt quātumcumque à Diabolo visibiliter vel inuisibiliter impugnamur, hunc titulū ei opponamus: q2 eneruat vires eius, & ipsum pmaxime fugat, vt habet ex certis reuelationibus. Item hic discimus, q̄d nō est cōsilium contra Deū, non est sapientia contra dñm: qa licet multa facerent Iudæi, & qcquid possent, tentarent, vt non rex Iudæorū, vel Christus diceret: dñs Iesus: tñ vellent, nollent etiā à gentibus & à iudice cōfitebatur, & scribebat rex Iudæoꝝ, sicut verum fuit. Itē hic discimus. Si qñque veritas impugnatur, & opprimit ad tēpus, tñ nouissime & finaliter præualet & clarescit.

Tituli crucis Christi virtus qua sit.

Procu. n Consilia diuina per nocentem proficiat laborando.

IESV VESTIMENTA PARtiuntur. Articul. LV.

L

MIlites ergo cū crucifixissent eū, acceperunt, & diuiserunt vestimenta eius, sortem mittētes super eis, qs qd tolleret. Et fecerūt quatuor partes: vnicuiq; militi partē. Est ergo verboꝝ sensus, quod quū milites crucifixissent dñm, diuiserunt inter se vestimenta eius, facientes quatuor partes, cuilibet suam partem. Et tunicam, quam non diuiserunt, sed miserunt pro ea sortem, cuius esset futura: [quia inconsutilis erat.] more pauperum in Palestina, & ad modū chirotecarum, vel birrretoꝝ, vel cilicioꝝ

Matt. 27 Mar. 15 Luc. 23 Ioan. 19

opere

opere textili & reticulato facta. Hæc fecit Maria mater eius in infantia eius, quæ cũ eo creuit:[& desup cõtexta p totũ].i.ab extra de panno aliq̃ p totum aliqd fuit appositũ,ad eã magis fortificandã, & cõseruandã. Dicit hoc loco D.Ioan.Chrysost. Euãgelista occulte vestis vilitatẽ ĩsinuat. In Palestina eñ erat q̃ddam genus vestiũ ppter paupes, ex multis pannis cõtextũ, quasi vnus pãnus sup aliũ.[Dixerunt ergo] scilicet milites[ad inuicem: Nonne sundamus eam.f.sortiamur de illa, cuius sit, vt impleretur scriptura, & q̃d dictũ est p Prophe-

Psal.21

tã, dicentẽ: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & sup vestem meã miserũt sortẽ. Et milites qdem hæc fecerunt: Et sedentes seruabant eũ.] Documentum habemus hic vt seruemus concordiam, vnitatem, vt idipsum velimus oẽs, & non sint in nobis sci

1.Cor.1 Tunica Christi inconsutilis quid mystice significet.

smata. Nã tunica dñi incõsutilis vnitatẽ Ecclesiæ seu cuiuscũq; sanctæ cõgregatiõis significat. Ille ergo tunicã dñi scindit, q dissentiões facit, discordias seminat.

IESVS A PRAETEREVNTIbus & Scribis est illusus. Arti. LVI.

M

Matth. 27 Marci 15

PRætereũtes autem, blasphemabant eũ, mouẽtes capita sua, & dicentes: Vach, q destruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas, Saluũ fac teipsum. Si filius Dei es descende nunc de cruce. Similiter & Principes sacerdotũ deridebãt illũ, illudẽtes ad alterutrũ cũ Scribis & Senioribus, & dicebãt: Alios saluũ fecit, seipsum nõ potest saluũ facere: Si rex Israel est, descẽdat nũc de cruce vt videamus, & credamus ei. Se saluũ faciat, si hic est Christus Dei electus. Confidit in deo, liberet eũ nunc, si vult: Dixit eñ qa filius Dei sum. Illudebant aũt ei & milites, dicentes: Si tu est rex Iudeoꝝ, saluum te fac.] Fraudulẽter, vt dicit Hieronymus, erant Iudæoꝝ p̃dictæ pmissiones, dicentium: descẽdat de cruce, & c̃. Maiora eñ miracula fecerat: qa plus est mortuos de sepulchro resurgere, quã viuũ de cruce descẽdere. Christus aũt mortuos plures suscitauit, & ipsemet de sepulchro tertia die resurrexit, nec adhuc crediderũt ei. Potestis hic cogitare, q̃ iniuriosum sit vel cuilibet morituro, vel ad mortẽ dãnato illudere: q̃n to magis innocẽti, & q̃ maxime Christo filio Dei. Cogitate quã dolorosum & vulneratiuũ sit infirmo vel patiẽti, sibi in doloribus nõ credi, vel nõ cõpati, (hoc eñ q̃nq;

Lucæ 23 Ioan.19

Hierony.

Matth.9 Marc.5

Lucæ 7 Ioan.11

Motiruro vel infirmo nõ credere, sed magis illi iniuriari

doloribus corporalibus plus affligit) quã tomagis, si in doloribus etiã se cõsideret despici, vel iniuriari, vel derideri: Maxime vo si ab his fit, q̃ꝝ causa, vel p qbus calamitatẽ vel dolorẽ sustinet. Ad ppositũ: Christus filius Dei ĩnocẽs in se, ab his subsannabat, blasphemabat, & c̃. quibus corpus & aĩam dederat, & q̃s seruabat, pascebat, eorũq; infirmos curauit, p̃dicauit, docuit, p pc̃tis eorũ, & p salute eoꝝ patiebat, p errore ipsoꝝ & cæcitate patrẽ pauloãte rogauerat, & adhuc illudũt & subsannãt, psequẽtes eũ lingua & manibus. Monemur hic ppter obtrectãtiũ, vel deridẽtiũ linguas, à cruce pœnitẽtiæ nõ recedere, & ab oĩ ope bono incepto nõ desistere, sicut Christus nõ descẽdit, sed ad mortẽ vsq; in cruce pseuerauit.

quãsit grauissimum.

Ioan.19 Lucæ 23

A cruce pœnitẽtię bonorũq; operum propter aliorum malitiam non descendendum.

IESVS AB ALTERO LATRONE blasphemat9 est, ab altero cõfess9. Ar.57

N

Mar.15 Matt.27 Lucæ 23

I D ipsum aũt & latrões, q crucifixi erãt cũ eo, ĩpperabãt, & cõuiciabãt ei. Vnus aũt ex his, q pendebat, latrõibus, blasphemabat eũ dicẽs: Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum, & nos,] & c̃. Dũ eñ Scribæ & alij, vt p̃cedẽti articulo cõmemorauimus, dño illusissẽt blasphemãtes, blasphemauit etiã sinister, q cũ eo pẽdebat, latro, dicẽs ad Iesũ: Si tu es Christus saluũ fac teipsum & nos. Hoc ĩpperiũ grauius fuit pcedẽtibus, qa à vilissima, scelerata & dãnata psona, videlicet à latrõe, mox p suis sceleribus morituro. [Respõdẽs aũt alter latro increpauit eũ, dicẽs: Neq; tu times Deũ, eo q in eadẽ dãnatiõe sis. Et nos qdẽ iuste: Nã digna factis recipimus. Hic vo nil maligessit. Et cõuersus dicebat ad Iesum: Memẽto mei dñe, dũ veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi Iesus.] Hic scdm̃ vbũ ptulit dñs in cruce. [Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in Paradiso.] O quanta liberalitas, quãta benignitas dñi Iesu ad vnũ vbum tãto latrõi pepcit, & plus q̃ petiuit, donauit. Instruimur hic bonã cõfidẽtiã habere in Deũ, & ĩ nullo pectõ de eius misericordia despare, si mõ peccasse dolemus & pc̃tã, pc̃tõrumq; occasiões vitare pponimus. Itẽ instruimur hic, iniuriã Dei & cõtẽptũ nunq̃ sustinere, sed q̃ ad possumus reniti exemplo dextri latronis qui aduersus sinistrum blasphemantem se opposuit.

Impropium latronis quam fuerit Christo graue.

Verbum 2. Christi in cruce q̃tũ fuerit benignitatis.

Desperãdũ vero nõ sit de vllo peccato.

Iniuriam Dei nunq̃ animo patienti ferendum.

IESVS MATREM DISCIpulo suo commendauit. Articu. LVIII.

O

Ioan.19

STabat aũt iuxta crucẽ Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ,

V &

& Maria Magdalena, &c̄.]Cum Iesus pendens in cruce vidisset matrē suā stantē sub cruce, matrē singularē, & p̄ cæteris matribus etiā naturaliter plus filiū diligentē, eo q̄d ei, qcqd de natura nostra habuit, ipsa sola sine viro eidē donauit: Sed & spiritualiter magis amātem, qa mater Dei, & charitate plenissima fuit. Cū ergo hanc vidisset Iesus, cōmota sunt oīa viscera eius sup matre dilectissima, fidelissima & cōpatientissima, cuius aīam & maternū cor gladius cōpassionis trāsuerberauit. Cōpatiebat̄ eñ cōpatienti sibi. Sciebat nanq; ipse angustias materni cordis. Nouerat etiā dolorē omnē eius, & q̄ dolores, q̄s in sua parturitiōe nō senserat, nunc germinabant in eius passione. Vñ & ipse geminū passus est dolorē: suū videlicet & maternū. i. crucis & matris [Dixit]ergo, cū eā vidisset, [& discipulū, quē diligebat,]matri innuens cum capite de discipulo. [Mulier ecce filius tuus.]Nō dixit mater, nisi blādius loqueret̄, cor eius p̄ amoris & doloris vehementia scinderet̄. [Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua.] Et in hoc v̄bo consolationē habemus nō modicā, qa nō solū Ioanni, sed & cuilibet nostrū in p̄sona Ioēs dictū est de Maria: Ecce mater tua. S. Maria dep̄hensa es, nō potes te negare matrē. Habebis nos, proteges nos, iuuabis nos, & merito tuo saluabis nos. [Et ex illa hora accepit eā discipulus in sua] O fratres, clamemus ad eā q̄tidie: Monstra te esse matrē. Sed p̄h dolor, ipsa reclamare potest: Mōstra te esse filiū. Ipsa q̄dē se mōstrat semp esse matrē, sed nos opibus nostris abnegamus eius nos esse filios.

Compassionis dolorosissimæ beatissimæ Mariæ erga crucifixū filium causa quę.

Compassiōis Christi erga matrē causa quæ.

Mulierem cur Christus vocarit matrē.

Verbum Christi 3. in cruce quātę dulcedinis & cōsolationis.

IESVM SOL OBSCVRATVS confitetur. Arti. LIX.

P Matth. 27 Mar. 15

Crucifixo igit̄ dño [à sexta hora]q̄ nobiscū est à duodecima [vsq; ad horā nonam]q̄ est apud nos tertia post meridiē [factæ sunt tenebræ]nō naturales, sed miraculosę, [sup vniuersam terrā: &] contra cōsuetudinem naturalis cursus [obscuratus est sol]cupiens attestari suo creatori, & q̄si compatiens, noluit lumen in passionem eius p̄bere. Discimus hic quantā nos compassionem ei debemus impendere, q̄ñ tantam irrationabilia ei exhibuerunt.

Compassionē quātam exhibere Christo oporteat.

Hora nona hic incipit, continens in se Articul. VI.

IESVS DERELICTVM SE clamauit. Arti. LX.

A Matt. 27 Mar. 15

ET circa horā nonā]crescentibus in Christo semp doloribus, & ipse nullā inueniēs cōsolationem, nec locū q̄ caput spinosum reclinaret. Cū etiam sensualitas nullam consolationē, aut refrigeriū accipet à diuinitate, & humanitate sic in sua naturali infirmitate relicta, suspensaq; oī gaudiorū redundantia à supiori rationis portione in sensualitatem [clamauit Iesus] ad patrē (voce magna dicens: Eli, Eli, lamasabitani: hoc est: Deus me9, Deus me9, vt q̄d dereliq̄sti me. Nō est ītelligēdū q̄ diuinitas humanitatē deseruerit, vel ab ea separata fuerit. Deū eñ, quē inuocabat, semp secū habebat, qa nunq̄ desinebat esse Deus, siue aīa cōiuncta corpori esset, siue separata. Sed loq̄t hic humanitas, vt suę pœnę ostēderet magnitudinē. Ita eñ grauiter dolebat, ac si nō Dei filius, sed inimicus esset. Et ideo penitus videbat̄ derelictus, nullū iuuamen recipiēs ab eo. Multi q̄ppe Martyres, multa & ardua sustinuerūt: oībus tñ aliq̄d consolationis, & refrigeriū aliq̄d ministrabat̄, vt possent tolerare. Et in q̄busdam adeo abūdabat diuina cōsolatio, vt īmania tormēta p nihilo ducerēt, & nō in pœnis, sed in delicijs esse viderent̄. Christū v̄o pater cœlestis totaliter dolori subiecerat, vt doleret quātū dolere poterat, non leuius sentiēs, p̄pter hoc, q̄d Deus erat. Indicauit aūt p hūc clamorē, maximā sui doloris acerbitatē, & multitudinē. Patiebat̄ nāq; exterius ī toto corpore, ī oībus mēbris ex oī parte sensuū, ex oī genere tormētorū. Intus v̄o, p̄pter maternā cōpassiōē, q̄ oēs Christi dolores ī se trāsformauerat, & cūcta, q̄ filius patiebat̄ ab extra in carne, ipsa patiebat̄ in mente. Quæ cōpassio erat excedēs oīm Martyrū sustinentiā. Itē p̄pter discipulorū lapsum, q oēs à fide exciderant, Propter Iudæorū item excęcationem, et obstinationē: p̄pter etiā sui p̄ciosissimi sanguinis & passionis frustrationem, siue p̄ditionem in tā multis & ingratis q̄d excedebat oēm dolorē. Propter hæc oīa Christus ineffabiliter patiebat̄. Hæc aūt v̄ba Christi p̄dicta non fuerūt q̄rulationis, sed orationis v̄ba. Vñ & hic nos erudimur, in tribulationibus derelicti ad Deū confugere, & oī humano solatio destituti, auxiliū diuinū q̄rere, p humilem orationem, & firmam confidentiā. Et si etiam sensibiliter auxiliū non p̄cipimus di-

Psal.

Maria passio…

mus diuinum, longanimiter expectare, & dñi Iesu derelictionem cogitare. Nũq̃ tñ nos deserit, sperãtes in se, tametsi dissimulare ad exercitationẽ nostrã, videat: nec aliq̃ñ non audit. Nam etsi, q̃d petimus, non eo quo petimus, tamen congruentiori modo, vel idem vel aliud melius tribuet.

Iudith. 13

IESVS SITIENS ACETO potatur. Arti. LXI.

B

matt. 17 mar. 15

CVm, vt in p̃cedẽti articulo cõmemoratũ est, clamasset Iesus Eli, &c. [qdam de circũstantibus illic] non intelligẽtes vocem [dicebant: Ecce Heliã vocat iste] Putabant em̃, q̃d Heliam p̃ sui liberatiõe inuocaret. [postea sciens Iesus, qa iam oĩa consummata sunt, dixit, Sitio]: Sitiebat Iesus. i. maxime ęstuabat desiderio salutis nostrę. Sitiebat. i. desiderabat, vt nos fontẽ viuum cœlestis gratiæ sitiremus. Et quanq̃ ista sitis spiritualiter intelligatur de ingenti amore & desiderio, q̃ habuit ad saluãdos nos: vere tñ etiam corporaliter sitiebat Christus maxime. Nã p̃pter sanguinis effluctionem nimij, & humorũ exciccationem ex p̃cedentibus pœnis, totus aruit. Vñ siti aspima fatigatus, dixit: Sitio: [Vas ergo positũ erat aceto plenum. Et milites accedentes, & spongiam plenam aceto hysopo circumponentes, acetum obtulerunt ori eius. Et continuo currens vnus ex eis, acceptã spõgiam, impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, dicẽs: Sinite: Videamus si veniat Helias ad deponendum eũ.] Obiter hic notãdũ venit, q̃d bis potatus fuit Christus in sua passione. Primo, secundum Matthæũ & Marcũ, hora sexta, ante quã. s. crucifigeret, qñ dabant ei myrrhatũ vinum cum felle mixtum bibere. De q̃ secundum Matthæũ, gustauit, sed bibere noluit. Scdõ, iuxta oẽs Euangelistas, hora nona, qñ pependit in cruce, cum dederũt ei ex vase pleno aceto, in arundinis calamo cũ spongia acetum hysopo circumponentes ad bibendũ: q̃d, scdm̃ Ioannẽ, accepit: & statim subiunxit, Consummatũ est. Hanc duplicẽ potationem, multi dñicam passionem tractantes, inaduertenter tangunt q̃si vnã, non bene considerantes sacrã historiã passionis. Ecce filij charissimi, quõ potẽtissimus cœli & terræ creator, cuius sunt oĩa, & à q̃ oĩa, tanta paupertate morit, vt nec guttã aquę habeat. Ecce misericordissimus p̃ salute totius mũdi patiens, nõ tantã misericordiã conseqt, vt potũ aquæ qs ei porrigat: sed acetũ felleũ, vt & siti non careat, & tñ gustũ illi amaricet. Volebant impijssimi filij diaboli ex vno duplicare tormentũ. Sitiebat, audiunt, & refrigerare ipsum nolunt, sed potus amaritudine, quem sumere neqret, affligere: Ideo acetũ & fel p̃pinant. Sciens aũt Iesus qd p̃pinaret sibi, cũ vitare oĩno potuisset. i. nõ gustasse, tũ & ipse nihil nimiũ sibi existimãs, qd p̃ nostra salute, & nostri amore faceret, amaritudinis poculũ ita nõ recusauit, vt gustaret, q̃d sufficiebat ad gustũ cruciandũ, & non accipet. i. non traijceret, hoc est, ne sitim extingueret. (Potuisset em̃ vel amaro poculo sitim extinxisse) sed vtrumq; voluit. s. & sitim tolerare, & amaritudinem gustui inferre. O fratres filijq; charissimi, hæc est vltima cœna, quã dñs de hoc mũdo transiens, accepit. Simus huius memores, q̃tiescunq; gula nos tentat, q̃tiescũq; abstinentia onerosa videt, q̃tiescũq; ieiuniũ grauare videt. Reuocemus tunc ad mentem fel & acetũ, q̃d dñs gustauit, & aliud p̃ siti sua nõ habuit, & delicatum cibum & potum horrebimus. Quõ nõ erubescendum est nobis, qa ori nostro ac linguæ nostræ nihil negare volumus? Quærimus aut paramus qcqd sensualitas cõcupiscit delicatum vel inordinatum, cum dñs noster in cruce p̃ nobis moriens ieiunat: & maxime sitiens, fel & acetum p̃ sua vltima valedictiõe gustauit. Est ne æquũ, vt ipse p̃ nobis ploret, & nos rideamus? vt ipse in cruce tribus clauis sustentet vndiq; vulneratus, sine vlla reqe alicuius membri, & nos dormire velimus, et delectatiões q̃rere vsq; ad sacietatẽ? Ipse fel gustat & acetum, nõ habens guttã aq̃ in siti sua, & nos tã studiose q̃rimus, q̃d bene sapiat, & bibimus ad genarũ vsq; coloratiõnẽ? Bibimus, q̃d alij sobrij nos odore p̃cipiunt anteq̃ vident. Oh nõ sumus huius regis milites, q in cruce mortuus est. Isti aũt, . s. delicati & bibuli non sunt, de qbus dicit Apostolus: Qui carnem suam cum concupiscentijs crucifixerunt: de q̃rũ paupertate, abstinẽtia, & patiẽtia, sẽsuum mortificatiõe in libris legimus, oculis ṽo vt videamus, nescio vbi q̃rere debemus. Et de his satis.

Sitis Iesu in cruce qualis fuerit.

Verbum Christi V. in cruce quanti fuerit desiderij iudicium hominũ saluandorũ.

Matth. 27 Mar. 15 Lucæ 23

Ioan. 19

Christum bis potatũ in sua passione.

Matt. 27 Mar. 15

Ioan. 19

Paupertas Christi in cruce quã sa fuerit.

Aceto & felle cur Christus potatus fuerit.

Cœnã suã vltimam quamsum p̃serit Christus amarissimam.

Ex cœna vltima Christi amarissima qd discendum.

Gal. 5

IESVS CONSVMMATVM est, clamauit. Arti. LXII.

C

Ioan. 19

CVm omnia in Christo completa essent, quæ de ipso scripta erãt in lege, Prophetis & Psalmis, & nihil restaret, nisi

Verbū suo 6. in cruce qd Christus indicarit.

mori [cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est.] Dicendo aūt hæc ṽba, intelligit Christus oēs p̄cedentes passiones & pœnas, in spiritu q̄si ad vnā summā collegisse, & Deo patri obtulisse p humani generis salute. Ita etiā nos debemus in fine orationū nostraꝝ, & operꝝ nostroꝝ bonoꝝ, oīa simul. s. intentionem, studiū, laborē, & opus, &c. oīa Deo offerre. Cui vt magis placeant, in vniōe operꝝ & meritorum Christi debemus illi præsentare, vt edocta est sancta Mechtildis à domino.

Intētio nostrorū operū exercitiorum quō sp̄ectanda.

IESVS CLAMORE VALIDO EXPIRAUIT. Arti. LXIII.

Iesus quō se disposuerit ad mortem

D Vm dn̄s Iesus oīa p̄pter q̄ venerat, consummasset, & iniunctā sibi à patre obedientiā pfecisset, apppinquās morti, & venis iā ex sanguinis effusione exhaustis, viribus corporis vndiq; deficientibus, cœpit oculos languescentes deprimere, & facie pallescere. Et qa in sua potestate habebat ponēdi aīam suā, nec qsq̄ ei tollere poterat, sed qñ ipse volebat ponebat: cū adesset hora, quam ab initio p̄fixerat, caput suum versus matrē modice inclinauit, quasi vltimū aue vel vale ei impendēs, & doloribus plenus, inq; angustijs mortis cōstitutus, hoc signo matri, ac si corpus suū laceratum, & tā crudeliter vndiq; pfossum ac dissipatum, commendaret, innuit: versusq; erigens se, patriq; se cōmendans, [& clamās voce magna,] valido clamore, [dixit: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū. Et hæc dicens, rursus inclinato capite emisit spiritum & expirauit.]

Ioan. 10.

Verbum Christi 7. in cruce q̄re fuerit.

PATER NOSTER.

E Cce charissimi filij, totā passionis dn̄icæ seriē vsq; ad hūc articulū audistis, quō dn̄s noster Iesus Christus post multos labores, multas fatigatiōes, multas passiones, multas pœnas, multa opprobria, multa vulnera, multa itinera pacta, post crucē deniq; & oēm pœne sanguins sui effusionē, cū sibi placebat, aduocās mortē, clamore validissimo, tradidit spiritū. Adeo aūt validus fuit clamor iste, vt ad infernū vsq; auditus cœlū & terrā tremere fecerit. Vñ nō naturalē sed miraculosā. i. nō oībus cōmunē, sed Christo p̄priā cōstat fuisse vocē; hāc qa hō lōga passiōe afflictus oībusq; viribus destitutus, & morti ex talibus cruciatibus vicinus, naturaliter aīa egrediente, nō sic posset clamare, sed id factū est hic sola diuina, quæ in Christo erat, ṽtute. Admonemur aūt hic primo, vt studeamus cōmori Christo. i. mori mūdo, vitijs & pc̄tis. i. nō pmittamus ea in nobis viuere, si cū Christo volumus viuere. Secūdo disce hic qsqs Christianus es, mori, dū viuis. Iā em̄ tibi de morte cogitandum est, dū sanus es. Curādū tibi est, ne inueniat in te, p̄pter q̄d mori formides. Si em̄ mori formidas, teipsum īterroga. Scrutare, qd in te sit, quare mori formides. Si amor alicuius rei, q̄ Deus nō est, vel aliud in causa est, quare mori metuis, illam abijcias à te, teq; liberꝝ facito à causa huius timoris: & in hunc statum mentis te ipsum constitue, q̄ nō formides mori. Tertio, iā in vita, dum sanus es, sæpius p̄meditare mortē, ne mors vnq̄ inopinata tibi aduenire possit, qn semp inuenearis paratus. Nunq̄ in eo statu pseueres, nunq̄ dormire p̄sumas in eo statu q̄ nō audeas mori. Dū sanus es Deum inuoca, p sana feliciq; morte Deum ora, offerēs eidē passionē suā pro pc̄tis tuis, & p̄cipue illius p̄ciosissimā, grauissimamq; mortē, vt cū ad illam horam, qua exeundum est, veneris, assuctus sis doctusq; ad Deum te conuertere, Deum inuocare teq; illi in eius manus offerre.

Clamor Christi expirantis q̄ validus fuerit.

Mortis formid. vnde... at.

Parare ... ... debe... mortem.

IESV MORTEM CREATVRÆ IRRATIONABILES PLANGUNT. Artic. LXIIII.

Matth. 27. Mar. ... Luce 23. Ioan. 19.

M Ortuo Christo, apparuerunt multa miracula, testātia diuinitatē, & iniustā Christi occasionē. Nā, [ecce velū tēpli scissum est mediū in duas partes à summo vsq; deorsū, petræ scisse sūt: Terra mota est, & monumēta apta sunt. Et multa sc̄tōꝝ corpora q dormierāt, surrexerūt. Et exeūtes de monumētis, post resurrectionē eius venerunt in sanctā ciuitatē, & apparuerūt multis. Cēturio aūt, & q cum eo erant, custodiētes Iesum, viso terrę motu, & his q̄ fiebant, & qa sic clamans, expirasset, timuerunt valde dicētes: Vere hic hō filius Dei: & iustus erat. Et oīs turba eoꝝ, q aderant ad spectaculū istud, & videbant q̄ fiebant, pcutiētes pectora sua, reuertebant. Stabant aūt noti eius à lōge. Et erant ibi mulieres, q̄ sequutę eum erant à Galilæa ministrātes ei, de lōge hæc aspicientes: Inter q̄s erant Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salomæ & mater filioꝝ Zebedęi & aliæ multæ mulieres, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Hæc oīa debent

Vti quisq; Christo morienti cõpati & cõmori debeant.

debent nobis esse ad timorẽ, compunctionẽ,& ad cõpassionem qa nos oĩm maloꝝ hoꝝ rei,& causa sumus,qa vt S.Bernardus dicit,q Christo compatiť, qui ad clamorẽ eius non moueť,durior est petra,terra obscurior,sepulchro fœtidior.

IESV LATVS MVCRONE trãsfixum est. Articulus LXV.

F

Ioan.19

Quia parasceue erat].i.sexta feria ante magnũ sabbatũ,q̊d solẽnissimum festũ erat Iudæorũ,[vt nõ remanerẽt in cruce corpora sabbato(erat eñ magnus dies ille sabbati rogauerũt Iudæi Pilatũ vt eoꝝ] scilicet crucifixoꝝ,qa adhuc viuebãt aliq, scilicet latrones [crura frangerenť] ne euadere possent[&]de cruce[tollerẽtũr] quia ꝓhibitũ erat eis in lege, suspensos in ligno ꝑmanere vsq; mane.s.alterius diei,ne polluereť terra.Et vt hoc seruareť,cõscientiosi erãt illi hypocritæ sicut circa minima:circa magna vero cæci erant.s.q̊d iustum & Dei filium occidissent,non considerabant[Venerunt ergo milites,& primi quidẽ fregerunt crura,& alterius q crucifixus erat cũ eo.Ad Iesum aũt cum venissent,vt viderũt eum iã mortuum,non fregerunt eius crura,sed vnus militum lancea latus eius aperuit:&cõtinuo exiuit sanguis,& aq̃.]Naturalis hic sanguis &verus,& aq̃ vera fuerũt: sed effluxio nõ fuit naturalis (qa sanguis congelať statim post mortem)sed miraculosa,licet autem Iesus huius vulneris non sentiret dolorem,ꝑtulit tñ ignominiam & iniuriam.Ipse quidem vulnus in corpore sed beata Maria vulneris dolorem accepit in mente.Et q vidit,testimonium ꝑhibuit, & verũ est testimoniumeius. Et ille scit qa vera dicit,vt & vos credatis. Facta sunt eñ hæc,vt scriptura impleret. Os non comminuetis ex eo.Et iteꝝ alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Hoc autẽ Crristi vulnus adeo fuit magnum,vt post Christi resurrectionem Thomas Apostolus manum imposuerit. Quod aũt sanguis & aqua effluxerunt,significat duo sacra Eucharistiæ.s.& baptismatis, ꝑ idem vulnus,sicut per ostiũ vitæ nobis emanasse.Recepit autẽ Christus hac ꝑfossione atque lateris sui aptione,& grande & profundum vulnus.Et apud deuotissimos q̊s que pro constanti habet cor Christi lanceam militis tetigisse,ac vulnerasse.Voluit enim Christus in maximæ suæ charitatis iudiciũ suum nobis cor aperire,vt cuncta quæ passus pro nobis fuerat,ex huius cordis amore intelligeremus ꝓdesse.Visis igitur doloribus Iesu externis, corporalibus & afflictiuis,postremo voluit, vt misericordissimi, fidelissimi amantissimiq; cordis sui perspiceremus &amorem,q ad vniuersa se quæcunq; pro nobis egit, quæcũque pro nobis passus est, quæcunq; denique nobis est largitus,impulerat.Noluit ꝑterea nobis cor suum apire, vt in tentatione refugium,in mœstitia solatium inꝑsecutione protectio,in aduersitate securitas,vt ignorantibus instructio,amantibus suauitas atq;(vt simul oĩa dicam)quibuscunque introeuntibus in illud saluberrimum cordis vulnus gaudium,salus,æternaq; esset fœlicitas.Iste autem miles fertur longinus fuisse,habuisseq; debilem visum seu in oculis dolorem:guttam quoque dominici sanguinis vnam de latere Christi fluentis,ad eius forte peruenisse oculos,qua fuerit sanatus.Hic conersus postea, fidelium factus est episcopus. Hoc ergo vulnus porta est paradisi,ianua vitæ, fons gratiæ. Illic debet esse habitaculum animæ nostrę, munitio nostra & salus nostra.In oĩ tentatione, antequam præliari incipiamus, illuc fugiamus,& inde pugnemus,quia extra hoc vulnus nullam victoriam sperare debemus,& tentatores & inimici non audent castrum illud inuadere. Item hic monemur vt indefinenter corda nostra rogemus lancea charitatis ꝑfodi amore diuino vulnerari vt pœnitẽtię et amoris lachrymę nobis iugiter fluant. Quandoquidẽ iam, quantum diuina gratia adiuuante potui, passionem dñi nostri Iesu Christi in sexaginta quinq; articulos distinctam,quemadmodum in huius tractatus prefatione quoque præfatus sum vtcunque explicauerim:restent tamen aliquot articuli,quia deuotis hominibus solent historiæ passionis dominicæ annumerari:vtpote tres pro vesperis secundis:Item duo pro secundo Completorio, sicque integro supputantur articuli septuaginta, quos in multorum gratiam huic loco adijcere necessarium duxi.

Deut.21

Exod.12 Zach.12 Luc.24 Ioan.20

Sacramenta q̃nã efluxerint ex latere Christi.

Cor Christi hac ꝑtõe fuisse transfossũ

Cor suum cur Christus trãsfigi voluerit.

Miles hic quis fuerit,quoq; à cęcitate liberatus.

Vulneris huius fructus quis esse debent.

Lancia charitatis vt corda nostra transfigat.

Vesperæ secundæ hic incipiunt,quæ habent Articulos III.

V iij Post

IESVS DEPONITVR DE cruce Arti. LXVI.

G Mat. 27 Mar. 15 Luc. 23 Ioan. 19 POst hæc aũt vt inquiũt Euangelistæ) cum iam sero factum esset, quia parasceue erat, q̃d est ante sabbatum, Ecce venit quidam homo diues ab Arimathia ciuitate Iudeæ, nomine Ioseph, nobilis decurio, vir bonus & iustus: qui & ipse discipulus erat, Iesu, (occultus tamen propter metum Iudæorum (& expectans regnum Dei.] Magna commẽdatio viri huius. Iustum enim & virtutibus decoratum decuit esse, qui omnis boni initium & fontem, manibus suis contrectare deberet. Vnde Beda inquit. Magnæ qdem Ioseph iste dignitatis apud sæculum, sed maioris apud Deũ meriti fuisse laudat: vt & per iustitiam meritorũ sepeliendo corpore dominico dignus foret, et per nobilitatem potentiæ sæcularis, idem corpus accipere posset. Luc. 23 Ioan. 19 [Hic non consenserat concilio & actibus eorũ, & audaciter accessit ad Pilatum, & petiit, vt tolleret corpus Iesu.] Secundum leges Imperiales, nõ poterant deponi de cruce aut sepeliri corpora damnatorum. Hic Ioseph quamuis Ioan. 3 Ioan. 9 esset discipulus Iesu, ante mortem tamen eius non audebant publice confiteri eum, ne extra synagogam eiiceretur. Dederant em̃ Iudæi mandatum vt si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret. At contempto nunc illorum mandato, Ioseph morte & sanguine Christi confortatus, nihil timuit, sed palam ad Pilatum accedens, corpus Iesu de cruce deponere petit: & quod petiit sine aliqua difficultate obtinuit. Mar. 15 [Pilatus autem mirabatur, si iam obiisset] tam cito. Ex hoc loco coniicitur multa à militibus in Iesum fuisse tentata, quæ non iubente Pilato, sed Iudæis procurantibus, & milites pecunia corrumpentibus, Christo inflicta sunt. Nam si Pilatus sciuisset quanta sustinuisset Christus, nequaquam miraretur, tam cito obiisse Christum: imo potius miraretur quomodo tam diu viuere potuisset. Putant enim quidam, nequaquam voluntati Pilati factum, vt Christus clauis cruci affligeretur, sed funibus pro mitigatione legis voluerit eum ligno alligari. Sequitur. [Et accerso Centurione, interrogauit eum, si iam moriturus esset. Et cum cognouisset à Centurione, permisit Pilatus, & donauit corpus, & iussit reddi Ioseph, tum propter petentis reuerentiam, (quia vir diues & iustus erat) tum propter Christi innocentiam sibi notam, quia plurima in morte eius facta miracula audierat. Huius ergo viri imitemur deuotionem, imitemur fidem, imitemur & reuerentiam, quã sacro corpori Iesu exhibuit, vt sicut ipse dignus inuentus est Christi corpus de cruce deponere, ita & nos digne Christum de sacro altari deponere, hoc est, suscipere mereamur. Perinde em̃, imo & plus est Christi corpus sustinere de ara altaris, quã de ara crucis. Nam ille accepit eum in brachiis & manibus, sed isti accipiunt eum in ore & cordibus. Deinde magno cum timore ac reuerentia Christum de cruce deponere debemus cum hoc sancto viro Ioseph, ac sacra & Christi vulnera maximo cũ dolore cordis contrectare, cogitantes propter nostra scelera & grauissima peccata hęc illi iniuste inflicta, & grauius infligenda, si, quod absit, nostram prauam vitam non corrigamus. Nam quamdiu peccator in peccatis perseuerat, Christum in cruce distentum dilaniat & crucifigit, eo quod peccata nostra in causa sunt, quod Christus crucifixus est. At mox vbi per pœnitentiam ad Deum conuertitur, ipsum de cruce soluit & deponit, & inter brachia sua recepit, sicut fecit Ioseph, qui in deponendo, Iesum de cruce inter brachia sua, eum complexabatur. Huiusmodi nanque peccatori conuerso paratus est Deus omnem indulgere offensam, nec vnquam sua illi improperabit peccata modo non ad vomitum (vt quorundam heu ingratorum moris est) reuertatur. Quod si fecerit, dubium non est, quin maiorem sibi in iusto Dei iudicio acquirat damnationem. Docemur postremo in hoc articulo, ne quorundam impiorum ac maleuolorum hominum suasionibus falsis de cruce pœnitentiæ semel pro laude Dei assumpta, descendamus, sed laborem rigoremque disciplinæ, ac mortificationem veteris hominis sustinere, donec aut post mortem naturalem à Deo, aut post spiritualem, puta iam emortui Mundo, & nobisipsis, aliorum iudicio et manibus, hoc est, Dei amicorum, deponamur.

Marginalia: Crucifigi q̃nã nõ voluerit Pilatus Christum. — Corpus Christi quãdo in cruce mystice deponatur. — Vulnera Christi mystice vocantur. — Prou. 11 1. Pet. 2

ISVS SYNDONE INVOLVITVR. Articul. LXVII

Con-

H

Marc.15 Concesso autem iam sacro Iesu corpore [Ioseph,] properauit festinus ad locum crucifixionis, secum portans necessaria, ad deponendum dñm, instru Ioan.19 Matt.27 menta, [& mercatus syndonem, venit, & tulit corpus Iesu. Et deponens eum, accepto corpore, inuoluit depositũ illud in syndone munda.] Syndon ista fuit pãnus lineus, candens & mundus, & designat Christi innocentiam, & liliosam castitatem, ac puritatẽ, vt qui rubricatus fuerat sanguine passionis, candidaretur syndone innocentissimæ castitatis. [Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum.] Iste Nicodemus sicut & Ioseph, occultus erat domini Iesu ante passionem discipulus, nec audebat se, propter metum Iudæorum, manifestare, ne extra synagogam expelleretur. Verum, qui nõ audebat confiteri viuentem, nunc nõ solum cõfitetur, sed obsequium etiam præstabat defuncto. Est quidem hæc laudabilis viri confessio, & omnibus modis commẽdanda, sed adhuc magnũ quid ipsi defuisse videtur. Quid est hoc? Vera de Christi resurrectione fides. Nam attulit secum myrrhã & aloen: quasi corpus eius muniri indigeret à putredine, cum tamen de eo scriptum sit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hoc vnguento Iudæis mos erat corpora defunctorum sepelire, quia hanc habet virtutem, vt vermes à corporibus arceat, nec ea corrumpi sua amaritudine sinat. Hinc est, quod putabat Christi corpus hac vnctione custodiri oportere, ne in cineres redigeretur. [Acceperunt ergo corpus Iesu, scilicet de cruce. Ante omnia tamen adorantes Christum, maximamq; illi exhibentes reuerentiam ac venerationem, vt vero Deo. Deinde Mariam vt veram Dei matrem alloquuntur, & ex ordine causa sui aduentus exponunt. Tunc illa cognita quod ad deponẽdum dilectum filium suũ venissent, quasi ex grauissimo somno euigilãs, reuixit spiritus eius, & blande ac dulciter alloquuta est eos, benedictionem eis dans, & quodcunq; poterat auxilium, & concilium impendebat eis, donec Christo de cruce deposito, in suũ eum gremium reciperet, & pro voto suo omnia ipsius sanguine rubricata vulnera oscularetur. Magdalena autẽ secus pedes dñi sui sedebat, vbi quõdam gratiam inuenerat, plorans, ac alta ducens suspiria. Sequitur: [& ligauerũt illud in linteis, cum aromatibus, sicut est mos Iudæis sepelire,] ne. s. (vt dixi) putresceret. Hoc in loco magno nobis studio agendũ est, ne immũdi corã oculis dñi appareamus, nec cõscientia immũda Christum gloriç recipiamus, nec vacui, hoc est, verarũ virtutũ expertes à Christo inueniamur, admoniti huius deuotissimi viri Nicodemi exemplo, qui in mundissima syndone, Christi corpus inuoluit, condens illud cum aromatibus myrrhæ & aloes. Vnde si digne voluerimus Christum recipere, necessarium nobis fuerit præ omnibus, cordis puritati studere. Felix nãq; talis est anima, quę se incorruptã ac puram domino Deo suo seruat.

Syndon quid mystice significet.

Psal.15 Acto.2

Ioan.19 Ioan.3

Ioan.19

Mariç virginis erga corpus Christi deuotio quanta.

Gene.45

Luce 7

Mariç Magdalenæ erga Christi corpus pietas.

Syndone munda Christus quinã mystice inuoluatur.

IESVS A MATRE ET AMICIS SUIS PLANGITUR. Art. LXVIII.

I

Hic modo considera, q̃ flebile fuerit videre Christũ gloriæ de cruce deponi, clauos durissimos ex sacris manibus & pedibus extrahi, syndone more mortaliũ sacrũ corpus suum inuolui. Deiñ meditare, q̃ flebilis mox sit exortus pĳssimæ matris, piarũ mulierũ, cęterorũq; dñi Iesu amicorũ ibi p̃sentium, planctus, intuentiũ Christi corpus adeo factũ indecorũ, adeo vulneribus sauciatũ, adeo liuidũ & cruore oblitum, vt hominis nullam haberet speciem. Quem planctum Propheta lõge ante intuens, ait: In illa die erit planctus magnus in Hierusalem. Quis quæso non plangeret, quis à lachrymis se contineret, tam triste ac lugubre contuens spectaculum? Pia nanque mater suum natum in gremio tenẽs consolari super morte eius non poterat, tamque vbertim lachrymas fundebat, vt ipsa quoque sacrata vulnera filĳ sui perfundere & rigare videretur. Et credo si coram eam intuitus esses, putasses haud dubie, quod eius caro cum spiritu in lachrymas resoluta fuisset. Et quod magis mirandum, lapis quoq; in quo corpus eius positum erat, lachrymis madebat, & in perpetuam rei memoriam, adhuc lachrymæ in eo apparere dicuntur, qui lapis in ingressu sancti sepulchri esse memoratur. Et quamuis nulla lingua, lamentationes, planctus, & fletus, quos beatissima Dei genitrix virgo Maria super corpus filĳ sui fecerit enarrare sufficiat: hoc tamen certo certius tenendum, nihil

Zacha. 12

Mater Christi q̃s lachrymas fuderit ad ipsius corpus depositũ de cruce.

Planct' B. Mariæ q̃les fuerint

nihil eam quicquam inhoneſtum, indecorum, aut irratiõabile admiſiſſe, quia dolor eius non ad rationem ſuperiorem pertingebat. Magdalena vero pedes dñi quos aliavice lachrymis cõpunctionis rigauerat, tunc multo amplius vndis lachrymarũ cõpaſſionis largiter lauit. Aſpiciebat ipſa pedes ſic vulneratos ac pforatos, deficcatos & ſanguinolẽtos, & flebat amariſſime, ita vt penẽ p̃ dolore deficere videretur. Similiter, & cæteri, qui ibi aderant vehementer flebant. Sed quid mirum ſi hoĩes fleuerint, quando nec illi cœleſtes ſpiritus ſuas poterant continere lachrymas. Ait nanq; Auguſtinus: O quis Angelorum, vel Archangelorum, ibi non fleuiſſet? Ibi contra naturam autor naturæ immortalis Deus, mortuus homo iacebat. Videbant Chriſti corpus ſic male tractatũ ab impijs, ſic laceratũ iacere: Mariam totam cruentatam ſic amariſſime flere, & nullo modo ſuas poterant lachrymas refrẹnare. Sicut enim poſſibile fuit per aſſumptũ hominem mori, ſic poſſibile fuit angelos bonos in morte dñi ſui dolere. Plange ergo & tu qſquis es, qui Chriſti veſtigia ſeq deſideras, & clama cũ S. Bernardo: O bone Ieſu, quam dulciter, cum hominibus conuerſatus es, quam magna & abundantiſſima eis largitus es: quã dura & aſpera pro eis paſſus es, dura verba, duriora verbera, duriſſima crucis tormenta. Et penitius ſi in Saluatorem tuũ intendere volueris, nullum in eo membrum inuenies, q̃d non ſingularem quendam dolorem & afflictionem ſenſerit. Vide quid in q̃libet ſenſu, quid in qualibet parte corporis ſuſtinuerit, In capite ſpinas, in auribus opprobria, in oculis fletum, in ore fel & acetum, in facie alaphas & ſputa, in collo colaphos, in naribus fœtorem, in manibus & pedibus clauos duriſſimos, in dorſo flagella, in pectore lanceam. Iam ad te redi, & cogita quam viciſſitudinem amoris dilecto domino Deo tuo rependas, qui tanta paſſus eſt pro te. Et certe ſi nequeas ſanguinem amore ipſius fundere, vel ſaltẽ vicia tua in te occide, prauis deſiderijs reſiſte, & mẽbra tua, ne eis abutaris, coarce, & ſufficiet illi. Ex hiſce paucis plura collige.

Lucæ 7

Angelorũ fletus ad exequias Chriſti. Auguſtin.

Bernard*

Chriſtus in quibus paſſus ſit.

Cõpaſſio q̃lis Chriſto in nobis placeat.

Completorium ſecundum hic incipit, continens in ſe articulos II.

IESVS A VIRIS SANCTIS ſepelitur. Art. LXIX.

Qvum nox apppinquaret, nec plãctus ille propter inſtãs ſabbatum longius durare poſſet, & quia ſerotinũ tempus erat, quo mulieribus, potiſſimum aũt verecundiæ virginis, congruebat non diutius extra ciuitatem manere, dominũ Ieſum aromatibus conditum, ſyndone inuoluent, atque à matris oculis lachrymantis abſcondũt. Quod cum pia mater videret, aliter fieri non poſſe, dulciter eum deoſculãs, om̃e obſequium quod ei poſſibile erat, impẽdebat corpori filij ſui, & ſummo honore illud viri illi venerabiles, Ioſeph, ſcilicet, & Nicodemus, accipientes, portauerunt ad monumentum: dña tenente caput, Magdalena pedes, & cæteris corpus geſtantibus. [Erat autẽ in loco, vbi crucifixus eſt Ieſus hortus, & in horto monumentũ nouũ ipſius Ioſeph, q̃d erat exciſum de petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.] Non magno caret myſterio, ſecundũ Hieronymum, quod Chriſtus in monumento exciſo in petra conditus fuit. Nam ſi ex multis lapidibus fuiſſet ædificatũ, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Si etiã ſepulchrum fuiſſet in terra, inquit D. Auguſtinus, dicere poterant perfidi Iudẹi: Suffoderunt terram, & furati ſunt eũ. Q̃d autẽ in alieno ſepulchro ponitur, paupertatem Chriſti nobis commendat. Vnde S. ait Anſelmus: Pauper ita fuit Chriſtus, vt non in ſua, ſed in aliena domo naſceretur: & viuens in hoc mundo, non haberet vbi caput ſuum reclinaret: nec moriens, vnde nuditatem ſuam tegeret: nec mortuus, vnde inuolueretur: nec ſepulchrũ, aut locum, vbi poneretur. [Ibi ergo propter Paraſceuen Iudẹorũ, q͠a iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum,] mille milibus angelorũ ſanctorum exequias decantantibus, qui omnes, vt S. Auguſtinus ait, ad ſepulchrũ dñi ſui cõuenerant. Illi cantabant laudes, Maria aũt dabat gemitus & ſuſpiria cordis. [Et aduoluit Ioſeph lapidem, ſaxũ magnũ, ad oſtiũ monumenti, & abijt,] ne iſte locus beſtijs eſſet peruius, aut aliquis veniens poſſet occulte rapere corpus Chriſti, quia per illud oſtium, erat ad ſepulchrum ingreſſus. In quo patet virtus reſurgentis, quam nõ poterat retinere magnus lapis. Et tollitur omnis in reſurrectione eius ſuſpicio: quia nec ab aliquo potuit fieri violentia, furtum, aut fictio. [Et

Ioan.19 Matth.27 Marc.15 Lucæ 23

Hieron.

August.

Anſelm. Lucæ

Matth.8

Ioan.19

Auguſt.

Matth.27 Marc.15

Lucæ 23 Exodi 20 [Et dies erat Parasceues, & sabbatum illucescebat.] Ideo quantum poterant sepulturam domini accelerabant, quia in sabbato tale quid facere non licebat. Sequitur: Matth. 27 Marc. 15 Lucæ 23 [Erant autem ibi Maria Magdalena, & Maria Ioseph, & altera Maria, & subsequutæ mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa, sedentes contra sepulchrũ,] hoc est, non longe à sepulchro, e regione sepulchri, [& aspiciebant, & viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.] Hoc deuotissimæ mulieres hæ ex ardenti fecerunt amore, prætcrea, qa breui intendebant reuerti ad vnguendum corpus domini, ideo obseruabant, qualiter aptius possent introire sepulchrum.

Sepeliẽdi mystice Christum modus q̃tuplex. Ergo vt & tu, quicunq; desiderio flagras dñm Deum tuum in corde tuo sepeliendi, digne sepelias, multa tibi necessaria sunt. Primum est, vt ante etiam dixi, mũditia & puritas cordis, & corporis, q̃d signatur per syndonem mundã, in qua inuoluere te eũ oportet, qa mysterium eius clausum & occultum est. Secundũ, vngues cum cum aromatibus, per feruẽtem deuotionem, recordando iugiter ipsius amarissimã passionẽ. Tertium, vt ponas eũ in monumento nouo, hoc est, corde tuo, per gratiã Iesu Christi innouatum, & ab oĩ vetustate pcti purgatum. Quartum, vt diligenter monumentum claudas, ne.s. ingrediatur pctm. Nam si pctm ingrediatur, Christus egreditur. Et si Christus te deserat, plane miser & miserabilis es. Et nisi resipueris, ac per pœnitentiam Christum reuocaueris, salus tua periclitabitur, & tuipse in magnã deduceris calamitatem.

IESV SEPVLTO MVLIERES vna cum matre Iesu in Hierusalem reuertuntur. Art. LXX.

L POst dñi Iesu sepulturã, eius mater à Ioanne est monita, iuxta piam catholicãq; plurimorum sanctorum patrũ sentẽtiam, quatenus propter noctem instantẽ cũ aliis mulieribus in ciuitatem reuerteret. Tunc illa, vt verã nobis obedientiæ formã monstraret, Ioanni monenti consensit, & quõ melius poterat, primo tamẽ ad monumẽtum genua flexit, ipsumq; amplexãdo bñdixit, & cum abeũtibus abibat. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta plorLucæ 23 tibus vix quibat stare pedibus. [Et reuertẽtes] s. mulieres in Hierusalem, [parauerũt aromata & vnguenta] isto adhuc vesperi sextæ feriæ, quamdiu secundum legem licuit operari. Vnde elicitur, q̃d in istis mulieribus fides fuerit, de Christi resurrectione permodica. [Et sabbato quidẽ siluerunt secundum mãdatum,] hoc est, ab omni exteriori opere quieuerunt, iuxta legis pceptũ. Exodi 20 Leuit. 24 Illicitũ qppe erat quicq̃ sab[illegible] manibus operari, dño dicente: Meme[illegible] sabbati sanctifices. Itemq;: Nihil o[illegible] facietis in eo. Intrãtibus deinde illis ciuitatem, multi videntes matrẽ filio orbatã, moti pietate super illius dolore ad luctũ conuertebant amarum, & conc[illegible] vndiq; bonæ ac honestæ matronæ & [illegible], comitantes cum ea per viam, conso[illegible] eam, vt melius poterant. Vndiq; fit ploratus magnus, & fletus, quia dolor eius multos faciebat dolere. Inde est, vt quo[illegible] plorãtem cerneret, & ipsi plorarẽt. Cum tali ergo planctu pia mater vsq; ad domum Ioannis deducta est, cui appropinquãti, humiliter se eis piis mulieribus inclinans, gratias egit, & dimisit eas. Ioannes aũt memor verborum dñi sub cruce: Ecce mater tua, &c. eã in suã Ioan. 19 custodia retinuit, & plus q̃ propriã matrẽ dilexit: omnem illi humanitatem & beneuolentiam exhibens, & dubia si qua habebat de Christi incarnatione & passione, ei exponẽs, superq; his informari desiderãs.

Cõpatiendũ quatenus sit Christi matri. Nunc ergo quid restat, nisi vt nos piissimæ matri ita affectæ, ita mœrenti, ita grauiter laboranti (vt veri filii) compatiamur. Si autem quis non compatitur, reuera non est viuens gratiæ filius, sed abortiuum insensibile, ac mortuũ, & indignus plane, qui lac gratiæ ex maternis eius sugat vberibus. Vtinam & nos vere peccata nostra defleremus, & ab omnibus operibus mortuis resurgeremus, vt possemus Roma. 6 cum Christo resurgere, & in nouitate vitæ ambulare. Attamen cũ hæc ipsa Passio, Passio dñi ca quõ sub horis canonicis ruminãda quam Deo donante iam exposuimus secũdum septem horas canonicas distincta sit, pro legentium maiori vtilitate ac perfectu, placuit super horis singulis quasdam breues meditatiões adiicere, ex qbus liquido amorẽ dñi nostri erga nos cognoscere valeamus. Cum itaq; primo nocte surrexeris, ob reuerentiã illius amoris, q̃ Christus se vinctũ tradidit in manus malorum hoĩm, & ex hoc obediẽs factus patri suo vsq; ad Philip. 2 mortẽ, dispone in corde tuo obedire te velle ad oĩa, quæ tibi ab eo, aut vicariis eius iniun-

iunguut. Hora prima, ob reuerentiã humilitatis, qua corã indigno iudice, velut agnus mãsuetissimus stetit, subijcias te omi creaturę ppter ipm, & ad qlibet vilia, & indigna sis opa paratus. Hora tertia, ob amorē, q̃ contẽni cõspui, & opprobrijs varijs se affici passus est, teipm cõtemne, vilipēde, & opprobria libenter sustine. Hora sexta, crucifiges tibi mundũ, teq; mũdo, cogitãs qualiter dñs Deus tuus oĩm creator, pro amore tui crucifixus sit. Hora nona, more re mundo, & oĩ creaturæ, videlicet, vt amara mors dñi Dei tui, adeo in corde tuo dulcescat, quatenus quicqd Deo minus est, tibi insipidum fiat. Hora vesperaꝝ, dñs Deus tuus de cruce fuit depositus, & tu recole cũ gaudio, qualiter post mortẽ, & oẽs labores tuos felici requie reqesces in sinu eius. Ad Cõpletoriũ, memor sis vnionis illius, qua spũs vnus cũ ipso effectus, ipso in summa lætitia perfrueris: Quæ vnio hic in via incipit p voluntatis tuæ, & ipsius concordiam in oĩbus tã aduersis, q̃ prosperis, & in futuro cõplebitur, p ęternã gloriã in cœlis, vbi vnus eris cũ ipso Christo, sicut ipse cũ patre & spũ sctõ vnus, 9us, ac indiuiduus Deus est, nunc & in æterna secula, Amen.

1.Petri 2

SERMO DE PRAECIPVIS effectibus, virtutibusque in passione Christi nobis exhibitis.

XXIX A

CHristus passus est p nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt seqmini vestigia eius. I. Pet. II. Charissimi fratres, ac filij, licet tota vita innocẽtissima dñi nostri Iesu Christi, sit purissimũ, & lucidissimũ speculũ bñ, virtuoseq; viuendi, tamẽ passio eius est, quasi summa, & registrũ oĩm virtutũ. In ipsa eñ relucet pfectio oĩm virtutũ. Nam quicqd dñs p totam vitam suam docuit, & opatus est, hoc in passione sua summarie, cõpendiose, & pfectissime mõstrauit, & nobis in exemplũ reliquit. Nam sicut S. August. testatur, nõ solum quicqd boni gessit Christus in terris, sed & quicqd mali sustinuit, totũ disciplina moꝝ fuit. Reliquit ergo nobis exemplũ. Sed quale dicis exẽplum? Exemplũ humilitatis, pauptatis, patientię, mititatis, obediẽtiæ, pietatis, largitatis, charitatis & similiũ. Videamus ergo nũc primo de pauptate, quam dñs Iesus in natiuitate sua cõsecrauit, & p totã vitam suã familiarissimam sibi fecit, quõ eam in passione seruauit. Non tñ hic loqr de pauptate inuita, vel quæ ex sola necessitate accidit, sed de voluntaria & affectata pauptate, cũ effectu penuriam sentiente, quę vocat alio noĩe paupertas spũs. Hãc Christus ab infantia tenuit, sicut dicit Apost. Egenus factus est ppter nos, cũ diues esset. Et S. Ambros. Recordare oẽm vitam saluatoris, à partu virginis, vsq; ad patibulũ crucis: & nõ inuenies nisi stigmata pauptatis. Sed omittamus p nũc paupertatẽ, quam elegit in natiuitate. Taceamus, q̃d non habuit locũ vbi nasceret, nisi vile stabulum, & arctum p̃sepium, cum tamen esset dñs & creator oĩm. Prætereamus deniq;, quõ per totam vitam esurijt, & sitiuit, & de eleemosyna fideliũ vixit, nõ habens agrũ, nec domũ, nec hospitium proprium: sed nec mater eius, nec apostoli, q̃a oĩa reliqrant. Hãc solũ pauptatẽ cõmemoremus, q̃ post dñicam Palmaꝝ. i. in hebdomada passionis suæ, in monumentum reliquit. Ecce in die Palmaꝝ cũ susceptus fuerat cũ magno honore, p totum diẽ p̃dicauit in tẽplo vsq; ad vespeꝝ, de sero circunspectis oĩbus, sicut Euangel. testat, & glossa supplet, si aliqs vellet eũ inuitare ad hospitandum, cum nemo eẽt q eum reciperet, ieiunus & fatigatus redijt in Bethaniã. Videte q̃d nõ solum nõ habuit pprium hospitium, sed nec alienum, nec panẽ in tanta necessitate. Similiter accidit ei in feria 2. & 3. q mane veniẽs in ciuitatẽ, p totum diẽ p̃dicabat, & vespe adhuc ieiunus redijt in Bethaniã. Sed notate vlterius: Dum scd'm ritum legalem Pascha volebat celebrare, nonum instituturus sacramẽtum, nõ habuit domum vel agnum, aut cętera necessaria p tanta solẽnitate, sed misit duos discipulos ad quendã amicum suum q p̃parauit. Ipse quidẽ potuisset habere, si voluisset p seipm. Vnde enim alij habent, nisi ab illo? Sed qui alijs prouidet, ipse voluit pauper & mendicus esse, ad cõmendandam pauptatem.

Augustin.

Pauptas Christi q̃nanta.

Matth. 2. Cor. Ambr.

Luce.

Matth. Marc. Luce.

B

Deniq; in passione eius, dum erat nudus affixus in cruce, nunquid nõ pauptatẽ exhibuit? Nonne pauptas eius relucet maxime in septem? Primo, in nullius nõ solum pecuniæ, sed cuiuscunq; rei possessione, in tantum paup, vt si minima re se potuisset liberare, & vitã suã redimere à morte, nõ habuisset. Secundo, in amicoꝝ amissione, q̃a non fuit qui pro ipso apud iudicem staret, aut pro eo loqueretur. Tertio, in vestium nudatione, quia non habuit, q̃ carnem suam operiret. Quarto, in terræ subtractiõe,

Pauptas in Christi passione septem. Matth. Marc. Luce. Ioan.

quia

quia in cruce fixus, non habuit de ea. s. terra tm̃, vbi pedem figeret. Quinto, in cibi & potus sublatione, qa p̃ter acetum & fel, nõ habuit q̃d comederet, aut biberet. Imo cõmunissimum quod omnibus superabundat hominibus, nõ habuit. Quid fuit hoc? Qd in maxima siti sua nõ habuit vel modicum aquæ, vt refrigeraret linguã suam. Sexto, tam paup fuit, q̃d cum penderet in durissimo lecto. s. in cruce, non habuit locum quo caput suum reclinaret. Vñ ipsemet dixit: Vulpes foueas habent, & aues nidos, filius autem hoĩs nõ habet, vbi caput suum reclinet. Septimo, pauper fuit à membrorũ libertate, quia nullum membrũ habuit liberũ, quo se posset iuuare, nisi linguã aceto & felle ad vltimum etiam impeditã. Consideratis nũc, q̃d penes quem est oĩm rerum affluẽtia, quãtum ad dñium, qa ipse est rex regum, & dñs dñantium, dñs & creator omnium, apud illum est & oĩm rerum extrema penuria, quantũ ad possessionem & vsum, & sicut nudus egressus est de vtero matris in mundũ, ita nudus regreditur de mundo, nihil terrenum, aut tẽporale prorsus retinens, nihil habens. Vñ in Threnis dicit: Recordare pauptatis meæ. Sicut autẽ in vita dilexit paupertatẽ, ita etiã post mortem seruauit. Nã in alterius linteo inuolutus, & in alieno fuit recõditus sepulchro. Quare? qa propriũ non habuit. Aduertitis mõ (ni fallor) Christum facto, etiã si verbo tacuisset, pauperes p̃dicasse beatos, qñ paupertatem p̃ oĩbus mundi diuitijs sic elegit, sic dilexit, sic vsq; in finem in seipso seruauit, qñ matrem suam apostolos, & oẽs amicos suos sola paupertate dotauit in vita, & post mortẽ nihil hæreditatis præter paupertatem reliquit. Quid ad hæc nos dicemus, q sub pauptatis titulo abũdamus? Væ nobis, nõ dico ꝑ diuitijs, sed etiam ꝑ paupertate nostra, q virtutis nomẽ quærimus & paupertatis nolumus sentire laborẽ. Delicata est nimis pauptas nostra, q sic esse volumus pauperes, vt nullum sentiamus defectum. Nec solum cupimus quæ sunt ad vitæ necessitatẽ, sed etiã quę ad curiositatẽ, vtinam mẽtiar, si dixero, voluptatẽ. Quicq̃d videmus, vel audimus, concupiscimus. Ad hoc aspiramus, laboramus, quęrimus, habere volumus, & ꝓcuramus. Quare hoc? Quia temporalia nondũ perfecte relinquimus, eo q̃d amorẽ eorũ adhuc in cordibus nostris circũferimus. Affectu visibiliũ ita stringimur & ligamur, q̃d ad ea bona, quę supra nos sunt, aspirare neqmus. O charissimi, q̃ tolerabilis est pauptas nostra. Quid minus habemus, q̃ hi, qui viuunt in ꝓprietate, rerumq; abundãtia? Nunquid nõ tam bene & sufficienter oĩa vitę necessaria habemus, sicut & ditissimi huius seculi? Nunqd nõ quietius & sine cura nostra viuimus, q̃ hi, qui toto tempore vitę suę curis & solicitudinibus anxiant? Non simus ergo ingrati, & vtinã nõ simus ingrati. Vtamur necessarijs tanq̃ nõ vtentes. i. ꝑ sola necessitate, nõ ex desiderio, nec ꝑ delectatiõe. Sustentemur creaturarũ vsu, nõ ligemur affectu, semꝑ cum gratiarũ actione paucis cõtenti, & sine murmuratiõe. Secunda virtus quã Christus docuit in passione, fuit humilitas. Humilitatem eius q̃s enarrabit? Etẽm cũ in forma Dei esset, vt inqt Apost. ad Philip. nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo: sed semetip̃m exinaniuit formã serui accipiens, in similitudine hoĩm factus, & habitu inuentus vt hõ. Humiliauit semetip̃m, factus obediens vsq; ad mortem, mortem aũt crucis. Humiliauit & exinaniuit semetip̃m vsq; ad incarnatiõem, vsq; ad mortalitatis humanæ participationem, vsq; ad diaboli tentationem, vsq; ad populi derisionem, vsq; ad sputa & vincula, alapas & flagella. Et hoc si parum est, aliqd de gñe mortis eius addendum est, non cuiuscunq;, sed crucis, quę ignominiosior est. Non dicam mõ de humilitate eius in natiuitate, q̃d noluit in palatio, sed in stabulo nasci, q̃d voluit ante ora iumẽtorum poni, pannis inuolui, vt pc̃tõr circũcidi, vt pc̃tõr & seruus in templo redimi, tantaq; fuit eius humilitas, q̃d ante bouem & asinum in natiuitate sua voluit in p̃sepio reclinari: sed maior fuit, ꝙ in cruce inter duos latrones voluit eleuari. Nec de humillima eius conuersatione dicam. Quis em̃ illam satis explicaret? Sufficiat hoc pro humilitatis testimonio, quod hanc virtutem quasi singularem nobis cõmendauit, & se in exemplum posuit, dum diceret: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Modo de humilitate eius duntaxit, quam in passione demonstrauit, dicamus. Quõ placet vobis illa humilitas? Cum em̃ sciret (vt dicit Ioannes) ꝙ pater ei dedisset oĩa in manus, & ꝙ à Deo exiuit, & ad Deum vadit. i. cum se sciret, quis & qualis, & quantus esset, non potentiam, sed humilitatem exhibuit. Quam? Deposuit vestimen-

Marginalia: Matth. 8; Lucæ 9; Matth. 27; Marc. 15; Ioan. 19; Lucæ 19; Apoca. 19; Iob 1; Thren. 3; Matth. 27; Ioan. 19; Matth. 5; C — Pauptatis solo titulo quã piculose abundent; 1. Cor. 7; 1. Timo. 6; D; Humilitas Christi quanta. Philip. 2; Humiliatio Christi quãta, & in qbus splenduerit.; Lucę 2; Ibidem.; Matth. 11; Humilitatẽ in passione sua, quantã exhibuerit Iesus.; Ioan 13

stimenta sua linteo se præcinxit, curuauit genua sua ante pedes discipulorũ, imo etiã & primo ante pedes crudelissimi traditoris sui, volens eũ humilitate sua placare, lauit pedes eius & singulorũ, extersit & osculatus est. O tremenda maiestas, o stupenda humilitas: Quis poterit satis te admirari? Vere dñe Iesu sic est, vt dixisti: Quia nõ venisti ministrari, sed ministrare. Et quod in
Matth. 26 Lucæ 22 medio es discipulorũ, nõ sicut qui recũbit, sed qui ministrat. Sed procedamus vlterius. Egreditur in hortũ & orat. Videte quã humiliter orat, procidit in faciẽ, nõ contẽtus flexus genibus orare. Exhinc videte cõditiones passionis suæ, quas elegit. Accusa
Matth. 27 tiones falcissimas cõtra se audiens, humiliter tacuit, cũ in potestate sua foret sic, vel sic mori, derisiones, opprobria, subsannationes dissimulauit, locũ passionis elegit
Ibidem. despectissimũ, scilicet in monte Caluariæ, vbi cadauera mortuorũ iacebãt: genus mortis ignominiosissimũ, scilicet crucis, quæ ita abiecta erat, quod nemo Iudeorũ volebat tangere tanq̃ maledictam. Cõsortium
Deuter. 21 Galat. 3 despectissimũ, quia in medio latronũ: qa pati inter bonos & honestos haberet aliquid alleuiationis, eo quod solus nõ pateretur, & innocentia eius testaretur ex con
Matth. 27 Marc. 15 Matth. 27 sortio bonorũ. Christus vero elegit cũ latronibus crucifigi, & tanq̃ princeps in medio eorũ. Deniq; ppositus à Pilato Iudæis cũ alio latrone omnibus exoso, ipse voluit illũ latronẽ tanq̃ iustiorẽ se dimitti. Se vero tanq̃ iniquũ reprobari & damnari: licet enim omnia Iudæi illi opprobria ingererent innocenti ex inuidia & malitia, tamẽ nihil potuissẽt prȩualere cõtra eũ, nisi ipsemet voluisset suscipere. Ex eo tñ nihil ipsi fuerũt excusati, quia dñs voluit pati: quia volũtas dñi Iesu nõ imposuit illis necessitatẽ crucifigẽdi. Alia intentio fuit illorũ, qua Christum voluerũt occidere, alia intentio Christi, quare voluit occidi. Sed redeamus ad dñi humilitatẽ. Nihil abiectionis fuit, quod illi impijssimi in dñm non exercuerũt, nihil cõtumeliarũ & opprobrij, q̃d nõ irrogarent, nihilq; tã vile & despectũ, q̃d humilitas eius, scilicet Christi Iesu, pati nõ
E affectaret. Hanc eius humilitatẽ plus
Humilitas Iesu quõ cõsideranda. admirabimini, si cõsideretis, quis ipse est, q sic se humiliauit, quanta maiestas, quanta sublimitas, summus, ȩternus, infinitus, immẽsus, omnipotẽs & gloriosus Deus. Ratione enim vnionis verbi cum humanitate in vnitate personæ, quicqd passionis & vilitatis irrogatum fuit humanitati, dicitur etiã sustinuisse diuinitas, licet secundũ se impassibilis sit ipsa diuinitas. Et ideo q̃d tanta maiestas, tanta sublimitas, cui cœlũ & terra se inclinãt, voluit tã vilia, tot indigna, tantaq; ludibria pati, vilificari, cõculcari & tam miserabiliter tractari, ita vt speciẽ suam etiam amitteret, ineffabilis & stupendȩ fuit humilitatis. Quod præuiderat Esaias
Esaias, dicẽs: Nõ est ei species neq; decor, & vidimus eum, & nõ erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimũ virorum, virum dolorũ & scientẽ infirmitatẽ, & quasi abscõditus vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Et reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Hanc eius humilitatẽ considerans deuotus Bern. exclamat: O humilẽ & sublimẽ, o altissimum & nouissimum, o opprobrium hominum & gloriã angelorum. Nemo sublimior & nemo despectior. Esto vilis quantum poteris, nunq̃ Christo vilior eris. Ipse siquidẽ rex regum & dñs dominantium fuit vilissimo precio venalis expositus, à vilissimo populo vilissima passus, in vilissimo loco crucifixus, & vilissimo crucis supplicio traditus, & inter latrones positus, cum iniqs & vilissimis hominibus deputatus, & modo vilissimo est tractatus. Etẽm tanq̃ malefactor bonus dñs capitur: tanq̃ furiosus, mansuetus, vinculis cõstringitur, tanq̃ pestifer saluator accusatur & arguitur, & tãq̃ fatuus Dei sapientia irridetur, tanq̃ homicida vita hominum morti damnatur, tanq̃ leprosus & immundus mundator criminum extra mœnia eijcitur, tanq̃ latro crucifigitur, tanq̃ flagitiosissimus confutandus ab omnibus, & intuendus ab oĩbus nudatur, & cõfusiõe indutus ab omnibus fustigatur, & tanq̃ vermis vilissimus summus dñs cõspuitur, abijcit, occiditur & cõculcat: Hæc Bernardus. Postremo, accedit ad ipsius humilitatẽ, q̃d in illo festo Paschali, qñ omnis populus Iudæorũ gaudebat, & in aspectu tantæ multitudinis collectæ ex omnibus terris & quæ conuenerat ad diem festũ, voluit tanq̃ pessimus latro iudicari, q erat innocens & agnus sine macula, opprobriosissima quoq; morte diffamari, de q̃ ante tam magna fama fuerat, q̃d surrexisset nouus propheta in populo, vt vere impleretur in eo q̃d dixerat p Dauid in Psal.

Psal. 21 in Psal. Ego aūt sum vermis & nō homo, opprobriū hoīm & abiectio plebis. Oēs F videtes me, deriserūt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Tertia virtus est il- Patientia Christi eximia. la eximia patiētia, quā per totam passionē suam nobis in exemplum exhibuit, quod inter tot verba dura, duriora verbera, durissimaq; tormenta cū malediceretur, nō ma- 1 Petri 2 ledicebat, cū pateretur, non cōminabatur: tradebat autem se iudicanti iniuste. Sed sicut Esaias prædixit, dicēs: Sicut ouis ad oc- Esaiæ 53 cisionem ducetur, & quasi agnus corā tondente se obmutescet, & non aperiet os suū, non se defendit, non se vindicauit, non se excusauit. Sed quid fecit? Dicat Hieremias: Thren. 3 Dabit percutiēti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Dicat & ipse Christus per Esa- Esaiæ 50 iam: Corpus meum dedi percutiētibus, & genas meas vellētibus. Faciem meam non auerti ab increpātibus & cōspuentibus in me. Hanc eius patientiā melius caperetis, si dolorem passionis eius cognosceretis, si agnoscere & pensare possetis, quam afflictiuos, pœnosos, diros, variosq; sustinuerit cruciatus. Percurrite passionis eius seriem, Matth. 26 Marc. 14 Lucæ 22. & 23 quot ictus, q̄t verbera sustinuit in captione, quoties trusus, impulsus, tractus à iudice ad iudicem ductus, cæsus, cōsputus, colaphizatus. Legitur in reuelationibus sanctorum, quod in captione Christus fuit percussus super os suum XXX. vicibus, & postea sine numero. Itē proiecerūt eum in terram septies, alapas sustinuit C. & II. Ioan. 19 colaphos C. & XX. cōspuitiones LXXIII. Item, quantum putatis ipsum dolorem sustinuisse in sui flagellatione, qn̄ totum corpus eius tenerrimum fuit virgis, flagris & scorpionibus siue cathenulis aduncis diutissime cæsum, ita vt nulla pars corporis remaneret illæsa: quando non solū cutis vulnerabatur & patefiebat, sed etiā caro dilacerabatur. Item, in coronę impressione, quādo aculei per verticem vsq; ad cerebrū pertingebāt. Si vos in pede, vel in manu, non possetis modico tempore spinam vnam tolerare, quid fieret, si multas haberetis in ca- Ibidem. pite? Quid anxietatis putatis ipsum habuisse, qn̄ baiulauit crucē suam supra dorsum vulneratum in flagellatione? & ipse ita exhaustus viribus fuit in passionibus per totam noctem, quod mirum fuit ei vnū passum pedis potuisse locare. Legitur in reuelationibus deuotoꝝ, Christum quinqes cecidisse sub cruce, & crucem super eum.

Item, quando fuit nudatus ad crucifigendum, & vestis lanea fuit ex vulneribus extracta, quibus impacta fuerat, & sic omnis dolor pristinus grauius renouabatur, quā fuerat ante in flagellatione. Item quid putatis eum doloris habuisse, quando præcipitatus fuit super crucem, & perforata vna manu, & cruci affixa clauo grosso & obtuso, trahente secum in foramen carnem, cutem, & neruos, dum aleram ad foramen nimis distans funibus traxerunt, & similiter pedes deorsum? Sicq; totum corpus eius in pellis modum distenderunt, membroꝝ iuncturam dissoluerunt, compages & neruos, ossaq; distraxerunt, vt oīa membra eius possent dinumerari, sicut prædixerat Dauid in persona eius: Foderunt manus Psalm. 21 meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Si ossa, quanto magis membra? Item, quando eum sic extensum erexerunt cum cruce, & ipse sic pependit cum tota mole corporis in tribus duntaxat clauis per tres horas in cruce qd sustinuit? O quomodo mouet vos hoc? Certe si hoc nō mouet vos ad compassionē, estis duriores lapide. Si hoc spectaculū flebile non excutit vobis lachrymas, tunc exaruistis. Cū itaq; dn̄s tales cruciatus ferret, quid fecit? Nunquid vindicauit se? Minime. Sed nonne potuit totam machinam mundi in puluerem redigere? vtiq;. Sed noluit. Et mirum est, quod non fecit pro tanta contumelia & iniuria sibi creatori omnium à suis perfidissimis, vilissimisque vermiculis illata. Sed nunqd in tanta pœna murmurauit? Quid dixit? Pater ignosce illis, quia nesciunt qd Lucæ 23 faciunt. O nouam melodiam, o nouum & dulcem inauditum patiētiæ sonum, quam noua illa corda super citharam crucis extensa personuit. Ecce charissimi, vide- G te admirabilem patientiam, quæ tanto maior est, quanto maiora & difficiliora sunt, quæ patitur. Dolor autem quem Christus in passione sua habuit, maximus dolorum omnium fuit in hac vita, si omnia comporarent, quæ passi sunt martyres sancti (quāquam grauia passi sint) non posset tamen omnis dolor eorum cōparari dolori Christi. Magnitudo aūt huius doloris ex multis causabatur. Primo, qa debuit satisfa- Dolorum Christi magnitudo ex multis causabatur. cere pro omnibus miserijs & defectibus huius vitæ, quos homo per pcm̄ incidit, & hominem inde liberare ac sanare. Item, debuit satisfacere pro peccatis totius mūdi,

di, quia pater imposuit illi omnia peccata, quæ facta sunt & fiũt, & futura sunt, à primo homine vsq; ad nouissimum hominẽ, & hęc peccata puniuit supra dorsum eius, hoc est, tantum pœnam & dolorem illi imposuit, quãtum sciuit deberi pro vnoquoque peccato. Cogitate nunc quot peccata fiunt in vna ciuitate, solũ in vna die. Quot fiunt tunc in vno regno? quot fiunt in toto mundo? q̃t aũt fiunt & facta sunt, & fiẽt ab initio mundi, vsq; in finem, quis nouit cogitare? & tamen Deus nouit in pondere, numero, & mensura: hæc omnia posuit pater super filium, & filius sponte suscepit super se, & vnumquodq; soluit, hoc est, pro vnoquoq; peccato tantum dolorem & pœnam sustinuit, quantũ pater siue diuina iustitia taxauit. Quanta autẽ pœna fuerit infligenda pro peccato mortali in hac vita, Deus solus scit. Et post hanc vitam si peccatum remanet mortale, certum est, q̊d debetur ei pœna ęterna. Pro singulis igit̃ peccatis Christus satisfecit, licet non omnes percipiunt illũ fructũ passionis. Et hoc nõ est ex defectu passionis Christi, nec ex insufficientia satisfactionis Christi, sed ex ꝓpria illoꝝ culpa. Et quamuis Christus potuisset sufficienter satisfecisse pro peccatis totius mundi, etiam si nisi vnam guttam sanguinis effudisset, ratiõe nobilitatis suę, id est, ratiõe diuinæ naturæ humanitati in vnitate personæ vnitæ, tamẽ noluit vti hac potestate, id est, noluit humanũ genus redimere potentia, sed iustitia: nec attendit quantum virtutis & valoris haberet passio sua ex diuinitate sibi vnita, sed quantus dolor sufficeret æque secundum iustitiam cõmensurando pro populi iniquitate. Et hęc ratio fuit, quare non solum contentus fuit dolore, qui extrinsecus sibi ab inimicis inferebatur, sed etiam per seipsum auxit, id est, assumpsit, quę augerẽt passionem eius, vt quasi in statera fieret sufficiẽtissima persolutio, & æquiparatio passionis suæ contra peccata singulorum. Sequitur ergo, q̊d ex q̃ pater imposuit ei peccata totius mundi & singulorum, imposuit ei etiam dolores & pœnas debitas, quas singuli pro peccatis suis deberent tolerare. Vnde Esaias bene dicit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit, scilicet per diuersa pctã. Et dominus posuit in eo omnium iniquitatem nostrum. Pro quãto igitur pluribus peccatis habuit satisfacere, tanto maiores dolores oportebat eũ (secundum q̊d voluit) sustinere. Secundo, dolor Christi fuit maximus ratiõe complexionis nobilissimæ & tenerrimæ, dolorisq; percepti bilissimæ: quia habuit corpus formatum à spiritu sancto ex nobilioribus & purissimis guttis sanguineis de corde virginis Mariæ, & ideo quanto nobilius fuit corpus, & in tactu viuacius cæteris, tanto etiã maiorẽ accepit dolorẽ, quoties fuit lęsum.

[Margin: Sapien. 11] [Margin: Esaiæ 53] [Margin: H]

Tertium, q̊d Christi dolorem reddebat maiorem, fuit ꝙ passus fuit gñaliter & specialiter in singulis membris, vnde verificatũ est in eo illud Esaiæ: A plãta pedis vsque ad verticẽ capitis nõ remãsit in eo sanitas. In toto eñ corpore suo fuit ita plagis, liuoribus & vulneribus affectus & obtectus, ꝙ non remansit in eo nec vna portiuncula illęsa, quantũ acus pungere posset, sed oĩa erant vulnerata, percussa, conquassata, &c. Legitur reuelatum, Christi vulnera fuisse quinq; milia, quadringenta, & septuaginta quinq;. Vnde q quotidie XV. Pater noster legeret, post annũ completum q̊dlibet vulnus salutasset vnũ Pater noster. De hac passione singulorum membrorũ dicit deuotus Bernardus: Caput angelicis tremendum, spiritibus densitate spinarum pungitur, facies pulchra præ filijs hominum sputis Iudęorum deturpatur, oculi lucidiores sole caligantur in morte, aures quæ in cœlo audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus, os quod docet angelos, felle & aceto potatur, pedes quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur, manus quæ formauerunt cœlos, sunt in cruce extensæ, & clauis affixæ, corpus verberatur lancea latus eius perforatur. Et q̃d plura? Non remansit in eo, nisi lingua, vt pro peccatoribus exoraret, & vt matrem discipulo commendaret. Passus itaque fuit Christus in omnibus membris, præcipue quoque in membris maxime sensibilibus, sicut in manibus & pedibus, in quibus est magna neruorum abundantia, in quibus maxime viget sensus tactus. Quartum, quod aggrauauit passionẽ, fuit, quod ipsi tam innocenti sine macula, & sine demerito, tamq; nobili, & tam digno inferebantur tã vilia, à personis vilissimis, in vilissimo

[Margin: Esaiæ] [Margin: Vulnera Christi numerus] [Margin: Bernard.] [Margin: Psalm. Eccles.] [Margin: Psalm.]

mo loco, sicut dixi supra de humilitate. Quintum, quod in passione sua fuit derelictus ab omnibus, ab apostolis, qa fugerāt: ab amicis, quia non audebant eum cōfiteri: imo dubitabant, videntes eū tam opprobriosa pati, & tam viliter mori, quia etsi aliqui compatiebantur ei, & adstabant vt mater sola fidelis, tn̄ non poterant eū iuuare. Fuit etiam derelictus à patre. Quod sic intelligitur, qa in nullo humanitas fuit confortata in passione, nec adiuta ad leuius patiendū, nec minorē pœnam ratiōe diuinitatis sensit, sicut legitur de martyribus, qui tantū sæpe fuerunt abintra cōsolati, ꝙ exteriores pœnas non attenderunt, vel vt delectabiles acceperunt. Sic non fuit in Christo, qa fuit infirmitas humanæ naturæ sibi relicta ad patiendū, qa nō habuit alleuiantē consolationē defluentē à torrente diuinitatis, sed habuit aliā confortationē quādam, seu virtutē à diuinitate sibi vnita, quę nō minuebat dolorē, sed potius augebat. Quāq̄d habuit virtutē non moriendi, sed perseuerandi in tormentis: ꝙ potuit sæpe dolorem mortis sentire, & tamē (quamdiu voluit) viuere. Hęc virtus confortatiua nō fecit eum dolorem minus sentire, sed prolixiorē, alioqn fuisset mortuus in tātis pœnis, anteq̄ venisset ad crucē. Non enim fuisset possibile puro homini tanta pati, & ideo clamat ad patrē: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?
I Sextū, q̄d præter dolores, qui sibi ab extra inferebantur, habuit dolores, tristitias, & anxietates internas non leuiores. Quantas putatis eū habuisse in mente tristitias & dolores tempore passionis exhibitę, qn̄ ita anxiatus fuit ante passionē in horto, quādo adhuc nullus hostiū fuit p̄sens, ꝙ sudorē sudauit sanguineū ex sola imaginatione passionis futurę? Hęc aūt anxietas & dolor cordis eius causabatur ex multis. Primo, propter ingratitudinem Iudæoꝝ, quos pro populo peculiari elegerat, & multa beneficia contulerat, & de eorum stirpe carnem assumpserat, quod in illis tanta ingratitudo, & tantum scelus inueniretur, quod dominū & creatorē suum occiderent. Et multo amplius propter ingratitudinē futuroꝝ Christianorum, pro quibus singularissime patiebatur, ꝙ tam paucos sciuit futuros, qui talia beneficia retractarent, & sibi gratias agerēt. Tristabatur maxime, ꝑpter frustrationē suæ passionis, qa cum esset excellentissimum, sufficientissimū, & superabūdantissimū preciū pro mille mundis (si essent) tamen ex toto mundo tam paucos sciuit futuros, q fructū suæ passionis perciperēt: sed tantus labor, tantus dolor, tantusq; amor fieret inanis, & vacuus ex defectu illorū. Hic dolor considerationis humanę ingratitudinis, paucitatis saluandoꝝ, & multitudinis damnādoꝝ, fuit sibi maior, q̄ dolor flagellationis, vel mortis cruciatus. Sume exemplū: Aliquis emit agrum, & per totum annum colit multo labore. Et quādo tempus est, vt metat fructum, præuenit inimicus, & incendit agrū, vel tēpestas consumit, & ipse priuatur fructu, maior fit ipsi dolor de frustratione laboris, q̄ de labore, id est, plus affligit eum, q̄d totum laborem expendit frustra & in nihilū, q̄ labor de se fatigauerat. Sic Christus magis dolebat, ꝙ frustra & sine fructu patiebatur ꝑ tam multis, q̄ quod patiebatur. Non enim auro vel argento, aut cæteris corruptibilibus redemit nos, sed suo ꝑcioso sanguine inęstimabiliter digno. Vn̄ dicit Bernard. vel secundum alios Philippus Cācellarius Parisień. in persona Christi: O homo, vide quæ pro te patior. Non est dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficior, vide clauos, qbus confodior, vide lanceā, qua trāsfigor. Et cum sit tantus dolor exterior, extat interius plāctus grauior, cum te tam ingratum experior. Et iteꝝ Bernardus in quodā sermone: O homo, nonne satis ꝑ te vulneratus sum? Nūquid pro iniquitate tua afflictus sum? cur addis afflictionē afflicto? Magis grauant me vulnera tui peccati, q̄ vulnera corporis mei. Deniq; dn̄s maxime doluit propter dispersionem discipulorum, propter scandalum & dubitationem amicoꝝ. Item propter passiones & tribulationes electorum, & martyrum futurorum pro nomine suo.
K Maximum vero dolorem habuit pro desolatone & mœrore dulcissimæ matris sibi fidelissimę adstantis & compatientis. Maria etem̄ sola fidelis in charitate, & side ꝑseuerans immobilis atq; ꝑfecta, maiorem dolorē in anima sua habuit post Christum oībus hominibus. Nā dolor eius & cōpassio erga filiū ex multis cōditionibus augebatur. Primo, qa mulier. Mulieres em̄ molliores & magis compassiuę sunt, q̄ viri. Quāto magis illa mulier, quæ est mater pietatis & misericordiæ, clementior & miseri-

Marginalia: Ingratitudo humana quantū cor Iesu affixerit. — Philipp. Parisiēsis. — Bernard. — Lucæ 22 — Dolores Christi interni ex multis causātur. — Deut. 7. 14 & 26 — Cōpassionis dolor in Maria ex multis augebat.

misericordior, etiā erga ingratos pctōres, q̃ cæteræ erga filios suos. Multo ergo magis cōpassa est ꝓprio filio. Secūdo, quia vnigeniti mater erat. Illū solū habebat filium, & nullum alium, in q̃ posset cōsolari.

Tertio, augebat cōpassionem p̄sentia, qa omnia videbat q̃ ille patiebatur: & ideo quicqd Christus patiebat̃ in corpore, hoc Maria patiebatur in mēte. Vñ dicit S. Hierony. Quot læsiones in corpore Christi, tot vulnera in corde matris. Quot claui ꝑforantes, q̄t ictus percutiētes & carnē rumpentes, tot sagittæ per oculos intrantes, & totum cor & animā virginis vulnerantes.

Hierony.

Quarto, qa immensum amorē habebat erga eum. Secundū eñ doctores, ipsa plus dilexit Christum, q̃ oēs creaturæ simul, tū quia mater eius erat, & ille amor etiā naturalis erga filium suum maior erat, q̃ cæterarum matrū erga filios suos. Quare? quia cæterorum parentū amor erga filios vel filium est diuisus in patrem & matrem, eo quod de vtroq; nata sit proles. Mariæ vero virginis solius secūdum carnem fuit filius Iesus. Ipsa sola vestierat eum carne, & ideo sola habebat amorē patris & matris. Item quia cognouit eum innocentem (q; pc̄m nō fecit, nec est inuētus dolus in ore eius) summe sapientem, bonum, pulchrū, & secundum corporalem ætatem iuuenē: quæ omnia maiorem excitant cōpassionis dolorem. Quanto eñ plus dilexit, tanto magis ꝓ eo doluit, q; deberet ille vnicus suus à se auferri tam vili & cōtemptibili morte. Itē cognouit eū filiū Dei. Sciebat eñ illū ex se sine libidine, & sine viro conceptū, & sine dolore genitū, sciebat quantas gratias ab eo recepit, & ideo dilexit eū plus, q̃ oēs aliæ creaturæ, non solum tanq̃ suum filium corporalem, sed etiam creatorem. Et compassa est ei, quod tanta maiestas, tā vilia, & tam acerba sustineret. Cognouit enim plene passionis eius grauitatem aggrauantes occasiones. Item augebatur eius dolor, quia non poterat eum in vltimis necessitatibus & anxietatibus iuuare, in nullo poterat eum consolari, vel reuelare, vel saltē attingere, ita vt cruciato maxima siti, & clamanti non potuerit haustum aquæ porrigere, & hoc fuit immensus cruciatus virginali cordi eius. Hanc compassionem eius sciens Iesus in cruce, æque multum doluit pro matre, sicut pro seipso, vel plus. Sic ecōtrario mater sciens Iesum sibi compatientem, etiam amplius pro eo cor ipsius secabatur.

Amor Mariæ erga filiū cur maior fuerit q̃ cæterarū matrū erga suos.

1 Petri 2

Ioan. 19

Et sic alterutrum aspiciebant, alterutrum vulnerabant, alterutrum passiones sibi communicabant, & neuter alterum iuuare poterāt: non ex defectu potētiæ Christi, sed ex volūtate. Voluit eñ sibi matrem adstare, non ad consolationē, sed ad maiorem dolorē, quia (vt prædixi) non erat cōtentus bonus Iesus his, quæ inimici sibi licet crudelissime inferebant, sed etiam ipsemet propriam passionē maxime augmentabat ad pleniorem satisfactionem, vt secundum iustitiam solueret singula pc̄tā ab initio mundi vsq; ad finem, & pro pœnis inferni, quæ debētur vnicuiq; mortali peccato, satisfaceret. Ex quibus omnibus nūc potestis cōijcere aliqualiter, q̃ magnus fuerit dolor Christi ab intra & extra, q̄d nulla pœna in hac vita potest eius passioni cōparari. Dico notanter, quod in hac vita, qa non sustinuit pœnas inferni, quæ sunt maiores: & ideo potuit dicere illud Threnor. O vos oēs, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis dolori meo. Quanto ergo maior fuit dolor Christi, tāto eximior patientia eius probatur, q tam æquanimiter cuncta sustinuit. Quarta virtus, quā Christus in passione sua nobis in exemplū exhbuit, est illa ineffabilis mansuetudo, siue mititas, quam semper tenuit erga nequissimos & impios persecutores suos. Hæc enim mititas, seu mansuetudo, quæ facit hoīem nō solū patienter ferre, quæ sibi inferuntur, sed etiam inferētes & odientes se diligere, & æquanimiter portare hæc est virtus, quæ mitigat iram, quæ reddit hoīem lenā & dulcē. Hanc Christus maxime ostendit in passione sua, qa nihil asperū, nihil turbulentum, nihil durū inter quascunq; iniurias tortoribus suis respondit: sed potius (cū vno nutu potuisset oēs in nihilum redigere) pro illis, sicut scitis, orauit. Hāc maxime demōstrauit in traditore suo, cuius scelus licet bene sciret, tamē non vitauit ipm, non priuauit apostolatu, nec dispēsatoris officio, sed signa charitatis & bñficia, nō solū sicut cæteris, sed plus quā alijs impēdit. Vnde ante alios discipulos primo ei pedes lauit, nō sine lachrymis dedit ei corpus & sanguinē suū, & in ipso momēto signoq; iniquæ traditiōis eius p̄buit illi osculū, dicēs: Amice, ad qd venisti? quasi diceret: Charissime fili, licet pc̄m tuum sit magnum, tamē si paratus fueris pœnitere

Threni.

Mansuetudo Christi in sua passione.

Lucæ

niterc & redire ad me, libentissime tibi indulgebo, seruabo te amicum vt ante, nihil tibi improperabo, oĩs iniuriæ non recordabor amplius. O charissimi fratres, vtinã ipse daret nobis imitari huius virtutis exẽplũ, & à se discere, sicut monuit, qa mitis est
Matt.11 & humilis corde, vt nõ cito inflammaremur ad irã propter leuẽ etiam aurã vnius verbi. O quã lõge abest nobis vera mãsuetudo. Quinta virtus est obediẽtia, qua
V Obedientia Christi tã sponte ad oĩa, quæ sustinẽda erãt, semet
Ioan.4 ipsum obtulit, ita vt alio loco diceret: Me-
Phil.2 us cibus est, vt faciã voluntatẽ patris mei, qui in cœlis est. Et vt Apostolus dicit: Factus est patri obediens vsque ad mortem.
Ibidem. Et ne parũ videret vsq; ad mortem, subiũxit, ad mortem crucis. i. mortẽ vilissimã, cõtemptibilissimã & maledictã. Ipsius insup obedientia notatur, ꝙ cum potuisset effu-
Lucæ 22 gere, noluit, qn potius elegit tempus & locũ opportunũ, vbi potuisset capi. s. in horto, vbi solus esset sine turbis, sicut ipsius desiderabãt inimici. Itẽ qa processit suis inimicis obuiã, & cũ non cognoscerẽt ipsum obtulit se. Non ergo inuoluntarie, sed cũ
Luc.12 summo desiderio sustinuit passionẽ propter humani generis redemptionẽ. Vñ dixit: Baptismo habeo baptizari, & quõ coarctor, quousque perficiatur? Et post cœnã in montem Oliueti, cum ex præconsideratione imaginaria instantis passionis & horrore mortis, quã sensualitas naturaliter ti-
Luc.22 mebat, patrem oraret, & totus sudaret sanguinem, tñ sponte se resignauit, dicẽs: Nõ
VI. Pietas & compassio Christi. mea pater, sed tua volũtas fiat. Sexta virtus est pietas & compassio. Huius virtutis magnum exemplũ præbuit, qui plenus est pietate & misericordia. Nunqd non grandis pietatis fuit indicium, q̃d ipse tristis circa instantem passionem discipulos suos tã longo consolatus est sermone: & cum iam auellendus erat ab eis, tam dulciter & prolixe prædicauit eis, quasi satiari non posse videretur cum eis loquendo. An nõ pietas quod in oratione positus seriosissima, &
Marc.14 Lucæ 22 anxietatis agone orationẽ discõtinuãs seu interrumpens discipulos mœstos ter dignatus est visitare, excitans illos & monẽs ad orandum, ne malæ aliquid tentationis in absentia eius corda illoꝝ deijceret: & cũ
Matt.26 Mar.14 tandem videret præ timore & tristitia illos
Ibidem. non posse vigilare, indulsit illis somnum,
Ibidem & stans & vigilans super illos, custodiebat eos. Nonne pietas fuit, quod Malchũ, cius auriculam Petrus amputauerat, eo ꝙ præ cæteris furiosius se ad capiendũ Iesum ingesserat, ꝓtinus sanauit? q̃d proditorem osculatur, tentans, si posset malitiam cordis eius charitate emollire? Deniq; q̃d Petrũ se negantem respexit, & ad fletũ pœ- Lucæ 22
nitentię amarissimum commouit? Quod item portans crucẽ, & ꝑ dolore & fatigatione vix spm̃ trahere sufficiens inter sæuientiũ manus & vbere, plãgentes se deuotas mulieres respexit, & cõsolatus ẽ? Quod immanissimos in sui sup crucẽ extensiõe Lucæ 23
dolores ꝑferens, ꝓ crucifixoribus suis nõ solũ orauit, sed etiã excusauit dicẽs: qa nescirent, qd facerẽt? Deniq; ꝙ latroni veniã petenti & regnũ ꝓmisit? Quod insup ma- Ioan.19
trem tã pie cõmendauit, & nos matri sub noĩe Ioannis, plus solicitus (vt semp solebat) ꝓ nobis, quam pro se? Hanc pietatem voluit etiam nobis demonstrare in figura siue in dispositione corporis sui in cruce, ne despemus ad eũ accedere, eo ꝙ mortis eius causa extitimus. Habet eñ hæc dispo Pietatis forma in dispositione corporis Christi.
sitio corporis sui formã pietatis. Vñ Bernardus: Quis non rapiat vel spẽ & fiduciã impetrandæ salutis, dũ eius in cruce considerat corporis dispositiõem, videlicet caput inclinatũ ad osculandũ, brachia extensa ad amplexandum, manus aptas ad largiendũ latus aptum ad diligendum, pedes clauis affixos ad nobiscum commanendũ, totiusque corporis extensionem ad se totũ nobis impendendum. Septima virtus est, VII.
summa largitas, qa oĩa sua, suos & se totũ exhibuit nobis, & ꝓ nobis expẽdit. Dedit Largitas christi.
eñ se nobis in socium, in fratrem, in amicum, in cibũ, in ꝑcium & in ꝑmium. Vnde canitur in hymno: Se nascens dedit sociũ, conuescens in edulium, se moriẽs in ꝑciũ, se regnans dat in ꝑmium. Vñ Bern. Totus Bernard.
expensus est agnus in vsus nostros. Vide nunc quanta in passione sua & cruce de se & de suis fecit xenia largitatis. Etenim corpus dedit crucifixoribus, dorsum flagella Esaiæ 53
toribus, faciem cædentibus & conspuen Esaiæ 50
tibus, genas percutientibus, barbam vellentibus, cor redire volentibus, vestes dedit lusoribus, sanguinẽ reis, sudorẽ infirmis Ioan.19
fontem lateris immũdis, lachrymas ꝑdi- lucæ 23
tis, discipulo matrem, Simoni Cyrenæo mar.14
crucem, paradisum latroni, animam patri, Ioan.19 mar.15
vitam morti. Et alius quidam deuotus di Lucæ 23
cit: Vere largus est ille dispensator qui car Matt.27
nem suã dedit in cibum, & sanguinem in

 potũ

potum animam in precium, vulnera in remedium, brachia in refugium, crucem in clypeũ, cor in amoris indicium, aquam in balneum, sudorem in medicamentũ, clauos in salsamentum, spineam coronam in ornamentum, verba in documentum, vitã & mortem vtrumq; in exemplum. Hi sunt duodecim fructus ligni vitæ, & duodecim panes in mensa propositionis. Ecce charissimi, totum se dedit nobis, nihil sibi reseruans tantũ vt sint q velint recipere. Quam putatis districte exiget à nobis, si hæc tam preciosa dona, vel neglexerimus, vel contẽpserimus. Octaua virtus est immensa charitas, q̃ mater est & regina omniũ virtutũ. Hæc ipsum plene & potestatiue possedit, ex cuius inæstimabili fornace ꝓgrediens zelus ardentissimus animaꝝ, ipsum de cœlis eduxit, in hoc exilium humanũ adduxit, tuniculam nostræ carnis & mortalitatis pauptatẽ extremã induxit, cũ peccatoribus cõuersari fecit, tanq̃ medicũ cũ infirmis, pro nobis ieiunare, vigilare, & in orationibus pnoctare, ꝑdicando discurrere, fatigari, esurire, sitire, frigora & caumata sustinere, contumelias, blasphemias, opprobria, ludibria, contradictiones in verbis, insidias mortis, & tentationes in factis Tandem & ipsius mortis supplicium sustinere, & pro nobis animam suã ponere, & à sacratissimo corpore suo separari. Vñ ait Ioãnes: In hoc cognouimus charitatẽ Dei in nobis, qm̃ ille pro nobis animam suam posuit. Maiorem aũt hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis ꝑ amicis suis. Reuera dulcissime Iesu tu maiorem habuisti, qui tuam beatissimã animam pro inimicis actualiter nequissima voluntate persequentibus posuisti, pro te deridentibus, blasphemantibus, & crucifigentibus exorasti: & plus iniquitatibus coꝝ, quam tibijpsi compatiens, longe plus de ipsorum ingratitudine & damnatione, quam de passionis tuæ supplicio doluisti. Charissimi fratres, nunquã legit dominus fleuisse sup doloribus suis, contemptu sui aut super iniurias: sæpius tñ fleuisse inuenitur sup nobis, fundẽs lachrymas cõpassionis & gemitus charitatis. De hac charitate dicit Bernardus: Nesciui quod tãtũ me diligeret Deus. Amplius mihi vilis esse nõ debeo, q Deũ ꝑ me crucifigi & mori cõspicio: qui tantum ei placui, vt ꝑ memori eligeret, ne me ꝑderet. Huius aũt charitatis magnitudinem si vultis scire, perpendite & considerate, quis sit ipse, q diligit: qualis sint, quos diligit. Ecce ipse immensus infinitus, æternus, omnipotens, summus Deus, qui omnia scit, omnia potest, nullius eget, dignatur cogitare, curam habere, & diligere infinities plusquam pater vel mater carnalis filium. Quos pauperes, infirmos, vermiculos terræ, pessimos, ingratissimos, obduratos peccatores, contẽnentes se & sua ꝑcepta. Hi sumus nos & cæteri, quibus quando dicit, faciatis hoc: sine timore vel eius reuerentia faciunt contrarium, qui non sunt digni, vt morsellũ panis accipiant ab eo. Hos diligit, non solũ pascens & custodiens, sed & mortem sustinens pro peccatis eorum in se commissis, & quæ potius debebat vindicare & punire quam nostri misereri. Et reuera ipse vindicauit peccata nostra, ipse sufficienter puniuit, sed non in nobis. Vbi tunc? Super semetipsum, vt nobis parceret. Et hoc charissimi est charitas, q̊d ipse voluit debita nostra exoluere: non solum sufficiẽter, id est, quantum congruebat, sed superabundanter, quantum placebat immensæ eius erga nos charitati. Suffecisset etenim ad redemptionem nostram vnica gutta sanguinis eius pro nobis fusa. Sed nõ sufficere sibi videbatur, ad satiandam in se, & mon strandam nobis suam dilectionem, nisi totum effunderet sanguinem, quem habebat, vt non reseruaret sibi vnicã guttam. Legitur reuelatum & habetur etiam in Alano de rupe, quod si quis quotidie C. Pat. noster, & tot Aue Maria legeret, & hoc cõtinuaret per XV. annos, tunc salutasset vnamquamlibet guttam dominici sanguinis vno Pater noster & Aue Maria. De hac charitate dicit S. Bernardus: Considera filium virginis deturpatum sputis, liuidum plagis, confixum clauis. Attende cœli rectorem stantem in cruce, pallidũ morte, deformem carne. Ne pertranseas dominum angelorum, virum percussum à Deo & humiliatum, virum quasi leprosum, & omnibus detrimentis expositum. Considera apud eum copiosam redemptionem. Et vere copiosam, qa ꝑ quinq; partes corporis eius, vnde sanguis emanauit, cũ tamẽ ad redemptionem totius orbis vna gutta sanguinis sufficeret. Sed ideo data est gratis copiosa, vt virtus gratitudinis in beneficio redundãte clareseeret. Et hoc egit, vt ti-

Apo. 22 Exod. 25 Leui. 24 — O — Charitas Christi in mensa — Matt. 4 Lucæ 9 Ioan. 4 Matt. 4. 21 Ioan. 19 — Luc. 21 Luc. 2 Matth. 20 Mar. 10 1. Ioan. 3 — Ioan. 15 — Lucæ 19 Ioan. 11 — Bernard. — Charitatis Christi magnitudo quõ considerandæ — Sanguinis guttas fuderit Christus

vt tibi oſtēderet, quātum te diligeret, q nō aliter, q̃ ſic moriēdo à morte te voluit liberare. Præterea, ſicut idē S. Bernar. dicit: Extenſione brachioꝝ & membroꝝ oſtendit, ꝙ tantū nos dilexit, quantū diligere potuit (cuius dilectionis formā puer paruulus, dū fari incipit, interrogatus ab aliq̃ quantū cū diligat: poſtq̃ reſpondit plura, ad vltimū extēſis brachijs & manibus, quā tum poteſt, & inclinato capite in modū crucifixi, dicit: Tm̃ vos diligo) quaſi diceret: Totum me expono amori veſtro, & exhibeo vobis qcquid ſum, qcqd poſſum. Tantū vos diligo, ꝙ exprimere nequeo verbo, ideo q̊d indicibile eſt, exprimo ſigno.

Bernar.

Poſtremo, ad ſuæ charitatis oſtenſionē voluit ſibi latus pforari & apiri cor, vt videamus vnde pcederent hæc tā mira indicia charitatis: & quod ab extra non potuit oſtendere tantā charitatē, quantam ab intra habebat. Fecit em̃ ſicut amicus loqui ſolet ad amicū. Qui cū affectum dilectiōis & beneuolentiæ, quē habet erga illū, ipſi cupit, innoteſcere, dicit: O vtinam videretis cor meū. ſ. quantum vos diligā & faueā. Sic fecit Chriſtus, oſtendendo nobis cor ſuum.

Ioan. 19

Latus cur ſibi pforari voluerit Chriſtus.

Q

Ecce chariſſimi mei, hæ ſunt octo virtutes, quas nobis in paſſione ſua dominus in exemplum reliquit. Quarum ſeptem etiam per ſeptem verba docuit in cruce viuens: & octauam etiam inueniemus. Nam primo cum oraret pro crucifixoribus, & q̊s potuiſſet viuos facere abſorberi à terra in infernum, non vindicauit cęde eos, ſed apud patrē excuſauit, qd aliud quā manſuetudinis, & mititatis pbuit exēplū, vt nō indignemur cōtra iniuriātes nos, ſed magis oremus p eis. Itē cū latroni in vltimo vitæ pœnitenti & petenti ſui reminiſci, ſtatim regni ſui promitteret conſortium, nonne largus fuit? Nam quā cito latro dicebat: Dn̄e memento mei, dn̄s reſpondit: Amē dico tibi, quia hodie mecū eris in Paradiſo. Quantæ deinde pietatis exemplum mōſtrauit, q̄n in tantis anguſtijs paſſionū pſſus tā diligentē habuit ſuę matris curam, quam ſub cruce videbat ſibi tam fideliter aſſiſtentē, & vſq; ad mortē ſibi cōdolentē: vn̄ cōmendauit eā diſcipulo Ioanni dicēs: Mulier ecce filius tuus. Deinde diſcipulū, & nos oēs in pſona diſcipuli cōmendat matri, dicēs: Ecce mater tua. Sed nō debet vos mouere ꝙ nominat eā mulierē potius q̃ matrē, qa hoc fecit nō ex duritia cordis, ſed ad parcēdū doloribus matris. Si em̃ blādius fuiſſet ei locutus nominādo eā matrē, crepuiſſet cor eius p̄ dolore. Patientiā vero maximā indicauit magnitudo doloꝝ eius, q̊s dolores in iſto verbo ſatis patefecit, dū ad patrē clamauit, Eli, Eli, &c̃ Quod verbū ante etiā expoſui, qa nō intelligit, q̊d diuinitas ſit ab humanitate ſeparata, ſed quia nullum refrigerium, nullam pœnarū alleuiationē pſtitit patienti. Paupertas nimia & miſeranda patuit in hoc verbo, cū diceret: Sitio. Quia in tāta ſiti, quam patiebat (quia p effuſionē ſanguinis & humorum exaruerat) acerrime, nō habuit modicum aquæ: ſed acetū propinauerūt ei, q̊d tn̄ cū guſtaſſet, noluit bibere, vt. ſ. linguam guſtando amaricaret, & tn̄ ſitim non extingueret, & ſic inde pœnā ſibi ſpōte duplicauit. Obediētiā teſtatus eſt in verbo cōſequēte, cū dixit: Conſummatū eſt. i. ego oīa cōpleui, quæ ſcripta ſunt de me, & quæ mihi pater iniunxit, vſq; ad mortem. Humiliati vero poſſumus applicare vltimū verbum, quod opprobrium crucis inter duos latrones ſuſtinens, & patri ſe humiliter commēdans, lachrymabiliter & valde clamauit: Pater in manus tuas commēdo ſpiritū meum. Et ſic ignominioſiſſima morte expirauit. Poſtremo charitatē magis ſigno voluit demonſtrare, quam verbo, quia ineffabilis erat. Signum eius ante dixi, quia pmiſit ſibi cor pfoſſo latere aperiri, ac ſi diceret: Ecce omnem ſanguinem in cęteris membris effudi, & nunc fundo q̊d ſuperat. ſ. ſanguinē & aquā, oīa mēbra p vobis lacerandā dedi, & animā inſup in mortem dedi. Quid reſtat, niſi vt cor meum, quo vos dilexi, aperiatur, vt non ſolum ad me accedatis ad crucem, ſed etiam per illud vulnus quaſi per oſtium in cor meum introeatis.

Nota ſeptē virtutes in ſeptem verbis Chriſti. Lucæ 23

Ibidem.

Ioan. 19

Ibidem.

Matt. 27 Mar. 15 Lucæ 23 Matt. 27

Ioan. 19

Cæterum, nolo vt putetis Chriſtum ſolum has virtutes exhibuiſſe, quas enumeraui, ſed omnes perfectiſſime in omnibus & ſingulis actibus. Quanta ibi fuit iuſtitia, quanta miſericordia? (vt de reliquis omnibus taceam ob temporis breuitatem) quod potius quam peccatū dimitteret impunitū, tanta voluit pati, q̃ audiſtis: & potius, q̃ nos damnaret, ipſemet voluit p nobis pati. Maior etem̃ fuerit mīa, ſcdm̄ S. Thomā, p quā voluit noſtri miſereri, p nobis ſatisfaciēdo, q̃ ſimpliciter dimittēdo. Vn̄ poteſtis notare mīæ & charitatis eius exemplum. Si eſſet rex aliquis magnus

R

Exemplū miſericordię & charitatis Dei erga nos. Thomas.

gnus vnicum habens filiũ, inter seruos vero suos haberet vnum, qui cõmitteret crimen.s.læsæ maiestatis.s.qd vellet dñm suũ in mortem tradere, vel interficere, vel aliquid tale morte dignum perpetraret: quapropter rex confestim seruum carceri mãciparet (sicut iustitiæ lex iuberet) interficiendum, licet alias seruum diligeret, & doleret, quod in tale periculum, mortisq; damnationem cecidisset. Si tunc vnigenitus regis compatiens calamitati serui, rogaret patrem pro seruo, vt parceret vel dimitteret ei peccatum & pœnam mortis, quam meruerat, responderetq; pater se velle, vt seruari possit seruus in vita: sed hoc iuste fieri non posse, quia lex iuberet tale peccatum morte expiari, filius autem replicaret dicens: Ecce pater ego offero me tibi ad satisfaciẽdum pro seruo, ego volo ire in carcerem & mori pro seruo, tñ seruus maneat in vita: pater vero diceret: Bene, sic fiat, ego puniam peccatũ serui sup te filio meo, & seruus liberabitur. Ecce qualis charitas, qualis misericordia. tam patris quam filij erga seruũ, quis sufficit enarrare? Tanta est, quod non potest quis admirari satis. Et multo maior quam si seruus gratis fuisset libaratus, quia iam non solum est seruatus à morte, sed etiam emptus per mortem filij regis. Qñ ille seruus potest regratiari regi vel filio? Quicunq; audierit talem amorem regis erga seruum, diceret eũ factũ insanum præ amore, quod daret filium pro seruo. Et quisqs videret innocentem filiũ regis mori ex charitate pro seruo, nonne lugeret maxime & fleret sup eũ? Ecce sic est etiam, & multo amplius in proposito. Deus propter nimiã charitatem suam qua dilexit nos, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Et filius dedit, in mortem animam suam, & cũ sceleratis reputatus est. Et tñ quasi nemo est qui cum dolore & cõpunctione talem charitatẽ retractet: q Deo deuote gratias agat, & beneficiũ eius immẽsum recognoscat, qve patienti p se filio compatiat. Quãtum putatis ille seruus (de q̃ prædixi) regẽ offenderet, & quanta pœna dignus foret, qui postquam sic esset à morte liberatus p vnigenitum regis, si beneficium hoc parui pendat, aut si dño suo iterum infidelis existat. Nam sic ingratus dominum & mandata eius cõtemnit. Ecce hoc nos facimus quotidie post tantam charitatem nobis exhibitam, dominum Deum nostrum ita certuicosa præsumptione offendimus & contemnibus, sine quo ad momentum nõ possimus viuere, & tñ non vlciscitur se de nobis, sed quotidie expectat pœnitentiã nostram, paratus nos recipere semp, quandocunq; desideramus, paratus etiam esset mori (si necesse foret) quotiescũq; expediret, iteꝝ pro nobis. O quanta est misericordia Dei super peccatores etiam ingratos & induratos, & quos nunquam conuertendos nouerit, ꝙ sustinet, & omnibus benefacit, etiam contẽptus & iniuriatus. Nos autem charissimi simus grati Deo, vel nũc incipiamus. Meditemur quotidie quilibet iuxta suam vocationem & passibilitatem, passionẽ eius, quia nihil est, quod facere possumus, quod Deo magis placeat & nostræ saluti profectuique plus expediat, quam passionem Christi meditari, quia tempore etiam passionis eius fuit vnus de maioribus doloribus, quod sciuit passionem suam negligendam, id est, non recogitandam ab his, pro quibus patiebatur. Sed forte aliqui dicunt se nescire vel non posse meditari. Applicetis voluntatem ad hoc studium & incipiatis: Dominus Iesus iuuabit vos, si non statim sentiretis deuotionem, nihilo minus perseueretis, quia velle esse deuotum & studere ad hoc, sæpe maioris est meriti, quam esse. Si tamẽ sunt adeo simplices aliqui, offerant Pater noster, quæ ex debito legunt vel alia in articulos scilicet in angustiam, & in captiuitatẽ, accusationem falsam, consputionem, &c. & petant virtutes, quæ in tali articulo relucent à domino Iesu sibi dari. Vel saltem accipiant figuram passionis ante se, id est, crucifixum, & pensent quid in quolibet membro passus sit. Huic membro siue illi dolori offerant vnum vel plura Pater noster pro gratiarum actione. Quod si fecerimus, sentiemus quotidianum profectum in gratia Dei & virtutibus, & post finem passionis nostræ, id est, post finem miserę vitę nostrę, perueniemus ad requiem æternę gloriæ. Quam mihi & vobis omnibus concedat Iesus Christus dñs noster, q cũ patre et sancto spiritu viuit & regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

Marginalia: Ephe.5 — Esai.53 — S — Meditatio passionis Christi quomodo agenda [partly cut off: "Medi[..] tio pa[..] nis [..] sti q[..] gis ce[..] rat."]

PARTIS PRIMAE HVIVS primi Tomi, quæ vocatur pars Hyemalis. Finis.

In-

IN SANCTISSIMA SOLENNITATE RESVRRECTIONIS DOmini nostri Iesu Christi, epistola beati Pauli apostoli, prima ad Corinthios quinto.

I EXPVRGATE vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A INter Corinthios delictũ detestabile ab vno magno peccatore fuerat admissum, de q̊ Paulus Corinthios, qa illum non corripuerunt, obiurgat, existimans hanc peccãdi impunitam licentiam aliis fore in scandalum, quo facilius peccarent. Error nanq; aut delictum vnius non raro vniuersæ nocet communitati, Quæ enim est illa bonitas, aut misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Ante hanc itaq; lectionem apostolus Paulus dxerat: Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpat? Sequitur igitur nunc: Expurgate vetus fermentum, & ex congregatione vestra, eum qui grauiter deliquit, eiicite. Separate eum, antequam ex vna oue morbida grex totus corrumpatur. Vocat illum vetus fermentum, quia postquam ad gratiam baptismi conuersus fuerat, & in sanctam vitæ nouitatem regeneratus, iam demum ad prioris vitæ vetustatem, perinde ac canis ad vomitum reuersus est. (2. Petr. 2) Expurgate præterea ex vobisipsis prauitatem antiquam, ac vobis solitam, quæ est ad peccandum pronitas, concupiscentia inueterata atq; corruptio, vt sitis noua cõspersio. Conspersio, seu azyma fere idem sunt, puta farina per aquã in massam, absq; fermento conglutinata. Hanc esse nos vult consperſionem, id est, congregationem mundam, donis gratiarum, & irrigatione spiritus sancti conglutinatam. Vt sitis, inquit, noua conspersio, sicut estis azymi, absq; fermento corruptionis iampridem facti per baptismum, q̊ vetus homo vester mortuus est, ac Christo consepultus. Etẽ Pascha nostrum immolatus est Christus. Olim Iudęis lex Mosaica agnum iubebat Paschalem comedere in memoriam suæ liberationis de captiuitate, seruituteq; Aegypti, quo nostra figurabatur redemptio. Siquidem agnus Dei ille verus, qui tollit peccata mundi, (Ioan. 1) qui etiam de seipso per Hieremiã dicit: Ego quasi agnus qui portatur ad victimam, (Hiere. 11) in cruce pro nobis immolatus est, qui est Pascha quoq; nostrum, per quem transimus à vitiis ad virtutem, de veteri mala cõuersatione ad nouitatem vitę deq; exilio huius peregrinationis ad patriam. Quomodo igitur Iudæis lex iubebat agnum, seu typicum suum Pascha comedere cum azymis panibus, (Exodi 12) i. absq; fermento, ita nos Pascha nostrũ, id est, corpus Christi absq; fermento peccati comedere necesse est. Propterea enim sequitur: Itaq; epulemur in altari sacramento corporis Christi alendi, non in fermento veteri iniquitatum nostrarum, neque in fermento malitię, qua ex certa scientia, aut dedita opera peccatur, aut nequitiæ, qua fraudulenta simulatione, ac circumuentione proximus læditur, sed in azymis epulemur synceritatis & veritatis, hoc est, in puritate, sanctimonia, ac integritate vitæ. Vult itaque nos ab omni vetustate peccati, qua ante baptismum tenebamur captiui, ab omni quoque vitiorum corruptione fore, permanereque liberos, ac mundos, multo magis quam eos esse necesse est, qui phase domini legale celebrabant.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem Solennitatis Paschæ, Marci vltimo.

B

SExus deuotior hic, vt crebro alibi nobis commendabilis prædicatur. Siquidem apostolicis viris domi residentibus, piæ ac deuotæ quædam mulieres ad domini sepulchrum profectæ sunt: idq; hodie prima luce, & valde mane. Longa enim erat illis expectatio, atq; molesta vehementer amantibus. Et quia ardentius cæteris amabant, ideo præ alijs quoq; Christum & ante alios, inueniebãt. Multũ eñ refert quo amore, quo modo, quo desiderio, quo deniq; studio quæratur Christus. Oẽs quidẽ quærimus, sed nõ æque q̃rimus oẽs. Nam si vos oẽs & vestrum singulos quosq; interrogarem: Quid hic facitis, aut quẽ quęritis, & quare hic estis? quid aliud mihi responderetis, quam Iesum quęrimus crucifixum? Neq; enim in hac sancta festiuitate quempiam nobiscum ingredi templũ puto, qui non quęrat dñm Iesum. Quęrimus aũt saluatorẽ in ea forma, & in eo schemate quo redemit & saluauit nos, hoc est, crucifixum, spinis coronatum, flagellis laceratum, non habentem speciẽ neq; decorem. Sic filij quotidie si quæriris, bene quęritis. Sed dicitur vobis: Surrexit, nõ est hic. Nõ prohibetur vobis, ne ita quæratis Iesum, sed vt sciatis eũ etiam à morte resurrexisse, hoc est, sciatis eum non solum passum propter delicta vestra, sed resurrexisse etiã propter iustificationem vestram. Surrexit, nõ est hic, qui pro vobis passus est, qui vos sua passione redemit, qui suo vos sanguine lauit. Hodie resurrexit à morte rediuiuus, & non est post hac vt ante erat, mortalis, passibilis, aut potens dolere. Huius resurrectionis hodie nobis est festiuus dies, sicut præteritis diebus passionis. Sed audiamus Euangelium.

Lucæ 24 · Mulieribus cur apparuerit Christus. · Ioan. 20 · Matth. 28 · Matth. 27 · Esaiæ 53 · Matth. 28 · Marc. 16 · Roma. 4

Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

Lucæ 24 · Ioan. 20

Cum sanctæ mulieres, quæ fuerãt cum beata Maria iuxta crucem & sepulturam domini, obseruassent diligenter locum sepulturæ dominicæ, vidissent q̃q; dominicũ corpus aromatibus conditum, cogitabant secum tractantes quõ ipsæ quoq; suę exercerent deuotionis officium in demortui corpus, pia quidem hac & deuota sollicitudine, etsi minus iusta ac fideli, metuentes ne putresceret in sepulchro iacens. Putabant enim, etsi fortasse diuinitas in eo fuisset viuente, illam tamen ab eodem recessisse in cruce, ipsumq; reliquisse morientẽ. Quod Christum quoq; (vt ipsi intellexerant) in cruce putabant cõquestum, quando dixerat: Deus meus, Deus meus, vt q̃d dereliquisti me? Quare eum vt hominẽ tantum æstimabant mortuum, cuius volebãt vngere, ne in cinerem redigeretur mortuũ corpus: quamuis illum iam semel scirẽt vnctum per viros timentes Deum. Sed nihil amanti existimatur factum, q̃d ipse non fecerit. Quapropter his sanctis mulieribus tametsi scirent vnctum à Nicodemo & Ioseph dominum, non erat satis factum, nisi sua quoq; fuissent vsæ deuotiõe. Atq; ideo cum in sabbato magno nihil auderẽt emere propter celebritatem, in fine tamen diei, hoc est, in vespere ipsius sabbati, quo terminabatur solennitas, quę inceperat vespere præcedente diem sabbati. In secundo itaq; vespere, quando iam transiret sabbatum, & licebat aliquid operari, emerũt mulieres illæ sanctæ aromata, vt venientes vngerent Iesum. Tempus enim deuotioni earum nimis fiebat prolixum. In fine itaque diei sabbati præparabant se, & summo mane exibant, cum iam adhuc tenebrę essent, hoc est, in aurora, aut diluculo, cũ partim tenebræ, partim lux se diffunderet, ita vt tunc circa monumentum essent oriente sole, portantes secum aromata sua. Non satis commendare possum deuotissimas has mulieres, inter quas præcipua & vnica fidelissimaq; Christi fuit amatrix ac discipula Magdalena, quãdoquidem viris apostolicis silentibus & pene desperantibus, hæ non quiescunt, nec ab amore deficiũt, sed impendere obseqã sua voluerunt mortuo, quæ libenter & suauius fortasse impẽdissent viuo. Habet hic sexus misericordiæ & pietatis plus, quam est inuenire in viris. Quare non insipienter dicit Sapiens: Multi homines misericordes: virum autem fidelem quis inueniet? Dilexerãt quidẽ mulieres hæ sanctissimæ Christum in vita, sed nihil de amore eius amiserunt eo moriente. Verũ dicit qs, quæ fuerunt mulieres hæ? Ioannes vnã quidẽ tantum, solã Magdalenã scilicet narrat. Marcus præterea duas sorores beatæ virginis Mariæ recẽsens, narrat

Psalm. · Matth. · Marc. · Ioan. · Matth. · Lucæ · Ioan. · Lucæ · Ioan. · C · Prou. · Ioan. · Marc. 14 · Lucæ · Lucæ

narrat tres. Porro Lucas Ioannam quoq; adnumerat, quæ vxor Cusæ fuerat procuratoris Herodis, & reliquas, quæ cum eis erant. Vnde plures fuisse conijciuntur, nisi quod fortasse hę tres hic enumeratę simul venerint vngere Iesum: aliæ vero plures se, aut associauerint, aut tardius venerint. Hinc tamen liquet deuotissimas fuisse has mulieres, nullam tamen habuisse fidem resurrectionis Christi. Alioqui si resurrecturum credidissent, quomodo aromatibus tentassent condire?

Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Valde mane vna sabbatorum, prima scilicet die sabbati, hoc est, prima die post sabbatum, veniunt ad monumentũ, orto iam sole, potest hoc quoq; intelligi, quādo sol incipiebat lucem diffundere. Dum itaq; in itinere adhuc forent constitutæ, recordantes sepulchrum clausum ac signatum magno aduoluto lapide, sciscitantur inter se, & dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Venimus, inquiunt, vngere dominum, & clausum est sepulcrum magno lapide, quē nos amouere impotes sumus. Quid igitur faciemus? Num gratis huc venimus? Quare hoc domi nō pcogitarũt? Quare amor nil sibi putat impossibile, nec hæsitat deliberans? Itaq; quō amor difficultates occursuras nō pmeditatur, ita ipsæ domi constitutæ nihil eoꝝ cogitauerunt, quę illas remorari possent, vt frustra ad vngendum venirent, sed hoc tm̃ mente tractabāt, quō aromatibus illum vngerent. Porro in itinere cōstitutæ tunc primum recolebāt lapidem monumento aduolutum, quo non remoto, non potuissent ingredi sepulchrum. Et sic inter loquendũ respicientes viderũt reuolutum lapidem. Angelus enim domini descenderat de cœlo, & accedens reuoluit, hoc est, remouit lapidem de ostio monumenti, & sedebat super eum. Remouit aũt, postquam dominus resurrexerat, & clauso prodierat sepulchro, quo sepulchrũ ostēderet vacuum, Christumq; resurrexisse. Erat quippe magnus valde, quare nō miꝝ fuit, vt inter se trepidantes interrogarent mulieres, quis nam tantum sibi deponeret lapidem. Quippe quarum vires non fuerunt tantæ, vt ipsæ amouere eundem præsumerent.

Matth. 27 Marc. 15

Matth. 28

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt.

Et introeuntes in monumentum, hoc est, in speluncam seu domunculam, in qua sepulchrum domini excisum erat in petra, viderunt iuuenem, id est, angelum domini q specie iuuenili, vtpote magis accepta & gratiosa sese exhibuit, sedentem à dextris, hoc est, à dextera parte sepulchri: fausta enim erat & accepta nunciaturus, ideo merito in dextera sedet: coopertum stola candida. i. alba & fulgida veste. Ita eñ & Matthęus scribit: Et erat aspectus eius sicut fulgur & vestimenta eius cādida sicut nix. Aspectum, inquit, habuit sicut fulgur. Euangelista alius dicit angelum sedisse super lapidem: hic vero dicitur in dextera parte sedisse monumenti. Qui vult, potest dicere eũdem fuisse angelum, qui primo visus sit sedere super lapidem ad sepulchrum venientibus, & is, q inuentus ab introeũtibus est sedere ad dexteram partē sepulchri. Augustinus propterea quod Maria apud Ioannem refertur duos angelos vidisse, vnũ ad caput, & vnum ad pedes, vbi fuerat positum corpus Iesu, dicit tres fuisse angelos, duos in sepulchro sedisse, vt Ioannes dicit, & tertium, vt Matthęus dicit, sedisse in domuncula sepulchri, aut super lapidem. Nec obstat, quod stetisse dicuntur à Luca, quia fieri potuit, vt primo quidem visi sint sedere, dehinc colloquendo mulieribus assurrexisse. Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, vtpote vultum quasi igneum, lucidũ, atq; terrificum, id est, angelica maiestate grauem ostendens.

D

Lucæ 23

Matth. 28

Ibidem.

Augustin.

Ioan. 20 Matth. 28

Lucæ 24 Matth. 28

Qui dixit illis: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum.

Familiare est angelis bonis, pauidos aut sua præsentia territos consolari, & illuminare, quemadmodum diabolo assuetũ est, eos q ex se territi sunt, magis terrere, & obscuriores reddere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixũ. Vos quidem eum quem vi-

Matth.27 Marc.15 Lucæ 23 distis in cruce pendentem & mortuum, à cruce vero solutum hic sepeliri, quæritis. Sed surrexit à morte, non est hic per præsentiam humanitatis corporalem, qui per diuinitatem nusquam deest. Ecce locus vbi posuerũt eum. Venite, propius accedite, explorate & cernite locum, in quem posuerunt eum, vt videntes illum vacuum, prorsus fitis certæ illum resurrexisse.

Sed ite dicite discipulis eius & Petro.

Deuotiores erãt hæ fœminæ viris, ideo præ viris etiã meruerunt cõsolari, & Christi resurrectionem nõ solum ante alios videre, sed aliis etiam nunciare. Mittũtur autem ad Petrum singulari expressione nominatum, quo consolationem in sua pœnitẽtia ille reciperet. Quod nisi factum fuisset, inter apostolos comparere ausus non fuisset. Videte igitur quomodo solitam pietatem suam dominus Iesus non obliuiscitur. Sed quos diligit, in finem diligit eos. Nam ad eum qui grauius prę cæteris se offenderat, mittit præ cęteris ei suam resurrectionem nuncians, quo illius fiduciam vehementius excitaret. Ioan.13 Matth.26 Marc.14

Quia præcedet vos in Galilæã. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

E Hæc intelliguntur esse verba Christi, quæ deberet Maria apostolis nũciare. Præcedet vos in Galilæã, ibi eũ videbitis, sicut dixit vobis, qa de seipso nõ sonat, vt Christus mãdaret, sicut dixit vobis, sed potius, sicut dixi vobis. Verum Mariã voluit quasi propriis verbis vtẽtem sic loqui. Ibi eum videbitis, sicut dixi vobis. Quęris fortasse, vbi illum viderint in Galilęa. Respõdendum, in mõte Thabor, ibi se manifestauit omnibus. Quam apparitionem putãt quidam esse, de qua Apostolus loquitur Paulus: Deinde visus est plus quam quingentis fratribus. Potuit enim fieri, vt tam multi breui hoc tempore adunati fuerint discipuli, qui in morte Christi dispersi, audita eius resurrectione, iterum se simul collegerunt, atq; se apostolis coniunxerunt. Si quæris, vbi prędixerit Christus discipulis, quod p̃cedat illos in Galilæam: Dico quãdo exiturus ad montem Olíueti, monuit suos, quod omnes forent scandalum passuri in illa nocte, ait scriptum esse: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postq̃ autem surrexero, præcedam vos in Galilæam. Gaudeamus igitur nunc filii Matth.28 1.Cor.15 Zacha.13 Matth.26 Marc.17

charissimi, & redemptori nostro gratulemur, quia vicit mortem, vicit diabolum, destruxit infernum, redemit captiuos, abstulit inimico nostræ damnationis chirographum: restituit nos patri, faciens nos filios & hæredes cœlestis regni. Hæc ille omnia in passione operatus est, & in gloriosa sua resurrectione triũphans perfecit. Sit itaq; gaudium nostrum, quod iniunctam sibi à patre obedientiã tam feliciter consummauit, de hoste triũphauit gloriose, atq; nos non minus potenter, q̃ misericorditer, nõ vi imperando, sed doloribus & passionibus pro nobis soluẽdo, ab hostis manu eripuit. Huius igitur gratiæ & bñficii memores, posthac in nouitate vitæ ambulemus. 1.Tim.1 Osee 13 Apoc.1 Psalm. Iaco.1 Rom.1

Charissimi, recolite semper posthac, q̃d in hac sacra Quadragesima pœnituistis de peccatis vestris, ieiunastis: aut quicunq; filii estis Dei, saltem voluntatem bonam ieiunandi habuistis, & si id licuisset præ valetudine, aut laborum grauamine, crebrius ieiunassetis. Estis item peccata vestra confessi, sumpsistis Eucharistię sacramentum, domini corpus & sanguinẽ. Quamuis eñ ex calice sub vini specie non sumpsistis domini sanguinem, sumpsistis tamen cum eius corpore, quia non sumpsistis mortuum & exangue corpus, sed sumpsistis verũ ac viuum eius corpus, idipsum scilicet q̃d habet cum sanguine, cum anima, cum diuinitate, in quo tota est Trinitas concomitanter, quia nunc impossibile est vnum esse, vbi aliud de his iam dictis non comitetur. Estis de inferno & potestate dæmonis liberati, estis Deo reconciliati, & filii eius facti. Nunquid iam in hac lætiori festiuitate, & diebus per annum sequẽtibus ad peccata, ad diaboli seruitutem, & ad vestri captiuitatem (ex qua liberati estis) vltro redibitis? Num ad volutabrum luti tanquã sues redibitis? Nunquid sicut ad vomitũ canes, reuertemini? Nũquid ad impudica cubilia? Nunquid ad ebrietates & compotationes? Nunqd ad blasphemias & iuramenta, ad fraudes & mendacia, & ad infernalia peccatorum vestrorum stipẽdia redibitis? Absit, absit. Lauistis pedes vestros, an iterum inqnabitis eos? Minime. Filii charissimi, vt igitur in synceritate, & in sanctimonia vitę ambuletis, sint vobis omnia in mundo suspecta, maxime autem vestra, (quã toties estis experti) infirmitas, vestra incõstantia, vestra leuitas. Quare nullo credatis Gala.4 2.Pet.2 Roma.13 Roma. Cantic.

datis pacto vobisipsis, non credatis etiam vlli hominum, qui non ad sanctiorem vos hortatur vitam: fugite occasiones, fugite societates & hominũ conuetus. Viuatis sobrij in domibus vestris, & lætemini cũ plibus, cũ vxore & familia vestra iuxta faciem sanctorum. Ibi colloquamini aliquid boni, quod in prædicatione audistis, & eis legite (si scitis) aliquid ex libris non hæreticorum, sed ex pio aliquo catholico & bono libro. Parcite impensis, vt non faciatis magnifica conuiuia, nec ad eadẽ inuitati faciliter eatis. Si placent tamen conuiuia aut recreationes humanæ, inuitetis hoĩes egenos & peregrinos, pupillos & viduas, mœstos & afflictos, & eos qui non habẽt vt iterum vos inuitent, aut vnde vobis retribuant. His oĩbus faciatis consolationem, atq; in domino cum illis gaudeatis, instituatisq; omnem vitam vestram, ac familiam ad pietatem, ad sanctimoniam, ad Dei timorem, ad præceptorum eius obseruantiam, vt sic oẽs in vobis hoĩes ædificentur, videntes vos cum Christo resurrexisse. Vosq; in tempore hoc læti cum Deo in eius gratia, in eiusq; viuatis amicitia, & tandem feliciores & quieti moriamini, adiuuante vos in oĩbus dño nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Iudith 16

Lucæ 14

SERMO IN EADEM SOlẽnitate. Tripliciter Pascha nostrum Christus nos consolatur triplici transitu.

F

Exo.15.24
1.Esd.6
Exod.12.
Pascha diuersimode accipitur.

PAscha nostrum immolatus est Christus, I. ad Corinth. V. Pascha non semp in sacra scriptura æque, vniformiterq; accipitur. Significat enim interdum festiuitatem ipsam, quã olim Iudæi celebrabãt quotannis per septẽ dies ob memoriã egressionis suæ de terra Aegypti. Deinde significat agnum quoq;, qui in eadem solennitate immolabatur comedendus, quomodo discipuli acceperunt quando Christo dicebãt: Vbi vis paremus tibi Pascha, id est, agnum vt manduces? Hoc modo in epistola hic quoque Paulus accipit, dicens: Pascha nostrum immolatus est Christus. Ac si diceret: Pascha quidem cuiusmodi fuerit apud Israelitas ac Iudæos, non ignoratis. Verum tamen Pascha illud fuit figura tantum Paschatis nostri. Et idcirco quid nostrum sit Pascha in veteri illo olim figuratum, vt sciatis, audite. Pascha nostrum immolatus est

Matth.26
1.Cor.5

Christus. Hoc ipse Christus quoq; subindicat, vbi discipulis suis ante biduum passionis suæ dicit: Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur? Scitis quia post biduum agnum iuxta legem manducabimus immolandũ? Scitis Pascha futurum? Scitote tunc etiam agnum verum, qui in illo typico agno figurabatur, hoc est, me pro vobis immolandum. Tradetur enim tunc filius hominis, & crucifigetur, hoc est, mactabitur & immolabitur in redemptionem, & in cibum hominum. Dicit igitur Paulus: Pascha nostrum immolatus est Christus. Non est, inquit, nobis, & pro nobis immolatus agnus, vt iuxta legem immolabatur, nec sumus liberati à seruitute Aegypti & Pharaonis, sed est pro nobis verus agnus immolatus Iesus Christus Dei filius, sumusq; liberati à seruitute diaboli & peccatorum. Hic agnus quem nos comederemus, immolatus pro nobis est in ara crucis. Hic est agnus de quo Baptista Ioannes dicit, digito illum monstrans: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Istius agni carnes quotidie offeruntur modo in Ecclesia, nõ vt quotidie patiatur Christus, sed vt illius qui semel passus est, obtulitq; semetipsum pro nobis, eadem oblatio iteretur, hoc est, ante conspectum Dei patris offeratur pro nobis quotidie. Neq; enim alium nos offerimus Christũ, nec alia est oblatio nostra, quam nos Deo pro peccatis nostris offerimus, quam eadẽ hæc quã ipse obtulit pro nobis, & in qua Pascha illud vetus cessauit. Nam ante, qui comederunt carnes agni legales, hoc faciebant in memoriã ac gratiarum actionem liberatiõis suæ, ac transitus de terra Aegypti in terram repromissionis. Qui vero carnes veri atq; immaculati agni edunt, hoc modo faciunt in Christi cõmemorationẽ, hoc est, in rememorationẽ charitatis & beneficiorum eius: pcipue aũt illius, quo per transitum Christi, i. per passionẽ ac mortem eius, nos quoq; transimus de tenebris ad lucem, de morte ad vitã, de vetustate vitiorum ad nouitatem gratiæ, de seruitute peccati ad libertatẽ spiritus. Pascha illud typicũ quod nostrum figurabat Pascha, durabat septem diebus, nostrũ vero durat per omne tempus vitæ nostræ. Itaq; Pascha nostrũ immolatus est Christus. Agnus occisus & immolatus in sanctificationẽ nostram pro nobis est Christus Iesus.

Matth. 26
Exodi 12
Marc. 14
Lucæ 22
Exod 13
Galat. 5
Ioan. 1
Hebr. 8
Exod. 12
Lucæ 22
1.Cor. 11
Exo. 13.14
Apoc. 1

Hunc agnũ filij his diebus comedistis. Sed videte queadmodum monuit vos, vt sui memoria, suæq; dilectiõis imitatio semper maneat vobiscũ. Nolite hoc obliuisci, q ex sola charitate, non ex debito, nõ pro suo cõmodo, sed p vestra salute, gratis propter vos passus & mortuus est. Pascha igitur vestrũ, quo epulemini, quo gaudeatis, immolatus est Christus. Secundo vobis aduertendũ est, q Pascha trãsitus dicit. Hoc modo Christus est Pascha nostrum, hoc est, transitus noster, quia ipse est virtus nostra & causa, vt per ipsum transeamus securi, vbi alioqui haudquaquã essemus securi. Est autem triplex huiuscemodi trãsitus, quorum nullum absque singulari adiutorio gratiæ diuinæ possumus peragere. Primus est transitus à culpa ad gratiam. In hoc tria occurrunt, quę nobis timorem generant pariter & difficultatem. Primũ est, quod per se non potest homo transire, scilicet à culpa ad gratiam. Sine me, inquit, nihil potestis facere, quanto minus eius gratiam, aut amicitiam obtinere? Verum consolatur ediuerso, quod alibi dicit de ingressu diuitum in regnũ cœlorum: Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Nempe apud illum omnia possibilia sunt, & non est ei impossibile omne verbum. Ex illius igitur ope possumus, quod alioqui non possemus. Sic enim dicit Ecclesiastes: Cõsidera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quē ille despexerit. Magnum nanq; chaos firmatum est inter statum culpæ, & statum gratię, quod solus Deus dissoluere potest. Idcirco in Esaia dicit: Ego sum q deleo iniquitates tuas propter me. Tanto autem à se distant interuallo status gratiæ & culpę, quanto cœlum distat à terra. Siquidem status culpæ, seu iræ dei, in quo viuit peccator, est porta inferni. Status vero gratię est porta regni cœlestis. Vide iam quantum distent, nempe tãtum, quantum infernus scilicet à regno cœlorũ. Non fit ergo transitus à culpa ad gratiam, nisi diuina virtute. Quomodo enim nulla creatura seipsam potest creare, ita nullaq; potest seipsam recreare, aut à spũali morte resuscitare. Secunda difficultas est, quia nisi trãseat, perire illum necesse est, cum sit in manibus hostium. Quisquis enim amat periculum, peribit in illo, sapiẽs autem fugiet. Tertia est difficultas, quod illum ad quem & cuius ope debet transire, facit homo sibi inimicum. Diuinam enim iustitiam offendit omnis peccator, & hanc sibi contrariam habet. Est tamen interim transire ad eius gratiam volenti hęc consolatio, q̃d iustitiæ misericordia domini coniuncta est, quæ in hac vita principatum obtinet, quemadmodum iustitia post hãc vitam iudicium suũ habet. Itaq; domini misericordia hic reos ac transire volentes absoluit, ibi autem iustitia sistit reos, & digna illis retribuit. Verum de hac Dei iustitia etiam nunc nobis imminente Psalmus ait: Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, & cæt. Præueniamus igitur faciem domini oportet, eius quærendo misericordiam in tempore opportuno, quo hostibus nos à tergo insequentibus, & mari nobis in faciem occurrente domini misericordia mare diuidat, nosque transire faciat liberos hostibus in mari submersis. De hoc transitu intelligimus, quod Apostolus dicit, Pascha nostrum, id est, transitum nostrum esse immolatum Christum. Vere enim immolatus est, vere in cruce vt serpens æneus pro nobis suspensus est, vt illum intueamur, vt intuentes sanemur, & vt illum manducantes, eidem incorporemur. In huius enim intuitu discimus, quo transire debeamus, quomodove ei assimilari, ac conformari debeamus transeuntes. Secũdus transitus est de vitijs ad virtutes per desertum pœnitentiæ. Huic transitui quoque non desunt difficultates. Quis enim est qui dignos faciat fructus pœnitentiæ? Quis ita pœnitet, vt angelis in cœlo de se gaudium faciat? Quanta item est difficultas assuetis desuescere, delicata sibi subtrahere, amara deserere, & interdum licita sibi negare? Quãta item molestia est carnem affligere, peccata mortificare, desideria illicita persequi? In omnibus itaque quæ in hoc nobis transitu occurrunt, puta quo à vitijs transeamus ad virtutes, occurrunt difficultates, labores, timores, scrupuli, caligines, errores. Sed aspicite agnũ nostrum immaculatum, quomodo ille transierit. Pascha eñ nostrum, i. transitus, cuius amore nos transimus, & q transire nos docet, cuiusq; amore trãsire nos decet, immolatus ẽ Christus. Inter immolandum aũt, dum sicut agnus ducitur ad victimam, exẽplum nobis dedit humilitatis, patientiæ ac obedientię, vt trans-

Marginalia: 1. Petri 3 — G — Transitus triplex. — I. A culpa ad gratiã transeũdi quænam sint difficultates. — Ioan. 15 — Lucæ 18 — Lucæ 1 — Eccles. 7 — Lucæ 15 — Esaiæ 43 — Eccle. 3 — Psalm. — Exodi — 1. Cor. — Num. — H — II. A vitijs ad virtutes. — Matth. 3 — Lucæ 15 — Hiere. 11 — 1. Petri 2

A statu gratiæ ad statũ gloriæ. vt transeundo sequamur vestigia eius. Tertius transitus est à statu gratiæ ad statũ gloriæ, per torrentem mortis. Nõ pauca sunt autem in hoc transitu, quæ formidãda occurrũt. Primum enim quod terret nos, Eccl.9 est incertitudo salutis. Nescit enĩ homo an à more odio ve dignus sit. Et sæpenumero fit, vt via videatur homini bona aut recta, Prouc.14 iuxta sapientis sententiam, cuius tamẽ nouissima ducant ad interitum. Terret itaque quia incerti sumus nec securi de salute nostra. Securi quidem sumus per fidem, nos transituros: si tamen fidem hanc cum spe & charitate coniunxerimus. Nihilominus metuimus tñ. Quis enim est, qui gloriabitur se mundum habere cor? Quis est qui iactabit se habere fidem, spem, charitatemq; certam? Neq; enim vnum tantum, sed omnia necesse est implere domini præcepta, omnem possidere virtutem, eum qui saluari cupit. Nam si vna deest homini virtus, nulla adest. Si vnum homo Dei præterierit pceptum, Iaco.2 si legem in vno offenderit, factus est omnium reus. Eam ob rem, si deest cha-1.Cor.13 ritas, non potest adesse fides, si deest fides, non potest adesse charitas. Nam si fidẽ habuero vt mõtes transferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil sum. Potest quidem fides in homine aliqua esse absq; charitate: sed nõ Fides mortua q̃ sit. potest fides esse saluans absq; charitate. Est enim in peccatore fides, sed mortua fides. Matth.22 Nã si in illo, q introductus fuerat ad prandiũ regis, nuptias filio suo faciẽtis, nõ habẽte vestẽ nuptialẽ, fides nõ fuisset, ad prãdiũ seu ad nuptias non intrasset. Per fidẽ introitus est in Ecclesiã. Habuit ergo fidem, sed mortuam, quia nõ habuit charitatẽ. Quot Iaco.2 igitur hoc modo sunt alij, qui item credũt & contremiscunt, non minus quã dæmones? qui tamen non magis saluantur, quã dæmones. Ergo non absq; timore mors potest expectari, nisi superbundans Dei gratia hominem ne timeat, stabilierit. Est præterea difficultas alia non parum molesta. Nam qui in gratia quoq; ad mortem venit, tametsi consolari per spem possit seipsum, qua cõfidat in Deo, vt illius gratia protegente, in fine non seducatur, nec excidat à charitate, nequaquam tamen est certus. Occurrunt enim tunc tentationes graues, comittantur peccata & mala opera accusat propria conscientia, expectatur purgatio acerbissima, quæ omnia præsertim quando instant, formidantur. Non est igitur hic quoq; alia consolatio nobis filij, quã qa Pascha nostrũ immolatus est Christus. Christus pro nobis mortuus est 1.Pet.3 iustus p iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos, quidem carne, viuificatos autem spiritu. In cruce namq; factus est ipse nobis redemptio, quoniam vulneratus est ppter Esai.53 iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Hanc eius passionem & mortẽ patri offeramus oportet pro nobis. Nunquam enim tranquilli aut securi morimur nisi in fiducia bonitatis, & spe meritorum ac passionis Christi moriamur. Postremo, Exod.12 hic aduertendum est, quod, vt supra dixi, Pascha vocatur hic agnus occisus, q olim in lege agnus fuit de grege segregatus, figurans Christum agnum mansuetissimũ, qui pro nobis in die Parasceues patri suo fuit pro nobis immolatus, quem vos etiã sacramentaliter sub specie panis comedistis. Ne enim in timore essetis magno, ipse se adeo exhibuit amicum, vt vobis seipsum in cibum traderet, & nihilominus sua vos morte liberaret. Omnem igitur superiorẽ, quem dixi, timorem exuere studeamus (si tñ semper bonæ fuerimus voluntatis ad ipsum) propterea, qa Pascha nostrum immolatus est Christus. Quum enim hoc Rom.3 recolimus filij, quod Christus pro nobis mortuus est, duo nobis occurrunt: Vnum quod nobis materia est flendi: alterum, q est gaudendi occasio. Flendi materiam nobis præbent abundantissima peccata nostra, & ingratitudo: propterea enim, quod peccatis nostris induximus sup pijssimo domino Iesu tantas calamitates, pœnas, tristitias & dolores, quæ omnia sustinere illũ oportuit, si nos charitate sua immẽsa redimere debebat, nonne flere inconsolabiliter debemus? Ipse patitur, & quicquid patitur, propter nos patitur. Num pœnas & passiones eius irridebimus? Num iterum peccando pœnis eius insultabimus? An non conuertendo nos ad ipsum, nec eundem redamando charitatem eius parui pendemus? Hoc minime nos decet. Sed flebimus cum flente, sustinebimus cum patiente, congemiscemus cum gemente, vt eius passio & dolor nobis quoque fit dolor, dolentes compatientesq; passionem eius intueamur: quãdoquidẽ scimus ea quæcunque patitur, p nobis illum pati. Hoc modo studiose cogitemus immolationẽ Christi eiusq; charita-

In Pasche solennitate quænã nobis præstent materiã flendi.

Rom.12

1.Pet.2

ritatē. Aliud est q̄d gaudēdi est nobis q̄-
Gaudendi materiam quæ nobis in hoc festo p̄stent. que in passione dn̄i materia,& hoc bifariā.
Sīqdē aut ipsi gratulabimur seu cōgaude-
bimus patienti seu passo, aut nobis. Si ipsi
grandis certe nobis gaudio℞ occurrit &
materia & occasio. Nā gratulemur ei opor
1.Pet.1 Phil.2 tet ꝙ Ecclesiā quā sibi despōsauit, hāc p̄tio
so sanguine suo redemit, quod patris im-
pleuit obediētiā, ꝙ mortē vicit, q̄d tristitia
supauerit oīa, q̄d de diabolo ac morte triū
phauit, ac tandē victoriosus sibi gloriā ob
1.Ioan.3 tinuit. Si ꝟo nobisipsis gratulamur, exulta
bimus q̄dē, ꝙ p eius passionē ab inferno re
dēpti sumus, q̄d filij Dei ex filijs diaboli ef
ficimur, q̄d hæredes efficimur regni cœle-
stis, q̄d ex potestate liberamur diaboli, &
Rom.8 cūctis bonis p Christū implemur. Dixi igi
tur, tā gaudēdi q̄ tristādi nobis euenire ex
meditatiōe passiōis Christi materiā. Verū-
Eccl.3 tñ qa tēpus est tristandi, tēpus quoq; gau-
dendi, ea q̄ tristitia sunt, & ad fletū puocāt,
in die Parasceues absoluimus. Hodie quæ
gaudij sunt, ex Christi morte & resurrecti-
one nobis euentura tractemus. Hoc nanq;
modo recte nos cōformabimus Christo,
vt in tristibus cū eodē simus tristes, & in læ
tis gaudentes. Vos charissimi, q hoc sacro
tēpore nō tā Pascha celebrastis, q̄ ipsi cōe
distis, puta agnū Paschalē, viuentē & verū
dn̄m nostrū Iesum Christū, idq; sacramen
taliter, q̄ ad eius corpus sub speciebus pa- *Rom.1*
nis cōnstitutū, id agite, vt quē deuoti susce
pistis, nō indigne rursus à vobis expella-
tis. Indignior aūt nulla est amici expulsio,
q̄ ea qua amicus à se expellit: amici vero ho
stis ad illius contumeliā, ad se quasi illius
loco introducitur, & quando fidem quam
ad amicum quondam habuit quis, illiusq;
dona ab eodem recepta, ad illius conuertit
hostem eiusque obsequium. Quod à no-
bis omnibus auertat Iesus Christus Dei fi
lius in æternum benedictus, Amen.

PRO FERIA II. SOLENNITATIS PASCHAE PARAPHRAsin in epistolam, & Exegesin in Euangelium vna cū suo Sermone, require in Tomo secundo de festiuitatibus, sanctorum.

DOMINICA IN OCTAVIS PASCHÆ, EPIstola, I. Ioannis V.

OMne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam IESVS est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem IESVS Christus. Non in aqua solū, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dāt in terra, spiritus, aqua & sanguis. Et hi tres, vnū sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et hi tres, vnum sunt. Si testimonium hominū accipimus, testimoniū Dei maius est: qm̄ hoc est testimoniū Dei, ꝙ maius est, qm̄ testificatus est de filio suo. Qui credit in filiū Dei, habet testimoniū Dei in se.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A REgeneratis ac nouæ Ecclesiæ filijs nō inutiliter legebat olim hæc epistola Ioānis, q̄ docet in vera fide p̄seuerantiam. Nā hæc maxime testat adoptionē filiorū Dei. Dicit igit: Oē ꝙ natū est ex Deo p fidē
Iaco.2 Gala.5 nō eā q̄ dæmonibus cōmunis est, q credūt & cōtremiscūt, sed p eā fidē, q̄ p dilectionē operatur, vincit mundum, hoc est, vanitates impietatesq;, & tam aduersa quam pro
spera mundi. Non tamē hoc ita est intelli-
gendum, vt quisqs fidem habuerit, nō pos
sit peccare. Nihil enim aliud est vincere mū *Mundum vincere quid sit.*
dum, quā non mortaliter peccare. Nā si
peccat, iā non vincit mundum, sed vincit à
mundo. Quod vero multi q erāt aliqñ fide
& charitate Deo cōiuncti atq; ex Deo ge-
niti superent à mundo, manifestat in Apo *Apoc.*
caly. vbi manifeste dicitur: Sed habeo ad-
uersum te pauca, qd charitatē tuam primā
reliqui-

1.Cor.10 reliquisti. Memor esse itaq; vnde excideris
Ioan.3 Et Apostolus ait: Qui stat, videat ne cadat. Ideo recte intelligenda sunt hæc verba: Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Aut, Qui natus est ex Deo, non peccat, vt dicatur verum esse, vt qs quatenus est ex Deo natus, non peccet. Quamdiu enim in sua generatione persistit, non vincitur à mũdo, nec peccat. Verum si mutatur, aut si hanc deserit, peccat. Aut ita: Qui natus est ex Deo p æternam prædestinationem, non peccat, scilicet peccatum ad mortem, id est, in quo moriatur. Vincitur tamẽ peccato ac mundo interdum ad tempus. Quẽ tamen generatio Dei conseruat vt in peccato non moriatur, sed finem ac terminum vitæ suę claudat in victoria mundi, sicut filius Dei.

B Et hæc est victoria nostra,
Iaco.2 qua mundũ vincimus, fides nostra, nõ ea
Gala.5 quæ sine operibus mortua est, sed quæ p dilectionem operatur. De qua scriptũ est:
Heb.11 Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Hęc fides (inquit) est victo-
Ephe.6 nostra. Quod Apostolus Paulus quoq; insinuans, Sumentes, inquit, scutum fidei, in
1.Pet.5 quo possitis tela neqssimi ignea extinguere. Et Petrus ait: Diabolus tãquam leo rugiens circumit quęrens quem deuoret, cui fortes resistite in fide. Hanc fidem in vobis tenete, hoc credite, diaboli malitiam nihil posse præualere, q estis in Christo, Dei curam & continuam protectionem sup vos esse Deum orantes vos exaudire, per fidẽ quoque inuocatum vobis adesse. Hæc est victoria qua mundum & diabolum per fi-
Gal.5 dem omnes vicerunt sancti. Quis est autem qui vincit mundum cum suis vitijs & concupiscentijs, nisi qui credit quoniã Iesus est filius Dei. Qui enim hoc non credit, non potest vincere mundum, imo nõ potest non vinci à mundo. Ergo nemo vincit, nisi qui credit in dominum Iesum. Nec tamen dicitur, quod omnes qui credunt, vincant sed q̃d nemo vincit, nisi credat. Cupienti igitur vincere fides necessaria est, licet sola necessaria non sit. Est enim necessaria quoque spes & charitas, & obedientia mãdatoꝝ Dei, aut loco illius humilitas pœnitentiæ. Non est autẽ quod obijcias multos credere, nec tamen mundum vincere.
Ad Ti.1 Nam sunt, inquis, q confitent se nosce Deum, factis autem negant. Dicendũ non de omni fide, sed de ea quæ viuit per charitatem, p eandemq; operat, Ioannẽ loq Apostolũ. Sequit: Hic est q venit p aquã & sanguinẽ Iesus Christus. In aqua eñ baptismatis seu regeneratiõis, & in effusione sui sanguinis, Iesus, i. saluator ad nos veniẽs, salutem nobis aduexit. Nõ in aqua venit tm̃ vt Acto.13
erat baptismus Ioannis, corpus qdẽ abluens, sed nõ dans remissionẽ peccatoꝝ, sed venit in aqua & sanguine, aqs tactu suę innocẽtissimæ carnis virtutẽ regenerandi tribuens, idq; in sacramento baptismi, q̃ pariter redemptionis suæ virtutẽ ac passionis meritũ nobis applicauit. Itaq; venit Christus in aqua, qua peccato ingnatos ablueret. Venit in sanguine, q̃ redimeret solueretq; captiuos. Et spiritus sanctus est q testificat, qm̃ Christus est veritas, verus homo, verusq; Dei filius, vere innocens, verus redemptor & saluator. Qñ, inqs, spiritus id sanctus testificatus est? Qñ Christo baptizato descẽdit spiritus sanctus corporali specie in ipsum. Quod Baptista quoq; Lucæ 3
Ioannes indicat dicens: Ille q me misit ba- Ioan.1
ptizare in aq̃, ille mihi dixit: Sup quẽ videris spiritũ descẽdentẽ & manẽtẽ sup eũ, hic est q baptizat in spiritu sc̃tõ. Et ego vidi, & testimoniũ phibui, qa hic est filius Dei. Tres eñ sunt, q Christo diuinitatis testimonium dãt in cœlo, Pater, Filius, & Spi- Matt.3
ritus sanctus. Pater enim testimonium de- Matt.17 Mar.19
dit, qñ vox eius cœlis aptis sup Iesum ba- Lucæ 9
ptizatum audita est, dicentis: Hic est filius meus dilectus, in q̃ mihi complacui. Et in monte Thabor, dum gloriaretur corã tribus discipulis Iesus, vox similis patris audita est. Porro filius testat, qñ verbum testat ꝓpriæ diuinitati, & hoc tã operibus quam v̄bis. De opibus ipse loqt dicẽs: Hæc sunt, subaudi signa & miracula, q̃ testimoniũ p- Ioan.10
hibent de me, qa fecit q̃ nemo alius facere potuit. Verbis testatus est, qñ dixit: Ego & pater vnũ sumus. Spiritus sanctus demũ te- Ibidem.
stat Christi diuinitatẽ, qñ. s. in discipulos in die Penthecostes venit, coꝝ linguas & Acto.2
corda animauit & testimoniũ phiberẽt vniuerso mũdo. Et hi tres. s. pater, filius, & spiritus sanctus, vnũ sunt, non vnitate tm̃ Matt. 27
naturę, sed sunt etiã vnũ testimonij cõformitate. Et tres sunt qui testimoniũ humanitatis Christo dãt in terra, Spiritus, aq̃, & sanguis. Spiritus nẽpe quẽ emisit Iesus moriens in cruce, testabat Christum veꝝ et nõ Ioan.11
phantasticum hoĩem esse. Aqua vel lachry- Lucæ 19
marum, quã flens sup morte Lazari, vel super Hierusalem futuro excidio effudit, vel

quæ

quæ de latere eius post mortem emanauit,
Ioan.19 hominem esse verum testatur: Sanguis de
Lucæ22 nique cum dolore effusus idipsum testat. Et hi tres vnum sunt, id est, idipsum concorditer testantur. Si testimonium hominum accipimus prophetarum de Christo nobis loquentium atq; testantium, testimonium Dei maius est, id est, verius & excellentius, atque magis propterea credendum. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est hominũ testimonio, quoniam Deus pater testificatus est de filio suo, hoc est, testatus est Iesum esse filiũ suum. Qui credit in filium Dei, testimonium Dei patris, id est, fructum testificationis eius habet in se, vt sit ex adoptione filiorum vnus. Porro, qui non credit, in filium, vt filius sit Dei Iesus, sua incredulitate mendacem facit (quantum ex se est) patrẽ. Sequeret enim vt si pater mendacio attestatur perhibens testimonium Iesu, q̃d Dei sit filius, pater ipse mendax efficitur. Atque ideo qui non credit in filium, mendacem facit patrem (quem falsitatem putat
1.Ioan.5 testari) non credens testimonio, quod testificatus est Deus pater de filio suo. Et hoc est testimonium quod nos phibemus Apostoli de Dei filio, qm̃ vitã æternam dedit nobis Deus p ipsum. Quæ vita æterna est in filio eius, hoc est, in cognitiõe, visione, & fruitione filij eius. Itaq; q habet filiũ per fidẽ & charitatem, habet quoq; vitã qm̃ quidem hæc est vita æterna, vt cognoscãt,
Ioan.17 te verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Qui non habet filium p fidem & dilectionẽ, nõ habet vitã quæ à morte seruat & cum Christi in sua immortalitate viuere facit.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ in octauis Paschæ. Ioannis XX.

E Cum immortali adhuc corpore dñs noster Iesus Christus suis adesset discipulis, cõsolatus est eos, atq; in illis nos, dicẽs:
Matt.18 Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in noĩe meo, Ibi in medio eorũ sum. Hoc hodie eis, vt alias semp inuisibiliter, in specie visibili cõmõstrauit. Siqdem Apostolis cõ
Ioan.20 gregatis haud dubiũ in noĩe dñi, adfuit Iesus in medio eorũ, dicẽs: Pax vobis. Adeo aũt constat semp firme ac indubitato seruare suã pmissionẽ Deũ, vt patres nostri pces generales, Litanias & pcessiones instituerint multas, nõ aliã obrẽ, nisi vt orantiũ simul multorũ colligat cõsensus, & q̃d fortasse vni (sunt enĩ multa q̃ singulares impediunt, ne exaudiant oratiões) negaret, nõ possit negari multitudini. In multitudine nanq; nõ desperãdũ est esse multos, q Dei sint amici, & q orãtes repulsam nõ mereãtur. Accedit q vbi multitudo est adunata, psona figurat Ecclesiæ, q̃ in rebus licitis, & salutaribus nõ potest nõ exaudiri. Quã obrẽ dicũt eruditi viri, in pcessionibus, (tametsi singulariũ hominũ deuotio id non mereat) generalibus, vbi p re pcanda aut depcanda multorũ in vnũ coit cõsensus, celeriorẽ apud Deũ fieri exauditionẽ. Nam multitudo in re licita cõsentanea exaudiri meret, tametsi separatim in illa paucissimi sint q mererent exaudiri. Pari hic modo et multo magis electi dñi discipuli adunati meruerũt à dño visitari & cõsolari cõsolatione, quã pcipue nobis optat Deus, vt sit nobis pax. Hoc aũt tunc factum est, cũ de eius resurrectione tractarent Apostoli, & Cleophæ ac eius socij audirẽt narrationẽ. Stetit Iesus in medio eorũ dicens: Pax vobis. Itaque vt dicit Ioannes Euangelista. Litaniæ cur institutæ Lucæ24

Cum sero esset die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum.

In hoc Euangelio Christi apparitiones narrantur duæ: quarũ altera in die Paschæ sero ingruente nocte facta est, altera post octo dies, hoc scilicet die. Cum enim sero esset vna sabbatorum, inter Paschalem solennitatem quæ per vnam habdomadam durabat, cuius dies singuli erant festiui, & sabbata dicebantur. Vna igitur sabbatorum, hoc est, altera die post magnum sabbatum, quod infra illam hebdomadam occurrebat, solennius propter hebdomadam Paschalem, reliquis sabbatis quæ singulis hebdomadibus occurrunt per integrum annum. Vna igitur sabbatorum, hoc est, die dominica, qua dominus surrexerat, cum sero factum esset, & duo ex Emaus discipuli redijssent, inuenissentque vndecim simul hic congregatos, narrantes quod dominus surrexisset vere, apparuissetq; Simoni narrauerunt ipsi quoq; quomodo sibi in specie peregrini apparuisset Exodi12 Lucæ24

isset dominus, & quomodo eũ in fractione cognouissent panis: tunc subito stetit Iesus in medio eoꝝ, qui fuerat clausis ianuis ingressus, & dicit eis: Pax vobis. Hoc enim idem Euangeliũ quod Ioannes hic scribit, Lucas quoq; refert, & lectum est feria tertia proxima superiori. Verum cum Lucas dicat congregatos vndecim, Iudas vero tunc abierit in locum suum, suspensus que crepuerit medius, quõ fuerunt Apostolorum vndecim (demptis alijs extra numerum Apostolorum p̄sentibus, scilicet Cleopha ac socio eius, & pluribus vt creditur alijs) quando Ioannes Thomã hic narrat defuisse? Qui si defuit tunc, remanserũt tantum decem Apostoli. Dicendum Thomam quidem adfuisse inter vndecim vnũ, quando Cleophas cum socio ex Emaus redierunt, & narrauerunt quæ sibi acciderant. Quibus tamen Thomas non credẽs, nec alijs decem Apostolis de Simone narrãtibus, exiuit, antequam Christus illis appareret. Aut fortasse melius dicitur, quod Lucas dicendo vndecim, collegium voluit aut congregationem nominare Apostolorum, quod nomen collegij aut vniuersitatis nihilo minus illis erat, tametsi vnus aut alter abesset: Sicut apud canonicos dicitur capitulum cõgregatum: & apud monachos conuentus, & in academijs vniuersitas, tametsi aliqui desint. Hoc modo Apostoli vocabantur vndecim, non q̃d ita exacte fuerint tunc numerati, sed quia collegium eorum constabat ex vndecim. Vult igitur dicere totũ collegiũ simul fuisse apostolorũ, cum dicit vndecim, quãuis aliqs defuerit, quia maior pars sibi nominis vendicat integritatem. Cum itaq; sero factum esset vna sabbatorum, & fores, scilicet domus, essent clausæ, in qua erãt discipuli cõgregati propter metum Iudæorũ. Metuebant discipuli, nondum cõfortati ex alto, eos, qui corpus poterant occidere, ideo clausos & absconditos, quantum poterant, se seruabant.

Lucæ.24 Matt.27 Acto.1

Matt.10

Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

G

1.Tim.2 Lucæ 10

Stat Iesus in medio discipulorum, qui Dei mediator est & hominũ, tanquam magister, pater & dñs omniũ. Non aũt immemor suorum est verborum, qbus Apostolis mãdauerat: In quamcunq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Hoc modo ipse quoq; vt facilius agnosceretur pacem illis optat. Voluit pariter illos suoꝝ esse memores verborum, quæ illis dum ad passionem esset iturus, dixit: Nempe, Pacẽ meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Sicut igitur abiens pacem eis commiserat, pacemq; dederat, ita rediẽs, loqui mox vt est exortus, pacem eis optat. Est enim re uera pax bonum non mediocre Christianis omnibus appetendum. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Atq; ideo Augustinus in libro de ciuitate Dei, dicit: Tantum est pacis bonum, vt etiam in terrenis rebus atq; corporalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderablius concupisci, nil melius inueniri, nil melius possi deri. Cur bellũ à bonis gerit, nisi vt pax habeat? Hinc bestiæ sylu as repetũt. hinc volucres aera ad se sustollũt, pisces ad p̃fũda maris se demergũt, reptilia in visceribus terræ se abscondunt, vt pacẽ habeant. Est aũt quãtum hic dicere sufficit, in hac vita pax triplex, scilicet temporis, pectoris & æternitatis. Temporis, pax est, nullam sentire persecutionem, nullam molestiam, nullã perturbationẽ, & in omni trãquillitate cõstitui. Sic pacem habere in hac vita non bonum est signum. Timendum est enim habenti, vt aliquando mereatur audire, quod diues audiuit epulo: Fili recepisti bona in vita tua. Hanc pacem Christus suis hic nõ solet dare amicis, nec ipse eam in hac vita habuit. Propterea enim dixit: In mundo pressurã habebitis. Si me persecuti sunt & vos p̄sequentur. Et cũ Apostolis in vltimo dixisset sermone. Pacem relinq̃ vobis, pacẽ meam do vobis, mox subiungit: Non quõ mundus dat ego do vobis. Mundus enim temporalem optat & promittit pacẽ, hanc Christus non promittit. Non veni inquit, pacem mittere, sed gladium. Non igitur hac pace nos Christus salutat, vt quietem à tribulatione & molestia habeamus, sed vt tribulationem & molestiam in qete pectoris, in pace cordis & animi tranquillitate sustineamus. Vult enim vt in omni p̄turbatione externa internam tranquillitatẽ & pacem cordis possideamus. Tertia est pax æternitatis. De hac scriptum est: Dabo pacẽ in finibus vestris, id est, in singulis viribus atq; potentijs animæ. Dormietis, in iugi fruitione summi & perfectissimi boni, & nouerat q exterreat. Itemque. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis &

Ioan.14

Matt.5 Augustin. Pacis bonũ quam sit magnum quid.

Pax triplex.

Lucæ 16

Ioan.16

Ioan.14

Matt.10

Leuit.26

Esaiæ 32

cis & requiæ opulenta. De hac pace Augu-
Augustin. stinus: Quis inquit non desideret hanc pacem, vbi amicus non exit, inimicus non intrat: nullus tentator, nullus ibi est seditiosus nullus fatigans: Hic pax ciuitatis est cœlestis Hierusalem.

H **Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis.**

Lucæ 24 Refert Lucas dominum dixisse anteq̃ ostenderet eis loca clauorum in manibus: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conterriti enim fuerant & conturbati, existimantes
Lucæ 23 se spiritũ videre, spiritum scilicet Iesu, quẽ in cruce emittens patri commendauerat. Hunc putabant sibi aparere in specie aliq̃ corporali assumpta. Verum, dicit qs. Quomodo fuerunt conterriti, cũ dicat Ioannes
Ioan. 20 paulo post in hodierno Euangelio: Gauisi sunt discipuli viso domino? Dicendum, ad apparitionem Christi subitam fuerunt conterriti, sed vbi eis ostendit manus & pedes, cicatrices scilicet vulnerum suorum ga-
Lucæ 24 uisi sunt vehemẽter. Et quamuis dicat Lucas: Illis aũt non credentibus, sed præ gaudio mirantibus, videaturq; mirum quomodo non credentes gaudere potuerint, dicendum, id simul stare potuisse, vt ad præsentiam domini gauisi fuerint valde, nihilominus tamen non perfecte crediderint, sed timuerint, ne fortasse dominus non esset, qui appareret. Optabant maxime verã esse Christi resurrectionem, & verum suum magistrum, qui apparebat, & ideo præ magno gaudio in hac spe veritatis simul timebant ne vane gauderent, aut ante tempus frustra exultarent, puta ne aliqua specie fortasse fallerẽtur. Sed obstat q̃d Petro semel apparuit, qui hæsitare amodo nõ potuit. Ad quod dicendum, Petrus, etsi crederet, subito tamen, quia sero erat, & incollocutione mutua erant apostoli occupati, foresq; clausæ, potuit in principio obstupescere, videns foribus clausis apparitionem fieri, de qua non suspicabatur. Potest etiam dici maiorem partem Apostolorum exterritam, puta non plane credentes, licet aliqui timuerint præ desiderio Christi, non esse solidum suum gaudium, sed falli (quod nolebant) se posse. Verum itaque est eos primo exterritos, eosq; mox gauisos, & imperfecte adhuc credentes timuisse ne dominus non esset. Gaudij igitur magitudo causa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit, vt ad quod maxime gaudemus & quod maxime optamus metuimus ne aut non sit, aut non eueniat, aut ne fallamur. Illis igitur sic constitu- Lucæ 24
tis, dicit eis iterum: Pax vobis. Et secundũ Lucam. Quid timidi estis, & cogitationes scilicet timidæ, ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, qa spiritus carnem & ossa non habet. Deinde ostendit eis manus & pedes. At vt procul omnis abesset suspitio, ambiguitas & timor, Habetis, inquit, aliquid quod manducetur, nullum signum indiciumve prætermittẽs, quo probaret se verum corpus habere, q̃d in cruce fuisset vulneratum, quod palpari posset ac tangi, licet posset & non tangi; quod viueret & comederet. Quapropter plenissime resurrectionis suæ volens ostendere veritatem, Habetis, inqt, aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis vere & non ficte, ad ostendendam naturæ veritatem, non quod post resurrectionem necessarius foret ciborũ Christus quo post resurrectionem comedit.
vsus (Neque enim propterea dicitur commestio, quod conuertat cibum in commedentem. Hæc enim nõ est commestio, sed effectus commestionis. Absque enim hac conuersione seu incorporatione cibi in cõmedentem, dicitur vera commestio, quæ post resurrectionem fuit in Christo. Cibũ enim quem comedit, conuertit in spiritualem, id est, in aerem materiam, seu vaporẽ) Lucæ 24
Tunc aperuit illis sensum, inquit Lucas, vt intelligerent scripturas. Porro Ioannes, Ioan. 20
cum iterum dixisset Christus: Pax vobis, adiũgit Christum adiecisse: Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos.

Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixisset, insufflabit, & dicit eis: Accipite spm̃ sc̃m̃. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Sicut misit me, inqt, viuens, pater, & ego mitto vos. Ea charitate qua ego à patre Ioan. 3
missus sum ad conuersionem mundi (Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ daret vnigenitum, vt oĩs qui credit in illum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam) mitto etiam vos ad prędicationem mundique cõuer-

Matt.10 Luc.6 Ioan.17 uersionem. Sicut me pater misit ad persecutiones, ad pressuras & dolores sustinēdos ita mitto vos quoq; ad eadē ferenda. Quæ bona ergo recipi à mundo, eadem vobis relinquo. Nō est discipulus sup magistrū. Si me persecuti sunt, & vos versequentur. Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctū, indicans prædicationis officium quod commiserat illis absq; spiritus sancti gratia digne neminē, posse exequi. Non sunt tñ putandi apostoli spiritum sanctū ante non habuisse, sed credendum spiritum sanctum quem ante habuerunt, nunc copiosius, hoc est, cū potioribus pluribusq; donis receperūt. Siquidem iam sufflando Christus dedit eis quoque potestatē ligandi atq; soluendi. Porro in die Penthecostes iterum dans illis spiritum sanctū, dona adhuc sua auxit copiosius, vt scilicet omnium linguis loquerētur, vt signa facerent, vt mortuos suscitarent, & vt nihil p Christi subeundum amore formidarent. Quorū remiseritis peccata remittuntur eis, & quorū retinueritis id est, tetinenda iudicaueritis, retenta sunt. Hoc etiam hodie sacerdotibus collatū est, si tamen iuxta leges Ecclesiæ, & iuxta merita demeritave pœnitentium aut ligant aut soluant. Nam si suo moti arbitrio temere aliquid atq; fieri debeat, facere tentauerint idque scienter, grauiter delinquunt, audientq; de se dici: Interfecerunt animas quæ non moriunt, & viuificabāt animas quæ nō viuunt. Videte quō suis hic Apostolis Christus autoritatem præbet animas soluendi atq; ligandi, quō rex aliquis terrenus præfectis suis potestatem dat, eos qui rei sunt in carcerem ponendi, indeque educendi iuxta subditorum merita.

Acto.2

Ezech.13

Thomas aūt vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nō erat cum eis, quādo venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittā digitū meum in locum clauorum, & mittā manum meam in latus eius, non credam.

K

Numerum recenset Apostolorum eo modo, quo tunc erat, antequam dominus iuit ad patiendum: tunc eni m duodenarius erat. Propterea enim dicit: Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Dydimus (quod dubium aut geminum esse volunt) non erat cum eis, qnando venit Iesus. Auditis enim Cleopha ac socio eius, mox discesserat. Quod absq; diuina non est factum dispensatione, vt per hoc daretur occasio, quo resurrectionis suæ veritas euidentius probaretur. Sed dicit quis: Vbi igitur spiritum sanctum & potestatē ligandi & soluendi Thomas accepit, si absens fuit? Dicendum, post octo dies fuisse hoc à domino suppletum in eo, quod alij acceperant Apostoli. Dixerunt ergo illi alij discipuli, scilicet reuertenti: Vidimus dominum. Ille autem non solum non credens, sed rem etiam impossibilem æstimās dixit: Nisi videro in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meā in latus eius, non credam. Hæc videtur dixisse, propterea quod ab Apostolis audierit, Christum tenuisse fixuras & cicatrices vulnerum. Haudquaquam Apostolus ille spernendus est, propterea quod præ cęteris Apostolis ad credendum tardior fuerit. Multo enim magis profuit nobis illius ad credendum tarditas, quam Magdalenę velocitas. Ipse enim egit, vt multæ, in quibus non potuissemus dubitare, ambiguitates elucidarentur nobis. Quamobrē nō ex duritia aut fidei modicitate hoc illi accidit, sed vt, dixi, p dispensationē. Nā cum dominus Hierusalem redire vellet, vbi paulo ante illum lapidare voluerat dicens: Eamus in Iudæam iterum, dixisse ille solus legit, similiter præ cæteris: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Quod reuera verbum nō paruæ fidei ac deuotionis fuit.

Grego.

Ioan. 8.10

Ioan.11

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

L

Et post dies octo, id est, octauo die, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum, & dicit eis: Pax

vobis. Deinde dicit Thomæ (propter hūc enim solum ne illum amitteret, venit:) Infer digitum tuum huc, scilicet in locū clauorum, & vide manus meas clauis perforatas: & adfer manum tuam, ponens in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quasi dicat: Quia dixisti, Nisi mea vulnera tangeres, te nō crediturum. Vide qd quantumq; faciat dominus clemētissimus saluator noster ꝑ vna anima, quā saluet. Respondit Thomas & dixit ei: Dn̄s meus & Deus meus, scilicet tu es. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Vidisti hominem & credidisti Deum. Beati qui non viderunt & crediderunt. In hoc posterior tum fides commendatur, qui non viderunt Christum in carne, sed ex aliorum prædicatione cognouerunt.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorū, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Non omnia Ioannes quę egit dominus Iesus signa aut miracula scripsisse se fatet, aut alios Euangelistas. Multa enim plura, quam scripta sunt, acta sunt. Vbi & hoc est aduertendum, si signa & mira Christi opera non omnia scripta sunt, quanto minus scripta sunt eius omnia verba eruditoria: quæ certe mensuram excederent voluminis, si eadem scripta omnia forent. Augusti. Hæc autem, inquit, scripta sunt, hoc est, tot scripta sunt, quot sufficerent ad probandum dominum Iesum verum esse Christū & Dei filium, & ad fidei opus esset roborationē, vt credatis, quia Iesus est filius Dei. Et vt credentes vitam habeatis, scilicet ęternam, quæ sola v̄a est vita, in nomine eius. Quod ipse nobis largiatur Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

SERMO DE EADEM DOminica. De pace multiplici, & cum q̄bus quōdo ve seruāda sit pax.

STetit Iesus in medio discipulorum suoꝝ, & dicit eis: Pax vobis. Ioannis vicesimo. Solent homines cognosci à nobis ex voce, vbi etiam non videnē cū quibus aliquanto tēpore viximus. Proinde cū Petrus de manu esset Herodis per angulum ex carcere ereptus, & nocte ad ianuā pulsaret domus Marię matris Ioannis, qui dicebatur Marcus, vbi multi erant discipuli congregati, puella quædam nominæ Rhode, ad videndum quis pulsaret, processit. (Acto.12) Quæ Petri voce audita, illico eum vt agnouit præ gaudio recurrens ad eos qui intus erant, ante nunciauit Petri præsentiam, quam aperiret. Nouit itaque ex voce quem oculis nōdum viderat. Hoc modo Christus vt cito ex voce à suis agnosceretur, voce vsus est solita. Nam ingrediens mundum, pacem fecit per angelos nūciari his, qui bonæ sunt voluntatis. (Luce.2) Euangelizans per mundum pacem annunciauit. Per Apostolos denique quamcunque intrarent domū, iussit habitatoribus offerri optariq; pacem. (Ioan. Matt. Luce.) Mundū tandem egrediēs Apostolos reliquit tanquā sui memoriale pacem, dicens hoc esse signnm, quo ab omnibus agnoscerentur discipuli, si dilectionem, quam pax generat, & rursus ex eadem generatur, habuerint adinuicem. (Ioan.13) Nouissime autem rediens, quo ipse certius agnosceretur esse, qui per passionem & mortem eos reliquerat, illos salutās, Pax, inquit, vobis. Est autem pax multiplex, nec omnis pex est bona. (Pax multiplex.) Est enim primo pax quædā inordinata, cū obedit q debet imperare: sicut vbi dn̄s obedit seruo, maritus vxori, ratio sensualitati, spiritus carni. Sic Adam obediuit Euæ. Propterea audiuit à dn̄o: Quia obedisti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. (Gene.3) Quapropter recte Apostolus dicit: Si secundum carnē vixeritis, hoc est, si caro vobis imperauerit, & vos carnis obedieritis desiderijs, moriemini. (Roma.8) Est pax alia simulata, q̄ qui habēt loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. (Psal.27) Huiusmodi pacem Iudas coluit erga Christum, & Ioab ad Amasam. (Matt.26 Mar.14 2.Reg.) Tertia est pax quæ est concordia malorum & peccantium cōsensus. Veruntamen nulla harum trium, vere loquendo, est pax. Pax enim omnium appetituum est consensus in bono atque concordia. (Pax quid sit.) Vbicunque igitur est pax, ibi est concordia, at non ediuerso. Inter malos enim concordia esse potest, sed haudquaquam pax. Sola enim pax est diligentibus legem tuam domine. Et non est pax impijs dicit dominus. (Psal.118 Esaie 48) Concordia nominat tam in bono, quam

no,quam in malo consensum, ideo concordia bonorum vt est bona,ita malorum est pernitiosa. Duo igitur si consentiant, concordes sunt. Vide autem in quo consentiant. In malo,inquis. Ergo neuter habet pacem,licet concordiam,vt dixi, habeant in malo. Porro inter bonos & malos nulla est concordia,nec vtrobiq; pax. Bonis enim pax esse potest,malis vero esse nõ potest,nisi boni fiant. Est erga vera pax omnium appetituum consensus. Habes in te multos appetitus,si omnes in te iustitiæ ac virtuti consentiant, habes pacem in te. Si vnus fuerit appetitus in te, qui à virtute dissentiat,non est pax in te. Vide igitur quam inique calumniantur bonos iniqui,vbi simul in congregatione viuũt. Iniquis enim boni debent non cõsentire in malo:ideo non est quo ad hanc partem inter eos concordia. Si iam conquerant se non posse habere cum cohabitatoribus concordiam,nihil mirum. Num malis cõsentiendum est in malo? Ipsi potius bonis consentiant, & erit concordia. Quod vero mali clamant,vt solent,sibi nullam esse pacem,dicendum: Nunquid malis propterea non est pax,quia cum bonis habitant? Amice,boni non auferunt tibi pacem, licet à te sancte discordẽt. Pacem tu ideo non habes,quia malus es. Esto bonus, & habebis pacem, & erit tibi cum bonis concordia. Quando igitur tibi pacem deesse conquereris,teipsum accusas,quod bonis non consentis,nec in teipso cõsentis virtuti ac iustitiæ. Nulla igit culpa hic est bonorum. Haudquaquã enim in hoc,quod in te pax nulla est,ipsi tibi debent consentire,vt pacem habeas. Nam tuis illicitis boni nõ cõsentiunt,& à bono,si quod in te est,nõ dissident. Nam si in malo tibi cõsentirent, cõcordia posset fieri,quæ est malorũ,nõ pax. Pax ergo solorũ est bonorũ. Possumus tñ dicere generalius de pace loquendo, cum tribus nobis pacem esse seruãdam. Primo cum hominibus,quod admonet Apostolus,dicens: Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quare dicit,quantum in vobis est? quia non ex vno solo stat vt inter duos pax maneat. Tibiipsi seruare potes pacem, adeo vt etiã proximi desiderijs malis aduersans, aut p iustitia contendens, pacem intra te habeas neminem optans ex te lædi, neminem p turbari, tametsi vel Dei iniuriam vindices, aut tua tibi ablata iudicio reposcas. Nam tu in pace constitutus,iusta iuste agens,nõ læsisse pacem diceris,si alium sua perturbet iniquitas. Ita igitur iuberis cuncta agere, vt tu pacem habens etiam alijs eandem relinquas. Quod si aliena te iniquitas agere compellit quæ iusta sunt,licet alius propterea perturbetur,tu non illi,sed ipse sibi aufert pacem. Secundo, debemus seruare pacem nobiscum. Hoc in te fili non potest esse,nisi continuo sis aduersarius priuato amori & propriæ tuæ voluntati, & nisi sis consentiẽs iustitię & omni virtuti. Ad hãc pacem perfecta vitiorum mortificatio necessaria est ad hanc pacẽ,pfecta sui abnegatio atque resignatio in Dei perfectissimũ beneplacitum est necessaria. Ad hanc Paulus hortatur vbi dicit: Pacem sequimini, sine qua nemo videbit Deum. Interrogas fortasse,quæ sint,quæ conducant,quę promoueant aut generant hanc pacẽ. Primum est generale,habere propositum firmum,quo nolis peccare. Non eñ est,inqt Psalmista,pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Peccatorum enim spinæ, q̃ per pœnitentiam deletæ non sunt,pungũt & lacerant,nec pacem quietam conscientiæ sinunt. Secundum, quod pacem iuuat non vulgariter, est, vt quam primum in te senseris delictum, illud confitearis domino,humilians te coram eodem,teque accusans ingratitudinis,ores illum tam pro venia delicti,quam p gratia maiori,donec ad sacerdotem opportuno venias tempore,cui pariter delictum confitearis. Miram enim operatur pacem & consolationem sacramentum hoc confessionis, conscientiã releuans ac pacans. Nonne Dauid humiliter dicẽs: Peccaui domino,mox audire meruit: Transtulit quoque dominus peccatũ tuum? Tertium quæ tibi præceperit Deus cogitare semper,vt in lege domini sit semp voluntas tua, & timens Deum nihil negligas. Quartum,ne animum tuum curis & rebus terrenis immoderate implices. Propterea Marthæ dicitur: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Gregorius quoque dicit: Quid laboriosius, q̃ terrenis desiderijs insistere? quid quietius, quam nihil in hoc mundo appetere? Occupatio nanque omnis temporalis distractio est cordis, & perturbatio mentis. Quintũ est simplicitas mentis,vt aliena non inuestiges,non explores noua: imo adeo de il-

Marginalia: N; Malus cur veram pacem nõ habeat.; Pax seruãda cũ trib. Rom. 12; O; Heb. 12; Sex quędã pacem pectoris generantia.; Psal. 37; 2. Reg. 12; Eccl. 5; Eccle. 7; Lucæ 10.; Gregori.

lis te non intromittas, vt etiam ea, quæ tibi nihil ad salutem nihilve ad pacem conducunt, nescire studeas. Curiositas nanq; sciẽdi noua seu aliena & alienæ vitę inuestigatio nimiũ turbãt. Sextũ est patientia, seu in silentio mansuetudo. Qui enim integrã optat pacẽ possidere, multa dissimilet, multa nesciat, multa tacens transeat, multa videns non videat, multa sciens non intelligat necesse est, quo minus turbetur, pacemque seruat ac tranquillitatem mentis. Nã qui omnia volũt excusare, de omnibus rationem reddere, ad singula respondere, seque defendere, nõ possunt diu in pace versari.

Luc.21 Tu igitur in silentio, mansuetudine & patientia, posside animam tuam. Committe te Deo, & oĩa excusationũ negocia atq; respõsionũ, quã diu tacere tibi & sustinere licet, eidẽ relinque: quia dominus tũc pugnabit pro te, & tu tacebis.

P Tertio pacem seruare debemus cum Deo p integrã

Exod.14 plenamq; nostri subiectionem, per abyssalem nostri abnegationem, per resignationem & egressionem nostri perfectam. Hęc pax secundum Augustinum, est à volũta-

Augstin. te Dei non diuidi, & in eis quæ solius Dei sunt, delectari. Vt igitur veram pacẽ pectoris, quam Christus nobis optat, in hac vita possideamus, videamus cuiusmodi habuerint conditiões Apostoli, quãdo Christus ad eos ianuis venit clusis, inde instructi nos illis quodam modo satagamus cõformare. Primũ est, quod fores erãt clausæ domus, in qua residebãt Apostoli.

Ioan.20 Pacem veram desiderans qd facere debeat. Quo significatur ianuas nostras, si nobis intus debeat annũciari pax, custodiri portis clausis debere. Quæ sunt portę domus nostrę, in qua residet anima? Corpus nostrum domus est animę. Sensus nostri sunt portę domus. Per has enim perinde ac per portas domus ingreditur & egreditur, quicquid ab anima intus recipitur aut emittitur. Quicquid per sensus exteriores recipitur, hoc in interioribus sensibus imaginando, æstimando memorandoq; versatur, & ex his ad affectiones aut auersiones cor inclinatur. Ex corde autem oriuntur procedũtque omnia tam bona quam mala.

Proue.4 Propterea Sapiens dicit: Omni custodia serua cor tuũ. Hoc est: Vide vt portæ omnes domus tuæ sint clausæ, atq; contra hostes munitę, ne quicquam te ingrediatur animæ tuæ inimicum. Inimicus enim noster diabolus, non aliter atq; castrum nos obsidet. Ne igitur te ingredi possit, portas clausas tene.

Si enim vides mulierem ad concupiscendum eam, scito diabolum intrasse per portam oculorum. Matt. Si carnalia, si detractoria te delectat audire, per aures intrauit diabolus. Si impudice tangis quicquam, diabolus per tactum intrauit. Si iuras, blasphemas aut maledicis, diabolus per os in te introit, & in lingua tua sedet per te loquens. Idioma enim infernale ac diabolicum est blasphemare & maledicere. Hoc enim idiomate cuncti loquuntur damnati. Idioma- bolici- sit. Quemadmodum in Dei regno ediuerso omnes beati suo loquuntur idiomate, quod est laudare Deum, benedicere Deum, & rogare Deum. Qui tamen non pro se rogant, sed pro nobis. Iam expende ad q̃d regnum p̃tineas, Christi, an diaboli. Hoc enim ex idiomate tuo dinosces. Gallus gallice loquit, Germanus alemanice. Hispanus hispanice. Verũ de hoc satis. Dixi sensus sub custodia arcta continendos, ne inimicus quispiam introeat, qui zizaniam in te seminet. Pone frenum ori tuo, & quicq̃d pudet dicere, pudeat & cogitare, & non liceat intueri, quod non licet concupisci. Iob.31 Gregor. Eua si non curiose aspexisset lingni vetiti fructum, non comedisset. Quidam denique pepigit fœdus cum oculis suis, ne cogitaret de virgine, haud dubium sciens intuitum sequi cogitationem. Gene. Iob.31 Propterea alius in Threnis lugens conqueritur, dicens: Oculus meus deprędatus est animam meam.

Thren.3 Q Secundum est quod discipuli erant congregati. Sic & tu tãetsi in abditissimo specu lateas, charitate omnibus sis iunctus. Vbicunq; etiam in sancto opere congregatio fuerit simul, cum qua viuis siue hæc fit in templo, siue in labore, siue in oratione, siue in prędicatione, tu noli te subtrahere, noli deesse. Omnis enim congregatio in opere collecta, spiritus sancti habet influxum (vt sanctus Bonauentura dicit, monachis suadens semper manere cum conuentu) Bonauentura cuius non est particeps, q̃ quis seipsum segregauerit, tanquam membrum à corpore congregationis separatũ. Maiorem enim gratiam suscepit, quisquis aliis (quando debet esse) hoc est congregationi sociatus fuerit in oratione, in laude diuina, in operatione, aut labore obedientiæ, & similibus, quam qui segregat se pro illo tempore, tametsi bonum interim operetur aliquid ex propria voluntate. Quan

do er

do ergo esse debetis cum alijs in templo, aut in prædicatione, aut alio bono exercitio, interim nihil preferatis aliud, licet alio qui bonum, ex propria voluntate. Studio enim deuotionis alio tempore potestis vacare in solitudine, quando non adest opus cui exobedientia teneamini interesse. Alio qui si adesse debetis, & non estis, absentia vestra à communi congregatione neminē non scandalizat, Sitis ergo membra cū corpore tempore debito, & sitis soli in oratione etiam tempore debito, vt pro loco & tēpore fructum & orationis & boni operis vtrobique referatis. Sitis ergo vt membra in corpore mystico non separata, sed vnita vt quemadmodum Apostoli, flatum Christi, hoc est, spiritum sanctū recipiatis, & pacem. Tertium est, quod timebant. Erant enim propterea foribus clausis propter metum Iudæorum. Et vobis quidem timendum est, non ab hominibus, sed à propria malitia, infirmitate & ignorantia, ne aliquid cogitetis, ne dicatis, & ne faciatis quicquam, q̄ Deum offendetis. Ad hoc enim hortat nos scriptura: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore & p̄para animam tuam ad tentationē. Et iterum: Qui sine timore est, non poterit iustificari. Itēq; Si non in timore domini tenueris te instāter, cito subuerteretur domus tua. Propterea verissimū est, quod diuus inqt Bernardus: In veritate comperi, nil ita efficax est ad gratiam Dei promerendam, conseruandam & recuperandam, quam si omni tempore inueniaris non altum sapere, sed time re. Hæc itaq; dicta sint, non vt credatis, cū ista etiam feceritis, mox sublimem illā imperturbatamq; possideatis pacē, sed vt sciatis hæc oīa, vt præcedant, necessaria esse, sine quibus ad pacem non potest perueniri. Illa aūt superiora, quæ dixi ad pacem conducere, vicinius accedunt, vt cōferant trāquillitatem his maxime, qui in his rudimētis sunt ante imbuti. Dominus igitur Iesus Christus filij charissimi det nobis omnibus, conseruet, & indiges augeat suam pacem. Qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

[Margin: R — Ioan. 20 — Timendū quidnam solummodo sit. — Eccl. 2 — Eccl. 1 — Eccl. 27 — Bernard. — Rom. 11]

DOMINICA PRIMA POST OATAuas Paschæ: Epistola, prima beati Petri secundo.

CHristus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

AD imitationem nos hortari cupiens Christi beatus Petrus Apostolus, ob oculos nostros eiusdē statuit passionem. Nihil enim adeo nos ad imitationem Christi extimulat, quam eius passionis cōtemplatio. illuc igitur nos inuitat, quo fructum illius capiamus. Itaque dicit: Christus passus est pro nobis, vel vt peccata nostra nobis auferet, quomodo Ioannes dicit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Vel vt Deo nos patri reconciliet. Cum enim adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē eius: Vel vt gratia sua nos iustificet, ducens nos vt dux & legifer noster per vias iustitiæ, quo ipse præcursor p nobis introijt in æternam hæreditatem. Ideo sequitur, & dicit beatus Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplum, & imitandi præmonstrans formam, iuxta quam sequamini vestigia eius. Cuiusmodi, inquis, reliquit nobis exemplum CHRISTVS? Nempe tribulationum, non delitiarum, contumeliarum, fla

[Margin: Ioan. 1 — Rom. 5 — Esaiæ 53 — Heb. 6]

gellorꝝ,dolorꝝ,opprobriorꝝ,ſpinarũ, crucis,vulnerum ac mortis.Exemplũ nobis reliquit humilitatis patientiæ, manſuetudinis,vt ſequamur veſtigia eius p viã, qua pceſſit nos.Qui eñ dicit ſe in Chriſto manere,debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Qui peccatũ nõ fecit. Neq; eñ vt Deus peccare potuit, & homo ab exordio incarnationis ſuæ tanta eſt confirmatus gratiarum plenitudine,vt æque nulli ſubiacere poſſet peccato.Nec eſt inuentus dolus in ore eius.Quod aduerſariorũ ſuorũ quoq; teſtimonio probatum eſt,dicentiũ: Magiſter,ſcimus qa verax es, & viã Dei in veritate doces. Qui cũ malediceret à Iudæis,dicẽtibus illũ dæmoniũ habere,& in prĩcipe dæmoniorꝝ eijcere dæmonia,potatorem eſſe vini & voracẽ,nõ maledicebat,ſed p malis bona,p maledictiõe reddidit eruditionẽ & benedictionẽ.Siqdẽ in paſſione tanq̃ agnus corã tondente ſe obmutuit.

1.Ioan.2 — Matt.20 Matt.12 Lucæ 11 Matt.18

B Cũ pateret,non comminabat occiſoribus ſuis,qn potius p eis ardenter ad patrẽ orauit.Tradebat aũt iudicanti ſe iniuſte. Siquidem ex timore humano Pilatus,quẽ innocentem ſciebat,& ſæpius pnunciauerat,iniuſte morti adiudicauit.Iudęi quoq; reum mortis iudicauere,atque minis importunis à Pilato,vt damnaret, extorſere. Tradebat aũt ſe iudicanti iniuſte, quia patienter tulit,nihil reſiſtens, ſed permittens in ſe hominum malitiam, crudelitatemq; ſæuire.Tradidit pręterea ſemetipſum,quo modo ſcriptum eſt: Tradidit in mortem animam ſuam, ad obediendum placendumque patri, qui propterea illum miſit in mundum,vt ſua morte mundum reconciliaret.Qui peccata noſtra pertulit,quę nõ rapuerat exoluẽs,in corpore ſuo ſup lignũ crucis extenſo. Quõ Eſaias q̃q; pdixerat: Dñs poſuit in eo iniqtatẽ omniũ noſtrorũ vt nos peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, id eſt, vt peccata noſtra in nobis ita moriãtur,vt ne vitia paſſionesq; malæ qdem in nobis manifeſtent,vñ peccatum adhuc in nobis viuere deprehẽdat,ſed ſerui inueniamur iuſtitiæ,q̃ vitã ſuã in nobis manifeſtet.Itaq; qm̃ omnium portauit iniqtates, ſicut ouis ad occiſionẽ ductus,ideo p nobis doluit.Et ipſe qdem vulnerabat pter peccata noſtra:nos vero eius liuore ſanati ſumus.Ille p nobis peccatorꝝ noſtrorum pœnas qui peccatum non fecit,luit.Ille ſoluit,nobis parcitur, Quia diſciplina pacis

Eſaiæ 53 — Luc.23 Matt.26 Marc.14 — Eſaiæ 53 Ioan.3 pſal.68 Eſaiæ 53 — Eſaiæ 53

noſtræ,qua nobis parcitur.peccata tamen puniuntur ſuper eum. Eratis autem aliquando ante conuerſionem, ſicut oues errantes,gradientes per abrupta vitiorꝝ: ſed p fidem & charitatem nunc conuerſi eſtis ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum,dominum puta Ieſum, qui paſcit animas & corpora noſtra, eſtq; ſuper nos vigil,dum viſitat nos.Quamobrem vocat epiſcopus aut iuxta aliam literã viſitator. Nam & in epiſtola ad Habræos à Paulo rectiſſime vocatur ſacerdos & pontifex, qui non hoſtias & munera,ſed ſemetipſum obtulit pro nobis Deo.

Ibidem. — Heb.4 Heb.8

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ. Ioan.X.

Ego ſum paſtor bonus.Verba ſunt hæc Chriſti de ſeipſo loquentis,& ad noſtrꝝ profectum ſe laudãtis.Qui enim laudibus nõ eget, nec laudibus fit ſublimior aut maior,ſeipſum tuto laudare poteſt, q̃ nobis ſuam oſtendat maieſtatem atq; perfectionem.Verum nobis hoc non licet.Neque enim Chriſti omnia ſunt nobis imitãda,præſertim ea quæ illi ex diuinitate conueniunt.Aut eñ præteritam ſuã vitã cogitat homo,& inueniet plangendi atq; dolẽdi nimiam materiam, aut meditatur futuram,& inueniet cauſam timẽdi. Nuſq̃ igit cauſa eſt ſeipſum laudãdi,aut alienis conſentiendi laudibus.Dicit itaque dñs: Ego ſum paſtor bonus.Occaſionem ad hęc verba veniendi narrat Ioannes,q̃d ante dixerat ſe oſtium ouilis, & paſtorẽ ſolum intrare in ouile ouium p oſtium,cuius eſt volũtas ſeruare oues.Nam ſi per oſtium nõ intrat,manifeſtũ eſt eũ eſſe non paſtorẽ, ſed furem:cuius eſt ſtudiũ, non oues paſcere aut fouere,nec ouium bonum querere,ſed prprium.Deinde cunctis paſtoribus ſeu p̃latis & animarum rectoribus ſeipſum in exemplum conſtituens in hæc verba quæ propoſui,ſermonem continuans,ait:

C — Laudibus cur non proprijs contenti eſſe debeat — Ioan.10

Ego ſum paſtor bonus.

In hoc Euangelio dñs noſter Ieſus Chriſtus docere nos vult, eum qui curam ſuſcipit animarum paſtorẽ eſſe debere, nõ mercenarium,non ſua quærere commoda,ſed animarum ſibi creditarum paſtum, tutelã, quietem

Paſtores qui ſint hic nominat Chriſtus.

quietem,&incrementũ,pro ouibus periculis ac laboribus se exponere, in ꝑiculo oues non derelinquere,ne qua pereat ouis, ne infirmetur,ne aberret,ne deniq; seducatur,magna cura vigilare.Quod à nullo fieri pastore,nisi ab eo q diligit oues, potest.

Iam vero, si qui sunt qui pastoris habēt officium,q lac,lanam & reliqua quæ ex ouibus veniunt,cōmoda duntaxat quærũt, si oues iuxta Ezechielis sententiã non pascunt,sed semetipsos,si nullam curã impēdunt gregi,&oues an pereãt,an deuorent, paruipendũt,hi nõ pastores,sed mercenarij sunt.Neq; eñ oues,sed ouiũ diligũt cõmoditates. Deiñ subditos noĩat Christus in hoc Euãgelio oues, q a vt oues vult eos esse mites,innocētes,tractabiles patiētes,nõ se vindicãtes,pastoris vocem per reuerentiam agnoscentes,eum audientes, sequentesq; per obedientiam.Quare si rebelles,duri,litigiosi, inobediētes ac irreuerentes pastoribus fuerint, non oues certe, sed aut hædi, aut hirci, aut certe lupi dicendi sunt,à sinistris in iudicio condēnandi. In exemplũ igitur boni pastoris seipm̃ dñs Iesus constituit,dicens: Ego sum pastor bonus.Quod autem boni sit pastoris indiciũ atq; officium,mox adiungit.

Ezech. 34

Oues quõ fideles dicantur.

Matth. 25

Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis.

D

Animam suam,id est,vitã suam morti exponit pro spirituali salute animarum sibi creditarum.Hęc enim regula est charitatis,vt quod vilius est,semp exponatur pro digniori.Quod enim melius,ꝓciosius,atq; dignius est, pluris habendum est, quam quod vilius est.Propterea,cum omnes pecudes simul vtiliores sint vita hominis,satius est omnes bestias morti exponere, quã vnius vitam hominis.Iterũ quia vnius animæ salus præferēda est corporali vitę multorum,ideo pastor suã debet potius vitam corporalem morti exponere, quam sinere vt anima aliqua pereat,si id potuerit cauere.Nemo enim,præsertim pastor,aut prælatus,suã pellem plus debet diligere,quam animam sui proximi,aut subditi.

Charitatis regula quænam sit vera.

Mercenarius autem & qui non est pastor,cuius non sunt oues propriæ, videt lupum veniētem,& dimittit oues, & fugit:& lupus rapit & dispgit oues.

Mercenarius &qui nõ est pastor,id est, qui non pro amore diuino,sed pro temporali lucro oues pascit,vtpote cuius oues nõ sunt propriæ,sed operarius tantum est, laboris sui præcipue mercedem quærens,& ideo dilectionis affectum ad oues non habet:hic quomodo animã ꝓ ouibus poneret,qui nollet pro his nummũ expendere? Non est igitur pastor,sed mercenarius.

Mercenarius quis hic vocetur.

Verum diceret hic quis: Si oues significãt animas gubernãdi gregis dñici,nullus erit pastor pręter Christũ,cuius oues sunt propriæ,ergo omnes erunt mercenarij.Dicendum oēs bonos p stores eiusdem esse voluntatis,cum primo pastore pastorum, id est,cum Christo,quem plus amant quã seipsos:ideo etiam quæcunq; diligunt,propter ipsum diligunt, adeo vt quicquid ille amat,hoc ipsi diligunt propter ipsum quē in his diligunt,nec eadē aliter atq; sua æstimant,imo sæpenumero plus quam sua diligunt.Hoc modo oues pastoribus bonis oēs sunt propriæ. Mercenarius igitur à pastore distinguitur,quia pastor amat ouem, mercenarius ꝟo mercedē. Mercenarius itaq; videt lupũ venientē .i. diabolũ, eiusq; ministros,homines animarũ corruptores, siue tyranni sint,siue hæretici,aut qui animas ad pctã seducunt,& eis male consulũt seu peruertunt:& dimittit oues &fugit.Fugit nõ locũ mutando,sed solatium,patrocinium atq; defensionē non offerendo.Et lupus,diabolus,aut malus eius minister,rapit oues.i.sibi subijcit.Tollit eñ eas de possessione veri pastoris, & ab vnitate gregis dispergit. Sed obijcitur Christũ de ouibus dicere:Non rapiet quisquã eas de manu mea.Dicendum hoc Christũ dicere de ouibus suis pręde stinatis.Quas etsi ad tempus aliquod lupus rapiat,tamen,quia sunt veræ oues,de faucibus illius tandē exiliũt, &ad ouile,hoc est,ad vnitatem fidei ac charitatis reuertuntur.Itaq; dispersionis ouiũ causa est,negligentia prælatorum.Quamobrem per Ezechielē dominus loquitur: Dispersæ sunt oues meæ,eo quod nõ esset pastor.Sapiens quoq; ait:Vbi non est gubernator, ibi corruet populus.

Lupi qui hic dicantur.

Gregori⁹

Ioan. 10

Ezech. 34

Prouer. 11

Mercenarius autem fugit,quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

E

Causa,quare mercenarius gregem deserit,est,quia pastor non est,nec oues diligit.Si eñ diligeret,non aliter eas quã quia

Christi sunt oues in ipso & ꝓpter ipm̄ diligeret, quo certe non iudicaret ad se nihil, sed multū, imo tm̄ ꝑtinere de ouibus, quā tum ad se pertinere nouit fidelē esse Christi ministrum, à quo creditum sibi gregem accepit. Vide tamen hic quā expresse loquitur & distincte dominus, instruēs nos quando non liceat pastorem fugere, tunc scilicet, si deserit & relinquit oues. Nam si solus pastor persecutionem patitur & non oues, quæ absq; periculo sunt, & illis prouisum interea est de pastu per alium licet pastorem fugere, & fugiendo se in aliud tempus ad ouium profectum seruare. Hoc modo S. Athanasius fugit, & fuga sua plus fidei & catholicæ Ecclesiæ profuit, quam si martyrium esset passus. Hoc modo Paulus quoq; fugiens, in sporta demissus de muro in Damasco, se ad maximā frugem Ecclesiæ seruauit. Dicit itaq; Christus, mercenarium esse eum, qui relinquit oues, & fugit. Vbi enim non esset alius, qui dominicum gregem pasceret, pastori fugere, non liceret, ne oues fugiens relinqueret, & periculo exponeret.

Pastor quādo fugere liceat.

Athanasi⁹

Actor. 7
2. Cor. 11

Ego sum pastor bonus. Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Ego, inquit, sum pastor bonus, non vt ille qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde in ouile, vtpote fur & latro, ad occidendas, non ad pascendas oues veniens, quia quod paulo ante hoc Euangelium legitur: Ego veni, vt vitam habeāt oues, & vt abundantius habeant. Nec sum vt mercenarius, qui lupum venientem fugiens deserit oues, quia adeo cum ouibus perseuero, vt animam quoq; meam ponam pro ouibus meis. Deniq; ideo sum pastor bonus, quia cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, propter assiduam visitationē meam. Cognosco, id est, diligo. Quos enim reprobat, nō nouisse dicitur. Et quos nouit, adeo nouit, vt eas in libro scriptos habeat vitæ. Ideo Mosi dixit: Noui te ex nomine. Fatuis autem virginibus dicit: Nescio vos. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. i. sicut amat me pater, & ego amo patrem: subaudi, ita ego nosco & diligo oues meas, & ipsæ amant me, cuius signum est quod sequitur: Et animam meā pono pro ouibus meis, scilicet ex amore.

Ioan. 10

Exodi 33
Matth. 25

Et alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.

F

Alias oues ꝑter eas, ad quas sum missus domus Israel, habeo. Vbi? Inter gentes scilicet, quæ item de numero ouiū sunt mearum per prędestinationem æternam, tam etsi nunc sint lupi, quæ non sunt ex hoc ouili, id est, de synagoga Iudæorum. Et illas oportet me adducere, oportet, non per absolutam necessitatem, sed per immobile beneplacitū, adducere, hoc est, cōuertere per apostolos meos, & per illustrationem spiritus sancti. Propterea alibi dicit: Multi venient ab Oriente & Occidēte, & recumbent cum Abrahā & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Et vocem meam audient, ꝑ apostolos. Prædicatio enim apostolorū vox erat Christi: in illis enim Christus loquebatur. Et fiet vnum ouile, hoc ē, ex duobus populis Iudæorum & gentiū vna fiet Ecclesia. Hęc enim Ecclesia vna ē, & vnum corpus mysticum Christi, quod ab vno capite Christo gubernatur, vno spū sancto viuificatur, vna lege dirigitur, vno baptismi fonte purificatur, vno pane reficit, ab vno patre regeneratur, ad vnam patriam graditur, & sub vno vicario pastore, q dicitur summus pōtifex, in terris regitur. Eam ob rem Christus lapis dicitur angularis, quoniam sicut in lapide angulari duo parietes iungūtur, ita in Christo tanquam in angulari lapide duo populi coniuncti sunt. De quo Apostolus inquit Paulus: Ipse ē pax nostra, qui fecit vtraq; vnū. Et vnus pastor, vniuersę. s. Ecclesię, vt non sit Iudæorum Deus tantum, sed & gentium. Hoc iam quidem impletum, sed perfectissime adhuc implebitur circa finem mundi, quando post Antichristi persecutiōem eiusdem perfidia per Enoch & Heliam detecta, vniuersus conuertetur mundus ad Christum. Videāt autem nunc qui sunt animarum pastores constituti, quam rationem sint reddituri pro grege sibi commisso. Animaduertant quam graue erit iudiciū, his qui præsunt. Expendant secum, an quispiam vnquam suorum subditorum perierit sua negligentia, hoc est, ideo perierit, quod neglexerit illum, reuocare, instruere, cōfortare, cōsolari, & qcquid pastoris attinet officiū, illi exhibere. Si negligētem se inuenerit, gemat, & do-

Matth.

Matth.

Esaiæ
Matth.
Luc.
Ephe.
Actor.
1 Petri
Ephe.
Roma.

Pastores animarum periculosus status.

Sapiē.

Ezech. 3 &doleat, sciatq; illius sanguinē de sua manu requirendum. Videat præterea ne scandalo quempiam lædat. Est enim positus in exemplum maxime gregi suo, cuius vita esse debet vt liber vitæ, vt quid liceat, qd non liceat, quid perfectum sit, aut imperfectū, ex illius contemplatione discatur. Non leuis est vestra commissio pastoris, non facilis cōmissi iactura, nec vilis thesaurus, quē maxima sollicitudine custodire vos oportet, cui tot pericula imminent, hostesq; insidiantur innumeri: & nihilominus huius ratio districta à vobis exigetur. Attendite igitur (vt Apostolus monet) vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit pastores, episcopos regere Ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine suo. Primū vobis maxime necessaria est humilitas, ne honor, potestas, externaq; dominatio vos in superbiam eleuet. Nunq̃ em̄ bene regitur, vbi supbe, austere, & nimis imperiose regitur. Necesse est vos corā subditis etiam frequenter humiliari, vbi fructus hoc animarū expostulat, & vbi subditi de vestra humilitate ædificātur. Quāto em̄ maior es (scriptum est) humilia te in om̄ibus. Sit tamen hæc vestri humiliatio huiusmodi, ne vilescat simul autoritas. Deinde non obliuiscendū est multa vobis licere, sed nō oīa ædificare. Quapropter potissimū quid animabus & conscientijs subditorum conueniat, quid illos vulneret, prospiciendū est, vt tantum ea vobis licere permittatis, quæ animas nō offendunt ouiū. Est igitur summe vobis necessaria priuati amoris extinctio, ne vos, ne etiā vestra, sed quæ animarū sunt, hoc est, quæ Dei sunt, tantū pure quęratis. Nunquam enim ea, quæ animarum commissarum vobis sunt, fideliter quæretis, si plus æquo quæ vestra sunt, amatis. Tertio, opus est vobis continua oratione, non tam pro vobis, quam pro ouibus creditis. Propterea oīa cū Deo, quæ circa subditos agenda sunt, ante tractetis, cum eiusdem consilio, & ad ipsius honorem cūcta statuentes. Quarto, opus est vobis vigilantia maxima & zelo, ne per remissionem vestram, aut nimiam indulgētiam disciplina, & lex domini prętermittatur, negligatur, aut aboleatur, & pereat. De hoc em̄ districtā estis Deo rationē reddituri. Magis aūt vobis curandū est, vt quæ perierunt reformentur, q̃ neglecta sunt restaurētur, & & vir tutū studia, exercitiaq; sancta reflorescant. Nemo vestrorū subditorum in peccatis sinatur iacere, sed erigatur, si l plus est moneatur, & si necesse fuerit corrigatur & cōpellatur. Seueritas hęc quomodo esse debet (ne contemnatur) matura, ita ne odiatur, sed fructū faciat, sit etiā benigna, hoc est, vi deant ac sentiant subditi hanc procedere de charitate, nō de crudelitate. Itaq; cuiusmodi esse debeat pastor, Gregor. Magnus docet, sic scribens in Pastorali: Oportet vt sollicite meriti se studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo pręlatus cogitatiōe mundus, actione p̄cipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis cōpassione proximus, p̄ cunctis contēplatione suspēsus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per iustitię zelum erectus, internorum & spiritualium curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum prouidentiam interiorum sollicitudine non relinquēs. Dominus noster Iesus Christus & pastoribus nostris hęc donet, nosq; bonis pastoribus dignos efficiat (peccata enim populi sæpe merētur, vt det eis pastor nō bonus) atq; nos cū pastoribus nostris tādem ad pascua cœlestis, perpetuæq; amœnitatis, introducat. Qui cum patre & spiritu sancto Deus est benedictus in secula, Amen.

Margin notes: Pastoris vita q̃ debeat esse exēplaris. — Actor. 20 — G — Humilitas quanta pastorib9 sit necessaria. — Virtutes pastori maxime q̃ necessarię. — Eccle. 3 — 1. Cor. 6 — Amoris priuati extinctio pastorib9 q̃ necessaria — Orationi quatenus pastores incūbere semper debeant. — Zelo quāto op9 sit pastorib9. — Gregori9 — Pastor animarum qualis esse debeat.

SERMO DE EADEM DOminica. Quomodo Christus nos pascit & pascitur, & de luxu clericorum.

H

Ego sum pastor bonus, Ioannis X. Christus dominus noster, pastor est noster, nos aūt populus eius & oues pascuæ eius. Ipse reuera bonus est pastor, & officium boni gessit pastoris. Nec solus tamen pastor est, sed alios quoq; qui erga illum sunt oues, reliquis ouibus pastores constituit. Voluit enim q̄sdam sibi ad hoc pastorale officium ascire, qui rectores secum, & sub illo essent animarum, omnia ad illius nutum ac regulam dirigentes. Non vt sine illis nō pascat gregem suum, nec quod oues deserat ipse, si forte à pastoribus alijs deserantur, sed qa omnia per media facit congrua, & hoīem vult humilitatis gratia subdi homini: ideo etiam hoīes imposuit sup nobis capita nostra, puta p̄latos, rectores, p̄positos, episcopos, & pastores, quibus humiliter obediamus

Margin notes: Psal. 94 — Pastores cur quosdam voluerit Christ9 esse animarum. — Psalm. 65

mus loco Dei, sicut ipse vice Dei pro nobis vigilant, nos dirigũt, pascunt, & ducũt, & arcẽt. Iuste igitur dicitur dñs ipse princeps pastorum, qui pastores alios tanquam suos vicarios nobis ponit, & ipse pastoribus eisdem, vt ouibus seipsum pastorem quoq; constituit. Dicitur igitur Christus pastor primo bonus, qa nos multipliciter pascit. Verum, quantum hic sufficit, de triplici tãtum pastu dicamus. Primo pascit nos corporali cibo. Propterea Psalmista dicit: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Pauit parentes nostros in paradiso, concedẽs eis omne lignum fructiferum in paradiso ad edendum. Pauit filios Israel cœlesti mãna in deserto. Pauit Heliã, mittens ei coruos, qui q̃tidie ei ferrent carnes. Pauit Danielẽ in lacu leonũ, adducens prophetã Abacuc qui ferret prandium Danieli multis milia ribus in Babylonẽ. Hos, horumq; similes in veteri ac nouo testamento pauit mirabiliter cibo exiguo, aut sine vllo cibo sibi dilectos reficiens, qui homines vniuersos pascit & reficit. Et quid dico om̃es homines, cum pascat etiam bestias, volucres, orbemque vniuersum? Respicite, inquit, volatilia cœli, quæ neque serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit ea. Nunquid ingrati iam erimus pastori huic nostro? De suo nos pascit, nõ de nostro. Creauit nos, vt haberet, q̃s pasceret. Nam creauit mũdum propter nos, vt esset quo nos pasceret, qui etiã sine vllo cibo nos pascere posset. Creauit nos, vt haberet in quos bonitatis eius infinita plenitudo emanaret. Quare igitur cũ nihil hic in mundum intulerimus, sed om nia à nobis à Deo inuenimus præparata, om̃ia nobis donata, claudimus viscera charitatis fratribus & proximis nostris, vt esurientibus illis nos comedamus, aut comedẽtibus nobis illi esuriãt, qbus nõ cõmunicamus de his q̃ dona Dei sunt, & nobis collata sunt, nõ vt soli his vtamur, sed nostris q̃q; participemus ꝓximis? Nũqd soli habitabimus super terrã? Nunqd nos plenitudinem eructabimus, & fratres nostros incdiam & famem pati sinemus? Fili charissime, attẽde quã facilia tibi dederit præcepta Deus. Nõ tibi p̃cepit, vt oĩa des aliĳs, puta pauperibus, simulq; tu cum illis egeas, tametsi ad p̃fectionem anhelãtibus id cõsuluerit, nec vt dimidiũ bonoꝶ tuoꝶ des pauperibus, sed hoc tm̃, quod superest, vt des egeno. Cum tu iam satiatus fueris, q̃d sup̃est, si dñs quempiam miserit egenum, da illi: vt se ille quoq; reficiat. Pro magno hoc beneficio accipe, si ad te venerit à Deo missus egenus. Quem em̃ tu paruipendis egenum, hic est Christus, quia in huius persona venit ad te Christus, à te petens & mẽdicans. Da igitur ei vel modicum de his, quę ille tibi dedit. An putas tibi deficiet? Non potes deficere, quãdiu Christum pascis. Credis ne qui hodie tibi dedit, cras iterum dabit? Confide illi, quia & cras dabit. Noli timere anxius pro crastino. Nam vt anxius nõ sis, te in oratione docuit pro quotidiano, non pro perpetuo pane orare. Quomodo enim tibi deficere potest, quando id quod das, Christo das, imo eidẽ, quod ipsius est, & tibi dedit paulo ante, reddis? Mirare potius quod dignatur à te accipere. Attende eius misericordiam. Primum tibi dedit, vnde dares egenti. Egenum ad te mittit, vt inueniat in te quod coronet. Denique ne putes indigno, aut ingrato te dedisse, ipse tibi id acceptum refert, dicẽs: Quicquid vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fecistis.

Hoc cũ sit omnibus, præcipue tamen pastoribus est dictum, qui animarum precium comedunt, qui eleemosynis pauperꝶ saginantur. His enim non aliter de Christi patrimonio licet viuere, quam frugaliter, sobrie, & ad sustentationem sui corporis, non ad luxum & voluptatem. Quod si ita fieret, pauca forent sacerdotia, pauca beneficia ecclesiastica, quorum vnũ non sufficeret vni, si compotationibus, si comessationibus, si epulationibus, si deniq; suis (vt cũ venia piarum aurium dicam) impudicitĳs carere vellent, quin adhuc in pauperum, viduarum, orphanorum, peregrinorumque necessitates erogãda multa supeessent. Iam vero quia luxu viuitur nimio, multa in preciosarꝶ vestium vsum, multa in epularꝶ apparatum, multa in vinorum habendam varietatem, non pauciora ad inutilem familiam: ad equos & canes præterea alendos, aliaq; id genus multa (inter quæ ancillã cubiculariam computo) plurima sunt necessaria. Quare nõ vno, sed multis opus sit beneficĳs, donec quod pauperibus pĳs est defunctoꝶ testamentis legatum, puta per Ecclesiarum ac collegioꝶ ministros erogandum, ad superfluos vsus ꝓfundatur, & impĳssime consumatur: imo donec miseri

Marginal notes: 1 Petri 5 | Pascit nos Christus tripliciter. | Psal. 144 | Gene. 1 | Deut. 8 | Psalm. 77 | Ioan. 6 | 3. Reg. 17 | Daniel. 14 | Matth. 6 | 1. Tim. 4 | I | Pauperib' qui sub ueniendũ. | Matth. 19 | Lucæ 14 | Lucæ 11 | Matt. [?] | Matth. 6 | Matth. 25 | K | Patrimonio Christi sui qui viuendum. | Clerici ærumnis voluptatibus & luxu qua [?] us.

prælati,infelicis plurium beneficiorum ca
nonici,aut sacerdotis ad sulphureos ignes
anima cum ingenti dæmonum comitiua
L solennissime deducatur. Non hęc filij
in contemptum cleri dicimus, nec in alio-
rum multorum bonorum ministrorum Ec-
clesiæ derogatiōem accipi volo,qui nobis
cum has ineptias,moresq; aliorum deflēdos
odiunt, sed optarem, vt qui ex nobilibus,
aut comitibus clero velit sociari, ob pieta-
tem ac sanctimoniam, nō propter opes &
turpem quęstum id fieret,sed vt clericus so
brie,pudice,pieq; viueret.Porro si venatio
nibus,scortationibus, epulationibus,ebri
etatibus, compotationibus, in militari &
seculari habitu vacare voluerit, ad hæc ma
le suo patrimonio domi vtatur. Huiusmo
di sacerdotia,beneficiaq; Ecclesiastica,quę
in alium sunt vsum,& alijs conferenda,si-
bi non vendicent,cleri statum(qui esse de-
bent sanctimonia)suis corruptissimis mo
ribus non inquinent,Dei plebem non scā
dalizent,nec in cleri, ac religionis odium,
vulgus mala sua vita prouocent, minori-
que tādem damnatione inter prophanos,
quam in clero constituti,plectantur.Vide
re certe est in horum adeo multis, quod
sanguineis lachrymis foret plangendum,
Clericorum quorundam deflēda deformitas.
puta tātam deformitatem, turpitudinem-
que vitæ, vt præstaret videre mores paga-
ni,quam helluonum quorundam, qui in
clero se recensent. De his loquor, qui (vt
quotidie cernere est) adeo perdite viuunt,
adeo iurant, adeo per sanctos execrantur,
in quorū ore impudicitia, turpiloquium,
gloriatio de peccatis suis (vt alia taceam)
continue versatur,vt magis eligendum vi-
ro esset sensato, in statu Iudæ proditoris,
aut Pilati,quam horum satraparum mori.
Hoc,inquam,reprobis illis & malis sit di-
ctum,non bonis,nec statui cleri,aut sacer-
dotio propterea,qui sanctus est,sit deroga
tum. Aduertendum est tamen & cauendū
hic concionatori,nec hęc in simplicem ple
bem effundat,vbi nullus sequitur fructus,
sed vbi loquendum est corā his qui nebu-
lonum,aut helluonum magis vitā ducunt
quam clericorum,id dicatur,vt erubescāt.
Mores peruersi clericorum non imitandos.
Vos quoq; simul moneo filij, q̃ exēplis
eorum malis non moueamini ad scanda-
lum,nec faciliter eos,aut irreuerenter pro-
pterea,maxime sacerdotes, tractetis, con-
temnatis,aut iudicetis.Habent iudicem su
um,eorum vita vobis nō est posita vt eā imi-
temini,sed eruditio catholica. Meminisse
vos oportet,q̃d Christus de scribis & pha Matth. 23
risæis dicit:Quæ vobis dicunt,facite: quæ
autem faciunt, facere nolite. Mementote
vos comparatos ouibus,ideo conditiones Ioan. 10
bonarum ouiū vobis vsurpate. Ouis nāq; M
Ouiū proprietates imitabiles quæ.
innocentiam habet,neminem lædit, nemi
nem mordet.Patientiā quoq; exhibet, nec
clamat.Est deniq; ouis animal sobrium,&
edulio non precioso sustētatur.Postremo
multæ est vtilitatis.Hæc omnia decent sub
ditum,& bonum Christianū.Præterea,vt
ouis obedit,agnoscitq; ac sequitur suū pa
storem, sic vestrum est non in pastoris vi-
tam(si mala est)liuido oculo intueri,sed ei
dem compati, & eum excusare, quantum
potestis,prouidentiam diuinā, qua vobis
datus est pastor,doctor &pater,attendere,
& eius monita salubria reuerenter accipe-
re,illiq; propter diuinam ordinatiōem, vt
præposito vestro honorem impēdere. Vbi
si pastor bonæ ac sanctę est vitæ,cū maiori
est reuerentia tractādus & amore.Iuxta il- 1. Tim. 5
lud Pauli:Qui bene pręsunt,duplici hono
re digni sunt.Verum de hoc satis. Dixi
Christum boni officiū pastoris exhibere,
qui nos corporali pascit alimonia, nec ta-
men alimonia tm̄ nos fouet,sed alijs q̃que
corporalibus bñficijs, puta amictu, potu,
solatio,medicina,consilio humano,atque
omnibus in hac vita necessarijs. Nam vitā
ipsam quis alius nobis donat,quā ipse do-
minus Deus noster?Et quid de temporali
hac vita est mirandum,quando &maiora,
&plura beneficia nobis contulit alia,puta
quod ab æterna nos damnatione eripuit,
quod suo nos corpore &sanguine cibauit
quod pro nobis moriēdo nos adoptauit,
q̃d.deniq; regni cœlestis nos sibi fecit co-
hæredes. Secundo dominus Iesus pascit
nos Dei verbo.Hęc enim spiritualis est no
stra alimonia & refectio.Siue autē hoc ver
bum sit prædicatum,siue lectum,siue inspi
ratum,cibus est animarū. Vnde scriptum
est:Cibauit eos dominus pane vitæ & in- Eccle. 15
tellectus,id est,verbo Dei.Neque enim (vt
Saluator ait)in solo pane viuit homo, sed Deut. 8
in omni verbo,quod procedit de ore Dei. Matt. 4 Lucæ 4
Sic pastores gregem reficere debēt Dei ver
bo.Quod dominus pmiserat olim:Dabo,
inquiens,vobis pastores secundū cor me- Hierem. 3
um,& pascent vos scientia & doctrina.In
hoc genere pascēdi, annumerandū quoq;
est,ꝙ sanctissima sua vita &conuersatione
nos

nos Christus dũ erudit, pascit. De quo in-
Psalm.77 telligitur illud Psalmi: Pauit eos in inno-
centia cordis sui. Et quod in cœna suis di-
xit discipulis, quando eorundem lauerat
Ioan.13 pedes: Exemplum dedi vobis, vt & vos ita
faciatis: quid aliud quam pastio seu refe-
ctio erat? Hoc modo pastores boni, non
tam verbo, quam exemplo bono pascere
suum debent gregem. Cuius Christus nos
Matt.5 admonens: Luceat, inquit, lux vestra corã
hominibus, vt videant opera vestra bona,
& glorificẽt patrem vestrum, qui est in cœ-
lis. Itaque quod cœperam dicere, Christus
verbo Dei multipliciter nos pascit. Alium
enim lamentis pascit pœnitentiæ, alium a-
moris lachrymis inebriat, alium reficit cõ
solatione, alium spe ac desiderio confortat
æternæ patriæ. Nec extra eius pascua sunt,
quos metu terret gehenę, quo vtiliter eos
N arceat ad quærenda pascua vitæ. Ter-
tio, pascit nos sacramentali refectione. De
Ioan.6 dit enim nobis corpus suum in cibum, &
sanguinem in potum. Secundo, est Chri-
stus pastor bonus ex dilectione, quia ani-
mam suam ponit in mortem pro ouibus Esaiæ
suis. Ipse enim dilexit & lauit oues suas in Apoc.
sanguine suo, & p grege suo mori digna-
tus est. Maiorem, ipse inquit, charitatẽ ne- Ioan.
mo habet, quam vt animam suam ponat
quis pro amicis suis. Hoc pastores eius vi-
carij, vbi necesse foret, pro saluanda anima
quoq; debent. Sed quotus est hodie, qui v-
no velit aureo animã à morte seruare, aut
qui non minus curet seu tristetur, si pecca
to mortali pereat anima, quam si argente-
us illi perierit nummus? Huiusmodi sunt
non pastores, vt Christus inquit, sed mer-
cenarij, qui lac & lanam ouium quærunt,
non ouium salutem. Dominus noster Ezech.
Iesus Christus nos pascat, nos dirigat, nos
protegat, nosque foueat sua gratia, vt in-
ter suas mereamur oues numerari & habe
ri: qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA II. POST OCTAVAS PAschæ, epistola prima Petri secundo.

IIII. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos a carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detractãt de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum: Siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Hortatur nos beatissimus apostolorum princeps, omnesque Christianos, vt suę nobilitatis, dignitatis, excellentiæque per Christi gratiam sibi collatę sint memores, qui per Christum obtinuerunt, vt genus vocentur ac sint electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ne 1 Petri 2
à tan

à tanta nobilitate, quam ex adoptione Dei habent per Christum, moribus degenerẽt. Hoc autm non seuere præcepit nobis, sed per charitatem, & per Deum obsecrat, dicens: Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, vtpote propter originale peccatum de paradiso in hoc exilium detrusos, atq; in hoc mundo alienos seu hospites, ad patriam vero cœlestem peregrinos. (Hebr. 10) Neq; eñ hic manentem habetis ciuitatem, sed futuram inquiritis. Obsecro, inquam, vos tanquam eos, qui vere estis peregrini & aduenæ in hoc mundo, licet quãtum attinet ad (Ephe. 2) electionem Dei, sitis ciues sanctorũ & domestici Dei, abstinete à carnalibus desiderijs, puta ne illis consentiatis, sed mortificetis, refrenetis, & de cordibus vestris eadem ejciatis. Quod Paulus quoque monet, dicens: (Galat. 3) Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Abstinete igitur à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. (Osee 4) Scriptum est enim: Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferunt cor. Itemq;: (Daniel. 13) Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Itemq;: (Galat. 5) Caro concupiscit aduersus spm̃, spiritus aũt aduersus carnẽ. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt nõ quæcunq; vultis, illa faciatis. (Philip. 2) Sequitur: Cõuersationem vestram inter Gentes habentes bonã, neminiq; scandalosum, qua sitis sine querela, simplices filij Dei in medio nationis prauæ atq; puersæ, vt in eo quod detrahunt vobis, tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis, tum scilicet cum videbunt vobis præmia, sibi vero ac malis omnibus supplicia conferenda. Tunc enim videbunt impij gementes præ (Sapien. 5) angustia spiritus iustos, q̃s hic deriserunt, magna constantia aduersus se triumphantes. Eam ob rẽ dicturi sunt de illis: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Quomodo nunc computati sunt inter filios Dei? Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. B Sequitur: Subiecti estote om̃i humanæ creaturæ propter Deum. Quod nunc absq; labore, aut absq; negocio vllo fit, si superiores vos alterutrum arbitramini, si supportaueritis vos, & per charitatem seruieritis inuicẽ. Hoc nanq; magister humilitatis Christus nos docuit. (Ioan. 13) Nam lotis discipulorum pedibus, dixit discipulis: Si ego magister & dominus vester laui pedes vestros, quanto magis vos alter alterius debetis lauare pedes? Aut, subiecti estote omni humanæ creaturæ, puta cuiuis in genere & ordine suo. Siue regi, tanquam præcellẽti, siue ducibus, aut præfectis, tanq̃ ab eo missis, hoc est, substitutis, ad vindictam malorum, laudem vero bonoꝝ, hoc est, ad arcendos, puniendosq; malos, fouendos vero ac defendẽdos bonos: quia sic est voluntas Dei, vt in omni subiectione & obedientia benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam, qui quod nesciunt, iudicant, & inique vobis tanquã malefactoribus detrahunt. Obediẽdo nanq; in licitis, tolletis iniquis detrahendi, & materiam, & occasionem.

Quasi liberi estote, nulli seruiẽtes peccato (omnis enim qui facit peccatum, quod Saluator ait, seruus est peccati) & nõ velamen (Ioan. 8) malitiæ habentes libertatem, vt sub velamine libertatis, qua vos à peccati seruitute, à seruitute quoq; legis Mosaicæ Christus liberauit, putetis vobis permissum principibus nõ obedire, aut nulli legi humanæ obtemperare: sed ita estote liberi, vt serui sitis Dei. Omnes homines honorate. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorẽ, &c̃. (Roma. 13) Fraternitatem, hoc est, omnes proximos, potissimũ Christianos, qui ex Christo & Ecclesia in baptismo regenerati vobis sunt fratres, diligite. Deum timete vt filij, casto timore eum diligentes. Regẽ, quia est Dei minister, diuina autoritate ad reipublicæ regimen institutus, honorate. Serui subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam vitiosis, & absq; disciplina viuentibus. In his tamen quæ Deo sunt contraria, non est obediendum. Siquidem Deo magis oportet obedire, quã hominibus. (Actor. 5)

EXEGESIS EVANGELII
eiusdẽ dominicæ, Ioan. XVI.

C D Ominus noster Iesus Christus, suis est discipulis quædam verba loquutus post vltimam cœnam, cum esset iturus ad passionẽ quibus voluit eos p̃monere de futura eorum tristitia, quia in eius passione erant cõtristandi, ploraturi super magistri calamitate, quam incidisse eũdem videbant, & su-

per sua desolatione. Optimum enim & nobilissimum quod in hoc mundo habuerunt, erāt aliquo modo amissuri, atq; ideo nō immerito ploraturi. Nam quicquid in
Matth. 19 Lucæ 18 mundo charum, quicquid in mundo habuerant preciosum, parentes, coniuges, bona temporalia, & si quid aliud habebāt, amore Christi omnia reliquerant. Quare Christus prȩuidens eorum tristitiam fore magnam quando iam & hunc amisissent, cuius amore ante alia oīa reliquerant, præmonuit eos dicens: Plorabitis
Ioan. 16 vos & flebitis: mundus autem gaudebit, quod suum expleuerit desiderium me occidendo. Veruntamen, non diuturnus erit hic planctus, quia post modicū iterum me vidēdo resurrexisse, cōsolabimini. Post multa itaq; alia instructionis & consolationis verba quȩ prȩdixerat, insinuat hic eis futuram & tristitiam & læticiam succedentem, hoc modo:

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem.

Quum hæc Christus verba loqueretur, paulo post erat capiendus, & cruci affigendus. Quapropter illud modicum tempo-
Modicū qui intelligēdum. ris spatium, quod ab illo tempore, quo hȩc loquebatur, vsque ad ipsius mortem intercidebat, in quo adhuc illum erant visuri
Augustin. (iuxta mentem Augustini) vocabat modicum. Modicum igitur tempus restabat, post cuius expletionem eum non erant visuri, scilicet tempore illo, quod à morte vsque ad ipsius interfluebat resurrectiōem. Illo ergo tempore, quod similiter erat modicum, hoc est, inter mortem & resurrectionem, expleto, iterum erāt eum visuri, & gauisuri. Aliȷ per hoc quod dicit modicum, non ipsum tempus, quod ab hac hora vsq; ad suam interfluxit captiuitatem, qua erāt fugiendo Christum relicturi, volunt significatum, sed quod post mortem sequebatur vsq; ad eius resurrectionem, quod erat modicū, quo non viderunt apostoli Christum. Et iterum modicum, puta à Pascha, vsque ad Ascensionem eius, erant Christum aliquando visuri. Vtraque tamen expositio fere nihil differt ab altera, sed in eūdem coit sensum.

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid hoc est quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. D

Hæc verba non intelligebant apostoli, vel quia mœrore erant eorum animi perturbati, propterea quod amissuros se audiebant magistrum dilectissimum. Hoc eñ adeo eos reddebat stupidos, vt quid diceretur, minus intelligerent. Vel, quia contraria videbatur eis loqui: Videbitis & non videbitis. Vnde suspicabantur, ne fortasse (vt solebat) parabolice loqueretur. Mussitabant igitur inter se, vel conferendo clanculum paucis verbis alterutrum, vel in seipsis taciti mussitabant, quod non intelligerent, quid in verbo modicum velit dicere. Erant enim eis hæc verba obscura, antequam implerentur. Pro eius tamē reuerentia, licet cuperent, non tamen ilico audebant eum interrogare.

Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos autem cōtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ostendit antequam sibi loquerētur, dominus Iesus, quod eorum cordium occulta cognosceret, & ideo quod ex ipso libenter interrogassent, respondendo præueniens dissoluit: Amen amen dico vobis, plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. De primo hoc modico tempore loquitur, quo Christus captus, flagellatus, impie & crudeliter tractatus, tandem crucifixus est & mortuus. Tunc enim fleuerunt apostoli ex com- Apost. quando plorauerint & fleuerint
passione Christi pœnas & mortem: fleuerunt quoque suam desolationem, suamq; fugam, qua infideliter eundem reliquerūt, nec post mortem viderunt, vsque ad tempus resurrectionis. Tunc etiam mundus gaudium habuit. Mundus, inquam, id est, homines mundani & Christi inimici gauisi sunt, quod eum quem odio habuerūt Psalm. 68 Ioan 15
gratis, iuxta suam volūtatem (vt putabāt) exterminauerant. Obserua tamen q̊d non E

nõ solis apostolis hoc dictum est, sed cunctis etiã Christifidelibus & amicis: nec pro tempore illo tantum, quo Christus mortuus iacuit in sepulchro, verum pro omni tempore huius vitæ inter electos & reprobos hoc prænunciauit fore discrimen, vt sui quidem discipuli & amici, quos post hanc vitam gloria foret coronaturus æterna, hic tribulationes, contemptum, aduersitates, pressuras & angustias cordis, desolationes, mundique odia sentirent, & pacem mundi, hoc est, tranquillitatem externam, neq; hic haberent, neque sibi quærerent, sed pacem cordis, quæ pax est, consensus, voluntatisque vnio cum Deo, indies & quærerent, & firmius tenerent, & felicius possiderent. Hoc itaq; insinuare voluit, vt sui electi non ad præsentia respicerent gaudia, sed per lachrymas & tristitias ad æterna cõtenderent. Quomodo & Psalmographus, Qui seminant, inquit, in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cũ exultatione, portantes manipulos suos. Christusquoq;: In mundo, inquit, pressurã habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum. Vici, inquit, mundum, non pro me tantum, sed pro vobis membris meis, vt & victoria mea sit victoria vestra, & victoria mea vobis prosit, vobisq;, qui in me estis, imputetur. Et iterum: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et odij causã plenius explicans, addit: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. Itaq; electos suos milites amicosq; suis insignit armis, suis signis, suisq; coloribus, quibus ex ipsius esse familia cognoscantur, vestit. Quo, inquis, genere vestis? Tribulatione, pressura, tristitia, persecutione & his similibus, cuiusmodi veste, cuiusmodi diademate Christum quoq; coronauit mater sua, hoc est, gens Iudaica. Hoc igitur modo suos quoq; quos amat, vestit. Ad nullam rem paratior est Iesus, quam suis quos habet in hoc mundo, grauamina atq; dolores tam corporum quam animorum inpartiri, modo ea ferre possint, vt eis ad fructum & coronam, quam ipse intendit, proueniant. Vtinam nos essemus, in q̃s hæc omnia superiora quadrarent. Dicit igitur Christus: Vos apostoli, vos mei omnes electi plorabitis & flebitis, persecutiones & odia patiemini: vos autem nemini persecutionem, nemini iniuriam inferetis, sed pro cõtumelia reddetis benedictionem, pro calumnia gratiam, pro malis bona, & pro odio dilectionem. Sed quid domine de non electis ac reprobis interim? Mundus gaudebit. Hi qui filij lucis non sunt, sed tenebrarũ, quibus paratus est ignis æternus cum diabolo ac angelis eius, hic florebunt, gaudebunt, dominabũtur, alios prement, abundabunt & consolabũtur: verum hæc quidẽ breui tempore, quia in hoc solo vitæ curriculo. Quod autem vitam hanc sequitur, æternum erit supplicium. Nobiscũ enim agitur dissimiliter, quia dissimiliter viuimus. Qui em̃ hic bona sua recipiunt in vita sua, non gaudebunt post mortem: & qui dolores & calamitates patienter hic sustinent, post mortem ad refrigerium ibunt. Falco auis est nobilis, & in manibus principum quiescit, delicate nutritur, multaq; ei cura seruitur. At vbi mortuus fuerit, in fimum abijcitur. Porro gallina in vita vili nutritur cibo, occisa coquitur, & in argẽteis discis principibus comedenda offertur. Hoc modo nobiscum quoq; agitur, vt qui hic læti sunt & delitijs saginantur, post mortem cruciabuntur: hi vero, qui hic affliguntur, horũ tristitia vertetur in gaudium, quod nemo auferet ab eis. Propterea his qui hic gaudent, dominus dicit Iesus: Væ vobis diuites, qui habetis hic consolationes vestras. Itemq;: Væ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & flebitis. Nolite igit inuidere filij his qui terrena sapiunt, qui mundi quęrũt gloriã, qui carnis voluptates, nolite eos æmulari, quia non eritis semper vos despecti, non eritis semper tristes, non eritis semper absq; honore, non semper ęrumnosi & miseri. Plorabitis quidem, & ad modicũ hic contristabimini tempus, sed tristitia vestra vobis vertetur in gaudium. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis vestris, & non erit vobis amplius luctus aut clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora hæc omnia transierunt. Hi vero, qui hic dixerunt: Venite & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter, vino precioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant: nullum pratum sit

Marginalia: Amicorũ Christi in hoc seculo tẽtationes & tribulatiões variæ. — Psal. 125 — Ioan. 16 — Ioan. 15 — Milites suos quibus nã armis insigniat Christus — Canti. 3 — Matth. 25 — Lucæ 16 — F — Gaudium mũdi ꝗsi cito finiẽdum — Luc. 6 — Ibidem. — Tristitia electorũ dei ꝗ breui finietur. — Apoc. 21 — Sapien. 2

quod non pertranseat luxuria nostra: vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra, & cæt. Vbi hæc vita & hæc illorum (vt putabant) felicitas finita fuerit, quid dicent? Videntes iustos, quorum hic abstulerunt labores, & quos aliquando habuere in derisum, stantes in magna gloria, timore concutientur horribili, & plangent se infeliciter, dicentes: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam vmbra. Hoc igitur in summa putemus nobis dictum, hoc pro monimento nobis inscribendum, & à Christo relictum, videlicet esse discrimen hoc inter filios Dei, & filios diaboli, quod filij Dei in hoc mundo pressuram habent & tribulationem, filij autem tenebrarum sua hic explent desideria. Debent igitur filij lucis omnia, quæ occurrunt sibi, molesta vincere, quomodo Christus vicit, nõ repugnando, sed sustinendo. De Christo enim scriptum est: Quum malediceretur, non maledicebat, quum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Verum (vt Euangelij verba continuemus) Christus mox adijcit similitudinem, qua tristitiam consoletur apostolorum, dicẽs:

Sapien. 5

Discrimẽ quantũ sit inter filios Dei & filios diaboli.

Esaiæ 53. 1. Petri 2

G **Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iã non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.**

Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, hoc est, tempus doloris, & tempus pariendi. Cum autem pepererit puerum, quod suauius, gaudiosiusque est, quam peperisse fœmellam, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Si, inquit, subsequens gaudium de partu pueri, tametsi magnus præcesserit dolor, & tristitia in pariendo, poterit obliterare omnem parientis, quam paulo ante sensit, tristitiam, quomodo non vestrum gaudium, quod de resurrectione mea habebitis, tollet à vobis omnem mœrorem? Tantum enim erit gaudium vestrum, vt obliuio vos capiat omnis prioris tristitiæ, vt iam non de hoc quod contristauit, sed de hoc quod lætitia vos afficit, cogitetis. Hoc est ergo, quod dicit:

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Siue de resurrectione, qua apparuit apostolis, siue de hora mortis nostræ, qua electi recipimur ad Deum, intelligatur, vtrunque bene intelligitur. Sed dubium habere potest, quod dicit: Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nã si de nouissimo gaudio beatitudinis intelligatur, haud dubium est illud à beatis nunquam amittendũ, aut tollendum. Sed apostolis, qui in Christi resurrectiõe lætati sunt, quomodo scriptum est: Gauisi sunt discipuli, viso domino, videtur non mansisse semper illud gaudium, vt nemo illud dici posset eis abstulisse: quãdoquidem multa & varia passi sunt post Christi ascensionem, & spiritus sancti missionem. Dicẽdum igitur, Christum non dixisse, apostolos nihil post suam resurrectionem, & post illam lætitiam ex eius præsentia receptam passuros, sed resurrectionis suæ gaudio tunc eos adeo roborandos, vt inter tristia quoque nihilominus in domino gauderent. Libenter enim postea aduersa ferebant, adeo vt Iacobus: Omne gaudium, diceret, existimate fratres mei, si in varias tentationes incideritis. Cæsis enim apostolis, dum denunciaretur, ne posthac loquerentur aliquo modo in nomine domini, quid refert de illis Lucas? Ibant, inquit, apostoli, gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Itaque adeo non fuit illis gaudium, quod ex resurrectione Christi acceperunt ademptũ (scientibus sibi vitam quidem, quam cum iniustis habebãt communem, à tyrannis tolli posse, Christum vero, in quo est vita æterna, nunquam sibi adimi posse) vt persequutiones non solum non fugerint, sed his etiam, vbi hoc ad gloriam pertinebat Christi, vltro sese obiecerint, & pœnas pro Christo qui-

Ioan. 20

Iaco. 1

Gaudium quale habuerint apostoli in aduersis & persecutionibus

Actu. 5

sto quidam eorum etiam, vt epulas optauerint. Quis igitur sancta illa lætitia Dei electos carere, aut priuari, vel per torměta crederet, quando Tiburtium martyrem prunas ardentes pro rosis duxisse, & Laurentium igně rorem æstimasse legit? Quapropter vere Christus suos cõsolatur: Et gaudebit, inquiens, cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ipse enim erat gaudium eorũ, quod semper amabant, quod inter flagella & carceres, inter plagas & in morte possidebant. Nemo hoc gaudium tulit ab eis, q͂a pro quo tristia, grauiaq; patiuntur, & hic eis præsens semper est in corde, & post hanc vitam eos reficiet in æterna felicitate. Ad hoc gaudiũ nos quoque aspiremus, vt in hac vita adeo amemus Christum, vt eius amore nihil hic possit tã graue nobis occurrere, quod nõ alacri animo de eius manibus suscipientes patienter feramus. Sit nobis gaudio pro Christo lachrymari, hoc est, vel pro nostris, vel pro alienis peccatis, pro Christiq; contemptu tristari. Sit nobis voluptati pro Christo ieiunare: diuitias putemus, paupertatě Christi amore ferre. Nihil hic habere gaudij, nihil delectationis corporalis, summũ gaudium ducamus, vt aliquando ad illud verum, vnicum, sempiternumq; gaudiũ pertingamus, quod est in Christo Iesu domino nostro in secula benedicto, Amen.

SERMO DE EADEM DOMINICA. Quod gaudium sit mundi, quodve sanctorum, quæ item tristitia bona, quæ mala.

H

Mundus gaudebit, vos autem cõtristabimini. Ioãnis XVI. Quo modo non omne gaudium bonum, nec omne est malum, ita nec omnis tristitia bona, nec quæuis est mala. Itaq; de gaudio primum dicamus: Mundus, inquit, gaudebit. Satis datur intelligi, non esse hoc pium sanctorum gaudium, quando dicit, mũdus gaudebit. Mundum enim hic vocat eos, qui mundum, hoc est, qui diuitias, luxum, delitias, honores, & id genus alia, quæ mũdi sunt, amãt. Et quanquam gaudium nullum sit verum mũdo, quia nec recte gaudet, nec gaudij veri ratio illi qui in Deo non gaudet, conuenire potest: dicuntur tñ gaudere filij huius mundi, quandoquidem p̄ gaudio ducunt, dum quod amant, adipiscuntur. Itaq; filij huius mundi gaudent in vitijs suis, & in malitiã sua. Superbus gaudet in honoribus, in potestate, in prælatione, in veneratione sibi exhibita. Auarus gaudet in opibus cumulandis, incontinens in rebus venereis, iracundus cõsolationem accipit, dum sui furoris æstum alicui maledicendo refrigerat, gulosus dum seruit ventri, inuidus dum alienam conspicatur infelicitatem, acediosus postremo, si ocio, aut ignauiæ indulgere potest. De his omnibus scriptum est: Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Lætantur quum faciunt mala, lætantur quum opprimunt & impediũt bonos, lætantur si via eorum mala fortunatur, lætantur quoque quum sanctorum postergatur propositum. Commune est tamen impijs omnibus gaudere, aut in concupiscentia oculorum, aut in concupiscentia carnis, aut in superbia vitæ, sicut sanctus Ioannes dicit: Omne quod est in mũdo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

Mũdi nomine q͂d hic intelligatur. *Prou. 8* *1. Ioan. 2*

Cæterum, quantum à vero gaudio distet mundanum, facile dinoscitur. Gaudium nanque mundi est vile, quia plerunq; in rebus est illicitis: Quare Augustinus recte dixit interrogans: Quid est seculi lætitia? Quasi diceret: Quid est inebriari, scortari, comessationibus operam dare? Et sibi ipsi respõdens: Nihil est, inquit, nisi impunita nequitia. Quamobrem etiam nihil iudicat infelicius felicitate peccantium. Salomon quoque: Vidi, inquit, cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Secundo mundi gaudium est breue. Quodcunque enim, seu quantumcunque sit, nõ potest esse diuturnum. Habemus hoc de diuite illo in Euangelio, qui diuitias multas congregauerat, in quibus sibi ducebat quiescendum dicens: Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare. Cui responsum est: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt? In Iob quoque dicitur: Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Porro gaudium sanctorum, est lætitia casta, lætitia sancta, exultatio in Deo. Neque enim de creatura concipitur, sed de creatore. Hoc Psalmista considerans: Lætificabis eum, inquit, in gaudio

Gaudium mundi q̃d sit. *Augustin.* *Ecclés 1* *Lucæ 12* *Iob. 21*

I

Gaudium sanctorũ q̃d sit. *Psal. 20*

dio

dio cum vultu tuo. Quapropter nunquam potest esse gaudiũ verũ, & in Deo, nisi sit tibi conscientia munda & integra. Omnia igitur si vis te accusent, omnia premant, sola sit conscientia libera, sola conscientia non te accuset, & esse potes semper lætus. Mundus, inquit, gaudebit, suo videlicet more, in rebus vanis, atque caducis, in vitiosis & noxijs, in impudicis & inhonestis. Vos autem contristabimini.

Tristitia naturalis quæ sit.

Non omnis est tristitia laudabilis & bona, non omnis item mala. Est deniq; quędam tristitia, quæ in se nec bona est, nec mala, sed pure est naturalis, vtpote Melancholica, ad quam homo vel suapte natura inclinatur, vt sit tristis. Hæc tamen in sua natura non diu impermixta manere potest. Accedit enim mox, aut ad virtutem, aut ad vitium. Hæc tamẽ viro deuoto esse potest (si eadẽ bene voluerit vti, & moderate admittat, quantum satis est, non vt inuito dominetur) salubre instrumentum ad compunctionem. Quod nisi fiat, trahetur paulatim in vitia (vt germina quæ inde oriuntur, satis indicabunt) iræ, inuidiæ, suspitionum, temerarij iudicij, acediæ, & similium: vt in desperationem & huiusmodi grauia, puta scrupulositatem, perplexitatemque præteritorũ nimis molestam. Quemadmodum enim lætitia naturalis, nisi labore & dedita opera conuertatur ad bonum, germinabit & vitia, vt sunt leuitates, ioci, risus, & alia id genus permulta, ita facit quoque tristitia. Naturalia enim nostra tametsi, vt dixi, quatenus naturalia sunt, nec bona sunt, nec mala: ex innata tamen nobis corruptione, ex mala quoque consuetudine (nisi vigilantissimo regantur studio) insolescunt vehementer, declinantq; ad malum. Quisquis ergo hanc in te passionem sentis, studeas ea ad tuam vti salutem. Cogita de peccatis tuis, exerce te ad contritionem, simul tamen semper ad diuinam respiciens benignitatem: illam interim ama, illam prædica, illam admirare, vt te assuefacias feliciter tristari, quandoquidem ad tristitiam inuitaris ex inclinatione naturæ. Quare maximopere est curandum, vt salubriter tristeris.

K

Tristitia sanctorũ bona quę. I.

Est igitur tristitia alia sanctorum bona, lugere scilicet, de quo lugendum est. Neque enim super omni est aduersitate miseriave lugendum. Quicquid contra Dei fit honorem, est lugendum, quicquid contra eiusdem fit, aut factum est beneplacitũ, merito doleri, & plangi debet. Peccata igitur tam propria debemus lugere, quam aliena. Hæc tristitia sanctorum est. Nostra enim peccata nos separant à Deo. Plangenda igitur peccata sunt, tã propterea, & hoc præcipue, quia exhonorauimus, offendimusque Deum (ibi enim charitas operatur tristitiam) quam quia nocuimus nobis, virtute, Dei gratia & felicitate nos spoliando. Propter aliena quoque peccata tristãdum est, partim quod his offenditur dominus, cuius honorem super omnia tenemur zelari: partim, quod proximo cõpassionem debemus, qui sibijpsi delinquẽdo damna intulit multa. Si enim proximo charitate impellente compatiendum est patiẽti damna corporalia, quanto magis est condolendum (cum anima multo sit, quam corpus dignior) pro damnis spiritualibus? Si pro sanitate corporali, aut re alia quauis amissa, cum proximo ploras, si felicitatem idem amiserit æternam, non plorabis? Plangis, inquit Augustinus, mortuum, magis plange impium, plange infidelem: plangis quia corpus deseruit, & ab eodem recessit vita eius anima? magis plange, quia ab anima recesserit vita eius Deus. Itaque quum aut te, aut proximum tuum peccasse cognoscis, merito tristaris. Tristantur iterum sancti ex consideratione defectuum suorum, propriæque infirmitatis toties expertæ. Eam ob rem cum nihil possint sibi boni confidere, lugent. Siue enim proposuerint, siue iurauerint etiam, non est robur, non est virtus, non est constantia in voluntate hominis. Nisi enim Deus te regat, nisi teneat, quid es? Inde igitur oritur tristitia, quod propter tuam mutabilitatem, propter tuam corruptionem, propter assuefactionem malam, propter infirmitatem tuam magnam, propter tentationem multiplicem, & propter pronitatem & inclinationem ad malum nimis procliuem, semper habes timere, ne iterum cadas, ne Dei gratiam amittas, ne tibi cõtingat, quod te sanctioribus, fortioribusque vides contigisse. Expertus enim es teipsum satis, quod nihil ausis tibi promittere, nihil te possis consolari, ex tua bona voluntate, aut bono proposito, quo constãtem, perseuerantemque te in bono inuentum iri confidas. Vide apostolorũ fere maximum Paulũ nõ vno in loco cõtra seipsum cõquerentẽ (q̃d certe nõ risu, sed cũ lachrymis putãdus est face-

Augu.

II.

Rom.8 facere) & dicentem: Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nã velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio. Non enim quod bonum volo, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Augustinus quoque: Terret me, inquit, vita mea, quia nisi sterilitas est in ea. Nam dicit: Nunc hoc, nunc illud. Post hoc: Nec hoc, nec illud.

L. III. Tertio, sancti tristantur ex dubia discussione cõscientiæ, qa nullã habent assecurationẽ aut certitudinem, nisi eam quæ communiter oĩbus est ex Christo, per spem nostræ redemptionis, quã cito tñ aut faciliter possumus negligere, aut non vti. Nescit itaq; homo, vtrũ amore an odio dignus sit. Qñquidem est via, quæ videtur homini recta, nouissima vero eius ducunt ad interitum.

IIII. Quarto, tristantur sancti compassione. Recolentes eñ dñi Iesu passionẽ, iniurias, psecutiones, dolores & mortẽ, tandemq; quod horũ omniũ ipsi causa eidẽ fuerint, dolent atq; tristantur. Si enim flagitiosis, & p suis sceleribus patientibus compatiamur, quomodo virtuti ac studio pietatis deditis, aut propter pietatem innocenter patientibus, quomodo, inquam, domino nostro Iesu Christo, pro nobis, non pro se patienti non compatiemur? Hoc igitur modo omnibus eius membris etiam corporaliter infirmis compatiendum est. In huiusmodi sancto luctu & tristitia fuit Dauid sanctus, faciens Psalmum illum quinquagesimum: Miserere mei Deus, propter grauem offensionem Dei amouendã, quã in adulterij reatu contraxerat. Luxit nihilo minus alienum peccatum. Nam filij sui Absolonis, ex filio facti acerrimi persecutoris mortem grauiter luxit, nõ quod mortuus est, sed quia in peccatis grauibus atq; sceleribus mortuus est. Samuel luxit etiam regem Saulem vsque ad diem mortis suæ, eo quod hunc inobedientem sibi Deus abiecerit. Est tristitia tertia, quę noxia est & mala. Hæc est tædium in diuinis fastidiumque humanæ conuersationis. Hanc comitatur interdum desperatio. Contra hãc tristitiam assumendus feruor, excitãda deuotio, & contra suam quoque inclinationẽ introducẽda frequẽtandaq; sunt exercitia pietatis. Si eñ tristis huiusmodi solus in melãcholia sibi dimissus fuerit, nisi pura valde fuerit eius cõsciẽtia, aut singularis ptectio diuina, ad graue piculosumq; facinus vix illũ nõ tẽtabit inimicus. Vbicũque igit mala fuerit cõscientia, ibi tristitia huiusmodi multo oĩm maxime est piculosa. Horrendũ est de huiusmodi tẽtationibus, q̃ siue ex irregulata irrationabiliq; tristitia, siue ex ea tristitia, quã facinorosa parit pcedens vita nascunt, loq; ne hi q solitarie viuũt, aut pusillanimes, aut melancholici & manici aliqua ex parte sunt, sibĳpsis cogitationes piculaq; faciãt delinquendi. Satis est Apostolũ Paulũ dixisse: Seculi tristitia mortẽ operat, cũ tñ alibi de pœnitẽtium tristitia gloriet bona. Si contristaui, in qt. vos in epistola, nõ me pœnitet, sed gaudeo: non quia cõtristati estis, sed qa cõtristati estis ad pœnitentiã, cõtristati eñ estis secundum Deum.

Eccl.9. Prou. 1 (margin) — Psal. 50, 2.Reg.12, 2.Reg.18, 1.Reg.15, Tristitia mala quę (margin, left column); 2.Cor.7, Ibidem (margin, right column)

M Alia tristitia mala q̃. Est pterea tristitia mala, quæ orit ex inuidia & torquet felicitate aliena. Est etiã tristitia mala ex priuato amore, & ex immortificatiõe ppria, aut qa aliqd fit, q̃d cõtra suã voluntatẽ, aut q̃d contra iudicium suum ac consilium fit. Hoc modo contristatus fuit Achitophel, quia consilium Cusi melius videbatur, & magis probabatur, quam suum. 2.Reg.17 Remediũ aduersus tristitiam malam. Contra hanc tristitiam non sanius est consilium, quam mortificato proprio amore, mortificata omni propria ac superflua quæstione domino Deo se resignare, atq; exeundo omnem proprietatem siue iudicij, siue consilij, siue voluntatis, paratum & resignatum se offerre in omne beneplacitum Dei. Hæc resignatio generat pacem & lætitiam cordis, malamque omnem propulsat tristitiã. Consultissimũ proinde est, omni tẽpore esse resignatos, atq; in omne Dei beneplacitum nos abnegemus, vt id q̃d tolerandũ est, toleretur libenter propter domini voluntatem, nostraque voluntas in omnibus subĳciatur Deo. Quando ergo tristitia super nos venit, memores simus pmissionis Christi, qua dixit: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini. Ioan.16 Quasi diceret: Mundi est in pręsentiarum gaudere, quia duri nimis eos tristitia post hanc vitã obruet. Vos autem amici mei quos post hanc vitam lœtitia manet sempiterna, hic cõtristabimini, hoc est, tristia patiemini, eritisq; tã p vestris peccatis & defectibus, q̃ p alienis gemẽtes & afflicti. Sed tristitia tñ vestra vertetur in gaudium. Non in hoc solum quod terminabitur in æternam lætitiam futuram, sed quod etiam hic verte

tur in gaudium, quo amici mei hic gaudeant in aduersis, lætentur cum pro mea gloria passi fuerint, sitq; eis desideratum pro mei amore constristari. Hoc gaudium centuplo est nobilius atque suauius gaudio mundano, quod gaudij nomine indignũ est. Hoc gaudium spiritus est in hoc exultatis, quod aliquid habet agere, patiue, quo suum ostendat erga Deum amorem. Memor esto Dauidis, persecutionem filij sui et maledictionem Semei humiliter ferentis: (2.Reg.17) quõ nudis pedibus nudoque capite incedebat fugiens & flens, quam humili ac resignato animo in eandem se submisit tribulationẽ, nec virum sibi maledicentem puniri consensit, sed de manu Dei omnia hæc sibi iuste intellexit euenire. Flebat, inquã, sed ex resignatiõe atq; humillima suipsius submissione in illã tribulationem, quã suscepit patiens ac mitis, nec murmurauit, sed mẽte gauisus ac spiritu Deũ laudauit, Hoc est ergo gaudiũ, q̃d suis hic dat amicis Deus vt licet tristitia ferant, in tristitia tñ non sunt tristes, hoc est grauati nõ sunt, sed alacres & feruidi. Quibus non solum post hanc vitam, sed hic etiã tristitiam illorum vertit in gaudium Deus. In gaudium inquam, huiusmodi quod non auferetur, hoc est, quod hic quidem aliquo modo incipit, sed post hanc vitam perficitur, largiente id domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA III. POST OCTAVAS PASCHÆ

Epistola Beati Iacobi Apostoli, I.

OMne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminũ. Apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immundiciam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. V

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HOrtatur nos Apostolus Iacobus ad veram nostri cognitionẽ & humilitatem, qua cognoscamus nihil, q̃d à Deo non recepe rimus, quantumlibet sit illud, boni nos habere. Quid enĩ habes, inq̃t Paulus, quod (2.Cor.4) non accepisti? Dicit igitur: Omne datũ optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens à patre luminũ. Quod patrem dicit luminum, creatorem vult dicere angelorum, qui lumina sunt regni cœlestis & astra. Verum, quod dicit datũ optimum & donũ pfectum, dubiũ non est vbi optimũ fuerit, ibi esse quoq; bonũ & melius Vbi perfectum, ibi esse aliq̃d etiam, q̃d minus fuerit pfectum. Dona igit Dei cum varia sint ac multa, & in multiplici quoq; differẽtia, oĩa tñ quę habemus bona à Deo nobis donata sunt. Sequit. Apud quẽ non est vlla mutabilitas. Quicquid enĩ agit aut vult adeo est excellẽter bonũ, vt melius nõ possit esse, ideo stabilitas apud eũ est pax, serenitasq; æterna, q̃ nulla possit mutatiõe nulla p̃teritione suggestioneve, nulla denique vicissitudinis obũbratione pturbari. Neq; enĩ ppter merita nostra, sed gratuito & p voluntatis suæ bonitate ac liberalitate nos regenerauit de tenebris ad lucẽ, in adoptionẽ filiorũ Dei, verbo veritatis propter nos incarnato & nobis p̃dicato, vt simus initiũ. i. principatũ habentes, ac veluti primitiæ creaturæ eius, vtpote reliq̃s creaturis digniores & excellẽtiores. Scitis hęc oĩa fratres mei dilectissimi, nẽpe ex Deo q̃cq̃d sumus, nos esse, & nobis p Osee à dño dictũ: Perditio tua ex te Israel, ex me tñ auxilium tuum. (Oseæ) Scitis præterea qua dignatione vos regenerauit in filios adoptiõis Deus. Quamobrem decet erga illũ q in nos cõtulit beneficia, esse nos, quõ illi placeamus, & quõ ei seruiamus, sollicitos. Sit igitur omnis homo velox ad adaudiẽ dum

dum quæ salutaria sunt, vt percipiat non quæ curiosa sunt, sed quæ audire necessario oportet. Sit autem tardus ad loquendum. Loquendo nanque periclitatur homo, quam audiendo citius. Parce igitur, & tarde, & vbi necessitas & vtilitas ve exigit, est loquendum. Siquidē vbi innocentia dānat, vbi negat veritas, vbi vbi opprimitur iu-
Prou.10 stitia, non est tacendum. Alioqui in multiloquio ocioso non deest peccatum. Sit denique vnusquisq; tardus ad iram. Vide tñ quia non dicit omnino non irascendum, sed tardos nos esse debere ad iram. Vt tūc duntaxat ira aut seueritate vtamur, quando alia consilia aut remedia, quibus à peccato extrahēdus peccator foret, iuuare nō possunt. Cur autem ad irascendum tardi esse debeamus, ratio est: Ira enim iustitiam Dei non operatur. Quare? Quia cum sit iustitia implere Dei mandata (Implere vero Dei mandata, absq; proximi charitate nemo possit. Charitati vero ira repugnat) recte dicitur iram nō operari Dei iustitiam.

Propter quod abijcientes omnē immūdiciam tam carnis quam spiritus, omniaq; inquinamenta vestra, & abundantiam malitiæ, id est, tam prauitatem quæ intus in animo est, & tunc abundat, quādo in signa in verba, in operaq; foras erumpit, in mansuetudine, nō in cōtentione aut disputatione, suscipite verbum quod à Christo in Apostolos & inde vobis insitum, hoc est, seminatum aut plantatum est, qd seruatū sal-
Lucæ 11 uare potest animas vestras. Beati enim qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ. Ioan. XVI.

C

Collegerat sibi dominus Iesus discipulos, per quos colligi quoque volebat plures alios, & per hos item alios: & hoc modo vsq; in finem mundi est collecturus sibi discipulos, filios scilicet suæ adoptionis, quos hic ministros, postea vero ciues & cohæredes regni sui, participesq; fieri beati-
Ephe.1 Rom.8 Ephe.2 Ioan.17 Ioan.12 tudinis suæ constituit. Hos ab æterno elegit, hos prædestinauit, hos vocauit, hos deniq; vt salui fiant, iustificat. Dicit enim alibi: Volo pater vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Et denuo: Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quando igitur vicinū instabat tempus quo per mortē abiret ad patrem q miserat illum, de mundo, & quia non multo post erant eum in hac mortali specie discipuli deinceps non visuri, prædicit charissimis quos tunc habebat in mundo, suum recessum, quo non desperēt eū se qui, esseq; cū eo, vbicunq; fuerit ille. Ad hoc inuitat suos, nō solū Apostolos, verū nos etiam vt sequamur, pmittens nobis cōsolatorem atque ductorem, qui doceat & dirigat nos, spiritum sanctum. Dicit itaq;:

Vado ad eum, qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis.

Quasi diceret: Vos filioli mei qui de hoc Ioan.15
mundo non estis, quia à me electi primū: Ioan.14
elegistis me sequi, vt vbi ego sum, ibi & vos sitis. Iam à vobis iuxta hanc formam visibilem recedo, qua hactemus me vidistis in hoc seculo. Nō me, vt modo cernitis, post hac habebitis, nō me ita videbitis semper. Vado autem quidem per passionē & mor-
tem, paulo post vero per resurrectionem Ioan.13
& ascensionem. Vado, inquam, ad patrem, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Interrogauerat quidem ex me Petrus, dicens: Domine quo vadis? cum abiturū ad passionem paulo ante me indicarē. Cui respondi: Quo vado, non potes me sequi modo. Neque enim infirmitate adhuc grauati sequi me potestis, mortē propter me & mecum nunc excipiendo. Veniet tamē tempus quo aliquando postea me sequamini, puta vbi præcessero, & spiritum sanctū, cuius virtute roborabimini omnes, misero. Iam vero de ascensione loquens mea, qua iturus sum in cœlum, vobis dico hanc adeo vobis fore manifestam, vt nemo tūc sit futurus qui me, quo vadam, interroget. Quomodo enim dubitaretis, aut quomodo interrogando aliquid disceretis, quod oculis ipsi tunc palam videbitis?

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt ego vadam.

Quia hæc quæ paulo ante pdixi, lo- D
cutus sum vobis, puta ea quod post me- Ioan.16
um abitum persequentur vos, absque syna- Matt.10
gogis facient vos, eritisque mundo adeo Lucæ 15 Ioan.16
exosi, adeo abominabiles, vt quisquis interfecerit vos, arbitretur obsequium se pstare Deo, tristitia impleuit cor vestrum.

Pu-

Putatis enim quod ex meo recessu manebitis prorsus desolati. Veruntamē tristitiam hanc à vobis pellite. Neque enim propter ea quod à vobis abeo, eritis miseriores nec recipietis damni aliquid, sed potius cōmodi adferet multum vobis meus abitus. Nā licet inuiti tristesq; id audiatis, nō possum tamen non dicere vobis veritatem, quod expedit etiam vobis vt vadam. Nam quam diu vobiscum sum hic præsens corporaliter, neque patris neq; etiā mei verā capietis noticiam. Dulcis est vobis mea p̄sentia corporalis, quare vt filij ad matrem ad me in omnibus curritis, nihil interim discentes rogare patrem in spiritu, nec ad cœlestia et ad patrem vestrum vos orando erigitis, sed ad me tantummodo, quomodo ad hominem homines, curritis confugitisq;. Expedit igitur vobis vt hæc forma serui, quam sensualiter diligitis, auferat à vobis, ne semper lacte isti contenti infantes maneatis.

Heb.5 1.Pet.2

Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.

Nisi abiero à vobis, nisi in qua requiescitis, carnalem meam vobis præsentiam subtraxero, paracletus non veniet ad vos. Quā diu carnaliter me esuritis, tamdiu spiritus capaces non estis. Apostoli in Christi præsentia corporali toti quiescebant, & in illū omnem sui transferebant curam gaudentes in suauissima illius allocutione, conuersatione & eruditione. Volebat autē dominus Iesus eos habere perfectiores, ne secundum humanitatem tantum se amarēt & in hac sociali conuersatione fiderent sibi, hoc est, Christo: sed (vt factum est, post eius ascensionem) discerent recurrere ad Deum, suas ibi necessitates & sollicitudines offerentes, orantesq; crescerent in spiritu. Voluit eos fieri ambiguos in agēdis, recurrere ad Deum, sese illi commendare, illi fidere, illum rogare, ab illo exaudiri, atque Christum quoque non, vt ante, carnaliter cognoscere, hoc est, secundum carnē, sed spiritualiter. Erat enim Christus dulcis, mitis, benignus, amabilis, secundū humanā cōuersationē, iuxta humanum modum amandi illum suauissime diligebant Apostoli, illiq; inhærebāt: q̄re altius se ad puriorem diuinitatis contemplationem erigere non poterant. Eam ob rem dixit, quod verum erat necessarium fore vt illis

1.Cor.3

Christus sub specie subtrahatur humana, vt iam non secundum carnem, sed secundum spiritum cognoscerent ac diligerent Christum, non tanquam hominem, sed tā quam Deum. E Sed videndum hic, si Christi visibilis aspectus, eiusque conuersatio quamlibet sancta, tamen adhuc humana, erat Apostolis occasio, qua impedirentur recipere spiritum sanctum, quomodo non impediet nos vel proprius amor, & aut naturalis aut sensualis erga creaturas, quo minus spirituales efficiamur? Si, inquam, vt verbis diui vtar Bernardi, Apostoli carni diuinæ adhærēdo eius quę sancti sanctorum erat, spiritu sancto repleri non poterant, quid tu qui carni tuæ quę sordidissima est, ita conglutinatus es, vis recipere spiritum sanctum? Delicata certe est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienam. Sed dicit quis: Christus nō potuit spiritum sanctum dare hic in terris? Potuit quidem, sicut & in die Paschę fecit, sed non decuit vt in illa plenitudine daret, qua dedit in die Penthecostes. Nam circa Apostolos obstabat impedimentum, q̊d eorum erga Christum amor, quum ambularet inter eos, erat sensualis quodammodo, idcirco minus capax ad recipiendum spiritum sanctum, præsertim in ea plenitudine, qua post domini ascensionem illū receperunt. Decebat quoque vt non daret spiritum sanctum dominus Iesus, nisi passione consummata post resurrectionem, cum iam sederet Christus in sede regni.

Bernard.

Quomodo enim daret Apostolis spiritum sanctum nondum fuso sanguine quo erant redimendi ac adoptandi? Sequitur itaque:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Hoc est, faciam vos spiritualiter viuere, & de me veram fidem habere. Cognoscenda hic est gratia domini nostri Iesu Christi, & pro magno est beneficio habendū, si quando terrenas nostras consolationes nobis adimit, si delinquendi tollit occasiones. Videmus nanque quāta sit malitia nostra, quanta delinquēdi pronitas. Heu quātum fallimur, & cupientes de mundo aliquid habere, & de spiritu nihil amittere. Certe mundus & caro hic in regione sua versantur: spiritus autem hic peregre conuersatur. Non est hic eius patria. Quare cū tres habeat hostes, puta dæmonem, carnē, mundum, & horum quiuis extra diui-

Spiritus no[illegible] habet tres hostes

nam

nam protectionem, quam spiritus, sit validior, quando iam vbi tres hic domi sunt, vbi roborantur tanquam in regno suo, spiritui aduersant, quæ spes, nisi diuina adesset & gratia & ptectio, spiritui esset victoriæ? Roborat aũt Deus spiritum vt hostes hos tres in ipsorum pprio regno conterere & prosternere valeat, modo sibiipsi nõ desit. Aufert eñ occasiones vñ caro insolescit, mittit infirmitates, psecutiones, captiuitates, passionesq;, qbus carnis atteritur petulantia. Subiugat hunc hostẽ spiritui. Viribus enim exhausta caro afflictaq;, quid rebellare potest? Deinde alium hostẽ eneruat, quo spiritus confortetur. Nã paupertatem & contemptum dans homini, q̊ vana gloria superbiaq; prosternatur, quid aliud facit, quam vt mundum faciat spiritui subiugari, aut (vt verius loquar) vt faciat à spiritu mundum cõtemni? Si itaq; hac commoditate vti voluerit spiritus, vt ea q̃ sibi in sui erectionem Deus administraue rit, ipse quoq; in robur sui conuertat, facile duobus his hostibus preualebit. Quibus certe euictis non haberet hostis tertius diabolus, quo læderet spiritum, carne subiugata, mundoq; spreto. Vtit eñ ille incitamentis suis ex carne & mundo, quibus impugnare aut fallere spiritum molitur. Nos vero cum deberemus omni vigilantia corpora nostra mortificare, cum omnia quæ sunt mundi, à nobis, id est, ex animo nostro deberemus proscindere, sumus amatores carnis nostræ & mundi, blandimur carni, & mundus nobis blanditur: idcirco manemus semper in pugna, nunquam victores. Manet nobis nostra infirmitas, nec nobisipsis vim inferre possumus. Cæterũ quõ gratias non agemus Deo nostro, si ipse, licet per tristissima quæque, nobis, hoc est, spiritui subiugat carnẽ, mundumq; reddit à nobis alienum? Et qd interea magis sperare nobis licet, quam vt subiugatis & in captiuitatem redactis his, spiritus sanctus detur nobis? Consultissimum igitur est Deo semper resignatũ esse eius se prouidentiæ committere, de eius manu cuncta suscipere, & quicquid ille sup erte permiserit, vtilissimum credere. Certissimum nanque est adipisci posse neminem perfectionem, qui in delitiis viuit, qui carnis & creaturarum amore tenetur, & qui in externo adhuc homine moratur. Omnino vt iuxta interiorem viuat hominem necesse est, quisquis ad perfectionem anhelauerit. Est enim interna vita piis omnibus adeo necessaria, vt sine illa spiritualis vita nec esse, nec possit amari. Impossibile est quoque vni adhærere, qui multis intendit.

F

Hostes animæ tres quõ prosternãtur.

Coloss. 3

Et cum venerit ille, arguet mundũ, de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

De tribus arguet mundum spiritus sanctus. Primo arguet de peccato infidelitatis hoc est, de omnibus peccatis. Nominando enim cunctorum peccatorum radicẽ & scaturiginẽ, infidelitatem, omnia nominat peccata. Neque enim vllum peccatũ deleri potest, aut nõ argui, vbi est ĩfidelitas Sine fide eñ impossibile est placere Deo. Et quamdiu infidelitas manet, omnia peccata manent. Quia, inquit, non crediderũt in me. Non credendo autem omnia eorũ peccata manent super eos. Secundo arguet mundum de iustitia, non de iustitia quam homines sunt mundani operati, sed de iustitia Christi, q̃ videntes non sunt imitati. Christus enim docens eos iustitiam, hoc est, iuste viuere, nõ est auditus. In hoc autem manifestata est Christi iustitia eius que p̃dicatio esse vera, qm̃ ad patrẽ vadit, à quo haudquaquam foret cognoscẽdus, si mendax, aut iniquus esset propheta. Modo vero iustus inuenitur, quia ad cœlum ascendit gloriosus. Potest etiam dici mũdum argui de iustitia credẽtium, quos noluerunt impii imitari credendo aut bene viuendo, sed magis despicere & ridere Arguet tertio mundum de iudicio, q̃d nõ expauent, cum ex principe suo diabolo iã merito discerent, quantum timere deberent, quem vident iã iudicatum, Vnde suũ æque habent expectare iudicium cum illo.

G

Infidelitas quale sit peccatum.

Heb. 11

De qua iustitia arguendus sit mundus.

De quo iudicio arguendus sit mũdus

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cũ autem venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Adhuc multa habeo vobis dicere de credendis, de regimine Ecclesiæ, de mysteriis docendis atque tradendis, de statu futuri seculi, & de consummatione seculi.

Verum

Verum non potestis portare modo. Estis enim inepti, pleni tristitia & formidine ad audiendum. Accedit quod quâdiu vobis non est eruditio necessaria, parum attenditis. Veniet tēpus cū ego vobis subtractus fuero, tunc in vos intrabunt ambiguitates orienturq; in cordibus vestris quęstiones quibus, dissoluendis necessarium erit, vt vobis adsit spiritus sanctus, qui est spiritus veritatis, hoc est, doctor & fons veritatis, & ille tunc docebit vos omnem veritatē. Nec sua tantum, nec à patre & à me difformia, sed eadem, & quæ tam pater quā ego docemus, docebit.

H Recessus Christi cur fuerit necessari⁹ apostolis.

Pro his igitur omnibus necessarium est vt vadam, pro vobis patiar, vos redimam, vobis resurgam, coram vobis in cœlum ascendam, indeq; spiritū vobis sanctum mittam, qui vos illuminet, confortet, dirigat, mundumq; arguat, hoc est, vos impleat, vobisq; scientiā, animum & discretionem arguendi mundum tribuat. Vos enim estis, per quos mundū arguet spiritus sanctus. Qua propter ante vobis dixi non temere aut præmeditando anxiari quid loquamini. Dabitur enim vobis spiritus, dabitur vobis os & sapientia, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Ad obtinendum igitur spiritum sanctū & nos charissimi ad interna confugientes, & delicta nostra lugentes viuamus casti, pij, simplices, & tam ab omni affectione mala puri, quam ab inutili occupatione liberi.

Matth. 10 Lucæ 21

Non enim loquetur à semetipso, sed quecunq; audiet loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis.

Quomodo spiritus sanctus nō est à semetipso, sed à patre & filio, ita quoq; potestatem, scientiam, & qcquid habet suscipit à patre & filio. Dicit igit: Non eī loquet à semetipso, hoc est, non vos illuminabit per allocutionē internam virtute ac scientia non recepta, sed à patre filioque sibi cōmunicata. Caue tamen ne putes propterea minorem spiritū sanctum quā patrē & filium, qm̄ sanctæ Trinitatis vna est natura, vna essentia, vna virtus, vnaq; potestas. Loquetur vobis. i. Ecclesiæ. Quæ eī hic de spiritu sancto promittit, non solum Apostolis, sed vniuersæ Ecclesiæ promittit, cui vsque in finem mundi loquetur per inspirationem, quæcunque audiuit à patre & filio ab æterno processionis suæ à patre & filio. Nunquam igit deseret Ecclesiam suam, cui inter ambigua reuelat veritatem Nec dubitandum est de eius veritate, quādoquidem nō alia q̄ pater & filius loquit. Spiritus vero malignus ex proprio loquitur, quia quicqd loqtur, ex mendacio loquitur, qui est mendacij pater. Et quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ostendit Apostolos futuros prophetas. Nonne Apostolo Ioanni, imo in eo vniuersæ Ecclesiæ futura (quæ Apocalypsis eius testatur) annunciata sunt? Quam multa item Petro & alijs Apostolis, puta de vocatione & purificatione gentium, de nouissimis quoq; temporibus reuelata sunt? Quam multa deniq; Paulo de vltimo aduētu Christi, de Antichristo, de iudicio, de cœna quoq; dominica, & ritu Eucharistiam sumendi reuelauit spiritus sanctus? Aliaq; alijs multa, q non scribendo, sed loquendo nobis tradita sunt, & per successionem antecessorum nostrorum ad nos vsque venerunt.

Sancti spiritus diuinitas & maiestas & æqualitas cū patre & filio.

Ioan. Prophetæ futuri sint Apostoli. 1. Pet. 1. Pet. 2. Pet. 1. Tim. Rom. 1. Cor.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quę cunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixit, Quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Spiritus sanctus Christum clarificauit (quō de eo hic Christus prædicit) implens Apostolos, disertosq; eos faciens, vt absq; timore loquerentur, in eius nomine signa facerent & miracula, qbus Euangelicæ eius prædicationi & diuinitati attestarentur. Ille, inquit, de meo accipiet, essentiam & sapientiam bonitatemque à me procedēdo eandem habens, & annunciabit vobis, puta oīa quæ vobis, scitu necessaria sunt, quæve ad regimen pertinent Ecclesię, Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Eadē enim & ipse habeo quia nobis vna est essentia, vna deitas, & vna natura. Cum igitur ab vtroque procedat spiritus sanctus, dixi propterea, quod ille de meo recipiet, & annunciabit vobis. Itaque charissimi, vt sua præsentia nos dignetur spiritus sanctus, simus puri & immaculati corde, & casti corpore viuentes in dilectione & obedientiā dñi nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, Amen.

Ser-

SERMO I. DE EADEM DOminica. Quæ sit Christi via ad hominem, hominisque rursus ad Deum.

K Vado ad eũ q misit me. Ioã. XVI. Nulli dubiũ esse potest missum esse dñm ad oues, q̃ pierunt domus Israel, ac minime ambiguum, saluatorem in mundum venisse ad saluandos eos omnes, quotquot vel ex gente Iudæorum vel paganorum prædestinati sunt ad vitam. Cur enim venit medicus, nisi vt sanet ægrotos? Cur venit saluator, nisi vt saluet, eos scilicet q pereunt? Missus igitur est dominus in mundum saluator, non vt iudicet mundum, sed vt saluet mũdus per ipsum. Venit vt saluum faciat populum suum à peccatis eorum. Itaq; ad nos venit Christus, & ppter nos venit, vt se ad nos reduceret. Nusquam nobis bene est, nisi cum illo. Nulla enim res esse quieta potest nisi finem ad quem creata est, & quem naturali instinctu quęrit, adepta fuerit. Cũ finis itaq; sit hominis esse cum Deo, non satiabitur vnquam, quamdiu cum illo nõ fuerit. Christus autem misericordissimus videns hominem suo priuari fine, nec posse hunc obtinere eundem, quo ad Deũ suum perueniat, venit ipse ad hominem, vt hunc doceret modum & viam veniendi ad Deum. Ostendit ei viuendi modum in seipso, quẽ imitetur q cupit seruari. Nec viã modumq; sequendi solum ostendit, sed iuuat præterea infirmitatem nostram, allicit volentes, ducit euntes, excitat nolentes, titubantes regit ac tenet, hæsitantes trahit. Postremo seipsum exhibens viã, Ego sum inquit, via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Videamus igitur quo iuit. Illuc enim tendere nos oportet, si volumus sequi. Nempe ad patrem iuit, ibi inueniemus eum. Sed quomodo dicis, illuc perueniemus? Certe ambulando eius vias, quas nobis præmonstrauit. Ab his haudquaquam recedendum est nobis. Scrutemur igitur quæ sint viæ eius, & interrogemus de semitis eius. Viæ enim eius, viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ. Prima itaque est via Christi mundicia & puritas. Cãdor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula. Proinde non ambulat nisi vias mundas, & nemo illum sequitur, nisi qui munda graditur via. Nam via eius sancta vocabitur, & alienus non transibit per eã, sed ambulabunt per eam qui liberati & redempti fuerint à domino. Ergo immundus & luxuriosus non sequitur Christum. Qui peccata sua non lauat lacrymis, q peccata sua non odit ac detestatur, qui non cõfitetur, qui non erubescit, qui non damnat & qui se corrigere non statuit, non ambulat post Christum. Quicunq; enim huiusmodi est, adhuc in sordibus est. Qui item delinquendi præuaricandiq; habet propositum, non sequitur Christum. Qui obscœnis quoq; vltro oblectatur cogitationibus, non sequitur Christum. Quem ergo sequitur, non sequens Christum? Eũ scilicet, qui obscœnis omnibus delectatur spurcitijs, scilicet diabolum. Neq; enim alia est via, nisi hæ duæ, quarum altera post Christum, altera post diabolum respicit. Gloriatur enim & diabolus suos se habere amicos, sui imitatores, & quidem habet valde multos. Est enim immundiciæ amator diabolus. Idcirco se mitti rogauit in porcos. Diligamus nos mundiciam, sanctimoniam, castitatem & puritatem cordis. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi non solum post Christum ambulabũt, sed etiam Deum ipsi videbunt. Videbunt, quia sequuti Christum mundiciam cordis dilexerunt. Obserua tamen diligenter, q̊d nominat mundiciam cordis. Siquidem exterior corporis mundicia nihil prorsus facit ad sanctitatem, tametsi ad vanitatem cõferat plurimum. Certe qui pollutum cor gerit sub externa mundicia externoq; cultu corporis, similis est (quomodo Pharisæos Christus comparat) sepulchro dealbato. L Non tamen de his hic loquor, qui tentationes carnales, immundasve cogitationes sustinent inuiti, siue id in carne, siue in corde tantum agatur. Quamdiu enim resistunt, quamdiu non acquiescunt delectationibus seu peccatorũ seu cogitationum, quæ non ex solo actu cogitandi, sed ex rebus oriuntur cogitatis quamdiu vel tentationibus vel tentationũ importunitate tædioque resistendi nõ vincuntur, vt iã repugnare desistant, nihil habẽt dãnationis, qa labor & p̃ssura in resistendo, hoc est, in defendẽdo se, ne cõsentiant scilicet, tollit vulnera læuia. Maxime autem eadem sanat charitas, quæ conflictũ pugnamque hanc sustinet propter Deum. Consolare igitur, quisquis in pugna versaris contra huiusmodi carnis insultus, aut

[Left margin: Mat. 15; Ephe. 1; Ioan. 3; Matt. 1; August.; Finis hoĩs quis sit.; Ioan. 14; Viæ Christi quæ sint Prou. 3; Puritatis Christi via quæ sit. Sapien. 7; Esaiæ 35]

[Right margin: Puritati christi q nam repugnent.; Matt. 8; Matt. 5; Matt. 23; Cogitationes obscœnę qñ nõ noceant animæ.]

contra cordis obſcœnas phantaſias, quas pateris inuitus. Quicquid enim in cogitatione volutetur, quicquid ſentiatur in carne, quãdiu repugnas, quamdiu non tanꝙ victus ac cõſentiens nõ ceſſas repugnare, nulla eſt tibi damnatio. Diſpliceat quod improbe ſe ingerit rationi, rationaliſq; voluntas ab illo diſſentiat, qcquid etiã appetitus ſenſitiuus qui non eſt voluntas rationis, optet, & erit virtutis exercitium, nõ exterminium. Poteſt fieri vt leuia quædã peccata in prælio hoc, ceu vulnera parua contrahantur: charitas tamen qua pugnam pugnæque preſſuram pro virtute, & ne deum offendas, ſuſtines, cito hoc abſorbet, teſte Gerſone. Ad Heliſabeth quoq; de Schonaugia virginem reuelationibus clarã angelus in libro viarum Dei interrogatus, p his qui non ſponte carnis ſtimulos experiuntur in tentatione, & moleſte ferunt ardorem, qui corporis ſui mundiciæ aduerſatur, nulla tamen repugnatione hunc præualent euitare, an illis hoc reputetur in peccatum, eloquens, reſpondet: Si moleſte ferunt tentamenta huiuſmodi, neq; animo eis conſentiunt, leuiore pœnitentia culpæ ſuæ quam ſic contrahunt, veniam cõſequentur, & magnam mercedem adipiſcentur. Cuidam etiam graui carnis tentatione impugnato, virgine hac pro eo ſciſcitãte, angelus reſpondit: Gaudium ſit ei, non tamen ſine triſtitia: pro eo q̊d dominus tale ei aliquid imponere dignatus eſt, per q̊d ad mercedem magnam præparatur. Nõ ſit tamen ſine triſtitia, quia in tali tentatione non omnino culpa euitatur. Hæc ibi. Vides igitur quia in huiuſmodi tentationibus, etſi culpæ leuiaq; vulnera contrahantur, quæ hominem humiliant, fabricatur tamen nihilominus hæc patienti, & in agone pugnanti corona magna pro labore & preſſura, quam impugnatus reſiſtendo & affligendo ſeſe pertulit, quæ leuia illa vulnera cooperiat. Hæc dico, vt nemo ex puſillanimitate, aut reſiſtendi tędio, ſeu deſperatione victoriæ à pugna deficiat, victumque ſeſe hoſtibus nequiſſimis tradat.

Ioannes Gerson.

Tentationes carnales quã minus noceant.

M Secundo, Chriſtus ambulauit viam charitatis. Siquidem ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Propter nimiam etiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus, miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Itaque charitas eſt via, qua Chriſtus ad nos venit, qua etiam ad patrem rediit. Ad nos enim tanquam ad filios, infirmitatibus noſtris condolens, deſcẽdit, quos cupit ſanare. Ad patrem quem infinita charitate diligit, & diligitur, rediit. Sicut enim (teſte Ambroſio) ſine via nullus puenit q̊ tendit, ita ſine charitate nemo ambulare poteſt ad Deũ. Quamobrẽ dixi charitatem eſſe viam, qua & ad nos Deus, & nos ad Deum imus. Hortatur autẽ nos dominus Ieſus propterea tam frequenter ad dilectionem, quod ſciat, diſcereq; nos velit, præ omnibus eſſe nobis neceſſariam charitatem, nec vllam eſſe poſſe virtutem, nullum poſſe impleri p̃ceptũ abſq; charitate, quõ neq; charitas cõſiſtere poteſt neq; obſeruantia Dei mandatorum. Manete, inquit, in dilectione. Itemq;: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in dilectione eius. Itemque: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui mandata mea ſeruat, hic eſt qui diligit me. Nemo autem pręcepta ſeruare poteſt Chriſti, niſi qui diligit Chriſtum. Neq; enim actũ illum ſolum corporis & externum expetit Deus, ſed viuentem charitate internum, q ad ſui honorem & beneplacitum fiat: Sine autem charitate non poteſt impleri Chriſti præceptum. Tertio iuit Chriſtus viam pœnalitatis, quemadmodum Apoſtolis dixit: Nonne oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? Hanc viã vt ambulemus, commendauit eam nobis & exemplo & præcepto. Intrare p anguſtiam portam, quia lata & ſpacioſa eſt via, quę ducit ad perditionem. Et iterum: Quam anguſta eſt porta, & arcta via, quę ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam. Videte modo, vniuerſus pene mundus quam ſpacioſam ambulet viam, nemoque per anguſtiam contendunt portam intrare. Sunt qui magis vocari quam volunt eſſe Euangelici. Nam ſi eſſe vellẽt, quare hic nõ ſunt Euangelici? An Euangelium eſt deſideriis carnis indulgere, nemini obedire, ſuæ voluntatis petulantia vti, nulli petenti tribuere, aliena rapere, fratrem cõtumeliis & irriſiõibus afficere, diuinas prohibere laudes, Eccleſiæ ieiunia temerare? Sic Euangelica ſunt hæc, tunc iuxta Lutherum hęc Euãgelica ſunt, cuius ſunt imitatores qui carnem ſequuntur, de ſpiritu loquuntur men

Charitatis Christi viaque fuerit. Ioan. 3 Eph. 2 Charitatis via q̃ vocetur.

Ambr. — Ioan. Ibidem — Ioan. Ibidem — Poenalitatis Christi via — Luc. 24 — Matth. 7 — Ibidem. Luc. 13 — Lutherus imitatores suos quales habeat.

tantum, in quorum ore frequens est nomen Euangelij & verbum Dei: porro ab eorum vita in vniuersum abest, quippe quę cum Euangelio CHRISTI ex diametro pugnat. Siquidem Christus qui se dicit viam, veritatem & vitam, omni petenti se iubet tribuere: ei item, qui auferre vult pallium, adeo vult non repugnari, vt iubeat nō prohiberi tunicam quoque: & cædenti te in maxillam vnam iuberis præbere nihilominus alteram, Proximos adeo noluit irrideri aut irritari, vt odientes etiam ac inimicos mandet diligi, ijsq; benefacere. Christus obediuit patri, cum venisse se dicat non vt voluntatem faciat suam, sed patris sui: obediuit matri, dum subditus scribitur fuisse parentibus. Subdidit se quoq; Cæsari, tributū & didragma soluens. Quid multa? Obediuit legi, obediuit in passione & tortoribus & iudici, mansitq; obediens vsque ad mortem. Hæretici nostri neq; prę latis Ecclesiasticis, neq; summo pontifici, atque adeo ne Ecclesiæ quidem vel propter se in concilium vocandæ parere volunt, quamuis in Euangelio vel inuiti audiant: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi qua si ethnicus & publicanus. Via itaque hæreticorum nostri æui, lata ac nimis est spaciosa, quo vero hæc perduxerit suos viatores, paulo post miseri videbunt. Quarto, Christus iuit viam paupertatis, sicut ipse de se testatur: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Vide iam tu qui palatia tibi extruis, qui ędes amplas habens, angustaris, qui Christianus propterea diceris, quod vias imiteris Christi quo modo tua vita conformis est Christo? Ipse non habuit quo caput suum reclinet, & te, nisi multa habeas palatia, domus, licet sumptuosa, angustat. Hæccine via est arcta quæ ducit ad vitam? Ipse esurit & sitit, & tu crapulam ructuas? Ipse nudus propter te pendet in ligno, & tu serico & preciosis vestiris? Habet ergo Christus qui Christi nomine gloriantur, paucissimos vero q Christi gloriantur vita: pauciores qui Christi cruce glorientur, hoc est, qui Christi optēt passionibus conformari. Reuelatio itaque, quo Christus iret, ad patrem scilicet, de hoc quod tam pauci se sequerentur, pene est admiratus, cum Apostoli non interrogarent eum quo iret. Quapropter in Apostolis quosdam figuratos intelligens, quos ignauia accediaque foret obsessura, quibus obijcit negligentiam minimūque amorem: Vado ad eum inquiens, qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Quasi nobis omnibus improperando diceret: Ego in mundum veni, & quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Omni tempore quo hic fui, nihil aliud ago, quam ad patrem vado, ad patrem vos duco, & in meipso vobis viam monstro, vt me sequamini, mecum ambuletis: & tamē nemo vestrum est, qui me interroget quo vadam, hoc est, nemo est vestrum qui de vis virtutum interroget, nemo sollicitus est, vt exploret qua sit via eundum ad patrem, nemo me consulit, nemo sciscitatur, quomodo sit ambulandum, ne deuietur, ne ab erretur. Oēs volunt esse vbi ego sum, verūtamen non omnes ambulare volunt, vbi ego ambulo. Quamobrem minime nobis satis est esse Christianos, non satis audiuisse Euangelium, nisi & iuxta Christi vitam viuendo Euangelioq; obediendo Christianos nos esse ostendamus. Sit igitur fili omne studium nostrum, vt Christi imitemur vitam, mortificemus desideria nostra. Quæ? Superbiendi, inuidendi, stomachandi, comessandi, ludendi, inebriandi, ridendi, fabulandi. Sit vita nostra iugis cōpunctio perpetuaq; oratio. Viuendū in cōtinuo gemitu pro delictis nostris quotidianis, nihilo minus tamen in spe diuinæ miserationis quiescendum. Fundendæ q̄que sunt lachrymę, sed nō quę amaricent, non q̄ pturbent, non q̄ pusillanimitatem nutriāt: sed potius q̄ nutriāt alacritatē, foueant amorem, omnemq; mærorē ppulsent. Tristandum quidem de peccato, sed exultandum multo amplius de diuina bonitate, de eius misericordia, de eius quoq; benignitate, inquam sperantes, quotquot bonę sumus voluntatis, nō possumus ab ipso falli, nec possumus seduci, reddēte nobis etiā vltra quā sperare possimus, diuina misericordia quæ pmisit. Cui sit laus, honor & benedictio in secula seculorum, Amen.

Margin notes: Ioan. 14; Lucæ 6; Matt 5; Itidem.; Lucæ 6; Ioan. 6; Lucæ 1; Matt. 17; Phil. 2; Matt. 18; Matt. 8; Lucæ 9; N; Paupertatis Christi via quā tasit.; Mat. 7; Mat. 11. 13; Ioan. 16; Ioan. 8; Desideria quæ qui mortificanda.

SERMO II. DE EADEM DOminica. Quam varius spiritui sancto arguendi sit modus.

O

CVum aūt venerit ille, scilicet spiritus veritatis, arguet mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio, Ioan. decimo sexto.

Promiserat Apostolis nobisq; omnibus Christus daturum se spiritum sanctũ. Cuius receptio quum fiat nobis occulta, voluit tamen dominus Iesus eatenus nobis fore illam quasi per signa quædam manifestam, vt in nobis inueniantur ea, quæ solet in eorum cordibus, quę inhabitat spiritus sanctus, operari. Quæ, inquis, operatur spiritus sanctus in cordibus, quæ inhabitat? Ipse arguit mundum de peccato, de iustitia & de iudicio. Vide ne in te sit mundus, Si vanitates, si rumores seculi, si gaudia pereuntia, si fabulationes & iocos diligis (vt peccata grauia taceam, quibus cum nihil commercij habere potest spiritus sanctus) in te haud dubium est mundus. Si deinde voluntate veteris propria, non prorsus resignatus Deo, sed pro te ipso zelaris, DEI honorem non sitiens, nec pure quærens illum, per amorem proprium, in te est mundus, quia tu ipse pro quo zelaris, & quẽ in te ipso amas, est in hac parte immundus. Itaque si iam in te non sentis spiritum sanctum hæc arguentem, si quietus & tranqllus viuis, & defectus tuos conscientia tua dissimulans tolerat, si non iudicium in te sentis asperrimum atq; amarissimũ signũ est in te non esse spiritum sanctum. Quoniam si esset, procul dubio monstraret tibi exorbitantias tuas, ostẽderet defectus, improperaret negligentias, exprobaret ingratitudinem, ante oculosq; tuos poneret omnia delicta, pro his te reprehenderet, iudicaret, damnaret: nihilominus ad spem q̃que erigeret, consolaretur & illuminaret.

Ioan. 16

Mundus q̃ñ sit in nobis.

Inter hæc tamen sciendum, mille defectus nõ adeo esse graues periculososq; homini bonæ voluntatis, qui propter eosdẽ animũ suum discruciat, affligit, & seipsum dijudicans plangit, impugnat, punitque in seipso, quam vnus de huiusmodi defectus homini est negligenti, non timorato, & ei quem non iudicat arguitq; conscientia eius, hoc est, quem non arguit spiritus sanctus. Et fere omnes, quotquot mundo viuunt homines, & qui iuxta naturam suam viuunt, hoc est, ea quæ conueniunt eidem, indulgent studiose, de hac reprehensione nesciunt interna. Ideo neque absque periculo viuunt, neque sine periculo moriuntur. Sciendum præterea, non vno modo Deum arguere mundum. Aliquando enim arguit inspirando, & quasi intus nobis loquẽdo, dure increpãs & accusans nos aut negligentiæ, aut transgressionis, aut duplicitatis, aut impuritatis. Aliquando arguit signo, puta, dum alios peccatores castigans te admonet, vt confestim te corrigas, antequam censura sua diuina ad te perueniat, quã in proximo tuo iam vides. Exemplo nanque aliorum te terret atq; emendat. Vides cædi, vides submergi innocentiorem, corrige te, quia iustius tibi hæc vltio quam illi euenisset. Quapropter Augustinus sup Psalmo CXLVIII. disputans, Quare (inqt) aliquando percutiunt fulmina montem, & non pcutiunt latronem? Quia forte adhuc latronis cõuersionem quærit, & ideo percutitur mons q̃ non timet, vt mutetur homo qui timet aliquando. Et tu quũ das disciplinam, terrã feris, vt infans expauescat. Et Deus aliqñ ferit, & quem vult hominem. Sed dicis mihi. Ecce cædit innocentiorem, & dimittit sceleratiorem. Noli mirari. Vndecunque mors pio bona est. Vnde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid pœnarum in occulto seruetur? Nonne mallent fulmine incendij potius interire, quibus in fine dicetur: Ite maledicti in ignem æternum? Corrigit igitur Deus signo, quippe qui peccatorem aut iustum puniens, aliũ interim magis vitiosum terret vt compungatur, corrigat se & diuinam vltionẽ, quã in proximo vidit, euadat. Tertio arguit flagello, hoc est, tribulatione, anxietate, infirmitate, paupertate, & alijs id genus aduersitatibus. His enim mundi amatoribus vias præcludit, atq; spinis sepit, vt sua desideria aut non possint obtinere, aut non valeant perficere. Impedit enim conatus malos & iratus flagellat filium quem recipit, q̃ faciat meliorem. Solent enim sæpenumero calamitates & ærumnæ ad mentem reducere demerita sua, nimirum causas patiendi cœlestisq; vindictæ, quibus miseri se agnoscant, agnoscentes infelicitatem & infelicitatis suæ causam redeant in se, & ex se, vbi nullam inueniunt consolationem, confugiant ad Deum. Habemus exemplũ in filijs Iacob, qui fratrem suum Ioseph ex inuidia vendiderunt in Aegyptum, patrique eius seni illum à fera pessima deuoratum mentiti sunt. Cuius facinoris nunquam tum pœnituerunt, nisi quando idem Ioseph frater eorum in Aegyptũ venditus, ac post à rege exaltatus, in fame constitutos fratres eosdem, quos ipse non

Defectus quinã minus periculi habeant.

Inspiratione quinã spirit' sanctus arguat.

Signo spiritus sanctus arguit.

August.

Matth.

Flagello spiritus sanctus arguit.

Hebr.

Genes.

P

Gen.41.42 non agnitus ab eis agnoſcebat, tribulatione ficta inuoluit. In qua dum ſic eſſent obſtricti, vt exitum deſperarent, inter ſe dixerunt, memores facinoris quod in fratrem ſuum Ioſeph olim cõmiſerat: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ eius, dũ deprecaretur nos, & non audiuimus. En ſanguis eius requiritur. Videat, cui placet, in Geneſi. Hoc tantum nunc dico, quod calamitates & miſeriæ ſunt caſtigationes & flagella, quibus arguitur mundus, hoc eſt, aut mundus, id eſt, mundi amicus de peccatis arguitur: aut mundus arguitur, qui plus æquo in cordibus etiam iuſtorum amatur. Obijcitur enim à ſpiritu ſancto viro timenti Deum, vbi plus hæſerit, plus amauerit, plus implicatus fuerit, quam par eſt, mundo, culpa eius, idq; p modum humiliationis & improperationis, qua ſibi culpa detegitur ac reuelatur.

Q Est quartus modus arguendi, quo arguit Deus beneficio. Legimus de multis, qui conſideratione nimiorum beneficiorum Dei ex facinoroſa & peſtilenti vita conuerſi ad Deum redierunt. Dum enim in peccatis conſtituti, hoc ipſum quo Chriſtum, quantũ in ipſis erat, denuo crucifigebant, expenderent, quam turpiter, quamque ingrate ac nequiter agerent contra Deum, qui eos minime iuxta peccata ſua, ſed miſericordiſſime reſpiciens, cumulatis quotidie beneficijs & dilectionis ſuæ indicijs fouebat, diſplicuit illis vita propria, cœperunt ſuam ingratitudinem malitiamque deteſtari, accuſare, arguere, flere, punire, mutare, & pie viuere: nimirum hæc intra ſe agente arguenteque ſpiritu ſancto.

Beneficio quõ arguat ſpirit' ſanctus.

Poteſt tamen aliter intelligi, quod ſpiritus ſanctus arguet mundum de peccato, quia eos quorũ corda obſidet & implet, fortes conſtantesque facit, vt pro veritate non timeant loqui, p iuſtitia non metuant ſe potentibus opponere, iniquitatem deniq; non palpare, ſed reprehendere damnareq; audeant. Ad hoc autem, dum Dei electos idoneos facit prædicatores ſpiritus ſanctus, vt audeant arguere mũdum, mundiq; minas rideant æque ac promiſſa, ſpiritus ſanctus dicitur arguere mundum: quia per electorum ſuorum verba loquitur, per eorum conſultationes excitat, docet, roborat, & perducit ad finem beatum. Quando igitur correptio fraterna debitis fit circunſtantijs ex charitate, operatur eam ſpiritus ſanctus. Neque enim fructuoſa erit correptio in corde delinquentis, niſi operante eam ſpiritu ſancto. Non igitur debent leuiter fieri correptiones. Quas tamen qui faciunt, tam prælati quam proximi, caueant eos quos corripiunt, iudicare, hoc eſt, contemnere, aut ſe in animo delinquentibus præferre, aut certe ſibi videri ſe meliores. Poteſt quidẽ prælatus ſubditum vt iudex, & iuxta inuẽta delicta iudicare, iuſto tamen modo: ſed non debet in animo eum quem iudicat, cõtemnere, & peccatorum iudicare. Sperandus enim eſt per gratiam aut reſuſcitatus, aut mox reſuſcitandus. Porro quibus ex officio diſcutere & aliena peccata iudicare non incumbit, caueãt vllam iudicare rem omnino, niſi euidẽtiſſimum agnouerit id eſſe mortale peccatum. Hic enim nemo debet malum dicere bonum. Eſt tamen compatiendum fratri, eſt etiam intentio pie excuſanda delinquentis.

Quõ arguat mundũ ſpirit' ſanctus de peccato.

Correptiones quõ debeant fieri.

Eſaiæ 5

R Hinc interdũ ſpiritus ſanctus, in cuiuſpiam mente habitans, delinquentem arguit in lenitate charitatis & benignitatis per hominem: idq; tempore non quocunque, ſed eo quo correptionis ſperatur fructus. Eſt enim interdum aut in corripiente, aut in delinquente impedimentum, quare correptio inutilis fit in delinquente, qui non omni tempore ad agnoſcendam culpam, ad correptionis ruborem, ad compunctionem deniq; eſt idoneus, nec omni tempore æque patiens. Expectandum igitur tempus, quo vtiliſſime fiat. In arguente eſt quoque nonnunquam impedimentum, quod correptionis ſalubrem excludit finem, puta ira, inuidia aut odium. Siquidem vbi ex ira & verbis aut aſperioribus aut amarioribus correptio videtur procedere, impatienti hęc animo tolerat. Propterea iubet Paulus in ſpiritu lenitatis arguere, ppter fratris infirmitatẽ, & ſeipſum obſeruare, ne diſplicentia, ſuperbia, aut faſtuoſo ſupcilio ad infirmiorẽ quẽpiam ſpernendum iudicandũve tẽtet. Deinde obſeruandum, ſi correptio etiam auſterioribus egeat verbis, vt cum ira (ſunt eñ interdum delinquentes duri, inciuiles, deſides ac ignaui, qs benignitas minus mouet) hãc fieri oporteat, nõ tñ conuenit, vt pdeat ex ira. Scriptũ eſt nãq;: Eſt correctio mendax in ore cõtumelioſi. Mẽdax dicitur correptio, quando non quærit aut non obtinet finẽ debitum (quæ eſt emẽda-

Correptiones q̃ tẽpore & modo fieri debeãt.

Gal. 6

Eccl. 19

tio) cuius gratia correptio fit. Nõ ergo maledictionibus, exasperationibus, exprobrationibusve cõtumeliosis fiat correptio, qa vt qdam sanctorũ dixit: Nõ alius aliũ eijcit diabolum, hoc est, nemo vitio aut passio, ni iræ, odij, inuidiæ, superbiæve subditus, potest huic passioni seruiendo, hoc aut aliud vitiũ in proximo sanare, maxime si de huiusmodi fuerit apud corrigendum vitio notatus. Tunc enim perparua sequetur ex correptione sanitas & ædificatio. Debet ergo correptio prodire ex charitate & pietate, nec propterea qui corripitur, est æstimãdus vilior, nec verbis probrosis tractãdus, vnde in cordibus vilipendatur aliorum, aut vnde exasperetur magis. Siquidem alienum à vero est, medico pro vno vulnere curando tria alia infligere. Ad correptionẽ hanc obligantur prælati, quam interdum eis non licet intermittere, tametsi apud delinquentem correptionis fructum minimũ sperent. Oportet eñ nõ solũ propter delinquentis emendationẽ correptionem fieri, sed etiã propter censuram disciplinæ & reipublicæ salutem, ne veniæ facilitas & dissimulatio alijs quoque incentiuum p̃beat delinquendi. Debent, inquam, correptiones ab his, quibus ex officio incumbit fieri, ne hi qui sani adhuc sunt, contagione inquinentur peccantium, dum quod non vident corrigi, ipsi quoq; p̃sumunt imitari: Ideo Apostolus: Peccãtem, inquit, coram omnibus corripe, vt cæteri timorẽ habeant. Beati tamen quibus hæc cura cõmissa non est. Qui omnia simplici oculo intuentur, qui boni consulunt oĩa, q̃ ex sui mortificatione detractionem aut derisionem malunt sustinere, quam aliquẽ verbo aut contristare, aut in contentionẽ trahere. Itaq; dixi spiritũ sanctũ p eos q̃s implet arguere mundũ, hoc est, peccatores, arguere etiã q̃s inhabitat: & hoc de peccato. Semp eñ repugnat peccato, & nullã pacẽ finit delinquentibus spiritus sanctus. Si pperam aliquid agens mox vulneraris & si propterea læsionẽ sentiens doles, si dolens pœnites, si denique pœnitens omnino cauenda similia statuis: nec in minimo quiescere potes, donec te Deus liberet à peccato, signũ

1. Tim. 5

est bonũ spiritus sancti inhabitãtis. Secũdo arguet mundũ de iustitia. Oẽs iustitiæ nostræ qd sunt, nisi pannus menstruatę, et abominatiões apud Deũ? Arguit itaq; nos de iustitiæ impuritate, insufficientia & imperfectione. Qui in suis iustitijs, operibus, exercitijsve sibi placent, eademq; tanti faciunt, vt ne illa (quæ tamen, arbitraria sunt) propria sua intermittant, negligunt charitatis, obedientiæ & necessitatis opera, neq; bonum, neque vtile salutareve existimantes quicq̃, præter ea, quę sibi vtilia statuerunt. In his hominibus parum proficere potest spiritus sanctus, quia immortificati seipsis Deo non relinquunt, nec Deo aliter quam iuxta consuetudinem, quam sibijpsis statuerunt, seruire volunt. Arguit tertio spiritus sanctus mundum de iudicio. De quo iudicio? De hoc, quod alius aliũ temere iudicat, nemo seipsum. Nostros enim defectus cæcutientes præteritus, in aliorum errata iusto plus oculati. Et hoc est quod grande adfert impedimẽtum nobis & deuotionis & charitatis. Abstinete igitur (per Deum vos obsecro) à iudicio alieno. Qui iudicare vult, seipsum iudicet. Si suspitiones & phantasiæ opinionũ iniquarũ renitentibus & nolẽtibus inciderint nolite eas confirmare, nolite recipere, abijcite. Incidisse nõ nocet, modo displiceant, modo reijciantur, modo eis non consentiatur. Habeat Dei seruus quasi in pacto ac fœdere cũ Deo, neminẽ velle iudicare. Hoc est, assuescat firmã de nemine sententiã admittere, tenere, definire, aut pro vero concludere, esse eum malum, reprobum, aut letaliter peccasse. Huiusmodi, inquã, iudiciũ in cor serui Dei nunq̃ veniat. In huiusmodi cogitatione nihil vnquam concludendũ, sed iudicio relinquendũ diuino. Pie timere possumus, cõpati debemus, prudẽter que exhortari p̃ximos nõ aũt eos iudicare hoc est eorũ animos: licet eorũ euidẽtia crimina, q̃ videmus mala, nõ laudãda, sed dãnãda sint. Hoc si fecerimus, magna nobis semp erit pax & tranquillitas in cordibus nostris. Ad laudem domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

Esaiæ 64. Deinde quõ arguat mundũ spiritus sanctus.

Deinde qñ arguat mundũ spiritus sanctus.

1. Cor. 4

DOMINICA IIII. POST OCTAVAS PASCHÆ quæ dicitur dominica rogationum ex Epistola beati Iac. Ca. I.

Esto-

VI ESTote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & nõ factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatũ se custodire ab hoc seculo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A IN hæc tempora respexisse putandus est apostolus Iacobus, quando hanc scripsit epistolã. Siquidem passim iam omnes scripturas legere volunt, adeo vt arator quoque & faber in lingua habeat vernacula, quod ex scripturis legat. Quamuis autem legere cupiant omnes, audireq; verbum Dei videantur, nulla tamen recipitur apud illos deuotio, nulla charitas: nec ideo legunt, vt eadem faciant. Studium igitur hoc hominum vanitatem, curiositatẽque habet, non charitatem. Nam si haberet charitatem, non foret illa ociosa, sed operaretur ea, quę didicit Dei esse mandata Deove beneplacita, inuenirenturq; ibi fructus spiritus, non opera carnis. Dicit itaq;: Estote factores verbi diuini, & non auditores tantum, fallẽtes vosmetipsos, quasi sufficiat audiuisse verbum Dei, aut saluaret fides mortua ac informis, puta credere Christum sic docuisse, vbi tamen nihil aliud sequitur. Non enim, vt Paulus ait, auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabũtur. Et à Christo dicitur: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit, plagis vapulabit multis. Et idem hic Iacobus: Scienti bonum & non facienti, pctm̃ est illi. Sequitur: Quia si quis auditor est verbi, & non factor diuinæ iussionis, comparabitur homini, vultũ suum corporalem intuẽti in speculo, cuius dum contemplatur similitudinem, seu imaginem, mox postquam abierit, oblitus est, qualis fuerit. Nam huiusmodi contemplatio corporalis, quemadmodum est vana, & infructuosa, ita vanum est quoq; audire diuinam scripturam, audire verbum Dei, eiusq; pcepta, & opere nihil horum implere, nihil inde fieri meliorẽ. Qui autẽ perspexerit se in lege perfecta, perfectæ libertatis, & tam ipsam legem, quam seipsum, hoc est, suam imperfectionẽ, atq; dissimilitudinẽ, ad legẽ Euangelicam cõparans, penitus plustrauerit, atq; in huiusmodi legis meditatione pmanserit, esuriens & sitiens iustitiã, non obliuiosus auditor, sed opere, qđ lex iubet Euangelica, executor factus, hic beatus in opere suo erit. Vide qa hic legẽ Euangelicã ad differentiã legis antiquę vocat legẽ libertatis. Profecto non aliã ob rem, quam quia lex Euangelica est lex charitatis & gratiæ, qua sponte, liberaq; voluntate seruitur Deo. Lex enim vetus timoris erat, quę cogebat p pœnas. Quapropter, vt Apostolus ait, ad pfectum nihil ducebat. Euãgelica ṽo lex, vt dictũ est, veræ libertatis, aut pfectę libertatis. Qđ Apostolus cõfirmat Romanis scribẽs: Nõ eñi accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis. Vbi autem iste spiritus, ibi & libertas: qua libertate Christus nos liberauit. B Vide præterea quomodo Lutheranos præuidens Iacobus, tam manifeste explicet, quam velit dicere libertatem Euangelicam, non eorũ qui libertate abutũtur in occasionẽ carnis, serui miseræ corruptionis & peccati. Quorũ libertas nõ Christiana est, sed prorsus impia omniq; seruitute humana abiectior, turpiorque. Ideo dicit Iacobus, nõ obliuiosus auditor, sed factor opis. Qui legẽ Euangelicã pspiciẽs, & se tanq̃ in speculo vidẽs, atq; iuxta legem tanq̃ ad normam se viuẽdi compones, propter mundi curas nõ mox iterũ fuerit legis oblitus, sed legẽ in se viuẽdo ex

Marginal notes: Roma. 2; Lucæ 12; Iacob. 4; Hebr. 7; Roma. 8; Galat. 4; Lutheranorũ libertas qualis sit.

presserit, hic beatus in facto suo erit: non propterea, quod legem audierit, sed quod moribus in se eam præstiterit. Proinde Saluator: Si hæc scitis, inquit, beati eritis, si feceritis ea. (Ioan.13) Vult autem præterea ostendere, non vsquequaq; religiosum quemuis dicendum, quamuis legem videatur seruare perfectæ libertatis, nisi enim linguam suam ab impudico, à turpi, à detractorio, à contumelioso, & ab omni malo verbo refrænauerit. Propterea sequitur: Si quis putat se religiosum esse, aut Dei seruum deuotum, non refrenans linguam suam à mendacijs, periurijs, alijsq; malis sermonibus, frustra se religiosum putat, seducēs cor suum, ne videat periculum suum, atq; peccatum. Quare huius vana est religio: quia nō operatur ei salutem. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem nostrum cœlestem hæc est: Visitare pupillos & viduas, vtpote parētum, aut maritorum solatio orbatos in tribulatione eorum, eosdemq; consolari, iuuare, atq; pro virili per opera misericordiæ illis succurrere. Quod Christus q̄q; suadēs: Quicqd, inquit, vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. (Matth.25) Et nihilo minus immaculatū se custodire ab hoc seculo, hoc est, cauere hoīm vitiosoꝝ, ac mūdi amicoꝝ corruptiones, quę mundi sunt, ea non appetere, neminemq; scandalizare.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Ioan. XVI.

C

Ineffabilis est Dei bonitas, quæ nō solum dona sua nobis largitur, sed offert etiam, imo hortatur vt petamus, simul ꝑmittēs, si quid petierimus patrem in ipsius nomine, dabit nobis pater. Iubet autem vt petamus, quia delectat eum nobis bene facere, delectat eum seipsum nobis & sua dona cōmunicare. Posset quidem dare nobis non rogatus, sed non expedit nobis, vt omnia recipiamus non orantes, quia indignis, ac quasi inuitis dona sua largiretur. Quāobrem vult rogari, non ob aliud, quam vt desiderio nostro excitato, digne accipiamus, quæ ipse præsto est nobis dare. Dicit ergo:

Amen amen dico vobis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Quod Christus nos hortatur ad petendum, promittitq; nos non gratis esse perituros, sed desiderijs nostris, si tamen iusta fuerint, hoc est, si his circunstantijs fuerint vallata, quę infra dicētur, se satisfacturum: non alia huius est ratio, quam quod bonus est, & in æternum misericordia eius. (Psal.) Diligit enim nos, & nobis dare vult non solum sua dona, verum etiam seipsum. Quod vt non minus iuste, quam misericorditer faciat, vult rogari à nobis. Est enim non tam misericordiæ, quam iustitiæ potentissimum, liberalissimum, ditissimū, atq; clementissimum munus dare oranti, quomodo iustissimum quoq; est, egenū, miserum, atque orantem à diuite exaudiri. Deus autem cum sit æque iustus & misericors, quomodo non facit iustitiam sine misericordia, ita nec misericordiam facit, nisi cum iustitia. Quantæ autem sit misericordiæ, quærere etiam & constituere sibi occasiones miserendi, atque facere sibi causam, propter quam sibi congruat iuste misereri, vos filij expendite. Hoc nanq; solo idipsum nobis omnibus generatim facit, vt interim taceam, quę cum hominibus multis agit singulariter. Nam suadet nobis, vt orantes petamus, hoc est, vt ad miserendum, & iuste dandum ipsum cogamus. Diues est nanq; in misericordia in omnes, (Ephe.2) qui inuocant illum: neq; pauperior vbi dederit, neque vbi negauerit, ditior. Quamobrem ne gratis nos rogasse, & nihil accepisse causemur, adiunxit iuramentum, Amen amen. Quo verbo vtitur, ac si diceret: Vere, vere, aut in veritate ita dico vobis. Voluit enim hoc iurandi modo securos reddere nos, & confidentiam nostram excitare, ac credere impossibile futurum, vt quicquam salutiferum, aut saltem saluti, & profectui nostro spirituali non contrarium nobis negetur. Quantum enim confidimus, tantum impetramus: ideo non solum vt oremus nos inuitat, sed etiam vt fiduciam habeamus. Fiducia enim est, quæ impetrat à Deo. Quapropter postulet, inquit Iacobus, in fide nihil hæsitans. (Iacob.1) Quid autem nos vermiculi auderemus petere, quid auderemus præsumere petendo, nisi dominus ipse maiestatis nobis mandaret, (Ioan.) dicens: Petite, & accipietis, simulq; iuraret nobis daturum patrem, quicquid in nomine filij peteremus? Dicit itaque: D

Amen amen dico vobis: Si qd petieritis patrem

patrem in nomine meo, dabit vobis. Ac si diceret: Vere, vere dico vobis: Si quid petieritis patrem meũ in noĩe meo, hoc est, si qd per me rogaueritis patrem, audiet vos pater. (1. Ioan. 2) Aduocatum enim me habebitis apud patrem, & mediatorem. Pater dabit vobis quæcunq; rogatis illum in nomine meo. Spiritus sanctus paracletus reget, diriget, & consolabitur vos. Ego autem ero mediator, faciamq; vt quicquid in nomine meo petieritis, fiat vobis. In nomine, inqt, meo, id est, secundum nomen meum. Non potest autem quid in nomine meo recte peti, quod non petitur ad salutem. Iesus enim nomen mihi est, quod saluator aut salutare dicitur. Non igitur recte saluator dicerer, si contra rationem salutis exaudirem. Præbet autem aliunde quoq; orandi fiduciam, cum dicit: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Ac si diceret: Petite, vt vestrum gaudium sit plenum, & accipietis. Gaudium in hac vita nunquam est plenum, & satiabor (inquit Psalmista) cum apparuerit gloria tua. (Psalm. 16) Illud igitur gaudiũ petite, quod plenum sit, quod omnia satiet desideria vestra, quod omĩ vos bono repleat, gaudium quod nemo tollat à vobis, (Ioan. 16) quod nusquam inuenitur alibi, quam in Deo, & in æterna beatitudine. His autem verbis inferre nobis nititur spem, fiduciãque petendi minora, quando iubet perfectissima petere. Minora sunt autem omnia æterna beatitudine. Quando igitur beatitudinem dandam promittit, atque petendam iubet, quod non faceret, nisi exauditurus: quanto magis credendum est, nos pro minoribus ab illo exaudiendos? Tantum abest, vt p̃sumptionis, si ab eo vel grandia peteremus, arguamur. Tertio erigit fiduciam addens & hæc: (Ibidem.) Ipse eñ pater amat vos. Quasi diceret: Haudquaquam ad petendum segnes vos esse conuenit, quando quidem pater ipse meus amat vos. Amor autem eius non finit eum, vt grauate ferat si rogetur: imo hoc vobis potius persuadeatis, quod nihil sit vobis negaturus cum amet vos. Quid diffiditis amanti? Sic enim (Ioan. 3) dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret vobis, (Roma. 8) in vestræ redemptionis precium, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Quomodo ergo non omnia vobis donabit cum illo? Itaque amor patris causa est, quare nihil, quod tamen salutiferum sit, vobis neget. Securi igitur petitis, securi confiditis, quando amantem rogatis. quando amanti, qui imponere vobis nescit, confiditis.

Verum redeamus ad ordinem verborũ: Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Inculcare vult eis, qcquid impetrare velint, esse petendum in sui nomine, sese mediatorem inter patrẽ & eos constituens, se mediatorẽ agnosci cupiens (1. Tim. 2) adeo necessarium, vt dicat: Nemo venit ad patrem, nisi per me. (Ioan. 14) Nemo quoque possit impetrare quicquam à Deo, nisi per nomẽ suum. Neque enim sub cœlo aliud nomen (Actor. 4) datũ est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quam nomen nobis Iesu. Non tamen putandum est in hoc literali nomine, tametsi suauissimum sit in pronunciando, hoc est, in quinq; his literis, tantam inesse virtutem, sed in eo, cuius est hoc nomen. Quapropter cum in nomine Iesu petimus, per eum petimus, cuius est hoc nomen, (In noĩe Iesu petere quid sit.) puta qui propter nos est incarnatus, captus, flagellatus, crucifixus & mortuus. Vult igitur dominus Iesus dicere: (Lucæ 22. Matth. 26. Ioan. 19. Marc. 15. Lucæ 23) Qui petit in nomine meo, hoc est, qui petit per virtutem, ac merita passionis meæ, virtutumque mearũ, exaudietur. Hinc manauit nobis ecclesiastica ista orandi regula, vt omnes fere orationes ecclesiasticæ concludantur: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, hoc est, per virtutem & merita domini nostri Iesu Christi.

Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

B

Apostoli huc vsq; nihil petisse dicuntur in nomine Iesu, quod bifariam potest intelligi. Primo, vel quod nihil rogarunt apostoli in nomine Iesu. Multa quidem petierunt, non tamen in nomine Iesu ea petierunt, quia nesciebant ita petendum. Neque enim fidem habuerunt satis explicitam de Christo, adeo vt quem credebãt Dei filium, intelligerent etiam eundem esse Dei & hominum mediatorem, aut vt crederent ipsius nomen orationis nostræ oportere esse vehiculum, quo pertingerent ad Deum. Secundo potest intelligi, quod cum gaudium perfecte beatitudinis rogare debuissent, nõ petierunt, quod vel ad comparationem huius beatitudinis esse posset aliquid. Quicquid enim extra

beati-

beatitudinē petitur, nigil petitur: quia in comparatione beatitudinis, omnia alia coram eo sunt quasi non sint, & quasi nihilū & inane reputata sūt. Petite, inquit, vt gaudium vestrum sit plenum, & accipietis. In quo autem gaudium nostrum plenum esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus ante faciem Dei? gaudium nanq; mundi, gaudium quod de creatura non de creato re percipitur, est vanum, incertum & deceptorium. Risus nanq;, inquit Ecclesiastes, reputaui errorem, gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Intelliguntur propterea ex verbis domini his: Petite vt gaudium vestrum sit plenum, ea petenda, quæ ad Dei visionem conducūt, in qua sola gaudij est plenitudo. Neq; enim omnia quę petimus promittit ex audienda, sed ea quæ sub certis conditionibus indicantur petenda. Cū enim dicit, Quicquid petieritis, subauditur, pro vobis, hoc est, vnusquisque pro se petens exauditur, non tamen pari modo auditur semper pro alio petens. Contingit sæpenumero eum, pro quo tu petis, nō esse conuersum ad Deum, aut in dignum ineptumque qui recipiat. Contingit illum duro quoque esse corde, vtpote qui pro se non precetur, nec optet sibi bonum. Contingit deniq; illum obicem sibi ponere, ne exaudiri pro illo oratio facta queat, puta quod in actu aut voluntate sit letaliter peccandi. Vnde scriptum est: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Est alia conditio, vt oratio perseueret. Habemus parabolam de eo, quem cum suis pueris in cubile receptum, amicus quidam fatigat pro panibus sibi accōmodandis, & negantem improbitate perseuerantiæ suæ, vt surgat, & det sibi quotquot habet necessarios, vincit. Sic Deo nostra importunitas, atque improba perseuerantia adeo placet, vt vinci se patiatur ac cogi. At vero quomodo is exaudiendus est, qui postquam orauerit, iterum à suo proposito labitur, vel non credens se exaudiendum, vel acediosus non vult redire ad orationem? Quomodo, inquam, Deus perseuerabit audiendo, quando tu interim non perseueras orando? Desideria quandoque vtiliter differuntur & preces, antequam exaudiuntur, idque propterea, vt ipsa dilatio magis accendat desideriū. Nam si dilatione desideria sancta non crescunt, desideria nunquam fuerunt. Tertia est conditio, vt ea quæ petuntur, pie petantur ex habitu pietatis, aut vt ordinantur ea ad pietatem & religionem, vt scilicet propterea petantur, sicque orantis intentio, vt placeatur Deo. Sit quoque id quod petitur de horum numero, quæ Deo placent.

Quarta est conditio, vt res quæ petitur sit saluti necessaria. Neque enim omnia quæ nobis necessaria non sunt, quamuis petantur à Deo, tribuuntur: sed tamen ne frustra oretur, dabit nobis dominus alia, quæ magis salutaria, & nobis sunt meliora. Multa nanque petuntur, quæ non exaudiri est maioris misericordiæ, & salubrius negantur, quam exaudiuntur ab eo, qui quam parer nos plus diligit. Quod nobis à Christo non tacetur, vbi dicitur: Si ergo vos cum estis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petētibus se? Atque ideo quę certo non sunt necessaria, sub conditione sunt petenda, hoc est, si placuerint Deo. Quid enim profit, scit medicus, non ægrotus. Est quinta conditio, quæ orationem ornat, humilitas. Quanto enim oraueris humilius, tanto citius & perfectius exaudieris. Hæc autem humilitas in hoc manifestatur, quod orantis mens in vera sui cognitione, atque in sui annihilatione fundata est, atque nihil se meruisse, nisi pœnas & damnationem sciens, in sola Dei miseratione nititur, quoniam bonus, & quoniam in æternum misericordia eius. Hoc nanq; modo recte oratur in nomine Iesu, quando & petitur, & speratur hoc ex ipso solo, cuius gratia ipse nomen sibi elegit saluatoris, hoc est, quando vere agnoscimus nihil nobis boni deberi ex nostris, sed ex ipsius meritis. Opera enim nostra si bona sunt, ideo bona sunt, quia ipse, vt scriptura refert, eadem operatus est in nobis. Non igitur nostra, sed sua in nobis opera coronat. Nempe ea quæ in nobis & nobiscum, hoc est, cum assensu arbitrij nostri, non sine nobis operatur. Sexta debet esse conditio, vt sit attenta. Populus, inquit, hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Quapropter si æternam vitā (inquit Gregorius magnus) ore petimus, non tamen corde, desideramus, clamantes tacemus. Et econuerso, si corde petimus, silētes clamamus. Ita enim Mosi quoque dictum est: Quid clamas ad me? cum tamen Moses sileret ore, mente tamen

Margin notes: Esaiæ 40 · Psalm. 41 · Prouer. 14 · Orationi cōditiōes necessariæ quæ. · Psalm. 65 · Lucæ 11 · Luc. · Psalm. · Esaiæ · Esaiæ 2 · Matth. 15 · Mar. 7 · Gregor. · Exod. 14

men orabat. Est postremo omniũ maxime necessaria fiducia impetrandi. Quocirca tã sæpe dominus, vel excitat, vel laudat fidem orantiũ. Verbi gratia. Paralytico dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Item in Marco cuidã: Si potes, inquit, credere, omnia possibilia sunt credenti. Et sæpius: Fides tua te saluum fecit. Et: Sicut credidisti, fiat tibi. Multum nanq; ad impetrãdum prodest fides. Ideo beatus Iacobus orantem hortatur, dicẽs: Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Sequitur:

Matth. 9 · Marc. 9 · Matth. 9 · Marc. 5. 10 · Lucæ 7. 8 · 18 · Iaco. 1

Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis.

G Quę hic prouerbia dicit, non de his tantum verbis, quæ modo in hoc sermone vltimo post cœnam locutus est, intelligitur, verum de omnibus eius sermonibus prioribus atq; operibus, quandoquidem Christi opera non minus, atq; eius nobis verba loquuntur. Vocãtur autem prouerbia sermones obscuri & impliciti, quibus rectũ aliqd, aut apertũ significatur. Dicit itaq;: Omnia quæ hactenus docuit, hæc tanquã in prouerbijs locutus sum, in quibus non nihil latet quod manifeste non dicitur, sed ceu clam intelligitur. Verũ nunc venit hora, atq; nunc instat post resurrectionem. (Tunc enim aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas) aut post spiritus sancti missionem, quando spiritus veritatis eos docebit omnia, palam de patre meo annũciabo vobis.

Lucæ 24 · Ioan. 16

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis.

In illo die in nomine meo petetis, cuius vsq; modo nesciuistis virtutem & efficaciam, adeo hactenus nihil petistis in nomine meo. Tunc autem petetis, postquam spiritus paracletus inducet vos in omnem veritatem. Tunc enim intelligetis me in patre, & patrem in me: tunc me verum Deum & patrem adorabitis, & inuocabitis æque vt patrem. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, hoc est, illo die nõ rogabo patrem. Neque enim tunc erit necesse. Ipsi enim eritis idonei rogare patrem in nomine meo, vt meo tunc intercessu nõ egeatis. Quod tamen sic intelligitur, non vt Christus non sit interpellans pro nobis, quomodo dicit Ioannes: Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, sed quia est etiam cum patre exaudiens. Quod apostoli primo intellexerant tunc, quando palam de patre eis annunciaturus erat.

Ioan. 14 · 1. Ioan. 2

Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.

H Non ita intelligendum est, nos ideo à patre amari, quia amamus Christum. Neque enim fides, aut amor noster causa est, quare diligimur, sed ediuerso potius nos Deum ideo amamus, quia ipse prior dilexit nos, & nobis vult bonum hoc, quod est amare Christum. Elegit eñ nos ante mundi constitutionem, quemadmodum ipse dicit quoq;: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ipse enim pater amat vos, quia me amatis. Quum excideritis ab amore meo, etiam decidetis ab amore patris. Quamuis enim amor patris quo vos diligit, sit causa quare me amatis: amor tamen vester quo me diligitis, signum est, quod vos pater amet.

1. Ioan. 4 · Ephe. 1 · Ioan. 15

Exiui à patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget.

Exiui à patre & veni in mundum. Humiliaui meipsum formam serui accipiens, & in mundo esse cœpi, secundum humanam naturam, qua ante non fueram (Hoc enim est in mundum veni) Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, humanam naturam cœlis inuehens. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, quomodo alijs solebas dicere temporibus. Credebant apostoli à Deo venisse Christum, ac missum, sed de eius generatione, qua à patre exisset, nondum plene nouerant, nisi modo, propterea dicunt palam eum nunc loqui. Et quia quod ante voluebatur in cordibus eorum ambiguum, ipse eis dixerat: dicunt ei non opus esse, vt quis eum interroget. Nouit enim vel non interrogatus omnia quæ ego cogito, quod me scandalizat, aut in quibus hæsito, & potest me non interrogantem ab omni dubio liberum

Philip. 2

berum & informatum reddere. Ignorantiam enim meã agnoscit. Est tamen mihi opus, vt interrogẽ Christũ, si scire voluero, hoc est, si eruditione sua me nõ ꝓuenerit.

In hoc credimus, quia à Deo existi.

Quare nunc tandem credunt apostoli Christum à Deo exisse? Fortasse quia illis non interrogantibns, audire tamen cupientibus reuelauit, & satisfecit Christus dubijs eorum. Dei enim solius est mentium secreta cognoscere, & tacitis auditorum cogitationibus occurrere. In hoc itaq; experimento probamus te à patre exisse, qui cum patre omnia secreta cordium peruestigat,
Hebr.4 cuius oculis omnia sunt nuda & aperta. Cum quo & spiritu sancto dominus ipse Iesus sit benedictus in secula, Amen.

SERMO DE EADEM DOminica. Quomodo sit in Iesu nomine rogandum: sancti vti sint inuocandi: de ipsorum vene ratione & præconio: itẽ Deus cum sit immutabilis, q̊modo exaudiat.

I AMen amen dico vobis: Si quid patrem petieritis in noĩe meo, dabit vobis. Ioannis XVI. Quã necessaria sit nobis feruens, cõtinuaq; ad Deum oratio, docet nos infirmitas, atq; multijuga nostra ignorãtia. Experimur quotidie, quanta sit nostra imbecillitas in tentationibus, quanta desidia in operando, quanta ad virtutes tepiditas, quanta in concupiscendo malitia, quanta deniq; ad omne malum pronitas nostra, vt interim taceã pericula, aduersitates, metus & infirmitates, quibus vndiq; circundamur & iactamur quotidie. Postremo, quis enumeret quas hostium fraudes & insidias patimur, aduersus quas nulla ex nobisipsis est nobis victoria, nulla potentia ad resistendum? Hæc omnia ad obtinendũ salutis portum nobis difficultatem ostendunt, qui non aliter in hac vita, atq; in mari magno, inter procellosas tẽpestates, nauigamus. Est tamen vna nobis relicta consolatio, sicut rex Iosaphat dicebat: Quum
2. Par. 20 nesciamus quid agere debeamus, hoc nobis residuum est, vt manus nostras ad Deũ leuemus, hoc est, vt ad patrem nostrũ tanquã in hoc exilio orphani suspirantes confugiamus, ipsum orantes, & nostri curam illi committentes. Nemini est autem formidandum, ne ad se fugientem repellat ab ijciatur Deus, qui est refugium pauperum, adiutor in tribulatione, nec timendum vt nolit nos audire, quandoquidem se exauditurum promittit, dicens: Amen amen dico vobis: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Clare hic docet nos dominus, q̊modo & in eius nomine, hoc est, in cuius meriti interpositione sit nobis rogandus. Nempe in ipsius nomine, in nomine Iesu, in nomine Saluatoris. Vnde eñ aliter nobis emanaret salutiferum quid, q̃ à Saluatore. Non igitur in nomine tuo, non in nomine meo, non in meritis tuis, est rogandus pater: sed in nomine dilecti filij eius, hoc est, vt illi opponamus vitam, passionem, virtutes & merita eius. Inuocemus super nos eius & sanguinem & mortem. Quod vbi fecerimus, non potest nobis negare pater quidquam. Quare? Quia non potest negare filio suo quicquam, cuius videlicet in nobis insignia passionis, cuius videt supra nos merita, cuius deniq; videt super nos inuocatum nomen. Per hũc enim non solum rogamus eum, sed etiam compellimus. Verum, dicis, quare in nomine sanctorum, quare in nomine angelorum non rogamus Deũ. Rogamus quidem intercessione sanctorum, sed non pari modo vt in nomine Iesu, qui nõ solum interpellat pro nobis, quod & sancti faciunt post eum, licet id non faciãt in se, hoc est, in suo nomine, aut merito (hæc eñ nõ allegant, neq; præsumptuosa iactant) sed in nomine Christi Iesu, hoc est, in virtute Iesu (de literali enim hoc solo nomine nõ loquimur) extra quam non est vel angeli, vel sancti nomen, quod nos saluare, aut salutiferum quid ex se tribuere possit. Siquidem extra Deum omnia imperfecta, imo omnia nulla sunt. Non quidem negamus sanctorum inuocationem & intercessionem, quam necessitatibus nostris non parum cõtulisse sæpenumero experti sumus. K

Nec diffitemur eos, quatenus cũ Christo vnus spiritus sunt, pro nobis apud Deum orando multa posse, à nobis quoq;, vt nostris tepidis orationibus suas feruentissimas adiungant, rogandos: sed propter rudes quosdã & crassos homines, qui non distingunt creaturam probe à creatore, dixerim sanctos extra Christum, hoc est, Petrum in nomine Petri, & Paulũ in nomine Pauli,

Sancti [illegible] nam [illegible] candi [illegible]

Hiere. [illegible]

In [illegible] gatum.

Sancti [illegible]

Pauli. In nomine autem Iesu eos veneror, vt amicos & filios Dei excelsi, cuius habẽt in se gratiam, cuius sanguis & virtus, cuius charitas & dona in eis refulgent abundantius. Quemadmodum ergo sancti hic viuentes in terris, si quid rogabant Deum, vel pro se, vel pro aliis, vtiq; in nomine Iesu rogabant, ita ne modo quoque aliter orant, quam in nomine Iesu pro nobis.

Sancti in terra cõstituti quõ rogarint Deum.

Porro sancti hic in terra constituti, si quid rogati fuerunt, nonne per nomen Iesu interpellabantur, hoc est, vt eius amore, eius intuitu, illud bonum quod acceperant à Deo, egenis communicarent? Sic hodie & nos quoque rogamus, & rogamur, & alter alteri se humiliat, alter alterius opem flagitans, per nomen Christi. Rogamus Deum & patrem in nomine Iesu: Rogamus homines vbi aliquid salutiferum petimus in nomine Iesu. Neque enim petentes asscribimus hominibus, sed Christo, tã rogando, quam accipiendo, quicquid boni, aut salutiferi rogamus. Neq; in hoc quã quam latet hæreticum. Sancti nanq; neq; vellent quidẽ suo nomine honorari, suove nomine prædicari. Quid enim in eis honoraremus, nisi quõ hoĩes in seipsis honoramus? Nunc vero dico eos nõ in seipsis tantum, sed in Deo, & Deum in ipsis honorandos. Hoc modo Christiane honorantur.

Sancti q̃tenus honorãdi sint.

Inuocandi sunt ergo nobis sancti, vt p̃ nobis orent, sed pio modo, non vt quicquam ex seipsis tribuant. Putare nihilominus debemus eorum merita esse merita Christi, quæ ipse opatus est in eis, cũ eoꝝ tamen liberæ volũtatis (quã Deus cogere nõ vult) assensu & conatu, eisq;, hoc est, sc̃tis Christũ donasse, vt haberẽt merita & p̃mia. Operãdo em̃ hoĩbus sanctis virtus diuina, illoꝝ opera facit, vt sint merita, imputatq; ad merita, & hæc coronat in eis, vt merita. Vide igitur quanta sit Dei misericordia, & benignitas circa nos. Cognosce etiã quod sancti nõ aliter volũt honorari, q̃ in Deo, & propter Deũ, hoc est, vt Deus honoretur in illis.

De⁹ quid nã in sanctis suis coronet.

L

Attende postremo, quõ Litanias legit & instituit Ecclesia. Cũ em̃ dicit: Fili Dei, nõ subiũgit ora pro nobis, sed miserere nobis. Cum dicit sancte Petre, nõ dicit miserere nobis, sed ora pro nobis. Christo, hoc est, Deo dicimus: Propitius esto, Parce nobis domine: Christo dicimus: Ab insidiis diaboli, libera nos dñe. Neq; enim facultatis est sanctorum, vitia nobis inferre, aut virtutes donare, nisi in virtute & nomine Iesu, & nisi ministerialiter Deo & iubente & dante. Ideo & quando pro nobis orant nunc beati, non aliter iuxta hũc modum orant, quam olim pro seipsis miseri, hoc est, non in nomine suo, sed in virtute noĩs Dei. Propterea legitur de XXIIII. senioribus, quod deposuerũt coronas suas, & prociderunt in facies suas, adorãtes Deum. Quid est coronas deponere, q̃ Christo coronas & merita sua accepta referre, fateriq; eadẽ Christi esse?

Litaniæ in Ecclesia vsus ad q̃d valeat.

Apoc. 4

Credimus aũt sanctos à Deo iustius exaudiri q̃ nos, vtpote Dei amicos, q puri & immaculati, siue per pœnitentiã à peccatis exuti, & in sanguine agni loti, inuenti sunt Deo fideles vsq; ad mortem. Nos aũt quõ calamitatibus & miseriis, ita peccatis quoq; & transgressionibus pleni, nostras iniquitates & infidelitatem agnoscimus: ideo causam nostrã malam, tanquam patronis post Christum secundariis, atque intercessoribus, & iudicis amicis, committimus. Sunt em̃ in statu fruitionis amicitiæ diuinæ. Quare iustissimũ est amicis nihil negari ab amico, hoc est, nihil beatis negari à Deo. Credendum est tamen eos nihil rogare, nisi quod Deus vult rogari. Vult autem Deus omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Ideoque & libenter suscipit preces sanctorum suorum, pro nostra salute fusas. Et quanquam nemo cogi possit, vt interuentionem sanctorum imploret, neque temere faciat, qui in spiritu humilitatis, & in animo cõtrito, ipse ad Deum accedens, veniam imploret, multum tamen contulerit, præsertim tepidis & imperfectis hominibus, sanctorum feruentes preces suis frigidis iungere, vt sic adiuuetur infirmitas sua apud Deum, qui occasionem nobis benefaciendi libenter acceptat.

Apoc. 1

Sancti cur à nobis inuocandi.

1. Tim. 2

Daniel. 3

M

Cæterum, cogitare quis vestrum hic posset: Cum Deus verax, constans, & immutabilis sit, quid facit oratio, quia immutare non potest Deum? Neq; enim de nolente facit volentem, & quicquid voluerit Deus, fiet, ideo superflua videtur oratio. Respondendũ, nequaquam esse superfluam orationem, nec esse etiam propterea mutabilem Deum. Quod vt plenius intelligatur, aliquid ex historia sancta, puta ex Genesi recenseamus causa exempli. Ibi enim legimus Isaac à Deo promissum, semen eius multiplicandũ vt stellas cœli. Quando ergo promittebatur ei à

Orationẽ hominis non esse superfluam.

Gene. 26

Deo,

Deo,an Deus id facturus erat,an non? Absit vt promittere Deum dicamus non seruaturum. Absit,inquam,vt absq; volũtate implendi sentiamus eum promittentem. Absit postremo vt eum à voluntate mutabilem siue mutatum dicamus. Ergo quod promiserat,voluit,&quod voluit,seruauit hoc est,impleuit. Iam igitur audi: Post hãc promissionem Dei Isaac vxorem duxit sterilem. Abijt Isaac ad rogandum dominum pro vxore sua,eo quod esset sterilis. Quem exaudiuit Deus,& dedit conceptum Rebeccæ. Iam vide quid necessitatis hic fuit Isaac orare pro vxore sterili,cum ei promissum à Deo iam ante fuerat semen eius multiplicandum,vt stellas cœli. Si promissio erat vera diuina,si implenda,quid necesse fuit Isaac orare? Nam si verax est Deus,si stabilis,constans,ac immutabilis est,iam necesse erat, quod promiserat fieri. Quare ergo tunc orauit Isaac dominum? Num dominus suæ sponsionis aut est oblitus , aut implere non potuit? Haudquaquam. Sed quomodo ab æterno hoc prædestinauerat futurum,ita etiam Deus hoc ipsum reuelauerat Isaac implendum,puta vt semen eius sicut stellæ cœli multiplicaretur. Quomodo ergo prædestinatum erat & certo futurum,vt semen eius multiplicaretur, ita prædestinata quoq; fuerunt & media,& modus,quibus prædestinatio principalis impleretur. Oratio igitur Isaac non mutauit Deum,nec fuit ociosa,aut superflua,sed necessaria,quasi pro re per orationẽ impetrãda. Nõ igitur recte obijcitur, quod nihilo minus Deus esset idipsum, q̃d orabat Isaac,sine oratione facturus. Non ita est sentiendum. Nam quia scribitur,Exaudiuit Deus orationem eius, haud dubium ostẽdit, nisi Isaac orasset,Rebecca eius sterilis mansisset. Quõ enim exaudisset Isaac orationẽ Deus,pro sterili vxore precantis,si hæc absque mariti oratione fœcũditatem obtinuisset? Sed dicis, inde quod Deus prædixit, necesse erat,tametsi Isaac non orasset,vt Rebecca cõciperet,ideo supflue orauit. Haud quaquam. Sciuit Deus ab ęterno semen Isaac multiplicãdum,sciuit sterilem Isaac vxorem Rebeccam futuram,sciuit Isaac virum sanctum pro vxore precaturum sterili,sciuit se exauditurum,vt prędestinatio impleretur: Ideo quomodo finis præstitutus & prædestinatus fuit,ita etiã media sunt præstituta & prædestinata, quæ si intermitterentur, & hoc ipsum fuisset præscitum à Deo,nec finis tũc præordinatus foret nec prænunciatus. Verbi gratia: Non prædicitur à Deo seges multa futura, nisi & colonus præuideatur araturus. Si itaque araturus est & culturus agrum, potest sequi seges vberrima futura,potest etiam seges impediri. Quæ si minime fuerit impedita,potest certe futura prædici ab eo, qui futura scit,quæ tamen si colonus agrum non arauerit,neq; esset,neq; prædiceretur seges copiosa futura. Potuit hoc modo multiplicatio seminis Isaac prædici à Deo,potuit sterilitas vxoris Isaac,Rebeccæ scilicet præsciri,potuit nihilominus quæ prænunciata à Deo fuerat seminis multiplicatio, vera impleri,quia præuidebatur Isaac oraturus & Rebeccæ sterilitatem deprecaturus,vt nullum esset impedimentum,quin diuina prędestinatio impleatur. Nõ igitur erat superflua oratio, qua impetrabatur fœcunditas Rebeccæ,quia sine ea neq; sterilis concepisset,nec Isaac promissio facta fuisset. Impletur igitur finis,si media impleãtur. Nec prędicitur implendus finis,vbi media quibus ad finem perueniri oportet,præuidentur à Deo non implenda. Sed obijcitur ab alio fortasse: Si oratio habet efficaciam impetrandi,tunc Deus vt homo mutatur. Legimus enim in scriptura sacra aliquid,vt futurum à domino prænunciatum, quod tamen facta oratione non fuit,quomodo interminatum fuerat,impletum. Verbi gratia: Niniuitis per prophetam Ionam à Deo prænũciatum fuit excidium ciuitatis. Vbi tamen pœnitentia regis & incolarum, orationeq; eorundem ad Deum facta mansit Niniue incolumis. Aut igit Deus fuit mutatus ad preces & pœnitentiam incolarum ciuitatis,vt non faceret quod voluerat,aut nõ fuit verax,vt diceret futurum quod nõ erat futurum. Dicendum, licet circa nos fiant mutationes in rebus huiusmodi exterioribus,Deus tamen stabilis manet & immutabilis. Sumus eñ nos mutabiles, ideo sententia diuina circa nos bene mutatur, Deo remanente immutabili. Verbi gratia: Niniuitis sententia fuit per Ionam nunciata,quam tum Niniuitæ cum nunciaretur, iuxta sua opera dignam commeruerant. Qui tamen vbi se mutauerant,sententia q̃que circa eos mutata fuit, vt non fieret q̃d alioqui fuisset futurum,hoc est,vt non periret ciuitas. Propterea tamen Deus nõ est modo

Gene.25 — Gene.26 — Ionæ 3 — Deus est immutabilis. — Ionæ 3

mutatus in sua voluntate. Sed dicis: Quomodo tunc est verax? Dixit enim subuertẽdam ciuitatem, quæ non est subuersa. Dic Deum prædixisse sententiam dignam operibus Niniuitarum, & insinuasse quid meruissent: nempe excidiũ ciuitatis. Sciuit tamen eos pœnitentiã acturos, ideo nunquã fuit mutatus in aliam voluntatem, quã ante habuerit. Nunquam enim voluit Niniuitas damnare, quos sciuit per pœnitentiam reuocandos, licet sententiam inferendam, quam meruissent, si non pœnituissent, illis indicauit. Simile est de Ezechia rege Iudæ, cui Deus terminum vitæ prænũciauit.
Esaiæ 38
Orauit Deũ Ezechias, & addidit Deus adhuc quindecim annos vitę Ezechię. Circa Ezechiã facta est mutatio, quia certissimo fuisset moriturus, nisi adijciente domino plures annos superuixisset. Deus autẽ mutatus non fuit, vt quod primo voluisset, deinde mutatus nollet, sed immutabilis ipse circa res mutabiles ægroto adesse mortem nunciat. Ipse tamen quomodo sciuit ægroto vere adesse mortem, ita sciuit & voluit eũ hac vice non mori, sed oratione sibi longiorem vitam impetrare. Prædixit igitur, quod sciebat nisi subueniretur, futurũ prænunciabat ei, nõ iuxta hoc quod erat facturus in eo miraculum, sed iuxta hoc quod naturali ei fuisset cursu naturæ (nisi Deus aliter prouidisset) euenturum. Vere igitur impetrauit Ezechias oratione sua longiorem vitam, quia nisi orasset, Deus annos ei plures vitæ non adiecisset. Verum orationem futuram Ezechiæ cognouit, & se illum seruaturum in vita sciuit. Vnde stante hoc q̃d mutatio circa Ezechiam facta est, nihilominus in Deo mutatio nulla facta est, sed q̃d voluit Deus, semper voluit, & volens manfit. Orate igitur semper Deum filij, nec de prædestinatione disputate, sed Dei prouidentiæ vos committite. Adeo graue periculum super vos non potest venire, à quo Deus non possit vos liberare. Mutate vos in meliorem vitã, quia adeo deploratæ nõ fuistis vitæ, à qua diuina miseratio, si pœnitueritis, nõ vos liberet. Si igitur volueritis de peccatis pristinis pœnitere, si pro venia peccatorum Deum rogare, si futura peccata volueritis cauere, si deniq; Dei seruare decreueritis mandata, signa habetis, quod scripta sunt noĩa vestra in libro vitę. Quod nobis om̃ibus largiat Dei filius dñs noster Iesus Christus in secula benedictus, Amẽ.

PARAPHRASIN IN EPISTOLAM ET EXEGESIN IN Euangelium in festiuitate Ascensionis dominicæ, cum suo Sermone require in secundo Tomo de festiuitatibus Sanctorum, in vtraque parte.

DOMINICA POST ASCENSIONEM DOmini, Epistola prima Petri quarto.

VII
EStote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum.

Proue. 10
Iaco. 5

A

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

1. Petri 4. 5

POstquam præmonuerat eos, qui luxurijs & peccatis operã dant, Petrus apostolus, deterrere eos cupiens à vitijs, per expectationem diuini iudicij, quod futurum est in nouissimo die, quo reddẽt rationem operum suorum, nihilominus credentes monet nunc vigilare, prospicereque, quod recte, inculpateque viuant, quãdoquidem incerti sunt, quãdo viuendi terminus illis sit im

Roma. 13

sit imponendus. Quamobrem cum dominus pulsauerit, quacunq; hora veniens, illos inueniat oportet vigilantes, & qui pulsanti confestim aperiant, paratique occurrant. Dicit igitur: Estote prudentes, cognoscentes, cauentesq; pericula tentationum ex carne & mundo, insidiasq; diaboli intelligentes: quas quomodo elabi, aut vincere studeatis, vestra sit meditatio. Et vigilate omni hora hostium tentamenta suspecta habentes. Nec tantum opus est vt vigiletis, sed vt vigiletis etiam in oratiõibus. Prudentia em̃ & vigilia vestra ad hoc quãuis sit necessaria, ne ab inimicis capiamini, non tamen sufficit, nisi adiutorium etiam vobis adsit diuinum. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Idcirco vigilate in orationibus, vt habitetis in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cœli commoremini, quem inuocatis. Ante omnia pręcipue mutuam in vobismetipsis charitatem continuam ac indeficientem habentes. Absq; enim obseruatione charitatis nihil prodest, quicqd aliud exercebitis, aut quæretis ad salutem. Hoc modo Paulus quoque monet, dicẽs: Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Hæc enim operit multitudinem peccatorũ, vt vbi illa à Deo infusa fuerit, ibi recedat necesse est mortale peccatum. Cuius charitatis quanto ardor in Deum fuerit maior, tanto quoque plus de pœna peccati absumit. Sequitur:

Lucæ 12 · Psal. 126 · Psal. 90 · Col. 3

B Estote hospitales, vt scilicet aduenas, & peregrinos hilariter recipiatis, humaniterque tractetis. Ad hoc ipsum Paulus quoque Hebræos hortatur, dicẽs: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Quis enim potest profiteri se diligere proximum suum, cui tempore necessitatis nihil cõsolationis, aut beneficij impendit? Si enim diligeret, necesse foret ostendere, quomodo, aut quantum diligat. Nõ igitur diligamus verbo, aut lingua, sed opere, & veritate. Qui enim dicit se diligere fratrem suum, & tempore necessitatis clauserit viscera sua, vt illi non subueniat, quomodo Dei est charitas in illo? Estote sine murmuratione, vt ea quæ agere, aut pati oportet, benigno atque tranquillo animo recipiatis. Vnusquisque sicut accepit gratiam à Deo (Varia enim sunt dona Dei) illam administret alteri per cõmunicationem charitatis. Neque enim quæ sua sunt, tantum charitas quærit, imo quomodo nemo sibi soli natus est, ita nemo sibi soli gratiam, donumve à Deo accepit, sed in vsum & communicationem accepit multorum. Et ideo vnusquisq; hoc ipsum quod à Deo accepit, administret in vtilitatem, non tantum suam, sed etiam aliorum, omniumq;: sicut decet dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, ita loquatur ad proximorum ędificationẽ, vt eius sermones ita accipiãtur, tanquã sermones Dei. Si quis ministrat Deo seruiẽs, aut proximorum subueniens necessitatibus, ita ministret, vt suis hoc viribus non adscribat, sed virtuti quã subministrat Deus. Neq; enim, vt Baptista Ioannes ait, potest à se homo facere quicquam, nisi datum ei fuerit de cœlo. Vt in omnibus honorificetur Deus, eiusq; gloria, atq; honor quæratur, per Iesum Christum. Cui est honor, & gloria, & imperium, vtpote ei qui præsidet, omnia regit in secula seculoꝝ, Amen.

Hebr. 13 · Ibidem. · 1. Cor. 12 · 1. Cor. 13 · Ioan. 3

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Ioannis decimoquinto & decimosexto.

C IN præclaro illo sermone, quẽ post cœnam suis fecit discipulis dominus Iesus ostendit se odio haberi, & persecutionẽ pati ab his, quos saluare cupiebat, hoc ẽ, à Iudæis. Nec excusandos voluit pro ignorantia, quoniam tanta locutus fuisset, tot ostendisset eis virtutes, tot signa, vt nulli posthac fuerit illorum excusationi locus, quin ad credẽdum, si modo voluissent, vincerentur. Sed oderunt, inquit, & me, & patrem meum. Hoc significare volẽs, vt quomodo nominis Christi tunc eos inuidia à salute retinebat in cæcitate captiuos, ne cõuerterentur, ita post mortem suam non perituram hanc inuidiã, quin apostolos quoque odio nominis Christiani persequerentur. Et quomodo Euangelium in Christo spreuerint, ita etiam idipsum prædicantibus apostolis sint impugnaturi. Non autẽ propterea formidãdum esse apostolis, quandoquidem adfuturum sibi sciret spiritum sanctum, qui ita consolaretur eos, vt absq; animi tunc deiectione hęc mundi odia animo intrepido ferrent atq; nihili ducerent. Dicit ergo:

Ioan. 15

Cum

Ioan.15 **Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.**

Nomina spûs sancti varia. Varia sunt nomina spiritus sancti, quia variæ eius operationes, multiplicia dona, variaq; beneficia. Hic enim eum nominat spiritum sanctum, nominat paracletum, nominat spiritum veritatis. Alibi quoque vocatur spiritus bonus, & spiritus rectus, spiritusque principalis. Porro Esaias hunc iuxta septem eius dona, quæ confert homini, eum nominat spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, & spiritum timoris domini. Prætermissis his nominibus, hoc tantum dicendum est modo, quare spiritus sanctus Deus vocatus sit paracletus, id est, consolator. Primo, propterea quod mitigat tentationes, quomodo per Esaiam dicitur: Quum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, & in igne non combureris. Siue enim à sinistris, siue à dextris insurgant tentationes, siue tribulationum aquæ, siue tentationum, & persequutionum incendia vrgeant, vtraque mitigat spiritus sanctus. Fidelis enim, ait Paulus, Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Secundo, vocatur paracletus, quod in aduersis lætitiam infundat, vt aduersa non solum non grauent, sed etiam delectent. Quis enim exultare, ac Deum laudare in ardenti fecit fornace tres pueros, tutosque seruauit ab igne, nisi spiritus sanctus? Aut vnde sanctis martyribus tanta constantia, gaudium & fortitudo, vt inter immanes cruciatus psallerent, & tormenta nihili penderent? nisi ab eo, qui dicit: Spiritus meus super mel dulcis, qui tribus pueris futurorum martyrum suorum speciem gerentibus fecit medium fornacis, quasi ventum roris stantem. Volebat igitur suos apostolos securos reddere Christus contra timorem, vel in hoc, quod prænunciauit eis futura aduersa, (quandoquidem iacula præuisa minus feriunt) vel quod inter aduersa dandus sit eis consolator, qui tristia temperet grauiaque faciat dulcia. Dicitur quoque spiritus sanctus hic spiritus veritatis. Et quamuis pater sit veritas, filius sit veritas, & spiritus sanctus sit veritas, vnus tamen est Deus, & vna veritas, eaque Christo magis proprie tribuitur, iuxta illud quod ipse dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Ioan.14 Spiritus itaque veritatis, spiritus est Christi, sicut scriptum est: Qui Christi spiritum non habet, hic non est eius. Roma.8 Galat.4 Et alibi: Deus misit spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Potest etiam dici spiritus veritatis, quia eos quos implet, veraces, & pro veritate loqui facit, vel quia veritatem docet. Quum ergo venerit ille spiritus veritatis, dicit apostolis Iesus, ille testimonium perhibebit de me, vel propterea quod vos docebit, quod vobis os & sapientiam Lucæ 21. dabit: quod denique vobis loquendi & testificandi animum, fiduciam, & efficaciam præstabit, aut ideo, quod auditores præparabit, excitabitque, inspirando, atque ipsorum emolliendo, & penetrando corda. Hoc modo testimonium spiritus sanctus Christo perhibuit, Petro loquente in Actor.2 die Pentecostes ad populum. Nam apostolos omnes, quos paulo ante impleuerat, maxime autem Petrum, animauit, adeo vt surgens mox eos, qui Christum negauerant, eiusque fundi procurauerant sanguinem, increpatione leni & mansueta argueret, compungeret, & ad tria milia ad Christum conuerteret, qui adorarent, quem iam nuper in cruce suffigi curauerant, & eius bibere cuperent sanguinem, quem non timuerant effundere. Vides quid spiritus sancti plenitudo in Petro, cæterisq; omnibus potuit subito operari, qui ante fuerant adeo meticulosi, vt nullo auderent modo libere Christum confiteri?

Margin notes, left column: Lucæ 11 · Esaiæ 11 · Paracletus cur dicatur spiritus sanctus. · Esaiæ 43 · 1.Cor.10 · Daniel.3 · Eccle. 24 · Gregori⁹

Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Ea enim quæ vidistis & audistis de me Psalm.18 prædicabitis, vt in omnem terram exeat sonus vester. Simile est, quod in Actis refertur apostolorum, vbi Christus dixisse fertur: Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Actor.1 Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hoc autem non ignauiter, sed egregie apostoli spiritu sancto repleti præstiterunt. Siquidem ad concilium vocati Iudæorum, & quare Iesu nomen contra suum edictum prædicare fuerint ausi, increpati, ingenue responderunt: Actor.5 Obedire oportet Deo magis, quam homi-

nibus. Et incipientes illi testimonium ferre, quem prædicabant Iesum. Deus, inquiunt patrum vestrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israel, & remissionem peccatorum. Et nos sumus testes horum verborum, & spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis, id est, qui opera, signaque mea omnia vidistis, omnia verba audistis. Huiusmodi enim testes habere debuit Christus, qui non ab aliis relata, sed qui tam visa, quam audita Christi, & sermones, & virtutes prædicarent. Eam ob rem Petrus, cum in locum Iudæ proditoris apostolorum foret surrogaturus, nõ quemlibet duxit eligendum, sed
Actor.1 oportet, inquit, ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis, vsq; in diem quo assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis, haud dubium qui eis quæ vidisset & audisset, posset attestari.

Ioan.16 Hæc locutus sum vobis, vt nõ scãdalizemini. Absq; synagogis faciẽt vos.

E Hæc locutus sum vobis, scilicet, quæ paulo ante prædixi de odio mei, vt cum videritis etiam his maiora mihi inferri, puta crucem & mortem, non scandalizemini, hoc est, non propterea vos credatis deceptos, aut succubuisse me pœnis, vt præstare quæ promiserim, nequeam. Pari quoq; modo vos scandalizari non oportet, cum vos persequuti fuerint. Tantum enim est mundo mei nominis odium, vt in morte mea nequaquã illud sit extinguendum, sed vos etiam persequentur per inuidiam mei, & quia mei estis discipuli. Non igitur tunc scandalizemini, sed cogitate quid prædixerim vobis: Si vos odit mundus, scitote, quia
Ioan.15 priorem me vobis odio habuit. Absque synagogis facient vos, hoc est, e synagogis eiicient vos, vt homines vita, conuersatione, seu hominum consuetudine indignos, & quasi homines qui ad congregationem non pertineant, aut dignos, quibus hominum interdicta sit omnis amicitia. Extra synagogam eiicere, nihil erat aliud, quã hodie est excommunicare. Refert autem hoc, quasi rem tristẽ apostolis futurã, qui quamuis non magnopere curarent Iudæorum synagogas: hæc tamen contumelia male eos habebat (quæ fiebat non sibi tantum, Matth. sed magis Christo) vt pro inuidia ipsius, ceu indigni communi iudicarentur hominum consuetudine. Nec tamen hoc solum erant Christi & apostolorum hostes facturi, sed acriori præterea persequutione debacchaturi erant in eos, quasi in homines pestilẽtes, exitiosos & vita indignos, adeo vt dum huiusmodi interficerent, tantum aberat, vt sese in hoc delinquere putarent, verum vt etiam obsequium Deo se in hoc contulisse gauderent. Fere enim omnis Ioan. plebs apostolorum persequutionem putabat iustam, & paucissimi ex turba iniustam sciebant, credentes omnes qui ad Christum conuerterentur, relinquere Deum & legem: ideo absque scrupulo peccati apostolis, tanquam legis subuersoribus, quibus poterant viribus repugnabant. Idcirco sequitur:

Sed venit hora, & omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

F Putabant persecutores fidei Christianæ, præsertim Iudæi pro lege, pro templo, & subinde pro Deo iuste sese zelari. Huius Actor. modi fuit Paulus, tũc vocatus Saulus, qui acceptis epistolis à Iudæis superioribus ad Damascum, si quos huius viæ, hoc est, sectæ Christianæ inueniret viros, vinctos perduceret in Hierusalem, zelator paterna- Galat. rum traditionum suarum, & legis præ omnibus coætaneis suis. Vnde legitur, quum Actor. lapidandus foret Stephanus, Saulus doluisse super cæcitate (vt putabat) Stephani, qui à templo, à lege, à Deo quoque propter hominem crucifixum recederet, & pro Stephano, ne hanc illi imputaret Deus simplicitatem, orasse. Quamobrem, quia errori non defuit in Saulo pietas, idem ipse reuera à Deo hallucinans, meruit illuminari, & Stephano, quem trucidabat, conformis in fide fieri, vt quod tunc expugnabat, postea constantissima assertione prædicaret. Huiusmodi tamen zeli haudquaquam fuisse credendi sunt pontifices & Pharisæi, quos ignorantia prorsus nulla excusari dominus Iesus asseue- Ioan.15 rabat, quoniam odio habuerunt eum & patrem eius. Cuius odii instinctus incitamentum,

tum,quare Christum & omnes credentes in eum persequerẽtur,fuit,quod sequitur:

Et hęc facient vobis,quia non noue runt patrem neq; me.

De reliquis ex plebe Iudæis hoc intelli gendum est,qui Christum ex errore & ignorantia persecuti sunt. Sed nunquid ꝓpterea,quia intentionem habuere bonam hæc facientes,puta ne legem,templum,gẽtem amitterent & locum,non peccauerũt? Imo maxime. Neq; enim intentio bona semper excusat,sed oportet vt sit etiam recta,quomodo non quælibet actio,quæ fit propter bonum finem,est licita (quia fas non est furari vt detur eleemosyna) sed oportet etiam vt per media procedatur licita,quorum si vnum fuerit nefarium, actio vniuersa erit illicita.

Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Ideo vobis hæc nunc prædico,vt cũ patiendi aduenerit tempus , reminiscamini, quia dixi vobis mei hæc gratia vos passuros.Id enim magnam vobis adferret consolationem,quod non velut peccantes aut scelerati patiemini , sed propter me & patrem meum.Beati enim qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam , quoniam ipsorum est regnum cœlorum.Beati quoq; vos eritis cum maledixerint vobis homines,& persecuti vos fuerint,& dixerint aduersum vos omne malum mentientes propter me.Gaudete & exultate,quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Docemur hic haudquaquam tristari,sed gaudere magis in quacunque tribulatione,quam innocentes & absque culpa sustinemus.Quãtæ enim est consolationis innoxium pati? Quanti vero est gaudij pro Deo pati?Qua propter in omni pressura respiciamus ad eum cuius patimur amore, cuius intuitu delectemur pati,adeo vt si etiam possemus nollemus pressuram euadere passiõis, quã pro eius amore amplectimur,de cuius manu eandem suscipimus, qui est benedictus Deus in secula,Amen.

Mat.5 Ibidem.

SERMO DE EADEM DOminica. Quos consoletur spiritus sanctus,& qui Christo testimonium perhibeant.

G

CVm venerit paracletus quẽ ego mittam vobis à patre spiritum veritatis,qui à patre ꝓcedit,ille testimonium perhibebit de me.Ioannis decimosexto. Cum dominus Iesus paracletum,id est,consolatorem Apostolis promittit, spiritum sanctum putat,quem nemo non optat suscipere.Quando quidem,nemo tristis nõ cupit consolari,nemo dubius non optat instrui aut dirigi,nemo in tentatione aut periculo constitutus non appetit adiuuari, aut liberari. Consolatur enim generatim omnes,qui se inuocant, spiritus sanctus, in quacunque constituti sint aduersitate.

Sunt autem aliqui qui spiritum sanctũ nunquam recipiunt,puta qui perseueranter viuunt in peccatis.In maleuolam namque animam non intrabit spiritus sapientiæ,nec habitabit in corpore subdito peccatis.Horum culpa leuis non est, quando quidem qui non conantur se de peccato erigere,qui sponte sub iugo seruit peccati,iustum est eum in peccato perire.Vide autem quam sit reprehensibilis peccator, qui in peccatis perseuerat. Posset enim ad fontem gratiæ currere, quo ab omni se lauaret sorde peccati,nec tamen se mundare curat.Posset ignem inferni in se extinguere & negligit,quin potius concupiscẽtiæ ignem irritat, & infernali igni pabulum indies administrat. Hi sunt q diligũt tenebras,& odiũt lucẽ. Hi nolunt venire ad lucẽ,ne arguantur opera eorum. Elegerunt enĩ viuere iuxta sensualitatẽ vt bestiæ nihil sibi negantes eorum quæ carnem delectant.Studiose nanq; quærunt voluptatem : sæpenumero tamen in alijs honestatem,pudicitiam & virtutem venerantur. Hi si ita post adultam ætatem perseuerant vix ad Deum conuertuntur, nisi carcere aut magna infirmitate, calamitate , aut ignominia graui fuerint vehementer humiliati. Et ex his nonnulli adeo efficiuntur reprobi,vt in malitijs gaudeant,lætenturque cum male fecerint, & exultent in rebus pessimis.Peccandi enim assiduitate adeo corrumpuntur,vt peccare optent etiam impotentes.Nunquam enim illis deest mala voluntas, qua etiam in eptiad peccandũ insaniunt. Horum vita magis est diabolica quã humana. Sunt alij qui non pseuerant in peccatis, licet frequenter ex infirmitate peccent. Quippe qui ante & post

Quinam nũquam recipiant spiritũ sãctum.

Sapien. 1

Ioan.3

Prou.2

Quinã ex infirmitate peccent

post ruinam bonæ sunt voluntatis, & virtutem diligunt, quamuis tentatione accedente infirmiores sint, quam vt resistant satis. Hi peccatores se agnoscunt, cōtra vitam suam continue litigant, se reprehendunt, & multa proponunt, quāuis, vt dixi, naturæ & malitiā & infirmitatē nondum plene vincere possint. Non prorsus nō possunt volentes, sed qa infirma est eorꝝ volūtas, nec perfecte volunt, ideo à tentationibus vincuntur. Neque enim sapiunt quod dominus dicit: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti, hoc est, qui sibi violentiā inferunt, rapiunt illud. Nemo enim sui peccati causam autoremve facere potest Deū, quasi eum qui huiusmodi homini praua naturalia peccandique necessitates, quæ vinci non possint, dederit: quia nemo nisi volens peccat, cum adeo sit, Augustino teste, voluntarium peccatum, vt si non fuerit voluntarium, non sit peccatum. Certum est autem pronos esse sensus hominis ad peccaudum, sed adest nihilo secius homini diuinæ gratiæ auxilium semper paratum, quo infirmitatem roboret spiritus, & voluntatem confortet, vt non habeat homo, si modo sibipsi deesse nolit, vnde se iuste excuset. Hos, qui sic sæpius cadunt & sæpius resurgunt, quia mox post lapsum peccati remedia quærunt, spiritus sanctus sæpe visitat, & mundum in eis atq; peccatū arguit. Et reuera magna est dei misericordia sup nos magna bonitas Dei, qui toties ab eis desertus non deserit, toties contemptus non cōtemnit, sed offensus offendentem sibi reconciliat hominem, iratus indulget & ignoscit. Iustus atque delictorum vltor Deus miseretur, benignitate ac misericordia sua ad pœnitentiam te o homo reducere contendens. Pro hac sui reductione Dauid orans: Erraui, inquit, sicut ouis quæ periīt, quære seruum tuum domine. De huiusmodi hominibus non est, vsquequaque desperandum. Pie enim potest, confidi, qui in vita toties resurgentes pœnituerunt, nec diu vnquam in peccato iacuerunt, nec etiam dedita opera ad peccandum se ingesserunt: qui, inquam, præmeditatione diutina ad peccandum peccādi occasiones inuenire aut sibi statuere nō laborauerunt, nec vbi ceciderunt, in occasionibus sibi datis consenserunt manere, licet eisdem occasionibus datis male sint vsi ad peccandum, quod de his, inquam, confidi potest, vt etiam circa mortem eorum sit pœnitentia vera. Nemo tamen sibi hoc promittat, nemo super hoc peccet, qa in potestate est hominis cadere & suam occidere animam, à seipso autem non habet quo resurgat, nec seipsum potest resuscitare. Tertīj sunt, qui bona semper à Deo sunt præditi voluntate, qui peccatum quodcunque scienter & ex proposito nolunt: quicquid vero Deo nouerunt bene placere, ad hoc semper inueniuntur parati. Hos regit illuminatque spiritus sanctus, ducens eos de virtute in virtutem. Filīj enim sunt Dei, filīj adoptionis, filīj lucis & filīj gratiæ. His est consolatio in persecutionibus & exultatio in aduersis, quia sciunt, licet ad modicum hic patiantur pro Christo, regnabunt tamen cum eo in æternum. Et vt agnoscas quid velim, quando dico eos pati pro Christo, Is patitur pro Christo, qui hoc quod patitur Christi amore suscipit, patiendique intentionem refert in Christum. Non igitur oportet, vt is qui te persequitur, in Christū referat persecutionem suam, quasi te idio persequatur, quia tu es Christianus. Si te persequitur malus, quia Christianus es, aut quia iustus es, certe pro Christo pateris. Sed si propter ea etiam non persecutionem pateris, quia Christianus es, sed quia persecutor tuus inuidia odiove torquetur tui, & tu eius iniurias calumniasq; Christi amore patienter sustinueris, nō reddens malum pro malo, æque p Christo pateris. Cum itaq; paracletus, i. spiritus sanctus in corde fuerit hominis, inde testimonià phibet Christo, qa hominē facit testimoniū ferre Christo. Oīs nanque Christianus testimoniū debet ferre Christo. Est aūt duplex testimonium. Primum est oris confessio. Hoc modo Martyres multi, qui Latine testes dicunt, testimoniū præbuerunt Christo. Qui me, inquit, confessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego eū coram patre meo. Itaque quisquis pie sentiens de Christo, hoc quod recte credit, cōfitetur, nihil à veritate discedens, nihil propter hominum, aut fauores, aut minas qđ enunciandum fuerit, subticens, hic testimonium fert Christo. Alterum testimonium est operis, quo quis fidei veritatē operibus pbare cōtendit. Viuit enim vt eius vita quoque clamet Christianum, operibus

Marginalia (left): Matt. 11 — August. — Gen. 8 — H — Mia Dei quanta super peccatores. — Rom. 2 — psal. 118

Marginalia (right): Spiritus sanctus hominē bonæ voluntatis luminat. — Matt. 5, Rom. 8, Ioan. 12, 1. Thes. 5 — pati pro Christo quid dicat. — Rom. 8 — Testimonium duplex. — Matt. 10, Luc. 12

ribus se monstrat credere, operibus se diligere Deum ostendit, quandoquidem quæ illi præcepit Deus, cogitat semper, & quæ illi sunt beneplacita, facit. Multo nanque plus verius prædicatis, qui bene & sancte viuit, quam qui sancte loquitur. Siquidem de quibusdam scribitur: Confitētur se nosse Deum, factis autem negāt. Et Christus non modo de fide, sed de charitate loquēs: Qui, inquit, seruat mandata mea, & facit ea, hic est qui diligit me. Testimonium igitur Christo perhibemus, eiusque Euangelium esse verum ostendimus, cum Euangelij veritatem Christique eruditionem operibus & moribus nostris alios docemus. Docemus, inquam, Christi & præcepta & vitam fuisse sanctam, quando deuoti eandem imitari satagimus. Quomodo enim fortius probabo Christi sanctam esse vtilissimamq; eruditionem dicentis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, quam vt opere ac moribus me exhibeā humilitatis mansuetudinisq; studiosum, dum nihil terrenæ gloriæ me appetere, dū honores fugere, dum ad contumeliam tacere me commonstro, hoc est, dum exemplo meo, quomodo sit Christi imitanda humilitas, doceo? Neque enim ociose Christus monuit: Sic luceat, inquiens, lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Itaque Christo eiusq; prædicationi Euangelicæ sancti quam maxime testimoniū phibēt. Christus eīm monuit docens ad perfectionem necessariū, omnia relinquere & dare pauperibus. Huic verbo Euangelico multisque alijs testimonium perhibuere, sanctus Frācifcus, sanctus Benedictus, Antonius, Dominicus. Siquidem de contemnendo seculo, de tolerandis contumelijs, quam egregie testimonium perhibuit Christo Romanus Alexius? Quam gloriosa sunt testimonia sanctarum virginum, Agnetis, Barbaræ, Catharinæ aliarumque omnium, quæ præbuerunt Christo testimonium, bonū sanctumque astruentes eius esse consilium quo & castrauerunt seipsas propter regnū Dei? Neq; eīm dilexerunt solum, sed custodierunt etiam & mundiciam cordis & corporis sanctimoniam, propterea nunc Deū vident. Sic pariter oēs sancti testimoniū pbuerunt Christo. Vos aūt fornicarij, adulteri, raptores, vos deceptores & fallaces, vos monachi desertores & mundani Christo testimonium non fertis, sed quantum in vobis est, eum mendacem facitis, quia aliter quā præcepit, aliter quam docuit, viuitis. Si vera, si bona sunt quæ dedit præcepta, si sancte vtiliterque cōsuluit, quare (cū nemo sibi non velit bonum) eadem non seruatis? Cur aliter viuendo, eius verba, sermones & voluntatem spernitis? Non ostēdit se credere aut timere Deum is, qui tam perditis viuit moribus, vt nullum sit in eo vestigium, quod diuinam se præsentiam omnia contemplantem revereri comprobet. Nihil de inferno credere putandus est, quisquis aliam non gradi se viam cernit, nisi quotidie ad infernum. Non cœlum sperat aut appetit, qui nisi de terrenis nihil aliud cogitat. Nec Dei verbo pceptisve Euangelicis assentit, cuius vita ex diametro cū illis pugnat. Redite igitur præuaricatores ad cor. Videtis in quantas ex praua vita & peccandi assiduitate homo tenebras cadat? Si non videtis, perspicite, quo veniunt qui falluntur hæresi nunc Lutherana emergēte. Expellere virgines & monachos de monasterijs, bona eoꝝ ad se rapere, calices & tēpli ornamenta auferre, apud illos licet, stante Euangelio & verbo Dei in offenso. Summum pontificem, cui certū est Christum in Petro cōmisisse pascendas oues suas, maledicentijs turpissimis insectātur, contemnunt atque nō obediendum ei autumant. Quid horum ex Euangelio? Cōtraria ijs sonat verbum Dei: Super cathedram, inquit, Mosi sederunt scribæ & Pharisæi: quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite. Quamdiu recta docent, non est obstrependum eis. Sese nolunt huiusmodi hæretici iudicari, iudicantes Ecclesiæ vniuersæ pastorem, & omnes à sua perfidia dissidentes. Et quid Euangelio consonat quod Dei prohibent laudes, quæ aliud nō sunt, quam Dei verbum & scriptura sacra? amatoria vero carmina & cantiones impudicas obscœnasque non prohibent.

Rident, subsannant contumelijs & verberibus interdum, grauissimisque iniurijs afficiunt, si quem monachum, si quem qui rosaria, hoc est, qui signa salutationum angelicarum, atque earundem legendaꝝ numerum gestet, inueniūt. Odiūt agentes opera & officia pietatis, Ecclesiastica omnia statuta, abijciūt, ritusque antiquissimos ab Apostolis ad nos deriuatos.

Postremo

Marginalia: Iacob.1; Tit.1; Ioan.14; Mat.11; Matt.5; Matth.19, Mar.10, Luc.18; Matt.19; Testimo niū quinā non pro hibeant.; Esaiæ 46; Lutheranę heresis impieta tes quātę.; Ioan.21; Matt.23

L Postremo (quia omnes impossibile eorum foret recensere excæcationes, imo impietates) quam Euangelicum est hoc, quod prostibula Veneris apud eos patent & meretricari neminem prohibent: in templis vero Psalmos cani Dauidicos, & officium agi diuinum non sustinent? Admittunt vt mulieres ad prostituendum se in lupanaribus tradant, vetant ne puellæ in monasterio se Deo virgines consecrent. Quid pro nefas turpius quod magis cæcum, quid magis excogitari posset impium? Ad quid venit homo, qui de peccato ruit in peccatũ, psal. 80 quem deseruit spiritus sanctus, qui finitur ire in adinuentionibus suis? Heu in quãto periculo ambulat, qui sine Deo ambulat? Propterea filij seruite dño in timore, & exulta psal. 2 te ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur dñs, & pereatis de via iusta. Attendamus hic, quæ signa electis suis, quibus se Dei filios agnoscant, reliquerit: Absque synagogis facient vos, Ioan. 16 Et: Venit nũc hora, vt oĩs qui interficit vos, arbitret̃ obsequiũ se pstare Deo. Persecutiones, contemptũ, mundiq; odia vobis reliqt. Hæc sunt, quæ hic habere debetis, cuiusmõ & ipse pro vobis habuit. Nec est, inqt discipulus maior magistro suo nec seruus Luce melior dño suo. At vero cum vita præsens fuerit, discernet mirabiliter inter vos, qui hic vixistis in luctu, & inter eos qui hic vixerunt iuxta desideria sua, dñs noster Iesus Christus. Qui vtinam det nobis spiritum suum, quo doceamur & inducamur in omnem veritatem: ipso nos consolante, qui cum filio & cum patre est vnus Deus benedictus in secula, Amen.

IN SANCTISSIMA SOLENNITATE PENtecostes lectio loco Epistolæ Actorum I.

VIII DVM complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehemẽtis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitę linguæ, tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs liguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant aũt oẽs & mirabant̃, adinuicem dicentes: Nõne ecce omnes isti, qui loquũtur, Galilæi sunt? Et quõ nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitãt Mesopotamiã, Iudæã & Cappadociam, Põtum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum & partes Lybię, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani: Iudæi quoq; & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquẽtes nostris linguis magnalia Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A IN veteri lege olim: solennitas Pẽtecostes quinquagesimo die post Pascha seruabat̃, hoc est, post Phase imolatũ, mõ, & more Iudæorum. Illi enim Pascha seu Phase comedebant qnta feria ad vesperã, & inde quinquagesimo die, qui itẽ ad feriã qntã cadebat, seruabãt Pentecostẽ septẽ diebus, quo legis diuinæ dationẽ susceptioneq; rememorabãt. Tũc enĩ à dño Moses dei digito cõscriptã accepit legẽ in tabulis lapideis. Nos vero Christiani, qui ppter dñicam resurrectionẽ Pascha in dñica seruamus, qnqgesimo post hũc die seruamus quoq; Pẽtecostẽ missionẽ spiritus sancti recolẽtes, quẽ Apost. hoc die & alij multi credẽtiũ receperunt, qui legẽ

Exo. 13. 23 Deut. 16 Leuit. 23 Num. 9

pẽtecoste quasi lege legis ... Exod. 31

legem gratiæ Euangelicæ ac charitatis ele ctis suis scribit in tabulis cordis carnalibus. Itaque dum complerentur, hoc est dum agerentur dies Pentecostes, seu cum adhuc durarent, erant omnes discipuli in eodem loco. A die nanque dominicæ ascēsionis in cœlum, residebant Apostoli discipulíq; in loco illo simul, vbi cœnam dominicam fecerant, vbiq; Christus à mortuis resurgens apparuerat, ostendēs eis manus & latus. Præceperat enim illis dominus ascensurus in cœlum, vt sederent in ciuitate expectantes quousq; virtute induerentur ex alto. Erant fœminæ inter eos Deo deuotæ, quæ Christum olim secutæ fuerant prædicantem, inter quas beatissima virgo Maria Iesu mater, vt sol splendens inter astra, rutilabat. Illis itaq; in oratione sedentibus seu quiescentibus, factus est subito sonus quidam de cœlo, tanquam aduenientis spiritus vehementis, hoc est, non aliter quam si ventus audiretur impetuosus cum grandi tonitru & vehemens, & repleuit sonus ille totam domum, vbi Apostoli residebant. Apostolis autem & his qui simul aderant, qui simul centum & viginti fere numero erant apparuerunt linguæ igneæ multifariam diuisæ, seditq; spiritus ille sanctus ac vehemens, qui in his exterioribus signis in discipulos missus ac inuisibilis aduenerat, supra singulos eorū: significans per externam apparitionē & quietē, quam suauiter cordibus eorum illapsus insideret, quemadmodum olim in Christū in specie columbæ descendit, seditq; super eum. Neque enim erant hæc signa externa spiritus sanctus, sed sub his signis visibilibus inuisibilis inuisibiliter illabebatur. Adduntur autem hæc visibilia signa, quibus spiritus sancti prædicantiumq; proprietates significentur, puta vt Apostoli significarentur legem igneam, id est, charitate ardentem, igneo corde, ac feruente spiritu, linguis quoque Dei amore ignitis ad accēdendos alios prædicare.

Ioan. 20
Luc. 24
Matth. 27
Luc. 23
Act. 1
Matth. 3
Mar. 1
Lucæ 3
Ioan. 1
Spiritus sancti cur apparuerit Apostolis in linguis igneis & alijs signis.

B Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Non dubium est ante quoque hanc horam plenos fuisse spiritu sancto Apostolos. Quapropter intelligendus est spiritus sanctus non modo cœpisse Apostolorum credētiumq; fieri inhabitator, nec sua dona nūc inchoasse, sed multiplicasse auxisse atq; cumulasse. Impleti quippe spiritu sancto cœperūt loq. varijs linguis, & oīm gentiū idiomata pferre intelligereq; quō illos non docuerat ars, aut vsus, aut studiū, sed quō spiritus sanctus dabat eloq illis. Habitabāt aūt tūc in Hierusalē viri nōnulli religiosi, hoc est, pij ac Deo deuoti, Iudæorum em̄ multi ex oī pene natiōe q̄ sub cœlo est, q olim ex Israel & Iuda in captiuitatē abducti fuerāt, & in Assyrios, in Medos, in Chaldæam, in Aegyptum, in alias quoque nationes translati. Hi autem nonnulli saltem ex ipsorum posteritate nati redierunt Hierusalē, regis Persarum Cyri facultate sibi redeūdi accepta, vbi veri Dei erat tāplū accultus & p deuotione ibi habitauerūt. Facta aūt hac voce, vel Apostolorum loquētiū varijs linguis mirabiliter resonāte: aut facta hac voce, hoc est, sono spiritus vehemētis, q circa tēplū audiebat, cōuenit multitudo vndiq; accurrens, & mēte turbata est, ac admirās in stuporē versa, qm̄ audiebat vnusqsq; lingua sua illos loquentes. Apostoli em̄ vna Hebrea (quāuis oīm callerent donāte spiritu sancto linguas) loquebant: quæ tn̄ in singulorum auribus iuxta modū patrij sui idiomatis sonabat. Vno itaq; Apostolo loquēte liguā Hebræā, putabāt singuli illos sua ppria lngua loq, qa ita suis hæc auribus insonabat vt ppria. Stupebant aūt oēs & mirabant colloquētes: Nōne oēs hi q colloquunt, puta Apostoli, Galilęi sunt? Et quō illis loquentibus audimus vnusqsq; linguam nostram in qua nati sumus? Videlicet Parthi & Mœdi & Elamitæ, ex regione Elam sic dicti. Et qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, qui scilicet de tribu erāt Iudæ aut Beniamin. Cappadociam, Pontū & Asiam, Aegyptū & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque sic nati, & Proselyti, id est, ex alia natione, hoc est, ex Gentibus ad Iudaismum conuersi. Cretes quoque & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magna ac mira opera Dei, puta Christi resurrectionem gloriosamque ascensionem. Circa harum autem Gentium nationumque aut distinctiones, aut situs terrarum præter nomina hic prætereundum iudicaui, quia nulla inde vobis sequitur vtilitas, tametsi vos docerem quæ hæc illa ve regio foret. Nam cum omnia audissetis, nihil audissetis, nihil quod ædificaret, reciperetis. Hoc igitur satis sit dictum, quo totum intelligatis, nempe ex omnibus, hoc est, ex valde multis variarum lingua rum

Esther 3
2. para. 36
1. Esd. 1
Idiomate quonam Apostoli loquebantur.

rum nationibus viros ibi adfuisse, qui dũ Apostolos audirent, suis illos, hoc est, auditorum linguis quas intelligebant, putabant locutos fuisse, putave Parthi Parthicam, Mœdi linguam Mœdorum, Mesopotami illius populi se audire putarent linguam. Quod quomodo fieret, ignorantes stupebant.

EXEGESIS EVANGELII in solennitate Penthecostes, Ioannis IIII.

IN vltima cœna quã cum discipulis suis dominus seruauit, cum diceret hæc verba: Adhuc modicũ, & mundus me non videt: vos aũt videtis me (loquebat aũt de visione fidei, & cognitione diuinorum) qa ego viuo & vos viuitis, vita scilicet gratiæ & supernaturali, quæ vita mundo, id est, amatoribus & filijs huius mũdi deest, nec inuenitur ab eis. In illo die (inquit) vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me & ego in vobis. Hoc erat futurũ post receptionem spiritus sancti, cuius virtute induti, tantaq; plenitudine charitatis confirmati fuerunt Christoq; vniti, vt ab eodẽ haudquaquã poterãt excidere. Tunc eñi cognouerunt Christum, qa eiusdem, vt ante dixi, potestatis esset cũ patre, & semper secum maneret. Vbi, inquis, aut vnde eum cognouerunt? Inde certe, quod cõtinuam eius sentirent auxiliorum præsentiam, viderent suos inimicos reprimi, se florere signis & virtutibus, audenterq; Christo testimonium ferre, per suam prædicationem indies plures ad Christũ conuertere, & inter nullas molestias sese contristari, Hæc certissima diuinæ præsentiæ erant indicia. Hæc verba audiens Iudas, non ille Ischariotes, sed Christi cõsobrinus ex humilitate admiratus causam, q̃re discipulis tm̃ suis se dñs esset manifestaturus, nõ mũdo, dñm interrogauit, dicens: Dñe, quid factum, est. id est, quæ est causa, quia manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo? Christus autẽ causam dicturus huius manifestationis, quare discipuli discernantur à mundo, infert quod sequitur Euangeliũ

C

Ioan. 14

Lucæ 24

Vbi Apostoli cognouerint Christum glorificatum.

Ioan. 14

Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pater meus diliget eum.

Vt ante dixi, cum Iudas Thadæus quare mundo se non esset manifestaturus, sed Apostolis tantum (quamuis non vt Iudas putabat, de Apostolis tantũ Iesus lqueret, sed de omnibus in se credentibus) respondit dilectionem esse causam, vt sequẽtia indicant verba, quam mundus non habens, Christũ videre nõ potest, Dicit igitur: Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit. Si quis diligit me dilectione supernaturali & infusa, quæ est charitas, sermonem meũ, id est, Euangelicam eruditionem retinebit memoria, vt sciat, velit, implereque studeat voluntatem meam. Qui enim alium diligit, voluntatem suam illius conformat voluntati. Propterea paulo ante hæc verba præsentis Euangelij dixit: Qui habet mãdata mea & seruat ea, hic est qui diligit me. Vide quam aperte loquit Christus contra hæreticos, qui bona opera damnãt aut nullius esse momenti phibent, cũ dicat eũ, qui sua seruauerit mandata, esse qui diligit se. Seruare autem mãdata Dei, quæro, opera ne sint bona? Si bona, ergo sunt necessaria. Omni igit vigilantia Dei sunt mãdata obseruanda. Scriptũ nanq; est: Serua mandata Dei & legem quasi pupillã oculi tui. Non igit diligamus lingua, sed opere & veritate. Et pater meus diliget eum. Quẽ diligit filius, diligit & pater & spiritus sanctus. Et qui diligit vnam in trinitate personam, totam diligit beatissimam Trinitatẽ. De dilectione autem hic Christus loquitur prædestinatorum, quos omni tempore & semper diligit deus, etiam dum in peccatis sunt (vult enim eis bona tam gratiæ quam gloriæ) secundũ prædestinationis intuitum: quando autem conuertuntur & ipsum quoque diligunt, diligit eos, impendens eis dilectionis beneficia atque effectum.

Ioan. 14 Opera bona diligenti ab hæreticis contra præceptũ Christi.

Prou. 7

1 Ioan. 3

Et ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus.

Ad nos diuinæ personæ veniunt, cum nouum in nobis operant gratiæ gratum facientis effectum. Veniunt ad nos, vt verbis vtar Augustini, subueniẽdo: venimus nos ad illas obediendo. Veniunt illuminando venimus nos intuendo. Veniunt impellẽdo, venimus nos cupiendo. Obserua quod licet pater & filius tantum nominetur, nõ tamen excluditur hic spiritus sanctus, tametsi, vt dixi, nulla ipsius hic mentio fiat, quia

Pater & filius quando nos veniant.

Augusti.

quia nominato patre & filio, necesse est etiam intelligi spiritum sanctum. Et mãsionem apud eũ faciemus, id est, morabimur ac manebimus apud illum. Neq; enĩ apud omnes manet, ad quoscunq; venerit Deus. Nam vt beatus Gregorius ait, in q̃rundam cordibus venit, & mansionem nõ facit, quia per compunctionem quidem respectum Dei percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliuiscuntur: sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minime planxissent. Ille autem vere amat, cuius mentem delectatio praua ex consensu non superat.

Gregori°

E

Aduertendum tamen hic est, quia ad eum qui diligit Deum & Christi sermones seruat, dicitur Deus venire, hoc nõ intelligi debere de primo aduentu Dei, quo ex peccatore iustificatur homo, quia hoc modo non venit ad diligentes. Nemo enĩ ad Deum nondum conuersus Deum diligit. Primus ergo eius aduentus, quo impium & peccatorem ad vitam suscitat, non est venire ad diligentes, sed ad non diligentes. Nemo enim prior diligit Deum, imo nemo potest diligere Deum (quod est iustificari) nisi prius in eius mentẽ tota Trinitas venerit. Non ergo ad eum venit aut diligit, qui suos sermones seruat, primo scilicet aduẽtu, quo peccator emin gratiã recipit, quia illo venit aduentu in hominẽ, antequam diligit homo, & suo aduentu facit vt diligat homo: sed quando dicit: Ad eum veniemus, hoc est intelligẽdum de eo in quem iam ante venit, in quo iam est, quẽ etiam fecit vt diligeret: in illum, propterea quia iam diligit, cum patre veniet, & mansionem faciet, hoc est, diligentem se potioribus bonis cumulabit. Sic spiritus sanctus hodie in discipulos venisse dicitur, in quibus ante fuit, propter plurium donorũ cumulationem, quibus ante præditi non fuerant, & nunc illis implebantur.

Deus vtí primo ad mentem hominis veniat.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris.

Sermonem Christi seruare, est illum diligere, reuereri, meditari, non in memoria tantum tenere, sed vita ac moribus hunc exprimere: puta vt in tua vita, vt in opere tuo ac veritate, atque adeo vt re ipsa osten das, quam profunde in cor tuum Dei intra uerit sermo, quamque menti tuæ ille tenaciter hæreat. Lutherani Dei sermonem probe seruant, vt disputent, vt citent in p̃dicatione, sed in vita eorum ac opere sermo Dei longe est ab eis. Nihil enim in eis ibi est Euangelicum. Et sermonem quem audistis, non est meus, id est, non est à me secundum id, quod homo sum: sed eius qui misit me patris, hoc est, illum à patre meo nascendo accipi. Ostendit satis hic probationem dilectionis exhibitionem esse operum. Nam vt Gregorius ait: Vnusquisque vestrum si requiratur an diligat Deum tota fiducia & secura mente dicit: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis, quid veritas dixit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Nã & Ioannes in epistola sua dicit: Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius nõ custodit, mendax est. Amor enim Dei nunquam est ociosus, vt Gregorius ait: Operatur enim magna si est. Quod si operari renuit, amor non est.

Sermonẽ Christi seruare qd st.

F

Gregor. Probatio dilectiõis vt sit exhibitio op̃is

1. Ioan. 2

Gregori°

Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

Hæc, inquit, quæ hactenus docui vos, locutus sum vobiscum corporaliter atque visibiliter vobiscum manens. Nã quod supra dixit: Ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus, non de corporali & externa, sed interna & spirituali mansione intelligitur. Hæc locutus sum vobiscum manens, quorum nunc plenam non potestis omnium accipere cognitionem, quia adhoc minime estis idonei: expedit p̃pterea vobis vt hinc recedam, & paracletum vobis mittam. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, scilicet quæ vobis ad salutem sunt necessaria, & ea quæ docendis per vos sunt necessaria. Et quæcunque dixero, id est, quæcunque à vobis fieri postulauero, quæ vel modo dico vel dixi, & tempore opportuno vt ita faciatis, postulauero, suggeret, id est, ad memoriam reducet vobis. Nisi enim intus sit qui doceat, frustra admouetur doctor, qui instruat foris.

Spiritus sanctus quæ nam doceat.

Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis. Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ neque formidet.

G Pacem relinquo vobis, id est vnionem & tranquillitatem animorũ. Pacem meam do vobis, id est, dabo vobis. Loquitur enĩ de pace beatorũ, quę iam erat in Christo, cuiusmodi nemo alius hanc pacem habuit viuens super terram. Aut ita: Pacẽ relinquo vobis cordis abiturus ad patrem, pacem meam quam ego iam habeo nec vnquam amitto, do, id est, dabo vobis, vos ad ducturus ad patrẽ. Quod vt intelligerent, addit: Non quomodo mundus dat, ego do vobis, hoc est, non carnalem pacẽ, quæ est nullam sentire molestiam, do vobis, sed meam pacem, quæ est ex nulla temporali molestia perturbari. Illam autẽ pacem cœlestem, quæ est nihil discordiæ in anima sentire, omnia quæ in nobis sunt, perfecte subdi Deo, plene impleri Deo, plene absorberi Deo, ad nihilq; aliud extra illum moueri, in futura patria habebimus. Porro in hac vita pax pectoris est quædam tranquillitas ordinis, vt caro subiecta sit spiritui, sensualitas rationi, & ratio Deo. Idcirco anima quæ ab ægritudine passionum non est libera, non habet tranquillitatem pacis: sed de pace plus aut minus habet, quanto se didicerit mortificare ac vincere. Nõ turbetur cor vestrum neque formidet à perturbationibus mundi, aduersitatibusque vobis occurrentibus.

pax mundi quæ sit

Pax cœlestis quæ.

Pax pectoris quę sit

Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Audistis ex me ante hac sæpius, quia vado & venio: abiens quidem hinc, nec tamẽ vos relinquens. Vado igitur per passionẽ à vobis ex hoc mundo, vt non appaream vobis deinceps in hac mortali ac visibili specie: & venio ad vos. Non ita tamen vado, vt vos relinquam omnino, & visitatione mea vos destituam, sed inuisam vos sæpius. Si diligeretis me amore veræ amicitiæ, perfecto & spirituali, gauderetis vtique id est, gratularemini mihi propter glorificationem corporis mei, quia vado ad patrem, vnde iuxta humanitatem nouo modo gaudebo per ascensionem & sessionem meam ad dextram patris: quia pater maior me est, non quatenus diuinitatem, sed quãtum humanitatem meam attinet. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, quod mihi futurum scio in passione & resurrectione: vt cum factum fuerit, credatis. Non ea tantum quæ videtis, credatis facta, sed p hęc q̃ prædixi vobis futura, & postea videbitis impleta, credatis me veracem, Christum & Dei filium.

Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi & in me non habet quicquam.

H Estis tristes, estis perturbati, & propterea inepti ad retinendum: idcirco iam non multa loquar vobiscum: tempus enĩ non finit vt diu loquar. Siquidem non lõge abest vt rapiar à vobis ad mortem. Venit enim princeps mundi huius, non creator aut factor, sed hominum mundanorũ ac prauorum dominator, instigator & rector. Ipse enim, quomodo scriptũ est, rex est super omnes filios superbiæ. Venerat autem diabolus, Christo hoc loquente, ad cor Iudæ, vt traderet Christum, ad Iudæos quoque vt illum occiderent. Volunt quoque nonnulli Christum vbi in deserto tentatus vicit diabolum, etiam postea non vsque quaque caruisse tentatione diaboli, quin postea quoque an Christus foret, diabolus illum tentauerit, præsertim cum de illo scriptum legatur: Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo ad tẽpus. Sed in me non habet quicquam, vt pote peccatum nullum in me inueniens. Non ergo moriar propter peccatum, cui debet mors, nec quasi ex debito mortis.

Princeps huius mundi ... [illegible]

Iob. 41 Luc. 22 Ioan. 13 Mat. 4

Luc. 4

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Non, inquam, moriar, vt qui sententiã in se habet mortis à Deo propter præuaricationem hominis latam. Nihil enim in me prorsus habet inimicus. Quapropter nemo etiam tollet animam meam, sed ego vltro ponam eam in mortem. Quare igitur morieris? Ideo ergo moriar, & hoc inde sequetur, vt agnoscat mundus, quia diligo patrem: & hoc adeo vt ex eius dilectione, & pro eius voluntate meipsum dem in mortem, quo illi obediens inueniar. Hoc est, vt sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Ioan. 10

Tria in hoc Euangelio promitti necessaria omnibus. facio. Obserua autem hic in præsenti Euangelio, tria potissimum promitti, quę Dei maxime desiderant serui. Primum est
I. Dei amor, quem nobis promittit cum spiritū promittit sanctū, qui est amor patris & filij. Qui enim spiritum sanctum recipit quomodo non simul Dei recipiet amorē.
I Ad spiritus sancti receptionem necessaria quæ Vt vero spiritum sanctum recipiamus, primo necesse est, vt habitationem ei exhibeamus mundam ac sanctam. Quid enim faciemus minus Deo, quam quod homini solemus potenti facere? Magno enim aliquo ad nos veniente homine mortali, mundamus ante eius ingressum domum, & inde quicquid illum posset offendere, eijcimus, quicquid fœdum apparet, tegendo ornamus. Tergat igitur sordes praui
Gregor. Tria quæ odit spiritus sanct. operis, qui Deo præparat domum mentis. Sunt autem tria quæ odit spiritus sanctus, quę operæprecium est vt in nobis si spiritum sanctum desideramus, non inueniantur. Primum est duplicitas, dolus ac simulatio, quæ in vnum tendunt. Ibi e-
Sapien. 1 nim deest veritas, vbi aliqua harum est pestium. Scriptum enim est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Secundo, odit carnalitatem cum suis omnibus obscœnitatibus. Non enim nisi mundiciam flagi-
Ibidem. tat. Et propterea sequitur: Et auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Si à cogitationibus recedit ociosis, quomodo habitabat cum immundis? Mundū igitur & sanctum ei faciamus locum opor
Ibidem. tet. Tertium est quod detestatur, peccatū, sicut scriptum est: In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in
Ibidem. corpore subito peccatis. Et iterum: Spiritus sanctus corripietur, id est, expelletur à superueniente iniquitate. Secundo, ad spi-
II. Eccl. 3 ritus sancti receptionem necessaria est, profundissima humiliatio. Hac enim sola honoratur. Vnde scriptum est: Magna potētia Dei solius & ab humilibus honoratur.
Esaiæ 66 Et alibi: Super quem requiescet spiritus
Psal. 103 meus, nisi super humilem & quietū, & trementem sermones meos? Quamobrem nō incōgrue Psalmista dicit: Qui emittis fontes in conuallibus, hoc est, fluenta gratia-
Gen. 1 rum in cordibus emitis humilium. Inde etiam hoc intelligitur: Spiritus domini ferebatur sup aq̄s. i. sup corda mollia ac mā-
Gen. 3 sueta. Cōtra vero principi huius mūdi diabolo antiq̄ serpēti dictū est: Sup terrā gradieris. i. in hoībus terrenis atq; rebus caducis tantum deditis requiesces, qui cibi tui erunt, quia terram comedes. Superbos quoq; inhabitat quam libenter, quandoquidem rex est sup omnes filios superbię. Iob 41
Idcirco vocat à Paulo princeps aeris huius. Omnes enim supbi nihil sunt, sed tantum vt vter vēto ac aere inflati sunt. Tertio Ephe. 2
ad receptionē spiritus sancti necessaria est III. Psal. 75
pax & tranquillitas mentis. Siquidem in pace factus est locus eius. Secundū quod K
Dei seruis desideratum hic promittit, est q̄ Dei amor in illis maneat, quum dicit: Et mansionem apud eum faciemus. Quæris fortasse, quō Dei seruabis amorem? Vide quomodo ignis naturalis seruatur, ne extinguatur, pari modo tibi ignem spiritus sancti conseruari necesse est. Nam ignis Amor Dei quō conseruandus sit
materialis primo conseruatur absconditus atque obuolutus cinere. Hoc modo amor Dei, seu ignis spiritus sancti, mortis memoria & cōpunctionis exercitijs est abscōdēdus. Decet enim amātē feruido amore interdum redire ad sui cognitionem ad meditandam suæ conditionis vilitatē, ingratitudinem & mortalitatem: quo alio iterum tempore in sublime feruentiores amoris flammas emittat. Secundo, seruatur & nutritur per lignorum appositionē. Hoc modo Dei amor in nobis nutritur p bonoꝝ opeꝝ multiplicationem. Hęc em̄ opera bona dico, quæ ex charitate generātur, quæ amoris diuini flamma accendit. Opera q̄nam dicenda sint bona.
Quæ quanto sunt frequentata & plura tāto Dei amor magis ignescit. Tertio ignis seruatur excitatur, renouaturq; per flatū. Pari modo ignis .i. feruor diuini amoris duobus modis sufflatur, atq; ad maiorem incendij viri excitatur. Primo per desideria sancta. Desideria enim sancta atq; continua nihil aliud sunt amori, quā follis igni. Vnde Ecclesiastes: Si sufflaueris, quasi ignis ardebit. Secundo, inflammatur hic i- Eccle. 28
gnis, crescitq; per Christi insufflationem, hoc est per copiosiorem collationem amoris sui. De hac insufflatione legimus in die Paschæ, quod foribus clausis ad discipulos intrauerit, atque eis insufflauerit, & dixerit: Accipite spiritum sanctum. Tertium est quod Dei serui vehementer desiderant, scire scilicet, an Dei habeant amorem, hoc est, an sint in Dei gratia, aut statu salutis. Quod cum nemini scire possibile sit, sed absconditum cūctis atque incertū, hic tamen signum dat, quo facilior fieri, Ioan. 20 L

potest coniectura, maiorque spes haberi, Dei nos habere amorem, si hoc in nobis inuenerimus signũ. Dicit enim dominus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. (Ioan.14) Quod vnusquisq; in se an inueniat, discutiat se. Quia si non inuenerit, certus potest esse se Dei non habere amorem, quamuis incertus maneat, tametsi inuenerit, cõsolationem tamen spei hanc habet, se esse in Dei amore. Sunt tamen alia quoque signa præsentiæ spiritus sancti, si recolere volumus, quibus speciebus super Christũ apparuerit spiritus sanctus. (Tres species in quibus apparuit spiritus sanct⁹ mysticegd) I. Prima est species nubis lucidæ, in qua spiritus sanctus se manifestauit super Iesum in eius transfiguratione. (Mat.17 Mar.9 Luc.9) Nubes autem in se continet aquæ guttas stillantes. Quo significatur cõpunctio, lachrymarumque vel pro peccatis, vel ex amore Dei profluuium & distillatio. II. Secunda est species columbæ super Christo baptizato, (Mat.3 Mar.1 Ioan 1) in qua spiritus sanctus apparuit: qua significatur innocentia ac simplicitas, dolo ac felle carens, viuentis in iustitia, æquitate ac charitate ad omnes homines. III. Tertia est species ignis, in qua hodie super discipulos apparuit. (Acto.2) Qua significatur feruida supernorum appetitio (ignis enim semper tendit sursum) quæ in homine esse non potest, nisi simul ibi quoq; fit temporalium mundanorumque rerum contemptus. Dominus noster Iesus Christus sua nos gratia visitet, nobiscum maneat, nosque in sua charitate non solum roboret, sed & confirmet. Qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

SERMO DE EADEM DOminica. Cuiusmodi debet esse præparatio, cuiusmodi hospitium quod dignetur spiritus sanctus.

M

ACcipietis virtutẽ spiritus sancti supuenientis in vos. Acto. I. Sublimia atq; acuta de spiritu sancto inuestigare aut loq vobis quidem (vt reor) generaret audiẽdi fastidium, meum vero etiam excederet ingenium. Hoc magis nostri debet esse studij, spiritum sanctum recipere, quam subtiliter de eo disputare. Ad q̃d cum etiã nõ fuerit necessario nostra impendenda instructio, non inutiliter tamen sit exhortatio, Itaque non docentis, sed cohortantis partes acturi, auscultemus quid nobis promittatur. Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos. (Acto.1 Acto.1) Promissum spiritum sanctum charissimi, in discipulorum corda hodie dominus infudit. Et quod olim discipulis, hoc quotidie vsque ad cõsummationem seculi facit credentibus. (Spiritus sanct⁹ in nobis potissimum amat.) Proinde, quisquis sanctum desiderat spiritum, mundet & paret ei habitaculum: quandoquidem nihil sic amat spiritus mũdus atque cor mundum: cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum. (prou.8) Expellat omne peccatum, & quicquid illi nouerit displicere & abijciat. Colligat animi sui vires omnes, & cogitationes curasque rerum mundanarum, præsertim inutilium abigat, purificet affectus, & se quanto potuerit studio: gratum domino hospitium exhibere contendat. Potest autem dignæ parationis similitudo accipi ab his, quæ videmus circa terreni alicuius hospitis magni susceptionem fieri, (Spiritus sancti ad veniẽti dedi quæ sicie pre parat.) qui quanto est potentior, quanto nobilior, quanto dignior, tanto maiori cura, tantoque nobilius, mundius, ac speciosius ei paratur hospitium. Placet domino terreno, illucque libenter diuertit vbi eius aduentus vehementer desideratur vbi inuitatur crebrius, vbi accessus ipsius vigilanter obseruatur, vbi occurrentibus multis passim hilariter excipitur, vbi denique monitis eius obtemperatur: & postremo vbi in pace, tranquillitate ac reuerentia magna susceptus colitur. Expedit tibi o anima, quæ sponsa vis esse Dei, vt talẽ spõsum hospitem ad te venientem digne suscipias, eius aduentum feruentibus suspirijs desideres, crebris nuncijs inuites, domus tuæ familiam probe instituas, quæ cuncta boni hospitij iura obseruet, ne quod tanti hospitis oculos quæat offendere, intra te reperiatur. N Principio tibi necessarium est, vt hospitem hunc ardenter desideres. (Hospicium nam ipsi tui sancti parentur.) Huius desiderij manifestandi gratiæ, aut potius exercendi duos mittas nuncios, scilicet humilitatem, hoc est, propriæ vtilitatis cognitionem, & orationem ad eum inuitandum. Porro ad cordis tui portam duos constituas custodes, qui hospitis huius aduentum obseruent atque aduigilent, vt præter ipsum alium admittant neminem. (Custodes duo ad cordis portã ponendi sunt.) Hi sunt circumspectio vigilans, & discretio prudens. Hi custodiant cor tuum, ne intret quem hospes ille nolit, ne appareat ibi q̃d hospes, id est, spiritus sanctus auersatur,

ſatur, ne etiam rurſus quod diligit ille, ex cludatur. Siquidem neminem vult ille de familia ſua, hoc eſt, de virtutibus, bonis in ſpirationibus, & donis ſuis excludi, neminem de hoſtium, id eſt, carnis, mũdi ac dia boli partibus admitti. Vtrobiq; ſi negligẽ tia admiſſa fuerit, aut non veniet, aut lon gius, ſi præſto fuerit, recedat. Legimus

1.Reg.4 Iſboſeth filium Saulis interfectum, propterea quod ad portam regis ſuæ ancillã conſtituerit oſtiariam, quæ ſomno oppreſ ſa, locum dedit hoſtibus latrunculis domum latenter introeundi, & regem interficiendi. Sic enim legitur: Venientes filij Remmon Berotthitæ, Rechab & Baana in greſſi ſunt feruente die domum Iſboſeth, qui dormiebat ſuper ſtatum ſuum meridie & oſtiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter, aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſe runt eum in inguine Rechab & Baana fra ter eius, & fugerunt. Quod gloſſa myſtice exponens: Oſtiaria inquit, triticum purgat, cum mentis cuſtodia diſcernendo vir tutes à vitijs ſeparat: quæ ſi dormierit, in mortem domini proprij inſidiatores admittit, quia ſi diſcretionis ſollicitudo ceſſa uerit, ad interficiẽdum animum malignis ſpiritibus iter pandit. Qui ingreſſi ſpicas, tollunt, quia bonarum cogitationum ger mina auferunt, atque in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine enim ferire, eſt vitam mentis carnis delectatione perforare. Nõ enim Iſboſeth in opinata morte ſuccumbe ret, ſi non ad ingreſſum domus mulierem, id eſt, ad mentis aditum mollem cuſtodiam deputaſſet. Fortis enim vigilque ſenſus præponi cordis foribus debet, quem nec negligentiæ ſomnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. Vnde bene Iſboſeth dicitur, qui cuſtode fœmina hoſtilibus gla dijs nudatur. Iſboſeth enim vir confuſionis dicitur. Vir confuſionis eſt, qui forti mentis cuſtodia non eſt munitus, quia dũ virtutes ſe agere æſtimat, ſubintrantia vitia neſcientem necant. Tota ergo virtute muniendus eſt mentis aditus, ne eam hoſtes inuadant, & penetrent foramina negle ctæ cogitationis. Hæc ibi. Vnde liquet quam neceſſarium ſit per ignauiam non dormitare, per negligentiam cordis cuſtodiam non deſerere, ſed velut ad portam vigilantem circunſpectionem & pru

Oſtiaria triticum purgans & obdormiens myſtice quid.

Iſboſeth quid inter pretetur.

dentem diſcretionem cuſtodes cordis ponere, quæ cogitationes, affectus, omneſq; inſtinctus diſcutiant, & quid à limine cor dis propulſandam, quid introducendũ ſit diſcernant. Vigilandum eſt igitur omni tẽ pore, quia & hoſpes ille qui pro ſua boni- Marc 13 tate, pro ſuæ charitatis largitate aduenire dignatur, vel nõ inuitatus pulſat: vbi ſi ne- Apoc.3 minem ſe intromittentem aut vigilantem inuenerit, recedit. Fratres, heu quam ſæpe hoc hoſpite pulſante ad noſtri cordis ianuam, nemo eſt qui aperiat, nemo inuenitur domi. Dormit ancilla oſtiaria, aut prorſus non eſt qui portam cuſtodiat conſtitutus. Patet liber omnibus in cordis hoſpitium introitus & exitus, Eam ob rem cui ſoli debuerat ſeruari hoſpitium, abſcedit, vtpote qui ſecretum diligit, nec tumultui ſe cogitationẽ admiſcet. Sponſus eſt animę & præ omnibus vult vnus amari. Eſt aliud præterea, quod ad hoſpitium bonũ O pertinet, videlicet vt parata ſit ibi familia ad obſequendum hilariter hoſpiti noſtro de quo loquimur, & de quo canit Eccleſia dulcis hoſpes animæ, illi deuotio ſancta ex pectabunda occurrat, & ad amplectẽdum eius beneplacitum, omnimodis ſeſe paret. Obedientia quicquid gratum cognouerit exequatur, amor cum hoſpite familiare ineat colloquium, cuius pręſentia vegetatur. Puritas affectionum & intentionum cordis, ſilentium & pacem, & quietem in vniuerſa domo conſtituant. Conſideratio reuerentiam, laus impendat gratiarum actionem. Hæc eſt o anima domus tuæ familia, quam ad cultum & obſequium ſponſi tui inſtituas. Interim conſiderandum quoque, quod quamuis multis & miris plerũque modis mentibus illabatur humanis ſpiritus ſanctus, qui in milia quidẽ & milia poſſent diſtingui, ſi poſſent etiam explicari: quippe cuius viſitationes adeo ſunt occultæ, vt ne à nobis quidem ſæpenumero poſſint agnoſci, tria tamen in Euangelio legimus circa aduentum ſpiritus ſancti ſigna viſibilia, quibus quomodo animam inuiſibiliter ingrediatur, ediſcimus. Legimus nanque ingentem ſonitum, hoc eſt, q̃ ſi quandam tremefactionem. Legimus item linguas igneas, legimus ſpeciem colũ bæ, quibus ſuæ præſentiæ aduentum & operationem ſignificauit ſpiritus ſanctus.

Familia ſpiritualis qui ordinanda.

Signa tria viſibilia in quibus uenit ſpiritus ſanctus, quid myſtice p̃tendant.

Acto.2 Ibidem. Matt.3 Mar.1 Ioan.1

I. Itaque fratres quoties ſentimus tremorem & terrorem cordis ſuper peccatis no-

ſtris nondum emendatis, item ſup iuſtitia Dei tremenda & ineuitabili, ſuper inferni pœnis horribilibus, quoties, inquam, corde concutimur, ſonitũ audimus, q̃ corda noſtra pulſat ſpiritus ſanctus: adſit tũc circũſpectio vigilãs, & intelligat: adſit diſcre-
[Apoc.3 Acto,9] tio prudens, & pulſanti aperiat. Occurrat deuotio hilariter, paret ſe obedientia, & dicat: Domine, quid me vis facere? Paratum
[pſal.56.& 107] cor meum, paratum cor meum. Vias tuas
[pſal.27] domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas
[pſal.142] doce me. Doce me facere voluntatem tuã,
[Acto.6] quia Deus meus es tu. Hoc modo ad cor Pauli ſanctus ſpiritus accedens pulſauit, hunc ſonitum Paulus audiuit equo deiectus. Ita complures alij ſpiritum ſanctum hoſpitem acceperunt. Quapropter chariſſimi, quicquid aduerſi nobis occurrerit, quicquid corpus moleſtauerit, quicquid anguſtiauerit mentem, ſit infirmitas, ſit exilium, ſit captiuitas, ſit egeſtas, ſenectus aut alia quæuis calamitas, ſonus eſt magnus, nec parum ſaluber, quo corda noſtra pulſat ſpiritus ſanctus, deſiderans intromitti. Abſit nos ita dormire, vt ſpiritus ſancti aut nunciorum eius pulſum non audiamus. Abſit ita mũdi ebrios nos eſſe amore, vt q̃d pulſus ille inſinuet haud intelligamus, Abſit ita obſtinatos eſſe, vt contra pulſantem diuinam prouidentiam nos excitare cupientem, etiam aut murmuremus, aut recalcitremus.

[P II. Liguæ igneæ quid myſtice] Altero modo venit ſpiritus ſanctus ad cordis noſtri hoſpitium pulſans per linguas igneas, vtpote per ſacræ lectionis aut prędicationis aut correptionis verba, illuminans mentẽ iuxta ac flammans. Hoc modo quam ſæpe corda hominum viſitet ſpiritus ſanctus, q̃ ſæpe animos mutet, ad eorum quæ auribus hauriuntur aut mente voluuntur, amorem & deſiderium inuitans, teſtantur omnes hiſtorię tum canonicæ, tum aliæ ſacrę. Verum quam graui plerumq; ſomno hoſpitij noſtri familia omnis dormitet, hinc liquet, quod non ſine grandi mœrore ac tœdio animi nonnunquam ſpiritualia audimus. Frigida enim tunc nobis eſt tam lectio quam aliena prædicatio, ac veluti fabula audit, q̃cquid contigerit audiri.

[III. Colũbæ ſpecies v… inſinuet ſpiritũ ſanctum] Tertio, ad q̃rundam venit hoſpitium ſpiritus ſanctus in ſpecie. i. in ſimilitudine colũbę, emolliens eos beneficijs & proſperitatibus temporalibus, veluti blanditijs quibuſdã ad ſui amorem alliciẽs, nihilq; felleum, nihil auſterum obijciẽs, ſed benignum ſe exhibens, & ſecum faciens omnia ſuauia ac tranquilla. Hoc modo per multi præuenti benedictionibus dulcedinis in innocentia perſtiterunt, multi etiam ex facinoroſis actibus ad correctiorem vitam ſanctimoniamque redierunt. [Pſal.11] Sic cuidam, vt legitur, Eccleſiaſtico non admodum laudatæ vitę teſſeris ludẽti, oblata fuit canonica ipſius electio ad Epiſcopatum. Qui ſemetipſum erubeſcens, & diuinam erga ſe bonitatem ſtupens, adeo eſt compunctus, adeo in alterum virum ilico mutatus, vt non ſine grandi cunctorum admiratione, qualẽ huius officij dignitas poſcebat, epiſcopũ integerrimum preſtaret. Alteri non minus lubrico dum inſinuaretur eius electio ad Epiſcopatum, adeo diuinam admiratus eſt bonitatem, adeo ſe conuertit ad Deum vt relicto mundo relictiſque omnibus, cœnobiticam aſſumerret religionem.

[Q Spiritui ſancto aperiendum hoſpitium cordis] Itaque chariſſimi emundemus hoſpitium ſpiritui ſancto dedicandum, vigilemus ad tanti hoſpitis aduentum. Pulſat caro et aperimus, pulſat mundus & vigiles occurrimus, pulſat & ingredi tentat inimicus & conſentimus, pulſat ſpiritus ſanctus, & deſides ſumus: Vult ſe nobis donare Deus & diſſimulamus, imo contemnimus, quia viliſſima ei anteferimus, & immunda terrenaque plus amamus. Dixi iam quomodo triplici pulſat modo. Bonę eius inſpirationes ſunt pulſus ad oſtium cordis, quæ interdũ ſine exteriori euidẽti immutatione aut ſigno infunduntur; quomodo ſolo [Ioan.20] flatu, aut vt textus habet, inſufflatiõe Chriſti, ſuper diſcipulos legimus ſpiritum ſanctũ illis datum. [Apoc.] Cæterum ſunt qui iam apparuerũt, q̃ introduxerũt, q̃ hoſpitem habent ſpiritum ſanctum ſecũ cœnantẽ. [Spiritus ſanctus quomodo retinendus. Sapien.] His magnopere curandũ eſt vt retineant, nõ aliud admittãt, cũ q̃ ipſe nihil habeat cõmercij. Siq̃dẽ ſimplex eſt, purus & ſanctus, ideo diſciplinæ effugit fictũ, auſert ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. [Ioan 14, 15, & 16] Deteſtatur mendacium, vtpote ſpiritus veritatis, diſcordiam non ſuſtinet, vtpote ſpiritus pacis, fugatur odio ſpiritus charitatis, expellatur quocunque mortali peccato, vtpote ſpiritus ſynceritatis, & ſanctitatis. Qui, vtinam regat & dirigat nos, & ad gaudia perennitatis introducat, Amen.

IN

IN DOMINICA SVPER SANCTISSIMÆ Trinitatis, epistola B. Pauli apostoli ad Romanos XI.

IX O Altitudo diuitiarum sapientiæ & sciẽtię Dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria, in secula seculorum, Amen. Sapien. 9 Esaiæ 4 1. Cor. 2

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Rom. 3. 6 & 9. 10. 11. MVlta ad Romanos Paulus scribens, tractauerat de fide, de gratia, de merito, de lege, de prædestinatione, vnde à curiosis multæ possent fieri quæstiones, quare scilicet Iacob elegit, Esau vero odio habuerit? Cur aliorum miseretur, alios indurat, seu indurari sinit. Alium hic corripit tanquam pater, aliũ impune sinit peccare & perire. Deinde, quare primũ Iudæos, & postea Gẽtes elegerit, nouissime tandẽ iterum omne genus Iudæorum ad se conuertet. Harum omnium ac similiũ quęstionum ne quis solutionem quærat, vna generali admiratione, tacens omnem aliam responsionem singularem, cuncta hæc ambigua absoluit, & dicit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientię Dei, quę absq; iustitia & ratiõe æqua nihil agit. Si enim vnus passer in terrã absque Dei prouidentia non cadit, quomodo maiora atque humana reguntur absq; sapientia & prouidẽtia Dei? Hanc autem nobis scrutari, aut huius inuenire rationẽ nobis est impossibile. O igitur altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, nunq̃ non iusta, sed tamen quomodo iustissima sint & reuerenda, nos pro maxima parte latet. Et quam inuestigabiles viæ eius quas ambulat. Nemo enim secretas illius iustitię regulas perscrutari potest, nemo inuenire, nemo penetrare. Quis enim cognouit sensum domini? Nemo profecto, quia secretorum eius nemo conscius est hominũ. Aut quis consiliarius eius fuit Deum instruẽs? Aut quis prior dedit illi, qui per hoc meruerit, vt retribueretur ei? Nemo enim dare potest, quod non accepit. A quo autem accepimus omnia, aut cuius sunt quæ habemus omnia, nisi Dei? Quoniam ex ipso, id est, ex patre, & per ipsum, id est, per filium, & in ipso, id est, in spiritu sancto sunt omnia. Aut, ex ipso sunt omnia, tanquã e creatore, per ipsum verbum, seu sapientiam omnia sunt, id est, gubernantur, in ipsa bonitate spiritus sancti omnia conseruantur. Ipsi gloria sit. Cui ipsi sit gloria? Ipsi ex quo omnia, & ipsi per quẽ omnia, & ipsi in quo omnia, vt idem intelligatur vnum, quoad substantiam, trinus autem distinguatur in personis.

Margin notes: Mala. 1; Exodi 33; Matth. 10; Sapien. 9; Esaiæ 40; 1. Cor. 2

EIVSDEM DOMINICÆ SANCTISSIMÆ Trinitatis, epistola altera, iuxta quarundam ritum Ecclesiarum beati Pauli apostoli, secunda Corinthiorum decimotertio.

GAudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite. Pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omĩbus vobis, Amen.

B PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ioan. 1 GAudete de gratia domini nostri Iesu Christi, qui vos vocauit potestatẽq; dedit filios Dei fieri. Gaudete quoq; de secura vestra conscientia, quæ vos non repræhendit, nec aliq̃d retinetis in ea mali, q̃d vobis placeat repositum,

Matth.5 positum. Perfecti estote, nō vt nihil vobis adiici vltra possit in virtutibus incrementi (hoc enim modo Deus solus ē perfectus) sed vt perfecti sitis, quibus nihil ad salu-
1.Cor.1 tem, & iustitiam desit, quod sit vobis necessarium. Exhortamini alius aliū, quo promoueat fratrem suum vnusquisque ad me-
Ephe.4 liora. Idem sapite, ne in vobis dissentiones inueniantur, & schismata. Pacem habet inter vos, supportantes inuicem in charitate, pacemque habete cum domino Deo, ne ab eius voluntate dissentiatis. Quod si
2.Cor.13 feceritis, Deus pacis & dilectionis autor, atque largitor, erit vobiscum. Gratia domini nostri Iesu Christi, qua nobis gratis peccata nostra donauit. Charitas Dei, qui
Ioan.3 sic mundum dilexit, vt filium suum daret vnigenitum in mortem, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam: & communicatio sancti spiritus, qui tam patri in dilectione, quam filio in misericordia, & gratia nobis impartienda communicauit, cooperans nostram salutem, sit cum omnibus vobis. Hęc enim Trinitas salutis nostræ perfectio est. Charitas
Galat.4 nanque patris misit nobis filium suum, fi-
1 Petri 2 lius seipsum nobis tradidit in redemptionem & precium, auferens à nobis chirographum delicti, & sententiam mortis. Spiritus sanctus, vt hāc gratiam percipiamus, possideamusque salutis, sui communicatione facit.

EXEGESIS EVANGELII in dominica Sanctissimæ Trinitatis, Ioannis tertio.

C

Hodie octauę sunt Pētecostes, quibus memoria adhuc recolitur munificentiæ, & donorū spiritus sancti, quæ potissimum nobis in regeneratione nostra spirituali infunduntur, hoc est, in baptismo in quo renascimur, in fide, & in nomine sanctæ Trinitatis, cuius hodie solenne festum seruat Ecclesia, & Euangelio satis cōgruo vtitur, in quo memoria fit spiritus sancti, & regenerationis nostræ. In hoc Euangelio inuenitur Trinitatis personarum in diuinis assertio, sicut dixi. Siquidem pater significatur cum sua potentia, in hoc quod dicitur: Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Exprimitur filii persona cum sua sapientia, vbi dicitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Exprimitur spiritus sancti persona cum sua bonitate, vbi dicitur: Spiritus vbi vult spirat. Sic ergo dicit sanctus Ioannes:

Trinitatis personarum in diuinis assertio.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Describitur nobis Pharisæus quidā ac princeps, legisque doctor, qui de secta erat Phariseorum, Nicodemus nomine. Hic oc- Ioan.19
cultus erat discipulus domini, qui viderat signa & miracula domini: vnde intellexit aliquid, quam in alio puro homine, plus esse in Christo. Non tamen palam aude- Ioan.12
bat confiteri Christum, propter metum Iudæorum, ne extra synagogam fieret. Erat enim illorum vnus, de quibus Euangelista Ioan.12
dicebat: Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum. Et ipse erat princeps non summus, sed de principibus vnus, puta rector, atque doctor Iudaicę plebis. Propterea mox sequitur: Princeps Iudæorum. Hic itaque excellentiam potestatis & sapientiæ mirabilem Iesu sentiens, desiderabat magis informari.

Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia venisti à Deo magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

D

Nicodemus, inquit, nocte venit ad Iesum. Quare nocte? Ideo profecto, qā Iudęorum metuebat inuidiam, ac persequutionē, vt interdiu non auderet Christum accedere. Vel, qā doctor erat legis, erubescebat palam à Christo discere. Hic Nicodemus fuit, q̄ fauore Christi locutus est ipm̄ excusans, aliisq; principibus, dicens: Nunquid Ioan.7
lex nostra iudicat quenquam, nisi prius audiat illū: Hic etiam Christū sepeliuit: Itaq; Ioan.19
cum esset cum Christo, sic cum alloquitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti missus scilicet magister veritatis. Beatus quem non pecunia, sed sapientia & studium veritatis, facit magistrum. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo, id est, nisi Dei fuerit amicus, cui diuina virtus cooperetur, quemque orantem exaudiat. Miracula non semper testantur sanctitatem, alioqui nō diceretur: Discedite à Lucæ 13
me operarii iniquitatis, his qui sunt Christo dicturi: Dn̄e nōne in nomine tuo pphe- Matth.7
tauimus, & in nomine tuo multa signa fecimus?

Nicodemi deuotio erga Christum.

mus? testantur tamen veritatem doctrinæ. Nisi enim quis veritatis sit prædicator, ac doctor, Deus eius mendacio non attestabitur, nec illum miraculis glorificabit ad alios seducendos. Obserua quod Nicodemus confitetur Iesum amicum Dei, à Deo missum, sed nondum credit filium Dei. Vide tamen quam benigne dominus eum recipit, quomodo imperfectionem fidei eius non arguit, aut exprobrat, sed dissimulat. Verum ignorantiam cupiens erudire, miro modo p obscura verba eius ingenium, ac pietatem exercens erigit. Docuerat eñi ipse dominus lignum fumigãs non extinguendum, nec calamum quassatum confringendum. Videte etiam quod dominus non mox se confitetur Dei filium, sed vbique se magis ostendit Dei filium virtute, quam sermone. Satis sibi videbatur astruere, quod nihil doceret, nihil ageret contrarium patri: quis autem esset, quidve posset, re ipsa loquebatur.

Nicodemi fidei imperfectio quanta. Esaie 42. Ibidem.

Respondit Iesus & dixit ei: Amen amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

E

Non ad ea verba quę ille loquebatur, Iesus respondit, sed ad eius animum, intentionemq; Nicodemi, qui propterea venerat, vt disceret à Christo, quomodo oporteret eum saluũ fieri. Ad hoc igitur dominus respondit: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, scilicet per spiritualem regenerationem, qua esse aliquid spirituale incipiat habere, ac deiforme, quomodo ex naturali, corporaliq; generatione olim esse recẽpit corporeum, ac naturale (Hoc autem esse spirituale recipimus in baptismate.) Non potest videre regnũ Dei, id est, scire secreta Ecclesiæ & diuinitatis. Verum de hac spirituali generatione nihil intelligens Nicodemus, disputare cœpit contra verba Christi. Non enim erat de numero illorum, qui audiẽtes verba Christi, nec intelligentes scandalizati sunt & abierunt: quia quod non intelligebat, vt intelligeret, apud magistrum veritatis institit.

Marc. 6 Ioan. 6

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in vẽtrem matris suæ iterato introire & renasci?

Non intelligẽs Christum Nicodemus, putabat illum de carnali loqui generatione. Extra enim hanc nondum aliam didicerat. Ideo ad hæc verba Iesu expauescens quærit, dicẽs: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? De seipso loquitur interrogans, quia pro seipso tantum erat sollicitus, cum esset senex. Corporali enim regeneratione nec infans posset renasci. Nũquid potest homo in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Quasi diceret: Hoc tam absurdum, quam impossibile foret. Volens Iesus lucidius loqui & tollere obscuritatis verborum ambiguitatem, sermonem suum manifestius iterat.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

F

Hic cuiusmodi natiuitatem loquatur, lucidius explicat, nempe eam quæ est spiritualis, ex aqua, quæ sola quidem & sine verbo nihil nisi corpus lauaret: verum accedente verbo, accedenteque spiritu sancto in baptismo, in aliam vitam, & alium viuendi modum, seu in aliud viuendi genus renouat hominem. Quocirca sciẽdum, triplicem esse natiuitatem. Primam ex parentibus, quæ carnalis est, qua cum dolore matris omnis infans in mundum nascitur plorans, tametsi de Zoroaste (quem Cham filium Noe fuisse autumant) legatur, quod mox natus riserit. Hic artis magicæ fuisse refertur inuentor, Rex Battrianorum, à Nino rege Assyriorum, qui in Genesi assur vocatur, postea occisus. Prima itaque vox hominis post hanc natiuitatem est ploratus. Nascitur etiam homo curuus, quasi quadrupes more bestiarum. Vnde merito humiliari deberemus. Est enim miserior omnibus pullis bestiarum homo. Bestiolæ enim aliæ mox natæ, gradi, aut repere, & edere incipiunt. Homo nisi alieno fultus auxilio, nihil horum potest. Secũda natiuitas est spiritualis, qua in vitam spiritualem regeneramur in baptismo. Aqua enim elementaris tenet locum, seu speciem matris. Spiritus sanctus tenet locum patris. Verbum aũt sacramentale est, quasi semen diuinũ, Augustino dicente: Accedit verbũ ad elementũ & fit sacramentum. Nec ociosum nobis videatur in aquam mergi, quandoquidẽ Petrus cos quoq; qui spiritum sanctum receperãt, iussit nihilominus baptizari. In aqua eñi dum mergi-

Natiuitas hominis triplex q. Zoroastes quis fuerit. Gene. 10 Natiuitas hominis q̃ sit miserabilis. Natiuitas spũalis quæ. Augusti. Actor. 10

mergimur, vetus homo noster sepelitur, & emergentibus nobis, nouus homo, qui secundum Deum est, resurgit. Cōsepelimur itaque, vt Apostolus ait, Christo per baptismum. Tertia natiuitas est cœlestis, qua nudi egredimur de vtero Ecclesiæ per mortem, & in nouitatē gloriç renascimur, liberati ab om̄i miseria & angustia præsentis vitæ. Primam solam natiuitatem Nicodemus meditabatur, qua per generatiōem carnalē homo esse acquirit humanū & corporale: ignorabat vero aliā esse vitam, scilicet gratiæ, aut aliud esse spirituale, q̊d assequimur in baptismo. Idcirco dn̄s plenius ei distinguit, dicens inesse homini oportere duplicem vitam, seu duplex esse.

Roma. 6
Colo. 2
Natiuitas hominis cœlestis quæ.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Nō mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.

G Quod natum est ex carne, caro est, id est, proles genita à carnali parēte, caro est, & generatio carnalis habet esse carnale. & q̊d natū est ex spiritu, id est, q̊d spiritualiter natum est, spiritus est. Non mireris, non sit tibi adeo hoc rarum, aut alienum, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Obiectio enim tua loquitur de carnali generatione, ego de spirituali loquor. Spiritus, id est, vētus, vbi vult spirat, id est, flat illuc quo inclinatur, & vocem eius, id est, sonum audis, & nescis vnde veniat aut quo vadat. Ac si diceret: Esse spiritualem natiuitatē dico, nec tamen eam propterea non debes credere, quia non capis hanc generationem, quum nec intelligas vētum quem audis, vnde veniat, aut quo vadat, id est, vbi incipiat, aut terminetur. Aut aliter: Spiritus sanctus vbi vult spirat, id est, gratiam suam vbicunque voluerit, libere effundit, & vocem eius, id est, sacram scripturam, in qua tibi loquitur, & intus operatur, audis: aut vocem eius, id est, internam allocutionē, quam intus percipis, audis, sed nescis vnde veniat, aut oriatur, nec quo vadat, id est, vbi terminetur. Quasi dicat: Multa sunt, quæ percipis esse, quorum tamen originem & finem nescis, hoc scilicet sciens, quod sunt, alia, quomodo, aut vnde sint, nesciens.

Sic est ōnis, qui natus est ex spiritu. Cuius natiuitatis principium, id est, spiritum sanctum, & finem, id est, æternam felicitatem nescis. Quasi dicat: Tametsi videas eum, qui in baptismo renascitur, & aquam, verbaque sacramentalia quibus regeneratur: non tamen vides spiritum sanctum regenerantem, à quo renascētia hæc oritur, nec ad quid illum renascentia, seu spiritualis natiuitas perducat, scis. Quomodo ergo in illis quorum originem & finem nescis, licet scias ea fieri, ita credas oportet spiritualem natiuitatem, quamuis eius natiuitatis occultum mysterium, id est, regenerandi principium & finem non capias.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quo modo possunt hæc fieri?

H Non reprehendit hæc vera non esse, sed quæ credebat vera esse, ea optabat intelligere. Erat enim totus in lege eruditus, sed circa literam solam versari adeo fuit assuetus, vt ad spiritualia capienda minus propterea idoneus esset. Et ideo dominus, vt magis reddat capacem, duriuscule loquitur ad humiliandum eum. Erat enim magister in lege, & idcirco aliquid erat in oculis suis & aliorū (quod satis indicat, quod nocte quasi verecundus ad discendum ad dominum venit) ideo à domino humiliatur. Nemo enim ex spiritu nascitur, teste Augustino, nisi humilis fuerit.

Nasci ex spiritu qui dicatur.
Augu.

Respondens Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum nō accipitis.

Tu qui es magister in Israel cōstitutus, merito hæc ignorare non deberes, qui baptismi sacramentum sub figura in transitu maris rubri, & in tot ablutionibus veteris testamenti toties legisti. Amen amen dico tibi, quod scimus nos, scilicet pater, filius, & spiritus sanctus, aut nos Messias, rex & Christus, loquimur: & quod vidimus, oculo scilicet interiori, testamur, id est, constanter asserimus, & miraculis testamur ego & renati apostoli, de his puta, quę ad salutem scitu necessaria sunt: & testimonium nostrum non accipitis, id est, verbis prædicationis nostræ non creditis vos pharisæi & principes. Non loquitur autem hæc verba singulariter Nicodemo qui credebat, licet in fide cupiebat informari, sed de populo toto Iudæorum.

Exod. 14

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?

[...icode ...num vt Christus exercitat ad humilitatem.] Vide, quomodo Nicodemum de altitudine humanæ sapientię ad humilitatem, de litera ad spiritum ducere nititur. Multipliciter enim illum humiliat, exercetq;, vt capacē spiritus, vt quæ diuinę eruditioni reddat idoneum. Si, inquit, terrena dixi vobis & non creditis (terrena non solum ea putat, quæ hic de vento & spiritu, sed quæ etiam ante locutus est, quam Nicodemus accesserat ad Iudæos) quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? puta de inuisibilibus Dei, de Trinitate personarum, & diuinitatis vnitate, de filij æterna generatione? Sūt tamen quædam cœlestia & secreta, quæ ad Christum pertinent, hæc Christianum nō oportet ignorare, vt sunt personę vnitas in Christo sub duabus naturis, eiusdē passio qua eramus redimendi, item Dei amor erga nos, qui filium suum p nobis dedit in mortē, ne pereamus. [Roma. 8] De his Nicodemum instituit. Propterea sequitur:

Et nemo ascēdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

I

[Naturæ duæ qui in Christo sint intelligendæ.] Pro verborum horū intellectu rememorandum est Christum vnam duntaxat esse psonam in duabus naturis. Quare quicquid vel alterius naturæ gratia, hoc est, aut humanę, aut diuinę huic cōuenit, toti Christo propter identitatem personę tribuitur. Verbi gratia: Dormire Christo cōuenit ratione humanæ naturæ tantum, non ratione diuinæ, toti tamen Christo tribuitur, vt vere dicam Christum, qui in vna persona est Deus & homo, dormisse: & iterum dicā eundem mortuos suscitasse, quamuis hoc ratiōe diuinitatis, illud ratiōe humanitatis tātum cōueniat. [Matth. 8 Ioan. 11] Idem igitur crucifixus est, & creauit mundū. Idem in naui dormiuit, & imperauit ventis. Idem lachrymatus est, & Lazarum de monumento resuscitauit, quia filius Dei, & filius hominis vnus est. Vnde dicimus: Iesus creauit mundum, & Deus pro nobis mortuus est, quia humana & diuina conueniunt eidē personæ ratione duarū naturarū. Hoc modo, quia filius Dei descendit de cœlo, dicitur etiam filius hominis descendisse. Descēdit aūt filius Dei de cœlo non mutando locum, q̄a qui vbiq; est, nō est in loco: sed de cœlo in mundum descendisse dicitur, quia nouo modo ibi esse incepit, per humanitatis assumptionē scilicet, propter hanc vnitatem identitatemq; personæ. Dicitur etiā filius hominis de cœlo descendisse, quō Deus dicit p nobis crucifixus. Dicitur q̄q; in cœlo esse filius hoīs, quia Deus cui in vnam personam est vnitus, est in cœlo. Vt igitur sępius dixi tāta est vnio duarum naturarū in Christo, vt humana diuinis, & diuina humanis cōueniant.

K

[Ascēdisse neminem in cœlum nisi filiū hois q sit intelligendum.] Sed dicis: Quomodo nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis? Respondendum primo: Hoc verbum ascēdit, si intelligatur præteriti esse temporis, aut præsentis, sic ante passionem eius nemo ascendit, aut nemo ibi esse potuit, præterquā ipse. Nobis em̄ omnibus clausum erat cœlum. Quō autem ipse ibi erat, iam dictū est, quia ratione deitatis ibi erat Christus, qui causa humilitatis creberrime se filium vocat hominis. [Matth. 8. 10. & 26 Marc. 2. 9 10. & 14 Luc. 9. 12. 18. & 22.] Secundo dicendum hoc esse verum, si intelligatur virtute propria ac merito. Nemo enim pręter ipsum merito proprio, sed oēs merito Christi, cuius sumus membra, ascēdimus. Ideo potest tertio modo verum esse, si p Christum acceperimus mysticū eius corpus, id est, tā caput quam membra. Ipse enim caput est, oēs vero electi eius sunt membra. [Ephe. 4] Tunc enim præter Christum nemo ascendit in cœlum: oēs autē nos in eius corpore sumus membra, qui cum eo, & per eum, & in eo ascēdimus. Hoc prętat nobis baptismus, in quo Christo renascēdo incorporamur. Ibi enim virtus passionis, & meritorum Christi nobis communicatur. Sunt autem verba quæ recte Nicodemo informando conueniebāt, quo intelligeret, qs esset huius regenerationis in baptismo fructus, quæve efficacia, aut operatio, & quo pduceret nos. Idcirco etiā de passione sua mox subiungit, cuius virtute operatur baptismus. Decebat enim Christum, vt qui de sua maiestate Nicodemo aliquid insinuauerat, insinuaret etiam de suæ passionis humilitate. Propterea sequitur:

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam ęternam.

Similitudinem passionis suæ qua in cruce erat exaltandus, quantum ad modum suspendendi, intuendi, sanandiq; pertinet, per

per figuram explicat, dicens: Sicut Moſes exaltauit,id eſt,in altum ſuſpendit ſerpentem æneum in deſerto. In Numeris legimus populum Iſrael,quum tædere cœpiſſet itineris ac laboris, murmuraſſe contra Deum & Moſen,ac dixiſſe: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo,&c̃. quo modo miſerit dominus ignitos ſerpentes in populum:à quibus cum alij fuiſſent interempti,alij læſi,alij pœnitentes venerunt ad Moſen, rogantes, vt oraret dominum pro amotione ſerpentum.Quo orante,dixit dominus:Fac ſerpentem æneum,& pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum,viuet.Itaq; ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ita exaltari,id eſt,in cruce leuari oportet filium hominis. Oportet hac ſcilicet conditione ſtante,ſi redimi atque ſanari genus debeat humanum,vt omnis qui credit in eum (quod eſt fide Chriſtum intueri)non pereat,ſed habeat vitam æternam. Hanc nobis largiatur dominus noſter Ieſus Chriſtus,cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula benedictus, Amen. Num.21

SERMO DE EADEM DOminica. Quæ ſcire,quæ item credere debeamus,& quam ſit Deo glorioſior noſtra fides,quam ſcientia.

L

BEnedicat nos Deus Deus noſter,benedicat nos Deus. Pſalmo ſexageſimo ſexto. Chariſſimi filij,hodie ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, hoc eſt, vnius Dei,& in diuinitate trium perſonarum diſtinctarum agimus ſolennitatẽ. Quarum ſcilicet perſonarũ licet ſit realis diſtinctio, vt qui ſit pater, non ſit filius, & qui filius, non ſit ſpiritus ſanctus,& ſpiritus ſanctus neque pater ſit,neq; filius:omnium tamen trium perſonarum vna eſt eſſentia, vna natura, vna diuinitas, vna poteſtas, vna virtus,vna potentia,vna maieſtas. Quod ſi inquiritis,quomodo hoc capere poſſitis, vt tres ſint perſonę realiter diſtinctę,quarum vna non ſi talia,& tñ tres ſic diſtinctæ perſonæ,non ſint niſi vnus Deus,vna potentia,vna virtus, &c̃. fateor neſcio vobis explicare,nec vos poteſtis intelligere.Benedicatur igitur Deus,cuius tanta eſt maieſtas, tanta potentia,tam immenſa bonitas & virtus,vt à ſuis,nõ ſolum hominibus, verum etiam ab angelis capi,ſeu comprehẽdi non poſſit. Quicquid igitur de diuinitate intelligere non poſſumus,aut capere, quomodo,aut quare ſit, nõ debemus tamen ignorare,ſed credere,quia ſit. Benedictus enim Deus,nihil impoſuit nobis ſciendũ, quod intellectu capi,vel nimis difficile,vel impoſſibile ſit,ſed humiliter credendum. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Voluit autem Deus nos magis credere,quam ſcire myſteria ſua,vt paulo poſt dicemus. Heb.11.

Sciendum igitur primo hominem eſſe ab aliquo,ſub aliquo, ad aliquid, & ſuper aliqua. Homo,inquam,eſt ab aliquo, quia nihil eſt principiũ,ſeu cauſa ſuipſius. Res etiam nulla potuit facere ſeipſam. Antequam enim fieret,non erat.Sed quod non eſt,quid poteſt facere? Oẽ ergo ꝙ eſſe incepit,ab alio incepit. Et illud vñ? Ab alio.Et illud vñ? Ab alio etiã.Hoc tñ nõ ꝓcedere poteſt in infinitum,ſed neceſſe tandem eſt inuenire aliquid,quod à nullo inceperit, ſed ſemper fuit,quod principium fuerit,& cauſa aliorum,hoc eſt,quod eſſe alijs dederit, & à nullo acceperit. Et hoc philoſophorũ quidam vocabãt primum principium,primam cauſam, ens entium: nos vocamus Deum, qui omnia creauit, & ipſe à nullo creatus,ſed eſt æternus. Si enim Deum aliud aliquid creaſſet,hoc quod ipſum creaſſet,foret Deus,non quod eſt creatum. Deus igitur eſt, à quo omnia ſunt. Non poteſt autem eſſe niſi vnus Deus,quia cum Deus debeat eſſe omnipotens, ſi duo eſſent,alter non eſſet omnipotẽs. Si enim alter alterum nolit eſſe, aut hoc poſſet obtinere,aut nõ poſſet. Si obtineret,vt alter nõ ſit Deus, aut vt deſtrueretur, qui periret, non eſſet omnipotens, quia ſe ſaluare non poſſet. Si autem prior nõ obtinere poſſet, vt alter periret, iam ipſemet non eſſet Deus,quia non omnipotens eſſet,& ſe potentiorem haberet. Quapropter,ſicut dixi,neceſſe eſt omni homini, vt ſciat ſe eſſe ſub Deo,& à Deo. Alioqui quomodo honorabit eum,qui fecit illum, ſi neſciat à quo factus eſt? Debet præterea homo ſcire domini & creatoris ſui maieſtatem, quo digne reuereatur illum, diligenter ſe eidem ſubijciat,illiq; fideliter ſeruiat,ne ingratus inueniatur. Tertio,ſcire hominem oportet, Dei & creatoris ſui voluntatem, alioqui non poterit ſeruire Deo. Quarto,ſcire hominem conuenit domini Dei ſui iuſtitiam in eos,qui illum contemnunt,miſericordiam

Quæ ſcire debeat hom. I.

M

Quod nõ poſſit eſſe niſi vnus Deus.

II.

III.

IIII.

cordiam vero in eos, qui seruiunt illi: credere quoque remunerationem omniũ operum, tam bonorum, quam malorum futurã à Deo.

V. Quinto, cognoscere homini est necessarium, ad quid sit creatus, nempe vt Deum cognoscat & diligat, Deo seruiat & obediat in hoc mundo, tanquam in exilio constitutus, desideret, expectetq; venire ad patriã, in qua perpetua est felicitate donandus. Nõ igitur peregrinatio pro patria est habenda, aut amanda. Nam vt Gregorius ait: Qui peregrinationem pro patria appetit, inter dolores dolere nescit.

Gregori⁹

VI. Sexto, est homini necessariũ cognoscere, super quæ positus est. Debet enim cognoscere talẽtum, aut talenta aliqua sibi data: debet quoq;, in cuiusmodi sint vsum expendenda, & quis fructus hisce talentis quærendus sit, non ignorare. Qui enim hæc nescit, dispensationem sibi crreditam fideliter quoque exercere nescit. Hoc non ignorauit seruus fidelis & prudens, quem dominus super familiam suam constituit: cui dominus in fine vbi ratio foret ab eo exacta, dicit: Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Omnium autem rerum, omnium bonorum, omniumque sumus donorum Dei dispensatores, ac ministri. Quamobrem in omnibus quoq; ministerium nostrum solũ debemus cognoscere, nõ nobis vsurpare dominium. Hæc, inquã, cognoscere atq; scire debemus per fidem. Deo enim credere tenemur. Sic em̃ Hilarius dicit: Soli Deo de se credendum est. Et quid mirum vt Deo, qui se patrẽ nostrum fatetur inuisibilem, credamus, quando parentem etiam carnalem, siue pater, siue mater sit, aliter non possimus cognoscere, aliter non scire nisi credendo? Quis em̃ hominum suum patrem, aut matrem aliter nouit vnquam? Pater tuus se dicit tuum parentem, credere te oportet. Deus se dicit tuum creatorem, & negabis?

Matth.25

Hilarius.

N

Gloriosiorẽ esse fidẽ nostrã Deo, q̃ scientiam.

Est autem iste per fidem cognoscẽdi modus Deo gloriosior, quo ea quæ nescimus, quæ intellectu capere non possumus, quæ etiam difficilia, aut penitus vel impossibilia, vel absurda nobis videntur, credimus: & hoc propter Deum, hoc est, propterea credimus, qa Deus dicit, quem sentimus veracem, & qui nos fallere nõ possit, quia veritas est. Ei em̃ plus credimus, q̃ intellectui nostro. Nam magis, libentiusq; adscribimus intellectui nostro errorem, ignorantiam, & intelligẽdi impossibilitatem, quam Deo falsitatem.

Ioan.14

Credendi ratio summa, q̃ sit.

Summa igitur ratio credẽdi est ipse Deus, vt quod aliter non crederemus, vbi ratio quoq; nulla nobis esset alia credendi, hæc nobis sufficiat ad credẽdum, quia Deus dicit. Quemadmodum ratio alia nobis esse debet obediendi, aut nulla, aut non potior, quam ipsemet Deus, cui obtemperare velimus: ideo, qa Deus noster est, creator noster, solus bonus est, & in æternum misericordia eius. Itaq; in hoc honoratur Deus, quod nude, atq; simpliciter ei creditur.

Marc.10
Psal.135

Secundo est nobis ille modus felicior, quia magis meremur, imo sola fide meremur. Nam homo qui assentit his tantum, quæ sensui sunt manifesta, quid laudis, aut meriti habet? Porro, qui suum intellectum captiuum ducit in obsequiũ Christi, vt quę etiam non capit, credat: quę non intelligit, astruat: Et his qbus intellectus humanus contradicit, aut repugnat, ipse per fidem assentiat, ea propugnet, atq; cõfirmet, laude ac merito est dignus. Fides enim (vt Gregorius ait) non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Propterea Abrahæ fides cõmendatur, qui contra spem in spem credidit, puta quod ex vetula vetulus, iuxta verbum domini generaret.

Hebr.11
2.Cor.10
Gregori⁹
Hebr.11
Gene.18

O

Gẽn.23.28

Abrahæ fides quãta.

Videte præterea Abrahæ fides quanta fuerit. Promissionem acceperat in semine suo, quod per lineam Isaac esset descensurum, benedici omnes gentes: item quod semen eius possessurum esset terram illam omnem, in qua peregrinabatur. Post hanc itaq; promissionem cum iam haberet filiũ, per quem sperare poterat promissionẽ eandem impleri, iussus est domino Isaac filiũ suum immolare. Cuius voci Abraham obedire volens, eduxit Isaac suum natum in montem, atq; parauit se ad eundem immolãdum, in spem contra spem credens. Spes enim eius erat, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes. Spes quoq; erat illi, quod eius semen foret terram promissionis obtenturum: quam spem ex promissione accepit. In hanc spem credidit, ita scilicet esse futurum, quomodo erat promissum: & hoc contra spem, quia hæc spes ruere iã videbatur, & deinceps fore nulla, vbi immolasset filium suum. Obedire tamẽ nihilominus Deo voluit, & contra spẽ credidit, vel in morituro, seu immolãdo filio implendũ, q̃d erat promissum. Porro, quõ impleretur

Gene.12
Gene.22

Abrahã vti in spẽ cõtra spẽ crediderit

pleretur promiſſio hæc, Deo cōmiſit. Satis erat ei propter hanc obediētiam immolandi filij à ſpe nō excidere. Beatior aūt adhuc multo fuit beata Maria, quæ credidit etiā virginem ſe pariturā. Luc. 1 Itaq; filij chariſſimi, credamus vnum eſſe Deum, à quo oīa facta ſunt, Ioan. 1 omnipotentem & ſempiternum qui creauit nos, qui paſcit nos, qui redemit nos, qui gubernat nos, qui ſaluos nos fecit, id eſt, qui in ſtatum nos conſtituit ſalutis, cuius pręceptis ſi obedierimus, ſaluabit nos. Hic Deus cū ſit trinus in perſonis, hoc eſt, aut ſit pater, aut filius, aut ſpiritus ſanctus, nō tamen niſi vnus eſt Deus. Pater certe eſt Deus, filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus, non tamen tres ſunt dij, ſed vnus eſt Deus. Omnium enim trium perſonarum ita diſtinctarum, vt vna nō ſit alia, eſt vna natura, vna eſſentia, vna poteſtas, vna maieſtas, vna, eademq; diuinitas. Quod quō hoc fieri poſſit, nolite velle inueſtigare, quia non capietis, ſed credite ita eſſe, & fides hæc ſaluabit vos. Non oportet vos ſcire, quomodo ſit, ſed oportet vos credere, quod ita ſit. Nam in ſcriptura ſancta ſic legimus: Deut. 6 Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. In nouo tamen teſtamēto Trinitas perſonarum nominatur, puta in epiſtola Ioānis: 1. Ioan. 3 Ibi tres ſunt (inquit Ioannes) qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Quapropter filij credatis vnum Deum, & tres perſonas in diuinitate, ita vt ſingulæ ſint Deus, nec tamen tres dij, ſed vnus tantum Deus. Qui plus capere non poteſt, hoc crediſſe ſatis eſt circa Trinitatem, reliqua credat in fide Eccleſię. *Fides de ſanctiſſima Trinitate ſufficiens quę ſit.*

P Imo hoc ſit tibi pro regula generali, contra omnes dubitationes, cōtra omnes ſcrupulos, contra omnes ignorationes, cōtra fluctuationes quaſcunq;, quibus tentaris, aut impugnaris, non diſputare, nec vel le perſcrutari, ſed ſimpliciter circa hanc reſponſionem manere: *Regula generalis cōtra oēs dubitationes.* Ego credo, quicquid ſancta Eccleſia credit. Ipſa non fallitur, ſed nouit quod credit. Quicquid illa credit, credo etiam ego. Maior ſit & potior tibi cura, quomodo Trinitatem ſanctam vnū Deum venereris, quam vt diſcutias. Ad huius tamen cultum & venerationem nō paucа nos inducunt. *Ad S. Trinitatis cultū inducūt quæ.* Primum, q̄d inducit nos, eſt debitum. Ad hoc eñ creatus eſt homo, vt agnoſcat, amet, & laudet creatorē ſuum, ſicut dicit Eſaias: *Eſaie 4* Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Secundo, allicit meritum. Scimus enim id Deo vehementer placere, gratum eſſe eidem, ad meritum nobis computari, atq; non irremuneratū dimitti, quicquid in eius retulerimus honorem, ipſo dicente: *1. Reg. 2* Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Tertium, q̄d nos inuitat, eſt exemplum, ipſum enim honorat omnis creatura. Siquidem de ſupremis & cœleſtibus creaturis ſcriptū eſt: *Pſal. 18* Cœli enarrant gloriam Dei. De inferioribus quoq; alibi: *Pſal. 150* Omnis ſpiritus laudet dominū. Inter quæ nec bruta, nec piſces, nec volucres à Dei veneratione ſunt aliena habenda. Quando enim ſua naturalia, atq; conditiones ab omnium creatore ſibi inditas exercent, quid aliud q̄ conditoris ſui potentiam, ſapientiam, ac bonitatē laudant? Quartum, quod ad Dei venerationem & cultum nos trahere debet, eſt officium. *Officium beatorum in cœlo quod.* Hoc enim in cœleſti patria noſtrum erit officium & exercitiū, Deum ſcilicet laudare perpetuo, ac delectabiliter. Propterea Pſalmiſta dicit: *Pſal. 83* Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Vos igitur filij, Trinitatem quia non poteſtis perfecte capere, hāc amate, illi ſeruite, illā adorate, illi vos commendate, atq; per omnia, & in omnibus placere illi ſtudete. Quod nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus Dei & virginis filius, cum patre & ſpiritu ſancto vnus Deus in ſecula benedictus, Amen.

PRO SOLENNITATE SANCTISSIMI SACRAMENTI Euchariſtiæ, in Epiſtolam Paraphraſin, in Euangelium Exegeſin, vna cum ſuo Sermone offendes in ſecundo Tomo de feſtiuitatibus Sanctorum.

DOMINICA I. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola prima Ioannis quarto.

Deus

X Deus charitas est,& qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum,vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate,sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet,non est perfectus in charitate.nos ergo diligamus Deum,quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum,& fratrem suum oderit,mendax est.Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt,Deum quem non videt,quomodo potest diligere: Et hoc mãdatum habemus a Deo,vt qui diligit Deũ,diligat & fratrem suum.

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Non ab re esse videtur in prima dominica de charitate nos instrui, quãdoquidem virtutum omnium est potissima charitas,multoq; maxime necessaria. Dicit igitur Ioannes:Deus charitas est.Non sublimius prædicare potuisset charitatem , quã dicendo illam esseDeum.Loquitur autem de charitate increata,quę est Deus.In Deo enim realiter idem sunt amãs,& amor,seu charitas,sapiens & sapientia:quamuis alia quoq; sit charitas creata virtus theologica,& à Deo homini infusa. De vtraque autem ea,quæ sequuntur,verba intelligi possunt: Qui manet in charitate, in Deo manet,& Deus in eo.Si Deus est charitas, nõ dubium esse potest, eum manere in Deo, quisquis in charitate manserit. Sic etiam, qui charitatem habet infusam (quatenus charitas est virtus theologica,& à Deo infusa)itẽ qui manet in charitate,id est,qui in se habet charitatem,manet in Deo,quia habet quod illũ agglutinet, inhærereq; faciat Deo.Quomodo aũt manet in Deo,sic etiãDeus manet in illo,ipsum inhabitans, in ipsoq; per gratiam suam operans. In hoc perfecta,inquit,est charitasDei nobiscum,vt fiduciam habeamus in die iudicij, non formidantes illum diem, nec Christi aduentum,aut mortem,quam impij &mali timere merito habent. Iusti enim cupiunt dissolui,&esse cumChristo.Atq; ideo dominus illos à signis venturi iudicij, à signis quæ finem mundi terribiliter præcedent,apostolis loquebatur: His aũt fieri incipientibus,leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra.Est enim neq; mundi non vult terreri,dicens vbi de (Philip.3) (Lucæ 21) sanctis hic mundus captiuitas. Ideo eisdẽ quoq;,aut mors,aut finis mundi,eorũ est ex captiuitate redemptio. Est igitur fiduciam habere in die iudicij,non timere,ne veniat dies iudicij. Verum, si obijciatur viros perfectos quoq; mortem,aut iudicium Dei timere:Dicendum,perfectos quidem timere,dum considerant quid ex seipsis sunt,dumq; cõsiderant infirmitatem, & vilitatem suã.Porro, si considerauerint quid sint ex Deo,spiritu sancto nonnunquam illis testimonium perhibẽte , quod filij sunt Dei, & tunc non timent, habẽtes non ex se,sed ex Deo,vnde fiduciam habeant:quia ille bonus est, & in æternum misericordia eius. Facit tamen nonnihil ad fiduciam hanc bona vita, non vt in illa collocemus fiduciam nostram,sed quod diffidentia careamus, non habentes in nobismetipsis q̃d sentiamus testimonium, atq; argumentũ damnationis, aut malę conscientiæ. Sed sicut ille est,ita & nos sumus in hoc mundo,hoc est, sicut ipse est in cœlo totus benignus,pius, atq; charitate perfectus super ingratos,& malos, ita nos sumus in hoc mũdo erga inimicos nostros, pij & misericordes,seruantes domini præceptũ,dicentis: Diligite inimicos vestros, benefacite his,q oderũt vos, & orate pro persequentibus & calũniantibus vos,vt sitis filij patris vestri,q in cœlis est, q solem suum oriri facit sup bonos&malos,& pluit super iustos & iniustos. Timor nõ est in charitate,pręsertim perfecta,excepto timore filiali, atq; reuerentiali, qui sanctus est,permanens in seculũ seculi:sed perfecta charitas prorsus eijcit, atq; excludit oẽm alium timorẽ seruilem,mundanũ,aut carnalem,

B Perfecti quõ dicãtur timere mortẽ aut iudicium. Roma.8

Psal.135

Matth.5 Lucæ 6

C Psalm.18 Timorẽ cuiuimodi excludat charitas,

nalem, quandoquidem timor pœnam habet. Qui enim seruiliter timet, huius cōscientiam rodit & affligit timor, & pœnam nihilominus mereretur futuram. Qui autem timet Deum timore seruili, aut initiali, nō est perfectus in charitate, neq; enim peccatum dimittit, aut Dei custodit beneplacitum aliter, nisi quia pœnā timet, quēadmodum Poetarum quidā ait: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore. (Horatius.) Nos ergo diligamus Deū, quoniam ipse prior dilexit nos. Iustissimum autem est amantes redamari. Scimus autem nos non solum dilectos esse à Deo, antequam illum diligeremus, sed etiam cum nōdum essemus, cum adhuc inimici essemus, dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. (Rom.5 Apoc.1) Si quis autē dixerit: Quoniam diligo Deum, & fratrem suum, hoc est, quemcūq; hominem oderit, odio iniquo scilicet, non vitia tantum, sed personam odiens, mendax est. Neq; enim odisse potest proximum diligēs Deum, nec diligere Deum potest odiens proximum. (Lucæ 16) Vna enim est charitas, qua Deus diligitur, ac proximus. Quomodo eñ diligit Deū, qui transgreditur præceptū eius? Hoc est autem, inquit, pręceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut, hoc est, eo modo, quo ego dilexi vos, puta prior, gratis indignos, nō diligentes, & ad hunc finem, vt saluemini. (Ioan.13) Eo modo vos quoq; diligatis vos mutuo oportet. Qui enim non diligit fratrem suū quem videt, Deum quē nō videt, quō potest diligere? Si iuxta cognitionem loquimur, qua nihil amatur nisi cognitum, verum est hominem faciliorem habere occasionem, quare diligatur quam Deū, quādoquidem de homine habemus cognitionem, quam de Deo multo maiorem. Verū tamen si ad bonitatem spectetur, quæ potissima est causa & ratio diligendi, incōparabiliter habet plures, vt diligatur, rationes Deus, quam homo. Et hoc, inquit, mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrē suū. Siquidē Christus, q̄d magnum esset mandatum in lege interrogatus: Diliges, inquit, dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. adijciens, hoc est primum & maximum mandatum. (Matth.22) Secundum autem est simile huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ I. post dominicam S. Trinitatis, Lucę XVI.

D

IN hac dominica status nobis proponitur vtriusq; cum pręsentis, tum futurę vitę nostrę, quo electi, reprobique dissimiliter viuunt. Quod licet oculis q̄tidie cernamus, puta quā dispar sit mortalium vita hæc præsens, nobis tamen hoc hodie in Euangelio nihilominus recitatur, simulq; commonstratur, quam dispar eorundem, qui conformiter non vixerunt, fuerit exitus. Non tamen hic de exitu naturali, hoc est, de morte est loquendum, quam nōnulli pij durā sentiūt, pleriq; vero impij leuē, sed de retributione & iudicio, q̊ digna meritis, aut præmia, aut supplicia nos sequuntur. Nam natura, aut potius Deus naturæ autor, cunctis mortalibus eundem dedit ad hanc vitam corporalem introitum, & exitum, tam bonis, quam malis, diuitibus & pauperibus. (Bonorum, malorumq; introitus in hunc mundum, exitusq; vtrusq; fit æqualis.) Sumus enim quo ad nascendi modum, oēs pares, par omniū est natiuitas, nec dissimilis ortus nostrę cōditionis. Quare recte Sapiens dicit: Vnus introitus ad vitam est omnibus, similisq; exitus. (Sapien.7) Cōcipimur eñ æque oēs in fœtore & immūditia, per angustam & immūdam portam eximus, & vox nostra prima omniū est fletus. Sic rursus dum eximus mūdum, dum morimur, tremuli ac pallentes morimur oēs, moriētesq; ingēti torquemur cruciatu. Putrescimus inde, rodimur vermibus, fœtimus & in puluerē redigimur. Nemo hanc legem euadere, nemo mutare potuit vnquam. Nemo, vt idem Sapiens ait, ex regibus aliud habuit natiuitatis initiū. (Ibidem.) Qd' enim ex natura est, hoc ea ex parte simile, ac vniforme est omibus. Quapropter quatenus ad vitæ introitū attinet, nihil in regis, nihil in pastoris filio natura secernit. Porro vitæ mediæ nō æqua est oīm conditio. (Vitæ mediæ quam dispar sit hominū conditio.) Alij enim in pauptate, alij in rerū opulentia viuūt, alij incolumes, alij sunt ęgroti, alij hic semp felices, alij item semp miseri, alij dominātur, alij subijciuntur, alij premunt, alij premuntur, alij sceleratā agunt vitā, alij inculpatam. Itaq; quomodo hæc vita in operibus, studijs, exercitijs, Deiq; donis dissimiliter trāsigitur, ita retributio post hanc vitam expectatur omium maxime inæqualis. Hoc nobis Euangelium ob

num,

oculos ponit hodiernum, dicens:

Homo quidam erat diues.

Contra eos, qui diuitijs suis abutūtur, qui cum debuissent his ad misericordiam hic vsi fuisse, & in necessitates erogasse proximorum, quo & ipsi misericordiā à Deo consequerētur, non incōuenienter hæc respicit, quadratq; parabola. Cum, inquam, de iniquo mammona amico, sibi cōparare debuissent, qui in æterna eos tabernacula reciperent, ad lætitiam, ad voluptatem, ad gloriam deniq; non Dei, sed suam, & ad luxum male vsi sunt, terribile ponit Christus exemplū de diuite q̄dam epulone. Neque enim parabola, sed historia credēda est, quādoquidem cum mendicū producit in medium (vt audietis) nomen eius quoque exprimit, dicens: nomine Lazarus. Cuius nomen cur magis exprimatur, quam diuitis, paulo post dicetur. Erat itaq;, inqt, homo diues. Diuitiæ nō sunt pctm̄, nec malę sunt, licet male agendi ei, qui diuitijs abuti pronus est, magnum administrēt fomētum. Legimus enim de sanctis multis, qui excellenter diuites fuerunt, puta de Abraham, Isaac & Iacob, Iob, & similibus: & hoc potissimum in veteri testamento, qui tamen Deo placuerunt, atq; Dei facti sunt amici. Opes igitur terrenæ in medio sunt inter bonum & malum, quę vt occasio malorum, ac damnationis sunt reprobis, ita bonis sunt adiutorio virtutis. Non tamen ignoro corruptionem humanam vitiosam, infectam, & ad mala suapte cōsuetudine adeo semper procliuem, vt cum de terra sit, & ex terrenis opibus quoque tam facultas, quam occasio ei suppeditetur, raro fieri posset ac difficulter, vt diuitijs omni ex parte quis bene vtatur. Neque enim frustra Christus ait: Quam difficile qui pecuniam habent, in regnum Dei introibūt. & Salomon non minus diuitias, vt rem periculosam, quam mendicitatem deprecatur, sciens alterum noxium, alterum molestum. Diuitias, inquit, & paupertatem ne dederis mihi, sed tātum victui meo tribue necessaria. Diuitias ideo deprecatur, quia inflant, & superbiæ quoque adijciunt animum, nam causam subiungens, dicit: Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est dominus? Ex seipsis itaq; diuitię non reprehenduntur, nec malæ sunt, nisi male vtentibus. Porro, amor diuitiarū & cupido vitiosa sunt. Propter quæ Apostolus: Qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc seculo, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Vide tamen, quia non dicit, qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri, quemadmodum non subiungit etiam: Radix enim om̄ium malorum sunt diuitiæ, sed: Radix omnium malorum est cupiditas. Extollentia quoq;, præsumptio & superbia, quæ diuitias comitantur, mala sunt. Et ideo cum Christus dixisset, difficile est, vt diuites introeant regnum Dei, discipuli vero propter hæc verba obstupuissent, mentem suam declarans, & moderatus eadem repetiuit verba, dicens: Quam difficile est confidentes in pecunijs introire in regnum Dei. Cui sententiæ subscribit ad Timotheū Paulus quoq; dicēs: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sape, neq; sperare in incerto diuitiarū, &c̄. Proinde ex Ioanne apostolo vos filij commonefaciēs: Nolite, inquam, diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, nō est charitas patris in illo. Nolite diuitias diligere, nolite auare quęrere, nolite tenaciter retinere, nolite in diuitijs confidere. Nolite supflue vti. Vsus enim diuitiarum vtrinq; est malus & damnabilis, siue tenaciter nimis seruentur, vt pauperibus inde nulla sit consolatio, siue prodige profundantur ad luxum.

[Margin: Lucæ 16; E; Diuitias nō esse malas ex se.; Gene. 13; Gene. 30; Iob. 1; Opes terrenas in medio esse inter bonum & malum.; Marci 10; Luc. 18; Prouer. 30; 1. Tim. 6; Ibidem.; Marc. 10; 1. Ioan. 2; Diuitiarū abusus duplex vitādus.]

Qui induebatur purpura & bysso. & epulabatur quotidie splendide.

F Tribus hic modis diues delinquisse astruitur per abusum diuitiarum, quare iuste reprehenditur. Primus abusus fuit, quod ad ostentationem conuertit diuitiarum vsum, quærens gloriam in his & ostētationis fastum. Siquidem refertur bysso, & purpura vestitus. Quorum certe alterū ad ostentationem foris, puta purpura, alterum ad carnis mollitiē intus pertinebat. Vtrobiq; igitur deliqt, qui & ad gloriā inanē p̄ciosis vtebatur vestibus foris, & ad luxum carnis vtebatur mollissimis intus. Si enim preciosis vti vestibus vbiq; reprehensione careret, nō laudasset Ioannem Baptistam dominus, q̄d vestimento vsus fuerit ex pilis camelorū. Nam de Ioāne turbis loquēs: Quid existis, inqt, videre? Hominem mollibus vestitum? Amē dico vobis: Qui mollibus vestiūtur, in domibus regū sunt.

[Margin: Trib⁹ modis peccasse hūc diuitem per abusum diuitiarū.; Matth. 11]

Lucæ 16 Hoc est, filij huius mundi sunt, nimirũ prudentiores filijs lucis, licet nõ semper & vbique, sed in generatione tãtum sua: filij certe huius mundi, & (vt verbis vtar scripturæ) conquisitores huius seculi discunt hic Baruc. 3 prudẽtiam carnis, q̃a in regione sua sunt. Sed apparebit post, cum hæc vita desierit, quam stultã Deus declarauerit sapientiam illorum. Obserua tamen hic, quod nõ prohibetur pro eminẽtia, aut dignitate status, melioribus interdum vti vestibus, si tamẽ moderate, & si absque ostẽtatione id fiat. Hic enĩ ostentatio & luxus dãnatur. Quocirca manifestatur alter q̃q; abusus, q̃ rerum affluentia hic diues peccauit.

Melioribus vti vestibus cui quando liceat.

G Secundus fuit abusus diuitiarum, q̃d ad carnis oblectationem mollibus vtebatur vestibus, epulabaturq; quotidie splendide. Quo sane voluptuosa eius epulatio, q̃ carnem saginabat, splendidusq; simul ciborũ apparatus, quod iactantię erat & vanę gloriæ, vehemẽter rep̃henduntur. Cibus nãq; p̃ciosus, aut bonus, seu delectabilis potest sumi citra culpã, vt iuxta saluatoris sentẽtiam, hominem interiorem, quod intrat in Matth. 15 os, non coinquinet, cum etiam secundum Apostolum, omnis creatura Dei bona sit, 1. Tim. 4 & nihil reijciẽdum, quod cum gratiarum actione percipi possit, modo sumatur ad necessitatem, & ad corporis sustentationem, non ad ambitionem, & ostentationem, non ad voluptatem in desiderijs carnis, non ad superfluitatem & luxũ, sed sobrie, temperanter, ac modeste, iuxta sui status conditionem. Neq; enim ad æqualem, aut vniformem edendi modum omnes sunt inducendi, quin liceat aliquibus meliori vti cibo. Vnde damnabile non est his qui in eminentiori sunt statu constituti, & qui à tenerioribus annis preciosis educati sunt cibis, aut quos valetudo excusat infirma delicatioribus vti cibis, modo desit ingluuies, & edacitas, quamuis inconsultissimum sit, vt cum timore Dei his modeste vtantur, lugeantque suam, aut necessitatem, aut conditionem, quod viliori, aut communiori hominum edulio, aut non possint, aut non liceat eis sustentari.

Delicatioribus vti cibis quibus liceat.

Sed quam felices o filij æstimandi sunt hi, qui ex deuotione, aut virtute superfluis abstinent, preciosissima quæq; sibi interdicũt, sibi delicata subtrahunt, paucis & vilibus contenti? Hoc genus hominum olim in eremis & desertis locis, aut monasterijs inueniebatur, & adhuc hodie, tam in monasterijs probe institutis, quam in plebe inter deuotos ac pios homines inueniuntur, qui abstinentijs carnem suam macerant, & iuxta Apostolum cum suis concupiscentijs eandem crucifigunt, idque illius amore, qui ieiunium & famem pertulit, acetum & fel gustauit, quæ carni sunt duriora, mollioribus prætulit, & pro nobis sæpenumero in oratione & ieiunio pernoctauit. Huiusmodi homines non requirendi sunt apud nostros Lutheranos, qui Ioannem Baptistam quoq; si inter eos viueret hodie, pilis camelorum vestitum, vino & omni re quæ inebriat, abstinentem, atq; locustas tantum & mel syluestre comedentem persequerẽtur, & seu hominẽ, qui sua, imo (vt illi dicere solent) diaboli inuẽta præferret Christi Euãgelio, qui à Christo deficeret, & in suis fideret operibus, qui cœlorum regnum suis cõparundum operibus putaret, & qui redemptione Christi se haud egentem existimaret, à se fugarent, calumniarentur, instarent & vrgerent, si q̃ fortasse modo vestimentum hirsutum, ac pilosum ei detrahere, si eremum & abstinẽtias interdicere, & si ad latam carnis viam illum reducere possent.

Galat. Matth. Marc. Matth. Luc. Ioan. Luc. Matth. Matth.

H Tertius abusus diuitiarũ in hoc epulone hic notatur, quod ex his, quæ sibi superfluebant, pauperis ac mẽdici inopiã nõ subleuabat. Heu charissimi, quã inutilis, quã sup̃flua, quam deniq; perniciosa quotidie à multis fit profusio diuitiarum, quæ in cõuiuia ad ostentationem, ad gloriam, ad fastumq; & apparatum, & ad animarum destructionem exhibetur. Ibi vnum prandium, seu conuiuium ingenti aureorum numero vix redimitur. Vbi quatuor, aut quinq; horis prãdetur: vbi corpori morborum varietas cõparatur, vita adimitur, & quod pauperibus foret erogandum, dilapidatur. Ex pauperũ nanq; faucibus, quicq̃d tã inutiliter cõsumitur, nõ aliter atque cibus extrahitur. Quot enĩ ex splendidis huiusmodi conuiuijs, quę ad apparatũ, nõ ad necessitatẽ instruũtur, aut eorũ precio alerentur vno die pauperes? Deliq̃t igitur grauiter hic epulo, q̃ ad ostentationis fastum prodigus, ad miserẽdum vero subueniendumq; pauperi, & durus, & tenax fuit. Hoc enĩ sequitur.

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus.

Non

Non ratione caret, quod diuitis nomẽ tacetur, pauperis vero & mendici nomen exprimitur. Certe non est hæc mundo cõsuetudo, vt nomina & casæ mendicorum sciantur: notissima autem sunt omnibus & nomina & palatia diuitum. Hos mundus loquitur, hos prædicat, hos honoribus extollit: pauperes nemo respicit. Verum quã diu hoc durabit? In hac vita tantum. Siquidem cum interierit diues, secum non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius, quia anima eius in vita ipsius benedicetur. Et hæc opinio felicitatis duntaxat est apud homines. Nam Deo aliud longe est iudicium. Diuites enim hic æstimant alijs hominibus feliciores vtpote quorum filij sunt sicut nouellæ plantationis, filiæ vero compositæ & circumornatæ vt similitudo templi: promptuaria eorum plena, eructã tia ex hoc in illud. Boues eorum crassæ, & oues fœtosæ, & reliqua diuitiarum felicitatisq; terrenæ, quæ Psalmista enumerat, illis abundant. Vnde, Beatum, inquit, dixerunt, cui hæc sunt: sed magis beatus est, cuius dominus Deus eius. Itaq; beati hic diuites nunciantur, quia vocauerunt nomina sua in terris suis, veruntamẽ Deo sunt incogniti. Non enim nouit eos dominus, nec memor erit nominum eorum per labia sua: neque enim nomina eorum inuenit scripta in libro vitæ, ideo sunt ei quasi non sint. Pauperes vero qui sunt ciues regni sui, nouit, & vocat eos nominatim. Huiusmodi hic erat Lazarus, cuius miseria hic quoque cum egestate describitur.

Psal. 41
Psal. 143
Ibidem
Psal. 48
Psal. 143
Esaiæ 40
Ioan. 10

Qui iacebat ante ianuam diuitis hulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebãt & lingebant hulcera eius.

I Vide quomodo diuiti epuloni, supbo, ambitioso, duro, immisericordi, atque in delitijs viuenti opponitur ediuerso paup hic Lazarus, mẽdicus, hulcerosus, egenus atque ab omnibus derelictus. Cui satis ad pœnam fuisset, si infirmus fuisset ac hulcerosus tantum, alioqui diues: aut si opes defuissent, paupertas eum satis cruciaret, licet sanum. Iam vero scribitur pauper fuisse & mendicus: quo intelligitur procul dubio necessitate atque paupertatis angustia pressus. Iacebat autem ad diuitis ianuam, quia stare aut ambulare non poterat. Erat eñ hulceribus plenus, vnde dolores quoque semper illi aderant. Cupiebat quoque minima, puta saturari de micis cadentibus ex diuitis mensa, sed nemo illi dabat. Egebat itaque & esuriebat, sed non erat qui reficeret. Audiebat quotidie symphoniã & chorum lætitiamque familiæ in domo diuitis, se vero adeo videbat despici & relinqui ab omnibus, vt humaniores erga se inueniret canes, quam homines. Illi enim quod natura illis indiderat, hoc pauperi admonentes ministrabant, puta linguam medicinalem. Hominum vero nemo adeo fuit misericors, qui vel micas egeno daret. Tractari blande videbat canes, se contemni.

Vide quam cumulatum ea, quæ ad miseriã simulq; ad exercitium & probationem virtutis aderant Lazaro, quamque studiose hic enumerantur, vt sciamus vnde eius meritum crescebat: & ediuerso vnde diuitis impietas augebatur, vt subinde perspicuũ fieret, quam iuste pauper reciperetur ad coronam, & quam iuste diues detruderetur ad gehennam. Cogebatur itaque egenus Lazarus, infirmus & esuriens diuitem hominem videre pecuniosum, se in paupertate constituto: cogebatur gloriose vestitum cernere, se frigescente. Videbat illum splẽdidis epulis conuiuari, se famem patiente. Rogabat denique pro micis tantum, sed non erat q illi eas largiri aut tantillo compati voluisset. Hæc Lazarus sustinens sustinebat. Sed in corde qd? Nõne tristitiã? Nam (vt verbis vtar Gregorij) qualẽ putas tũc in aĩo suo tentationẽ sustinuit paup? Si eñ in diuite hæc oĩa nõ vidisset, minorẽ tentationẽ sustinuisset. Iam vero ante oculos suos diuitis oĩa videbat læta, dũ se qua uis sentiret carere consolatione. Videbat diuitẽ illũ cũcta mũdi felicia comitari, arridere ac blãdiri ei oĩa: se hic fieri indies infeliciorem, & ex cõtuitu felicitatis alienæ ærumnas sibi fieri. quas patiebatur, infestiores. Sic omnibus his confluentibus crescebat Lazaro cum tribulatiõe profectus: quõ diuiti quoque supplicium futurum multiplicabatur: quia impietatem suam ex præsentia cumulabat pauperis. Si ẽnim ꝑsens ille pauper non fuisset, si ante diuitis non iacuisset ianuã, si non rogasset fame & infirmitate consumptus, si nõ minimaque que & vilissima petisset: si deniq; nõ adeo fuisset infirmus, vt alibi eleemosynam stipemque mendicare valeret, vel modi-

Lazari mendici quãta diligentia euangelista miseri as enumeret.

Gregori Lazari mendici crux interior quam fuerit.

K

Diues q modo suã infelicitatem augmẽtabat

cam immisericordiæ suç excusationem habere potuisset diues. Iam vero nihil est q̃d illum excusare possit, quia nihil de pauperis necessitatibus illum latuit, cui abundauit etiam, quo consolari illum potuit, sed cordis duritia præpeditus noluit. Itaque hoc modo status erat diuitis ac pauperis in hac vita cõtrarius. Spectemus nũc, cuius modi fuerit post hanc vitã status vtriusq;.

Factum est autem vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est aũt & diues, & sepultus est in infernum.

Vides nunc cuius status erat præferendus, dum ambo hic viuerent. Vbi nunc epulonis gloria, voluptas, opes & potẽtia? Quis in vita ipsius eius locum non elegisset? quis illum beatum non diceret? Et vbi nunc miseria est pauperis? Quis olim eius calamitosum viuendi genus appeteret? Quis illum non infelicem diceret? At modo q̃d: Iusta sunt iudicia tua domine, & omnes viæ tuæ, misericordiæ & æquitas. (Psal. 118) Misericordia ante satis prærogata est, nũc tempus erat vt iuxta æquitatem vterque operibus suis digna reciperet stipẽdia. Exaltasti apud te illum quem hic depresseras, & quem mundo exaltaueras, humiliasti. Concesseras ei bona multa, quibus redimere potuisset peccata sua, regnumq; eleemosynis comparare cœlorum. (Daniel 4) Admoueras ei præterea pauperem, cuius calamitas illum rogaret, puocaretq; ad miserandũ. Sed quia intelligere noluit, nec bonis inspirationibus acqescere, tandẽ cogebat iustitiam quoq; sentire. Videte charissimi filij, cuius nemo non horrebat olim calamitatem & statum, id est, Lazari, quã gloriose est nunc coronatus? (L — Lazari mẽdici gloria quãta) Nunquid semper eris Lazare miser? nunquid semper despectus? nunquid semper infirmus & egenus Aut tu semper eris o diues hic felix? Minime. Sed quemadmodum audistis, factum est, Deo & diuitis voluptati, & miserijs pauperis finem imponere volente, vt moreret mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ. Humana illi hic defuerant obsequia, quare nunc illi ab angelis quoque seruitur. O felix anima, quæ hic, nisi à canibus, nemine alio visitabaris, nunc vero tibi non vnus sufficit angelus, sed angeli occurrunt multi, qui te portent. Quilibet eñ angelus animæ tam felici optat ministrare, O filij magna huius olim fuit calamitas, sed hanc videte quantus sequitur honor. Vbi nunc paupertas, vbi mendicitatis saccus, vbi hulcera, vbi famis & frigoris angustia? Ablata est omnis miseria, & angelis illum portantibus requiem accipit in sinu Abrahæ. Sinus Abrahæ ante Christi passionem, quies erat illa secreta sanctorũ patrum in lymbo, nunc vero cœlestis est patria sanctorum, quæ idcirco Abrahę dicitur sinus, quia pater idem est credentiũ. Qui enim ex fide sunt, hi sunt filij Abrahę. (Roma.)

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno, Hic voluptatibus & huius mũdi gaudijs dũ hic viueret, erat sepultus: nunc ad ima descẽdẽs inferni, tenebris & flãmis pinde ac sepulchro obuoluitur.

Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius.

Vides quia in pœnis constitutus diues oculos leuauit, vt videret consolationem felicis mendici, quem olim ipse felix despexerat? Iuste igitur, quia tunc oculos leuare vt misereretur, noluit, nunc leuare cogit et videre vnde magis crucietur. Quod Gregorius considerans, de illo diuite ait: (Gregor.) Oculos quos illi hic culpa clauserat, ibi aperuit pœna. Vidit igitur ad maiorem suam pœnam Lazarum in sinu, id est, in quieta & certa expectatione æternæ beatitudinis quiescere. Iustũ eñ erat oculos illos immisericordes puniri, in hoc quo hic noluerunt misereri.

Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret liguã meam, quia crucior in hac flamma. M

Sæpius & diu Lazarus ad diuitẽ olim clamauerat, quo vel tacente eius calamitas, inopia & hulcerosa infirmitas satis clamabant. At auribus clamauerunt surdis: & ideo etiam gratis. Euenire igitur illi, quod Sapiens ait, necesse erat: (Prouerb.) Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non erit qui exaudiat. Rogauit autẽ damnatus hic diues sui misereri, non q̃d doleret de culpa (obstinatus enim, vt omnes damnati, erat, quare de peccato non dolebat) sed de pœna, quam cupiebat mitigari. Itaque non rogabat sui misereri, pœnitens

pœnitens de suis patratis sceleribus, sed de comparatis supplicijs, neq; Deũ offendisse, sed semetipsum læsisse dolebat. Vide quoque quia diues patrem vocat nunc Abrahã, quem olim tñ imitari nolebat. Ille enim misericordia, pietate, hospitalitate & clementia fuit insignis. Quem si fuisset imitatus, recte patrem vocasset Abrahã. Modo vero cum degener sit ab Abrahæ virtute, non incongrue responderi potest ei: Si filius es Abrahæ, opera facere debuisses Abrahæ. Vide præterea, quia magis cruciari se querebatur in lingua. Nec mirum, quia putatur etiam plus deliquisse ingustu ac delectatione ciborum, in lætitia iocandi alijsq; delictis linguæ. Per hæc autem grauius quis punitur, per quæ grauius peccat. Vide ad tantam inopiam diuitem redactum, vt qui minima negauerit, puta micas panis, ad petẽda minima perductus est, quæ illi quoq; negata sunt, vt sequitur.

Ioan. 8

Gregorius

Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Diues hic ab Abraham filius vocatur generatione tantum seu propagatione carnis, non imitatione virtutis. Cui dicitur, quod multa receperit bona in vita. Nemo enim adeo est malus, qui non aliqua bona faciat, tametsi adeo digna non sint, vt æternam felicitatem mereant, vtpote nõ ex charitate, sed in peccatis operata. Quia tamen de genere fuerunt bonorum, Deus adeo iustus est, vt illa irremunerata non sinat. Dat igitur operum huiusmodi autori temporalia bona in mercedem. Hoc modo putandus est diues aliqua bona egisse, pro quibus hic diuitias, delitias, sanitatem, honores & id genus similia receperit. Lazarus quoque non adeo fuisse perfectus creditur, quin aliqua admiserit mala, licet dãnatione æterna propter Dei misericordiã non digna, quæ hic in illo purgata sunt. Quamobrem hic sua mala, & ille sua bona in hac vita recepisse dicitur. Quæ bona illũ ad pœnam miserunt, sicut hunc mala, quæ perpessus est, exaltauerunt ad coronam.

Epulonę diuitem, ꝑ quibusdã bonis suis hic recepisse mercedem.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi q volũt hinc transire ad vos, nõ possint, neque inde huc transmeare.

Chaos hoc magnum, quod inter electos & reprobos interstat, est distantia, inæqualitas ac disparitas meritorum, quod rigore diuinæ iustitiæ immutabiliter firmatum est, vt electi in bono confirmati, & reprobi in malo maneant obstinati. Hi igitur (dubium non est) ad electos non possunt accidere. Sed quod electi ad dãnatos per compassionem quoque singularẽ nõ accedant, facit quod cum Deo in voluntate sunt vniti, eiusq; adeo consentiunt iustitiæ, vt damnatis nihil possint, nihil velint compati, aut esse auxilio.

Chaos magnum qd sit.

Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo eñ quinq; fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorum.

Pro suis hic rogat non quod illis optet salutẽ. Inuidia enim dãnatorum adeo est obstinata, vt quomodo nemini, ita ne suis quidem optent bonum. Sic & beatorum tam perfecta e regione est charitas, vt nemini non velint bonum. Damnati igitur cũ suis salutem non optent, quare, inquis, tũc hic pro suis fratribus relictis orat? Dicendum, non propter illorum salutem hoc ipsum precari, sed ne per illorum damnationem maiorem ipse acquirat pœnam, quippe qui illis occasiones, exemplum malum, & bona reliquerat temporalia, irritamenta ad peccandum. Vnde non pro illis, sed pro se magis hanc denunciationem optabat, ne grauiori succũbere cogeretur supplicio. Quamuis etiam verisimile sit, vt inter eos qui saluandi sunt, damnati saluari optent magis suos, quam alienos, stante generali ad omnes nihilominus illa inuidia, qua neminem velint saluari.

Inuidia damnatorum qualis sit.

Et ait illi Abraham: Habent Mosen & prophetas, audiãt illos. At ille dixit: Non pater Abrahã, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agẽt. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas nõ audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Diuiti hic roganti, vt ad suos fratres hic Lazarus mitteretur, negatũ est: sed ad scripturam omnes remittimur sacram, cuius tanta est, autoritas, vt nedum homini, sed etiam ne angelo quidem de cœlis venienti, si aliud quid, q̃d scripturæ esset contrarium, docuerit credendum est. Sed quicquid vel angelus vel homo contra scripturæ iuxta Ecclesiasticam catholicamque eluci

Scripturę sacrę autoritas quãta sit. Gal. 1

N

elucidationem explanatæ assertiones euã gelizauerit, anathema sit. Maior est certitudo scripturarum, quæ autoritate Ecclesiæ receptæ sunt, quam cuiusuis mortui reuelationis. Nã si ex mortuis resurgenti vellent huius fratres credere, maxime crederent Christo, qui ex mortuis resurrexit. Verum sicut scripturæ, sicut Mosi & pphetis non credunt, ita nec Christo ex mortuis. Charissimi commonefaciat nos exẽplum hoc, siue historia, quo sobrie, iuste

Tit. 2 ac pie viuamus in hoc seculo, peccatorum nostrorum purgationem tam humiliter quam patienter sustinentes. Optemus magis hic cum Lazaro egestatem & infirmitatem pati, quam (sicut de Mose loquitur

Heb. 11 Apostolus) cum diuite temporalis peccati habere iucunditatem. Quod nobis largiat Iesus Christus in secula benedictus, Amẽ.

SERMO I. IN EADEM DOminica. Quam multipliciter à malis boni discernãtur, vtq; quadrupliciter peccetur circa diuitias.

O FActũ est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Lucæ XVI. Proponitur nobis charissimi hic comparatio quædam duorũ hominum non ęque hic felicium, nec post hanc vitam pariter felicium, diuitis scilicet & pauperis, cuius vtraq; conditio in Euãgelio describitur. Introducitur enim diues quidam fulgens purpura & auro, splendide epulans & precioso amictu honoratus, comitiua stipatus famulorum, alacer & sanus: & ediuerso egenus, mendicus, ægrotus, hulcerosus, famem patiens, & omniũ interim auxilio destitutus. Ponite hęc duo spectacula ob oculos vestros. Interrogo vos, vtrum horum duorum æstimatis feliciorem? Qui timet Deum, non dubito, qn mox Lazari (sic enim hic pauper vocatur) conditionem & statum probabit. Sed ego iudicium, quod secundum rationem quidem dicitur seu datur post auditam sentẽtiam, non requiro, sed audire cupio electionem & optionẽ vestrã, cuius vitã hic & statũ dũ vterq; viueret, si electio vobis & arbitrio vestro cõcederet, eligeretis? Quis dubitat, qn cũ diuite malletis hic esse felices, q̃ cum Lazaro pauperes? Audistis iam ex Euangelio quid vtrique acciderit, & propter ea fortasse inter spem metumque fluctuaret electio. Sed ego interrogo, ac si vtriusque nesciretis finem, sed vtriusque præsentem intueremini tantum conditionem, vt hodie multorum, quorum nescitis finem, contemplamini: cuius, inquam, optaretis amplectereminive conditionem? Quis dubitat dicturos vos omnes diuitis: in cuius statu æque salutem vobis promitteretis, q̃ modo indubitato, dum viueret, sibi ipse p misit. Quis enim diuitem illum cernens, omnibus quæ mundus miratur plenum, gaudentem ac gloriosum non honeraret, non genu ei flecteret, non gaudij illius participes fieri cuperet, nihilo minus sperans vt dixi, cum omnibus his futuram felitatẽ? Neque enim de eo legitur, quod aliena rapuerit, sed tantum, quod concessis sibi bonis immoderate fuerit vsus, (cuiusmodi hodie homines prædicantur liberales & honesti) & quod egeno auxilium nullum impendens eleemosynam fecerit: contra ꝙ quoque nostri temporis diuites glossam & excusationem non ignorarent. Erat itaque diuiti illi palatium amplum, erat familia multa, erat diuitiarum copia, erat honor. Ab omnibus enim agnoscebatur, ab omnibus honorabatur, nominabatur, magnificabatur. Quis ediuerso hulcerosi, miseri, calamitosi, egeni, mendicique hominis ærumnas aut optaret aut eligeret? Imo quis non omni eas qua posset virtute, fugeret? Sed audite filij charissimi, quam cæcum est nostrum iudicium, quã vana p̃sumptio. Audite quid Euangeliũ dicat: Factum est vt moreretur mendicus, & cẽ quæ sequunt. Eligite modo si vultis statũ diuitis. Dicite nunc? qd ex diuitijs vestris expectatis? Quomodo non tremitis o diuites, qui habetis consolationem vestrã in hoc seculo? Quomodo non timetis, qui riDetis nunc, qui epulamini & gaudetis, audientes hoc iustum Dei, sed absconditum iudicium? Quid habetis quod vos excuset, quod illum excusare non potuerit, sperãtes vt nõ simile vobis iudiciũ eueniat, qñq dem in culpa (si vere hãc nosceretis) parum estis dissimiles? Aduertite aũtem quantum discreuit Deus inter diuitem & pauperem. Primo, eos discreuit in nomine. Siquidem apud illum pauper nomen habet, diues nomine caret. Pauperem enim nonoscit ex nomine, diuitem non cognoscit ex nomine. Quia & diuites hic nomina sua

Gregor.

P

Epulonis diuitis delicias, qui ta hic fuerit.

Luc. 16 Diuitũ pericula quã ta.

Ibidem.

Quã multipliciter Deus bonos discernat à malis.

Mat. 13

I.

sua magnificant ac nominari volūt in terris, Dei nomen interim obliuiscentes: ideo Deus etiam nomina eorum delet de libro vitæ. Non ergo diuitem nouit quomodo fatuas virgines non nouit, quibus dum ad clausam regni cœlestis ianuam pulsarent dictum est: Nescio vos. Quomodoq; his qui in Christi nomine prophetasse & multa signa fecisse se iactabāt, responsum est: Nescio vnde sitis. Discedite à me operarij iniquitatis. Hoc itaque diuitis nomen (quia vitam eius non probauit Deus) non ostendit se scire. De impijs enim dicitur in Psalmo: Non ero memor nominum eorum per labia mea. Mendici vero nomen expressit, quod scriptum tenebat in libro vitæ: Gaudete, inquit, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Discreuit igitur in nomine eos, dicens: Homo quidam erat diues. Et erat mendicus quidam nomine Lazarus. Secundo discreuit eos in donis. Diuiti enim temporalia bona (vt filijs hominum solet) dedit, quibus si vellet, vti posset, & elleemosynam abscōdere in sinu pauperis, vt pro se oraret. Ipse Dei abusus est donis in superbiam. Porro pauperi ea Deus dona, quæ suis charioribus hic solet dare amicis, dedit, inopiam, infirmitatem, hulcera, impotentiam, mendicitatem, famem ac desolationem. Hæ fuerunt diuitiæ & gemmæ pauperis. His nobilis factus est & generosus, his conformem sese exhibuit regi suo. Tertio, discreuit eos in vitæ egressu. Nam pastor bonus cognouit ouem suam, quādoquidem in vita quoque ab oue agnitus est, & eius vox audita, idcirco sepulchrum fecit ei gloriosum. Nā fecit eum portari ab angelis in sinu Abrahæ. Mortuum quoque diuitem pastor illius diabolus seu suum parochianum agnouit, siquidem sepeliuit eum in infernum. Quarto, discreuit eos post mortem. Siquidem Lazarus sedit, quomodo per Esaiam promissum fuit, in pulchritudine pacis, in requie opulenta & in tabernaculis fiduciæ. Diues sedit in cruciatu gehennæ ardentibusq; flammis. Quinto, discreuit eos in expectatione. Siquidem Lazarum post Christi passionem ex lymbo in felicitatē transtulit æternam, vbi nullus ei dolor aut gemitus, cuius oīa desideria exaudiuntur & satiant, vbi nihil ad fastidium illi adest, nihil abest ad desiderium & felicitatē, pstolaturo geminam gloriam, vt corpore resumpto per resurrectionem in vtroq; gaudeat beatus. At vero diues hic continuis indeficientibusq; punitur incendijs, & corporis quoque post iudicium expectat, cremationem flebilem. Qui in inferno positus ad Abraham clamans, rogādo multa petiuit, sed ex omnibus (vt Euangelium testatur) ne vnum quidem impetrauit. Vt igitur dixi, quis est qui non paueat, quis hæc legens non tremat iudicia Dei? Eum namque quem omnis homo beatum ac felicē hic prædicabat, cui nemo non optabat fore similis, recipit infernus. Is vero qui hic contemptus & hulcerosus fuit, ab angelis portatur in sinum Abrahæ. Agite nunc diuites, plorate & vlulate in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comedentur. Aurum vestrum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Sed dicit quis: Nunquid non Abraham quoque diues fuit? In eius tamen sinu Lazarus hic requieuit. Quare ergo diuitibus tātum periculi est? Dico vobis filij, quod Christus dixit Iudæis: Si Abrahæ estis filij, opera Abrahæ facite. Si per Abrahæ aliorumve sanctorum diuitias vos excusari vultis, opera Abrahæ faciatis. Abraham hospitalis fuit egenis tribuens. Iob quoque diuitiarum suarum peregrinos & pauperes fecit participes, vt ipse de se confitetur, dicēs: Ostium meum viatori patuit, foris nō mansit peregrinus, &c. Hoc modo vos sanctorū opera facite. Non ametis diuitias, nolite velle esse, aut fieri diuites. Si Deus has vobis dederit, vtamini illis sobrie ad Dei gloriam, non ad contumeliam: vtamini illis ad pauperum sustentationē, & ad pios vsus, vt sitis iuxta Pauli admonitionē diuites in operibus bonis, proni bene agere, facile tribuere & cōmunicare. Nā quō diuitiæ non obsint, docet nos Psalmus, dicens: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ideo cum Iob nec gaudeatis ad diuitiarū accessum, nec si etiam vos deseruerint, tristemini. Nemo enim cum dolore amittit, quod non amat. Quod enim quis cum dolore amittit, conuincitur diligere. Itaque sciendum contingere vt quadrupliciter sic pecces circa diuitias. Primo peccas si diuitias modo illicito coaceruas, aut sic iniuste coaceruatas possi-

Marginalia (left): Iude. 4[?] / Matt. 25 / Matt. 7 / Psal. 15 / Luca 10 / Q / II. / Eccl. 29 / III. / Ioan. 10 / Esaia 11 / IIII. / Esaia 32 / V / Psal. 15.19

Marginalia (right): R / Iacob. 5 / gene. 15 / Ioan. 8 / gene. 18 / Iob. 31 / Diuitijs quomodo ad Dei gloriam vtendum sit. / 1. Tim. 6 / psal. 61 / Iob 1 / Gregori. / Peccatū quadruplex circa diuitias

possides. Teneris enim ad restitutionem quicquid aut fraude, aut violentia, aut vsura, aut per potentiam, aut per supplantationem proximi obtines. Huiusmodi nanq; oportet restitui, si saluari cupis. Et quid ꝓdesse tibi possunt ea quibus occidis & perdis animam tuã? Vos potentes, diuites & ꝓfecti, qui pauperes premitis, sicut si quis vuas torquet in torculari, recordemini q̊modo rex Israel Ahaba Nabaioth petiuit vineam illius, daturus pecuniam pro ea.

3.Reg.21 Quam cum ab eo impetrare (nolebat eñ hæreditatem suam vendere Nabaioth) nõ posset, Iezabel vxor regis Nabaioth interfici iubet, zelans pro viro suo, ne desiderio suo frustratus animo affligeretur, sed vineam obtineret. Indignatus super hoc dominus, prophetam ad regem misit, qui illi nũciaret, qua plaga ipsum, vxorem atque omnem eius posteritatem propterea esset deleturus. Animaduertite igitur vos præfecti & iudices, quorum est defendere pupillos & viduas, aduenas, pauperes & peregrinos quomodo Deus respicit & iudicat. An ignoratis, quibus simulationibus, astu & dolis hæreditates à veris hæredibus tollitis, vt vobis vendicetis? An Deus non videbit, aut non iudicabit? Et vos negociatores, an fraudes, figmenta periuria, imposturas, mendacia vestra ignorat Deus? An putatis, quæ hoc modo, aut per vsuras, aut illicito quouis alio quæstu acquiritis, vestra sint? Videbitis quæ modo non creditis, in fine vitæ vestræ, quantum illi & illi debeatis, quibus ea quæ iniuste vsurpastis, non restituistis. Et quid tunc hæc vobis ꝓderit vltima agnitio, quam nulla potest sequi emendatio? Rogo igitur vos ꝑ

1.pet.2 mortem domini nostri Iesu Christi quam

S sustinuit pro vobis, vt modo, hoc est, hodie quicquid apud vos est, quod non esse

Bona iniusta restituenda esse. vestrum debito ordine, aut certum, aut suspectum, aut dubium est, illud vobis faciatis alienum, & quibus pertinet, restituatis.

Lucæ 16 In hoc genere iniquus fuit dispensator villicus diuitis, qui bona domini sui dissipauit, & donauit in commodum suum, quibus voluit, propterea laudatus, nõ ex hoc quod inique fecit, sed quod sibi iuxta humanam prudentiam, quæ stultitia damnabilis est apud Deum,

1.Cor.3 callide ac temporaliter prouidit. Hoc modo non consulo vt temporaliter, sed vt æternę vestræ saluti ꝓuideatis, & sitis secundum Deum sapientes, restituatisque quicquid vestrum non est, quicquid iuste non habetis, & quicqd à regno Dei uos posset excludere. Satius est vobis pauperes intrare in regnum cœlorum, quam diuites mitti in gehennam.

I. Secundo pecatur, diuitias aut bona temporalia, auare retinendo. In horum sunt numero qui semper colligunt, quibus tam deest quod habent, quam quod non habent. Luc. Cuiusmodi diues quidam in Euangelio legitur, qui multa congregauerat bona, adeo vt horria dilatanda ampleandaq; decerneret, sibi ipsi dicens: Anima habes multa bona in multos annos reposita, &c. Hoc modo diues ille hodiernus deliquit, adeo durus, adeo tenax & inclemens, vt nõ posset pauperi sua vel superflua communicare.

III. Tertio peccatur, temporalia in illicitos superfluosque vsus exponendo. In hoc genere delinquentium est recensendus, qui portionem suam hæreditatem à patre acceptam dissipauit, atque cum meretricibus consumpsit. Luc.15 In hoc quoq; delicto epulo ille hodie notatus, innocens non fuit. Conuiuabatur enim splendide. Siquidẽ de illo scriptum non est, quod reprehensus fuerit, quod bono tantum vsus fuerit cibo, sed quod quotidie epulabatur splendide, vt intelligas ibi abundantiam, luxũ & ostentationem.

IIII. Quarto peccatur, tẽporalia bona seu diuitias nimis amando. De hoc genere diuitum erat qui ad Christum veniens iuterrogabat, quid vt saluus fieret, esset facturus. Matt. Qui cum Dei mandata iussus esset seruare, & ille se omnia seruasse iactaret, adiectum est à domino: Vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. At ille tristis abcessit. Quare tristis abcessit? Quia vt sequitur, habebat possessiones multas, à q̄bus ægre patiebatur se auelli. Amabat eñ eas: quare tristitia illi erat ab his diuidi. Dominus noster Iesus Christus nobis misericordiam suam largiatur, vt sic transiamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Qui cum patre & spiritu sancto vnus Deus viuit & regnat in secula benedictus, Amen.

SERMO II. IN EADEM DOminica. Quod in Dei semper timore sit viuendum, atque hoc mundo parce vtendum.

Mor

T

Diuitiæ q̃ te homi- nibus no ciuæ,

MOrtuus est autem & diues, &
sepultus est in inferno. Lucę
decimo sexto. Non in suggilla
tionem cuispiam hic quicquã
dicturus sum, sed ad omnium
exhortationem: quandoquidem huius do
minicæ Euangeliũ hæc habet verba. Sciẽ-
dum igitur, quamuis diuitias habere neq;
virtutis neq; vitij sit, facit tamen corruptio
nostra, tametsi opes iuste acquisitæ sint, vt
his aut vix difficillime vti possint, q habẽt
eas, absque delicto. Aut enim tenacitas se
admiscet, vt vbi ad pietatem, siue in Dei cul
tum, seu in animarum commodum libera
liter deberent erogari, tenacius retineant,
aut vbi ambitio & ostentatio nobis impe-
rant, tam inutiliter quam absq; ratione ꝓ-
fundantur. aut certe voluptas ex diuitijs
superbiaq;, non necessitas nutrit atque fo
uetur. Itaque varia sunt diuitiarum pericu
la, e quibus occasiones innumerę generan
tur delinquendi. Vna res est tantum, qua
diuitiæ saluti conferunt animarum, nem-
pe vt contemnantur. Si has didiceris con-
Diues q̃modo possit esse absq; periculo diuitiarum. temnere, atque propter Christum non a-
mare, tunc non nocebunt diuitiæ. Pri-
mo igitur si absq; periculo vis esse diuitia-
rum, disce easdem non amare, disce in illis
non gaudere, disce in illis consolationem
non recipere. Gratias age Deo tuo, qui à
mendicitate te seruans, absq; grandi tuo la
bore te pascit. Cum videris egenum, ex a-
nimo illi compatere, & te illi tanquam ci-
ui regni cœlorum humilians, cogita pro-
pterea illi temporalia non esse data bona,
quod recepturus sit à Deo æterna. Tibi ve
ro metue, ne propterea fortasse tu tempo-
Lucæ 16 ralia receperis à Deo bona, quod dicendũ
tibi sit in nouissimo: Fili recepisti bona in
Mat. 6 vita tua, sisq; de numero illorũ qui hic rece
perunt mercedem suam. Propter diuitias
nõ optes honoratior haberi, nec sinas vt q̃si
famulus sacerdos te sequatur, aut ad men
sam tibi seruiat. Affabilis esto ad omnes
homines quasi illis similis: maxime autem
pauperibus te exhibe communem, nec ali
quid in te appareat, vnde alijs præferaris
q̃si gloriosior. Esto diuitiarũ tuarũ dñs, nõ
seruus vt absq; retractione cordis eas q̃as
(vbi expedierit, aut vbi religio, Dei veti-
mor postulauerit) elargiri. Teipsum vero
dispensatorem temporalium bonorum,
nõ possessorẽ arbitrare: ideo nulla sit tibi
tristitia, nulla lætitia, siue minuant pecunię
siue augeantur. Itaq; noli gaudere ꝑpter
affluentiam tẽporaliũ rerũ, in Deo tñ & in psal. 16
eius benignissima misericordia tibi gaudi Diuitiæ q̃n ꝓdesse possint.
um sit, qui tibi indigno tanta dedit, & te
ministrum suũ constituit super bona sua,
in pauperes, peregrinos, infirmos egenos-
que distribuenda. Propter administratio-
nem vero temporalium bonorum tu quo
que vnus electorum sis, mercedem paupe
rum (quandoquidem recipis ex diuitijs cũ
ctis necessaria tantum) cum pauperibus ac
cepturus. Noli quoq; tristari, si tollan-
tur tibi temporalia bona, sed recole ea tua
non esse, nec amanda, sed cum Iob dicito:
Dominus dedit, dominus abstulit, sicut Iob 1
domino placet, ita factum est. Sit nomen Prolibus ne parentes nimiũ timeant ꝓ diuitijs
domini benedictum. Noli nimium sollici
tus esse pro tuis prolibus. Si timuerint ipsi
Deum, sufficiet eis, quicquid iustorũ bono
rum reliqueris. Qui enim te pascit, pascet q̃
que & filios tuos. Si vero impios relique-
ris filios, tunc digni non sunt vt aureum
habeant nummum. Absit igitur à te, vt pro
pter proles aliquid aut facias, aut intermit
tas, quod à dño in te fuerit arguendũ. Cha
rior sit tibi anima tua, quam proles tua.
Ante omnia igitur miserere primũ animæ Eccl. 30
tuæ placens Deo, filijs tuis, si fuerit in po-
testate tua, tantum relinque, vt non egeãt. Thob. 4
Pauperibus & egenis, si tibi multum fue-
rit, abundanter tribue: si parum, & hoc li-
benter in Dei amorem, & propter Dei a-
morem impende. In vsu temporalium bo
norũ vt ad gloriam Dei necessarijs vtaris,
superflua, curiosa, ostentatiua & voluptuo
sa deuita. Potius cogita quam multos in-
de alere possis egenos ex hisq̃ sup̄flue alij
inutiliterq; consumunt. Postremo, vt Deũ
timeas, atq; præ oculis habeas, semper ver-
satur in corde tuo quod diuiti dictum est
damnato, semper, quando ad voluptatem
luxum, gloriamve siue ciborum siue vestiũ
incitaris, hæc vox sonet in corde tuo: Fili Luc. 16
recordare q̄a recœpisti bona in vita tua, ꝑ-
pterea nũc cruciaris. Respõde igit̃ tibi ipsi:
Absit à me, vt bona mea hic recipiam.
Ego ex oĩbus bonis & donis Dei aliud nõ
quærã q̃ necessitatem & gloriam Dei. Scio
nõ me hic posse habere felicitatem, sed fu-
turam expectare. Quod vt melius possis,
audi q̄d Ezechiel ex ꝑsona dicat dñi de So Ezech. 16
domitis, q cœlesti fuerũt igne consumpti:
Hæc fuit iniq̄tas Sodomæ, sup̄bia, saturi-
tas panis & abũdantia & ociũ: & manũ e- Lucæ 16

Regula diuinæ iustitiæ certissima quę.

geno & pauperi non porrigebant. Similia leguntur quoque de diuite epulone, bysso purpuraq; vestito & quotidie cõuiuante.

X Certissima autem diuinæ iustitiæ regula est, vt sicut nullum bonum irremuneratum, ita nullum malum remanet impunitum. Deinde, quod nemo tam inuenitur bonus, qui non aliquid habeat quo delinquat: nemo tam iustus, qui non aliquando peccet. Sic nemo tam est prauus, qui non interdum æqui boniq; nõnihil agat. Cæterum, sicut bonis delicta exigua bonitatem non adimunt omnem, ita prauos modica bona non efficiunt iustos. Qui ergo boni sunt pro leuioribus peccatis hic temporaliter affliguntur. Quam afflictionem quo æquiori animo mortales ferant, eo citius purgantur, & regnum consequuntur beatum. Qui vero reprobi sunt, paucorum (q̃ hic gesserunt) bonorum retributionẽ hic quoque accipiunt temporalem: & pro peccatis magnis, quæ hic expiari nequeunt sine charitate, pœnas dabunt postea sempiternas, Hic iam eligat quisque, vtrum velit aut temporaliter hic lugere ac pati incommoda, & tandem ab his non modo liberari, verum perpetuis etiam bonis frui aut bonis delectabilibus huius vitæ affluere, frenoque nullo obedire ac disciplinæ cohiberi, & tandem carcere perpetuo inferni obstringi. Huius enim rei causa dñs Iesus historiam hanc recenset, duorum vitam dissimilem, exitum quoque & præmium dispar vtriusque descrbens. Non est vt aut ore, aut ita viuens opere dicas: Ad patriam cœlestem tendere volo, nec tñ tẽporalia hæc gaudia nõ amare. Cõtra dicit nãq; tibi Christus. Nemo, inqens, potest duobus dominis seruire. Aut eñ vnũ odio habebit, & alterũ diliget, aut vnum sustinebit & alterum contẽnet. Quem vnum certe si obtinere volueritis, necesse est vt hæc mundi gaudia nõ ametis. Quod nobis largiat Iesus Christus in æternũ benedictus, Am. Lucæ 16

DOMINICA SECVNDA POST SOLENNITAtem S. Trinitatis, epistola prima Ioannis tertio.

XI Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniã diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus ꝓ fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A In hac epistola, quę dñica hac legenda nobis ꝑscribitur, præmonitio fit nobis, ne exterreamur aduersitatibus, persecutionibus ac mundi odijs, quibus Dei seruos mũdus premit necessaria, recordantes illius apostolicæ sentẽtiæ: Oẽs q pie volũt viuere in Christo, persecutionem patientur: eiusq;, quam hic, Ioannes dicit: Charissimi, nolite mirari si odit vos mundus. Cum eñ vos qcquid est mundi contẽnatis, illi diligant q filij sunt seculi & amici, magnifaciantq;, necesse est, vt dissentiatis. Dissentiões aũt & discordias sequunť odia & ꝑsecutiones. Proinde Apostolis saluator ad passionẽ iturus, ꝓdixit: Si mundus vos odit, scitote q̃a me priorẽ vobis odio habuit. Nam si de mundo essetis, mundus q̃d suũ est, diligeret. Quia vero de mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Sequiť: Nos scimus q̃a trãslati sumus de morte culpæ ad vitã, gratiæ, q̃a diligimus fratres. Christo nobis hoc signum cõstituẽte, qñ dicebat: In hoc cognoscent oẽs q̃a mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Itaq; in hoc, inq̃t Ioãnes certũ signũ habemus in nobis, q̃d trãslati de morte sumus ad vitã, qñqdẽ diligimus fratres

2.Tim.3 Ioan.15 Ioan.13

fratres spirituali amore in Deo. Hoc secu rius quã nos dicere potuerũt Apostoli, q se in gratia Dei confirmatos p spiritus san cti plenitudinẽ receptã nouerunt. Nos aũt pie qdem sperare possumus, nemo tñ certo scire potest, an amore odio ve dignus sit: nisi q̃d signũ habemus ex charitate fraterna, ad sortẽ nos ptinere electorũ. Cæterũ e diuerso, q nõ diligit Deũ ac pximũ p charitatẽ, manet ĩ morte, hoc est sub dãnatiõe nisi cõuerterit se, ppetua. Oĩs q odit fratrẽ suũ, homicida est. Qui nõ diligit, dixit, manet in morte. Cũ vero non diligere sit minus adhuc quã odisse, quõ odiẽs nõ maneat, si non diligens manet in morte? Igit qui odit fratrẽ suũ, nõ solum manet in morte, sed etiam homicida est. Primo, propriã suã animã necãs. Deinde, etiã infirmiorẽ proximum ad odiũ rancorẽve puocans. Si ille quoq; in anima moriat, ipse suo illũ odio necauit. Et scitis quoniam oĩs homicida non habet vitã in se manentẽ. Est enim ob noxius æterni dãnationi, vtpote in culpa constitutus mortali. In hoc cognouimus charitatem Dei, erga nos, q̃m ille animam suã pro nobis posuit, quum non deesset sapientiæ eius alium inuenire modum, quo nos redimeremur, nisi summam illam ostendere voluisset charitatem, qua maiorẽ nemo habet, vt animam suã poneret pro amicis suis: imo etiam pro inimicis posuit illam. Et nos debemus pro fratribus animas, id est, vitam corporalem nostram ponere. Vita nanque nostra corporalis, seu corpus nostrum, vt res viliores debent à nobis æstimari, quam anima proximi nostri, ita vt vitam nostram corpusque nostrũ demus potius in mortem, quã proximũ nostrum, etiam inimicum nostrum finamus mortale peccare delictum, vbi id monendo cauere possumus. Qui habuerit huius mundi bona temporalia, videritque fratrem suum necessitatem ex penuria eui denter pati, & clauserit ei viscera pietatis, nihil illi tribuens neque subueniens, quomodo charitas Dei manet in eo? Minime manet in illo. Quippe qui non habet charitatem, vtpote durus & auarus atque immisericors. Filioli non diligamus verborũ blanditijs, nec promissionibus tantum linguæ, sed opere præstemus charitatem ac veritate. Opera nostra atque adeo res ipsa, quantum diligamus vel inimicos nostros, charitas in nobis manifestet.

Margin notes (left): Iacobi 9 — B — Ioan. 15 — Ioan. 15

EXEGESIS EVANGELII dominicæ secundæ post. S. Trinitatis solennitatem, Lucæ XIIII.

Dominica superiori proxima descriptus nobis est status duorum hominũ, neque hic in vita neq; post mortem æque se habentium. Alter eñ horum hic vixit felix, post mortem miser: alter hic miser fuit, post mortem felix, quo disceremus mũdum contemnere, non fidere terrenis, nec abuti concessis rebus. Amatores enim suos hoc modo beat mundus, vt perpetuo eos faciat infelices. Hodie vero proponitur nobis, quam misericorditer sumus vocati tã ad gratiæ quam ad cœlestis gloriæ cœnam, quæ etiam sint, quæ auocent nos, vndeve impedimur, ne veniamus. Itaq; dicit Euangelium. C

Homo quidã fecit cœnam magnã

Antequam hæc diceret verba Christus monuerat quõ essent conuiuia seruanda. Vocandos enim ait conuiuas pauperes, & qui non habent vnde retribuant, sed retribuatur nobis in resurrectione iustorum. Ad hæc quodam dicente: Beatus est qui manducabit panem in regno Dei, dixit Iesus: Homo quidam fecit cœnam magnam. Lucæ 14 Quis iste sit homo, dubium non est quin sit dñs noster Iesus Christus, verus Deus & verus homo in vna persona. Vocat aũt homo, dũ clementia & humana eius benignitas in parabolis est describenda: dicit etiam quidam homo, q̃d singularitatem significat. Est eñ Christus reuera homo singularis & ab alijs discretus. Est eñ solus ex omnibus de spiritu sancto conceptus, hominis, hoc est, Mariæ virginis, & nõ viri filius. Est etiã ab omni peccato alienus: nec homo tñ, sed etiam Deus. Hic fecit cœnam magnam Duplicẽ cœnã Christus suis exhibet electis. Prima cœna est gratiæ, quam Deus facit homini reuerenti à peccato. Huius habemus parabolam Euangelicam de eo, qui patrimoniũ suum acceptũ peregre profectus cõsumpsit inutiliter & in peccatis. Quo reuertente pater occidit vitulum saginatum. & conuiuium fecit ad gratulandum reuertenti ad se filio. Vitulus saginatus & occisus Christus domi-

Margin notes (right): Christus vt dicat homo quidam. — Lucæ 1 — D — Cæna duplex quã electis exhibet Deus — Lucæ 15 — Vitulus saginatus

& octio quid mystice significet.

nus noster est, omnium virtutum & gratiarum plenus, hic suæ passionis nos reficit gratia. Per hanc enim redemptionis nostræ efficimur participes & incorporamur Christo, vt eius simus membra Dei filij & Rom.8 hæredes. Ex illo enim spiritualis gratia in cũa mẽbra diffundit, quæ viuificat nos, impinguat, recreat & confortat. Eam enim ob rẽ Christus clamat: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã. Matt.11 Apoc.3 Itemq;: Ego sto ad ostiũ, & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cũ illo. Eius cœnare est suæ gratiæ nos participes facere. Itaq; cœna gratiæ cibos habet suos. Cænę primæ cibi qui sint. Quæris qui cibi sint? Cognoscere seipsum, detestari propria peccata, odisse propria vitia, amare virtutes, inquirere & diligere beneplacitum Dei. Vocatur autem cœna ideo, quia est ante ingressum requiei, ante dormitionem mortis necessaria animæ refectio. Dicit quoque cœna magna, quia Cœna hęc cur dicat magna. maximus & omnipotens est, qui cœnam exhibet. Est etiam magna propter cibi nobilitatem. Caro mea, inquit, vere est cibus. Dicitur præterea magna, quia magna charitate nobis est parata. Maiorem nanque Ioan.6 Ioan.15 dilectionem habet nemo, quam vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Est alia cœna gloriæ cœlestis, de qua scriptum

E

II.

est: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Vis huius cœnæ audire præparationem? Apostolus ait: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ pparauit dominus diligentibus se. Apoc.19 Esaiæ 64 1.Cor.2 Dicitur etiam beatitudo cœlestis cœna, quia post laborem recipitur cœna, Beatitudo cœlestis cur cœna appelletur. ita refectio gloriæ post omnia certamina, consummatisq; laboribus & miserijs huius vitæ percipitur. Deinde sicut post cœnam instat requies, nec reditur ad laborẽ, ita percepta beatitudine cœlesti, non redit ad huius vitæ certamina ac laborem.

Amodo enim dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Apoc.14 Est prǽterea cœna magna propter domus cõuiuij amplitudinẽ, de qua scriptum est: O Israel, quã magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Baruc.3 Secundo, magna dicitur propter conuiuarum multitudinem. Multi enim, Christo teste, venient ab oriente & occidente, & recumbẽt cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cœlorũ. Matth.8 Apoc.7 In Apocalypsi quoq;: Vidi, ingt Ioannes, turbã magnã, quam dinumerare nemo poterat. Tertio, propter ministrantium nobilitatẽ dicitur magna: figuratur enim in conuiuio Assueri regis, qui singulis mensis ministros præposuit de principibus suis, hoc est, de Est.1 angelis suis. Hi enim omnes sunt ad ministratorij spiritus, &c. Heb.1 Quarto, dicitur magna propter ferculorum abundantiam, dignitatem & preciositatem, Dominus enim Deus ipse preciosissimis est cibus huius cõuiuij. Ioan.17 Hęc est, inquit, vita ęterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Quam magna multitudine dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te: Psal.30 Si magna est timẽtibus te, quanta est regnantibus tecum? Reuera vt iterum Psalmista dicit: Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Psal.83 Et sanctus Augustinus: Tanta est, inquit, iucunditas vitæ æternæ, vt si etiam non liceret in ea manere, nisi vnius diei mora, propter hoc innumerabiles anni delitiarum huius vitę contemnerentur. Augusti. Vitę æternæ iocunditas quanta. Quinto, est magna cœna quia omnium desideriorum plena est satietas absque fastidio. Interim enim semp nobis deficit aliqd, nec plena vnquam est nobis aut requies aut felicitas. Sed tunc, ait Psal. satiabor, cum apparuerit gloria tua. Psal.16

F

Et vocauit multos.

Vocatio Dei multiplex est, qua nos inuitat ad cœnam. Vocat hominem Deus multis modis. Primo, vocat nos voce, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Matt.11 Et iterũ: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim vobis regnum cœlorum. I. Matth.3 Est autem vox non solũ quæ auditur cum sono, sed est etiam vox quædam inspirationis, qua nos Christus vocat pene continuus. Vox Christi qua interiue vocat hominem quę. De qua ait Psalmista. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Psal.84 Et iterum: Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Psal.94 Semp enim diuina adest homini inspiratio, instinctus bonus, atque interna Dei allocutio sancta, vbi, tñ est auditus, nec diuinæ vocis contemptus. II. Secundo vocat per literas seu per nuncium. Literæ Christi quæ sint. Literæ Christi nostri domini sunt eius Euangelium & sacra scriptura: Nuncij eius sunt sancti pdicatores. Nuncij Christi qui sint. Quibus in psona dixit Apostolorum. Sicut misit me pater, & ego mitto vos ad prædicandum. Ioan.20 Et ideo dicit alibi q̃que: Qui vos audit, me audit, & q vos spernit, me spernit. Luc.10 III. Tertio, vocat nos manu, nutu aut signo. Manu vocare, est beneficijs inuitare.

Deus vel nos vocet manu & nutu.

uitare. Bonitatē eīn suam nobis sæpenumero ostendit in beneficijs p̄sentibus, vt futura eo securius cœlestia speremus. Nutu vocare, est quando aliena videmus aut prospera aut tristia, vnde discimus Deum iratum aut placatum, significaturque nobis in euentu alieno, quid nostræ conueniat saluti. Nam si hominem in peccatis viuētem subito inueneris aut inopinate mortuum, quid tibi hic loquitur euētus tristis, nisi vt vitam tuam corrigas, à peccato contineas, nulloque tempore in peccato inueniaris perseuerare mortali, ne tibi similia deteriorave contingant? Quapp̄ter Christus cum sibi nunciatum fuisset quorundam Galilæorum sanguinem mixtum esse à Pilato cum sacrificijs eorum, dixit: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis quia ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, similiter omnes peribitis. Signo deniq; vocat, id est, tribulatione. Scimus nanque propterea à Deo tribulationem nobis mitti, qua redeamus ad ipsum, sicut scriptum est: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum dn̄e. Idcirco dū tribulationem aut infirmitatem sentimus intelligamus oportet nos à dn̄o moneri atque reuocari. Faciamus igitur quod faciebat Psalmista: Tribulationem, inquiens, & dolorē inueni, & nomen dn̄i inuocaui. Est enim calamitas (vt dixi) quæuis, signū, quo terret nos dn̄s, vt filios, quos ne pereant, cupit reuocari. Minatur enim nobis, terret nos, quia præseruari nos vult à periculo peccatorum, quomodo mater filium arcet à flumine, à casu, à sectione, hoc est, à cultro seu gladio. Hoc modo nobis multifariam loquitur Deus, & vocat nos etiam per creaturas.

Lucæ 13

Ibidem.

G

Deus vt nos signo ad se vocet.

Psal. 82

Psal. 114

Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.

Seruus missus qs. Marc. 1 Matt. 3 Ioan. 2

Seruus hic missus chorus est apostolorū, prædicantiumque ordo. Qui omnibus clamans nunciat: Pœnitemini & credite Euangelio. Itemq;: Pœnitentiā agite. Et: Nolite diligere mundū, neq; ea quę in mūdo sunt. Transit eīn mundus & concupiscentia eius. Itemq;: Præterit figura huius mundi. De reliq̄ q vxores habent, sint qua si non habentes, & qui gaudent, sint quasi non gaudentes. Hæ voces quid sunt, nisi serui domini. i. cuiuscunque boni prædicatoris vox & clamor, vocantis ad cœlestē cœnam? Hora cœnę est vltima ętas mundi. Nos enim, Paulo teste, sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et in fine mūdi cœna hæc, quando duplicem stolā tūc oēs accipient electi, exhibebit. Potest nihilo minus applicari, quod de hora cœnę dicitur, ad hominis ætatem, vt hora cœnæ dicatur, quando homo iam senescit. Tunc enim sæpenumero electos suos qui à rectitudinis via hallucinati sunt, vt resipiscant, reuocat, inducens eis recordationem suæ iustitiæ & timorem, finis vitæ celerem expectationem, mundi gaudiorum fallaciā & vanitatem, & præsentis vitæ miserias, & infelicitatem. Quod vero parata omnia dicit, intelligi debet per Christum, puta peccatorum remissio, chirographi peccati deletio, nostri reconciliatio, regni cœlorum apertio, donorum spiritus sancti communicatio, & quicquid aliud est, quod in salutem hominis fuerit necessarium, in Christi nobis morte paratum est.

1. Cor. 7

Ibidem

Hora cœnæ q̄sit.

1. Cor. 10

prouer. 31

Lucæ 1. 3. & 14

Colos. 2

Col. 1

Mar. 25

Lucæ 13

Et cœperunt simul omnes excusare

H

Excusatio hæc non de verbis intelligitur, sed de operibus. Omnes enim sua amabant impedimenta salutis. Quæ tametsi sibi quoque viderentur impedimenta, hic tamen carere aut abstinere noluerunt, sed excusabant se quasi impeditos, qui venire nequirent. Hæc autem excusatio vocante prędicatore aut diuina inspiratione, quasi nūcio aut seruo, nihil aliud est, quam diuino instinctui, aut humanæ exhortationi non acquiescere & non consentire, & licet omnes hoc ipsum peccatores faciant, tamen tres tantum, perinde ac tria peccantiū genera, aut tres peccandi status, qui se excusarunt, hic recensentur.

Excusatio qd in hoc loco significet.

Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum.

Per villam dominationem aliquam accipimus atque occupationem terrenam. Quamobrem significari hic intelligimus supbos & ambitiosos, quoꝝ est se excusare. Hi eīn supbiæ & ambitiōi seruiētes, cito

Villa qd mystice significet.

to recipiunt impedimēta, p quæ diuinæ in spiratiōi nō acqescant. Sunt aūt de huiusmodi hominibus multi, q p tutela honoris sui (vt ipsi loquunt) magis aūt p gloria, p excellentia, & p supbia sua zelantes, impedimenta animarum admittunt grauia, Dei quoq; præcepta negligunt, ne suas amittant diuitias & dominationes, neve æstimatio eorum in modico lædatur aut minuatur. Et hæc impedimenta priuatus eis amor psuadet quasi licita & necessaria, per quæ volunt & sibi persuadent etiā se esse excusatos. Rogare em̄ se haberi excusatū, est aliquam in medium ferre aut p̄tendere causam, quare ad suam salutē sese non disponit. Omni em̄ superbo nihil adest familiarius, quā semp se excusare. Obserua v̄ba singula, & quomodo superbiæ vitium in singulis indicet, inuenies. Superbia em̄ facit ex cōsuetudine quasi necessitatem. Qui em̄ vanam gloriam diligit, quicquid loqtur p sui excusatione aut defensiōe cū loqui quasi vrgēs necessitas impellit. Ideo dicit: Necesse habeo. Quia vero à se digredi, & sui fieri immemor probatur supbus, dicitur etiam exire, scilicet à se, putans se aliquid esse, cum nihil sit. Cum præterea aliis placere, aliis præferri cupit, tunc illū oportet videre, id est, studium excogitandarum viarum, quibus id obtinere possit, assumere.

Superbia ex consuetudine qd efficeat.

Gala. 6

Alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & necesse habeo probare illa. Rogo te habe me excusatum.

I Iuga boum quinque significant quinq; sensus, qui iuga propterea dicuntur, quia sensus oēs geminati sunt, vt visus in duobus oculis, auditus in duabus auribus, gustus in lingua & palato, olfactus in duabus naribus, tactus in duabus manibus, licet alioqui per totum corpus diffundatur tactus, & geminari possit, quo ad tactum externum & internum. Iuxta hunc igitur intellectum curiositas sensuum potest intelligi, qua interior homo ad exteriora sese effundit, suorum interiorum prorsus nescius, alienorum inuestigator curiosus. Potest nihilominus hic intelligi auaritia. Per iuga em̄ quinque boum, quinque vult paria boū significari, quæ empta voluit probare, cuius occupatione retentus cœpit se excusare, ne ad cœnam inuitatus vitæ veniret, aut potius auaritiam suā, cum scriptū

Iuga boū quinq; qd velint.

Curiositas sensuū qd faciat.

sit: Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Displicet enim hoc, vt per Hieremiam significatur, grauiter Deo, illo per prophetam dicente: Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccaui. Psal. 140 Hiere.

Et alius dixit: Vxorē duxi, & ideo non possum venire.

Quamuis vxorem duxisse illicitū non sit, tamen cum coniugii sit abusus frequētior, vbi copula coniugalis non ad prolē suscitandam, sed ad voluptatem admittit, non mirum est, vt per rem iustā (coniugiū enim æque seruatum non excludit à regno Dei) significetur res iniusta, puta carnis voluptas seu luxuria. Videte aūt quam egregie ad Euangelium alludit sententia quoque Ioannis in epistola sua. Euangelium enim vos volens nominare, qui præcipue mundi speciem tenent, nil aliud quam quod Ioannes dicere videtur: Omne q̊d est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Obserua quoq;, quod is, qui vxorem se dicit duxisse, non rogat excusari. Voluptas enim carnis adeo est importuna, adeo eos quos capit semel, absorbet, vt honestatis & verecundiæ immemores non solum non excusent, verum etiam vltro confiteantur quasi necessitatem, desperando dicentes: Non possum continenter viuere. Quod quid aliud est, quam non possum ad cœlestem cœnā venire?

Coniugii abusus fiat.

Gregori.

1. Ioan. 2

Voluptas carnis q fit importuna.

Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. K

Serui huius denunciatio, est prædicatorum sanctorum gemitus in oratione corā Deo plangentium, quod verbum Dei à se prædicatum non inueniat locum, vbi requiescat, aut vbi faciat fructum. Idcirco pater familias iratus, non passione iræ feruentis, nec affectione vindictæ, sed voluntate & zelo tranquillo iustitiæ, malum punire volentis. Quia vero prior inuitatio seu elgatio serui præcipue fuit ad principes synagogæ, scribas & pharisæos atque seniores, qui, vt dictum est, excusarunt se iterū: nunc seruus mittitur ad simplices & illiteratos, hoc est, ad plebē Iudæorū iubetur q; cito

Ira patrisfamilias quid.

cito exire, & introducere ad cœnã cæcos, id est, indoctos & inscios, pauperes, id est, donis spiritualibus destitutos, & mundo despectos, debiles item ad bene operandum, & claudos, id est, instabiles. Sicut enim Gregorius dicit: Sæpe infirmi, & in hoc mundo despecti, tãto celerius Dei vocem audiunt, quanto in hoc mundo non habent, vnde delectentur. Erat autem propterea cito eundum, quia pro saluandis animabus, nõ debet interuenire mora, aut negligentia. Gregori⁹

Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est.

Quasi diceret: Quos vocari iussisti, & qui ex plebe Iudęorum sunt conuertendi, iam sunt ad fidem introducti. Intrauit enĩ frequentia Iudæorum ad dominicam cœnam: sed locus est, quo adhuc recipiatur etiam numerositas Gentium. Ita enim factum est. Nam Paulo & Barnaba ad synagogas Iudæorum intrantibus, & Dei illis verbum annunciantibus, cum resisterent Iudæi his quæ dicebantur à Paulo, dixit Paulus: Vobis, scilicet Iudæis, oportebat primum prædicari verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce cõuertimur ad Gentes vobis repudiatis, vt ad cœnam æternæ vitæ eas vocemus. Actor.13

Et ait dominus seruo: Exi in vicos, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

L

Mittitur hic chorus prædicatorũ ad populum gẽtilium, populum sine lege, rudem, & inciuilem: ideo ad sepes, & vicos ire iubetur, & eos compellere, hoc est, rationabili persuasione inducere, vt intrare ad cœnam dominicam consentiant. Compellere debent prædicatores populum ad salutaria, quomodo Apostolus ad quendam horum ait: Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra in omni patientia. Compelluntur aũt, non quia nolentes intrãt, sed quia eorum mutatur voluntas, Deo ad hoc media debita ordinante, vt velint iam quod ante noluerunt. Per infirmitates enim & aduersitates illos plerunq; inducit, vt salutaribus monitis assentiant. 2.Tim.4 Cõpellere intrare quid sit.

Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Per ingratitudinem indigni cœnæ cœlestis facti sunt, quotq̃t vocati venire noluerunt. Quamobrem postea cum libẽter etiam intrare voluerint, nõ poterunt. Obseruemus igitur filij charissimi vocationẽ nostrã, & in omnibus quæ nobis accidũt, aduertamus quare nobis hæc miserit Deus: quæ sit item volũtas eius beneplacens, & perfecta, vt hanc non negligamus, pręstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen. Roma.12

SERMO IN EADEM DOminica. In quam multiplici sint genere, qui à domino vocantur.

M

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Lucæ XIIII. Hæc est illa cœna, quam suo nobis sanguine pręparauit dominus & redemptor noster Iesus Christus, in cruce pro nobis moriens. Ibi enim pro nobis occisus est vitulus saginatus, in conuiuium nobis paratus, in spiritualem cœnam præsentis vitæ, qua introduceremur in cœnam cœlestem. Hanc ad passionem iturus, discipulis quoq; suis promiserat, dicens: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. Et iterum: Vado parare vobis locum, &c̃. De hac cœna quoq; loquitur, vbi dicit: Beati sunt serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilãtes, Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis. Vt igitur breuiter dicam filij, cœna hæc vita est æterna, qua omnes electi epulantur, requiescuntq; à laboribus suis, pleni gaudio, quiete, ac felicitate perpetua. Hæc autem cœna, hoc cœleste cõuiuium, vt Augustinus ait, duobus instauratur ferculis, in absentia scilicet omnis mali, & in affluentia omnis boni. Quæ fercula iuxta diui Bernardi sentẽtiam, tam magna sunt, vt mensurari non possint, tam longa, vt non possint terminari, tã multa, vt non valeant numerari, tam preciosa, vt non possint æstimari. Id enim quod promittit Deus, vt verbis vtar Augustini, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur, desideria & vota transcẽdit, acquiri potest, æstimari non potest. Illud enim est solum, verum & summum bonũ,

Ioan.19 Lucæ.22 Ioan.14 Lucæ.12 Cœna dei quæ sit. Apoc.14 Augusti. Fercula duo cœnę Dei quæ sint. Bernard⁹. Augusti.

quod non de creatura,ſed de creatore con
cipitur.Quod cum acceperis, nemo tollet
à te,cui comparata omnis aliunde iucũdi-
tas mœror eſt,omne decorum fœdum eſt,
om̃e poſtremo quod delectare poteſt,mo
N leſtum eſt. Ad hanc cœnam vocauit
generaliter omnes,qui neminem vult peri
2.Petri 3 re:ſingulariter aũt multos,eos ſcilicet,qui
bus ſingularia dona,ſingulariaq; contulit
beneficia,atq; auxilia ad ſalutem.Beati igi
tur qui ad cœnam hanc nuptiarũ agni vo-
Apoc.19 cati ſuut,beatiores qui perueniunt miſer-
rimi plane qui venire renuunt.Sunt enim
qui excuſare ſe in Euãgelio narrãtur,quo
rum excuſatio nulla eſt alia, niſi quod tẽ-
poralia præferunt cœleſtibus.Debet itaq;
Chriſtianus omnis vocationem ſuam in-
telligere,debet quęcunq; ſibi eueniunt,de
manu Dei ſuſcipere,Deo quod ad ſalutem
1 Petri 5 ſibi hæc miſerit,credere,ſub ipſius poten-
ti ſe humiliare manu,atq; iuxta vocationẽ
Euenictia cuncta de manu Dei ſuſcipienda. ſuam dominũ ſequi. Certiſſimum igitur
fili tibi hoc ſit,ſi Deo cupias ſeruire,ſi eius
mandata & beneplacita facere,te ſecure, fi
deliterq; de eius manu accipere, quicquid
tibi miſerit ille,quicqd ſuper te venire per
miſerit,quicquid dederit,quicquid ſubtra
xeritve,ſiue conſoletur,ſiue affligat,ſiue te
attrahere,ſiue proĳcere videatur:tu modo
illi confide,& quod tibi euenerit, de ma-
nu illius accipe.Vide præterea & expende,
quid tibi boni ex hoc poſſis procurare.
Quicquid enim tibi à domino mittitur,in
ſalutem tuam mittitur.Tu modo eo ſic v-
tere, vt ſaluti tibi ſit quod tibi miſſum eſt.
Nec tuum eſt diſcutere,per quem tibi do-
minus mittat,aut afflictionem, aut conſo
lationem,ſed mittentis tu inſpice autorita
tem & prouidentiam,attende charitatem,
& diſce quid ex illo quod euenit tibi,ſit lu
crandum.Hoc enim modo efficies,vt ten-
tationes quoq; & pericula omnia te vocẽt
atq; trahant ad Deũ,quæ alioqui à Deo vi
debantur retrahere. Obſerua tamen q̃d
Matth.22 ad hanc cœnam intrare te oportet cum ve
Veſtis nuptialis habẽda quę. ſte nuptiali.Quæ veſtis ſit nuptialis,nemi-
ni puto non eſſe notum,nempe charitatẽ.
Sine hac enim,ne martyrium quidem pro
deſſe poteſt ad ſalutem.Hæc eſt autem,in-
1.Ioan.5 quit,in epiſtola Ioannes, charitas Dei, vt
mandata eius cuſtodiamus.Qui autem ſer
1.Ioan.3 uat mandata eius, vt idem dicit, in illo ma
Ioan.14 net,& ipſe in eo.Chriſtus quoque: Si dili-
gitis,inquit,me,mandata mea ſeruate. De

um enim non diligere conuincitur, quiſ-
quis eius non ſeruat mandata.Non igitur 1.Ioan.3
diligamus lingua tantum,ſed opere & ve-
ritate.Qui enim fatetur ſe diligere Deum, 1.Ioan.2
nec mandata eius obſeruat, mendax eſt.
Eam ob rem quum diues quidã Chriſtum
interrogaſſet, quid ſibi foret faciendum,
vt vitam poſſit ingredi æternam, hoc eſt,
vt cœnæ illius ſempiternæ fieret parti-
ceps,quid audiuit? Profecto hoc tantum: Matth.19
Si vis ad vitam ingredi,ſerua mãdata Dei.
Scimus niſi Chriſti redẽptione,nobis non
patere ianuã regni cœleſtis.Scimus quoq;
Dei mandata nobis eſſe tradita,nõ vt eadẽ
duntaxat ſciamus, ſed vt faciamus etiam.
Neq; enim auditores legis, ſed factores le Rom.2
gis iuſtificabũtur apud Deum. Et niſi Dei
obedierimus mãdatis, extra ſtatũ nos con
ſtituimus ſalutis. Itaq; Chriſti ſangui O
nis redemptione nobis parata, cum nihil Ioan.5
reſtet nobis aliud neceſſarium quo ſalue-
mur,hoc eſt,quo à morte trãſeamus ad vi-
tam,niſi vt ſeruemus mandata Dei(quę ſer
uantes non peccabimus aliquãdo)cur cir-
ca alia inania,& infructuoſa tam multa oc
cupamur?Quare non omnẽ nauamus ope
ram,quare omni vigilantia nõ ſumus ſol- Mandata Dei ſeruātibus,quā ta beatitudo promiſſa ſit.
liciti,quo Dei perficiamus præcepta?Man
data enim Dei ſeruare, ſanitas animæ eſt.
Mandata Dei ſeruare,ad dies feliciſſimos
perducit. Quis enim veſtrum eſt filĳ, qui Pſal.33
non diligat dies bonos,& vitam longam?
Adhuc ſemel interrogo:Quis veſtrum eſt,
qui non diligat dies beatos(beatos dies di
co,vbi nulla eſt triſtitia,nullus timor,nul-
la offenſio,vbi pax,gaudium,& ſecuritas)
& vitam,non dico longam, ſed ſempiter-
nam?Neminem profecto ſcio,qui hãc nõ
velit,qui non optet, aut qui pro hac non
precetur:quandoquidem omnium laborũ
noſtrorum eſt finis vita beata. Enumera
iam hominũ negociatorum,militũ, ſcho-
laſticorum labores & incommoda. Quos
ſi interrogauero,quare hæc faciant: reſpõ
dent ſe hæc pati,vt dies aliquando bonos,
& vitã obtineãt quietã. Attendite filĳ, ſi la
bores hic magni aſſumuntur propter qui-
etem aliquando perfruendam, nõ diu du
raturam,quanti ſunt labores tolerandi,p-
pter dies bonos,& quietam vitam, imo p-
pter felicem & beatam nunquã finiẽdam?
Referuntur aũt in Euangelio in triplici
genere homines ad cœnam vocati. Qui- Lucæ 14
dam enim vocati ſunt, ſed non venerunt.
Qui-

Ad cœnã vocati triplex. Quidam vocati veniunt. Tertij compellũtur vt intrent. Primi qui vocantur & non veniunt, sunt hi, qui in triplici quoq; ordine hic enumerantur, quemadmodum in epistola sua Ioanneseos insinuat, in tribus peccatis vniuersa vitia cõprehendens, cũ dicit: Omne quod est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Sic Christus tres hic narrat vocatos, qui noluerunt venire, superbum scilicet & curiosum, seu auarum & luxuriosum. Ad hæc enim tria genera peccatorum alia quæcunq; reducuntur. Neque enim hi soli non veniunt ad cœnam domini, sed non veniũt etiam alij peccatores in peccatis perseuerantes. Non eñ mentitur Apostolus vbi Corinthijs scribens, dicit: Nolite errare. Neq; enim fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi (estne hoc etiam peccatum, hodie filij esse ebriosum?) neque maledici, neq; raptores regnum Dei possidebũt. Ad Galatas quoque scribens: Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prędico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Itaq; hi omnes licet vocati, non tamen intrant (si ita inuẽti fuerint) ad cœlestem cœnam, hoc est, ad æternam beatitudinem.

1. Ioan. 2

1. Cor. 6

Galat. 5

Secũdi qui vocantur & veniũt, sunt pauperes, quo verum apparet quod Apostolus dixit: Infirma mundi elegit Deus, q̃ confundat fortia. Diuites enim & potentes, docti ac sapientes mundi, cum habeãt vnde in hoc mundo florent, vtpote cæteris præstantiores, superbiunt, & parum de cœna futuræ vitæ cogitant, præsentibus contenti. Magis enim eos præsentis temporis opes, læticiæ & honores consolantur, quam spes futurorum. Adeo enim his quæ vident, inhiant, vt ad futura, quę à prędicatoribus sanctis prædicãtur, vix aduertant. Pauperes vero quo maioribus calamitatibus premuntur, eo humiliores fiũt. Aeque igitur peccatores intelligi possunt, & qui vocati veniunt, & qui venire cõtemnunt. Sed hi pc̃tõres sunt superbi, qui seipsos ignorant, elati & magni in oculis suis, & ideo sui vocationem contemnunt. Illi vero, quia seipsos peccatores esse cognoscunt, sunt humiles & veniunt. Peccatores itaq; supbi respuuntur, humiles eligũtur. Hi autem qui vocati veniunt, hic in quadruplici ponuntur differentia. Siquidẽ nominãtur hic pauperes, cæci, debiles & claudi. Pauperes sunt, qui nihil à se pręter peccata habere cognoscunt, in oculis suis vacui virtutibus, inopes gratiæ de suis viribus non præsumunt. Hi itaque quia humiles sunt, ad Dei cœnam idonei introducuntur. Debiles sunt, qui ex timore, vt Petrus, & fragilitate delinquunt. Sunt quidam voluntatis plerunq; bonæ, sed non adeo fortes, quin turbine tentationum accedente vacillent, aut succumbant. Hi quoque suam agnoscentes fragilitatem, dum ad dominum clamant, & in adiutorio habitant altissimi, mox resurgunt, & ad cœnam veniũt. Tertij sunt cęci, qui per ignorantiam peccant. Inter quos se Paulus cõstituit, dum Timotheo scribit, se aliquãdo fuisse persequutorem, blasphemum & cõtumeliosum. Sed ideo, inquit, misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Quarto loco nominantur claudi, id est, claudicantes. Vellent hi quidem saluari, sed à delictis se continere nõ possunt, quia amor priuatus in eis nimius est, nec sibi vim possunt inferre, quemadmodum scriptum est: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

1. Cor. 1

Esaiæ 5

Lucæ 14

Pauperes quinam sint vocati.

Matth. 26 Mar. 14

Lucæ 22

Debiles vocati qui sint.

Psal. 119. & 19

Cæci vocati qui.

1. Tim. 1

Claudi qnam sint vocati.

Matth. 11

Tertij sunt, qui compulsi veniunt, Felix, inquit Augustinus, necessitas, quæ ad meliora compellit. Et Seneca: Infirmitati meæ gratias ago, quæ coegit me non posse, quę non debeo velle. Hi itaque compelluntur intrare, quibus amaritudines, aduersitatesque dominus mittit, propter quas illis, aut peccare non libet, aut ex illis, vt non etiam possint, impedimentum obsistat. Itaque in hoc genere intelliguntur hi, qui peccare quidem volunt, sed aduersitatibus impediuntur. Vnde contingit sæpenumero, vt in se redeant, & malitiam suam arguant, & corrigant. Proinde in Osee peccatrix anima introducitur, fornicatura à Deo suo, dicens: Vadam post amatores meos, qui dant mihi panes meos, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. Cui dominus respondens, Propter hæc, inquit, sepiam vias

Q

Augustin. Seneca. Necessitas felix quę.

Osee 2

am vias tuas spinis, & sepiam eā maceria, hoc est, ego circundabo te necessitatibus, & concludam angustijs & calamitatibus, vt ad iniquitatem tibi, tametsi velis malum
Osee 2 agere, via nō pateat. Propterea seqtur: Et semitas suas nō inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quęret eos, & nō inueniet. Sed quid, inqs, prodest illi vias habere à Deo sibi conclusas, nec ad amatores, cū quibus fornicaretur, posse venire, quādiu prauitas in animo dominatur, nec malitia fuerit correcta voluntatis? Ad hoc, inquā, illi prodest, vt videns etiam in malis suis, qualem optat, se nō habere felicitatem, tandem resipiscat, tandem det illi vexatio intellectū, tandē sentiat se à
Esaiæ 4 suis delectationibus derelictam, dū etiam viro suo, hoc est, sponso suo dño Deo est destituta, cuius amore deberet foueri, custodia protegi, & vigilātia gubernari. Hūc vero, quia iam reliquit, etiam se sentit derelictam, & iucunditate peccati carēs (quam quæsierat) calamitatibus v̄o infeliciter p̄ssa, nusquam, id est, neq; à Deo, neq; à mundo inuenit consolationē. A mundi enim consolatione animam illam excludit miseria & calamitas, à diuina peccatum, seu inquinata conscientia. Rediens igitur in seipsam, suam plangit infelicitatem, suam insipientiam, suamque ingratitudinem & malitiam. Porro de sponsi bonitate confi
Osee 2 dens, redire ad illum decernit, dicens: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tūc, magis q̄ nunc. Vides ne quomodo per hoc, quod viam eius Deus spinis sepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari solebat, amaritudinibus
Eccle. 18 repleuit, quod post concupiscentias suas
Psalm. 31 eam abire non siuit, quod eam delinquere volentem virga corripuit, quod in chamo & fræno maxillam eius constrinxit, illam ad sui cognitionem, ad resipiscentiam que reduxit? Vides iam quod absque violata, seruata animi libertate hæc anima immutata est, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Deum redire compulsa est? Similem quoq; parabolam habemus Euangelicam de filio prodigo, qui à patre suo patrimonio accepto, in regionē R
profectus longinquam, totum hoc quod Lucæ 15
accepit, in meretriceos turpesque ac superfluos vsus profudit. Cum itaq; consumptis omnibus, iam non solum quod luxui, verum quod necessitati etiā opus esset, nō haberet, cuidam ciui adhæsit, seruiens illi in custodiendis porcis. Vbi in grauescente fame ad tantam est inopiam tandem redactus, vt de siliquis porcorum ventrē cuperet reficere esurientem, sed nemo illi dabat. Fames igitur & calamitas quam patiebatur, illum in se reduxit, vt videret insipientiā suam atq; suū cognosceret errorem. Quocirca in se reuersus dixit. Quā multi mercenarij abundant in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo. Surgā igitur & ibo ad patrem meū, & dicā ei: Pater peccaui in cœlū & corā te. Iam non sū dignus vocari filius tuus, sed fac me sicut vnū de marcenarijs tuis. Vides quid illi p̄fuerit fames & calamitas? Nunquid enim scelerū suorū, dum sumptus adhuc ad peccandū patrimoniū suppeditaret, illū pœnituit? Nū ad patrē tunc sibi redeundū statuit? Minime. Cęterū vbi nihil ei non defuit, vbi miseriā expertus est, vbi infelix hic esse cœpit, pœnitens ad patrem salubri con- Compelli
silio statuit redire. Occasiones igitur dum intrare, nam quā
diuina misericordia nos conuertendi quæ- tur.
rit, dum per multa occurrentia vel aduersa vel iucunda ex nolentibus nos (salua no-
stra libertate arbitrij) volētes facit, dicitur Lucæ 14
compellere nos intrare. Beati qui sic compelluntur, vt velint. Huiusmodi enim compulsio, nō violentia, aut coactio est, sed introductio, & blanda, felixq; mutatio. Quā nobis dominus noster Iesus Christus largiatur, qui est in secula benedictus, Amē.

DOMINICA III. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola prima Petri quinto.

XII. HVmiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnē sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuīt, quęrēs quē deuoret.

Cui

Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

A

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Multa eruditione beatissimus Petrus hic nos ĩstituit apostolus. Primo enim ad humilitatē, quę basis est vniuersi spiritualis ædificij nostri, hortatur nos dicens: Humiliamini sub potēti manu Dei. Quasi dicat: Viles existimate vos, & nihil esse coram Deo, agnoscentes ingratitudinem vestram, desidiam, atq; animi infirmitatem, sub Dei omnipotētia, virtute ac iustitia, cui vt subiecti sitis, necesse est. Consistit autem humilitas vera primo in obedientia, ne te contra Dei erigas præceptum, ne contemnas illud, aut negligas. Deinde in vera pœnitentia, vt de peccatis tuis, nihil tibi blandiaris, te nō excuses, sed vituperes ac iudices. Quantum enī Deo displicet superbia peccatoris, tantum pœnitentis humilitas, atque verecundia ei placet. Tertio consistit humilitas in vera patientia, qua flagella pro peccatis tuis de manu domini suscipias, patienterque feras. Flagellatus fuit Pharao, & induruit: flagellatus est Nabuchodonosor, & ingemuit. Ille ad obstinationem, hic ad pœnitētiam. Ille ad damnationem, hic ad salutem proficiens. Quarto, sita est in reuerētia, qua bene sentias, qua diligas, qua honorem denique tuis præpositis, ac superioribus exhibeas. Humiliamini igitur vltro sub Deo, & pillius honore sub hominibus. Quod si feceritis, vosque subieceritis, & eius manum tuleritis patientissime, cum magno fructu id facietis. Itaque humiliamini, vt exaltet vos in tempore visitationis, quum scilicet aduenerit ad iudicandos vos, aut in morte singulariter, aut generatim in fine mundi, vt vnicuique iuxta merita sua retribuat. Proinde nunc humiles estote, vt tunc gloriosi inueniamini. Omnē sollicitudinem vestram proijcientes in eum, non eam tantum, quæ est pro temporalibus rebus, sed omnem, puta pro quibusuis necessitatibus vestris. Sitq; posthac vna vobis duntaxat cura, humiliari scilicet per depressionem, ac mortificationem, per abnegationem, per pœnitentiam, per obedientiam, per patientiam, & per prælatorum vestrorum reuerentiam, quoniā Deo ipsi cura est de vobis. Est enim humilium protector dn̄s, sicut Psalmus dicit: Custodiens paruulos dominus humiliatus sum & liberauit me. Huiusmodi paruulus fuit Abrahā, cui dixit dn̄s: Noli timere Abrahā, ego protector tuus sum. Et certe quanta fuerit Deo cura de illo, sacra testatur scriptura. Si quidem in Vr Chaldæorum, & dum peregrinaretur vel in Aegypto, vel in Palestina, vel dum præliaretur contra quatuor reges, & numeratis vernaculis suis illos insequens, quam abduxerant, prædam oēm de illorum manu excutiens recuperaret, num de Abrahā cura Deo nulla fuit? Itaque sequitur: Sobrij estote. Sobrietas pulcherrima est virtus, sita non tātum in restricto vsu corporalis alimenti, sed omniū rerū etiam, quę pertinēt ad voluptatem, vel animi vel corporis. Nam sobrietas non in his tantum quibus carni, sed in his etiam quibus spiritui seruitur, puta in lectione, scientia, meditatione & corporis afflictione est necessaria: vt nihil immodestū, nihil non temperatum, nihil non rationabile ac discretū in nobis fiat. Estote igitur sobrij & vigilate per studia, exercitia, operaque bona, ne vsquam offensioni diuinæ, nec machinationi diabolicæ in vobis detur locus, quia aduersarius vester diabolus, quem continue vobis quomodo habetis insidiantem, ita semper suspectum habere, atq; contra eundem in armis esse vos decet. Hic tanquam leo rugiens circumit implacabili odio vos persequens, & occasiones, studia vestra, naturales conditiones, & occupationes vestras considerans, quærit quem deuoret, seu quem per mortale peccatum, perque amissionem gratiæ diuinæ sibi incorporet. Cui fortes resistite in fide. Fortes decet ad resistendum hosti nos exhibere. Itaq; fortitudo animi in pugna est necessaria, omnisque procul abijcienda, tam ignauia, quam pusillanimitas. Resistite autem in fide, credentes e cœlo auxilium vobis affuturum.

Quod

Margin notes (left): Humill. vera in quibus consistat. — I. — II. — III. — IIII. — Exodi 9. 10. & 14 Daniel. 4 — Apoc. 21 — B — sollicitudo omnis in Deum reiicienda.

Margin notes (right): Sapien. 6 — Psal. 114 — Gene. 15 — Gene. 12 — Gene. 14 — Sobrietas in quibus sita sit.

Quod in fide quoq; imploretis à domino, nec in vobis confidatis, sed in Dei adiutorio: quo vos erigatis contra diabolum, cuius nulla est virtus, vbi illi fides restiterit. Iacob.4 Resistite igitur diabolo, & fugiet à vobis. Nec vos molestiæ huius tædeat, sciẽtes vos nõ solos esse, qbus bellum est cũ diabolo, sed vestræ fraternitati, hoc est, omnibus electis, qui in mundo sunt, passionem quoq; hanc euenire. Militia nanq; est vita hominis super terram. Iob.7 Iudith 8 Et omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. C Deus autem omnis gratiæ benignissimus collator. Nihil enim nobis debetur pro his, quæ nos soli hic absque Dei gratia gessimus, quam pœnæ & supplicia. Quippe qui à nobisipsis nihil habemus aliud quam non esse, ab omni bono deficere, ad vitia, ad nostri destructionem, ad perditionem quoq; procliues esse, & in peccata non tam labi, quam ruere. Reliqua quęcũque bona sunt, à Deo sunt. Itaq; Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos in gloriam suam, vt adoptionis simus hic per gratiam eius filij, atq; bonorum cœlestium hæredes Roma.8 in Christo Iesu, seu per Christum Iesum, modicum quidem passos. Passio est introductio in gloriam, Lucæ 24 quãdoquidem de Christo scriptum est: Oportebat Christũ pati, Matth.10 & sic intrare in gloriam suam. De filijs quoq; Zebedęi scriptum est, quod petentibus per matrem cõsessum cum Christo in Mar.10 eius regno, responderit Christus: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Significãs nimirum passionem necessariam ingredi volentibus in gloriam æternã. Dicit autem Petrus hic modicum quidẽ passos. Quare modicum ęstimat? 2.Cor.4 Quia pręsentis vitæ oĩs afflictio modica & momẽtanea est cõparata immẽsitati gaudij cœlestis. Sequitur: Ipse, hoc est, Deus, qui in vobis cœpit, perficiet, cõsummabitq; gratiam suam in vobis operantem, ipse voluntatem vestram bonam confirmabit perseuerantia. Ipse denique hanc roborabit ne deficiatis in tribulationibus. Ipsi gloria, quo omnes illum adorent, prædicent, ac laudent. Ipsi imperium, cui omnes sese subijciant in secula seculorum, Amen.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ III. post dominicam Sanctissimæ Trinitatis, Lucę decimoquinto.

PRima dominica S. Trinitatis succedente dominicæ dominus nos ad timorem compũgi voluit, saltem seruilem: historiam de epulone narrans miseram, Lucæ quo nos mundo non fideremus, temporaliaq; disceremus contemnere, carere gaudijs, illicitisq; quibuscunq; voluptatibus. Lucæ Sequenti post illam dominica allicit nos ad cœnæ cœlestis desiderium, memores nos esse volens vocationis nostræ, & parata oĩa quæ sunt nobis ad salutem necessaria, modo voluntas bona, studiumque veniendi accedat. In hac tertia dominica nos peccatores inuitamur ad accessum ipsius saluatoris per pœnitentiam. Lucæ Qua in re ne terreamur Dei iustitia, misericordia nobis proponitur nostri saluatoris, nunciaturq; gaudium fieri in cœlo super peccatore pœnitẽtiam agente. Tantum abest, vt peccator pœnitens nõ audiatur, aut nõ mereatur veniam. De hoc est Euangelium hodiernum.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum.

Dominus noster Iesus Christus, non semel verbo, opereq;, cur in mundum venerit, monstrauit. Mat. Eze. Matth. Psalm. Nempe, vt quæ perierant, oues resuscitaret, quod aberrasset reduceret, quod infirmum sanaret, & vt totum dicam, vt peccatores sibi reconciliaret. Dignatio misericordissima hæc fuit, nõ necessitas. Nemine enim eget Deus. Propter peccatores igitur eum venisse in mundum certissimo constat. Propter peccatores incarnatus est, passus est, & mortuus est. Et quid propter peccatores nõ fecit? Quid propter peccatores non tolerauit? Verum propter quos peccatores inquis? Quandoquidem scriptum est: Altissimus odio habet peccatores. Nunquid propter eos qui suas defendunt sordes, qui gloriantur in peccatis suis, & qui in transgressionibus præceptorum diuinorum perseuerant? Eccle. Minime. Nemini enim mandauit Deus, nemini consentit (tametsi non semper impediat) impie agere. Sap.14 Siquidem scriptum est: Altissimo odio est impius & impietas eius. 2.Tim. Cum his itaq; peccatoribus nullam habet Deus familiaritatem (nouit enim qui sunt eius) vtpote

pote induratis & reprobis. Nouit cum quibus peccatoribus conuersaretur: nẽpe his qui illum desiderabant, & quibus se poterat exhibere saluatorem. Quod enim omnibus ęque nõ se exhibet saluatorẽ, ex ipsius impotẽtia non est, sed qa illum suis malitijs à se homines excludunt. Neminẽ ẽm ad bonum cogit, ne virtus non sit virtus, sed violentia.

E

Sunt igitur alij peccatores qui odiunt peccata sua, qui se peccatores erubescunt, qui alios iustos æstimant omnes, præter se. Oculos suos in se retorquent, sua peccata attendunt, seipsos accusant. De alienis peccatis nihil se occupant, nec iudicant. De omnibus enim melius, q̃ de seipsis sentiunt, ideo se continue plangunt. Quamdiu tamẽ (quicquid fecerint) Christus ad eos non venerit, aut ipsi venerint ad Christum, tam diu adhuc peccatores manent. Ad hos peccatores (quia sunt humiles & sibi cogniti) accedit Christus, cum his manducat & bibit, non vt foueat, palpet ve & lactet in peccatis, sed vt eos à peccatis eripiat, & super eorũ gaudeat pœnitentia, faciatq; inde cõuiuium regni cœlesti & gaudiũ. Eam ob rem dominus tam exhibuit se affabilem, benignum, misericordem, pium, ac dulcẽ, vt peccatores huiusmodi humiles sumptis animis, resumptaque fiducia appropinquarent ad se. Appropinquabant autem non gressu corporis tantum, sed & mente. Nil enim pedibus tantum accessisse profuisset, si corde à longe, & à Christo alieni stetissent. Ad hanc accessionẽ admonet nos Psalmus, dicens: Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Certe non confundentur, quia nemini Deus peccata improperat, eadem corrigere volẽti. Et Iacobus ait: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Fecerunt hoc Matthęus, Zachæus, Maria Magdalena, & reliqui innumeri, quibus illud Pauli quadrabit dictũ: Qui eratis aliquando longe, nũc prope facti estis. Appropinquatio igitur illa laudatur, vbi vita & moribus ad Christum acceditur, vbi totius vitæ agitur conuersio ad Deum.

Pc̃tores q̃ nam recipiuntur a Christo.

Psalm. 33

Matth. 9 Luc. 19 Marc. 16 Ephe. 2

Appropinquatio ad Deum laudabilis quæ.

Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Quamuis scriptum sit: Viri iusti sint tibi commensales, & in Psalmo legatur: Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam: quo Pharisæi quoq; Christum rem facere illicitam putabant, quod peccatoribus se præbuit amabilẽ, & in conuersatiõe communem, haudquaquã Christo nocere potuit cum peccatoribus edere & cõuersari. Proinde quemadmodum infirmiores homines sunt ab improborum conuersatione dehortandi, ne ab eis discãt quod deforme sit imitari: ita laudãdi sunt perfecti, qui se communes exhibent peccatoribus, non quod negligentię abominationesq; eorum illis placeant, sed vt ad correctiorem eos vitam, tam verbo, q̃ vitæ exemplo reducãt. Hoc modo quoq; Christum, qui inquinari non potuit, quiq; ad hoc venerat, vt ex peccatoribus iustos, ex infirmis faceret sanos, decebat maxime, vt perinde ac medicus inter ægrotos, inter peccatores saluator, affabilis ac mãsuetus viueret.

Eccli. 9 Psal. 100

Cõuersari cũ improbis q̃ẽus licitũ sit.

F

Murmurabant autem Pharisæi aduersus illum, qui compati debuerãt peccatoribus, & super his pœnitentibus (quod angeli quoq; faciunt) gaudere. Sed reuera compertissimum est, quod magnus sentit Gregorius, falsam iustitiam (cuiusmodi pharisaica erat) habere indignationem, veram habere compassionem. Indignabantur falsi iusti his, qui veri esse iusti satagebant. Super iniquos enim, & verus, & falsus irascitur iustus, dissimili tamen animo & mente. Iustus enim verus irascitur ex zelo, ac amore iustitiæ, falsus autem iustus liuore irascitur vindictæ. Spernit eñ, cui irascitur, proximum suum. Iustus sæpe numero durioribus increpat verbis delinquentem. Sed aduertendum est, licet austerioribus verbis aggrediatur in corrigẽdo proximum, internam tamen illum seruare dulcedinẽ charitatis. Intellige fili patrem tibi peccanti irascentem. Ideo enim tibi irascitur, ideo te arguit, vt à peccatis retractũ te faciat meliorem. Porro mali non sciunt corrigere, quia finem correctionis nõ quęrunt, nec ex charitate arguunt, sed vt dedecore, ignominiaq; homines afficiant. Nõ igitur zelus rectus, sed superbia, arrogantia, & liuor in Pharisæis erat, qui pc̃tores despiciebant, se illis præferentes. Pc̃tõrum nanq; consortia non ideo, ne illorũ fallerentur, paulatimq; abducerẽtur erroribus, fugiebãt, sed qa eos vt se indignos despiciebant, atq; cũ quibus ipsi iustiores nõ deberent cõuersari, illos spernebãt. Eam ob rẽ

Gregori⁹

Ira iusti quid sit, quidve intendat.

Christum,aliosque iustos inquinari ex cō uersatione familiari,cum peccatoribus ex istimabāt. Huiusmodi Simon ille erat,qui dominum recepit conuiuio, in quo mulier peccatrix ad dominum accessit, suis lachrymis pedes eius lauans. Quod cernens Simon intra se cogitās,dicebat: Si hic esset propheta,sciret vtiq;,quæ & qualis est mulier quę tangit eū,qa peccatrix est. Putabat enim dño,vt se tangendum pręberet peccatrici,non cōuenire:haud dubium,si ad suos mulier pedes venisset, calcibus eam repulsurus. Pharisæi aūt duas causas se habere putabant murmurādi,puta q̊d Christus pctōres reciperet, & cum illis māducaret. Grandis Pharisęoꝝ querimonia,q̊d iuxta Prophetā,dominus esset clemens & misericors,patiens & multum misericors,pręstabilisq; super malitia. Grāde crimē, ac Pharisæorum cēsura dignum,quod dominus ad se redeuntes pctōres benigne susciperet,resuscitans de puluere inopes virtute,&de stercore eleuans pctōrum pauperes, vt collocet eos cū principibus populi sui cœlestis. Hoc modo frater quoq; senior quum domū ex agro rediret,audiretq; ob fratris sui reditum, qui luxu om̄e inhoneste patrimonium suum cōsumpserat,patrem conuiuantem,&omnem familiā gaudentem,inuidit,atq; (qui simul propterea gaudere debuerat)intrare noluit. Hoc modo Pharisæi quoq; nō probabant,sed rem æstimabant indignam,quod cum pctōribus manducaret Christus. Se vero, cū quibus ederet, haud dubium æstimabant dignos. Verum,cum superbiam eorumq; liuorem nō ignoraret Christus, audi tamē q̄ benigne cū his liuidis murmuratoribus agat. Neq; enim eos dure obiurgat,sed pie instruit per parabolam. Ideo sequitur:

Lucæ 7

Murmuratio pharisęorum contra Christum quid intē derit.

Ioel.2

G

Psal. 112

Lucæ 15

Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues,& si perdiderit vnam ex illis,nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eam?

In hac parabola nihil vult dicere aliud, quam iniuste illos murmurare super hoc, quod animas ipse diabolica fraude amissas,atque abductas quæreret reducendas: quandoquidē qui centum habet oues, vnam si perdiderit,requirit,reducereque satagit in locum & ordinem vnde excidit. Quod quare non similiter est faciendum in animabus,si id fit de ouibus? Homo itaque ille Deus est, qui habet centum oues, id est,vniuersitatem creaturarum,angelorum & hominum. Per nonaginta autem nouem indicat choros angelorū, quibus si adhuc vna addatur, fiunt centum. Sunt itaq; angeli oues per innocentiam,obedientiam & dilectionē. Est quoq; natura humana ouis,sed quę in primo homine seducta aberrauit ac periīt, vt Psalmista habet: Erraui sicut ouis quæ periīt. Et Esaias ait: Omnes nos quasi oues errauimus. Hanc ouem perditam,nonaginta nouem aliīs in deserto, hoc est, in cœlo (vbi pascua sunt æternæ viriditatis)relictis,Dei filius quęsiuit. Hoc enim ipse fatetur,dicens: Missus sum ad oues,quæ perierunt domus Israel. Quomodo autem quæsiuit? Carnem assumendo humanam,prædicando, miracula faciendo,patiendo iniurias, vitæ exempla monstrando, & nos sua morte redimēdo. Quapropter in Ezechiele dicit: Ecce ego ipse p me visitabo oues meas, sicut pastor visitat gregem suum in die,quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū. Charissimi filiī attendite,quantam in nos misericordiam erogauit Deus, quod qui angelis peccantibus non pepercit,nobis nō solum pepercit, sed pro nobis etiam delicta nostra soluit.

Angeli & homines cur vocentur oues.

Psal. 118

Esaiæ 53

Matth. 15

Ezech. 34

1.Petri 2

Et cum inuenerit,imponit in humeros suos gaudens.

H

Inuenit ouem perditam Deus, cū humanam naturam assumpsit,quam tunc in humeros suos imposuit, cum pctā nostra pertulit super lignum. Pro nobis enim omnibus ipse passus est,pro nobis vulneratus est,& eius liuore sanati sumus. Nam & pater de eo dicit: Propter scelus populi mei percussi eū. Humeri ergo Christi,cornua sunt crucis, quibus nos vnde excideramus ad patriam, hoc est, ad ouile cœleste reportauit. Hoc Esaias præuidens, dixit: In brachio suo congregabit agnos,& in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Oues dispersas per varias peccatorum concupiscentias Christus congregauit,vt ipsemet dicit: Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum cōgregat gallina pullos suos sub alis,& noluisti. Hæc enim congregatio nihil aliud est,quā iustificatio peccatoris. In sinu

Ouis perdita quando reperta fuerit.

1.Petri 2

Esaiæ 53

Ibidem

Esaiæ 40

Matth. 23

finu suo agnos portare dicitur, cum ad se conuersos in pace & tranquillitate fouet conscientiæ, Tunc enim tranquilla tua potest esse conscientia, cum peccata tua damnas præterita, & futura execraris. Fœtas ipsas quoq; portat. Fœtæ dicuntur animæ illæ, quæ ex noua conuersione diuina gratia impregnantur, vt multitudinem operũ pariãt bonorum. Quas portat, dum in suo eas seruitio diuina consolatione cõfortat, vt non sentiant laborem.

Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.

In sua ascensione Christus haud dubiũ magno studio omnes angelos, hominesq; simul ascendentes refecit: potissimũ quod ouem perditam, id est, naturam humanam ad pascua cœlestia reduxit. Gratulandum enim maximopere est in peccatoris cõuersione. Primo, quod Christi imago reformata est. Secundo, quod fructus meritorũ ac passionis Christi nõ est ociosus. Tertio, quod angeli operam suam, hoc est, custodiam, protectionẽ & gubernationẽ, quam homini impendunt, non locarunt gratis, sed gaudiũ de anima habent saluata, & fructum suæ percipiũt restaurationis. Aduertendum quoq; est quod dicit dñs. Nõ congratulamini oui, cui maxime videbatĩ gratulandũ, sed congratulamini mihi, q̃a Deo est gaudium vita nostra, & cum nos ad cœlum reducimur, solennitatem lætitię illius implemus. Nam & laborem suum quem pro nobis fecit moriendo, quasi nihil reputat præ amore nostri. Neque enim sibi dicit gratulandum, quia redemit, sed quia inuenit ouem, minorem æstimans suã vitam, quam ouem, vt quod comparauerat sanguine suo, inuenisse se dicat, tanti faciens rem vel sic inuentam.

In pctõris cõuersione gratulandũ esse propter tria.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quã super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Mirum hic videtur & dubiũ, an Deus præferat pœnitentiam innocentiæ, q̊d dicit maius gaudiũ (repetitio enim sermonis eiusdem idem significat) fore angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non egent pœnitentia. Sanctus Paulus cõuersus ad Christum, dubum non est, quin gratissimam Deo fecerit pœnitẽtiam. Sancta Maria etiam Magdalena vas dilectiõis & amoris, gratissimam quoq; fecisse Deo pœnitentiam quis dubitet? Deinde gaudium magnum in sua pœnitentia, & in feruore nouitatis vitæ assumptæ eam angelis fecisse quis neget? Sed nunqd maius fuit gaudium angelis Dei, vel super Paulo, vel super eadem Maria Magdalena pœnitẽtibus, quam super puritate, innocẽtiaq;, aut Ioannis Baptistæ, aut beatissimæ virginis Mariæ? Hæc enim ab omni peccato est prę seruata, ille à peccato in matris vtero sanctificatus. Hunc igitur sensum haud quaq̃ voluisse mihi videtur dñs intelligi, sed vt D. Gregorius astruit, solere multos inueniri innocẽtes, qui grauia peccata nõ admiserunt, atq; ideo quo minus Deũ offenderunt, tanto etiam feruore minori, minoriq; austeritate sibi imperare. Quia enĩ non multa illicita admiserunt, ideo licentius etiam licitis vtuntur. Esse vero alios q in multis deliquerunt, qui feruentiori cupiunt studio perdita recuperare, fracta restaurare, neglectaq; supplere: illis quia grauia non admiserunt delicta, sufficere videtur, quod à peccatis contineant, & concessis rebus vtantur. Porro his qui multa illicita fecerunt, non item vt ab illicitis tantũ abstineãt, sufficere videtur, sed à multis etiam licitis se refrænant. Itaque in huiusmodi verum est, maius gaudium fieri super peccatore pœnitentiam feruenter agente, quam super iusto tepide, aut nõ feruenter se erga Deum exercente. In summa igitur hoc intelligendum est, vt cæteris paribus (quod sanctus Thomas ait) semper præfertur, siue plus amatur innocens iustus, quam pœnitens, aut à peccato cõuersus. Aliquando tamen conditiones mutãtur, vt pœnitens resurgat melior, atque feruentior innocente, & tunc haud dubium præfertur. Certe non auderem ad omnia sanctam Teclam præferre S. Magdalenæ peccatrici, licet illa virgo innocẽs, hęc peccatrix fuerit. Creditur enĩ Maria Magdalena, licet post peccata pœnitens ardẽtior fuisse in charitate, quam fuerit Tecla in sua virginitate. Sic enim dicit Gregorius Magnus: Sciendum est, quoniam sunt pleriq; iusti, in quorum vita tantum est gaudium,

Actor. 9

Lucæ 7

Lucæ 1

Gregori⁹

Gaudiũ fieri super pctõre magis, q̃ sup iusto, qui intelligendum sit.

S. Thom.

Gregori⁹

vt eis quælibet peccatorum pœnitẽtia præ
poni nullatenus debeat. Hic ergo colligen
dum est, quantum Deo gaudium faciat,
quando humiliter plangit iustus, si facit
in cœlo gaudium, quãdo hoc quod male
gessit, per pœnitentiam damnat iniustus?

Aut quæ mulier habens drachmas
decem: & si perdiderit drachmã vnã,
nonne accẽdit lucernam & euertit do
mum, & quærit diligenter donec in-
ueniat eam? Et cum inuenerit, conuo-
cat amicas & vicinas, dicens: Congra-
tulamini mihi, quia inueni drachmam
quam perdideram. Ita dico vobis, gau
dium erit corã angelis Dei, super vno
peccatore pœnitentiam agente.

K Eadem est parabola, eadem similitu-
do, ideo ex prioris parabolæ expositione
facile sensus hic idem elucet. Hoc vnũ po-
test hic dici, per lucernã significari huma-
nitatem Christi, quam Dei filius in eo q̃d
eam assumpsit, diuinę charitatis feruore ac
cendit, diuinæ sapientiæ splendore illumi
nauit, omniq; virtute perfectissimã, candi
dissimamq; fecit. Hæc itaq; sapientia incar
nata inter homines cõuersando domum,
id est, synagogam euertit, prędicando, mo
nendo, increpando, inuitando, vt drach-
mã amissam, i. animas imagine Christi insi
gnitas, quas quærebat, inueniret & salua-
ret. Venit enĩ filius hominis quærere & sal
Luc. 19 uum facere, quod perierat. Charissimi om
nes nos errauimus, om̃es peccauimus, & à
pascuis cœlestibus excidimus. Cognosca-
mus animarum nostrarum pastorẽ, audia
mus & sequamur eius vocem. Valeat ma-
gis in cordibus nostris vox Christi, quam
susurrium diaboli, carnis aut mundi. Ni-
hil nos adeo trahat ad omnem obedienti-
am, quam purus Dei amor. Cui in omni-
bus optemus placere, qui est benedictus
in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DO-
minica. Quid sit appropinquare Deo,
& eruditiones quæ sint in hoc
Euangelio.

L Gaudium maius est angelis Dei
super vno peccatore pœnitẽti-
am agente, q̃ super nonaginta
nouem iustis, qui non indigẽt
pœnitentia. Lucæ XV. Clementiã bonita-
temq; suã nescio quõ peccatoribus maio-
rẽ potuisset insinuare Christus, quõ ad spẽ
potuisset veniæ eos magis erigere, quã q̃d
fiduciam tãtam prærogauit peccatoribus, Baruc.
cum eisdem conuersando, cum eis mandu
cando & bibendo, eosq; benignissima mo
rum suorum dulcedine, vultus venustate,
verborumque suauitate alliciendo. Non se
austerum exhibuit, quem fugerent timi-
di, sed perbenignum, ad quẽ confugerent
etiam deplorati. Atq; ideo (quod prima
est eruditio huius Euangelij) legimus, q̃d
sumpta benignitatis Iesu occasione appro
pinquarunt ad eum peccatores & publica
ni. Iuxta humanitatem Christi loquendo,
dubium non est, corporali conuersatione
hoc hominum genus, quod conscientia Lucas
grauabatur, accessisse ad Christũ. Nam di-
uinitatem pedibus accedere haud poterãt,
quæ vbiq; orbem terrarum implet. Quare
Deo appropinquat nemo, nemo ab eo re-
cedit, nisi ratione similitudinis, aut dissimi Appropĩqre Deo quid sit. Recedere à Deo q̃d sit.
litudinis. Appropinquare igitur illi, est si-
milem ei fieri. Ab eodem recedere, est dissi
milem ei fieri. Ecce duas res habeo in ma-
nu, puta scripturã, picturamve in duabus
chartis nõ eodem magistro, nec æque gra
phice depictas. Volens dissimilitudinem
artis indicare: de viliori pictura quid dico?
Nihil hæc pictura ad illam appropinquat,
maxime ab illa distat. Itaque cum vtranq;
in manu iuxta teneam, distare tamen eas à
se dico, non propter locum, sed propter
dissimilitudinem. Parum est autem, quod
finit nos appropinquare sibi, quandoqui
dem etiam appropinquat nobis, sicut scri-
ptum est: Appropinquate Deo, & appro- Iacob. 4
pinquabit vobis. Resistite diabolo, & fu- M
giet à vobis. Vult igitur nos sibi assi- Deo in quibus assimilari debemus, & in qbus non
milari virtutibus. Neq; enim vel in Chri-
sto omnis similitudo nobis est appetẽda.
Nam sunt quædam, quæ soli diuinitati cõ
ueniunt, habentia excellentiã, potentiam,
gloriam & magnitudinẽ. In his nihil nos
mouere debet ad appetitum similitudinis.
Neque enim debemus omnia velle scire,
quæ nouit Deus, nec posse miracula face-
re nobis est appetẽdum, nec in gloria ei si-
milis fieri, aut potentia. Ibi enim nõ opor-
tet appropinquare, nec assimilari nos Deo.
Sic enim Lucifer voluit appropinquare, Esaiæ 14
& Deo fieri similis: In cœlum, inquiens, a-
scendam, ponam thronum meum à latere
aquilonis, & similis ero altissimo: sed in a-
byssum deiectus est. Itaq; Deo soli gloria,
nec nobis hãc licet appetere, nisi ad illius,
glori

Rom.8 Deut.32 gloriã moderatis circunstantijs. Deo quoque soli competit vindicta. Ideo mea est vltio, inquit, & ego retribuam. Ideo ne hæc quidem à nobis est petenda. In quo igitur assimilaberis Deo, vt ei appropinques? Nẽpe vt sis mundus & sanctus. Sancti, inquit, Leuit.11 Matt.5 estote, quoniam ego sanctus sum. Vt sis perfectus. Vnde ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Vt sis misericors. Estote ait misericordes, sicut Lucæ 6 pater vester misericors est. Vt diligas inimicos tuos, sicut alibi dicit: Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri cœlestis, qui Matth.5 solem suũ oriri faciat super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Christo igitur appropinquare, id est, virtutibus eidem conformari, vtilissimum est studium, ac exercitium. Ibi nihil poteris periclitari. Exemplar est enim omnium virtutum.

Exẽplar omnium virtutum Christus.

Fac igitur tu iuxta exemplar, quod tibi in monte, scilicet Caluariæ, mõstratum est. Exod.25 Num.8 Vidisti humilem inter latrones, sustine tu quoque tui contemptum, Lucæ 23 & noli te efferre. Vidisti pacientissimum, nec exprobrantibus, & illudentibus respondere verbum. Matth.27 Et tu disce pati verba contumeliosa, & verbera dura. Orauit pro crucifixoribus. Tu quoque pro his, qui te offenderunt, ora. Gustauit fel & acetum, & tu quoque voluptuosis abstine, & non necessarijs. Breuiter, in omnibus operibus humanis, quæ de Christo legis, audi- Ioan.13 to hanc vocem: Exemplum tibi dedi, vt & tu ita facias.

N

Accedendũ quõ sit ad Deum.

Secundo, accedendum nobis est ad Christum oratione, amore & voluntate. Amor coniungit, atque præsentes sibi efficit eos, qui loco distant non exiguo. Oratio via est, qua nobis quotidie est eundum: & hæc eo est, ad impetrandum potentior, quo ante per amorem ei Ambrosi. magis sumus vicini. Quid vltra? Omnia nobis est Christus, ideo in omnibus, quæ nobis aut necessaria, aut molesta sunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Am- Ambrosi. brosius item dicit: Omnis anima accedat ad Christum, quia omnia est Christus nobis. Si vulnere carere desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cœlum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quæris, alimentum est. Et hoc pro prima institutione sit dictum huius Euangelij, puta vt appropinquemus Christo, in imitatione vitæ illius ei conformari, assimilarive aliquo modo cupientes.

Sapientiã quantam Christus exhibuerit cũ peccatoribus mãducando.

Secunda eruditio est, vt discamus quam sapienter Christus fecerit, cum peccatoribus manducans, ac bibens, nedum benigne. Neque enim magna caruit dispensatione, quod tam familiarem se illis exhibuit. Erant enim inter Iudæos in multiplici opinione homines constituti. Quidam rigorose viuebant, & hunc rigorem pro tempore & loco, puta ad commoda animarum, in conuersionem peccatorum, vbi id ratio exigebat, relaxare non poterant. Erant enim nimis superstitiosi. Alij sapientiam curiosa inuestigatione quærebant, alij miraculorum obseruabant nouitatem. Omnibus his Christus misericordiæ suæ tetendit laqueos, quia capere voluit omnes, atque ideo retia eis salutaria, congruaque, quibus vt sagacissimus venator animas caperet, obtendit. Misit Ioannem austeram agentem coram Matth.3 hominibus vitam, quo eos qui in austeri- Lucæ 3.4. & 7 tate vitæ aliquid fiderent, conuerteret. Traxit alios communiter viuendo, atque benignitate, ac mansuetudine alliciendo. Quo enim se non despici videbant peccatores, eo magis tanquam ad vere misericordem, qui peccata donaret, se conuertebant. Alios attraxit prædicando, vt dicerent se nunquam audisse hominem loqui Ioan.7 tum, vt Iesus loquebatur. Alios quoque miraculis inuitauit, qui eius opera videntes, dederunt gloriam Deo, & gaudebant Marc. 7 in omnibus, quæ fiebant gloriose ab eo. Verum hæc Pharisæi omnia calumnijs peruertebant. Quod Christus quoque cõqueritur apud Matthæum. Matth. 11 Venit Ioannes neque manducans, neq; bibens, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis, & mandacans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.

O

Est tamen quoque alia ratio, quare adeo familiriter, communiterque cum hominibus vixit Christus. Quia enim omnibus venit, exemplum in se inuitabile cunctis præbere debuit. Si enim nimis rigorosam, abstinentemque vitam duxisset, aut solitariam, quis illum potuisset imitari? Vitæ illius austeritas quosdam exterruisset, ne accedere illum fuissent ausi. Maiori igitur fructu animarum communem exhibuit vitam,

Vitā communem qre Christus duxerit.

tam, vbi alios alloquio, alios familiari aspectu, alios benigno accessu, alios in templo, alios in conuiuio ad se traxit, atq; ad salutem conuertit. Disce hic tu quoque, si centum lucrandi animas noueris vias, si centum artes & modos scieueris, quibus hominē à peccato speres reducendū, potius omnes experiri, omnem impēdere conatū, nihil non motū relinquere, donec peccatorem ad Deum reducas. Prodest autem maxime nobilibus ingenijs mansuetudo cū maturitate morum zelosa, & cum exhibitione charitatis. Recipitur enim libentius, quicquid cum mansuetudine mandatur, quicquid ad modum obsecrantis aut fideliter suadentis magis rogatur, quam præcipitur. Opus enim est illi, qui ex tua correptione fieri debet melior. Primo, vt te sentiat fideliter consulentem, vtpote qui illi bene velis. Deinde, vt tam benigno etiam modo adhibeas consilium, vt non exasperetur magis, quā molliatur. Tertia eruditio Euāgellica nobis vetat iudicare peccatores. Quod enim Pharisæi sæpius contra dominum murmurabant recipientem peccatores, non suam prodiderunt iustitiam, sed superbiā & iniquitatem. Bis enim murmurantes, inique iudicabant Pharisæi hos peccatores pœnitentes. Arbitrabantur enim iniqs & peccatores eos, qui ad Christum accedebant, qui erant iusti. Iam enim conuersi erant ad Christum, ideo iusti.

Correptionē quinam faciant fructuosam.

Iudicare temere pctōres quantum habeat periculi. Lucæ 5 Lucæ 15 Ioan. 6

P Secundo se iustos ipsi putabant, cū essent peccatores. Erant enim superbi, proximis se præferentes, eosdemq; spernentes. Atque ideo syncerā non potuerunt cum illis hebere compassionē. Vbi enim superbia est, ibi charitas nō est. Quod ergo nos in illis pernitiosum, iniustum, ac noxium videmus, hoc nobis abstinendum est. Nō igitur damnemus proximum, tametsi nō recta in eo viderimus. Credēdus enim potius est illico resipuisse nec suæ immemor fuisse salutis, vt malo perseueret in proposito. Filioli pro generali vos regula doceo, moneo & rogo, quicquid audieritis, quicquid videritis, semper existimate proximum vestrum suam salutem nolle negligere: sed & si peccauerit, interim tamen pœnituisse, & iam bonæ esse voluntatis eum credite. Hoc sentite, hoc confidite de omni homine (nisi non solum verba, sed & opera eius omino aliud clament) scilicet eum esse pœnitentem, & in statu salutis. Hoc

Regula generalis contra temeraria iudicia.

nanque in incerto, ambiguoque versatur, & quibuscunque omnino secretum est, imo nobis quoque ipsis absconditum, simus ne boni coram Deo, an reprobi, sed Deo iudicium huius relinquendum est. Nostrum vero erit bonis exhortatiōibus, beneficijs, exemplisque virtutum omnes inuitare, prouocareque ad bonum. Iterum prospiciendum quoque nobis est, ne peccata in nobis spiritualia occulta fouentes, aut non discutientes dissimulemus, puta pharisaicam superbiam, arrogantiam, inuidiam & huiusmodi, quæ nonnunquam sub virtutum quoque specie latent: quæ dum non agnoscuntur, non eradicantur etiam. Idcirco quod alijs, hoc maxime etiā debemus nobisipsis curare, scilicet vt eadem caueamus. Grauiora enim sunt vulnera, & plus habent periculi, quæ sunt secreta, & interna, quam ea, quæ adeo sunt manifesta, vt videri, tangique possint. Spiritualia quoque vitia pestilētiora sunt carnalibus. Sequitur igitur ex his omnibus, peccatores hoc modo à nobis esse tractandos. Primo, vt culpæ, seu vitio demus correctionem, compassionem naturæ, & gratiæ gratulationem. Quarta erudito est sentire erga nos clementissimam benignitatem Dei. Vide enim eum qui requiri deberet, ipse quomodo nos requirite. Certe adeo, vt etiam læticiam sibi & angelis suis fieri testetur, si peccaror redeat ad pœnitentiam. Neque tamen hic tantum astruit, sed in parabola quoque de filio prodigo seipsum nobis declarat, vbi narrat, quomodo pater filium miserum dum audierat reuertentem, non solum non patrimonij profusionem illi exprobrat, nec conuitijs insectatur, nec arguit dure, sed occurrens in amplexum, & osculum accipit reuertentem, vestibus donat, symphoniam & chorum instituit, gaudioque illum diem dedicans, conuiuium exhibet, quod perditus ille filius redierit, & saluus sit. Quare autem illam parabolam de filio prodigo, & eius patre, aut de oue hic errante, ac patre familias reducente narrat, nisi vt ostendat similia se facturum cum peccatoribus ad se redeuntibus? Accedit huc quoque quod gaudium angelis esse maius dicit de peccatore pœnitentiam agente, quam de iusto non egente pœnitentia. Non tamen hæc verba ita generaliter sunt intelligenda, quasi melior sit pœnitens in

Vulnera secreta d se periculosiora.

Q

Benignitas Dei erga nos quanta.

Luc. 15

nocen

nocente, sed pœnitentem illi præfert iusto qui se non egere existimat pœnitentia, vtpote malorum grauium sibi non conscius. Nam sunt iusti & innocentes, qui leuia peccata (sine quibus in mundo hoc nõ viuitur) tantum plangunt quantũ alij crimina. Quis neget hos gaudium facturos angelis Dei licet iustos, habentes tñ quod amare plangant? Siquidem quanto Deo feruentius diligunt, tanto eidem inhærẽt fidelius, eoque acriori, si vel paululum à rectitudine exorbitauerint, dolore torquentur.

R Pœnitentia laudata triformis. Lucæ 7.

Postremo, discendum est hic triformem esse pœnitentiam laudatam. Prima est enim purgans peccata. Hac lauit se mulier illa sancta Maria Magdalena, quæ ad dominum intrabat in conuiuium, non cõuiuantium præsentia exterrita, quia eius animo non insidebat de hominibus cogitatio, sed desiderium saluatoris. Secunda est pœnitentia orans, cuiusmodi in Ioanne reperitur Baptista. Hic enim non solum pœnitentiam sibi instituit, sed ad eremum, id est, ad locum pœnitentiæ congruum etiã puer relictis parentibus exiuit. Tertia pœnitentia est conseruans, ne peccetur. Hoc modo opera pœnitentiæ fecisse putatur Paulus, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, ne forte cum aliis prædicauerit, ipse inueniretur reprobus.

Mat. 3

1. Cor. 9

Filij charissimi, effusio hæc paternorum visceum diuinæ misericordiæ super nos cõpungat excitetque nos, & ardẽtissimo vulneret amore. Cogitate quam iniustum sit offendisse benignissimum patrem, Num satis non est hactenus illum offendisse? Nũ satis non est peccasse? Num decet nos fidelissimum dominum & patrem nos requirentem, nos expectantem, ad nostrum reditum anhelantem gaudio priuare, & eius amori illudere? Heu filij merito sola nos eius charitas vulneraret adeo, vt totam vitam nostram, si quo modo, imperfecta aut reprehensibilis est, in eius cultum, honorẽ pariter ac amorẽ mutemus. Sit semel finis operibus nostris illicitis. Deinceps deo nostro tantam nõ faciamus iniuriam, vt eius præcepta, vt eius beneplacita negligamus: quia quo maiorem nunc nobis misericordiam ad nostri reductionem prærogat, eo nos durius ad se non conuersos damnat dominus noster Iesus Christus iudex seculorum vniuersorum, iudex venturus in æternum benedictus, Amen.

DOMINICA IIII. POST FESTVM SANCTISSImæ Trinitatis, Epistola beati Pauli apostoli ad Romanos octauo.

XIII

Existimo, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nõ volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri in Christo Iesu domino nostro.

A

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Nte lectionẽ hãc dixerat beatus Paulus, nos Christi fore cohæredes, & si tñ cõpassi fuerimus, Christo quoque conglorificandos. Ne tamen hoc videatur cuipiam graue, puta cum Christo pati, continuat: Existimo autem. Non dubitatiue loquitur, sed quasi humilitatis causa verbo dubitationis, cum nihil hæsitet, vtitur. Existimo autem quod haudquaquam sint condignæ passiones huius tẽporis, quantumlibet sæuę aut duræ videantur, si respiciatur, aut si cõparentur ad futurã gloriam quæ reuelabit in nobis. Nã omnẽ tribulationẽ, etiamsi equulei & ignes adhibeantur, futurę gloriæ meditatio, vbi

mentem obsederit, leuem ducet ac momẽtaneam. Si, inquam, placendi Deo appetitus menti humanæ insederit, vt iam cõformari Christo in desiderio fuerit homini, tribulationem huius vitæ omnem pro nihilo ducere illum facit. Nã expectatio creaturæ, id est, homo expectans (dicitur enim homo cratura iuxta illud Euangelij: Prædicatæ Euangelium omni creaturæ) expectat in se futuram reuelationem filiorum Dei, hoc est manifestam felicitatem ac beatitudinis manifestationem. Hæc enim vbi adepta fuerit, manifestabitur quod filij sumus adoptionis: Nunc quidem quod creatura sumus apparet, sed quod filij Dei sumus, non dũ ꝙpparet: manifestabitur aũt id per reuelationem gloriæ cœlestis in nobis. Quod vero interim non apparet, eam ob rẽ est, quia vanitati corruptioni, ac mutabilitati nunc subiecta est, creatura mortalis humana non volens. Non volens inquam, quia non elegit has pœnalitates & ærumnas huius vitæ: sustinet tamen patienter, propter eum qui eam huiusmodi pœnis & miserijs subiecit, idque in in spe, quod non ad sui perditionem, sed ad sui saluationem ab optimo Deo & patre his subiecta sit, vnde ea leuia & tolerabilia quæ suffert, existimat. Sic Iacob duros sustinuit labores, amore & expectatione Rachaelis sibi coniungendæ, qui tamẽ labores, cum eos sustineret, non duri, sed leues, dieiq; septem annorum, quibus expectabat, pauci videbantur prę amoris magnitudine. Sequitur: Quia & ipsa creatura mortalis liberabitur à seruitute corruptionis, & à sollicitudine vestium, ciborum aliarumq; necessitatum, quibus in hac vita propter corruptionem humanam seruire cogitur, per generalem vltimam resurrectionem. Interim enim in hac vita nõ manifestat pater quantum diligat filium, ne filius insolescat, sed sub disciplina nũc & sub flagellis illum continet quamdiu hic peregrinatur. Liberabitur autem, cum pertigerit in adoptionem libertatis filiorum Dei, quod erit in plena securitate, felicitatis æternæ. Interim (quod nobis cõpertũ est) omnis creatura, id est, homo (in quo oĩs cretura habet communionem, aliquidq; in eo participat) ingemiscit pro calamitatibus multiplicibus, quas hic sustinet. Ingemiscit autem homo desiderio liberationis amoreque beatitudinis, & parturit interim dolore & labore operans vsque adhuc. Nam quomodo maioribus ac antecessoribus nostris idem gemitus pro eadem re fuit, ita nobiscum quoque is perseuerat vsque in pręsens. Non solum aũt creatura vniuersa mortalis, id est, homo ingemiscit: sed & nos quoq; & apostoli primitias spiritus habentes, puta qui spiritum sanctum & ante alios & abundantius accepimus, intra nos gemimus sub pondere laborantes præsentis vitę, & cum gemitu desiderantes adoptionem filiorum in nobis plenam manifestari, tanquam redemptionem corporis nostri. Tunc enim & nõ ante nec aliter liberabimur à mortalitate, & à calamitatibus omnibus huius corruptibilis vitæ. Interim vero adeo nemo vacat à gemitibus, adeo à suspirijs nemo est liber, vt nec mihi profuerit Paulo, quod in tertiũ sim raptus cœlum, nec Petro, quod dulcedinẽ diuinæ degustauerit suauitatis in mõte Thabor, nec alijs alia, quin cum gemitu præstolemur adoptionis iam factæ reuelationem, atque redemptionem corporis nostri, in Christo Iesu domino nostro.

Mar.16 · Gen.29 · B · Act.1 · 1.Cor.12 · Matt.17 · Mar.9 · Lucæ

EXEGESIS EVANGELII dominicæ quartæ post Solennitatem sanctæ Trinitatis

Lucæ VI.

C

Nescio charissimi, si quid miseris possit suauius dici, quidve audiant libentius q̃ de misericordia. Quo eĩ magis qs eget, illud frequentius cogitat, auidius desiderat, libentiusq; audit. Omnes autẽ nos peccauimus, & egemus gratia & misericordia Dei. Ex peccato enim primorum parentum nostrorum de paradiso in hanc miseriæ vallem eiecti sumus, vbi neque foris, neque intus integram possidemus pacem. Cogimur enim vel inuiti multa sustinere, complura sentire, quæ alioqui noluimus: puta infirmitates ærumnas, aduersitates, tentationes, afflictiones, famem, sitim, æstum, frigora. Itaque quod modis affligimur, tot etiã nobis cupimus misereri. Quã obrem nihil nobis dulcius misericordia: hanc à Deo, hanc ab hominibus nobis cupimus impendi. Quam tamen quomodo obtineamus, legem nobis Christus insinuat, dicens: Beati misericordes, quoniam

Rom.3 · Gen.3 · Misericordia Dei peccatoribus quam debeat esse dulcis. · Matt.5

niam ipsi misericordiam consequentur. Omnes, inquit, desideratis vestri misereri, & misericordiæ vobis opera impendi. Sitis igitur ipsi quoque alijs misericordes, & misericordiam consequemini. Proxima igitur dominica cum nobis significatum sit, quam pronus, quanq; paratus ad misericordiam sit Deus, adeo vt perditos nos atque aberrantes à se requirat, gaudens inueniat, inuentos ad suã reducat nos domum, hodie legitur nobis Euangelium q̃ discimus, quomodo misericordia illa nos dignos faciamus, in proximos nostros eã dem quam in nos erogat Deus exhibentes, vt hodie Euangelium docet. Itaque Christus dicit:

Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est.

Misericordiæ laus quanta. Tanta laus est misericordiæ, vt ipsa nõ solum amicos, sed Dei nos etiam efficiat filios. Reddit enim hæc virtus nos cõformes Deo, & quasi quædam signa sublimis naturæ nostris imprimit animabus. Omnem enim curam, dilectionem, misericordiam, quam à Deo petimus, quã speramus, quam recipimus, quanq; expectamus, eandem vult nos in proximos quoque nostros effundere. Vnde liquet, quã tam à Deo misericordiam nobis optamus fieri, tantam vt effundamus in proximũ oportere: quia eadem mensura, qua nos mensi fuerimus, remetietur nobis. Hunc enim nos exhibere in proximum animũ necesse est, cuiusmodi animum effundere in nos volumus Deum. Sciendum itaq; misericordiam, compassionem seu tristitiam esse de aliena miseria, cui subuenire, dum possumus, inuitamur. Non est autem in Deo misericordia hoc modo, vt est quædam compassio aut dolor tristitiave alieno malo, nec vt sunt etiam passiones reliquæ appetitus sensitiui in hominibus: sed est misericordia in eo, vt sonat misericordia actum voluntatis, quo volumus misero subueniri. Hoc modo est in Deo misericordia tanta, vt haudquaquam illi possit humanæ æquari. Quapropter cum dicitur, Estote misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est, hoc verbum, sicut, non æqualitatem mandat, sed similitudinem & imitationem, vt quo modo nobis miseretur Deus, misereamur nos quoq; nostris pximis, puta gratuito, & imeri

Matt. 7

Misericordia quid sit D

Misericordia quo modo fit in Deo.

tis, & à qbus nihil speramus retributiõis

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condẽnabimini. Dimittite & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.

Omnis misericordia proximo exhibita bonum est aliquod, quo eius potest miseria subleuari. Ideo ad omnia generatim misericordia se extendit, quibus à miseria homo est leuandus. Duas autem species dominus ponit miserendi, in quibus singulis datur beneficium, & ad has aliæ omnes reducuntur. Prima species est, vt proximo des aliquid, puta aut eleemosynam aliquam corporalem, vt est esca, cibus, vestis, &c. aut spũalẽ, puta instructionẽ cõsiliũ, cõsolatioẽ, &c. Hoc indicat p verba, Date, & dabitur vobis. Date, inquit, temporalia, & dabuntur vobis cœlestia. Rogat te mendicus. Quid? Panem. Rogas tu quoq; Christum mendicus, Quid? Regnum cœlorum. Num audebis tu negare homini panem, qui à Deo poscis regnum cœlorum? Dato igitur tu panem proximo, vt tibi regnum à Deo non negetur cœlorũ. Quod si nolueris, qua fronte audebis petere à Deo tanta dona tantaque beneficia? Constituit itaque tibi legem, vt tantum tibi expectes à se dandum, quantum tu paratus es egeno dare. Hoc tamen non intelligit iuxta mensurã dati, sed iuxta mensurã charitatis, hoc est, bonæ voluntatis. Maiora enim Dei sunt dona, quæ retribuit, imo & quæ prærogauit, quam tu egeno possis dare: sed intelligendum ita est vt plura & maiori charitate benefeceris pauperi, eo plura nobilioraque dona recipies à Deo. Nõ igitur diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. Si enim quis, inquit, Ioannes habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum egere, & clauserit viscera sua ab eo (puta vt illi necessaria non tribuat) quomodo charitas Dei est in illo? Cum ergo beatius sit dare quam accipere, propterea quod illud charitatem habeat, hoc necessitatem, non sitis filij segnes, non sitis tenaces, non sitis denique formidolosi ad tribuendum necessaria egentibus. Non audias pusillanimẽ cogitationẽ: Fortasse adhuc ipse egebo. Humana hæc cogitatio est nõ diuina, de futuris cogitare cũ pusillanimitate. Non potest tibi (crede mihi) pire, qcqd Christo dederis, pſertim in aliquo membrorum suorum egen

Misereñd species duæ quæ sint

I.

Lucæ 6

Augusti.

1. Ioan 3

Acto. 20

E

Miserẽdi species altera q̃st.

egenti. Altera est species beneficij, cessare à malo, aut non inferre malum. Si enĩ potes proximo inferre, habes fortassis simul & copiam & causam quare id facias: p Dei tamen amore, non vis, cum possis, aut cum ira suadeat quoque ei malum inferre, iam beneficium proximo contulisti. Carere enim malo, bonum est. Verbi gratia: Quando non detinet quis vinctum cum possit, quando non vlciscitur, quando iniuriam non retaliat, in hoc præstat beneficium. Bifariam autem contingit, vt nõ inferas malum. Aut enim malum est in opere quod inferre possis (vt dixi) expetendo vindictam, sumendo supplicium, priuando gratia, fauore, aut beneficijs tuis. Et hoc prohibuit dñs, qñ dixit: Dimittite, & dimittet vobis. Aut est in cogitatione, vt cum male inceperis sentire de pximo, vnde eius æstimatio, eiusq; fama apud te periclitatur. Magnum enim est, cuiuis malũ, male de se audire, male iudicari, cõtemni, aut sperni. Sic e regione magnum est beneficiũ, de se bona sentiri, sua opera ęq̃ interp̃tari, non condemnari aut abijci. Hoc dñs malum prohibens, & mandans bonum: Nolite, inquit, iudicare, vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini. Sciendum tamen hic proximo non prohiberi omne iudiciũ. Est enim iudiciũ de manifestis, vt si videam hominem ex alieno agro metentem, hoc iudicare possum quod vidi, id est, quod in alieno agro messuit. Siquidem hoc mihi est manifestum. Veruntamen de occulto non possum iudicare illũ, aut de eo, quod nescio. Neq; enĩ propterea illum debeo iudicare furẽ, q̃d in alieno agro messuit, quia animum eius furandi, vnde fur esse dicendus est, non possum videre. Potest enim fieri, vt animo furendi messuerit ex alieno agro quod tamen quamdiu nescio, si iudicauero furẽ, temere iudico. Potest autem fieri, vt iussu illius cuius est ager, aut eiusdem permissione, aut per errorem ibi messuerit (quod magis cogitare debeo) tñ quamdiu veritas me latet, non debeo pximum iudicare vltra, q̃d mihi est manifestũ. Hic sæpe delinq̃t, vt hoĩes factũ aliq̃d videntes, cor etiã q̃d non vident, ac intentionem pręsumant iudicare. Videntes enim apparẽs malum, mox pnũciant temere, quod ex odio, q̃d ex ambitione, q̃d ex vana gloria, & huiusmodi id genus vitio, hoc factũ, dictum

Malũ nõ inferre vt contingat bifariam.

Temerarium iudicium quod.

ve sit, q̃d temerariũ est iudicare, & hic p̃hibitum, sicut hic p̃hibita oĩa sunt alia huiusmodi iudicari, quæ bono animo, maloq; fieri possunt. Semper enim bono potius animo facta putari debent opera huiusmodi, & charitate excusari, quam in deteriorẽ deputari partem. Itaq; non iudicare hoc modo (vt dixi) est misereri. Facis enim illi bonum, quẽ nõ iudicas. Sciendũ q̃q; dñm non p̃hibere hic iudiciũ, q̃d fit à potestate; vtpote ab eo q autoritatẽ ex officio habet iudicandi, vt iudex ordinarius, qui iuxta causarum merita aut demerita cogitur iudicare, & aut condemnare rerum, aut insontem absoluere. Est præterea tertio aduertendũ, quamuis incerta oĩa ac dubia in meliorem sint partem interp̃tanda, & sentiendum de omnibus bene, quantũ est possibile, quantumq; excusatio admitti potest, nemoq; iudicandus temere: tamẽ quando remediũ est peccato adhibendũ, quando occasio delinquendi excludenda, quando item custodia animabus statuenda, ita omnia sunt hæc exhibenda remedia & pericula, cuncta aut proscindenda aut p̃cludenda, ac si de grauioribus ac deterioribus, quæ euenire possent, homo foret suspectus. Absq; enim hoc q̃d iudicetur homo, debet custodiri, regi arceriq; ne peccet, non quasi is qui credatur velle, sed qui sciatur posse peccare. Hoc enim non est iudicare, sed prudenter timere, & pericula p̃uidendo cauere. Nam quod ad arcas & ad ostia seræ adhibentur, non quempiam est furem iudicare, sed posse quempiam furẽ data occasione, effici, credere. Deinde dicit: Nolite condemnare. Nolite si etiam peccantem cernitis, eum condemnare, id est, inter peccatores tanquam damnandum habere. Potest enim fieri vt vbi ceciderit, mox pœniteat, iustiorq; quam ante fuit, resurgat. Non est igitur qui peccator fuit damnandus, aut pro peccatore semper habendus. Et non condemnabimini, Deo vos ex peccatis resuscitante. Dimitte iniurias vobis illatas. Induite, inquit, beatus Paulus, viscera misericordiæ, supportantes inuicem, & donantes vobilmetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Et dimittetur vobis. Idem in Ecclesiastico habetur: Relinq; proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua. Videsne quomodo in tuum arbitrium suam Deus posuerit infinitam

Iudicium ciuile di non p̃hibuerit Christus.

F

Occasiões peccandi quãtope re p̃cludendæ & superiori.

Damnare temere q̃d sit.

Col. 3

Eccle. 28

tam misericordiam?Date consilium & auxilium egēti,& dabitur vobis hic gratia & consolatio,& post hanc vitā gloria æterna

Mensuram bonam & confertam,& coagitatam,& superfluentem dabunt in sinum vestrum.

Pauperes in quos opera misericordiæ contulistis,sua oratione dabunt ,hoc est, Acto.10 dari vobis à Deo impetrabunt mensuram bonam,&c̄.Nam & Cornelio Centurioni dictum est:Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.Dabunt autem vobis mensurā bonā & confertam,vt copiosius sit p̄mium seu retributio vestra, quā opus . Nihil igitur metuatis minus vobis reddi à Deo, quam vos eius dederitis amore egenis: qa Matt.25 pauperes, qbus dedistis,imo loco pauperū ego(cui fecistis qcquid vni ex minimis meis fecistis)reddam in sinum vestrum ,in gremium cordis vestri mensuram bonā, hoc est,non minorem,sed iustam,vt competit vobis,confertam,id est, cumulatam, &coagitatam,hoc est,compressam &superfluentem.vult per horum verborum exaggerationem , quam magna sit multitudo bonorum,quam immensurabilisq; æter- 1.Cor.2 na felicitas,quam præparauit Deus diligētibus se,significari.

Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis,remetietur vobis.

Matt.5 Aequitatis huius primam partem Christus pronunciat, dicens : Beati misericordes ,quoniam ipsi misericordiam conse- Iac.2 quentur.Alteram vero ediuerso beatus Iacobus inferens,dicit:Iudicium sine misericordia ei,q nō facit misericordiā.Eadē igit mensura,qua mensi fueritis,remetietur vobis.Quod ita est intelligendum : Si bonū ac iustum feceris,iustum ac bonum tibi retribuetur. Si malū feceris p̄ximo,malū iterū accipies. Si malū feceris culpæ,malum tibi reddetur pœnæ.Non enim hic sensus est verborum,vt si iniquum inferas quid p̄ximo,Deus tibi iniquū aliqd p̄pterea , aut inique retribuat,Deus enim iniuste nō iudicat,nec iniquus est vindex malo℞,sed tu si p̄ximo iniuriam intuleris:si iudicaueris, si condēnaueris, si auxiliū negaueris atq; cōsiliū,si deniq; cōsolationē eius necessitati subtraxeris,ipsa temeritas tua atq; malitia reuertet tibi in sinū tuū, vt eo ipso q̄ feceris alteri malum,tibi malum compares.

Dicebat autem illis & similitudinē: Nunquid potest cęcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?

Similitudo est & veritas,sed in seipso veritas,ad alia autē nihilominus similitudo.Quadrat autem in eos, qui antequam sunt ipsi satis instructi,magisterium affectant.Nam ita dicit: Nunqd cæcus potest cæcum ducere?Ac si diceret : Qui seipsum nescit,qui sui curam non habet , qui animam suam propriam non diligit, quō potest,quæ tibi conueniunt,scire?quō potest tui curam habere?quō te potest diligere,q seipsum non diligit?cum scriptum sit:Qui diligit iniquitatem,odit animam suam . Si igitur is,qui iniquitatem diligit , seipsum odit quomodo idē te potest in Deo diligere?Nemo autem te non diligens, salutaria tibi prouidebit.Ergo cæcus , ignarus , sui negligens,tibi cæco ducatum potest quidem promittere,sed prętare nequaquam. Ridiculum certe est cæcum cæco dari ducem,multo autem id est periculosius,si cæcus ipse velit esse dux cæci . Hanc ad Apostolos& ad omnes prælatos dixit similitudinem,innuens quo timore acquiescendū sit, vt quis prælationem in alios accipiat, cum abijciatur hic,quisqs non possit ignorantes docere,cæcos ducere,aut lapsos erigere.Est autem maxime in eos dictum , q affectant præesse,non in eos qui prælationis fugiunt onus,vtpote suæ infirmitatis conscij.Nihilominus tn̄ si diuina ordinatione,,superiorumq; compellant autoritate,debent obedire.Hos enim Deum timētes,Deum quærentes,atque omnia quam maxime possunt , in Dei beneplacitum ac honorem dirigere satagentes, non deserit Deus,sed qcqd humana illis deest eruditione, hoc diuina illis inspiratiō: infundit.

H

Cæcus q̄ modo dicatur cæcam ducere.

psal.10

Non est discipulus super magistrū. Perfectus autem omnis erit,si sit sicut magister eius.

Omnes sumus discipuli , discentes aut ex inspiratione & lumine diuino , aut ab hominibus. Si itaque per magistrum intelligitur homo, non est discipulus super magistrum,in eo scilicet, quod discipulus est,& in quantum est discipulus,ac in his, quæ didicit à magistro . Porro si quid magisterio didicit diuino , in hoc hominis non fuit discipulus:ibi potest etiā magistri hominis fieri magister . Vltima igit perfe

perfectio discipuli est erga magistrùm suum, vt sit sicut eius magister, in his quæ ab illo didicit. Neq; enim ea potest ab eodem discere, quæ illemet ignorat, qui debet docere. Est ergo sensus, vt sit hoc q̊que in p̄latos dictum, qui male viuunt: Non est discipulus sup magistrũ. Nõ potest à te, inqt, discere subditus tuus aut discipulus, vt sit contemptor seculi, pius, castus, ac virtuti deditus, qui exemplo tuo virtuti contraria doces. Quomodo enim tu illi dices, nõ furandum, qui furaris? non ebrietati studẽdũ, q calicibus perpetuo studes epotandis? Non igitur quam tu melior effici potest, q cunque se tuum discipulum gerit. Nam si melior sit, ex alio hoc habet magisterio, non tuo. *(Rom. 2)* Quod si de Christo hæc verba intelligãtur: Sensus est, vt alibi dicit:

I Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Ego q sum magister vester, passus sum me iudicari, condemnari, nec vlcisci tamen id volui, sed p malis reddidi bona. Quomodo ergo tu, qui discipulus meus es, & ex vita mea, discere te oportet (Exemplum enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis) quomodo inquam, tu non vis dimittere iniurias? Perfectus autem eris discipulus, si vita tua mihi conformis fuerit. Mei enim imitatio, tua est, perfectio. *(Ioan. 13, Ioan. 15, Ioan. 13)*

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quę in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides?

Per festucam, modicum, & veniale vult dicere peccatum quod si videris in tuo fratre, quomodo non vides etiam, interim in tuo oculo esse trabem? Aut quomodo præsumis festucam ex alieno educere oculo, trabem in tuo habens? Per trabem eñ grãde aut lethale peccatum vult intelligi, Nõ igitur conuenit ei qui peccator est, alium corrigere minorem peccatorem. Verbi gratia: Ex ira fortasse quispiam peccauit in verbo leuiter, non refrenans passionem suam. Tu vero hoc grauiter iudicas, condẽnas & corrigas motus odio aduersus delinquẽtẽ. Nõne recte tibi dicet: Medice cura teipsum? Et quõ aliũ doces, teipsum nõ doces? Quõ alium vides, teipsum nõ vides? Quõ alium in modico delinquentem corrigis, teipsum non corrigis? Correctio certe fieri debet ex charitate. Ordinata vero charitas incipit à seipso. Tu vero fratrẽ nõ diligis, quem odis. Quomodo enim diligeres proximum, qui non diligis teipsum? Nam si trabem de oculo tuo non educis, quomodo teipsum diligis? Aut quomodo (vt dixi) credam vt diligas proximũ, non diligens teipsum? Quid autem p̄ficit homini, si lucretur vniuersum mundum, detrimentum sui faciat?

(Festuca mystice quid signetur. — per trabẽ qd mystice signet. — Lucæ 4, Rom. 2 — 1. Ioan. 3 — Matth. 16, Mar. 8, Lucæ 9)

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Hypocritam nominat eum qui iustum se fingit, ceu qui aliena curare queat vulnera, ipse sanus, cum grauiora in se habeat interim vulnera, licet ea cæcus non videat. recte igitur hypocrita dicitur, qui graui censura sæuit in leue peccatum proximi, sua vero grauiora peccata dissimulat. Monetur ergo seipsum ante corrigere, odium & liuorem in corrigẽdo alio abijcere (hoc enim infectus vitio, nemo potest de fratris festuca recte iudicare), monetur intentionem lucidam & oculum simplicem habere: & ita, quõ fratris eijciat festucam, curare. Quapropter charissimi, cauete superbiã, cauete inuidiam, cauete odium, cauete irã quoque. His enim passionibus seruientes, neminem corrigetis vtiliter. Syncera igit sit charitas in te, sit ad fratrem compassio in delicto constitutum, sis tu quoque non æque in eodem delicto, aut maiori oportet, si volueris, salubris vt fiat delinquenti correptio tua. Alioquin eum quem velis esse emendatum, si in eodem aliove manifesto tenearis peccato, haudquaquam corripias, sed obsecra & inuita, vt tecũ se corrigat, Dñs aũt charitatem tuam videns vtrique gratiam dabit se corrigendi, qui est benedictus in secula, Amen.

(Correptio vt salubris delinquenti fiat, qualis esse debeat.)

SERMO IN EADEM DOminica. In quibus similes Deo esse nos congruat, & in quibus misericordes in proximum. K

Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Lucæ VI. Ex magna misericordia orit, quod dominus nobis mandat misericordiam. Nihil eñ nobis, q miseri sumus, & misericordia egemus, est vtilius quam

quam misereri, ignoscere, cōpati, & miseris subuenire. Quo fit vt misericordiam suam Deus quoq; largiatur nobis. Siqdem misericordiæ nobis impendendæ vt Deo iusta sit ratio, mandat ipse nobis dicens: Estote misericordes. Si enim fuerimus misericordes in pximos nostros, fiet, vt nos quoq; misericordiam à Deo cōsequamur. Sunt aūt multa in hodierno Euangelio, q̄ nos instruunt ad pietatem. Primū est q̄d nobis p̄cipit esse misericordes. Nemo potest esse misericors in Deum, quia Deo cū sint diuitiæ, sapientia, potentiaque infinita, ipse non potest esse miser, nec bonorū tuorum eget. Nihil illi prodest, si illum honoraueris, nihil si contempseris, obest. Nihil illi confers seruiendo, nihil subtrahis deserendo. Tibi prodest aut obest, si illi seruias, aut si non seruias. Nam ipse æque sine te, atque tecum est felix. In proximum igitur tuū vt sis misericors, oportet. Ad illum te misit, in quem quod in Deum nō potes, exerceas. Hac misericordia in proximum, misericordiam tibi Dei comparare licet. Nemo enim est hominum cui nō desit aliquid. Neque enim in hac vita mortali quisquam esse beatus potest, nec tam diues vspiam in hac vita reperitur, qui nulla re egeat. Imo sæpissime contingit, vt paup præstare possit, quod diues non possit. Adeo varia sunt Dei dona, adeoq; multifariam distributa. Dicit itaque: Estote misericordes. Estote, vt omnium erga vos animos esse velletis. Primo tñ hic obserua, quod modum quoque adiungit miserendi & similitudinem. Sicut, inquit, pater vester cœlestis misericors est. Cruciatur quis amore adulteræ, fortasse illam obtinere nō potes. Nō eius Deus miseret, vt adiuuet illius desideriū, nec patrocinatur peccato. Non miseretur latronis esurientis, aut in nemore errantis, vt illum ad latrocinium rapinamve ducat. Nec aliis conatibus anxiisque concupiscentiis peccatorum, vt perficiantur, subuenit: sed ad salutaria ducens aut reducens hominem in hoc psius miseretur. Præstat sæpe beneficium indignis, sed non ad hoc, vt peccent, sed vt peccatis abstineant. Sæpe etiam negat, ne peccetur. Quomodo tu febres calidas patienti, aut peste correpto, non misereris amico, aut noxium potum porrigas, sed illi licet roganti ministrare recusas. Scis enim ei esse venenum aut noxium.

Lucæ 6

Instructiones huius Euāgelii.

Psal. 15

Misericordiam cui namexhibere p̄cipimur.

Miserēdi modus q̄s sit.

Pari modo nullius miserearis ad consentienda promouendaq; peccata. Sed quo modo Deus nostri miseretur, ita tu in rebus tantum licitis proximi miserearis. Sic enim Christus ait: Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis bona dabit petentibus se. Iustas itaque preces quomodo exaudit Deus, datque nobis salutaria, sic tu in licitis tantum miserere proximi tui: quandoquidem in prauis desideriis locum non habet misericordia, vt illis consentias, sed hæc ibi misericordia est, vt eadem arguas, illisque repugnes. Sciēdum quoque nomine misericordiæ hic significari turbationem animi, seu compassionem, quæ impenditur his, qui in aliqua sunt afflictiōe, quibus prodesse optamus, quo eleemosyna, omniaque pietatis ac misericordiæ opera, tam spiritualia, quā corporalia comprehenduntur. Opera corporalia misericordiæ sunt, vt cibum præbeas esurienti, potum sitienti, vestias nudum, suscipias hospitio peregrinum, infirmū visites, in carcere cōstitutum redimas. Quibus additur ex Tobia, vt mortuum sepelias. Opera misericordiæ spiritualia sunt, vt cū afflicto compassionem habeas, offendenti iniuriam dimittas, peccantem corrigas, ignorantem instruas. Hæc sunt opera charissimi præsentis vitæ Deo acceptissima, adeo vt pro his impletis in iudicio extremo coronemur, pro neglectis vero damnemur. Recole verborum, quæ in Matthæo de his operibus scripta sunt. Ibi enim loquens de extremo iudicio Christus dicit: Cum aūt venerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli cum eo, tunc sedebit su p sedē maiestatis suæ, & congregabunt ante eum oēs gentes, & segregabit eos abinuicē, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris sunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. quæ ibi sequuntur vsque illic: Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando vidimus te esurientem & pauimus, aut sitientem & dedimus tibi potum: &c. Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Misericordia in quibus proximo sit exhibēda.

Matt. 7 Lucæ 11

L

Misericordiæ nomine q̄d hic significetur

Opera misericordiæ quæ

Tob. Opera misericordiæ spiritualia quæ

Matth. 25

Tunc dicet his qui à finistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, q paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur. Vnde euidentissime liquet, quam placeant Deo misericordiæ opera, quando hęc in iudicio rememoranda, tunc referuntur, quasi hæc sola sint, propter quæ facta dominus det iustis & redemptis regnum cœlorum: his vero qui eadem omiserunt, propterea daturus sit ęternum supplicium. Et quamuis hæc sola non sint quæ fieri oporteat (sunt enim alia item multa, quæ nobis Euangelium facienda tradit) ita tamen recensent, ita nobis obijciuntur, vt stante ipsa redemptione nostra per Iesum Christum dominum nostrum consummata, significentur hæc nobis occasio fuisse, q̃re coronemur aut damnemur. Neque enim tunc à sinistris nemo erit, qui hic fidem Christi & Euangelium receperit. Erunt proh dolor multi, imo plures quam à dextris. (Multi [Matth.20 & 21] enim sunt vocati, pauci vero electi) qui crediderunt, pro quibus redẽptionis nostræ per Christum, non minus quam pro electis effusum est, precium, q baptizati sunt: imo iuxta verba Christi, erunt quidam à si[Matt.7 Matt.10]nistris, qui in Christi nomine prophetarunt, dæmonia eiecerunt, & multa signa fecerunt (non absq; fide) nihilominus tñ damnabuntur, quia nõ fecerunt opera misericordiæ: vt intelligas quantum absit à veritate, vt sola fides ad salutem sine operibus sufficiat his, qui cum operari valeant, [M] nolunt. Secundo, obserua in operibus misericordiæ oculum esse simplicem habẽdum, vt propter gloriam Dei tantum pro[Iaco.2 Oculũ simplicem in misericordię operibus esse habendum.]ximo subuenias, ex misericordia illi compatiens, & nihil aliud quæras. Deinde nõ ad hos tantum misericordes nos esse oportet, ad quos natura nostra nos inclinat, vt sunt consanguinei, amici, & ij, qui nobis benefaciunt: sed ad oẽs, maxime aũt ad do[Gala.6]mesticos fidei, & his, q sua reliquerunt, q suis pro virtute spoliati sunt, & q Christo domino nostro seruiunt, non suo ventri. Hæc est autem hic magis laudata seu Deo [Rom.16] accepta charitas, quæ aliam non habet miserendi rationem, quare scilicet proximo benefaciat, nisi Deum. Quia eñ Deũ diligit, diligit & fratrẽ suũ propter Deum. Itaque hominis vt miserearis, Deus solus est causa miserendi. Ideo eñ misereor, q̃a scio quod is cui misereor, Dei filius est, frater meus est, cœlestis regni ciuis est, mihi cohæres est, mercatus quoque Christi sanguine est. Hanc ob causam misereri fratri, diligereq; fratrem, optima est miserendi ratio: & hæc nusquam clarius fulget, quam in dilectione inimicorum. Secũdum q̃ in [II. In quib benefacere debemus proximo.] hoc Euãgelio instruimur, est, vt sciamus in quibus debeamus esse misericordes, aut in quibus benefacere debeamus proximo. Vbi tamen ignorandum non est, misericordiam à lege naturæ quoque homini esse inditam, tametsi Christus hic eandem non iussisset. Est enim lex naturæ mortalium cunctorum animis inscripta, vt q̃d sibi velint fieri homines, hoc faciant alijs q̃que: & ne alijs inferant, quod ferre ipsi re[Tobi.4 Tria quæ nã hic p Fructus. Matth.]cusant. Itaq; tria dominus iubet, quę maximopere nobis fieri optamus oẽs. Primũ est, q̃d tibi vis, puta, vt sit consultum famę & opinioni tuæ. Grauat te existimatio iniqua, quã proximus habet de te. Tu igitur qa inuitus hãc sustines, noli ipsum quoq; existimatione iniqua grauare. Prohibuit enim hoc dominus, dicens: Nolite iudica[Luc.6 Iudiciũ q fertur in alijs intelligendum.]re, & nõ iudicabimini. Iudicium hic Christus firmam sentẽtiam nominat, qua sentis quasi certus de bonitate aut iniquitate proximi. Temerarium autem hic iudiciũ vult prohibere de proximo, vbi clarissima nõ est certitudo peccati, vbi intẽtio potest excusari, & vbi bono idipsum possit animo fieri. Nam huiusmodi manifesta peccata, quæ bono animo fieri non possunt, vbi ex certis indicijs cognoscunt, nõ illicitũ est, ea iudicari peccata. Neque enim vult [N] Christus vt dicam malum bonum, quomo[Esaiæ 5 Iudicium temerarium quando fit, peccatũ mortale & quando veniale.]do dicere non debeo bonum malum. Iudicium igitur temerarium quo iudicas fratrẽ peccare mortaliter, seu de peccato mortali, peccatum tibi adducit mortale. Si de veniali fratrem iudicas, venialiter quoque delinqs. Mensura eñ qua mensus fueris, tibi remetietur. Quapropter vt verbis vtar [Augusti.] diui Augustini, si suspiciones (quæ sunt vbi qs dubitare de bonitate incipit proximi, nihil tamen iudicio concludit aut definit) vitare non possumus, quia homines sumus: iudicia tamen hoc est, definitiuas sententias continere debemus. Ad idem pertinet quod Christus hic dicit: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Nam qui non iudicat, non etiam condemnat. Optimum igitur consilium & remedium,

um, inquibuſcunque alienis rebus fir-
miſſimum tenere cū Deo pactū, nolle ſci-
licet iudicare, ſed indiſcuſſa oīa in incerto-
que, vt ſunt, relinquere, & æque ac ſi nihil
vidiſſet, audiſſetve, q̄ ad charitatem, erga eū
II. dem ſe proximum habere. Secundū eſt,
quod peccata tua ſeu iniurias, quas in alte
rum, committis multas, quomodo dimitti
vis tibi atque ignoſci, pari modo tu aliȷs q̄
que dimitte. Cur animi rācorem ſeruas?
Cur temetipſum affligis? Redi in gratiam
cum proximo tuo, quia nihil dulcius cha
ritate. Non falleris, ſed certam pro te ſentē
tiā tenes, vt ſi dimiſeris ꝓximo, dimittet ti
bi Deus quoque peccata tua. Non igitur
abſq; cauſa poſuit in oratione, quam te do
cuit orare, atque remiſſionem peccatorū à
ſe petere, conditionem, quam ſi ſeruaueris
haud dubie miſericordiam impetrabis.
Matt.6 Lucæ 11 Sic enim iuberis orare: Dimitte nobis de-
bita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito
ribus noſtris. Vides quam tibi condicio-
nem appoſuerit. Dimitte, inquit, nobis, ſi-
cut dimittimus. Iam ſi proximo non dimit
tis, quid aliud oras, quam contra te? Ac ſi
dicas: Dimitte mihi peccata, ſicut ego pec
cata dimitto. Ego vero quia non dimitto
fratribus, te quoq; rogo, vt mihi non di-
mittas. Vides quam ſit tibi neceſſarium re
mittere peccata aliena? Habes præterea, de
hoc parabolam de ſeruo nequam, cui grā
de à domino debitum, qa rogauit, ſui miſe
reri idem ſeruus, eſt dimiſſum. Hic vnum
ex conſeruis inueniens ſibi debentē, quem
coegit tribulatione vt ſolueret. Eam ob rē
à domino reuocatus, audiuit: Serue nequā
omne debitum dimiſi tibi, qa rogaſti me:
nonne & te miſereri oportuit conſerui tui
ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iuſſit eū
in carcerem, detrudi, donec ſolueret omne
debitum. Addenſq; dominus Ieſus dixit:
Sic faciet vobis pater meus cœleſtis, ſi nō
vnuſquiſq; veſtrum remittat fratri ſuo ex
cordibus veſtris, hoc eſt, non ſimulatorie,
ſed vere & in ſynceritate dimittat. Alio quo
que loco dicit: Benefacite his qui oderunt
vos. Quod certe excelſius eſt aliquid & per
fectius, quam dimittere offenſam. Ter
tium eſt, q̄d tibi ſubueniri poſtulas; atque
neceſſaria dari, quando eges. Pari modo tū
quoq; eſto liberalis ac promptus in ſubue
niendo alienis miſeriȷs. Da libenter & hila
riter eleemoſynam, vt omnia tibi ſint mū-
da. Abſconde eleemoſynam in ſinu paupe

Remitte re pecca aliena q̄ ſit neceſſarium.

Matt.18

Matt.5

O

III. Eleemoſynæ laus & efficacia quanta.

Eccl.29

peris, & ipſa orabit pro te. Sicut enim aq̄
extinguit ignem, ita eleemoſyna reſiſtit
peccatis. Beatus igitur qui intelligit ſuper Pſal.40
egenum & pauperem. Siquidem de nobi-
liſſimis exercitȷs hoc vnum eſt, quamuis
parum à diuitibus frequentatum. Elee-
moſynam hic voco omnem ſubuentionē,
qua conſulis ſuccurriſque egeno. Ad hāc
cum Tobias ſenior ſuum fuiſſet exhorta- Tob.4
tus filium, tandem ſubiungit: Præmium
enim tibi bonum theſaurizas, ſcilicet, per
eleemoſynam, in die neceſſitatis. Quoniam
eleemoſyna ab omni peccato & à morte li
berat, & non patitur animam ire in tene
bras. Verum ne dicant auari: Si dedero, me
ipſum neceſſariȷs priuabo & mendicum ef
ficiam. Haudquaquam. Scriptum nanque
eſt: Fœneratur domino, qui miſeretur pau prou.19
peri. Scitum eſt illud Salomonis quoque:
Aliȷ diuidunt propria, & ditiores fiunt: a- prou.11
liȷ rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate
erunt. Neque enim mentiri poteſt hic veri-
tas: Date & dabitur vobis. Beatius enim eſt Acto.20
dare, quam accipere, quia illud eſt charita
tis, hoc neceſſitatis. Et in prouerbȷs Sala prou.28
mon: Qui dat pauperi, inquit, non indige
bit, qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit pe
nuriam. Placeat igitur filioli chariſſimi, vo
bis cō ſilium Danielis, quod regi dedit Na Dani.4
buchodonoſor, cui dum propter peccata
videret imminere malum, dixit: Placeat ti-
bi conſilium meum, & peccata tua eleemo
ſynis redime, & miſericordȷs pauperum.
Hoc modo tibi quoque dico fili, quod To Tob.4
bias ſuo dixit olim filio: Ex tua ſubſtantia
fac eleemoſynam, & ne auertas faciem tu-
am ab vllo paupere. Ita fiet, vt nec à te auer-
tatur facies domini. Poſtremo, nonne To
biæ Cornelioque dixit angelus, orationes Tob.12 Acto.10
eorundem & eleemoſynas aſcendiſſe in III.
conſpectum Dei? Tertium, quo nos P
ex hoc Euangelio inſtruimur, tam præla-
ti quam ſubditi eſt, vt prælati ſint docti,
ſubditi obedientes. Prælatos enim, qui
aliȷs pręſunt, aliosque docere debent, vult Prælatis quænam neceſſaria ſit ſciētia.
eſſe doctos, illuminatoſve, vt videant & diſ
cernant, quæ ſubditis conueniant. Alioq
contingit, tam ſubditis quam doctoribus
ſeu prælatis, vt in foueam cadant, cæcum
cæco ducente. Quum enim teſte Grego- Gregori.
rio, paſtor ꝑ abrupta graditur, neceſſe eſt,
vt ad præcipitium grex ſequatur. Non au
tem de ſcientia quę inflat, hic loquitur, ſed
de ſapiētia ſpirituali, qua hoc q̄d docetur,

 eti

etiam à docente amatur. Quando nanque in vita prælati quod docet, concupiscitur, tunc eius præcepta esse bona, tunc eius eru ditio creditur salutaris, quia prior ipse, quã docet, facit. Subditos vero vult esse obedi- Acto.1 entes & humiles, vt agnoscant se non esse super magistrum, sed sub magistro: tunc q̃ demum perfectos, si fuerint quomodo eo rum est, autesse debet magister, puta sermo IIII. Curiositas nimia in explorandis alienis peccatis cauẽda ne & opere prestantes. Quartum & vltimum, quo nos instruit Christus, est nimium curiosos non esse in explorãdis & cor rigẽdis alienis peccatis. Ante omnia enim in nostra delicta oculatos nos esse oportet. Quæ si recte iudicauerimus, nullius ad nostra momenti videbuntur peccata aliena. Nostra igi peccata defleamus, & excusemus aliena. Non sine magna necessitate, deliberatione, nec sine animi synceritate, proximorum delicta corripiamus, idque in spiritu lenitatis, memores sententiæ, quam Christus Iudæis adulteram lapidandam offerentibus dedit. Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Ioan.8 Estote itaque filij misericordes in inuicem, sicut pater vester cœlestis misericors est, cuius per misericordiam estis filij.

Præstante hoc vobis domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA QVINTA POST DOMInica sanctæ Trinitatis, Epistola prima Petri tertio.

XIIII Omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possi deatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur psal.33 eam. Quia oculi domini super iustos, & aures eius in præces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patiemini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Multa hic Petrus apostolus vti liter ad institutionem veri docet Christianismi. Admonet enim nos primum, vt simus vnanimes eodem spiritu & fide orantes: Vnanimitas autẽ omnibus pariter Christianis est necessaria. Vnus nanque est spiritus Christi, qui regit, fouet, nutrit, atque diffunditur in omnes. Sicut enim varia ac multa membra in vnitate corporis vno spiritu viuunt, reguntur ac seruãtur: ita in vna fide & charitate membra omnia corporis mystici spiritus Christi vnus connectit & viuificat. Rom.8 Qui enim Christi spiritũ non habet hic non est eius, id est, non pertinet ad hanc fidelium vnitatem, qua sibi inuicem, & Deo per fidem & charitatem cohærert. Sequitur: Estote compatientes, vt tanquam vnius corporis membra alter alterius sentiat dolorem atque afflictionẽ, Gala.6 ne membrum in corpore sit stupidum ac mortuum: sed aliena perinde atque sua sentiat, cuiusmodi paulus fuit membrum dicens. Quis infirmatur & ego non infirmor? 2.Cor.11 Quis scandalizatur & ego non vror? Fraternitatis amatores, subaudi, estote: vt non solum homines singulos, sed ipsam etiam congregationem in charitate vnitã ametis,

1.Cor.16 ametis, optantes ac satagentes, vt hęc vnio in Christo fidelium semper augescat, quo
1.Cor.8 nemo, quæ sua sunt tantum, sed quæ multorum, quærat, Misericordes: quod ex fraternitatis amore vt emanet necesse est, qua alter alterius inopiam suppleat, & donet alter alteri, si quid aduersum illum habuerit. Modesti, ne illis qui vestra ope egent, q busve subuenitis, sitis duri aut inclementes: sed verecundiæ illorum consulentes, communiter cum illis familiariq; charitate viuatis. Humiles quoque estote, ne de pluribus aut potioribus à Deo bonis rece-
Rom.12 ptis superbiatis, nec de alijs sentiatis viliter.

B Non reddentes malum pro malo; quod beluarum est ferocium, nec maledictum pro maledicto referatis. Ab huiusmodi enim abstinere multiplex debet vos ratio vrgere. Primo, ne illi, cuius mores tu improbos detestaris, efficiaris similis. Secundo, ne contentionibus seruiens, teipsum dehonestes. Tertio, ne aduersariũ tuum ed audiendum maiora in te prouoces. Quarto, ne repugnando malum tuum augeas, puta, vt qui in rebus aut fama damnum fueris passus, malum reddendo aut maledictum, in anima quoq; teipsum lædas. Quinto ne impatientia tua quenquã scandalizes. Intuentes enim te cum altero rixantem, vtrunq; vt duos gallos compugnantes ociosi spectabunt, ridebunt vtrũque & contẽnent. Sexto, ne grauiori vulnere quam ille tu teipsum lædas, amittens patientiæ virtutem, pacem pectoris, tranquillitatem cordis, lædẽs charitatem, multisque despicabilem atque exosum te reddens. Septimo (quod potissimũ est) vt cœlesti tuo magistro dño nostro Iesu Christo obedias, dicenti: Benefacite his qui oderunt vos, eiq; te conformes: qui cum maledceretur, non maledicebat. Non igitur reddatis malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto: sed ediuerso potius benedicatis maledicentibus vobis. Quia adhoc vocati estis per fidem, vt benedictionem hæreditate possideatis æternam. Idque fiet, cum dicetur vobis: Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mũdi. Qui enim vitam diligit beatam & æternam, appetitque dies videre bonos, qui dabuntur nobis post hanc vitã. (In hac enim vita dies nostri, vtpote peregrinationis & exilij, boni esse nõ possunt) ille coerceat, linguam suam à malo, ne loquatur noxia, illicitave. Quod Apostolus quoque monet dicens: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Et labia eius ne loquatur dolum, Non loquatur pacem cum proximo suo, cum sit malum in corde ipsius. Non sit dolus in lingua illius, vt aliud os proferat, aliud pectus regat. Declinet autem à malo & faciat bonum. Hæc enim duo, duæ sunt partes iustitiæ. Inquirat pacem, quam cnm omnibus, quantum in se est, maxime autem cũ Deo possideat, & sequatur eam: tam per viam iustitiæ, quam per patientiæ viam eandem seruãs.

[Left margin notes: 1.Pet.3; Malum p malo reddere ratio multiplex nos prohibet.; Matt.5; 1.Pet.2; Matt.25; Psal.33. Right margin: Ephe.4; Psal.27; Rom.12]

C Quia oculi domini sunt super iustos, qui per patientiam æquanimiter tolerant malos, non reddentes malum pro malo. Vultus autem domini sup facientes mala. Legimus S. Dauid Semei maledictionem sustinuisse pessimam, dum fugeret à facie Absalon. Qui tamen noluit eius maledicentiam à suorum vlcisci q̃spiam, dicens: Sinite eum maledicere. Reddet enim mihi dominus benedictionem pro maledictione hac, puta, non vlta, nec retaliata, sed patiẽter tolerata. Vnde in Psalmo quoque dicit: Audiuit dominus, & misertus est mei. Ita enim contingit. Misertus dominus Dauid restituit eum in regnũ suum, & maledicentia iniqui in caput illius non vlciscente Dauid restituit. Ergo quõ dñicæ misericordiæ respectus est, sup iustos, ita vltiõis & iudicij diuini respectus est super iniquos, vt perdat de terra memoriam eorum. Non est ergo quod timeatis aut trepidetis vt pusillanimes, nec vnde inconstantes efficiamini in aduersitatibus. Quis enim vobis nocere poterit, si æmulatores virtutis atque imitatores boni fueritis? Calamitates quidem & persecutiones habebitis ferre, sed quando hæ vobis nocebunt, cum diligentibus Deum omnia vobis cooperentur in bonum? Quisquis igitur sub persecutione deficit, non eum q persecutionẽ intulit, sed se, qui psecutionẽ ferre, cum illi hæc nisi bonum operari nõ posset, recusauit, accuset. Itaque adeo vobis hi qui benefacientibus mala irrogant, non nocent, vt etiam si quid propter iustitiam patiamini, sitis beati, saluatore teste, qui dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum. Sequitur: Timorem autem eorum quæ iniqui possunt inferre, tã quam vobis aduersa, ne timueritis, saluato

[Right margin: 1.Thess; 2.Re.16; Psal.19; Psal.33; Rom.8; Matt.5]

re quoque dehortante: Nolite timere eos
Matt. 10 qui corpus occidunt, &c. Nec conturbe-
mini, pacem vestram amittentes propter
aduersitates transitorias. Dominum autẽ
Iesum Christum in cordibus vestris san-
ctificate, agnoscentes eius maiestatem: cui
in sanctitate & innocentia cum laude &
gratiarum actione seruiatis, quæcunque
vobis patienda occurrunt, in eius gloriam
2. Pet. 2 referentes, scientesq; quia ipse nouit pios
de tentatione eripere, iniquos vero in di-
em iudicij reseruare cruciandos.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ quintæ post dominicam sanctæ Trinitatis. Lucæ quinto.

D Certare videbatur cũ
turba dominus Ie-
sus, alterutrumque
videntur se mutuo
prouocare aut inui-
cem contendere, dũ
Christus à studio nõ
cessat benefaciẽdi ac
prædicandi, turbæ insurgunt, vrgent, im-
portuneque insistunt Christi audire ser-
monem. Non grauatur hac turbæ impor-
tunitate dominus, nec fatigatur, sed placet
illi insatiabilis hæc fames. Proponit aũt
nobis hoc Euangelium post illud, in quo
erga nos nuper misericordiam Christi di
dicimus, in quo instructi quoque quomo
do hanc ad nos proximis miserendo de-
beamus deriuare. Discamus hic turbæ de-
uotæ exemplo ardenter sitire & esurire
verbum Dei. Itaque dicit Lucas Euange-
lista:

**Cum turbæ irruerent in Iesum, vt au
dirent verbum Dei, & ipse stabat secus
stagnum Genazareth.**

Turbę desiderium hic ferme impetuo-
sum insinuatur audiendi verbum Dei cũ
Mar. 4 dicitur: Cum irruerent turbæ. Tanta fuit
fames, tanta hominibus fuit esuries verbi
Dei, vt vbicunque Christus foret, turbæ
sequerentur, ipsumque adeo vrgebant ad
mare, vt nauim intrans inde hominibus
Amos 8 in littore stantibus prædicaret. Immiserat
nanque Deus eis famem (vt Propheta di-
cebat) non panis & cibi, sed famem audien
di verbum Dei, Beati plane qui esuriunt Matt. 5
& sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satiabun
tur. Nemo tamen cibum hunc esurit, nisi
q illum gustauerit. Esuries autem hæc iu-
stitiæ, non hic satiatur, sed in futura vita.
Quo enim hic plus reficitur, plus esurit ho
mo. Ideo præ magno desiderio, audiendi
Christum, turbæ comprimebant & impel Lucæ 1
lebant, adeo vt locus Christo in terra dees
set standi. Sed non mirum. Quis enim illũ
non cuperet audire, cuius verba sapientia
plena, plena eloquentia, plena suauitate,
plena eruditione, plena benignitate totũ
cor rapiebant audientis? Quis non videre
desideraret eum, cuius plena erat facies gra
tiarum, quæ corda intuentium in gaudi-
um inuitabat? Tristitia omnis abcessit, vbi
Christi eos faciem contingebat contem-
plari. Tam pulchrum itaque, tam san-
ctum, tam suauem, tam eloquentem, tam
denique perfectum omnium virtutum ex
emplar non libenter videre, sanæ non esset
mentis. Propterea dicebant quidem ad ca Ioan. 8
piendum Iesum à Iudæis missi: Nunquam
sic locutus est homo, vt ille loquitur. Fa-
mes hæc sancta est, fames hæc diuini verbi
signum est sanitatis, quomodo cibi fastidi
um est signum infirmitatis. Sed di- E
cis: Quid faciebat illi turbæ, vt ita curreret
post Christum? Et ego te quoque interro-
go, qd fit ferro, quod trahitur à magnete?
Si magnes potest trahere ferrũ, quomodo
non posset homo trahi à Deo? Et qd mirũ
est hominem trahi à Deo, cũ Christus ne- Ioan. 6
minem dicat ad se venire, nisi quem pater
traxerit? Sed quare, inquis, pharisæi non si
militer irruerunt, vt verbo vtar Euangeli-
co, in Iesum ad eius audiendum sermo-
nem? Dicendum, pharisæi sibi satis vide-
bantur docti, nec se eruditione Christi ex
istimabant egere. Siquidem se lumina es-
se putantes (cum essent tenebræ) ad lumen
non venerunt, sed in tenebris manebant
Qui autem in tenebris ambulat, & tene- Ioan. 3
bras amat, odit lucem. Certe multi ex tur-
ba in tenebris fuerant, sed tenebras suas
non amabant, ideo lucẽ requirebant, hoc
noluerunt agere pharisæi. Tu autem vide
hic, quam libenter hanc turbæ importuni
tatem dñs pijssimus patitur. Adeo nanque
sitienter seruiebat profectui animarum, vt
cibum propterea quandoque sumere dif-
ferret. Siquidem discipulis aliquãdo cibũ
afferentibus atq; dicentibus: Rabbi veni vt
mandu-

manduces. Ego, inquit, cibum habeo mãducare, quem vos nescitis. Hoc dicebat propter aduentum turbæ ex ciuitate venientis, quam erat docturus, vt alibi & in alio Euangelista legitur. Hic vero stabat secus stagnum Genazareth, quod alioqui mare vocatur Galilææ.

Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderãt, & lauabant retia.

Naues duæ quid signent mystice.

Duas naues circuncisionem & præputium intelligimus. Ex vtroque enim populo Iudæorum & gentium, aliquos erat vocaturus, qui vtrobique nouerat suos, in vnam Ecclesiam, in qua, tanquam in naui erat, eos per huius maris turbines, ac tempestates ad littoris, hoc est, ad patriæ ductu rus tranquillitatem. Piscatores vero (qui iuxta literalem intellectum Petrus erãt & Ioãnes) descenderant & lauabant retia cõplicanda, quia nihil cœperant, gratisq; sese fatigauerant per noctem. Piscatores itaque sunt doctores sancti & prophetæ, qui sine Christi gratia gratis laborarunt, propterea quod neminem, donec ipse veniret, saluum poterant facere. Retia horum, studium est prædicatiõis, quod nõnunquam laxatur, nonnunquam lauatur & plicatur. Non enim omne tempus prædicationi est idoneum, sed alio tẽpore lucrandis est animabus insistendum, alio item tempore sui vacandum custodiæ.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas.

F

Nauis Petri mystice quid.

Non ociosum est, q̃d Petri nauiculã dñs ingreditur. Eius nanq; nauis Ecclesiam, in qua transfretari, in qua dum procellosum hoc mare nauigamus, saluari nos oportet, significat. Vide autem quam recte dicat: Intrauit in vnam nauim. Neq; enim nisi vna duntaxat est Ecclesia, quæ à spiritu sancto sanctificatur, mouetur, viuificatur & regitur. De qua in Canticis scriptũ est: Vna est columba mea, pfecta mea. Vna est matri suæ electa genetrici suæ. Hæc Ecclesiæ (tametsi multi eam hæretici diuidere voluerint) vnitas à Christo vsq; ad nos deriuata est: nempe per Petri nauiculam significata, & à Petro, eiusque successoribus gubernata. Vnde mirum est, cum semper à tempore Christi interim nõ nisi vna

Cantic. 6 Ecclesiã semp vnã duntaxat fuisse.

permanserit Ecclesia, quæ nunquam etiam non fuit, quomodo Neochristiani, seu Lutherani, qui intra annos triginta cœperũt, possint se Ecclesiam dicere, quæ tamen etiam apud illos vna nõ est, sed dissecta. Nunquid ante triginta annos Ecclesia non fuit? Nonne hæc eadẽ per vniuersum orbem terrarum diffusa eadem semper fuit? In hãc itaq; Christus intrauit, in hac Christi spiritus docet. Habent hæretici quoq; naues suas, scissas tamen ac diruptas, in qbus nõ Christi, sed Satanæ spiritus prædicat ac regit. Si itaq; Christum audire vis prędicantem, ad nauẽ accedas Petri oportet. Ex ea enim tibi Christus loquitur. Non prætereundum autem est, q̃d dominus rogauerit Petrum nauem reducere à terra pusillum. Qui imperare debuit, rogat. Vide Christi benignitatem, humilitatem, mansuetudinemq;. Creator creaturã, dominus seruũ, magister discipulum, Deus hominem, pro tantillo obsequio obsecrat.

Lutherani q̃ absur de Ecclesiæ nomẽ sibi vendicent.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Sermonem suum miraculo confirmare voluit. Petroq; pro labore & charitate, qua illi nauiculam accommodauerat, atque à terra paululum abduxerat, dare mercedẽ. Ideo illi dixit: Duc in altum, hoc est, longe à terra in profundum duc nauem. Et ad reliquos simul: Laxate, inquit, retia vestra in capturam. Significare volens Petro & eius successoribus singulariter nauis directionem, hoc est, Ecclesiæ regimen, seu gubernationem esse commissam: reliquis vero, tãquam inferioribus retium laxationem, hoc est, prædicationem. Retia enim tendicula sunt prædicationum, quibus capiuntur animæ. Hæ enim ex libris Mosi, ex Prophetis, ex Psalmis, ex Euangelijs, ex canonicisque scripturis, vt retia, connectuntur, quibus animæ captæ ad littus pertrahantur. Dicit itaque Petro dominus: Duc nauem, id est, Ecclesiam in altum, hoc est, in sublime disputationum, ad inuestiganda, extrahendaque profunda scripturarum. Dubia enim & ambigua interpretandi, atque soluendi in scripturis soli Petro, atq; eius successoribus tradit Christus autoritatem. Sunt qui nauim, id est, Ecclesiam duci intelligunt in altum secularis dignitatis, quando prędicatione sanctorum,

Retia apostolica quæ sint.

ctorum,imperatores,reges,principes,doctores atq; mundi lumina ad Christũ conuertuntur.

Et respondens Simon,dixit illi:Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus.In verbo autem tuo laxabo rete.

G Pręceptorē Christum Petrus agnoscit,non solum voce, sed etiam opere. Ad eius enim vocem mox obedit, qui ante ex propria voluntate &consilio suo,dum tētaret, nihil capere potuit. Ostendit itaque Simon vere Simonem,id est, obedientem esse, atque sua obedientia, quam dignus erat futurus Christi discipulus, præmonstrat. Calefactus nanque ex prædicatione Iesu, propter eius verbum laxare vult retia. Quamuis enim expertus iam esset hoc in loco,& tempore hoc nō esse pisces, qui capi possent, magis tamen Christi voluit inhęrere verbo,quā suo consilio:imo credidit plus verbo Christi,quam suę experientię:sperans,tāetsi paulo ante nihil capiēdum reperisset,propter verbum tamen Iesu sine piscibus laxaturus retia nō rediret. Sed hoc,quo ad literam.Mistice vero si eius accipiuntur verba,verissimum est per totam noctem Mosaicę legis nullū piscem captum.Nemo enim opus fecit, quo aperire,aut sibi,aut aliis potuit regnum cœlorum.Est tamen nihilo minus quoque alius sēsus spiritualis.In nocte enim laborat, quisquis bonum extra gratiam Dei in tenebris peccatorum mortalium operatur. Huiusmodi enim operibus nullis redditur præmium æternę beatitudinis.Nox enim peccati mortalis est sterilis.

In nocte quis laboret.

Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur.

Vides quam fructuosa fuerit humilitas quam frugifera obedientia Petri, quę meritorum multitudine ditatur,vbi volūtas propria inaniter laborauerat?Salutaris fit necesse est hęc predicatio, locupesq; animarum captura,quę in verbo Iesu pro ipsius obedientia ad gloriam Dei,non ad suū quæstum perficitur. Vide hic statum præsentis Ecclesię Boni malique pisces capiūtur,quibus ad littus(vt Euangelista habet parabola)tractis,boni elegantur,mali eiiciantur foras.Hæc discretio in fine mundi fiet.Iam enim mixti sumns cum malis boni,maliq; cum bonis.Sed littus indicat rete quid militantis Ecclesiæ trahebat.Propterea hic refertur,quod rete rumpebatur Abundantia enim malorum per schismata,& hæreses rete scindit,pacemque & prędicationis rumpit vnitatē. Per aliam nauim,in qua erant,qui aduocabantur socii, Ambrosius Iudæam intelligit, ex qua erant Iacobus & Ioannes.Ex hac itaq; naui altera,scilicet Iudęa,quotquot fuerunt conuersi, simul adunati sunt gentibus cōuersis,& pisces à Petro captos ad littus perducere iuuerunt. Idem enim apostolis studium prędicationis piscationiiq; animarū siue ex Gētibus, siue ex Iudæa cōuertenda rūfuit,vnaq;cura cūctos p fidē Christo adducere.Tanta autem fuit cōuersorum multitudo ex vtroque populo circuncisionis, scilicet & præputii, quasi duabus nauibus adunata,vt pene submergerentur. Periclitabatur itaque nauicula minabaturq; submersionem,sed euadebat.Nunquam enim deserit Deus Ecclesiam suam,sed ad finem vsq; regit atq; perducit.

Matth. 13

Rete Ecclesiæ rumpatur. H

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me,quia homo peccator sum domine, Stupor enim circundederat eum,& omnes qui cum illo erant in captura piscium,quam ceperāt. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi,qui erant socii Simonis,

Ex euidentia miraculi didicit Petrus magnæ esse sanctitatis & autoritatis Christum. Quare se illius præsentia indignum agnoscebat.Aliquid eñ sublimius, quam ante,de eodem nunc sentiebat. Nihilo minus tamē ante miraculum hoc dominum esse Christum credebat.Quod liquet ex Ioannis Euangelio, vbi narratur frater eius Andręas illi dixisse: Inuenimus Messiā,q dicitur Christus:& duxit illū ad Iesum. Viso tñ hoc miraculo, & fides & deuotio in eo creuit.Quo aūt Christi excellentiā magis agnouit Simō,eo etiā magis in illo sui creuit cognitio,eoq; illi sua vilitas e regiōe collocata magis manifestabat. Vñ q̄d Christum

Ioan. 1

stum à se recedere rogauit, non indeuotionis, sed profundissimæ fuit humilitatis. Nã spiritualem Christi præsentiam, gratiæq; illius adiutorium maxime desiderauit: sed illa se indignũ iudicans, dominũ rogauit: Exi à me domine, quia homo pctõr sum. Matth. 8
Hoc modo Centurio quoq; excellẽtiam Christi, suamq; e regione tum infirmitatem, tum vilitatem attendens: Domine, inquit, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Singularis itaq; reuerentiæ, deuotionis ac humilitatis erga Christum fuisse cognoscitur Petrus, qui ad genua ante illum procidit: quod tamen aliorum nemo fecisse hic legitur, licet oẽs stupor de miraculi magnitudine circundaret. Quo etiam satis manifestum est, quã nihil sibi, quam nihil suis meritis, sed Christi totum hoc, quod factum erat, pietati adscripsit.

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens.

I

Qui ex captura pisciũ exterritus es & paues, noli timere, noli esse pusillanimis quia non solum te non deseram, sed faciam etiam te verum, egregiumque piscatorem, non pisces, sed animas capientem. Est enim pijssimo cordi Iesu familiare, vt cor contritum, humiliatumq; non despiciat, sed consoletur & confortet. Ideo prædicit Petro, ipsum cõsolando, ad sublimiorem paulo post, hoc est, ad apostolatum eum assumendum, & Ecclesiæ prædicatorem futurum. Hoc enim dicere voluit, dicens illum animas capturum, & prædicationis sagena piscaturum homines, iuxta illud Hieremiæ: Ecce ego mittã piscatores multos, & piscabuntur eos. Fuit itaque Petro promissum, quod postea impletum est, vt esset piscator hominum, nõ nummorum, vt hodie quidam sunt prælati. Nam diuitias si ipsius nosse volueris, audi in Actis illum loquentem: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

Cordi Iesu quidnã maxime familiare. Psalm. 50

Hiere. 16

Actor. 3

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Trinam legimus vocationem Petri, & quorundam aliorum apostolorum. Prima fuit ad solam notitiam Christi. Nam vt refert Euangelista Ioannes, Andreas qui primo notitiã acceperat Iesu, adduxit quoque Petrum fratrem suum ad Christum, dicẽs illi: Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus. Sed vterq; redijt ad propria. Secunda fuit ad familiaritatem, quod facto hoc miraculo contigit. Relictis enim omnibus sequuti sunt saluatorem. Redierunt tamen post vnum, aut alterũ diem ad propria. Tertia fuit ad apostolatum, quam scribit Matthæus, quæ alia quadam die post hoc miraculum facta est. Et tunc ad propria non rediens, cum Christo mansit. Simile fere aliud huic miraculo post Christi resurrectionem scribit Ioannes, vbi Simonem Petrum, cum quibusdã alijs apostolis abijsse refert piscatum, qui nocte illa nihil prendiderunt. Mane autem Iesu in littore stante, & vt in dexteram nauigij rete mitterent hortante, ilico ceperunt centum quinquaginta tres magnos pisces. Sed cum tanti (inquit) essent pisces, non tamen est scissum rete, nec piclitati sunt. Porro hic rumpebatur rete, atq; pene submersi sunt. Itaq; significatur in præsenti miraculo, per piscium captionem Ecclesia militans, in qua mali bonis miscentur, in qua varia etiam num occurrunt pericula, doctrinarumq; oriuntur sectiones, sectæ, hæreses & schismata, quod est rete prædicationis rumpi. At vero in secunda, vltima que piscium captione, quæ post resurrectionem contigit Christi, nihil periculi narratur, imo palam dicitur: Cum tanti essent pisces, nõ tamen scissum esse rete. Quo certe significatur Ecclesia triumphãs cui prorsus abest omnis scissura, omneq; periculũ.

Vocatio Petri quorundãq; aliorum, triplex. Ioan. 1

Lucæ 5

Matth. 4
Marci 2
Lucæ 3

Ioan. 21

K

Rete Ecclesiæ qñ dicatur rumpi.

Nunc igitur filij in naui Petri (in qua Christus docet) cõstituti, in sancta orthodoxa Ecclesia vos esse intelligite. Hęc enim illa vna est nauis, in quam Christus intrauit, in qua quotidie adhuc docet & prædicat, quam Petro ducẽdam, gubernandãq; atq; eius successoribus commisit. Nempe vna ac eadẽ, quæ ab apostolis vsq; in nos est deriuata, non alia, cuiusmodi multę fuerunt hæreticorum, quæ interierunt, & vltimo ante paucos annos vnam sibi hæretici nostri fecerunt, quã tamen mox in multas sectas sibi ipsis repugnantes diuiserũt atq; cõtrarias. Hos filij deuitate, harũ sectarum p̃dicatores fugite, in naui sancti Petri, imo Christi, Christũ docentem audite, vt p rete Euangelicæ p̃dicationis ad littus, & per obedientiã quam p̃stare vestris debetis prę latis, trahi mereamini, & à domino nostro Iesu Christo inter electos pisces ad coronã asserua-

asseruari, eodem largiēte dño nostro Iesu Christo, q est bñdictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Decem, quæ in hodierno nos Euangelio ædificant, doceri.

L Qvum irruerent turbę in Iesum, vt audirent illum. Lucę V. Laudabilem turbæ appetitum, laudabilem esuriem, sitimq; ad audiēdos domini sermones, ad eruditionem sanctam ab eodem accipiēdam hodierno in Euāgelio audiuimus, q̃ delectata Christi verbis, Christi moribus, Christi signis, & miraculis, eius deniq; cunctis operibus, non poterat ab eodem separari. Est autem hoc ignauiæ nostræ vehemens reprehensio, q̃ ad verba Christi fastidiosi, tepidi, frigidi, & negligentes sumus. Quocirca vt excitetur in nobis deuotio, dicam quā multa in hoc sint Euangelio, quæ excitant, ædificant, erudiuntq; nos ad bonū. Primum in hoc Euangelio, quod nos instruit, est turbæ appetitus insatiabiliter desiderantis verbum Dei. Sequebatur enim dominum quocunq; ibat, siue in ciuitates, siue in deserta, siue ad mare, & eius sermone refici cupiebat. Et nobis nihil vtilius sane, nihilq; honestius contingere potest, quam vt ardēti feruore quæramus, sequamurq; Christum, & illi adhæreamus, seruiamusq;. Filij, quicquid aliud quærimus, temporale est, periturum, fallax, & nihil, quod esse quidem apparet, sed nihil est nisi vanitas, & imago alicuius boni. Propterea Psalmista clamans, dicit: Filij hominum, vsquequo graui estis corde, puta ad sequendum dominum? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quæritis magni esse in oculis hominum. Vultis quoq; filios vestros fore magnos in mundo. Ad hoc enim nitimini & laboratis, vt quanto vos in precio habet mūdus, habeat eos quoq;. Verum equidē vobis dico: Quomodo vos estis decepti, sic filios vestros quoq; decipitis. Nunquid enim tunc felices atq; beatos fecistis filios vestros, dum opes, honores, & reliqua, quæ in mundo præminere homines faciunt, illis procuratis, & retibus diaboli, quibus ad inferna trahantur, eos inuoluitis? Hoc eos docete, vt Deum timeant, Deum diligant, ad audiēdum Dei verbū sitientes accurrant, Dei custodiant mādata, vt pauperum misereantur, vt egenis, indigentibusque omnibus libenter subueniant, tunc eos optime ditastis, & ad honores cœlestes promouistis. Docete illos, & vestris operibus ostendite eis, vt thesaurizent sibi thesauros iustitiæ, atque virtutum, quos fures non tollant, nec tineę demolliantur, nec ærugo consumat. Hæc facientes, cum filijs vestris salui eritis. Itaque hoc est irruere in Iesum, ipsum sitire, ipm amare, ipsius sequi vestigia, ipsum desiderare, ac rogare, vt habeas propicium, eius optare gratiam, illi inhærere, & ab eo non diuidi. In summa dicam: Qui ex Deo est, libenter Dei verbum audit. Si libenter audit, quærit hoc, & irruit ad audiendum. Quod si non libenter auditis, signum est, quia ex Deo non estis. Secundum, quod hic ædificat, ac instruit, est benignitas redemptoris, quod turbam videns importunam, ac verborum eius sitibundam, adeo vt irruerent in eum, non est grauatus. Studebant enim propius semper accedere, quo melius perciperent, quod auide audiebant. Interea tamen quum impellebant dominum retrocedere, vsque ad stagnum, seu mare, non ipse inique tulit hominum importunitatem, nec labore ac tædio fatigabatur, sed in nauiculā ascendēs, abductus paululū à terra, docebat turbas. Non igitur pijssimus Iesus molestia, nō tædio, non assiduitate vincitur prædicandi, sed deuotioni acqescens turbæ, p̄dicationē terra, mariq; cōtinuat. Inuitat hoc suo exemplo omnes prælatos & docet, quāto oporteat feruore & indesinenter populis prædicare, quanto zelo lucrandis animabus insistere, & circa animarum lucra quā nullo, aut tædio, aut fatigatione vinci. Nō igitur seipsos debent quærere, nec sibi, vel licitis occupationibus ad priuatum commodum vacare, aut semper ocio contēplationis insistere, sed ea curare, quæ sunt subditorū, animabus sibi creditis inuigilare, sermonis pabulum illis adferre, exēplo bonæ actionis non minus, q̃ verbo plebē roborare. Tertium, quod hic ædificat, est Christi humilitas rogātis Petrum, vt à terra abduceret paululum nauem. Non imperat, non iubet, sed rogat creator & mūdi redemptor. Quare autem hoc facit, nisi quia nos cum superbi sumus, magis volumus rogari, quam rogare? Nam etiam alieno si cogamur obsequio vti, si subsidium nobis necessarium fuerit proximorum, vix tamen

Margin notes: Documēta huius Euangelij decem. — Sitis turbæ audiēdi verbū Dei quāta — Psalm 4. — Esaiæ 5 — Proles vti instituendi sint. — Matth. 6 Lucæ 12 — In Iesu quō sit irruendum — Ioan. 8 — Benignitas redemptoris nostri quāta — Prælati quāto zelo lucrandis animabus debeāt insistere. — Humilitatis Christi exemplum.

men vel ipsa necessitas cogit nos, vt humiliari pro obsequio rogemus. Nolumus enim aut indigentiam nostram agnoscere, nolumus, quam inopes, aut indocti, aut impotentes simus, agnosci, nolumus nos humiliare. Erubescimus nos inferiores cognoscere his quos rogamus. Nolumus tandem nos debitores gratitudinis atque reddendæ charitatis constituere, nec pro acceptis beneficijs obligatos nos agnoscere. Christus tamen cũ esset Deus, & Dei filius, cum esset omnipotens & summus, cui angeli deniq; gaudent seruire & obtemperare, à piscatore paupere obsequium rogare non erubuit.

N Quartum, q̃d hic nos instruit, est obedientia Petri. In multis em̃ hic reperitur Petrus obediens, & Christo deuotus. Nam primo, accommodauit dño (quod deuotiõis & charitatis fuit) nauem. Deinde ad petitionẽ domini reduxit à terra paululũ nauem. Tertio, rete ad verbum domini laxauit, atq; ad piscandum se parauit. In qua obedientia concurrunt multa, quibus ipsa commendatur, atq; seipsa clarior, ac perfectior efficitur. Est nanq; difficilis, est prompta, est simplex, estq; fidelis.

Obedientia deuotioq; Petri erga Christũ quãta.

Difficultatem multa faciunt obediẽdi. Primũ est operis infructuositas. Hoc modo pbata fuit sanctæ Eufraziæ obediẽtia, quæ iussa grãdia saxa portare de loco vno ad alium, atq; inde in priorẽ locũ reportare, nihil tñ murmurauit, ppter operis inutilitatẽ, sed studiosissime impleuit. Hoc modo B. hic Petrus potuisset obedientiam recusasse, & obiecisse infructuositatẽ. Nemo em̃ libenter gratis, & vbi nullus respondebit fructus, opatur, qa non habet q̃ cõsoletur laborẽ, proinde, & qui arat in spe, scilicet messis, debet arare. Petrus vero p experientiam didicerat non adesse pisces, infructuosumq; noctis laborem exantlauerat, quare detrectare potuisset laborẽ, ne & illũ gratis perderet. Verũ infructuosum nõ credidit Christo obedire. Nam etsi nulli pisces caperẽtur, sciebat tamẽ obediendi studium absq; merito, pmioq; nõ esse.

Obediẽdi difficultatẽ quæ faciant.

Eccle. 6

Secundũ quod facit difficultatem est, dum fatigato iã laboribus denuo imponit opus. Post laborẽ em̃ nemo nõ optat quietem. At Petrus nunquam adeo potuit fatigari, vt pro Christo illum vel iterandi laboris pigeret: tanti em̃ iam faciebat Christũ, vt illius obedire voci nullũ æstimaret esse laborẽ. Tanto ad Christũ feruebat amore, vt non timeret (si ita Christus fineret) pro Christo etiam gratis laborare. Si em̃ is qui diligit hominem, laborẽ nõ sentit (quamuis laborans) quem ob illius gratiam fert, quomodo qui pro Deo laborat, grauabitur? Semper enim per amorẽ respicit in illius beneplacitum, cuius gratia laborat, cupit illi placere, eius optat gratiam & fauorem, eiusq; honorem zelatur. Amor itaq; non sustinet pigrum & acediosum, qui sua commoda quærit, & requiem, non ea quę sunt Christi.

Philip. 2

O Tertiũ, q̃d obediẽdi generat difficultatẽ, est propriũ consiliũ & superbia, cui nihil nisi propria placẽt. Cõtra consiliũ aũt proprium quempiam aliquid efficere, difficultas est magna. Non em̃ tũc creditur prælato, sed sapientior esse sibi videtur is, qui huiusmodi est, & q debet obedire, quam qui præcipere. Difficultas hæc quoq; Petrum non impediuit. Siquidem consilio & prudẽtię humanæ, licet esse cõtrarium id, quod dominus iubebat, puta vbi per noctem totam piscando gratis laborauerãt, nihilq; ceperant, mox redire ad eundem locum, & denuo velle piscari, veruntamen hanc suam prudẽtiam, suumq; consilium contempsit Petrus, magis credens, maiorẽq; fiduciam habens in verbis Christi, quam suo in ingenio, labore & experientia. Vicit itaq; Petrus omnẽ obediendi difficultatẽ.

Cõsiliũ proprij crebri quãta mala homini inferant.

Vnde sequitur eius fuisse obedientiam (quod secundo loco posueram) promptam. Nam nihil moratus, mox dominicis v̄bis paruit. Quod em̃ dixit: Pręceptor per totã noctem laborantes nihil cepimus, non id dixit propterea, q̃d grauate obediret, sed vt indicaret, quã obediret cõfidenter, ac si diceret: Licet expertus sim nũc laborẽ piscãdi infructuosum, veruntamẽ quia tu iubes, iam mihi nõ erit ociosum piscandi onus, nec infructuosa, nec vacua ad me redibunt retia. Hic apparet quoq; quam simplex fuerit Petri obedientia & fidelis, credentis minus proprię experientiæ, quam Christi verbis, credentis pisces, qui dum suo consilio, suaque industria piscaretur, non aderant, mox propter verbum domini adfuturos.

Quintum, quod in hodierno instruit Euangelio, est, quod dominus voluit nauem à terra reducere pusillum. Quo virtus discretionis innuitur, quam prælati discere debent in animabus regẽdis, vt nõ nimis maxime in principio vrgeant ad ambulandum

Discretio in regendis animabus necessaria quæ sit.

dum

Gene.31 dum oues, sed exemplo Iacob paulatim sinant eas progredi. Paulatim enim longius eas à terrenis abstrahent, estq; prudentiæ ac discretionis, ne nimietate in initio, aut impetu oues lædantur, ac impediantur magis, quam promoueantur. Debet enim prælatus non in extremis versari, nec ad illa vrgere, sed regia debet ambulare via, hoc est, in medio virtutum, ne quid minus, ne quid nimis. Non erit impetuosus, sed prudens, ad dissimulandam, ad expectandamq; temporis opportunitatem, vigil quo possit tempore vtilissime animorum mederi languoribus. Paulatim enim instituendi, seu nouiter instituti spiritu crescunt, crescunt fide, crescunt aliȷs quoque virtutibus, desinente interea in illis priuato amore, ac propria voluntate, qua paulatim, tandemq; sentiant, quod nõ sentiebant, credant, quod non credebant, rogent, quod rogati facere recusabãt. Quod enim à terra reduci iubet nauem non procul, sed pusillum, docet saluandum statum communem fidelium, cui permittitur, vt

1.Cor.7 hoc mundo vtantur tanquam non vtẽtes, vt gaudeant, tanquam non gaudentes: & cum omnia habeant, nihil tamen sint animo possidentes, hoc est, nihil terrenum sic diligant, quo cordis possessionem, aut animi testentur inhæsionem.

P

Fides Petri cuiusmodi. Sextũ, est fides Petri. Credidit enim se pro obedientia (quæ mundi sapiẽtibus stulta videri poterat) non deridendum, quem fides roborabat adeo, vt crederet fieri non posse, quo hæc Christi iussio foret inanis, aut absque fructu. Ideo dixit: In verbo tuo laxabo rete.

Charitas fraterna quãta bona efficiat Septimum, quod ædificat, est charitas & assistentium, adiuuantiumque benignitas. In alia nãq; naui sociȷ mox vbi nutu tantum sunt vocati, accesserũt, vt Petro subuenirent, parati. Placet Deo vehementer charitas, quæ est in proximum. Quam obrem opera misericordiæ ac charitatis, tã quam ea, quæ sunt gratissima Deo, aliȷs operibus, quę respectum propriȷ habent cõmodi, essent, vbicunq; id fieri possit, merito præferenda.

Humilitas ac reuerentia Petri erga Christũ. Octauum, est Petri humilitas, ac reuerentia erga Christum. Trepidabat enim propter suam indignitatem, quam in oculis suis habebat Petrus, Christi vero maiestatem & potentiam expauit. Ideo ad genua ante dominum procidit, rogans, vt à se exiret, & à se peccatore (cuius præsentia foret indigna & contumeliosa Deo) recederet, quasi diceret & rogaret, ne se tantum humiliaret Christus & vilificaret, vt cum homine pc̃tõre familiariter cõuersaretur. Docet autem in hoc nos reuerentiam habere semper magnam ad prælatos nostros. Nisi enim sublimiter senseris de prælato tuo ac bene, non potest tua esse obedientia simplex atque perfecta.

Reuere... tia ad p... latos ha... bend...

Nonum, quod instruit, est quod Christus Petrum pusillanimem confortat, ac erigit humilem. Nam consolatur eum, dicens: Noli timere. Nec solum consolatur, sed maiora etiam illi promittit beneficia. Erudit autem Christus prælatum, quam esse debeat consolatorius cum omnibus, tamen præcipue humilibus & pusillanimitate deiectis. Nocet enim nõ parum, imo vehementer impedit seruum Dei pusillanimitas, nisi fuerit homo maxime acquiescens, & nõ pertinacis ingeniȷ, voluntatis aut consiliȷ, qui possit ac velit consulere prælatum, seu patrem animæ suæ in omnibus, illumque audire, illi credere & obtemperare. Debet igitur prælatus, præcipue eos qui timent, & qui trepidant, consolari ac confortare, ne spiritu deficiãt.

Prælatus qui debe... ar esse co... solato... suis s... tiis.

Q

Decimũ est, quod nos hic ædificat, propter quod etiam hæc omnia fiebant, quia relictis omnibus secuti sunt saluatorem. Itaq; iam de piscibus captis nihil cogitabant, quia ceperat eos saluator, quos tanto post se, tamq; feruido tactu abducebat amoris, vt corpore quoq; illum sequerentur. Itaq; filiȷ, hæc est piscatio Christi, capere & abducere post se animas: & hoc modo piscatus est piscatorem Petrum. Sunt autem post Christum aliȷ quoque piscatores, quorum principem constituit pro se Petrum, eiusdemq; vicarios, prælati Ecclesiarum ad homines attrahendos Christo. Sed conquerũtur horum quoque multi, & dicunt: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quod tamen aliquando ex culpa accidit piscatorum, aliquando ex vitio piscium, q̃d piscator nihil capiat. Primo, id esse potest ex defectu temporis, puta si in tempore non debito piscatio fiat, quo scilicet pisces se, aut ad ima abscondunt, aut vt delitescant, suis latibulis se continent. Hoc modo prædicator gratis laborat, quando non sunt inter auditores aliqui prædestinati ad vitã. Gratis, inquit, laborat, quia piscem nullum cepit. Non tamen omnino gratis, quia erit merces opi eius. Siue tamen ceperit pisces, siue

Prædi... tione... pertine... ctu ... pr... las ...

Hiere. 31

siue nullos ceperit, sciat animarum piscator nihil ibi esse suum, nisi vt sanam prædicet doctrinam, & quos docuerit verbo, exemplo non destruat. Nam vt aliquem capiat feliciter piscem, vt impium aliquẽ ad Deum conuertat, non hominis, sed Dei opus est, licet hominis ministerio peragendum. Sunt etiam qui prædicant in nocte ignorãtiæ nulla eruditiõe suffulti. Sit itaq; prædicator studiosus obseruator temporis, vt tũc maxime p̃dicet, qñ plebs magis parata idoneaq; fuerit ad recipiendum. Sciat q̊q; quibus retibus oĩ tẽpore debeat vti. Interdum eñ facili persuasione, interdũ terroribus, interdũ blãditijs cõuertuntur auditores: & sup hoc vigilandũ est inter remedia, quod magis fit efficax. Secũdo, contingit ex defectu loci, fortasse q̃d illo in loco nemo est, qui p̃destinatus sit ad vitã, ideo nemo conuertitur. Si eñ in loco piscatur, nõ satis profundo, vbi locus est arenosus, & parũ aquę, ibi nihil pisciũ capitur: & vbi profunda hoĩs Dei gratia nõ penetrat, inanis est oĩs p̃dicatio Tertio, piscari contingit ociose ex retium seu instrumentorũ defectu. Retia eñ si rupta fuerint, pisces elabuntur. Retibus ruptis piscãtur hi, qui q̃d verbis affirmãt, factis negãt: aliud p̃dicant & aliud operãtur. Quarto, cõtingit piscationem esse ociosam propter pisces, q non possunt capi. Aut eñ sunt pisces, nimis magni, aut nimis parui, aut nimis astuti, aut nimis lubrici. Hoc modo hoĩes in potestatibus, diuitijsq; constituti, vix conuertuntur, qa nimis sunt magni, & difficultas est magna illis annũciare veritatẽ. Ideo enim quia ab omnibus timẽtur, quia multũ nocere possunt, raro eis veritas dicitur: nã etsi quis dixerit illis veritatẽ, hanc nõ recipiũt.

Retibus ruptis qs mystice piscetur.

Pisciũ genera qua tuor cur mystice capi non possunt.

R Alij pisces sunt nimis parui, hoc est, pusillanimes, & hi capi difficulter possunt, quia oĩa etiam tuta timent. Vnde scriptum est: Qui obseruat ventũ, nõ seminat, & qui pusillanimis est nimium, nõ agit opera bona. Nusquã enim vult lædi, nusq̃ audet laborare, tuta timet, & suspecta habet oĩa. Tertij sunt pisces nimis astuti, q quærunt vbiq; elabi. Homines itaq; dolosi & nimium astuti, raro per p̃dicationem capiũtur. Habent enim glossas suas, quibus sese excusant, & Ecclesiæ p̃cepta eludunt. Quarti pisces sunt nimis lubrici, vt anguilla, quos quanto strinxeris fortius, tanto citius elabuntur: hoc modo homines seipsos aman

Eccle. 11

1. Tim. 3

tes, & carnis desiderijs seruientes, male euadunt rete prędicationis. Tot enim peccatis seruiunt, quot in se peccandi concupiscentias sentiunt. Nam qui multis varijsq; desiderijs suis satagunt satisfacere, semper vt occasionem habent delinquendi, ita & excusandi, atque correptionem elabendi. Eam ob rem prædicationem declinãt Euangelicam, fugiunt correptiones, noluntq; venire ad lucem, ne arguantur opera eorũ. Ioan. 3

Quomodo itaque Christus per suos piscatur, & retibus prędicationum verbi Dei capere quærit animas: sic diabolus quoq; sua retia extendit, quibus incautos capiat, & abducat, Et quid dicemus? Nonne maior pars hominum in mundo eius retibus capitur? sicut scriptum est: Cadent in retiaculo eius peccatores. Quæ sunt, inquis, retia diaboli? Omnia illa quæcunque non sunt Dei, quæ mundi sunt, quæ temporalia sunt, quæ transitoria & corporalia sunt, quæ ab hominibus hic amantur, quę carnem delectant, retia sunt, quibus diabolus animas piscatur, & quæ homini dum insidiatur, in abscondito tendit. Nihil potest facere homo, iu quo illi rete diabolus non oppãdat, quo opus destruat bonum, impediatve, vt in hominem euertat. Vigila igitur tu, quia & vigilanti & dormienti tibi retia tendit, siue comedas, siue bibas, non dormitat pestifer ille piscator, sed insidiatur semper quærens quem capiat. Habet generatim retia, quæ cunctis mortalibus nouit illiciẽdis idonea, nouit quo fallat modo. Habet & retia cuiuis homini singularia, quibus imponat incautis, iuxta cuiuscunq; naturales conditiones, consuetudines, exercitia, occupationes, & statum congruẽtia. Propterea filij, vigilate in orationibus, & estote prudentes, ac circunspecti, nihil vobisipsis confidentes, sed fiducia vestra sit in Deo. Habitate in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cœli commoremini. Antequam faciatis quicquam, antequam in rem aliquam incertã, aut periculosam consentiatis, primo per orationẽ ad Deum confugite, Deum pro illuminatione vestri, pro directione, pro custodia à peccato, & pro liberatione à periculo inuocate. In hoc mundo quoq; nõ astuti, ac dolosi, sed puri, simplices, ac innocentes viuere satagite, præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Psal. 14. Retia diaboli quæ sint.

1. Petri. 4

Psalm. 90

Quõ diaboli retia euadere valeam.

II DO-

DOMINICA SEXTA POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Roman. sexto.

XV. QVicunque baptizati simus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudine mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui em̃ mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HOrtatur apostolus nos Paulus ne post baptismum à peccatis abluti, atque in nouitatem vitę regñati, pristinis vitijs ac peccatis iterum inuoluamur, dicens: Quicunq; baptizati sumus in nomine Iesu, in morte Christi baptizati sumus. Ibi enim peccatis nostris parata medicina, qua sanaremur, applicata est. Ibi peccatorum nostrorum, puta ex virtute mortis Christi, recepimus expiationem. Quemadmodũ igitur Christus pro nobis mortuus est, & nihilominus tamen viuit, ita nos quoque mortui esse debemus pctõ, viuere autem Christo. Haudquaquam aũt mortui essemus pctõ, adhuc in illo perseuerãtes. Consepulti deniq; sumus cum Christo per baptismum in mortem, dum quemadmodum mortuus ipse tribus diebus in sepulchro iacuit, ita nos tribus vicibus baptismo immergimur, vt ibi sepeliantur tanquam in sepulchro peccata nostra, lateantq; in mortem. Vnde quomodo Christus resurrexit à morte per gloriam patris, ita & nos spũ resurgentes, deinceps in nouitate vitæ, non in operibus mortuis ambulemus. Quomodo enim Christus primum mortuus est & sepultus, deinde resurrexit, ita nobis quoque primum in morte Christi, quę aufert peccata mũdi, necesse fuit peccatis mori & cessare à delictis, cum Christo resurrecturis in nouitatem vitæ, qua deinceps nõ dormiamus iterum in morte peccatorum nostrorum, sed viuamus Christo in nouitate vitæ ambulantes, & de bono ad meliora semper proficientes. Præterea, quomodo Christus ad vitam resurrexit immortalem, ita ad vitã nos gratiæ resurgamus peccato posthac nunquam intermorituram. Si em̃, hoc est, quia em̃ de ritu veteri vitiorũ tanq̃ de terra mala arbores euulsæ in Christi morte sumus complantati in terram bonam, id est, in vitam gratię, vt fructum qui maneat, adferamus: & hoc ad Christi mortis similitudinẽ, qui dũ arbor est vitæ, propter nos tamen corpore mortuus est, & in sepulchro quasi hyemis tempore sub terra radix plantæ latuit, in resurrectione vero tanq̃ tempore veris refloruit: ita nos quoque non in terra, sed in aquis baptismi, vbi virtus mortis Christi est nobis applicata, mortui sumus nõ corpore, sed pctõ, resurrecturi in ipso ad nouitatem vitæ, vt quomodo in Christo sumus cõplantati ad similitudinem mortis eius, ita ex succo quoque gratię eius, ex radice huius vitalis ligni resurgentes viuamus per ipsum. Hoc scientes, quia vetus homo noster, id est, vita prior quam in peccatis duximus, crucifixus est, dũ in fide Christi crucifixi à peccatis resipiscimus, recipitque peccatum finem ac interitũ sui. Ad modum em̃ Christi

1. Petri 2.

Ioan. 15.

B

sti crucifixi,vetus hic homo noster,homo peccati,figitur in cruce pœnitentiæ,continentiæq; salutaris cum Christo, vbi membra sua ad priores actus iniquitatis non licet illi deinceps mouere, aut retrahere, q̃ sic destruatur vitiosa conuersatio nostra, seu corpus peccati,quod aliud quam peccare non nouerat, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est cum Christo,eo modo & intellectu, vt supra dictũ est,iustificatus atque liber factus est à peccato, vt illi peccatum non noceat, nec illum impediat etiam. Si autem cum Christo mortui sumus peccato, vt vltra in nobis peccatum non viuat, credimus nunc simul etiam vita gratiæ,& posthac gloriæ viuemus cum ipso. Scimus autẽ quod Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur,nec iterum eius à corpore anima separanda est. (Ioan. 11) Neq; enim est eius resurrectio vt Lazari, aliorumve, qui ad vitam mortalẽ sunt resuscitati, quia mors Christo vltra nõ dominabitur, propterea quod immortalis resurrexerit. Atque ideo quod mortuus est peccato, non suo, qa non habuit peccatum, sed nostro (posuit enim in eo pater (Esaiæ 53) iniquitates omium. Et ipse vulneratus est propter iniquitates nostras) mortuus est semel, puta in die Parasceues. Quod vero post resurrectionem viuit secundum humanam naturam,viuit Deo,id est, ad gloriam & honorẽ beatissimæ Trinitatis,quę illum suscitauit ex mortuis. Ita & vos existimate vos mortuos quidẽ peccato in baptismo,viuentes autem Deo in obedientia voluntatis eius per gratiam ipsius,quæ nobis data est,in Christo Iesu dño nostro.

EXEGESIS EVANGELII dominicę VI. post dominicam S.Trinitatis, Matth. V.

C (Matth. 5)

Saepenumero Christus dixit verbo,opereq; ostendit, quod non venerit legẽ soluere, sed implere: & nunc quoque in his præsentis Euangelij verbis clarissime ostendit, quam perfecta sit sui Euangelij iustitia supra legem, quandoquidem, vt dicit apostolis suis,nisi maior fuerit illorum omniumque qui per illos credituri sunt, perfectio, quam scribarum ac pharisęorũ, non eos intraturos in regnum cœlorum. Legitur autem non incongrue hoc Euangelium post illud,quod proxima pręcessit dominica,in quo ad nostram ædificationem turbæ sitientes Dei verbum recensetur deuotio. Hic vero vtiliter, non nisi iustitiam esurientibus proponitur, quanta Christianorum esse debeat iustitia, vt feruore excitato, illam mox æmulentur apprehendere & obseruare. Dicit itaque:

Nisi abũdauerit iusticia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Per iustitiam hic non vna exprimitur virtus singularis,sed generatim pro omni accipitur virtute & probitate,vt iustitię nomen æquitatem,vitęq; rectitudinem significet. De qua iustitia Hieronymus dicit: Vera iustitia nihil est aliud,quam non peccare. (Hierony. Iustitia vera qd sit.) Non peccare autem necessario simul cõprehendit Dei præcepta seruare. Quomodo eñ non peccaret Dei præcepta trãsgrediens? Secundum Augustinum vero, iustitia est pulchritudo animi, qua hoĩes pulchri sunt in conspectu Dei. (Augusti.) Huius (iuxta eundem) duæ sunt species. s. declinare à malo & facere bonum. (Psalm. 33) Hoc modo Noe dicitur iustus inuentus coram Deo. (Gene. 6, Eccle. 44) Abraham quoq; orans pro Sodomitis dñm: Si decẽ, inquit, fuerint in ciuitate viri iusti inuenti, &c̃. (Gene. 18) In Ezechiele quoq; dicitur: Si iustus recesserit à iustitia sua, &c̃. (Ezech. 18) Itaq; hæc iustitia, hæc rectitudo vitæ, quæ omnes includit virtutes, maior sit necesse est in apostolis & prælatis Ecclesiæ, quã in Pharisæis, qui erant prælati synagogæ, maior in populo Christiano, quam Iudaico, maior in sacerdotibus & monachis, quam in plebe, alioqui non intrabunt hi (qui esse debent perfectiõis maioris) in regnum cœlorum. Nisi, inquit, iustitia vestra, scilicet Euangeliũ profitentiũ, abundauerit & perfectior sit, quam scribarum & Pharisęorum, non intrabitis.

D (Iustitia pharisæorũ in quibus fuerit minor)

Quapropter videndũ, in quibus pharisæorum iustitia fuerit, quam esse debuit, minor. Primo, erat minor in iudicando. Peruerso enim ordine iudicabant. Nam alios accusabãt grauiter, seuereq; iudicabant, seipsos vero aut dissimulabant, aut leuiter iudicabant, cum ediuerso sibi ipsis esse debuissent duri, alijs propitij, sicut scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. (Proue. 18) Erant igitur Pharisæi pc̃tores, sed seipsos non iudicabant. Pc̃m vero q̊d

non plangitur, non deletur: ideo peccata eorum in illis manebant. Secundo, Pharisæorum iustitia erat in cognitione, non in affectione. Sciebant enim quid esset faciendum, non tamen item hoc amabant. Hoc hodie multis etiam grauibus viris contingit, qui sciunt quid facto opus sit, non tamē idipsum facere possunt. Sunt in consilijs vtiles, non tamen quod laudant, quodq; suadent, ęque affectant. Tertio, erat Pharisęorum iustitia minor, quia docebant quod rectum erat, non tamen idipsum faciebant. Quamobrem Christus de illis nos præmonuit, dicens: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & Pharisæi. Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt.

Matth. 23

Quarto, minor erat in æstimatione. Inique enim comparabant legis præcepta, & suas seniorumve traditiones. Nam superstitiones traditionum multas obseruabāt, legis vero præcepta, Deiq; mandata, propter illas transgrediebātur. Quinto, minor erat quam esse debuit Pharisęorum iustitia in perfectione iustitię: cuius duę sunt partes, puta declinare à malo, & facere bonum. Putabant enim se non obligari, nisi ad opera externa, nullam in animi affectibus culpam agnoscentes. Illicitum sciebāt mœchari, affectum autem, concupiscentiam & voluntatem mœchandi habere latentem, quamdiu nihil prodiret in opus, non æstimabant peccatum. Item, non concupiscere vxorem, aut rem alienam, de externa dūtaxat exhibitione, qua molitur quis impetrare quod prohibitum est, intelligebāt. Vnde studium externum, aut conatum in verbis, osculis, & huiusmodi ad concupiscentiam adulterij pertinentibus damnabant, non autem solam concupiscentiam, aut voluntatem malam latentem. At Euangelica iustitia prohibet aliena opera iudicare, seipsum vero accusare, damnareq; laudat: sicut legimus de publicano, q de templo exiuit magis iustificatus, quam Pharisæus, quia seipsum condemnando iudicauerat, cum ediuerso Pharisæus se quidem commendaret, publicanum vero damnaret. Itaque hæc Pharisaica est iustitia.

Matth. 15
Iustitiæ partes duę quæ.
Deut. 5
Matth. 5
Ibidem.
Matth. 7
Ioan. 7
Proue. 18
Luc. 18

E

Iustitia Euāgelica quę sit.

Porro Euāgelica iustitia est bonum agnoscere & amare, docere & facere, maiora quoq; facere, & minora nō relinquere. Euangelica insuper iustitia non solū opera, sed & voluntatem malam damnat animorum. Qui viderit, inquit Christus, mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quapropter recte dominus dicit: Nisi iustitia vestra abundauerit plus quam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Intelligitur autem hoc dictum non de Pharisæis malis, odio, inuidiaque plenis. (Illorum enim nulla fuit iustitia) sed de his qui dici poterāt iusti, hoc est, de Pharisæorum iustitia, & de consuetudine eorum generali.

Matth. 5

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Exod. 20

Prohibitum est antiquis patribus. s. occidere. Quod nō de brutis aut plantis (quę etiam aliquā habent vitam) intelligēdum est, sed de hominibus. Irrationabilia nanq; omni tempore licet occidere, hominē vero aut alium aut seipsum occidere illicitum est. Non tamen agit contra hoc præceptū, qui ordinate & ex autoritate occidit. Quo, inquis, ordine, aut cuius autoritate licet occidere? Diuina. Deus enim solus dominus est vitæ & mortis: omnia ipsius sunt, & in manu eius sunt omnes fines terræ, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quare si voluerit conterere omnia, quis contradicet ei? Itaque Deo iubēte occidere licet. Potest enim Deus hominem tibi occidendū committere. Neq; tu peccas si Deo obedieris, & hominem (tametsi innocēs fuerit) propter solum eius præceptum occideris. Tua enī illum autoritate non occidis, sed diuina, vt occidas, iubente. Propterea Abraham adeo non deliquit occisurus Isaac innocētem filium suum Deo iubente, vt etiam vehementer laudatus, & apud Deum sit exaltatus propterea. Facturus tamen id erat Deo iubente, quod alioqui iuste facere nō potuit: nempe iugulaturus innocentem. Quis enim diceret patri licere occidere filium suum? Prorsus nemo. Non est enim pater dominus vitæ filij sui, nec eripere illi debet quod non dedit. Deus vero potest innocentem occidere, quia & noxius & innocens Dei est. Quomodo ergo p seipsum potest occidere hominem, ita potest occidendum per alium committere. Bifariā autem hoc pręcipit Deus. Aut enim cum qui debet occidere singulariter propterea iubendo alloquitur, quomodo Abrahæ, aut genera-

Quo ordine & autoritate liceat occidere.
1. Reg. 1
Psal. 94
Psal. 99
Gene. 22
Ibidem.

1.Reg. 15 generatim præcipit, vt Sauli: Vade, inquiens, percute peccatores Amalec. Aut mandat hoc per legem, vt est illud: Maleficos nõ patieris viuere. Et crebro habetur in lege de lapidatiõe criminosorum. Minister autem legis est is, qui à Deo cõstitutus est iudex & vindex malorum. Omnis eñ potestas à Deo est. Qui vero occiderit absque iudicio legis, reus erit iudicio. Iudicium non semper sententia, quæ per allegatorum discussionem datur, intelligitur, sed etiam est ipsa ventilatio causę atque discussio, vbi inquiritur, reus ne sit qui iudicatur an absoluendus. Qui igitur occiderit, reus erit iudicio, quo discutitur scilicet, an per legis sententiam plecti meruerit, qui reus accusatur, an dimittendus. Non enim omnis qui occiderat, occidebatur: sed absoluebantur etiam quidam, iuxta diuinæ legis sententiam.

Exod. 22 Leuit. 24 Iosue. 7 Sapien. 6 Roma 13

Iudicium q̃d quando significet.

Ego autem dico vobis: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

F

Matth. 5 Exod 22

Videtis, inquit, quomodo legem non veni soluere, sed implere. Lex iubet nõ occidere: quod vos quantum ad externa opera attinet, duntaxat prohibitum intelligitis, vindictæ tamen appetitum, occidendiue animum haudquaquam damnatis, aut esse peccatum agnoscitis, quamdiu foras nihil eruperit vindictæ. Ego vero legẽ impleo, quia quod lex iubet, hoc ego q̃q; iubeo, non occidendũ scilicet. Nihilo minus & hoc quod legi deerat, hoc est, quod non exprimebatur in lege verbis, impleo, siue perficio: damnans & interdicens non solũ homicidium, sed etiam occidẽdi animum, malam volũtatem, vindictæq; appetitum. Ego itaq; dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, hoc est, discussione, qua patefiat, an deliquerit nec ne. Quidam textus inueniuntur, vbi adiecta sunt hæc duo verba, sine causa. Qui eñ ex causa irascitur, non est propterea iudicandus. Vnde qui vitio irascitur, nõ personæ, volens illum emendari, non affligi, nec vltionem expetens, sed correctionem, iuste irascitur, nec sine causa. Qui vero sine causa irascitur, puta ex passione & vitio animi, reus erit iudicio. Hic tamen nostra lectio non habet sine causa, ne passioni locus detur excusandi, sed commotio & simul omnis ira truncetur. Ira enim viri iustitiã Dei non operatur. Quapropter de passionibus, quando sint peccata, hoc sciendũ est, aut passionem esse malam de se, id est, suapte natura, vt est inuidia, quę repugnat charitati, & est peccatum, cum ex suo genere sit mala: & hoc modo ira nõ est pctm̃, quia ex suo genere nõ est mala, cũ possit esse & bona ac vtilis. Ira enim vt etiam est appetitus vindictæ, non semper est mala, sed potest esse licita. Nam si appetas vt quis puniatur delinquẽtium, qui commeruit, & hoc quantum commeruit, id est, non vltra demeritũ, nec ab eo qui autoritatẽ habet puniendi, vtpote in potestate cõstituto iuxta ordinem legis. Petis insuper non aliter id fieri, nisi ad finem honestum ac bonum, puta vt melior fiat is, qui peccauit, cæteriq; peccare timeant. Hoc modo ira, vel vt est vindictæ appetitus, non est illicita. Vt eñ Chrysostomus ait: Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur: quia patientia irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Alio modo ira, aut alia quælibet passio, vt est passio inordinata, ac immoderata, tunc est mala, quemadmodum passio quæcunque esse potest mala, propterea q̃d aut est nimia, aut irreformata, aut rationem perturbet. Quando ergo vindicta ex zelo iusto & modo licito appetitur tantum, & iræ motus sub disciplina cohibetur ac fræno, ita vt rationi subiecta eandem non præcedat, sed sequatur, atque ab ea dirigatur, vocatur ira zeli, & est bona. Porro vbi iniustum quid appetitur, & ira passio est, ac vitium rationem, aut præcedens, aut ita sequens, vt tamen nõ secundum rationem, sed secundum passionem irę iudicium fiat, tunc ira noxia est, illicita, inordinata ac mala.

Iaco. 1

Passiones aię quãdo sint pctm̃.

Ioannes Chryso.

Ira quando fit bona, & quã do mala.

Qui autem dixerit fratri suo rhaca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

G

Rhaca significat indignantis animi motum, quo non solum quis irascitur, sed iram suam etiam externe gestibus, aut voce indicat: tunc ira fit in gradu aliquo grauior. Tertio, ira si præterea eo processerit, vt contumeliam addat, dicatque fratri suo fatue, aut simile quid iniuriosum, adhuc grauius peccat. Ponit itaque dominus tres gradus iræ, q̃bus singulis tres quoq; suppliciorum e regione gra-

Rhaca quid signet.

Iræ gradus tres qui sint.

dus opponit dominus, ita vt suppliciũ grauius gradui iræ grauioris quoq; responderat. Verbi gratia. Est ira quandoq; sola, animiq; commotio seu conceptus rancor, huic dabetur iudicium, hoc est, ira hæc discutienda est, an deliquerit nec ne, discernendumq; vitium ne sit an zelus. Scriptũ nanque est: Irascimini & nolite peccare. At vbi ira verbis furorem spirantibus, gestibusq; ostenditur (quod non raro offensionem, læsionemq; generat proximi) huic debetur consilium, quo tractãdum est, quo supplicij genere puniendus sit, qui deliquit. Primus gradus incertitudinem habet peccati. De hoc enim inuestigatur, an deliquerit.

Psalm. 4

Secundus gradus pro constanti relinquit hoĩem deliquisse, sed quam peccarit grauiter, adhuc incertũ est, sed tractãdum, consultãdumq;, vt pctõ suppliciũ ęquum opponatur. Tertius seqtur gradus, quãdo ira non solũ verbis & gestibus sese prodit, turbationem commoti animi indicãs, verum etiam proximo contumeliam adijcit ac contemptum, vt si quis alium adorsus dicat fatuum ira stimulante, reus hic dicitur æterni ignis. Sic enim habes: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Vide valde iustã iudicis ęquissimi sententiã, qua seueritate nos prohibuerit contemnere proximũ, aut cõtumelia eundem afficere. Sciendum tamen, contumeliosum verbum, aut probrosum dicere fratri non ex contumelia, id est, non animo inferendæ contumeliæ, sed studio corrigendi, atq; à pctõ, erroreve retrahendi, non est illicitum. Charitas enim durius tunc agit, quo videt languorem delinquentis maiorem. Et fortasse qui corrigendus est, nõ recipit aut non satis auscultat seu acquiescit, nisi seuerioribus arguatur verbis. In ira igitur huiusmodi si forte verbum probrosius, aut exasperans effutieris in fratrem, aut subditum, ilico lenitate aliqua verborũq; dulcedine, aut charitatis signo vulneri mederis, quo ex amoris & zeli feruore reprehensus id intelligat emanasse, nec cõtumeliam putet, quæ cum verbis, signisve charitatis permixta ac temperata erit. Optimũ autem corripiendi canonem tibi institues, si neminem, donec ira quiescat, corripias, vt correptionem præcedat compassio, & si reprehensionis tunc adhibenda fuerit austeritas, mitigetur hæc oleo charitatis. Parum enim aut nihil fructus adfert correptio, quæ cum austeritate incipit, & definit in seueritatem. Correptio si esse debeat fructuosa, is qui correptus est à te, placatus, emendatusque recedat, gaudeatque se tibi, maxime autem Deo reconciliatum. Quapropter correptiõis finis sit misericordia, & arguẽtis ira terminetur in benignitatẽ.

Probrosũ verbũ qñ alijs inferre liceat.

Canõ corrigendi optimus quis sit.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

H

Videte quam salubriter vrget nos dominus ad obseruandam charitatem erga proximum. Neq; enim odio vult nos laborare proximorum, nec sinit, vt quem offendimus fratrem, implacatũ, irreconciliatũve relinquamus: adeo vt sacrificiũ nostrũ quoq;, siue id fuerit oratio, siue decima, hostia aut oblatio, haudquaquam speremus acceptum Deo, nisi charitatẽ habuerimus ad proximum, eandemq; si læserimus, in proximo reformemus: alioq sciamus, inquit, munus nostrum non respectum iri, nisi læsum reconciliauerimus fratrem. Itaque dicit: Si offers munus tuũ ad altare, siue materiale id fuerit altare, siue altare cordis, hoc est, animus offerendi: & recordatus fueris, q̊d frater tuus habet áduersum te. Si recordatus fueris q̈d tu lęseris illũ, aut iniuriam, contumeliamve illi irrogaueris (tunc eñi habet quid expostulandũ aduersus te: nam si ille te offenderit, ipse non habet aduersus te, sed tu habes aduersus illum) relinque ibi munus tuũ ante altare, id est, ante offerendi propositum, & vade prius recõciliari fratri tuo. Non pręsumas offerre Deo munus, quia non acceptum illi erit, quicquid obtuleris, antequam te humiliaueris proximo, rogataque venia illum tibi reconciliaueris. Hoc tamen intelligitur, si præsto est quem offendisti. Nam si præsens non est quem offendisti, interim doleas oportet, & corde humiliato à Deo petas veniam, rogaturus à proximo quoque, cum ad illum veneris quem læsisti. Potes autem & magno merito tuo eum placare, atq; tibi reconciliare, qui te offendit, tametsi non tenearis. Hoc difficile fore scio superbiæ, quæ vult aliquid esse, videri ac haberi: porro humiliati facillimum

Quando aliquis quid habeat aduersum nos.

Reconciliãdi nobis sunt etiam quos offendimus.

mum est. Sæpe enim opiniõibus fallimur, & familiaris nimium est nobis amor priuatus seu proprius: vnde fit, vt nostra semper plus æquo excusemus, seuerius vero q̃ oportet iudicemus aliena. Inde etiã nobis vsu venit, vt putemus nos nõ offendisse (q̃d in contentionum fit studijs) magis aũt ab altero offensos, cum tñ reuera coram Deo aliter iudicetur, vbi aut vterque noxius est, aut alter, isq; plerumq; qui minus esse putatur. Nam si duos discordare ac mutuis concertare disceptationibus contingat, vtrique etiam videatur non se, sed alterum cõtentionis ansam ac materiam præbuisse, videaturque vtrique non habere se, pro q̃ veniam petat ab alio, nec sibi causam esse vt quem recõciliet, sed iudicet se potius reconciliandum. Vter iam quæso hic alterũ debet præuenire ac reconciliare? vterq; enim sibi innocens videtur. Quis igitur se prior humiliabit? Discesserunt eñi à se mutuo, & suo iudicio neuter est reus. Dicẽdũ, veniam prior petet perfectio: pfectior aũt est humilior. Si laudem dixero perfectiõis & pfectorum præconiũ, nemo non optat perfectior, imo perfectissimus inueniri. Ecce igitur fili, quo probes te esse perfectiorem aut perfectionis zelatorem, confitere te fuisse impfectiorem, fratremq; offendisse tuum. Agnosce, inquam, tu prior imperfectionem tuã, tuam culpam confitere, veniam prior pete, reatum & offensionis causam tibi imputa, & fratrẽ tuũ stude lucrari, te illi humilians & veniam petẽs. Si verbo læsisti, verbum iterum placa fratrem: si illũ grauasti iniuria, beneficio iterũ consolare: si contempsisti illum, honore afficias iterum, atque illi te humilies. Quomodo vulnus intulisti, ita iterum opponas remediũ. Nec erubescas de tui humiliatione, qa non sumus hic o filij, vt altero alter se ostentet aut innocentiorem aut sanctiorem, sed q̃niam in via delictorum sumus. Nihil idcirco nobis aliud arrogemus, quã delicta nostra, quæ non frontose aut temere excusemus, sed humiliter ac verecunde agnoscamus cõfiteamurq;, & offendentibus ex animo ignoscendo, & ab offensis, humiliter veniam petendo. Tunc enim inconcussam aut saltẽ reparatã resarcitamq; semp tenebimus charitatem, concordiam, & cũ omnibus hominibus mutuã pacem, largiente id nobis dño nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen. Rom. 12

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quibus debeamus irasci, & quàm multiplex sit ira.

I

Nisi iustitia vestra abundauerit plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Matthæi qnto. Iustitiam hic vocat, quomodo Augustinus eam describens: Iustitia, inquit, est virtus, tribuens vnicuique q̃d suũ est. Tribus aũt filij debetis, qbus si reddideritis, q̃d debetis, eritis iusti. Debetis enim aliqd deo, debetis proximis, debetis & vobisipsis. Reddere quod debes, est ordinate te habere ad illum cui aliquid debes, vt illius caueas offensam, vt impendas charitatem bñficium, curam seu obsequium. Primo aũt sibiipsi debet homo curam, & hoc ex parte hominis vtriusq;, hoc est, tã animæ quã corporis. Vtrunq; enim regendum curandumq; suscepit à dño sibi commendatũ. Nec leuis vtriusq; hæc cura putãda est: plerunque enim contraria exposcunt. Quare non modica discretione vigilandum est, vt vni ita cura adhibeat, ne alteri suum ius, debitũve pripiatur. Itaq; corpori debemus refectionem & disciplinam. Quorum primum huc pertinet, ne corpus viribus subtractis deficiat: alterũ, ne aucta petulãtia lasciuiat & spiritui insultet. Vtrunq; certe periculosum est & extinctio spũs. In eundẽ nãque finem tendũt, corpori nimiũ indulgere, & nimiũ subtrahere. Nec tñ carebit periculo, tametsi mediũ attigeris, vt neque minus, neq; nimiũ curæ corpori adhibeas nisi etiã curã quam facis, non feceris in desiderijs .i. ex amore & cõcupiscentia carnali, seruiens delectatiõi, non necessitati. Est igit corpus ita regendũ, vt refrænet ab illicitis, vt cohibeat à superfluis, vt moderet in licitis, vt affligatur in delectabilibus, vt consoletur in aduersis. Non minor, sed maior est cura adhibẽda animæ, cuius vel puritatem custodire, vel purgationem quærere homini necesse est, peccata sua accusando, castigando & plãgendo, Deum itẽ rogando, abnegando & mortificando seipsum. Hæc oĩa debes tibiijpsi. Deinde debes pximo ne illũ lædas. Fit aũt læsio trifariam, in corde, ore, & opere. Corde lædis pximũ iudicãdo, cõtemnẽdo, cõdẽnãdo, odiendoque. Ore lædis, famã eius conspurcando, detrahẽdo, cõuiciando, lacessen-

K

Augusti. Iustitia qd sit.

Trib⁹ est homo debitor.

Quidnã sibiipsi debeat homo.

Corpori nostrũ quõ regendũ sit.

Rom. 13

Anima quonam regẽda sit.

Proximũ nostrũ trib⁹ modis lædi à nobis.

do &c̃.Opere lędis,dum afficis iniuria,aut
faciendo quod illi est molestum,aut subtra
hendo negandove quod illi est necessariũ.
Denique proximus læditur in rebus,in a-
micis & in alijs quibuscunq;,si illi tollas q̃
Tob.4 Matt. 5 diligit,aut si inferas quæ sunt odiosa. Iusti
tiæ igitur legẽ serues oportet,quam natu-
Deo quædam nos debere ra dictat,faciens quod tibi fieri velis,alte-
ri,& cauens facere alteri,quod tibi nolis fi
III. eri. Tertio,debes Deo subiectionem &
obedientiam vt præcepta facias, vites pro
hibita.Docet itaq; nos Christus hic legẽ
Euangelicam esse meliorem atque perfe-
ctiorem lege Mosaica, quo simul indicat
quoq; legem Mosi non fuisse malam:alio
qui non diceretur lex Euangelica melior,
Pharisæorum iustitia quęsue rit. si illa nõ fuisset bona. Monet quoq; nos
supra iustitiam pharisæorum oportere ex
tendere,nec illorũ nobis sufficere pfectio-
nẽ,si regnũ eĩm voluerimus intrare cœlorũ.
Matt.23 Primo itaque iustitia pharisæorum fu
it onera grauia alligare,quę ipsi digito no
luissẽt attingere,sicut illis exp̃brauit Chri
stus. Secundo,iustitia illorum fuit doce
re & non facere,quod Christus quoque re
Ibidem. probat,dicens:Super cathedram Mosi se-
derunt scribæ & pharisæi.Omnia quæ di-
cunt vobis,facite:quæ autem faciunt,face-
re nolite. Tertia erat pharisæorum iusti
tia Dei præcepta negligere,traditiones ve
ro seniorum præferre. De quo Christus q̃
Matt.7 que illos arguens:Irritum, inquit, fecistis
mandatum Dei propter traditiones ve-
stras. Quarto,maiora & grauiora legis
transgredi & pro minoribus zelari. Qua-
propter Christus illos auersatus,ait : Væ
Mat.23 vobis scribæ & pharisæi,quia decimatis a-
nethum & mentham & cyminum, & reli-
quistis quæ grauiora sunt legis. Quinto,
facere omnia propter homines (q̊d Chri
stus arguit quoq;)vt videantur ab eis.Hu-
Ibidem Acto.1 iusmodi,inquit Christus,iustitia ad ingres
sum non sufficit regni cœlestis. Oporte-
bat,inquit,maiora facere , & minora non
relinquere.Oportebat facere & docere,o-
portebat in omni re oculum habere sim-
plicem & nullam quærere gloriam ab ho
minibus.Oportebat cum facis eleemosy-
nam, tuba non præcinere.Oportebat cũ
Matth.6 ieiunas,faciem non extenuare.Oportebat
Ioan.5 nescire sinistram quod facit dextra. Nec
Matth. 6 alijs dare mandata conuenit,seipsum ve-
1.Cor.9 ro excutere. Paulus diu non vsus est li-
2.Thes.3 bertate, qua alios tamen docebat licere v-
ti,vt de Euangelio viueret, sed panem ma
nibus lucrabatur, licet euangelizans, vt
suo alios ædificaret exemplo: sibi grauis,
alijs indulgentior. Nec sancti tantam di-
scipulis imposuere viuendi austeritatem,
quantam obseruabant ipsi, in seipsos ri-
gidi,in alios propitij. Voluit igitur do-
minus grauiora non relinquere,vt leuio-
ra seruarentur, nec prorsus leuiora abij-
cere:sed illa fieri, & ista noluit relinqui.
Non ergo traditiones aliter reprehendit,
nisi quod propter illas legem Dei manda-
ta,misericordiam & iudicium posthabe-
bant. Nam & hodie boni religiosi,
qui regulas quasdam seu statuta Euange- L
lio adiecerunt,propterea Euangelium re-
linquunt,vt regulas suas seruent? Haud-
quaquam.Quin potius ideo regulas(quas Regulæ in stituraque omnia mo nastica & modo Euãgelio militent. Matt.12
propter Euangelij obseruantiam sibi insti
tuerunt)seruant,ne ab Euangelio defici-
ant.Verbi gratia:Seruãt silentiũ,q̃a Chri-
stus in Euãgelio nõ monachis tm̃,sed cun
ctis dicit Christianis, de oĩ verbo ocioso
rationẽ reddendã.Ne igit Christo non o- Silentium religiosorum quo spectet.
bediant,ne Euangelicũ q̃d spernant,statue
runt silentiũ.Qui eñi silet, ociosa non loq
tur.Qui regulã seruat monasticã,Euange
lium non transgreditur . Hoc modo a-
lia omnia illis quamlibet multa & varia
instituta sunt,vt de culpis pœniteãt,vt de-
licta caueant,vt seruent Euãgelium,vt car
nem fatigent,petulantiam & lasciuiam do
ment,vt mortificent vitia,obtineant virtu
tes,mundi gaudia, mundi vana contem-
nant,voluptates abscindant,animi purita
tem assequant, Christi inuestigent bene-
placita,eisdem obtemperent,Deoque ple
ne per humilitatem & resignationem sese
subijciant & inhæreant per amorem.Hæc
nunq̃d Euangelica non sunt?Propterea i-
git quæ ex regulis suis custodiunt mona-
chi,ideo seruant ac faciunt ea, vt illa iã di-
cta Euãgelica facilius obtineant,Quod cer
te nõ cõtra Euangeliũ, sed p Euãgelio est
militare. Sic pharisæorũ traditiones q̊q;
Christus non reprobabat,sed quod pp̃ter
illas legis transgrediebantur p̃cepta,dãna
bat.Seruent itaq; monachi sua instituta,ie In calumniatores monasticæ institutionis.
iunẽt,abstineant,macerẽt se,obediãt,viuãt
ab hoĩbus abstracti,sint muti,vigilẽt,psal-
lãt,orẽt.Quid hic audit mali? Quid audit
in his q̊d Christus nõ docuerit,aut q̊d pu
gnet cũ Euãgalio?Noli p̃hibere eũ qui be- Prou.3
ne facit(q̊modo scriptũ est)q̃n potius si po
tes &

tes & tu benefac. Si monachi plus quã tenentur ex Euangelicis præceptis, operentur, quid tua refert? An pati non potes, vt se monachi castrent propter regnum cœlorum? Aut non potes sustinere, vt delitias carnis propter Dei amorem sibi monachi subtrahant? Torquet ne cor tuũ hoc, quod in vtroque sexu neque nubãt neq; nubantur, sed perseuerẽt virgines, sintq; sicut angeli Dei in cœlis? Quid tibi displicet, q̃d ppria non habent? An Apostolorũ credentiumq; ignoras in exordio Ecclesiæ oĩa fuisse cõmunia? Nemo eñ tunc quicq̃ dicebat suũ, sed erant, inquit Lucas, oĩa illis cõmunia. Quid inuides illis q̃d imitari nõ vis? Scio qd inuides, nẽpe q̃d Christi sequunt vestigia, q̃d viuũt, q̃d tibi impossibile videt, puta in candidissima castitate, in Euangelica abnegatione, & in voluntaria paupertate. Quæ cũ illi pfitcantur, pcipue tu eadem imitari non valens, imo nolens, qa tu gloriã eis inuides, ideo calumniaris, detrahis, persequeris, idq; ppterea, q̃d in illis Euangelica est veritas in opere, cuius tu tibi vendicas duntaxat nomen, cum tamen interim sic tibi viuere placeat, vt nihil inte possit inueniri Euangelicum. Porro si obijcias monachos inueniri in quibus nihil reperiatur Euangelicum, hos nõ prohibeo, sed hortor obsecroque reformãdos, arcendos, non fugandos aut delendos. Sed de hoc satis. Interea tamẽ hic nihil mirandũ est, q̃d in lege sua dñs Euangelica & arctius & pfectius iubet seruari præcepta sua, quam olim in veteri testamẽto iusserit. Interim enim maiori multo obligatione obstricti sumus: quare iustum est vt maiori deuotione, maiore fidelitate, maiorique strenuitate illi seruiamus, qui pluribus q̃tidie beneficijs sibi nos astrinxit. Interim eñ p nobis incarnatus est, passus est, mortuus est, interimque innumera nobis cõtulit beneficia, quare merito nos ei arctius quoq; ad seruiendum obstricti sumus. Deinde cum felicior nobis deĩ promissio q̃ antiqs, puta regni cœlorũ, q̃d nullo pacto in veteri testamẽto fuit auditũ, sed pmittebat diuturnitas vitæ, felicitas terrena, pax, trãqllitas, & rerũ tẽporaliũ opulẽtia, nõ mirũ est, vt magis ardua etiã à nobis pcepta exiguantur. Quamuis in veteri q̃que testamento non defuerit sacræ scripturæ eruditio ad pfectionem stimulãtis. Nã Michæas ait: Væ q cogitatis inutile. Et Zacharias: Malum vir fratri suo nõ cogitet in corde suo. Quo manifestũ est nõ solum opera, sed & cogitationes malas à pphetis damnari. Scimus pterea multos sub lege aut extra legẽ fuisse reptos, qui Euangelicam obseruarent perfectionem. Nam quis neget Dauid Euangelicum fuisse virũ? Recole quid passus à Saule Dauid fuerit, quõ se non fuerit vltus, quę beneficia pro malis retribuerit, quantum se hosti & persecutori suo humiliauerit atque substrauerit, quãta item benignitate Semei maledicenti sibi pepercerit, ignouerit atque remiserit: & inuenies in eo perfectionem plane Euangelicã. De Iob q̃q; viro recto & simplice id ipsum qs dubitet? Quis illũ virũ (vt alios interim taceam patriarchas atq; prophetas) Euangelicum Euangelicamque in eo viguisse perfectionem neget? Secundo admonet dñs non irasci: subintelligitur autem, sine causa. Nam ira data est homini, vt vbi irascendum est, irascatur, & quomodo irasci iustum est, ita tamen ne delinquat. Quocirca aduertendum est iram appetitũ esse vindictæ, & hanc quandoq; esse bonã & necessariam, interdum tolerabilem, aliquando malam. Bona ac necessaria est, vbi quando irascendum est, quis irascitur. Nã si tibi irasceris propter peccata tua, eadem que vlciscens in teipso ac puniens persequeris, si tibijpsi delinquenti negligentive indignaris, si iuxtà Apostolum, teipsum dijudicas, iuste ac sancte, vt Psalmista iussit, irasceris vt non pecces. Si etiam aliena scelera detesteris, modo id zelo fiat iustitiæ, iuste irasceris. Hæc ira iudicibus, principibus ac potestati non solum licita, sed maxime est etiam necessaria. Nisi enim hi vindices sint malorum, opprimentur interea innocentes & pauperes, Deusque contemnetur. Sunt enim ex male agẽtibus multi, q temporalem magis pœnam metuunt, quæ hic à principibus iudicibus que, quã quæ à Deo æterna infligitur. Hac ira, hoc zelo Phinees fuit commotus, qui Iudæum quendam cum muliere Madianitide fornicantem occidit. Cui tamen propterea adeo dominus non est iratus, vt irã propterea etiam auertit domini à filijs Israel. Pari mõ Mathathias cernens Iudæũ ad iussum regis idolis immolãtẽ, dolore cõtristatus est, cõtremuerũtq; oĩa ossa eius, inflãmataque ira irruens occidit illum. Cuius certe zelus pfuit genti Iudæorũ, adeo vt resum-

Marginal notes (left column): Matt. 19 · Matt. 22 · Actor. 4 · 1. Pet. 2 · Lucæ 9 · Thre. 3 · M Præcepta sua cur dñs arctius in nouo testamento seruari iusserit · Rom. 5 · Mat. 13. 5. 6; 11. 12. & 19; Num. 29 · Deut. 4. 5 · Mich. 2; Zach. 7

Marginal notes (right column): 1. Reg. 24 · 2. Re. 15 · Iob 1 · N Irascibilis vis cur data sit homini · Ira bona ac necessaria quæ · 1. Cor. 11 · Psal. 4 · Ira quę nã iudicibus & prælatis necessaria · Num. 25 · 1. Mac. 2

sumptis animis cũctis tandẽ inimicis suis efficerent fortiores. Hæc ira haudquaquã hic phibet, modo vt iustum iuste fiat. Est autẽ maxime his, qui in magistratu sunt, necessaria. Qui enim illa caret, cum debeat
1. Reg. 4 irasci, peccat. Eli quia non est, quomodo oportuit, satis filiis suis iratus, à domino
2. Re. 13 punitus est. Dauid quoque quia Amnon filium suum Thamar violantem non satis dure corripuit, molestias propterea multas expertus est, filiumque planxit eundem
3. Reg. 13 postea interemptum. Ahab quoque rex Israel, nonne quia pepercit regi Benadab Syriæ, iratus propterea dominus per Michæam illi denunciauit, dicens: Quia dimi
3. Reg. 20 sisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Vides quia defuit Ahab zelus & indignatio contra peccatores, id est, homines non secundum quod sunt homines, sed secundum hoc quod sunt peccatores, nec eũ q dignus erat perimi, cum à domino illum haberet sibi traditum in manu, peremit, iratus est dominus in Ahab, atque sicut illi minatus est, ita ab
O eo supplicium sumpsit. Est igitur ira
Num. 25 placans dominum, vt in Phinees est: est ira excitans ad zelum atque ædificans, vt in
1. Mac. 2 Mathathia: est ira zelans atque honorem Deo tribuens, vt in Helia, qui occidit pro-
3. Reg. 18 phetas Baal. Hanc iram, id est, zelum Christus quoque exhibuit, quando in templo
Mar. 11 de funiculis flagello facto eiecit ementes
Lucæ 19 & vendentes de templo. Hac ira zelatus q̃que est Petrus in Ananiam & Saphiram, vt in apostolorũ Actis legitur. Est igitur
Acto. 5 ira quædam sancta & bona, quæ Dei irreuerentiam, contemptum, inobedientiamque execrat. Hæc stante nihilo minus man
Num. 12 suetudine sæuire potest. Nam de Mose nõne legimus, quod erat vir mitissimus omnium qui morabãtur in terra, nihilo seci-
Exod. 32 us tamen erat iratus, hoc est, zelous? Mansuetudinis nanque fuit & charitatis, quod pro populo sibi commisso orauit tanto feruore, vt se deleri de libro vitæ peteret p̃ nimia dilectione populi: nihilominus tñ sce
Ibidem. lus idololatriæ videns, viginti tria milia vi rorum Leuitarũ manibus interfecit. Itaq;,
psal. 4 hoc est irasci & non peccare, sine liuore, nõ ex odio, nõ ex crudelitate, nõ immodeste aut nimis seuere, sed ex zelo Dei, aut ex zelo animarũ, q̃ peccando seducunt aut corrumpunt, irã, disciplinã, censurãve exerce-

re. Est alia ira tolerabilis, aut venialis, & Ira tolerabilis aut venialis q̃
hæc quadrifariam contingit. Est enim quę-
dam ira, quæ sepenumero in nonnullis ab
sque vindictæ appetitu commouet. Hęc i-
ra ad impatientiæ magis pertinet rationẽ,
quã ad irã, estq;, nisi tam vehemens sit, vtra
tionem perturbet, atq; sui impotem faciat,
venialis. Est alia, quæ est naturalis, vehe-
mens impetuosaq; passio quædam, subito
& ad leuissimam quamcunq; feruescẽs oc
casionem. Hæc si præmeditata non fuerit,
sed ex abrupto fuerit exorta, & anteq̃ ad
discussionẽ ratiõis irascẽdi puenerit causa,
sæuierit, venialis est. Debet aũt ratio ho-
minis esse vigil, ne q̃ in sensualitate excita
ta est, passioni vitiosæ cõsentiat, neve illi-
citum quid verbo aut opere faciat, q̃d ex
hac passione manauerit. Est tertia quo-
que quæ ex passione coloreve iracũdiæ cõ
mouetur, præmeditatio licet animo, & cũ
appetitu quoque vindictæ, exigue tamen
nec admodum nociuæ. Hæc quoque pro-
pter imperfectionem fere semper venialis
est Quarta est, dum quis cum appetitu q
que vindictæ irascitur, si tamen alio non
optet modo vindictã, quam iuxta ordinẽ
& legem iuris, hic quoque, nisi aut exorbi
tantia, aut in syncerita te defectus aliqs ad
fuerit, venialiter peccat. Hanc irã Christus
diuidit in duas species, vt vel sit ira sola,
vel sit ira, quæ in signũ, verbum motũque
indignationis erumpat, & iuxta hoc ex sup
plicio contra posito gradus cõstituit, vt ea
quæ cum sono motuque indignatiõis sit,
grauior habeatur, quam ea quę in seipsa in
tus continetur atq; immoritur. Ter- P
tia ira est lethalis, quæ progreditur vsque Ira lethalis quę sic
ad contumeliam aut iniuriam grauem, de Matt. 5
qua Christus vnum posuit exemplum de
eo, qui fratrem suum dixerit ira stimulan
te fatuum, aut probroso eum verbo alio cõ
temptiuo despexerit. Nunquam enim as-
sentit dominus, nec impunitum relinquit
vt contemnamus proximum. Prospice
igitur tibi dum irasceris, aut dum sentis
vel passionem, vel vlciscendi cupiditatem
& caue, ne scienter aut consentiens iram
toleres, ne iræ obedias, ne fratrem con-
temnas, ne lædas aut offendas, ne denique
aliquid facias, imo ne in te deprehendatur
aliquid vnde fratrem tuum contristes aut
offendas. Sed passionem fac in te perire in Psal. 36
semetipsa, aut iuxta verbum Psalmistæ
Desine ab ira, & derelinque furorem noli
æmulari,

æmulari,vt maligneris.Neque enim suffi- cit,vt intrate iram contineas,ne hæc erum pat,ne sæuiat,ne quem lædat, sed occidere etiam in te necesse est furorem,ne quod est in te malum,maneat,crescat, induretur'q;. Nisi enim conceptam iram iterum elimi- nes,quæ perseuerat,cito ira in odium mu- tatur,Quod ne fiat, neque in te, neque in proximo tuo,monuit Christus reconci- liationem accelerandam offensi fratris,q̃d tertio loco in fine commonefacit Euan- gelij. Tertium itaque est, quod monet dominus,vt nihil credamus,quicquid ob tulerimus,Deo interea,gratum aut acce- ptum, eidem à nobis fieri,quamdiu fratrẽ reliquerimus ex nobis contristatum,&pla care illum contempserimus, aut nobis re- conciliare. Hoc autem ideo Christus mo net, quia nos vult oẽs esse charitatis stu- diosissimos,sine qua,vt reliqua alia nobis minime subueniunt,ita ante omnia nobis conandum est,vt hanc integram veramq; ad omnes non solum ipsi seruemus, sed quantum in nobis est,vt alij erga nos quo que in pace & charitate viuant quieti,pro uideamus. Videtur difficile ac graue non irasci,sed additur, si lapsus fueris, etiam quomodo resurgas, Quanta igitur res est quę hic iubetur,quam ardua,aut quam grauis,vt aut nõ offendas proximum, aut si offenderis,vt iterum ab eodem humili- ter veniam petas,ipsum places,atque offen denti te hilariter veniam tribuas & igno- scas ? Esto humilis,& nihil hic erit ti- bi graue. Scimus enim,vt Ioannes dicit, 1.Ioan.5 quoniam Dei mandata grauia non sunt nisi superbis atque confidentibus in se. In teipso hoc expende. Nosti contumeliam aut iniuriam irrogare,nosti proximum cõ temnere,nosti illum contristare, & nescis illum placare,reconciliare,honorare,ac te illi humiliare?Etiam si Christus hoc non præcepisset,naturæ lex te doceret, placare Mat.6 scilicet eum, quem offendisses. Deinde, si Christus quoque non mandasset iniuriã dimittendam,tua necessitas,qua peccata ti bi dimittenda flagitas, sententiam tibi fer ret,vt pari modo tu quoq; miserearis pro ximi,ignoscens illi quomodo tui velis mi sereri,tibique ignosci.Det nobis dominus noster Iesus Christus adimplere quod iu- bet,vt semper mansueti,nihiloque minus iusti & misericordes inueniamur ad sui lau dẽ & honorẽ,q̃ est bñdictus in secula,Am.

DOMINICA VII. POST DOMINICAM S. TRI- nitatis,Epistola beati Pauli apostoli ad Romanos sexto.

XVI Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immũ ditiæ & iniquitati ad iniquitatem : ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis,in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.Nunc vero liberati a pec cato,serui autem facti Deo,habetis fructum vestrum in sanctificationẽ finem vero in vitam æternam.Stipendium enim peccati mors est,gra A tia autem Dei,vita æterna,in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

1.Cor.3 Humanum & leue vobis aliquid q̃d ferre possitis,dico. Non e- nim loqui vobis possum, vt spi ritualibus, feruentibus & pfe- ctis,sed vt adhuc carnalibus:ideo q̃d viriũ vestrarũ mẽsurã nõ excedat,iniũgo.Sicut olim ante conuersionẽ exhibuistis mẽbra vestra seruire libidini,immũditiæ luxuriæ q;,q̃ polluistis corpora vestra,& sicut eadẽ exhibuistis seruire iniqtati cũ iniuria pxi- mor; trahẽti ad iniqtatem aliã maiorẽ(ini qtas eñi generat iniquitatem)ita nũc serui facti Christi post agnitã veritatẽ exhibete membra vestra ad seruiendũ iustitiæ & vir 1.Tim.2 tutibus ad obtinendã sanctitatẽ. Iustũ eñi est eadem membra,qbus olim ad Dei con temptum,ad Deiq; cõtumeliam abusi fui stis,nunc in ministeriũ,in obsegũ & in ho norem

norem conuertere Christi. Cum enim serui essetis peccati, satisfacientes concupiscētiis & illicitis desideriis vestris, liberi interim alienique fuistis à domino iustitiæ. Nulla enim virtus, nulla honestas, non lex neque iustitia imperabat vobis, quia diuina spreuistis præcepta, idcirco male liberi fuistis. In peccatis itaq; & vitiis vestris viuētes, quem fructum, aut quam vtilitatem habuistis tunc in quibus nunc cum sanæ estis mentis, propter illorum turpitudinem erubescitis? Nam finis illorum vitiorū atq; malorum operum est mors, id est, æterna damnatio. Itaque de seruitute peccati fructum habuistis ignominiam & confusionem, & in fine habituri eratis mortem æternam. Verum nunc liberati baptismo p virtutem passionis Christi à peccato, cui olim seruiebatis, & nunc serui facti Deo, habetis fructum vestrum, hoc est, charitatē vobis à Deo infusam, & bona opera in sanctificationem, quæ est virtutem consummatio, finem vero laboris vestri, quem in Dei seruitio sustinetis, habetis vitam æternam. Stipendium enim peccati est mors. Hæc em̄ sola, tā ea quæ est naturæ, quam quæ inferni, debetur peccato: gratia autē Dei vita æterna. Videsne cum rectius inferre putaret, postquam dixisset: Stipendium vero iustitiæ vita æterna, non tamen sic (ne humano merito plus tribuens daret nobis superbiendi occasionem) sed aliter intulit, nempe ita: Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Stipendium reuera peccati est mors, sic recte etiā iustitiæ vere debetur vita æterna. Sed absit vt tibi
Lucæ 18 arroges iustitiam veram. Si enim tibi arrogas, non iustitia, sed vt Pharisæo illo supbia est. Vera enim iustitia ex te non est, sed
1. Cor. 4 ex Deo est. Quid enim habes, puta bona, quod nō accepisti? Quapropter si accepturus es vitam æternā, iustitiæ qdem stipendiū est, sed tibi gratia est, quō & tibi ipsa iustitia gratia est. Si em̄ ex te esset iustitia, recte tibi deberet vita æterna, cum iustitiæ debeatur vita ęterna. Iam vero nō ex te, sed ex Deo est iustitia tua: ergo ex gratia Dei est, si tibi donetur vita æterna. Neq; enim habes alia merita, quā Dei munera, qbus cum vita æterna redditur, gratia pro gratia reddit in Christo Iesu domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII DOminicæ VII. post dominicam S. Trinitatis. Marci VIII.

VArijs diuinitatē suam probat argumētis dominus noster Iesus Christus, nec vspiam aliqd intermisit, q̊d incommodum salutemq; fuerit nostrā. Fecit miracula non solum multa, sed & varia. Sanauit infirmos, & hoc à variis languoribus. Conuertit aquam in vinum: hodie vero, Matt. Mar. Lucæ Ioan. vt alio tempore quoque fere similiter, ex septem panibus quatuor hominum milia refecit. Cum enim sequeretur illum turba maxima, quam fame afflictam & esurientem formidabat relinquere, ne deficerent in via longe à patria distantes (ea enim q̄ secum in via assumpserant cibaria, cōsumpserant) misertus ipse est benignissimus dominus turbæ & refecit eos. Nullū tn̄ hic miraculum est, quod dominus turbæ miseretur, vtpote qui totus est pietissimus sed quod ex septem panibus quatuor milia satiauit virorum. Quid enim mirū vt semel misereat, qui nunq̄ non miseret? Opera enim domini vniuersa misericordia & Psal. Psal. veritas. Misericordia, quoque eius plena est terra, quia à fonte olei nihil aliud manare potest, quam oleum: & à fonte misericordiæ quid emanabit, nisi misericordia? Quod ergo miseret, neq; rarum, neq; mirū est: q̊d vero ex misericordia hoc modo pstat beneficiū, miraculū est, & virtutis im̄ diuinæ. Itaque ait Marcus Euangelista: Matt. 8

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam.

Turba multa erat cum Iesu, puta, vt ex fine Euangelii liquet, quatuor milia hominum. Hi attracti dulcedine verborum, vultus, morumque Christi simul ac miraculorum gloria, secuti fuerant saluatorem in desertum. Et quamuis cibaria sumpserant, haud dubiū itineri necessaria, hæc tamen infra biduū consumpta sunt. Neque enim putabāt se longius progredi, aut tam diu se dn̄o commorari. Verum salubriter eos seduxit dominus, atque secum detinuit suæ eruditionis suauitate: adeo vt eius dulcedine capti, ab eo ęgre possent separari. Quærebant em̄ ante oīa regnū Dei. Dulcior eis Matt. 6 Lucæ erat refectio animæ, quā corporis. Ideo vsque

Matt. 6 Lucæ 12 ſque in tertium iam diem peruenerãt, nullam ſollicitudinem habentes de cibo. Atque ideo dominus, quod promittit de loco, voluit re ipſa oſtendere, quod ſcilicet omnia adijciantur his, qui primum quærunt regnum Dei. Itaq; dominus Ieſus ſciens ciborum inopiam, procurandique cibaria impoſſibilitatem, nihilominus tamen inter hæc turbæ quoque attendẽs neceſſitatem, conuocatis diſcipulis quaſi de remedio cum illis cõſulturus, dicit: Miſereor ſuper turbam. Quare diſcipulos cõuocat, cum apoſtolorum neque egeat, neque vſus fuerit auxilio? Dicendum, dominum Ieſum omnia propter nos feciſſe. Cõuocat idcirco diſcipulos, cum illis tractaturus, quo inſtrueret prælatos, tametſi ſciant quid ſint facturi, non contemnere aliorum & ſubditorum maxime conſilia, ſed illis deferre honorem, eos interrogare, patienterque audire: & ſic tandem quod optimum nouerit, aut ſuaſum fuerit, agere. Miſereor, inquit, ſuper turbam. Quod homini naturale eſt, nemo non abſque difficultate facit. Nihil autem libẽtius vult Deus, quam miſereri & parcere. Siquidem q̊modo igni ex ſua natura competit calefacere, ita Deo proprium eſt congruitq; eius naturæ, miſereri & parcere. Neq; enim põtificem habemus, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. Nec ſcimus alium qui adeo ſit pronus, adeoque velit ex intimo cordis noſtri miſereri, ſicut ipſe: quippe cum nos ſimus opera manuum eius, & oues paſcuæ eius. Dicit itaque ſuapte compaſſione: Miſereor ſuper turbam.

(Marginalia: Matt. 6 C — Diſcipulos quare conuocat — Heb. 4 — Pſal. 94)

Quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via, Quidam enim eorum de longe venerunt.

Vide pijſſimum cor Ieſu, quam diligenter expendit, quam diſtincte enumerat neceſſitatem turbæ, periculumq; eius cupit auertere. Animaduertit quod ſecum triduo iam manſerant ſe continuo ſecuti. Sciebat eis quoque cibum deeſſe, tam propter loci inconuenientiam, quam quia quæ portauerant ſecum abſumpta erant. Videbat igitur in ſe totam repoſitam auxilij ſpem, vt miraculo ſubueniret. Et obſerua, quomodo hæc omnia explanat apoſtolis quaſi futuri miraculi prænunciãs cauſam, hoc eſt, ipſam neceſſitatem. Voluit enim nos docere, non præſumere de ſingulari miraculo expectando, vbi humano modo ad eſſe nobis poteſt remedium, quo vtamur. Quod ſi defuerit, totos nos proijciamus in bonitatem Dei. Cum enim (vt inquit rex Ioſaphat) ignoramus quid facere debeamus, hoc nobis reſiduum eſt, vt manus noſtras ad Deum leuemus. Nullo enim pacto Deus noſter nos deſeret, vbi aliud à nobis aut à creatura auxiliũ habere non poſſumus. Aut enim eripit nos, aut ſubuenit, aut facit vt inter pericula ſimus abſque periculo. Quod ſi tantum tibi eſſet periculum, aut etiam nihil aliud expectes, niſi ſubuenerit Deus, quam mortẽ, confide fili, quia Deus te non derelinquet. Non tamen putes quod ſeruet ſemper te Deus à periculo mortis, ſed quod te à malo & periculo quod tu formidas, eripiet. Nam cum ſis mortalis, oporteatq; te alioq mori cum placuerit Deo, ſi te modo permittat mori, vel ex fame, vel ex frigore, vel alia neceſſitate, nec te liberet, quomodo velles liberari, liberabit te ab alio malo grauiori, & hoc per mortem, à qua, ſi ſapiens fores, non cupies niſi ad Dei gloriam liberari. Qui enim tu ſcis, an magis tibi expediat vita quam mors? Cum ergo neſcias, illi committe & crede eum facturum, quod tibi nouerit vtiliſſimum, Neque enim non nouit, neq; abnuit bona data dare filijs ſuis, præſertim confidentibus in ſe. Crede igitur, ſi in illum ſperaueris, ab omni malo à quocunque humana non poterit liberare induſtria, te liberabit. Quod ſi tibi ſalubrius fuerit pati, aut mori, quam ab horũ vtroque liberari, non liberans liberabit te. Non, inquam, liberans te ab hoc malo, q̊d malum æſtimas, liberabit te à grauiori malo, q̊d ignoras. Innitere igiť plena cõfidentia ſup diuina bonitate, eiuſque ꝓuidentia: non tamen ita, vt contemnas aut negligas quærere aut admittere conſilia humana. Nam in hoc quoque, quod vteris remedio conſiliove naturali, Deo te expedit vt committas, rogans illum, vt aut remedium ſuffragari tibi hoc faciat, aut remedij fructu te deſtitui, quõcunque illi placuerit. Hoc ſi feceris, in cunctis diriget te Deus.

(Marginalia: Quantum nos Deo re fignare debeamus. — 2. Pa. 20 — Lucæ 11)

Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine?

D

Ioan. 6 Matt. 14 Notatur hic discipulorum adhuc rudium imperfectio. Viderant enim miraculum de quinque panibus (quod ab hoc aliud fuit) & duobus piscibus, quantam scilicet turbam his Christus saturauerit. Viderant quoque paulo ante, quam multa signa & miracula in languidos fecerat, omnes sanans liberansq; à quacunque detinebantur infirmitate. Sed inter hæc vide, qua benignitate vtitur dominus Iesus erga illos. Neque enim eos ignorantiæ aut imperfectionis coarguit, sed re ipsa, ac miraculo, illos instituere vult, sibíipsisq; eos ostendere. Volebat nihilominus docere, quam patienter eos qui ignorant aut imperfecti sunt, conuenit nos quoque portare, ac magis dissimulāter quam torue aut dure eorum ignorantiam instruere. Nulla enim instructio melior est, quam ea, quæ non cum impetu infertur, sed paulatim sensimq; introducitur, dum errans aut ignorans eo perducitur, vt suum ipse errorem dephendat. Hoc modo nō raro Christus vtitur ad discipulorum instructionē.

Ioan. 5 Lucæ 4

Instructionis modus optim.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram.

Vides, quanta vtitur similitudine prioris miraculi de quinque panibus & duobus piscibus? Nam vt ibi hic eos interrogat quoque, & vniformi vtrobique vtitur modo loquendi. Est etiam in vtroque miraculo par & locus & causa. Per hanc igitur similitudinem & rei & locutionis dñs discipulos excitare voluit, quo prioris recordarentur miraculi, quomodo semel in deserto quoque satiauerit quinque milia. At illi nihil considerantes, cogitabant tm̄ de humana puidentia, quæ tn̄ illis non poterat subuenire. Sciebat & ipse dominus indubitatā possibilitatē naturalē ad turbā tantam pascendam. Nihilominus tn̄ antequam miraculum exhiberet, dixit: Misereor super turbam, & cætera, prouocare discipulos quoque volens ad misericordiam, vt pro esuriente turba rogarent memores prioris miraculi. Quod cum nō intelligerent, interrogauit eos Iesus de panibus, quo tandem manifestum fieret, ex villa aut vico nullā esse alimoniā administratam, sed septē duntaxat in tanta turba mansisse panes. Disce hic, quantū desideriū, quantaq; suauitas in turba fuerit

Mar. 6 Ioan. 6

E

verbi Dei, quæ adeo spirituali fuit refectioni intenta, vt corporalem oblita fuerit sumere cibum. Siquidem (vt dixi) in tāta multitudine non vltra septem inueniebantur panes. Est quoque non dissimulanter prætereundum, quod apostoli ad gloriā Christi, vt in Euangelista Mattheo, qui idē hoc miraculum narrat, liquet, non erubuerunt suam confiteri ignorātiam suamq; imperfectionem. Dicitur autem hic, quod turbæ discumbere sunt iussæ super terrā. In priori enim miraculo circa festum Paschæ, quā do quinque satiauit hominum milia, discubuerunt super fœnum. Tunc enim in calidis illis regionibus fœnum seu gramina secanda pro fœno multa erant in loco, quæ tempore nunc æstiuo propter solis ardorem nunsquam erant.

Matt. 15

Ioan. 6

Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.

Vide quam studiose vbiq; suo nos exēplo instituit, vt eo maxime tempore, quādo Dei dona sumimus, Deo gratias agamus, donaq; eius benedicamus: q̄d nihil p̄fecto aliud est, q̄ vt oremus, vt sumptio illius rei quæ benedicitur, ad Dei gloriam, & ad vtriusque hominis percipiatur salutē. Vnde manifesta fit impietas hæreticorum dicentium cibos & aquam, sal quoq; & id genus similia, quæ benedicere consueuit Ecclesia, non benedicenda, sed benedictiones has iniuriam esse creatoris, qui creauerit omnia bona, & iuxta Apostolum, omnem Dei creaturam esse bonam: ideo in cōtumeliam creatoris inquiunt fieri, si benedicatur aliqua creatura, quasi ante benedictionem crediderimus hanc fuisse malam. Si itaque benedictio huiusmodi Dei iniuria est, maxime iniurius erit in patrem suum Christus Dei filius, qui postquā creata à patre oīa dicta sunt bona, benedicere præsumpserit quædam, tanquam meliora eadem sua benedictione facturus. Sed absit vt creaturā Dei putemus malam, qa nec Christus hoc arbitratus est, nec ita benedixit quasi q̄ male factā benedicendo reformare voluerit. Sed hoc, q̄d bn̄factum est à Deo, benedicit vt ad vsum nobis non pueniat insalubrē. Hoc modo nos quoq; bn̄dicimus, nō creaturā quasi malam corrigere præsu-

Dona Dei bñdicere quid sit.

1. Tim. 4

Gen. 1

Creatura Dei q.

re præsumentes, sed hoc benedicendo oramus, vt per vsum creaturæ huius benedictionem nos à domino accipiamus cœlestem, nobisq; ad animæ & corporis eius sumptio proueniat salutem. Cæterum, q̃d quædam alia vt aquam benedictam, sal & similia, quibus magis ad deuotionem quã ad corporalem vtimur sustentationem, benedicimus, per virtutem orationis, nobis certum aliquid donari à Deo petimus, q̃d quisquis hac creatura vsus fuerit, percipiat. Sunt igitur exorcismi in Ecclesiæ vsu & benedictiones, puta ciborum, pomorum, cæreorum, frõdium, herbarum & huiusmodi, non aliud quam orationes Ecclesiæ, quas sacerdos minister nomine totius populi fundit ad Deum, & virtutem effectumque ac beneficium humiliantibus se ad huius creaturæ perceptionem, & in fide hoc ipsum, ad quod consecratum est, postulantibus impetrat. Verbi gratia,

F Aqua benedicit in Ecclesia ad repellẽdas satanæ (vbicunq; respsa fuerit) machinationes, noxia quoq; ac pestifera alia auertenda. Qua qui fuerit vsus, hoc propter quod consecrata est aqua, & q̃d sacerdos in persona Ecclesiæ Deum rogauit, si tamẽ in fide vsus fuerit, assequetur. Quod nisi foret, quomodo verum esset quod Christus dicit: Quicquid orantes petitis, si et vobis? Itemque: Quicquid patrem petieritis in nomine meo, dabit vobis: qñ hoc q̃d Ecclesię nomine & in psona omnium petitum est, non auditur? Sunt ergo benedictiones harum rerum, vt dixi, orationes, quæ Deo humiliter porrectæ & in fide postulatę, ex fide quoq; vt oportet in vsum sumptæ, benigne à domino exaudiuntur.

Benedicat Ecclesia.

Benedictiones & exorcismi Ecclesiæ quid essi ciant.

Aquã cur & ad quid benedicat Ecclesia.

Mar. 11 Ioan. 15

Et manducauerunt, & saturati sunt. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

Manducauerunt & saturati sunt ex septem panibus domino eosdem multiplicãte. Non crederentur autẽ qui manducauerant saturati, nisi de fragmentis quæ appetitum superauerunt manducantium, vt comedere plus hac vice non possent, septem colligerentur sportæ plenæ. Siue sportæ ibi fuerint, siue non fuerint (habet em̃ quæstionem apud curiosos, vnde sportæ venerint ad solitudinem seu eremum) tot fragmenta panũ collecta sunt, vt sportas septẽ possent implere. Non est tñ adeo incõueniens, sportas ibi fuisse. Siquidem inter tot hominum milia non pauci, sed fere omnes aut viaticum secum acceperũt, aut de viatico aliorum, quod vicini, amicive sumpserant, sustentati sunt. Vnde enim vsque in tertium diem fuissent dominum secuti in solitudinem, nisi panes secum sumpsissent, quos comederent? Non ergo dubium est, multos sumpsisse pro se & suis necessaria, vt duobus reficerentur diebus, aliisque non habentibus participarent. Si itaque quod necesse erat, cibos & panes secum sumpserunt, qd mirum, si cophinos aut sportas quoq; habuerint, qbus necessaria secum deferrent? Puerilis igit̃ & ridicula est interrogatio, vnde sportæ ad eremum venerint, cum non solum verisimile, sed necessarium videatur, sportas adfuisse apud eos, qui cibos portauerant pro his, quos ex vno pago, aut vna familia, aut certe ex vna domo familiaritas aut necessitudo contraxerat. Quamdiu igitur panibus cibove occupatæ alio erant sportæ portabantur cum turba vsq; in solitudinem. Porro cum tertia die omnes essent euacuatæ, tu miraris, vnde venerint cophini aut sportæ? Certe potuit fieri, vt tantam multitudinẽ sequerẽtur, qui panes ferrent in sportis venales, suumq; ex turba q̃stum agerent. Quibus panibus omnibus vsq; ad septem consumptis, Christus eos, qui absque periculo iam non poterant reuerti, misericordissime satiauit.

Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor milia, & dimisit eos.

G Euangelista Matthæus explicat quatuor milia, quia ista est libertas sacræ scripturæ, vt minutias numeri parum curet. Siue enim in modico exuperet, aut paulo minor sit numerus quam narratur, nihil contra veritatem est. Quia tametsi discrepantia aliqua in locis aliis sacræ scripturę inuenta fuerit, si modicissima (puta in numero aut loco) sit variatio, nihili pendenda est huiusmodi contrarietas. Neq; em̃ in huiusmodi multum pensi habet scriptura. Iam filii nobis videndum est, qui turbæ huius deuotionẽ imitemur triduo dominum vsq; ad inediam sequẽtis. Sequamur nos quoq; conuersi ad dñm, oportet. Sequamur aũt in desertũ, colligationẽ peccatorum peccandiq; occasionẽ omnẽ relinquẽtes, In nouitate enim vitæ hoc modo ambu

Matt. 15

Sequi Iesum in desertũ quõ debeamus

bulantibus, & nouiter conuersis, nihil tã est necessarium, quam abstractam ab hominum familiaritate, à sociali conuersatione, ab inutili deniq; occupatione vitam agere. Sequamur autẽ triduo. Primã sit dies, qua gementes peccata nostra cuncta plangamus, gemendo confitendo, & pœnitentiæ opera faciendo. Secunda dies sit, qua propositum firmemus contra omne peccatum, contra omne malum, & contra hoc quodcunque non placuerit Deo. Tertia dies sit, qua studium imitationis vitæ Christi sumamus, vt quæ placita sunt ei, faciamus semper. His tribus diebus filij, q̃bus non insipienter occupabitis totã vitã vestram, si Christum fueritis secuti, si illũ fueritis præstolati, cibabit vos pane vitæ, reficiet cibo cœlesti: quo confortati, redibitis in patriam vestram, vnde excidistis, ꝑpetuæ felicitatis. Quod nobis omnibus largiat̃ pijssimus dñs noster Iesus Christus, q̃ cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus benedictus, Amen.

Triduo sequi Christum quid

Ioan. 8

Eccl. 12

SERMO IN EADEM DOMINICA. Septem Dei beneficia meditata, vt panes corpus, animam reficiũt: quadrifariamque quomodo dñs misereatur. Et de octo huius Euangelij documentis.

H

CVm turba multa esset cũ Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam. Marci octauo. Non vnum duntaxat, sed multa docet nos dominus Iesus in quouis operum suorum. Eius enim opera præ alijs operibus omnibus hoc habent, vt nullum sit quod scandalizet, nullum sit quod non ædificet, nullum q̃d non loquatur & doceat. Quapropter nullum est miraculũ Christi, quod non supra hoc, quod est miraculum, potentiæq; diuinæ signum, aliq̃d instruat, doceatque contemplantem, id quod modo in hoc quoque contingit miraculo. Nam iuxta literam historiæ dñs Iesus quatuor milia hominũ esurientium satiauit panibus septem. Nec tñ hoc adeo est insolitum potẽtiæ eius diuinæ. Siquidẽ q̃s alius seminis grana modica multiplicat in terram iacta, facitque vt cum incremento maximo reddantur in messe, nisi qui hodie ex paucis panibus hominum maximã multitudinem pauit? Quod ergo ex granis facit paucis quotidie, hoc iam pridem, & nunc iterum, ex paucis panibus fecit. Est tamen aliud quoque, quod aut hoc miraculum loquitur, aut in hoc miraculo, iuxta spiritualem sensum intelligitur. Dominus enim Iesus in hunc mundum venit peccatores saluos facere, colligere dispersos, & reducere errantes. Veniens itaque cœpit prædicare, & confluxerunt ad eum turbæ multæ. Vndecunque enim venerũt qui poscerent opem & consilium ab eo, omnes benigne recepit, misericorditer adiuuit, & sapienter docuit. Sequutæ sunt igitur illum turbæ multæ, puta ex Iudæis, ex gentibus, & ab initio nascentis Ecclesiæ vsque in finem. Qotquot autem sequebantur illum, cum eo profecti sunt in desertum seu in solitudinem, quo segregati à conuersatione generali hominum, subducerent se quoque omni occasioni peccãdi. Qui enim peccandi renuit vitare occasiones, non dicitur continere velle à peccato. Est igitur propter innocẽtiam vita abstracta ac solitaria quærenda. Est nihilo minus alia causa propter quam quærenda est vita abstracta ac separata, puta vt ibi diuinum instinctum liberius inspirationesq; sacras percipiat homo. Neque eñi in solitudine mundo seruitur, vt in ciuitate. Hoc tamen maxime de solitudine intelligitur cordis, quę occupationes excludit mundi. Propterea in Osee dicit dominus: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Videns itaque turbas, miserebat. Et nisi profecto misertus esset nostri, venissetq; ad nos, perissemus omnes. Fuit igitur eius aduentus præcipue nobis necessarius, vt Apostolus ait: Deus qui diues est in misericordia sua propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. Quod autem dicit inter eos esse, quorum miseretur quosdam, qui de lõge venerũt, significare vult nos peccatores grauiores, quibus dicit Apostolus: Vos qui longe eratis aliqñ, nunc ꝓpe facti estis in sanguine Christi. Tres aũt dies pœnitẽtiæ sunt exercitia, vt q̃cq̃d cogitãdo q̃cq̃dve operãdo deliq̃mus, q̃si tribus diebus flẽdo & gratiã Dei suspirãdo diluamus. Possunt nihilominus ꝑ tres dies, tres intelligi ætates hominum: Pueritia, Iuuentus & Senectus. In quibus si Christo quis inseparabiliter adhæserit, ad re-

Operum Christi ꝑrogatiua quæ

Miraculi huius sensus mysticus

1. Tim. 1
Matth.
Lucæ
Ioan. 11
Mar. 11

Vita solitaria cur ꝑcipue q̃renda sit.

Osee

Ephe. 2

Ibidem

Tres dies mystice quid.

Aetates hominum tres q̃nam.

ad refectionem cœlestis perueniet conuiuij. Interim tamen in deserto pœnitentiæ reficiet nos septem panibus. Qui sunt inquis, panes isti septem? Dico septem sunt beneficia Dei, quæ in mente dum recoluntur, reficiunt & satiant. Primum est, q̃d à domino Deo nos esse creatos scimus: & hoc nõ ociose, sed vt hic ipsum diligamus, illi seruiamus, nos illi subijciamus. Ipsum inquam, Deum & creatorẽ nostrum, nos vero miseras eius inutilesq; creaturas intelligamus. Creauit autem nos, vt participes nos suæ æternæ beatitudinis faciat. Vide iam fili, an non reficiat hic panis, quã do meditatio tua circa hoc occupatur, vt sentias quanta dulcedine, quanto amore, quantaque misericordia te, cum non esses, vt esses, fecit. Et ad quid te fecit, nisi vt illũ cognosceres, cognoscendo amares, amando illo frueeris? Vide igitur quãti habitus sis à Deo, qui tibi dedit esse, vitam, animã rationalem æternæ beatitudinis capacem.

Panes septem mystice qui sint.

Ad quid Deus hominem creauerit. Col. 1

Augusti.

Secundus panis est quod te præcio sissimo filij sui sanguine redemit. Cum enim necdũ esses, cũ inimicus esses, cũ moxnatu filius æternæ esses dãnationis, ꝓuidit tibi quo damnationis huius effugeres sententiam. Siquidem pro te passus, crucẽ & mortem sustinuit, cuius in baptismo te participem faciens sibi incorporauit, vt posthac omnia eius merita sint tua, sisq; filius ei adoptionis æternæ. Tertius panis est, vt mediteris, quanta misericordia & benignitate te peccantẽ dissimulauit, sicut Apostolus dicit: An ignoras o homo quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Quod putas iam in inferno æterno suppli cio damnatos, qui paucioribus quam tu, peccatis Deum offenderunt? Vnde tibi igitur, vt te peccata peccatis cumulante, tanto tempore te cum dissimularetur, tanto tempore parceretur, & hactenus pœnitentia expectaretur? Si hæc recte meditaris ac expendis, omnia membra tua merito tremẽt dum vides singulari huc vsque admirabilique misericordia ad pœnitentiã te seruatũ. Audi igitur vocem dominicam, audi vocẽ patris: Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Vide igitur vt huic misericordissimæ expectatiõi tuæ respõdeas quoq;, eo pfectius te ad Deũ cõuertẽs, eo diligens illũ feruẽtius, atque humilius te, hoc est ingratitudinem tuam deflens, quo tardior ad eum fueris reuersus.

Beneficiũ redemptionis quã æstimandum. Gal. 3 Apoc. 5 1. Pet. 1

K

Dissimulatio vti deus nos peccantes. Rom. 2

Ezech. 18

Quam liberalis, quanque gratuita est sup me misericordia tua domine (ait sanctus Bernardus) Ego peccabam, & tu dissimulabas: ego non continebam à sceleribus, & tu ab vltione abstinebas: prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu domine prolongasti pietatem tuam.

Bernard.

Quartus panis quem rumines, quoq; reficiaris est, q̃d quis ingratũ, quãuis delinquẽtem, non tamen beneficijs suis Deus te destituit. Pauit te, à periculis eripuit & custodiuit te, gratiam hominum, fauores, tranquillitatem, sanitatem, & reliqua id genus beneficiorum munera innumera tibi tribuit. Si quid denique ei acceptum feceris, ad illum nunc conuersus, non minus id gratum erit illi, quam si nunquam peccasses. Postremo operibus tuis bonis ac virtutibus, non minus, quamuis delinqueris olim grauiter, te pœnitente retribuet, quã daret innocenti, si ad operandum modo æqua te excitauerit charitas, quæ excitauit innocentem. Neque enim imputat dñs peccatum, vt minus accepto ferat, qcquid à pœnitente, quã quod ab innocente offert modo charitate id pari fuerit factum. Imo crede mihi, non minus amat Deus eũ, qui post multa scelera ad ipsum redit pœnitẽs, quam eum qui nunquam peccauit. Quamuis de retributione futura (qñquidem merita plerunq; sunt dissimilia) hoc sentiendum est, vnumquemq; recepturum iuxta opera sua, non vt in pœnitente peccata dimissa damnentur, sed vt bona opera in vtroque iuxta mensurã suã coronent: mala aũt aut hic, aut post hãc vitã purgent. Propterea hunc panem ruminans: Quid dicã, quidã inquit, o bone Iesu de tua misericordia, qui non minus conuersum peccatorẽ diligis, quam innocentẽ. Quintus panis est, quod diligentibus Deum oĩa facit cooperari in bonum. Vide & expende hic fidelitatem diuinam. Siue enim agas, siue patiaris, si modo ad Deum toto fueris cõuersus corde, ipse faciet vt non solum bona, verum etiam pctã tua tibi occasionem operent boni maioris. Sextus panis est, quẽ mãducabis, si meditatus fueris Dei bonitatem & benignitatẽ erga te. Nã bonã voluntatẽ, vbicunque defuerit facultas operandi, ꝓ opere suscipit Deus, cõputat atque coronat. Siquidẽ bonorum nostrorũ non egens, bonam recipit voluntatẽ. Voluntas autem tunc bona est, si nullum bonum q̃d agete

Beneficijs vti Deus peccãtes non destitueris

Proue. 24

Rom. 2

Electis vti omnia cooperentur in bonum.

L

Rom. 8

Bonitas et benignitas dei erga hoĩes quanta

Psal. 15

Voluntas bona di-

cenda quę ſit. agere valet, imperfectum relinquat. Se-
pſal.30 ptimus panis eſt vltima refectio æternæ
felicitatis. Quam magna, inquit Pſalmiſta,
multitudo dulcedinis tuæ domine, quam
abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis
pſal.35 Beatitudo æterna quãta ſit refectio. qui ſperant in te. Inebriabuntur enim ab
vbertate domus tuæ, & torrente volupta-
tis tuæ potabis eos. Meditare igitur, quan
do poſt multas huius vitæ miſerias, poſt la
bores & ſudores requies beata dabitur,
Matt.25 quam dulcis erit vox illa: Venite benedi-
cti patris mei, percipite regnum, quod vo-
bis paratum eſt ab origine mundi. Inte-
rim autem filij hos panes ſeptem in deſer
to huius vitæ comedite, auſcultateque ad
Matt.11 domini vocem dicentis: Venite ad me om
nes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego re
ficiam vos. Hi enim panes ſeptẽ probe ma-
ſticati excitabũt & comedenti appetitum,
Deus vti quadrifariã miſereatur. & guſtui ſaporem præbebunt. Eſt itaq;
miſericordia domini ſuper nos magna ni
mis, quippe qui quadrifariam miſeretur.
Primo nanque in miſerando non accipit,
nec reſpicit perſonam cuius miſeretur, qa
abſque reſpectu & diſcrimine miſeretur
omnium, ſicut ſcriptum eſt in Eccleſiaſti-
Eccl.18 co dicente: Miſeratio hominis circa proxi
mum ſuum, miſericordia autem Dei ſu-
per omnem carnem. Siue enim peccator,
pſal.18 ſiue pœnitens, ſiue iuſtus fueris, non te ab
ſcondes à calore dilectionis eius. Dili-
git enim omnes, ideo miſeretur omni-
um. Verum, ſi dicis quomodo peccato-
Eccl.12 peccatores q̃modo diligat Deus res diligit, cum ſcriptum ſit, Altiſſimus o-
dio habet peccatores: Dicendũ: Deus non
diligit peccatores, iuxta hoc q̃d ſunt pecca
tores, nec propterea, quia ſunt peccatores,
ſed eos q modo quidẽ peccatores ſunt, i-
deo diligit, vt diuinam dilectionem erga
ſe & miſericordiam ſentientes, fiant non
peccatores: imo vt faciat eos non peccato-
Auguſti. res, hoc eſt, pœnitentes. Nam teſte Auguſti
no: Si Deus peccatores non dilexiſſet, de
cœlis ad terram non deſcendiſſet. Quod i-
pſe quoque teſtatur dicens: Non veni vo-
Lucæ 5 care iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã.
Diligit itaq; peccatores vt faciat iuſtos, eos
ſcilicet qui Dei miſericordiã circa ſe intelli
gunt. Quamuis enim omnium Deus miſe
reri cupiat, non poteſt tamen miſereri, niſi
eorũ qui eius amant recipereq; volunt mi-
ſericordiam. Sunt enim qui præcludunt &
abijciunt Dei miſerationem. Sunt q ſuper
biunt, qui ſunt in oculis ſuis ſani, licet ve-
hementer ſint infirmi. Sunt qui præſumũt
de ſua virtute, q Dei miſericordiam nõ re-
quirunt: quorum Eccleſiaſticus meminit, Eccl.16
dicens: Non exorauerunt pro peccatis ſu-
is, antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, cõ-
fidentes ſuæ virtuti. Secũdo, miſeretur pœ
nitentibus. Quomodo enim pœnitentiũ
non miſeret, quõ eos non diligeret, quan- Lucæ 15
doquidem angelis Dei teſtatur eſſe gaudi-
um in cœlo ſuper vno peccatore pœniten
tiam agente? Tertio diligit iuſtos, ſicut ait Prou.8
in libro Prouerbiorũ: Ego diligẽtes me di M
ligo. Secundo, miſeret dñs indeſinẽter, Miſereat vti indeſ
nec peccatis vincit humanis, ſicut ſcriptũ nenter de
eſt: Miſericordia aũt dñi ab ęterno, & vſq; us.
in æternum ſup timentibus eum. Neq; enĩ Pſal.102
miſericordia eius principium habet neq;
finem. Et ideo Iudith mulier ſancta Oziã Iudith.8
reprehendit, quod domino tempus conſti
tuerat miſerendi, dicens: Hos quinq; dies
expectemus miſericordiam à domino. In
quibus ſcilicet ſi nihil recipimus auxilij à
domino, trademus nos hoſtibus. Reproba
uit aũt hoc Iudith, dicens: Vos qui eſtis, q Iudith.8
tentatis dominum? Non eſt iſte ſermo, qui
miſericordiam prouocet: ſed potius qui i-
ram excitet & furorem accendat. Poſuiſtis
vos tempus miſerationis dñi, & in arbitri-
um veſtrum diem conſtituiſtis ei? Semper Abac.3 Miſeretur vti de
itaque miſeretur dominus. Abacuc pro- us abũdãt
pheta dicente: Cum iratus fueris, miſeri- Ephe.2
cordiæ recordaberis. Tertio, miſeretur Anſelm.
Deus abundanter, quia diues eſt in miſeri
cordia. Quod Anſelmus explicat, dicens:
Quid miſericordius intelligi valeat, quam
quod peccatori æternis tormentis deputa
to, & non habenti vnde redimat ſe, Deus
pater dicat: Accipe vnigenitum meum, &
p te? Et ipſe filius: Tolle me, & redime te?
Non defuit enim Deo modus alius nos re
dimendi, quam vt moreretur pro nobis.
Sed Deo placuit oſtendere charitatem ſuã
erga nos immenſam, quam euidẽtius mõ
ſtrare non potuit, quam moriẽdo pro no 1.Pet.1
bis, & noſtra debita ſua morte ſoluendo. Miſeretur quõ Deus
Quarto, miſeret Deus cõueniẽter. Ne- cõuenien
que enĩ ad peccata miſeretur, neq; delin- ter.
quẽtibus cõniuet. Miſeret quidẽ peccanti
vt reſipiſcat, ſed non vt in peccatis perſe-
ueret. Iuſte igitur & vere loquebatur ſan- Tob.13 Documenta huius Euãgelij octo.
ctus Tobias, dicens: Ipſe caſtigauit nos
propter iniquitates noſtras, & ipſe ſalua-
bit nos propter miſericordiam ſuam. Po
ſtremo, ſciẽdũ in hoc eſſe Euãgelio octo,
quæ

quæ nos ædificant. Primum, quod quasi consilium capturus dominus cum discipulis eos conuocat, atq; quomodo sit turbæ succurrẽdum, tractat. Sunt enim qui citra iniuriam aut ignominiam sui nõ fieri putarẽt, si alios consulerẽt. De his in Prouerbijs dicitur: Vidisti hoĩem sibi sapientẽ videri, magis spem illo stultus habebit.

Prouer. 26

N

Secundum, quod ad pascendã turbam dominum mouit, non vanitas, sed pietas. Misereor, inquit, super turbam. Pietatem autem saluatoris mouere poterãt multa. Facile enim moueri poterat, qui suapte natura pientissimus est. Primum quod ad miserendum inuitabat dominum, erat turba, in qua multi eius erant misericordia digni, multi ei deuoti, multi boni, multi simplices & verecundi. Quare magis moueba tur. Inuenimus enim Christũ turbis sæpius bñficia impẽdisse. Verbi gratia: Beneficiũ primo exhibuit instructiõis. De quo Matthæus: Vidẽs Iesus turbas ascendit in montem, &c̃. Et alibi: Cum irruerent turbæ in Iesum, vt audirent illum, &c̃. Beneficium item exhibuit sanationis. De quo itẽ Matthæus: Exiẽs, inquit, Iesus vidit turbã multam, & misertus est eius, & curauit languidos eoꝶ. Tertium fuit beneficium corporalis refectionis, de quo in hoc auditur Euãgelio. Secundũ q̃d inuitabat Christum ad miserendũ, est q̃d triduo Iesum sustinuerant, seu cũ eodẽ perseuerauerãt. Perseuerãtia nanq; & rogandi importunitas impetrat citius. Vnde habemus in Euãgelio exempla parabolica, de amico veniente de via, de iudice iniquo & vidua, qui oẽs perseuerando quod petebant, obtinuerũt.

Ad pietatẽ Christi quænam mouerint

Beneficia quænam Christus turbis exhibuit. Matth. 5 Lucæ 5

Matth. 14

Lucæ 11 Lucæ 12 Marc. 7

Tertium quod inuitabat dominum, erat turbæ indigentia seu necessitas, quia non habebat quod manducaret. Quartum quia laborauerunt. Quidam enim de longe venerunt. Quintum, qui laboraturi erant, & periculo exponendi, si dominus non reficeret eos. Ideo dicit: Deficient in via, si dimisero eos ieiunos. Sextum quia erant in solitudine, vbi humano non poterant consilio mederi fami. Tertiũ, quod ædificat, est numerus panum mysticus. In prima enim refectione turbæ, hoc est, in veteri testamento ex quinq; sunt panibus satiati, qui Mosi libros quinq; significant: hic vero septem fuerunt, tempus indicantes gratiæ, q̃ septem donis iam spiritus sancti cõfortamur. Quartũ, q̃d ædificat, est q̃d discũbere hic iubentur sup terram. In maiori eñ æstimatione tẽporalia legis tempore erant, vtpote quæ Deo seruientibus remuneranda promittebantur. Si volueritis (inquit) & audieritis me, bona terræ comedetis. At in noua lege terrena omnia suadentur contemni, sub pedibus esse calcari, relinqui, contemni, & pauperibus distribui. Quintum, quod gratias egit, docens nos dona Dei cum gratiarum actiõe percipere. Sextum, q̃d benedixit cibum, vt nos cibũ q̃q; benedicamus orantes, quo eius saluber sit vsus. Vnde de cibo Apostolus loquens: Sãctificatur enim, inquit, per verbum Dei & orationem. Septimum, q̃d iussit apponi pisces, haud dubium pro condimento refectionis: q̃ intelligimus discretionem optimum esse in omni opere bono condimentum. Aut septimum est quod iussit ea, quibus turba erat reficienda, per apostolos apponi, quo cognoscamus quicquid per prælatos nostros circa nos agitur, ad salutem nostram pertinens, haud aliter accipiendum esse nobis, quam à Deo. Neq; enim in prẹlatis nostris humanam debemus aspicere industriam, sed prouidentiã cõtemplari diuinã, vt eos diligamus, reuereamurq;, illisq; obediamus, quos nobis p̃posuit dñs rectores, patres, & promotores nostrẹ salutis. Octauũ, q̃d multiplicãdo panes adeo turbã satiauit, vt plura quam essent apposita, superessent quẹ colligi, vtpote in vsum pauperꝶ distribuenda, mãdauit, volẽs nos beneficijs suis refectos nõ immemores fore pauperꝶ, vt in Euangelio quoq; monet, dicens: Veruntamẽ quod superest, date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. Filij charissimi, accipiatis exemplum deuotionis ex turba illa, quæ toties, continueq; sequitur dominum prẹ desiderio audiendi verbum diuinum. Audiatis igitur vos quoq; cũ desiderio verbũ Dei. Detractiones & blasphemiæ hæreticoꝶ, vesicas suas (quibus nihil præter aerem inest) inanes exufflantiũ, nõ sunt verbũ Dei. Scitur quid sit verbũ Dei: Nempe q̃d cõforme est moribus & operibus Christi. Neq; enim aliud docuit, & aliud fecit Christus: sed scriptum de eo legimus, quod cœperit Iesus facere & docere. Hoc igitur audite, hoc facite, & dominus misericordiarũ erit vobiscũ. Timeatis Deum, & facite quẹ placita sunt ei semp, & nõ inuidebit, sed tolerabit cõsolatiões vestras

Panũ numerus mystice quid signet.

Ioan. 6

Discũbere sup terram quid mystice.

Esaiæ 1 Matth. 19 Marc. 10 Lucæ 18

Gratię vt sint Deo agendæ.

Benedicere cibũ vt debemus. 1. Tim. 4

O

Pisces mystice quid hic signẽt

Turbę pascendę apponere quid.

Eccle. 17 Multiplicatio panũ quid insinuet.

Lucæ 11

Actor. 1

Ioan. 8

moderatas temporalesque. Saltem sit ipse præ omnibus charissimus. Habetis vxorũ vestrarum, habetis prolium, habetis denique à seruis & ancillis, ab obsequio, ab amicis, à cibis, & reliquis id genus consolationes vestras. Vtamini illis sapienter, & cum Dei timore, ne offendatis Deum, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA VIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Roman. octauo.

XVII Debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sũt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Roma. 8 Ante verba lectionis huius dixerat Apostolus Romanis: vos autem non in carne estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Qui si fuerit spiritus in nobis, ex debito tenemur non seruire carni, vt satisfaciamus consentiamusve eius concupiscentijs, quamuis teneamur eius infirmitatibus necessitatibusq; in administratione victus vestitusq; curam tanquã animæ instrumento administrare. Itaq; debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Non enim ita sumus debitores carnis, vt curam carnis faciamus in desiderijs. Roma. 13 1. Tim. 5 Si enim, inquit, secundum carnem vixeritis, desiderijs carnis acquiescentes, moriemini, ea scilicet morte, qua vidua in delitijs viuens mortua dicitur, & quæ damnationem recipit æternam. Si autem spiritu, id est, gratia & virtute spiritus sancti, aut ita: Si spiritu, id est, iudicio rationis opera carnis mortificaueritis, viuetis vita gratiæ, qua intelligitis non substantiam, sed opera ac vitia carnis damnari. Sunt autem opera seu actus carnis, & sũt fructus spiritus. Charitas fructus spiritus est, odium actus carnis. Charitate igitur si mortificat odiũ, Galat. 5 spiritu dicitur mortificari actus seu opus carnis. Ad hanc aũt mortificationẽ suadet, & excitat, & spũs Dei. Porro, qcũq; impellit spũ Dei agũt em̃ pellũt, hi filij sunt Dei. Neq; em̃ prsus hi nihil agũt boni, sed ne nihil agãt boni, agũt à spiritu Dei. Hoc modo vobiscum quoque agitur, quare desideria carnis vestra mortificantes filij estis Dei. Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum sicut olim sub lege (quod seruorum erat) in timore. Lex enim vetus accepta fuit in timore, dum iustitia non amabatur, propter quam lex seruaretur, sed pœna timebatur. Iam vero sub lege gratiæ non in timorem datur nobis spiritus, sed in dilectionem, ne serui sed filij potius simus. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo Deo clamamus: Abba pater. Duo hęc nomina sunt, sed idem significant. Alterũ enim, puta Abba, Hebraice sonat patrẽ, alterum Latine & Græco translatũ, & significare vult nobis tanquam filios adoptionis, spiritu ad Deum affectuose nos agi, in quo charitate ardentes dicamus: Pater noster qui es in cœlis. Matt. 6 Sequitur, Ipse enim spiritus adoptionis testimonium perhibet, id est, nos cognoscere facit, vt consecuti remissionem peccatorum, deindeque bene agentes filij simus Dei. Tantum superest, 1. Cor. 15 vt quemadmodum imaginẽ portauimus terreni patris, ita portare satagamus cœlestis patris imaginem. Est itaque interdona spiritus sancti vnum hoc haudquaquã infimum, quod testimonium reddit spiritui nostro, quod Dei filij sumus. Si autem filij sumus Dei, sumus quoque hæredes Dei. Quorum enim nisi filiorum paterna est hæreditas? Sumus igitur hæredes quidem Dei, id est, bonorum eius infinitorum sempiternęque beatitudinis, cohæredes autem Christi.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ octauæ post dominicam sanctæ Trinitatis, Matthæi septimo.

B

ANte huius præsentis dominicæ Euangelij verba, vt idem Euangelista refert, præmonuerat nos dominus, q̊ tendamus intrare p̱ angustam portam in regnũ cœlorum. Plurimi enim volent, aut putabũt, inquit, se introituros, sed non introibunt. Arcta enim, inquit, est via quæ ducit ad vitam, & pauci ambulant eam. Ne itaq; putemus eos, qui simulant sanctitatem, esse qui contẽdunt angustam portam intrare, aut intrent, & propterea illis nimium confidamus, quasi his qui ambulent in veritate, recipiamusq; impia eorũ dogmata, quibus seducamur, monet nos non nimium illis tribuere, donec videamus, quem fructum eorum simulata opera pariant. Possunt em̃ ad tempus simulatores se palliare, sed non diu fieri potest, quin prodãtur fructus: vnde tãdem vita & eruditio eorũ ex Deo nõ esse deprehendatur, Dicit itaq; Christus:

Matth. 7

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Prophetas quos hic noiet Christus.

Prophetas hic nõ eos nominat, qui futura iuxta prophetarum morem sub veteri testamento prę̨nunciabant, sed eos magis, qui prophetarũ oracula nobis exponunt, eorumq; referunt sensum, & sacram nituntur elucidare scripturam. Horum enim q̊sdam præmonet vitandos, quos prophetas falsos nominat, & doctores falsos vocat doctores peruersos, qui animarum corruptores, vt suæ impiæ doctrinæ adijciant autoritatem, quo facilius imponãt incautis, fictamq; ostendant sanctitatem: sub nomine autem sanctitatis errores & hæreses seminant. Hos itaq; iubet cauendos. Porro vestimenta ouium, opera & actus sunt boni verarum virtutum, quibus pij ac deuoti conteguntur & ornantur. His tamen aut sub harum specie quoq; inuoluunt se mali, dum ieiunia, abstinentiasque in ficta humilitate & deuotione simulata ostentant. Non raro autem vitia sub virtutum specie palliantur: quod tunc fit maxime, quãdo intentio operantis fallax est & non syncera. Itaq; opera virtutum cum bona fiunt intentione, vestimenta sunt ouiũ: cum fiunt mala ac subdola ad decipiendum, tunc vestimenta ouium induerunt lupi. Non tamẽ propterea sua odisse debent vestimenta oues, licet his etiam se lupi inuoluant. Veruntamen quomodo lupus, licet ouina tectus pelle, speciem mutat, non animum: ita hę̨retici & peruersi doctores quã tamlibet sanctitatis fingant speciem, manent tamen corrupti & corruptores animarum. Videte autem quod vestimenta hic vocat ea opera, quę̨ licet pia appareant, non tamen pio semper animo fiunt. Verbi gratia: Eleemosyna vestis est ouina, eam tamen induunt & mali. Dare enim potest eleemosynã impudicus mulieri, vt ad consentiendum malæ concupiscentiæ suæ eandem inducat. Potest ambitiosus propter gloriam, vt videatur ab hominibus, dare eleemosynam: potest aliud quid vitiosum alius intendere, quare opus faciat misericordiæ. Hæc igitur vestimenta sunt, quia boni, malique eisdem tegere se possunt.

Vestimenta ouium quæ sint.

Ouina vestis quæ-nã appareãt opa.

Matth. 6

A fructibus eorũ cognoscetis eos.

C

Ouiũ fructus quinam sint.

Fructus ouiũ, intelligi vult veras virtutes. Porro falsi prophetę̨, cum nullam ex se proferãt veram virtutem, nullos bonos, sed multos ex se pariunt fructus malos. Quæ enim fucata sunt, cito panduntur, & ficto in suam naturam relabitur. Opera igitur eorum testantur illos, quia Christi gloriam non quærunt, sed vt statuãt suam sectam, vt acceptis fruantur beneficijs, vtq; cupitis non destituãtur honoribus, aliaq; huiusmodi, in quibus se respiciunt & quę̨runt, penes quæ dinosci debent. Neq; em̃ à veste cognoscẽdus est hæreticus (vestem intelligo opera laudata in sacra scriptura, quæ tamen non sanctificant facientẽ, cum malis, bonisq; sunt communia) sed in fructibus sunt discernendi. Oues enim iuxta quod sunt oues, fructus faciunt, q̄ à malis fieri non possunt: & mali fructus quoq; suos fœdos post se relinquunt, q̄ bonorum prorsus esse non possunt. Et p̱pterea S. Augustinus ait: Isti fructus à q̄bus huiusmodi mali & hę̨retici sunt cognoscẽdi, nõ sunt bona quæ exterius p̃tendunt. Talia em̃ cũ bono animo fiunt, sunt vestimenta ouium oues tegentia & protegentia: cum vero malo

Ioan. 5

Augusti.

malo fiunt animo,vestes quidem sunt oui
um,sed lupos tegunt.Isti ergo fructus qui
bus agnoscimur,sunt illi,de quibus Apo-
stolus ad Galatas scribit: Manifesta sunt
Galat.5 opera carnis,quę sunt fornicatio,immũdi
tia,&c̃.Quæ abscondunt hæretici aliquan
do sub ouium vestibus: produntur tamen
nouissime,si diligenter obseruentur.

**Nunquid colligunt de spinis vuas,
aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor
bona, bonos fructus facit,mala autem
arbor fructus malos facit. Non potest
arbor bona malos fructus facere, necq;
arbor mala fructus bonos facere.**

Arbor bona quæ nã sit. Arbor bona est bonus homo seu volũ
tas bona,non propter esse bonum naturę,
quia illo modo omnis arbor & omnis ani
ma seu voluntas est bona.Loquendum est
igitur non de bonitate naturali,sed mora-
li.Dicit ergo:Cuiusuis generis arbor suos
profert fructus.Ex spinis nemo colligit
vuas,quomodo nec in tribulis ficus quæ-
rimus.Sic e diuerso nec vites proferunt spi
nas,nec ficulnea tribulos.Sed arbor bona
quãdiu est bona,aut secundũ quod est bo
na,facit bonos fructus,quamuis possit fa-
cere malos,sed tunc non est bona:& mala
arbor fructus profert malos. Nam si bo-
nos protulerit fructus, iam est bona.Ne-
que enim dominus dicit: Nõ potest arbor
bona mala fieri,nec mala fieri bona:sed bo
na arbor non potest facere fructus malos.
Augusti. Cuius exemplum dat Augustinus,dicens
similem hanc esse locutionem,& huic lo-
co quadrare,si dixero: Non potest nix esse
calida.Si enim calefacta fuerit,nõ erit nix,
sed aqua.Sic bonus homo potest fieri ma-
Actor.9 lus,& malus fieri bonus.Verbi gratia:Sau
lus cũ esset malus, erat arbor mala: factus
bonus,arbor erat bona.Cum malus esset,
fructus malæ ꝓtulit arboris, puta sanctos
in carceres cõijcere,occidi facere, persequi
1.Cor.1 Dei Ecclesiam, quæ fuerunt mali fructus.
Verum,non longe post factus est bona ar
bor,bonos ꝓducens fructus,vt sunt euan
2.Cor.4 gelizare,consolari tristes, arguere facino-
Galat.3 rosos,pro Christo pati,&c̃.

**Omnis arbor , quæ non facit fru-
ctũ bonum,excidetur,& in ignẽ mit-
tetur.Igitur à fructibus eorum cogno
scetis eos.**

D Videtis quia non solum malorũ ope
rum fœcunditatẽ damnat,sed sterilitatem
quoq; bonorum operum. Quisquis itaq;
Dei præcepta nõ custodit,quisquis Deo &
Ecclesiæ non obedit,tametsi aliud malum
nõ faciat,hoc illi ad damnationẽ satis erit,
quia omnis arbor nõ faciens fructum bo
num,excidetur per mortẽ, aut animæ, aut
etiam corporis.Excidi enim seu amputari Excid[…]
à corpore Christi, est deseri à gratia Dei, corp[…]
puta vt iam non sis particeps vitę corporis Chri[…]
Christi,non sis particeps spiritus corporis qu[…]
Christi,nõ viuificeris gratia Dei: quod in
transgressione fit præceptorum Dei.Si er-
go arbor quę non facit fructũ bonũ,si ho
mo q̃ nõ operatur cũ debet bonũ, in ignẽ
mittetur,q̃d ei q̃so fiet,q̃ operatur malum?
Si pct̃m quod fit per omissionẽ boni tam
grauiter iudicatur,quam graue erit iudici-
um his,qui non solũ bona prætermittunt,
sed etiam scelera committunt multa? Simi
lis est sententia saluatoris apud Ioannem, Ioan.15
dicẽtis: Omnem palmitem in me nõ feren
tem fructum,pater tollet,& in ignem mit-
tet. Heu dilectissimi, quã vitãda est ocio Ociositas
sitas & infructuosa temporis consumptio. quãto stu
Quid dicent hic aleatores,helluones,bibo dio vitan
nes à mane vsq; sero in tabernis bibentes: da.
quid ociosi,quid qui in noctibus & tene-
bris obambulãt,& se aliosq; ad luxum, ad
voluptatem,ad ocium perniciosum,ad nu
gas quoq; fistulis,carminibus,cantiuncu-
lis,& huiusmodi vanitatibus prouocãt?Et
tamen hodie hęc(quia multo fiunt grauio
ra & detestabiliora) quasi honestæ recreati
ones,quibus transigitur tempus, dicũtur.

Vbi sunt nunc Neochristiani,qui in so Iaco.2
la ociosa fide sperant,nihil boni operãtes?
Nullum enim Dei mandatum negligere
possunt absq; opere malo,id est, absq; pec
cato:nec Dei vllum possunt implere præce Opa bo-
ptum , nisi per opus bonum.Si ergo bona na ad salu
à nobis opera non requiruntur,tunc nul- tem neces
la quoq; obseruatio mandatorũ Dei à no- saria.
bis exigetur. Cur ergo sunt nobis tradita
Dei mandata? Cur tam multa benedicto
suo ore nobis Christus præcepit? Fortasse
vt soli Papistæ hæc Dei teneãtur facere prę
cepta,non autem Lutherani, quibus sola
fides sufficit. Et bene quidem. Sed & Luthera-
hoc q̊q; inde sequitur,vt Papistæ Dei man ni vt sint
data seruãtes soli esse teneãtur Christiani, arbores
non autem Lutherani,sed vt arbores ste- steriles in
riles,imo pestiferæ in ignem mittendi. Vi- ignẽ mit
deant, videãt,qui modo oculis plusquam tendi.
cernentibus aut talpeis sinunt se falli,
quia

quia non mentitur, quæ hic loquitur veritas: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Ex fructibus igitur, inquit, cognoscetis eos. Videtur hic pro mercede, quæ est fructus bonorū operum, fructus posuisse. Quāuis enī veri, puriq; amoris nō sit quærere mercedem per respectum, aut quæsitiōem sui, id tamen quærere debemus, quod est merces, id est, Deum, quam clare Abrahæ Deus promittit, dicens: Ego ero merces tua. Itēq; Ego protector tuus sum, merces tua nimis. Deus igitur, sed & videre Deum, cognoscere Deum, amare Deum, frui Deo, merces est beatitudinis æternæ. Hanc mercedem licet maxime quærere, sed nō amore & respectu proprio debet fieri, ꝓpterea quod sibi faueat, quod sibi beatitudinem hanc velit vt rem sibi delitiosam ac quietā. Quando igitur repetit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, videtur dicere: Qui non bene operatur, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus, hoc est, ex stipendijs eorum, & ex mercede eorum cognoscetis eos.

Gene. 15

Merces beatitudinis æternæ quānā sit

Non enī omnis qui dicit mihi, Dñe, domine, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit voluntatem patris mei, qui est in cœlis, ipse intrabit in regnū cœlorum.

E

Tres sunt persequutiones, quæ sanctis in hac vita inferuntur, de quibus nos præmonet dominus Iesus. Prima est manifesta persecutio tyrannorum, quā dominus aliquando declinandam permittit, dicens: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Aliquando tolerandam monet: Beati, inquiens, q persequutionem patiūtur propter iustitiam. Itemq; Nolite timere eos, qui corpus occidunt: sed eum timete, qui corpus & animā habet mittere in gehennā. Secunda est hæreticorū, de qua nos in prima parte Euangelij hic cōmonefaciens docet, nobis cōtra eos esse vigilandum, nec vt columbas oportere nos tantū esse simplices, sed etiā vt serpētes prudentes, qui ne incantatorē audiant, aurem vnam ad humum vertunt, alterā cauda obturant. Sic nobis hæreticorum prædicatio declinanda est, lectioq; vitanda, ne inficiamur, aut capiamur. Tertia est hypocritarū, & falsorum fratrū, qui vnum erga nos simulāt, & aliud interim quærunt. Quomodo autem hi, qui speciem habent bonæ vitæ, propter dogma cauēdi sunt neqtiæ: ita hi qui in fide & eruditione sunt integri, fugiendi sunt, si moribus sunt corrupti. Vtrique enī sunt cōtagiosi, & inficiūt. Dicit igitur: Non omīs q dicit mihi: Dñe, dñe, intrabit in regnum cœlorum. Non satis est, inquit, per fidem solam & mortuā agnoscere me dominum ac Deū, nō satis est labijs tātum & ore me honorare, nisi opera quoque prodeant ex ea fide, quæ per dilectionem operatur. Propterea dicit alio loco exprobrans: Quid vocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Sed obijcit quis: Si non omnis qui dicit dñe, domine, intrabit in regnū cœlorum, quomodo tunc verum est, quod per Ioelem dicitur: Omīs qui inuocauerit nomen domini, saluus erit? Aut quomodo verū est illud Pauli: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto? Dicēdum Christū hic loqui de vocali dictione, quæ sola non efficit seruum Christi. Necesse est enī vt dicēs Christum dominum suum, & propterea Dei seruus, aut amicus constituatur, dicat hoc ex affectu, ex corde & amore, quod est re ipsa dicere. Non enī dicere dñe, dñe, seruum Dei constituit, sed exhibere se Christo seruum, humiliatoq; corde illum agnoscere dominum, facit Dei seruum, & intrare in regnum cœlorū. Hoc modo dubium non est eum, quisquis inuocauerit nomen domini, saluum fieri: & neminē dicere dominum Iesum, puta corde, ore & veritate, nisi in spiritu sancto. Nemo enim domini Iesu est seruus, nemo ei vē seruit, nisi in spiritu sancto. Igitur non omnis qui mihi dicit domine, domine, inquit, intrabit in regnum cœlorum. Dixerunt enim fatuę virgines ad ianuā sibi clausam pulsantes: Domine, domine, aperi nobis. Sed dictum est illis: Nescio vos. Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnū cœlorum. Satis ex teipso percipere hoc potes, quā vera sit hæc sentētia. Tu enim habēs seruum tibi genua flectentem, nudantem caput, reuerenterque loquentem, non tamen mox probas illum propterea, vt dicas fidelē seruum. Sed plura adhuc expetis ab eo, puta, vt volūtatem tuam faciat, & vt honorem tuum & cōmodum zeletur. Sic Deo non sufficit vt templum intres, Missam audias, ores ore, cantes, ieiunes, laneis vtaris vestibus, des eleemosynas,

Persequutores sanctorum tres quæ sint.

Matt. 10

Matt. 5
Matth. 10

Persequutio hæreticorum quæ sit.

Matth. 10

Persecutio hypocritarum quæ sit.

Matth. 15
Marc. 7

Galat. 5

Lucæ 6

F

Ioel. 2

Seruū Dei vere quid cōstituat.
Matth. 7

Ioel. 2

1. Cor. 12

Matth. 7

Matth. 25

mosynas, nisi sis ei quoque fidelis, ipsum diligens, ipsi obediens, ipsiusq; zelans honorem. Bona quidem sunt hæc corporalia exercitia, & pœnitentialia, afflictiuaq; carnis, modo in Dei honorem & propter Deum tantum fiant. Nam si fiant quidem, sed honestatis causa, aut quia alios ita vides agere, nec Deus causa sit, quare hæc facias, non recipies pro illis æternam mercedem. Satius tamen est ea fieri, aliaque opera bona, non ex vitiosa intensione, sed vel ex honestate, vel ex consuetudine, licet non ex charitate vera fiant, quam omnino intermittere: quia vicinior est adhuc Deo, qui licet totus nō sit ad Deum conuersus, quā ille qui totus alienus est, & Deo suis sceleribus contrarius. Citiusquoque ad ignem accedit, calefierique potest, qui licet iuxta ignem non sit, parum tamen distat, quam ille qui totus ab igne fugit. Sic opera bona non sunt propterea omittenda, quamuis in peccato sit qs mortali constitutus. Possunt enim illi fore occasio, vt ab illis ad Deum conuertatur. Illa tamen sola, nisi Dei fidelis fueris seruus, vt eius gloriam quæras, ei obedias, eius gratiam habeas & amicitiam (quod est esse Dei filium & ciuem regni cœlestis) non introducent te in regnum Dei.

Exercitia corporalia & pœnitentia lia opa q̃ referenda sint.

Bona opa in peccatis facta quid efficiant.

G Rogo igitur vos charissimi, deponite & separate omnia à vobis pctā. Separate à vobis omnia ad pctm̄ inducentia, abijcite cuncta, quæ sine pctō agi, aut tractari nō possunt. Sint homines, sint negociatiões, sint quæstus, sint officia, obseqa, honores, & alia quæcunque. Melius vobis erit pauperes, & indotatis prolibus intrare in regnum cœlorū, quam diuites & dotatis, ditatisq; liberis ire ad infernum. Nam si exercitio alicui, aut ei negociationi, quæ sine peccato non potest fieri, vacatis, animam vestram perditis, & proles quoq; vestras, quas bonis male partis ditastis, sicut diuitiarum, ita & peccatorum, æternique incendij participes facitis & hæredes. Abscindite igitur omnia (q̃d dixi) à vobis peccata, cuncta quoque quæ ad peccandum vos inducunt, aut quæ sine pctō agi non possunt, & sic studeatis Deo placere, bona assidue opera agere, Dei seruare præcepta, Dei zelari honorem, eius amore incommoda, iniurias & molestias sustinere, ne arbores inueniamini infructuosæ, autumnales, ac steriles eradicandæ, & in ignem mittendæ. Non leue putetis excidi, quomodo leue putandum non est, in ignem mitti.

Pctā ei⁹q; occasiões esse abijciendas,

Iudę 1

Duæ nanq; & distinctæ pœnę sunt excidi, & in ignē mitti, sicut duo sunt à Deo separari, & flammis infernalibus cremari. De quibus vide quid sentiat Chrysostomus, dicens: Multi gehennā horrent. Ego autem casum glorię illius multo maiorem pœna gehennæ esse æstimo. Intolerabilis est gehenna, etiā si ponat mille aliquis gehennas, nihil tale dicit, quale est excidere à gloria illa, odio à Christo haberi, & audire: Non noui vos. Nūquid igitur o filij pro tam breui, momētaneaq; delectatione peccati, tam immensum, æternumq; sine vlla spe liberationis sustinebimus cruciatum? Heu quam inanis est consolatio hęc quorundam desperatissima dicentium: Quid si ad infernum venero? Inueniam ibi multo plures, non ero solus. Quomodo alij sustinebunt, sustinebo & ego. Proh filij, non ascendat huiusmodi cogitatio in cor hominis Christiani. Nihilo enim propterea inferni pœna erit tolerabilior, sed cruciatus eo maior, quo fuerit in multos diffusior. Neque enim ibi societas minuet, sed vehementer augebit pœnam. Nec locum ibi habebit cuiusdam prudentis sententia dicentis: Solatium est miseris socios habere pœnarum, quia grauis est ibi afflictio, intolerabileque odium inter eos, qui pœnas simul tolerant inferni. Dominus noster Iesus Christus nostri misereat, & faciat nos in vinea sua arbores bonas & fœcundas. Quod vt fiat, sua nos crebrius riget gratia, incrementaque nobis præbeat virtutum, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Chrys.

Exci à glo q̃ ... ...

Matth.

Con... ... ...

Infer... ... ... nō ...

Psalm.

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo lupi ac falsi prophetæ sint hæretici, & hodie qui sint hæretici.

H

ATtendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matthæi septimo. Nunquam ante hac tam necessaria nobis hæc fuit p̄monitio Christi, vt modo. Quare in hæc potissimum tempora respexisse videtur dominus Iesus, quando à prophetis falsis nobis cauendū monebat. Prophetas aūt non eos vocat, q in veteri testamento vsque ad Ioannem Baptistam fuerunt, sed legis doctores, & eos qui prophetarū scripta, qui veteris nouiq; testamēti explanare

Prophetas ... Christus hic voc...

nare cōtendunt scripturas, cuiusmodi hodie sunt multi, in multas sectas & hæreses Ecclesiam scindentes, vt impletum iam videatur, quod saluator dixit: Multi in illis diebus surgent pseudoprophetę, dicentes: Ecce hic, scilicet nobiscum, est Christus & Ecclesia. Quibus contradicent alij, dicentes: Non, sed ecce hic nobiscum. Videtur ne hoc impleri modo? Cum enim per vniuersum orbē vna pacata foret Ecclesia, ab apostolorum tempore ad nos deriuata, vna fides, vnū baptisma, vna obedientia sub vno generali pastore & vicario Christi, successore scilicet sancti Petri pontifice Romano, venit ante paucos annos monachus pestifer Martinus Lutherus, qui totam ferme Germaniam in multas Ecclesias, imo in sectas & hæreses multas diuisit, eandem ab vna ac vera illa Ecclesia vniuersali separans. Non potest autem nisi vna esse Ecclesia, à qua quisquis se separauerit, de corpore mystico Christi se vt membrum aridum præscindit. Sicut enim palmes, quæ in vite non manserit, arescit, ita nisi in Christo qs manserit, nisi in corpore Christi mystico, hoc est, in corpore & in vnitate Ecclesię, in vnitate pstiterit fidei, particeps Christi spiritus, qui regit, nutrit, instruit, fouetq; corpus hoc Ecclesiæ, & omnia eius membra, non erit. Qui itaq; se ab illo separauerit, membrum non est Ecclesię, membrum desinit esse Christi, proscissus est à corpore Christi, imo seipsum proscidit, nec recipit gratiam spiritus Christi, qui Ecclesiam viuificat, sed arescit, moriturq;, vt excisus palmes, nulli rei quam igni vsui futurus.

Matth. 24

Lutherus ... sue ... quidq; ... fecerit.

Ecclesiam non posse nisi vnam esse.

Ioan. 15

Itaq;, vt dixi, cum vna per vniuersum orbem esset Ecclesia, intra triginta annos quidam prosilijt apostata monachus, qui cum multis sibi similibus apostatis monachis se ab Ecclesia diuidens, antiquas olim in concilijs patrum damnatas hæreses restituit, quibus quædam adijciens suæ impietatis figmenta, omnia instituta Ecclesiæ, ritus omnes Ecclesiasticos, officium diuinum, & quicquid ab apostolorum tempore per manus patrum nostroꝝ nobis contraditū est, calumniatus est, temerauit, damnauit, deleuit, abiecit, & sine lege, sine canone colluuiem pessimorum hominum apostatarum, fidefragorumq; monachorum & monialium sibi asciuit, quos in nomine diaboli & suo coniunxit, vt simul crucifigerent carnes suas cum concupiscentijs suis, generarent filios & filias, semen iniquū, malitia, egestate & calamitatibus plenum.

I Lutherus quō à catholica ecclesia defecerit, & in quantas impietates lapsus sit.

Galat. 5

Ex his suis discipulis in omnem Germaniam genimina misit viperarum, qui cōtra Ecclesiam, contra pręlatos, contra summū pontificem, contra monachos, contra sacerdotum cœlibatum, contra Missæ sacrificium, contra inuocationem sanctorum, contra Ecclesiæ sacramēta, contra sanctos Ecclesiæ doctores prædicarent, imo vt rabidi, furiosiq; canes, detractionibus, mendacijsq; impudentissimis omnem honestatem lacerarent, atq; in omnia debaccharentur sacra. Qui principes quoq; nonnullos dementans traxit eo, vt non magis ad animarum salutem, sed ad monachorū & clericorum bona temporalia inhiarent. Hi igitur sibi non Ecclesiam, sed synagogam Satanæ atq; Antichristianam sectam ædificantes, sese multiplicarunt. Ex quorum tamen apostolis & prędicatoribus multi, q̄modo à vera catholica Ecclesia ante defecerant, ita à matre quoq; sua adultera, hoc est, hęretica Lutherana Ecclesia deficiētes, denuo aliam multo adhuc corruptiorem sibi Ecclesiam finxerunt: & ex his alij itē multi sibi constituerunt aliam ab alijs difformem. Itaque varias inter se pugnantes Ecclesias & multas sibi erexerunt, non minus à se mutuo dissidentes, quā à vera Ecclesia orthodoxa & catholica. Quæ tamen omnes inter se in hoc vno consentiunt, vt Ecclesiam illam, quam à Christo recipimus, & quæ in hæc tempora durauit, durabitque vsque in finem, persequantur, lacerent & scindant. Eam ob rem, vt primo dixi, cum Lutherani dicant: Hic est Christus, nobiscum scilicet: ediuerso Carolostodiani aut Zuuingliani pugnant, dicentes contra hæreticam suam matrem: Nō vobiscum, sed nobiscum est Christus. Quibus Anabaptistæ repugnantes, aliam constituunt Ecclesiam. Et vix est ciuitas aut dominium exiguum, seu ditio aliqua: imo vix est pastor apud eos, qui alteri vicino in omnibus consentiat. Quoniam in rebellione, superbia & carnali concupiscentia hæc ab initio hæreticorum Ecclesia fundata est. Ideo sicut cœpit, ita proficit, & ita perseuerabit, vt ne inter hæreticos vigesimus quidem Luthero per omnia consentiat. Sed quotquot pene prædicantes, tot inter eos sunt dogmata. Iam vide Ecclesiam catholicā orthodoxam à Christo

Lutherani quō etiam à suo Luthero in peiꝰ deficientes, inter sese dissentiāt.

Hæretici in quo solo conueniant.

Hæresis Lutherana fundamentū cuiusmodi.

sto

Ecclesia catholica q̃ facile ab hęreticorum cõgregationibus discernatur

sto eandem, hucusq; manentẽ, in qua Christus, in qua apostoli, in qua omnes, quotquot fuere martyres, quotquot fuere confessores, quotquot miraculis, signis & prodigijs diuinis fuerunt clari, quotquot sancti, quotquot doctores Ecclesiastici recepti, quotquot deniq; Ecclesiasticis & probatis concilijs interfuere, vixerunt: & tunc e regione statue perditissimorum, fidefragorum, apostatarum, aliorumque inde nascentium, & inter se acerbissime digladiantium, sectas infra triginta annos natas, & introeat, vel idiota, vel paganus priuato affectu carens, & interrogetur, vbi sit Christus, vbi Ecclesia: num alibi, dicet, quam vbi semper fuit, & est, & erit? Hoc est, apud eos, quibus seipsum tradidit, & ex quibus Ecclesiam sibi constituit, quæ in præsentẽ perseuerat diem? Nonne apud eam, quę hactenus inter tot impugnationes hæreticorum sola perstitit & vna, & huc vsq; perseuerat, perseuerabitq; vsq; in finem mundi? Quotquot igitur ab illa deficiunt, quotquot ab ea se separant, plane hæretici sunt.

Matth. 7

Quibus ouiũ vestimentis occultauerint se olim hæretici, quibusq; hodie.

Sed dicit quis: Olim hæretici se macerabant ieiunijs, erogabant eleemosynas, faciebant orationes multas, atque huiusmodi ouium vestimentis se (vt ait Christus) contegebant. Hi vero non minus ieiunia virtutumq; odiũt exercitia, quam diabolus crucem. Quomodo sunt igitur ouium vestimentis induti? Dicẽdum, quum adhuc ferueret charitas in Ecclesia, quisquis habebat charitatem, quo eandem habuit maiorem, ea maiora, perfectioraq; fecit opera. Tũc ergo quasi viros perfectos simulabãt se hæretici, in omni continentia & castitate, quo fallerẽt homines iuxta exteriorem hominis faciem sanctitatem æstimantes: nunc vero cum refriguit deuotio, refriguit charitas, & ad effrenem luxum prosiliãt omnia, etiam hæretici aliũ inuenerunt modum se palliãdi. Cum enim nolint pijs vacare operibus, alia huic tempori magis cõgrua fallunt impostura, puta vt scripturis perperam interpretandis vtantur, nihil, q̃d manifeste in scriptura non habetur, recipiant, bona opera, externaq; damnẽt, sola fide se asserãt saluãdos. Eos vero, q bona opera agũt, derideãt, illis insultẽt, qui Ecclesiæ obseruãt præcepta, illis exprobrent, ꝙ suis operibus exinanire velint dñi redemptionem, quod in operibus suis confidãt, hisq; mercari velint regnum cœlorũ: contra vero, eorum fidem prædicent excellentissimam, glorientur, quod nihil boni operis agunt, vnde sibi mercedem sperent reddendam. Hoc modo de mundo, qui nunc totus est carnalis, infinitũ gregem, qui se sequatur, inueniunt.

Matth. 24

Matt. 7 Vestimenta ouium verã [...] sint.

Attendite igitur filij ab illis falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Ouium sunt vestimenta hodie, scriptura sacra, verbũ Dei, Euangelium iuxta literam: cuius nullã recipiunt vel Ecclesiæ, vel sacri doctoris expositionem, sed suam tantum, hãcq; adeo latam, vt quicq; detrahunt, mordeantq;, dicant verbum Dei. Hoc itaq; verbo Dei deprauato abutuntur, sub hoc se fuco muniunt, omnemq; idcirco Ecclesiasticam obedientiam explodũt. Hæc itaq; Ecclesia Lutheranorum intra triginta annos nata, & aliæ inde Ecclesiæ Satanæ, quasi ex vipera pariente eruptæ, nunquid Ecclesia seu Ecclesiæ (nihil em̃ fortasse apud eos refert Ecclesiæ (nihil em̃ fortasse apud eos refert Ecclesiarum, tum varietas, tum multitudo) dicendæ sunt? Minime.

Ex qibus fructibus hodierni cognoscũtur hæretici.

Manẽdum igitur in ea Ecclesia, quæ fuit, est, & erit semp vna & sola. Nam illorum hæresiarchas ex eorũ fructibus cognoscetis. Qui enim fructus sunt eorum, nisi dolosę circumuentiones, impostura, rebellio, inobedientia, maledicentia, nulla castitas, sobrietas nulla, temeritas, animositas, derisio, persequutio, rapina, ad exilium relegatio, bene agendi prohibitio, cultus diuini proscriptio, & totius Ecclesiastici status, ordinis, ritusq;, ac omnium sacrorum exterminium? adeo vt inter Turcas & Arabes præstaret viuere, quã inter perfidos hos corruptissimæ fidei Antichristianos.

Lutheranis nunq̃ fuisse hæreticos pestilentiores.

Credite mihi, clamãt ore verbum Dei, clamant Euangelium, sed nõ fuerunt vnquam hæretici, in quorum vita minus eluxit de verbo Dei, quam apud illos perditos homines ad malefaciendum natos. Vbi enim persuasum illis fuerit, vt peccata omnia eorum sint dimissa absque vlla confessione, & vt pro illis nullam pœnitẽtiam teneantur agere, vt nullũ sit quoque purgatorium, quo nondum purgati mundentur: sed cruenti etiam animarũ cidæ, & quotquot fuerint scelerati, modo dicant: Deus propitius esto mihi peccatori, licet in hęresi, in peccatis suis obstinati maneant, ilico ad æterna gaudia euolabunt, ea scilicet, quæ Mahumetus suis, quos dementauit, promisit.

Lucæ 18

Attendite igitur filij, cauete vobis à falsis illis ꝓphetis, à seducto-

Matth. 7 ductoribus, ab Antichristianis, qui ore tā-
tum laudant Euangelium, Christum ore
ac verbis confitentur, vita autem & operi-
Matth. 7 bus negant. Ne patiamini vos seduci, vt la-
tam viam perditionis, quā paulo ante hoc
Euangelium dominus cauendam monu-
it, ingrediamini. Quam reuera illos ample
cti, & arctam viam, quę ducit ad vitam, exe
crari, nemo nisi totus cæcus non dicet. In
manifesto eorum est vita plusquam paga-
nica, sine cultu, sine deuotione, sine affecti
one, sine Dei amore, sine pace, sine obediē
tia, & (vt dici solet) sine cruce, sine luce, sine
Deo. Videte igitur, quam inanis & stul
ta eorum est gloriatio dicentium, aut per
Lutherum, aut per eius (vt ipsimet vo-
cant) antesignanum Erasmum Euangeli-
um in lucem venisse. Absit autem, vt ante
nō habuerimus Euangelium, à castis, san-
ctisq; viris optime de Ecclesia meritis, Au
gustino, Hieronymo, Ambrosio, Hilario,
Chrysostomo, cum innumeris alijs expla
natum, quamuis hæc tempora poposcerūt
in scriptura diligentius versari, & scrutari
eas penitius: quo vafriciei hæreticorū, qui
scripturas à genuino sensu ad suas impie-
tates detorquent, catholici doctores re-
spondeant, atque eorum tumidam animo
sitatem obtundant. Absit, inquam, vt Mo-
ria, Antibarbarorum, puerorum colloqa,
multaque alia sint Euangelium. Absit eti-
am, vt Lutheri blasphemias Euangelij no
mine Christianus aliquis dignetur. Nobis
nunquam Euangelium fuit absconditum.
Hoc ab initio in Ecclesia claruit semper.

Erasmus vt fuerit antesignanus Lutheri.

Erasmi opuscula vt repugnent Euāgelio.

Cæterum quod ipsi vocant Euangeliū, & verbum Dei, vtinam semper sub scamno latuisset. Vtinam temeritas tanta hominibus ad rebellandum, tam effrenis ad peccandum licentia nunquam prędicata, nunquam data fuisset. Sed oportebat hęreticos tutari famam. Oportebat eos ita docere, q̄ modo viuunt, quo persuadeant plebi sic licere, & hoc per adulteratam sacram scripturam, & à vero ad impium sensum aliquem contortam, quo plebi indoctæ satisfaciāt de turpi sua vita, & homines ad contemptum Ecclesię inuitent. Verum quia, vt est omniū hęreticorum consuetudo, per fas, nefasq; sua impia dogmata quærūt dilatare, & pctā nostra nunc exigunt, vt illi numerum pctōrum suorum impleāt: nos vero Dei, sanctorumque blasphemias, impietates, Ecclesiæq; contemptum videntes dolore torqueamur. Proficiāt quidem ipsi semper in peius, vt sordescāt magis adhuc, & seducti alios quoq; seducant. Itaq; nos illos interim intelligimus, à quibus tanquam à dolosis peruersorum dogmatum fabricatoribus cauendum nobis dominus monet. Ipsi arbores sunt malæ, quia iam eradicatę, excisęq;, & quatenus fructum bonum attinet, steriles: seductionum vero & seditionum introductores callidissimi, fœcundissimiq;, qui tempore opportuno ab eo, cui modo seruiunt, superbiæ, inobedientiæ, detractionum, spoliorumq; ac aliorum pctōrum suorum stipendia recipient. Neque enim illis proderit, quod dixerint modo: Domine, domine, quia non faciūt voluntatem ipsius. Quin etiam ab alijs ei (licet non minus propterea laudato) laudes & preces tollunt. Ieiunia, vitiorumque prohibēt mortificationes, opera bona studiaq;, quæ ipse in nobis & nobiscum operatur, ipsi damnant, atq; ex diametro contra Christi pugnant Ecclesiam. Vos autem filij charissimi, quicquid illi obganniant, rideant, obstrepāt, sicut didicistis, sicut ab antecessoribus accepistis vestris. Deum timete, Deum honorate, Deū diligite, Deo obedite, hoc est non solum præceptis eius, quæ in scriptura sancta vobis mandat, sed & vbi præpositis, prælatis, potestatiq; vos subijcit, ibi subiecti estote magistris & prælatis vestris, imo sicut scriptum est, omni etiam creaturæ propter Deum. Non oportet vt omnia sint in scriptura (quæ vobis à prælatis, aut dominis vestris iubentur) expressa, quandoquidem satis adstringit vos verbum Dei ad obedientiam, q̄d hominibus vos subijcit, illisq; vt obediatis p̄cipit.

Consuetudo hæreticorum oim quæ sit.

Apoc. 20

Iob. 13 Iudæ 1

Lutheranorum exercitia quæ sint.

Matth. 25

1. Petri 3

Sed quare (inquis) hæreticos lupis cō parat dominus? Dicendū primo, quia lupus pastoris obseruat dormitionem, vt ouem strangulet. Hoc modo hæretici quoque vtuntur, mortiferum semen suum seminantes dormitantibus prelatis. De quo habemus parabolam à Christo similem dictam de eo qui bonum semē seminauerat in agro, in quo tamen paulo post apparuerunt zizania. Interrogatus itaq; dn̄s, vnde zizania in bono crescerēt agro & inter bonum semen, respondit: Cū dormirent homines, id est, cum non vigilarēt prælati & domini, venit inimicus eius, & superseminauit zizania. Permittit aūt dominus hoc fieri, vt pastores vigiles teneat. Nā Augu-

Ambros. Lupis cur assimilentur hæretici.

Marc. 13

Augustin. stinus, Ideo, inqt, diuina prouidentia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit, vt cum interrogant nos ea, quæ nescimus, discutiamus pigritiam nostram, & diuinas scripturas reuoluamus. Dicit autem &
1. Cor. 11 Apostolus: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Secundo, quia luporum est studium gregem dispergere, non adunare, vt in Ioanne habemus:
Ioan. 10 Lupus autem rapit & dispergit oues. Ali-
Lucæ 11 bicq; Christus: Qui non colligit, inquit, mecum, dispergit. Vocantur autem hæretici hic non solum lupi, sed lupi etiam rapaces.
Lupi rapaces cur vocentur hæretici. Quia genuinũ sensum sacrę scripturæ auferunt & abscondũt: erroneum autem sensum, quem sibi finxerunt, illius loco mendaciter supponunt, quia scripturis non vtuntur, nisi vbi illam ad errorum suorum possunt vertere confirmationem. Neq; em̃ docere volunt, sed seducere: sed ea, quæ in scripturis sibi contraria sunt, tacent. Exponunt scripturas quidem, sed quęrunt, non quid dicat scriptura, sed quid ipsi dictum velint, vt hoc inde extrahant, quod persuadere volũt hominibus. Sed vobis ore Pauli loquitur Ecclesia vera, Ecclesia catholica, Ecclesia orthodoxa: Licet nos, aut an-
Galat. 1 gelus de cœlo euangelizet vobis pręter id, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædixi, & nunc iterum dico: Si quis vobis euãgelizauerit præter id, quod
P accepistis, anathema sit. Hæc ad cor verba filij recipite. Ecclesia mille quingentis, & amplius, annis, hoc docuit, quod eadem nunc hodie quoq; docet. Illud seruate, & siue Lutherus, siue Oecolampadius, siue Zvuinglius, seu alij pseudo apostoli Antichristi, q in suis nunc præcursoribus, quæ facturus est ipse, pręludit, vobis aliud euangelizauerint, quam hactenus ab Ecclesia vobis euangelizatum est, anathema sit. Et de hoc plus, quam satis. Si interrogare nunc pergis, cur bonæ arbori Christus hominem comparauerit. Dico illum non leui, aut vulgata id ratione fecisse. Primo enim, nisi radicem arbor habeat integram ac sanam, & nisi humorẽ, fomitemq; habeat vnde nutriatur (iuxta illud Iob: Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere catarectum sine aqua?) necesse est vt pereat. Radix hominis sancti, qui crescere debet & pfici, est charitas. Hęc si viuat in homine, nobiles fructus producit: non enim potest ignobiles producere, quippe quæ præstat arbori, id est, homini, folia, flores & fructus, hoc est, verba, consilia & opera secundum Deum, & in Deum ordinata. Si enim radix sancta, & rami. Si radix nutritur, fœcundantur & rami. Radix autem, vt dixi, est charitas, qua operamur bonum, & vnde habet opus, vt vocetur bonum. Inde enim surgit arboris fœcunditas, Inde folia, flores & fructus generantur. Hoc est, inde verborum vtilitas oritur, inde prudentia in consilijs, inde sanctitas intentionis in opere lucet. Iuste igitur arbori comparatur homo, cuius omnia virent ex radice charitatis. Quam nobis semper adesse, virere, crescereque faciat dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

[Margin: Arbori bonæ Christus hominem comparauerit. Iob 8] [Margin: Roma. 11]

DOMINICA IX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola B. Pauli apostoli I. ad Corinthios X.

XVIII. NON simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidã
Exodi 32 ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidem ex ipsis fornicati sunt,
Nume. 25 & ceciderunt vno die viginti tria milia. Neque tente-
Nume. 21 mus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus pe-
Exodi 16 & 17 rierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerũt,
Num. 16 & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebãt illis. Scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Ten-

tatio

tatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Beatissimus Paulus apostolus, vbi multa Dei beneficia ad Corinthios scribēs, Iudęis exhibita recēsuit, quę in figura illis cōtingebant, vt beneficia Christianis eadem vere exhibenda significarēt, tandem etiam Iudæorū taxat ingratitudinem, q post transitum maris rubri, post angelorū cibum illis pręstitum, post potū spiritualem ad promissam hæreditatē nō peruenerūt, sed peccatis illorū exigentibus perierunt in deserto, volēs significare Christianis quoq; similia mala parata, si post baptismi gratiā, post Eucharistiæ, hoc est, corporis & sanguinis Christi sumptionem, si deniq; post alia bñficia permulta ingrati peccauerint. Iudæorū enim bona à Deo recepta, & mala per ingratitudinē suā perpessa nobis sunt in figurā, & vt caueamus, nos cōmonefaciunt. Seqtur itaq; hodierna lectio. Non igitur simus cōcupiscentes malorū, dehortante nos quoq; Ecclesiastico, ac dicente: Post cōcupiscentias tuas non eas. Qđ quidam Iudæorū nō fecerunt, qui cibos Aegypti, carnes scilicet, post manna per concupiscentiā petierunt. Nos vero cōcupiscentijs frænatis & profligatis iuxta rationem viuamus, ne similes simus incredulis & rebellibus illis, qui tentauerunt Deū in cordibus suis, vt peterēt escas animabus suis. Neq; idololatriæ, inquit, sicut quidam ex illis efficiamini, qui adorauerant vitulum aureum, dum Moses foret in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quemadmodū in Exodo scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, hoc est, post esum & potum ceperunt in vituli honorem ludos & choreas ducere. Neq; fornicemur, sicut quidā eorum fornicati sunt, puta qui cum filiabus Madian de earum sacrificijs edentes, & adorantes earum deos, fornicati sunt. Quamobrem in vltionem peccati ceciderunt in vna die viginti tria milia. Occisi autem sunt hi, qui peccauerunt, ab alijs fratribus suis filijs Israel, Mose id iubēte. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tētauerunt. Tentando Deū etiā Christum secundū diuinitatē tentauerūt. Christus em̄ Deus, & patri coæternus est. Ideo ad Hebræos dicit Apostolus: Christus Iesus heri & hodie, ipse & ante secula. Nā dū filij Israel castra metarentur in Raphidim, vbi non erat aqua, iurgati sunt cōtra Mosen pro penuria aquæ, & ꝙ illos de Aegypto eduxisset in solitudinem, vbi non esset aqua, tentaueruntq; dominum, dicentes: Est ne Deus in nobis, an non? Propter perfidiam itaq; hanc & diffidentiam, misit in illos dominus ignitos serpentes, qui eos mordentes necarent, vt in Numeris legitur: Ideo dicitur hic, quod à serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, aut cōtra Deum, aut contra superiores, prælatos, ac proximos vestros, sicut quidam Israelitarū murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, id est, ab angelo percutiente, qui eos exterminauit de terra promissionis, nō vt illos de terra quam ingressi essent ejceret, sed vt vltione præueniēte eos, ne ingrederentur, præpediret. Sæpenumero enim murmurauerunt contra dominum & Mosen. Nam filij Core, Dathan quoq; & Abiron, quos cum illorum filijs & habitaculis terra se aperiens deglutiuit, vniuersaq; multitudo murmurauit, quorum magna sæpe turba prostrata est in deserto, donec ad vnum omnes, quotquot de terra Aegypti exierāt in deserto, per quadraginta annos consumpti sunt, præter Caleph & Iosue. Hi soli ex numerosa illa multitudine, qui egressi de Aegypto fuerunt terrā promissionis cū filijs eorū, qui in itinere perierant, in deserto natis introierūt. B Hæc autem omnia supplicia in figura illis contingebant, quæ nobis significarēt maiora tormenta parata, si illorum fuerimus imitati pctā. Scripta sunt autem propter nostram correctionem, vnde à peccatis eorū exēplo deterreamur. Propter nos, inquā, in quos fines seculorum, vltimaq; mundi ætas deuenit, scripta sunt, qui hæc lecturi sumus. Itaque nemo sit securus, sed qui etiam se existimat stare (Existimat, inquam, quia nescit, an stet, nec ne, & falli potest) Videat tamē de futuro suo statu magis incertus,

Marginal notes: Exodi 14. & 17; Eccle. 18; Num. 11; Psalm. 77; Exod. 32; Ibidem.; Nume. 25; Hebr. 13; Exod. 17; Nume. 21; Num. 16; Num. 14

certus, ne cadat. Itaq; cauete, tãetsi labi vos cõtingat, ne cadatis. Tẽtatio vos nõ apprehendat, hoc est, in consensum nõ pertrahat nisi humana, puta quæ est de culpis venialibus, & primis motibus peccatorum grauiorum, sine quibus leuioribus hic nõ viuitur. Ideo autem fit tẽtatio vestra humana, vt inde sicut hoĩes crescatis ad meliora, non quo vitijs, vt dæmones, succumbatis.
Matth. 28 Fidelis autem est Deus, & verax in promissione, qui dixit: Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad consummationẽ seculi, quia non patietur vos tẽtari supra vestras vires, siue naturæ siue gratiæ, sed faciet etiam cum tẽtatione prouentum, hoc est, vtilitatem in vobis operans, seu profectum spiritualem, dãsq; vobis gratiam, fortitudinemq; resistendi, vt possitis sustinere. Nouit enĩ qui nostrã quærit vtilitatem, quando tentationis procellã sinat exurgere, nouit quando & quomodo insurgentes debeat tempestates reprimere. Omnis nanque tentatio, si opem non ferret Deus, vires nostras excederet. Juxta vniuscuiusque igitur vires, tentationes & grauamina moderatur Deus, vt fortioribus maiora det prælia, infirmioribus leuiora.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ nonæ post dominicam sanctæ Trinitatis, Lucæ XVI.

C

RECte post Euangelium proxima superiori dominica nobis pronunciatum, in q̃ non solum mala opera, sed sterilitas q̃que reprobatur arboris, nec malefactores tantum, sed etiam arguuntur ociosi: hodie sequitur Euangelium, in quo consiliũ nobis datur, parabolicaq; similitudo, quomodo prudenter nobis prospiciamus ipsi nunc, ne confundemur, damnemurque in egressu. Nunc igitur de ratione cogitemus reddenda, antequam rationis reddendæ tempus adueniat. Nihil enĩ dominus noster salutare tacet, sed consilia addit consilijs, quia misericordiam suam super nos semper effundere quærit vberiorem: hoc vnum cupiẽs quo nos semper inueniat dignos, in quos misericordiam, salutem, charitatem, dona, beneficiaq; sua effundat. Itaque dicit:

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum.

Quis iste fuerit homo, tametsi quorundam sententiæ variare videantur, nihil tamen refert, cum idem maneat sensus. Nam alij dicũt Christum, alij Deum significari, æqua vtrobiq; est expositio. Siquidẽ Christus cum sit Deus & homo, nõ minus propterea hic intelligitur, si quis per hominẽ velit intelligi Deum. De hoc Baruch scribit: Qui fecit stellas, hic Deus noster est. Et post hæc in terris visus est, & cũ hoĩbus cõuersatus est. Dicitur autem Deus pater q̃q; homo, vt ibi: Simile est regnum cœlorum homini regi, q fecit nuptias filio suo. Propter benignitatem enim diuinæ clementiæ, qua nobis condescendit, nosque humaniter ac misericorditer tractat, non incongrue homo dicitur. Dicamus igitur: Homo quidam, hoc est, Christus erat diues. Sed quomodo, inquis, Christus, qui extremam hic paupertatẽ pertulit, homo erat diues? Audi: Cũ esset diues, inq̃t Apostolus, pro nobis egenus factus est, vt eius inopia nos ditaremur. Quantum ad vsum attinet rerum temporalium, & iuxta humanam conuersationem, nihil in hoc mũdo Christus proprium habuit, cuius tamen mundus erat, & omnia quæ in eo sunt. Secundum diuinitatem nanque ei cum patre eadem est opulentia, eadem maiestas, vnaq; plenitudo. Secuudum diuinitatem quoq; diues est in thesauris corporalibus. Cuius enim sunt omnia, qui nullius eget, solus beatus, & in se perfectus, quomodo hic diues dici non debet, si quispiã vocandus est diues? Ipse igitur solus est dominus rerum temporalium: nos vero tantum eius sumus dispensatores. Deinde, quõ egenus potuit fieri iuxta assumptam naturam humanã, nisi qui ante fuerit diues? sicut Apostolus dicit: Cum esset diues, ꝓ nobis egenus factus est. Deinde in sp̃ualibus diues est, sicut Ephesijs scribit Paulus, dicẽs: Deus autem qui diues est in misericordia. Est tertio diues in cœlestibus, vt Psalmus affirmat: Gloria & diuitiæ in domo eius. Itaque in exterioribus quidem & humanis vsibus filius hominis non habuit, vbi caput suum reclinaret, licet id paupertatis & inopiæ non propter se, sed propter nos, vt spiri

Homo ille diues qui fuerit.
Baruc. 3
Matth. 22
Christus quõ fuerit diues.
2. Cor. 8
Ioan. 1
2. Cor. 8
Ephes. 2
Psalm. 111
Lucæ 9
Matth. 8

D

spiritualibus nos per eum diuitijs impleremur, sustinuit.

Qui habebat villicum.

Villicus Dei seu Christi homo est, in spiritualibus quidem prælatus, in tēporalibus princeps, in vtrisque nihilominus quilibet Christianus. Accipitur autem hic villicus pro œconomo aut dispensatore. Omnes itaq; nos sumus huius diuitis & domini serui ac dispensatores. Nemo enim non aliquod sibi ab eo commissum, vt negocietur, talentum accepit: quod vnicuique idcirco vt illud multiplicet, commisit, non quo fiat ipse ditior, sed vt nos faciat ditiores, & pro fidelitate nos remuneret: si tñ non nostrū commodū aut vtilitatem temporalem, sed illius quærimus honorem. Sumus enim eius serui ac dispensatores seu villici. Nec tamen nos elegimus eum, sed ipse elegit nos, & posuit nos, vt eamus & fructum adferamus, & fructus noster maneat. Commisit nobis bona sua, naturæ scilicet dona, fortunę quoque, quę sunt temporalia, & mutabilia, item & bona gratiæ: quæ omnia in alios dispēsemus, quibusque vtamur ad gloriam eius, & quę vt ipse dicit, ponamus ad spiritualem vsuram, vt lucrum nobis (vbi proximis eadē diuiserimus & vbi bonorum nostrorum, hoc est, bonorum à domino acceptorum alios participes fecerimus) duplicatum ad nos redeat.

Ioan. 15

Matt. 25 Luce 19

Et hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona ipsius.

Rom. 8 1.Cor. 7

Vt ante dixi, vnusque est domini villicus, quia nemo est qui non à domino acceperit bona, nemo eius bonis non vtitur. Propterea solus ipse vocatur diues, q à nemine aliquid accipit, omnes autem ab eo. Pro his itaque quæ tu recepisti, scilicet p corpore, pro anima, pro vtriusque hominis dotibus ac viribus, puta pro ingenio, memoria, robore, pulchritudine, pro nobilitate, honore, diuitijs, pro amicitia quoque hominum & gratia inter homines cōuersandi, teneberis tēpore opportuno rationem Deo reddere. Nihil enim habes q̄d non accepisti. Et ipse execrabitur iuste, si suis acceptis donis ad sui contumeliam tu vsus fueris. In temporali enim dispensatione humana totum est domini, quicquid de negociatione aut labore serui partum fuerit. Deus autem & dominus noster vtilitatem omnem in his, quæ seruis suis commisit, relinquit illis, modo ad honorē Dei, & iuxta eiusdem beneplacitum hæc expendant. Sed villicum hunc quis diffamat apud dominum? Clamat certe contra nos diabolus, qui ab angelo accusator vocatur fratrum nostrorum, hoc est, hominum, q̄s angeli sancti non dedignantur agnoscere fratres. Accusant nos opera nostra, diffamat tandem propria conscientia. Itaq; diffamatur villicus, quod bona domini dissipauerit. Hoc dominus sæpe in prophetis contra animam conqueritur adulteram, quod aurum & argentum, panem & vinū, aliaque monilia & preciosa, quæ illi dederat dominus, donabat ipsa amatoribus suis, cum quibus fornicabatur. Sic tu quoq; si ad voluptatem, si ad gloriam propriam, si denique ad domini tui iniuriam ac contumeliam donis Dei fueris abusus, mox huius rei fama, operumque tuorum clamor (vt in Genesi legimus de Sodoma) ad dominum ascendens te accusabit.

Pro quib. ratio reddenda sit Deo.

1.Cor. 4

Apoc. 12 Accusatores nostri ante Deū sunt.

Esaie 54 Ezec. 16. 18 Osee 4

Gene. 18

Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, Iam enim non poteris villicare.

E

Deus vt vocet hominem prædicatione

Multipliciter hominem dominus vocat. Vocat prædicatione. Nam dum verbū Dei audis, si compungeris, si vitam mutare decernis, si peccata deserere proponis, intra te est, in corde tuo quoque est, qui te vocat. Extra quidem vocat per Dei verbum, siue lectum, siue prædicatum, siue meditatum id fuerit, intus per inspirationem.

Deus quō vocet alieno exēplo

Vocat deinde exemplo alieno, aut consolando, aut terrendo. Ante oculos tuos moritur homo qui bene vixit, qui Deum timuit, Dei honorem zelatus est, Dei seruauit mandata. Moritur autem, sed prius de peccatis suis dolens confitetur, & in bona fiducia ad Deum emigrat. Vide quid tum cogitas. O quam iucundum foret sic bene ad mortem dispositum mori, & tranquille ab omni desperationis metu, aut pusillanimitate ex hoc mūdo egredi. Quā felix est, qui hic vixit, vt felix quoque moriatur. Vtinam ego huiusmodi mortem felicem inueniam. Hæc cogitans tecum loqueris. Hic itaque vocat te dominus: vocatio tui est ad meliorem vitam. Vides scēleratum alium iuxta aleam occidi, aut iuxta concubinam mortuum inuentum,

aut ebrietati mortem sociasse. Terreris, parum habens spei de illius salute, quem in peccatis suis (vt timendum est) impœnitẽtem vides obijsse mortem. Times tibi (quãdoquidem paria meruisses) similia euenire. Statuis igitur te corrigere, meliorique quam ante hac vita Deo seruire. Et hic à domino vocaris. Vocaris tertio infirmitate, paupertate, carcere, ignominia, & alijs incommodis multis. In quibus vt ad cor redeas, vt vitam in meliora mutes, vt ad Deum te conuertas, tibi inspiratur. Hodie igitur filij, id est, non vltra aut longius differendo, si domini vocem, si vocationem hanc audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sequitur enim vltima vocatio, postquam remorari aut dissimulare non licet diutius. Hæc aũt vocatio vltima fit hora, qua non putatis. Erit enim vobis incertum, quando dominus venerit, an mane, an vespere, an in galli cantu. Ideo horam illam præmeditemini, præueniatis, vt in quacunque vigilia, siue hæc dicatur prima, siue media, siue vltima, dominus venerit, hoc est, siue in pueritia, siue in iuuentute, siue in senectute vos dominus vocauerit, inueniat vos vigilantes & paratos, vt pulsanti, confestim aperiatis. Secundum Chrysostomum Deus vocat, quando timore mortis concutit hominem, huncque propria conscientia reprehendit. Dicit enim: Quotidie nobis talia exclamat dominus, ostendens fruentem in meridie sospitate, postquam vesperascit, exanimem: & alium inter prandia expirantem, & diuersi diuersimode ab hac villicatiõe discedimus

Deus qui vocet ad se infirmitate.

Psal. 94

Deus vti vocet per mortem.

Mar. 13

Luc. 12

Chrysost.

F

Dicit itaque dominus villico: Quid hoc audio de te? Dissipas bona mea tibi in salutem data. Abuteris in tempore, ætate, viribus, pulchritudine alijsque donis meis, quæ ad luxum & voluptatem, tibi, & alijs in perniciem conuertis. Redde rationem, hoc est, para te ad reddendam rationem villicationis tuæ. Siquidem post hac non villicabis, quia villicandi tempus iam finitum est, & in proximo est, vt ex hac vita demigres. Videtis filij, cuiusmodi onus nobis incumbat. Dona Dei multa recepimus. (Quid enim habemus quod non sit Dei donum?) De singulis rationem nos reddere oportet. Sed quid charissimi de operibus respondebimus, qui vnam non possumus excusare cogitationem? Et tamen discutiemur etiam de cogitationibus

1. Cor. 4

& verbis ociosis. Si quid enim in nobis vel ociose dictum cogitatumve inuentum fuerit per pœnitentiam non deletum, de hoc à nobis exigetur certa, indubitataque ratio: nec minima culpa carebit supplicio. Videbimus autem tunc infinitas culpas quas modo in nobis non videmus. Et hæc potissima est ratio, quare etiam Deum timentes & pij homines, qui nihil temporale diligunt, hanc vltimam horam formident. Ad hanc rationem reddendam, nihil prodest magis, nihil tam efficaciter succurrit, quam vera profundissimaque humilitas, quæ de se suisque omnibus operibus desperans, subijcit se Deo, & indignam se æstimat, non solum regno cœlorum, sed etiam gratia & quouis vel exiguo beneficio Dei. Nihil igitur in suis confidens meritis misericordiam Dei vnam postulat: huic credit, huic se committit, dicens: Misericordissime Deus nõ est in me bonum, nec ratio quare salues me. Ex me quidẽ desperare possem, sed in te est vnde non diffidere debeo. Vna est nanque ratio quare ad te clamo, quare in te spero. Misericordia tua est magna & infinita. Miserere igitur mei Deus obsecro, secundum magnam misericordiam tuam.

Iudicii ho[...] ra cur e[...] pijs ti[...] da sit

Ratioui reddend[...] qd suff[...] getur m[...] xime.

Psal. 50

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco.

Timor periculaque sæpe incautos ad mentem reducunt. Sic contigit huic villico quoque, vt tunc tractaret quomodo euaderet, cum immineret periculum. Tu vero antequam periculum incideris, illud præmeditare futurum, ac tibi prospice. Propterea hortatur nos Paulus, dicens: Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Christus quoque: Ambulate, inquit, dum lucem habetis, & dum dies est. Et Salomon: Quodcunque potest manus tua instanter operare: quia nec opes, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ait itaque villicus intra se: Quid faciã? Non tractauit cũ amicis, nõ doctores consuluit: quia in hac re amici nihil tibi prodesse possunt. Nemo in rem tuã tibi, sed oẽs quod sibi profit, consulunt. In teipso igitur, quomodo prospiciendum tibi sit, vt felicem horam inuenias, cõsidera. Aut eñ vt te pares ad rationẽ red-

Gal. 6

Ioan. 12

Eccl. 9

reddendam, aut modo, quamdiu supplicã di tempus est, vt cum domino tractes, veniam petens & misericordiam, necesse est. Deinde vide, quia non dicit, Quid dicã? Omnis enim tunc eloquentia muta erit. Nulla iuuabit excusatio, quia aperta & nuda erunt omnia coram Deo. Vidit igitur, quia nihil poterat tunc verbis excusari, ideo dicit: Quid faciam? Fodere non valeo, id est, assuetus non sum dura pœnitentiæ opera agere, ieiunare nõ valeo. Corporis me grauat afflictio, & totus pœnitentiæ rigor mihi contrarius est, ætas, complexio tenera & delicata consuetudoq; inolita me faciunt ad laborem ad corporis exercitationẽ, & ad fructus pœnitentiæ dignos ineptum. Mendicare erubesco. Ab alijs suffragia, intercessionesque mendicare erubesco meritorum. Omnes enim ipsi egent misericordia Dei, & nemo est qui credere ausit ad salutem sibi non deficere sua. Accedit quod circa rationem reddendam tunc mendicãdi tempus nullum restat.

Rom. 13

G

Scio quid faciam, vt cũ amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

Sibi vtile consilium prospexit, quo haberet, vt sustentaretur amotus ab officio suo. Neque enim domino suo, sed sibi vtiliter consuluit. Est igitur hæc similitudo non in omnibus imitabilis, sed in hoc tantum, quod in hac vita prospiciamus nobis, prudenterque videamus, ne vndiq; videamus, ne vndique maneamus exclusi & desolati. Est itaque hæc parabolę significatio: Cum opera magna pœnitentiæ agere non sufficimus, misericordijs pauperum peccata nostra redimamus. Indicat enĩ nobis dominus quam sapienter fecerimus, si de bonis suis (omnia enim nostra ipsius sunt) pauperibus largiamur, facientes eos amicos de mammona iniquitatis. Vocant enim diuitiæ iniquitatis, i. inęqualitatis, q͠a inequaliter sunt distributæ: Nẽpe vt vnus abundet, alius egeat. De his itaque diuitijs (licet sint domini) vtiliter nobis prospicimus, si mendicis eas erogamus, si nobis in paupibus q̃rimus amicos, q suis nos apud Deũ iuuẽt oratiõibus, atq; adeo eleemosyna ipsa ꝓ nobis clamet ad Deũ, sicut scriptum est: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad dominum.

Dani. 4

Lucæ 16

Eccl. 29

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe qnquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Ait illi: Accipe litras tuas, & scribe octuaginta.

H

Conuocat villicus hic suos debitores, qui erant quoque debitores domini sui. Vocantur autem debitores domini, quia omnia quæ possidenda hic recepimus, quibus q; vtimur, domini sunt. Erant itaque hi, qui fuerunt conuocati, debitores villici tanq̃ dispensatores: sed erant etiã debitores dñi, cuius bona tractabãt. Sic q tibi debent, sunt debitores tui, puta pensionarij tui, iuxta hoc qͦd tu æconomus es bonorum domini. Dicũtur autem nihilominus debitores Dei, idque præcipue, quia q̃ dispensas, omnia sunt Dei. Iuxta hunc intellectum non inique fecisset villicus, qui sua bona sibi à domino Deo ad dispensandum commissa, vel pauperibus dederit, vel pauperibus, quæ sibi debebantur, relaxauerit, quia ita potuit suis debitoribus relaxare. Vocantur autem hic (sicut dixi) debitores domini, quia bona quorum ille villicus erat dispensator, erant domini. Secũdum spiritualem itaque sensum tibi licet, imo consultissimum est de rebus, quarum te Deus dispensatorem, & in hoc mundo vice dominum constituit eleemosynas dare, quia das quod potes & debes dare nõ solum consentiente, sed & iubente domino. Secundum autem literam parabolę, villicus ille non legitur adhoc dispensationẽ accepisse, nec sui domini habuisse consensum, vt debita domini sui remitteret. Ideo citra domini consensum debita relaxans, sibi iuxta seculi prudẽtiã benefecit, iniquus tñ est erga dñm, cui fecit fraudem. Nã debitoribus singulis, siue in oleo, siue in tritico partem, hoc est, vni plus, alteri minus dimisit, & in sui commodi vsum hanc donationẽ sibi vsurpauit. Dixit nãque ei, q centũ debebat cados olei: Accipe cautionẽ. i. chirographũ tuũ, & sede cito, & scribe quinquaginta, mediam partem debiti relaxãs. Ad aliũ vero se conuertens, qui cẽtum coros debebat tritici, ait: Accipe literas tuas, & scribe octuaginta, minus illi relaxans q̃

Debitores Dei quinã dicantur

Pri-

primo. Fortasse quia aut hic erat ditior, ille vero pauperior, aut qa in oleo misericordia, in tritico subuentio significať. Quo instruimur, maiorem esse debere compassionem, quæ se vltra posse hominis extendit, quam subuentionem erga proximũ. Hæc enim, id est, subuentio limites & facultates suas non egreditur, illa vero ad impossibilia quoque se extendit.

Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

Laudauit dominus villicum iniquitatis, non quod iniqtatem cõmendaret, sed quod eius ingenium, eiusque probaret calliditatem, qua suam rem bene instruere nouisset. Primum enim dissipauerat bona domini, deinde etiam, ne propterea pati haberet, furabatur etiam dño suo quę donabat. Non igitur eius furtum, sed prudens sollicitudo pro se excogitata laudatur, in admirationemq; venit.

I Prudentiam villici alioqui iniustã cur Deus laudet.

Cæterum quia villici huius hęc non fuit vera dicenda prudentia, cum esset iniusta, tamen eam dominus laudat, inuitare nos volens ad misericordiam, vt nos multo magis simus liberales ac misericordes, & propitij in bonis domini, donantes inuicem & subuenientes, faciamusq; nobis amicos de tẽporalibus bonis: ad quæ pauperibus distribuẽda nõ solum consentit, sed hortatur etiam nos dominus. Nihil eñ damni sustinet diuitiarum, quantumlibet in bonis eius erogandis ad sui honorem & proximorum vtilitatem fuerimus liberales. Dicit autem filios huius seculi amatores scilicet mundi, qui seculo placere & conformari gestiunt, prudentiores, id est, astutiores, filijs lucis: sed hoc in generatione sua carnali & inter suos. Hoc autem ideo dicit, quoniam (vt fere semper videmus) in maiori diligentia maiorique solertia media inuenire norunt ad sua mala implenda, confirmanda, excusandaque, quam boni ad bona stabilienda.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula.

Augusti.

Diuitias vocat mammonam iniquitatis. Solis eñ, vt Augustinus ait, iniqs sunt diuitiæ. Iusti enim etsi temporalia habeãt bona, non tñ ea arbitrantur diuitias, quia non diligunt. Sola enim cœlestia, tanquã diuitias amant. Facite igitur, inqt, vobis amicos de diuitijs iniquitatis. Donate pauperibus, debita remittite, cibate esurientes, sitientes potate, vestiatis nudos, consolemini omnes, vt habeatis amicos, qui vos recipiant, id est, qui coram Deo testimonium ferant eleemosynarum, beneficiorumque vestrorum à vobis acceptorum, rationemque quare sitis in æterna tabernacula recipiẽdi, & quare pro misericordia vobis redděda iterũ sit misericordia, Deo exponãt, pro vobisq; vt retribuatur à Deo omniũ largitore impetrent. Huic consilio filij acquiescite, quia & hinc emigrantes temporalia hic bona relinquetis. Nihil enim prosunt vobis post hanc vitam. Nunc igitur propter Deum in pauperes vestra miserationum viscera aperite, nũc bona huius vitæ, quæ habetis, in indigentes diuidite, vt misericordiam, qa hic proximis vestris impẽditis misericordiã, quoq; à dño consequamini, præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Diuitiæ cur iniquitatis mammona vocent. Matt. 6. Lucæ 16. Prou. Tob.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quare pauperibus sit tribuendum, rationes: & de periculo diuitum.

K

Redde rationem villicatiõis tuę Lucę XVI. Admonent hęc verba vnumquemq; nostrum, omni esse tempore sollicitum paratumq; ad rationẽ vitæ suæ reddendã de oĩbus operibus & negligẽtijs, de bonis quoque ac beneficijs à Deo acceptis, quõ cunctis his vsus fuerit. Omnes, inquã, rationẽ reddemus, quõ priuato omni amore extincto Dei donis ad ipsius gloriam vsi fuerimus, quõque in vtilitatem verterimus ea proximorum.

Ratio pro quib' nobis Deo reddenda sit.

Sumus enim nos villicus ille, cuius hodie meminit Euangelium. Itaque tu à dño, suscepisti bona, & munera ego recepi, recepit alius quoque, tandem nemo est, qui non recepit. Omnes igitur rationem reddere debemus. Recepimus dona corporalia, robur, ingenium, pulchritudinem, aliaque multa bona corporalia, de quibus rationẽ reddemus. Hęc enim villa est vna, cuius omnes sumus villici. Sunt alia bona animæ, quæ recepimus, scientiam, virtutes, animique dotes: & hæc alia est villa nobis commissa. Sũt tertio bona mundana ac temporalia, quæ recepimus

Bona temporalia quæ sint.

Bona animæ quæ

mus:& hæc tertiæ villæ nobis dispensatio est commissa. Sunt postremo singularia multis dona data. Alij enim sunt prælati, alij subditi, alij rectores, qbus singularia multa sunt commissa: & ab vnoquoque, maxime aūt ab his q p̄sunt, districta exigit ratio. Villicorum em̄ quisq; reddet rationem de ingressu, progressu & egressu. Si enim p̄latus es, interrogaberis, discutieris, iudicaberis, quō ad prælationem benefici umq; sis ingressus: an electis, an per amicorum preces promotus, an intrusus. Item si per carnalem lineam, si per virtutem, si per amicorum & potentum timorem intraueris, aut si per munera. Deinde, quomodo gregem paueris, & perierit ne ouicula tibi commissa per tuam negligentiam. Inter omnia enim officia maximum est cura animarum. Accedit ad hæc cura salutis propriæ, cura animæ tuę, vigilantiaque, ne peccato consentias, ne obedias concupiscentię carnis, ne denique ex carne delicate nutrita opprimat spiritus: & rursus ne ex carne nimis afflicta deuotio & spirituale quoque robur intereat. Hanc curam animæ vnusquisque debet sibijpsi. Taceo quid debeant prælati animabus innumeris. In hac ratione autem reddenda si defeceris, non est solum, quod metuas absolutionem ab officio, aut carcerem, sed metuenda sunt etiam æternæ vitę amissio, gehenna, ignis, perpetuaque à Deo separatio. Itaque Deus omnipotens diues ille est, cui dicimus: Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Tu eius es villicus. Cura tibi animæ corporisque commissa est. Sine Deo nihil potes. Veruntamen qui creauit te, inquit Augustinus, sine te, non saluabit te sine te. Non imprudenter hic religiosi faciunt, qui suam curam periculumque abijcientes, prælato ad omnia se subijciunt, eius ductu se regi permittunt, eius obediunt voluntati. Quo fit vt seduci non possint à satana: vtpote non seipsos regentes (& ideo prius illos non seducet amor) sed prælati obtemperantes iussionibus. Hic villicus quum dissipasset omnia domini sui bona, confestim illius accusatio intrauit ad dominum. Vocatus vt rationem redderet, præmeditabatur quid faceret, quo ex periculo liberaretur, & futuras non sentiret molestias. Ita nobis quoque pro-

[Left margin notes, partly cut off: ...natem ...alia q. | ...na sin- ...laria q. | ...pien. 4 | Cura ani...mæ quã ...magnū sit ...officium. | Psal. 88 | Ioan. 15 | Augusti. | Religiosi quam prudenter fa...ciant | L]

uidendum est, vt si non perfectam potuerimus rationem reddere de his, quæ à nobis exiguntur, inueniamus consilium euadendi, post hanc enim vitam, nec fodere valemus, id est, operari, nec mendicare, quia tunc nulla oratio iuuat, vbi misericordiæ præterierit tempus. Modo igitur quamdiu in vita sumus, operemur & mendicemus, aut saltem pauperum memores simus ad benefaciendum illis, vt ipsos intercessores faciamus pro nobis. Venit enim nox, in qua nemo operari potest. Ideo etiam Sapiens monet nos ad formicam accedere, discereque ab ea sapientiam, quę cū nec ducem habeat nec pręceptorem, parat in æstate cibum sibi. Itaque consultum nobis est, vt hunc imitemur villicum, facientes nobis amicos de mammona iniquitatis, qui in æterna nos impetrent recipi tabernacula. Vocantur aūt hic diuitiæ iniquitatis, vel quia inique partæ sunt, vel qa inique, id est, inæqualiter dispensantur, vel quia procurantur nimis solerter, vel qa (vt in plurimum) his homines abutūtur. Has diuitias comparemus à pauperibus, quorum est regnum cœlorum. Ideo enim tu recepisti diuitias, vt eleemosynis & pecunijs Christi erogādis amore emas regnum cœlorum. Vide autē, quam iuste pauperibus subuenire debeas, idque multiplici ratione. Prima, quia ea, quæ possides, tua non sunt, nam si tua sunt, tolle ea, & accipe tecum. Quod tamen facere non possis in morte, omnia hic relinques. Nonne melius tibi foret, vt emeres tibi regnum cœlorum, profundendo, quantum tibi aut prolibus superesse potest, in pauperes, vt sis vir misericordiarum & pietatis vbique studiosus? Sed quid auaris superest? Deest enim tam quod habent, vt Hieronymus sanctus ait, quam quod non habent. Quam libero igitur corde dare deberes, qui scis te aliena largiri, quæ etiā inuitus potes amittere. Dominus dedit (ait Iob) & dominus abstulit. Quāto magis autem vltro sunt ei offerenda? Secunda ratio, quia vt hæc dares, à domino accepisti. Hæc igitur si eius amore iterū erogaueris, plura recipies. Non enim te deseret, quem pietatis inuenerit studiosum. Scriptum nāque est: Iunior fui & senui, & non vidi iustum derelic[illegible]r, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictiōe erit,

Siqui-

[Right margin notes: Ioan. 9 | Prouc. | Lucæ 16 | Diuitiæ cur vocentur iniquitatis. | Matt. 5 | M | Pauperib' subueniendū esse propter multas rationes | 1. Tim. 4 | Eccl. 25 | Hierony. | Iob. 1 | psal. 36 | 2. Cor. 9]

Siquidem cum nihil haberes, ipse dispen-
2.Cor.9 sanda sua tibi bona commisit. Quanto ma
gis augebit incrementa frugũ iustitię tuę,
vbi te viderit accepta bene administrare?

Neminem vnquam passum in opiã q̃ misericors in pauperes fuerit. Crede mihi, nunquam vidi, nullum legi, neminem etiam audiui vnquam, qui ex misericordia, ea quæ habet in eleemosynã impartitur, hoc est, in subuentionem egenis, passum inopiam, nisi fortasse eos, qui inopiam profiteri voluerunt, iuxta consi-
Matt.19 lium Euangelicum: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ possides, & sequere me. Quod sanctus pater Franciscus, alijque multi fecerunt sanctorum. Refundit enim tibi Deus plura, quam tu potes erogare. Neque enim fallit, quod omnibus ad literam quoque est promissum: Date, & dabitur vobis. Consilium igitur hoc
Lucæ 6 Acto.20 obserua Euangelicum, & omni petenti te tribue. Beatius enim est dare, quam accipere.
Tob. 4 Et Tobiæ consilium filium suum instituentis ausculta: Hic enim noli, inquit, auertere faciẽ tuam, ab vllo paupere. Sic enĩ Deus à te quoq; faciem suam nõ auertet.

Tertia ratio est, qa ea, q̃ das, illius sunt, cui das. Quicqd enim tibi supest, nõ tuũ, sed pauperum est: das igitur illis, quorum sunt. Verum adhuc sublimiori deuotione contuendum est, qbus des. Christo enim das, quæcunq; das. Quod Salomõ cogno
1.Par.29 scens: Tua, inquit, sunt oĩa, & quæ de manu tua recepimus, dedimus tibi. Nunqd igit Christo bona vilia ac terrena negabis? Audi tñ lucidius, quomodo des Christo.
Matt:25 Quicqd vni ex minimis meis, inquit, fecistis, hoc mihi fecistis. Da ergo pauperi, qa scis te dare Christo in paupere. Quarta ratio est, quia gratis non das, nec Christo das, quia ille indiget, sed ad tuam das vtili
Psal. 102 tatem, vt coronet te ipse quoque in misericordia & miserationibus. Quapropter in fine quoq; Euangelij hoc hodie nobis inculcãs: Facite, inquit, vobis amicos de mãmona iniquitatis, &c̃. Securus facis, qñqui dem iubens hæc dicit: Nam quod villicus fecit de bonis domini, id domino suo nõ cõsentiente fecit. Tu vero domini tui habes consensum, consilium & mandatum.

N Sed dicit quis: Quid tribuam, qui ni
1.Cor.8 hil possideo, q nihil quod dem, habeo? Di
Nihil possidentes q̃ modo etiã misericordiã exercere valeãt. co: Beatus es fili, qui & ipse de illorum es numero, quorum se Christus vnum constituit, hoc est, pauper & inops. Veruntamen audi, si non defuerit tibi ad alios egenos & miseros compassio, non deerit tibi
Gregori quoque munus, quod egeno tribuas. Nã habes animum dãdi, habes bonã voluntatem, quæ sufficit, si aliud non habes aut potes. Hæc voluntas tibi à domino pro opere computatur. Beatior autem es, qui non solum es in pauperes misericors, sed simul pauperibus alijs in egestate, diuitibus vero clementibus in misericordia ęquaris. Sunt præterea dona alia multa, e quibus difficile est, vt nullum habeas, quo proximo subuenias egeno. Habes enim fortasse aut scientiæ donum, aut prudentiam, aut robur ad seruiendum, aliudve munus à Deo, quo in firmo egenove subuenire queas. Hoc in consolationem proximi impende, & erit eleemosyna Christo haud non accepta.
Matth. S.Elis... Quicquid enim ex charitate feceris erga proximum, eleemosyna est. Et quicquid proximo facis, Christo fecisti. Propterea tam magnam fertur sancta Elisabeth in infirmorum seruitio consolationem diuinam sensisse. Vt enim lauaret pauperes, quum sterneret lectũ ægrotis, quum operiret infirmos, quum cibaret famelicos, cum sitientes potaret, & huiusmodi sanctis intenta foret ministerijs, diceret ancillis suis: Quam bene nobis est, quod ita dominũ Iesum lauamus, vestimus, operimus &c̃. Neminẽ enĩ in quouis paupere alium contemplabatur, quam dñm Iesum. Huic quicquid hominibus impartiuit, fecisse se arbitrabatur. Quamobrem tibi quoque ad sit voluntas bona, nec vnquam deerit, q̃d pauperi, vel in obsequium, vel in solatiũ, vel in consilium, imo quod Christo im-
O pendas. Videndum autem est postremo, in hoc esse Euangelio multa, quæ in-
Docum... ...ta huius Euange... struunt, tam ex domino, quam ex villico discenda. Primum est, quod diues ille prudentia vtitur, quod non cito malũ credidit, sed ante discutiendum putauit, quã villicum repelleret. Ideo dicit: Quid hoc audio de te? Quo docemur mala de proximis non libenter audire, nec faciliter credere.

Secundum quod docemur, vbi diffamatio fit subditi, prælatum maxime decere, ne dormitet, ne negligat dissimuletve inqrere veritatem. Quõ enim non leuiter sunt mala credenda, ita vbi infamia surgit, & homines loqui & mussitare cœperint de cuiuspiam animæ periculo, vigilandum est, ne homo fortasse in periculo animæ constitutus etiam seipsum negligat, aut ne alij male

male ædificati scandalū recipiant. Tertium est, non mox cum impetu & præcipitāter damnare, sed ad rationem ponere. Quapropter diues hic dicit villico: Redde rationem villicationis tuæ. Quarto, non omnia simul in homine abijcere & arguere, sed discernere & videre etiam, quæ excusari & laudari possunt, & his dare laudē: ea vero, quæ reprehensione aut vituperio sunt digna, reprehēdere. Quintū, q̊d fecerit de bonis diuitis hic villicus sibi amicos, non reprehendit diues. Neque eñ illi clementia displicet dispensatoris. Et nos quum liberalem habeamus dominum, nō debemus nos esse immisericordes. Sūt præterea in villico, quæ nos ædificant. Prę meditabatur enim villicationem suam nō diu prorogandam, sed mox finituram. De fine igitur & de his, quæ post sui amotionem ab officio sibi possent euenire, cogitauit. Deinde præmeditatur, quia quicquid hic acquiritur licitum, aut laborando, siue operando, siue mendicando paratur: neutrum horum sibi conuenire sentiens, ad aliud, ne omni destitueretur auxilio, sese cō silium callidus conuertit. Nos vero quia domino didicimus idem consiliū hoc placere, vtamur eodem remedio contra futuram quam sumus reddituri rationem. Simus in alios misericordes, & inueniemus nos quoque misericordem dominum.

Villicus ... quō ... ... (margin, partly cut)

Matth. 5 (margin)

P

Quam plangenda autem est cæcitas diuitum huius seculi, bone Deus, tot Euangeliorum obturato corde audientium excitamenta ad misericordiam. Quare non creditis o diuites, quod sola sit misericordia, qua vos per angustam portam introire fiat possibile? Si enim camelo facilius est foramen acus transire, quam diuiti venire in regnum cœlorum, deponat igitur camelus gibbum dorsi sui, & corpus suum extenuet, Christo capiti illud suo exiguo & humili conformans, & intrabit angustā portam. Et vt lucidius dicam: Camelus noster diues scilicet, pondus & gibbum abijciat temporalium bonorum, nihil in diuitijs confidat, nihil sublime sapiat, humilibus consentiat, non quęrat ac amet diuitias huius seculi, vtatur modeste bonis temporalibus tanquam non vtens. Extenuet diuitias, occidens in se gibbum auaritię. Largiat pauperibus, subueniat desolatis, & huiusmodi negociationibus sibi acqrat regnū cœlorum. Tu diues, inquam, extenua cupiditatis ventrem & gibbum, quia cum amore diuitiarum intrare per angustā portam non potes. Quod tūc fiet, dum in corpore tuo. i. in ōibus actionibus, in vxore, in filijs, in familia temperanter & sobrie viuis, capitique tuo. i. Christo qui hic exinaniuit seipsum, & paup propter te factus est, q hic exiguus fuit & humilis, conformaris. Verum ergo ne gratis timeo loquar. Nemo eñ ad eleemosynā tardior, nemo durior ad cōpassionē, nemo ad dandū parcior, nemo tenacior ad seruādū, quā diuites seculi, q habēt cōsolationes suas in hoc mundo. Qui si nullā aliā haberēt cōsolationē, hoc ꝑ cōsolatione ducunt, quod thesauros congregāt pecuniarū, q̊d aurū & argentum, quæ nunquam satis diligere videntur, coaceruant, domos multiplicant comparant agros, & terrena quomodocūque possunt, colligunt. Nihil, quicquid de misericordia Christus loquitur, eos, perinde ac si Christiani non essent, afficit aut mouet. Propter gloriam tamen mundanā, & p ostentationem multas perdunt diuitias, quas veluti pro suo honore probe locatas æstimant: pro Christo vero obulū dare eos grauat. Mercedem mercenarijs, quantum & vbi possunt, minuunt. De quibus Iacobus in epistola sua quid dicat, audite: Ecce merces mercenorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras, quæ defraudata est in vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Qui enim, ait Ecclesiasticus, effundit sanguinem, & qui fraudem fecit mercenario, fratres sunt. Si iudiciū apud te est o diues, pauper ad iustitiam obtinendā venire nō potest, nisi muneribus tibi impleat manus.

Diuitiæ ... plangē... (margin, partly cut)
Matt. 7
Luc. 13
Matt. 19

Diuitis ad cameli cō paratio. (margin)

Psal. 61
Rom. 12
1. Cor. 7 (margin)

Phil. 2
2. Cor. 8
Lucæ 6
Diuitiæ q b⁹ modis à multis iniuste cō gregētur. Iaco. 5
Eccl. 34 Iudicium diuitum qualecum munit.

Si executor es testamēti, q̊d legatum est pauperi, non recipiet pauper illud: quia nūquam eris domini quæsitus à paupere, nisi leporem, salmonem, huiuscemodi ve aliud pręmittat pauper. Si varijs pauperibus eleemosyna faciēda constituta est à defuncto, tu aliquandiu pecunijs his vteris ad negociationes tuas, quo ex eadem pecunia lucrum & quæstum tibi vsurpes, antequā tribuas egenis. Vnde fit, vt executiones sępe testamentorum in tertium hominem trāseāt, prioribus mortuis, & testementi executionem relinquentibus alijs non expeditam. Heu quam breuis erit hæc vita vestra, quam breuis potentatus, quam breuis cōsolatio, quam iusta etiam vobis erit damnatio,

Executores testamētorum quō delinquant (margin)

natio,

Iaco.5 natio, cũ redimere nunc illã possitis, sed nõ vultis. Modo enĩ qa nullũ consiliũ sanũ recipitis, plorabitis vlulantes in miserijs vestris, quę aduenient vobis.

Q Ro go igit vos in visceribus Iesu Christi, rogo vos per mortẽ dñi Iesu Christi qua redempti estis, nolite pecunias vestras & bona alia, quæcunque temporalia atque caduca habetis, plus diligere quam animas vestras. Restituite si q̃ bona habetis iniusta. Si dubitatis, an sint iniusta, aut quõ sint restituenda, quia fortasse nescitis, cui (vt illis contingit, qui in emendo ac vendendo imposturis omnes homines fallunt) interrogate virum bonum & doctum, aut pastorem vestrum, & illius sequamini consiliũ, cauentes posthac omnem dolum, simulationem, iniquitatem & fraudẽ.

Bona iniusta quõ sint restituenda

1.Pet.2

Verum dicit quis: Si cũcta deberem restituere, quę fortasse secundum Deum mea nõ sunt, me dietatem bonorũ non retinerem, imo & ipse simul egerem. Sic egeas, hinc abundes, nunquã eris tutus in tua conscientia, si habes q̃d restuere debueris, & non restituis, aut si animo retinendi sic mortuus fueris, actũ erit de anima tua. Noli, noli diuitias arctius diligere, quã animã tuã. Si etiam omnia quæ habes, tua non fuerint, relinque oĩa, & nudus libera te. Habet dñs si illum quæsieris, vnde pascat te, qui pascit etiam volucres cœli, qui pascit quoque Tartaros & Paganos & hæreticos. Scito quia melius tibi erit, te pauperem, & diuitijs propter restitutionem alienorum nudatum intrare in regnum cœlorum, quam multis opibus refertum mitti in gehennam ignis. A quo nos seruet omnes Deus & dominus noster Iesus Christus, cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

Matth. Lucæ

DOMINICA X POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli I. Corinthios XII.

XIX SCitis quoniam cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autẽ spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A CRescente fide Christianorum paulatim linguarum gratia minuebatur ac rarescebat. Vnde nonnulli contristati, q hac gratia carebant, alijs eam habentibus cœperũt inuidere, quasi linguarum gratia excellentior alijs esset charismatibus. Idcirco Apostolus eos ad pacem componẽs, ait: De spiritualibus, hoc est, de donis sancti spiritus propter quæ maiores superbiunt, & minores inuident aut diffidunt, nolo vos ignorare: quia cum essetis in paganismo idolorũ cultores, ibatis ad simulachra muta (sicut Psalmista dicit: Simulacha gẽtium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquẽtur oculos habent & non videbunt, &c.) quomodo à maligno spiritu in vestram perditionẽ ducebamini. Itaque si diabolicus spiritus vos ducebat vnus, alios ad alia simulachra, & alios ad alia: cur non modo vos quoque vnus spiritus diuinus ducat alios ad hæc opera bona, alios ad alia, imo illis hæc dona alia tribuat: Vnus enim spiritus bonus est

Psal.

est in omnibus vobis, cuius multiformia sunt dona, tametsi non omnes omnia, sed diuersi diuersa ab eodem recipiatis. Sequitur: Ideo vobis hoc manifesto, neminem in spiritu Dei loquentem dicere anathema Iesu. Quasi diceret: Si quis dixerit anathema Iesu, hic non spiritu Dei, sed satanico loquitur. Quisquis enim spiritus sancti instinctu gubernatur, ille nec mente, nec lingua, nec opere agit quicquam, vnde Christus cōtemnatur aut inhonoretur. Est aūt ἀνάθεμα interpretatum, siue perditio, siue detestatio. Nemo itaque in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Quia per spiritum Dei abstinetur à malo, & fit bonum. Et nemo potest dicere cognitione, affectione, verbo & opere: Dominus Iesus, illum scilicet in dominum eligendo, se vero illi in seruum obsignando, puta vt dicat mente, dicat voce, dicat opere, dicatq; veritate: Dominus meus est Iesus Christus, & ego sum seruus eius, nisi in spiritu sancto. Vnde liquet contrarium non esse quod dominus dicit: Non omnis qui dicit mihi: domine, domine, hoc est, nō omnis qui voce nuda & informi hæc deuotione dicit, intrabit in regnum cœlorum: sed qui me diligens, ac propterea meam implens voluntatem, re ipsa me suum agnoscit & vocat dominum, ille intrabit in regnum cœlorum. Hoc enim est, in spiritu sancto dicere: Dominum suum esse Iesum. Est præterea sciēdum omnibus electis esse cōmune, vt spiritus sancti participes sint, quāuis gratiæ, quas ab vno spiritu percipiunt, variæ & multiformes sint. Propterea sequitur: Diuisiones vero gratiarum sunt, vnus vero spiritus. Pro quo sciendum, non parū interesse inter gratiam, quæ gratum faciēs dicitur, & eam quæ dicit gratis data. Nā gratia gratum faciēs est forma spiritualis, sine meritis nostris nobis data, quæ habentem facit acceptum Deo seu gratum, opera que eius reddit, vt sint bona, non solū moraliter, quomodo paganorum & philosophorum virtutes & opera præclara dicebātur bona: sed coram Deo hęc adeousq; reddit bona, vt præmio quoque, hoc est, vt felicitate æterna à Deo censeantur digna. Porro gratia gratis data, q̄dlibet donū est à Deo gratis homini concessum, naturę excedens facultatem, quo alter alteri ad salutem cooperetur. Per hanc gratiam solam homo non iustificatur, disponitur tñ ad gratiam priorem, hoc est, ad gratiam gratū facientem. Quæ gratia gratum faciens adeo nobis est necessaria, vt sine illa seducatur homo, & ad peccandū trahat. Quod Paulus Corinthijs obijcit, quia ad simulachra muta, hoc est, ad idololatriam à spiritu malo, non aliter ac à lupo ouicula in sylua lanianda, ducebantur fallebanturque ab haruspicibus, magis & dæmonum præstigijs. Id quoque ideo præcipue illis contigit, quod non habuerunt in se gratiam Dei gratum facientem, quæ illos protegeret, illuminaret ac dirigeret. Non enim sufficientes sumus cogitate aliquid salutiferum ex nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui per Osee q̊que dicit: Perditio tua ex te Israel: in me tā tummodo auxilium tuum. Gratia igitur gratum faciens nobis, ne fallamur neve deuiemus, est necessaria. Deinde est præterea adeo vtilis, vt nemo illius instinctum sequens peccet: quia nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Tertio iterum necessaria est, quia nemo potes dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Deinde loquitur Apostolus de gratijs gratis datis, quæ ad vtilitatem & ædificationem danť Ecclesię. Diuisiones itaque gratiarū sunt, quia alius hanc, alius aliam accepit: idem tñ est spiritus, qui has distribuit, vt quod vni datur, etiam alteri per subuentionem & communicationem mutuam sit datum. Hoc eñ modo (id est, quemadmodū corporis vnius membra suos actus & dona æque sibi communicant & participant) Dei nos dona, & quicquid à Deo accepimus, inuicem impartiri decet. Et diuisiones ministrationum sunt, quo varia sint ministeria, varia ministrationum officia: sub vno tñ dño Iesu, à quo ministeria oīa ordinantur in vtilitatem membrorum Ecclesiæ, vt ab omnibus vni seruiatur domino, dum suum vnusquisq; donum aut ministerium, quod habet, Dei famulis pro eiusdem amore exhibet. Itaq; per ministrationes, seu ministeria Ecclesiastica, ordinum ac graduum munia intelliguňt, puta episcoporum, presbyterorum, diaconorum, &c. Et diuisiōes operationū sunt, quas agunt electi: idem tamen est Deus pater, qui operatur bona oīa in omnibus. Neque enim in vno omnia operatur, ne ille dum alijs non eget, superbiat, sed in omnibus omnia, vt quæ in seipso quis non habet

Marginalia: Anathe[ma] quid [sit]. — Matth. 7 — B — Gratia gratū faciens q̄d sit. — Gratia gratis data q̄d sit — 1. Cor. 12 — 2. Cor. 3 — Osee 13 — Rom. 12 — C

bet, habeat in alio, & ita maneat charitas. In omnibus itaq; electis Dei, est spiritus sanctus, quibus datur manifestatio eiusdē spiritus, hoc est, vnicuiq; datur donū gratiæ, p quod aliis manifestetur spiritus sanctus inesse ad vtilitatem illius in quo est, & aliorum, vt de accepto dono multis prosit.

Nam aliȷ quidem datur non tam sapiētia, quam sermo sapientiæ, vt sapientiæ donum, quod habet in se, disserere possit etiam aliȷs. Datur autem hoc donum nō per humanum ingenium, nec literarū studio quæsitum, sed per spiritum sanctum, Aliȷ datur sermo scientiæ, qua cognitionē qs recipit loquēdi & instruēdi circa actiones rerum temporalium. Differt itaque donū scientiæ à dono sapientiæ: hoc enim versatur in contemplatione cognitioneq; diuinorum, illud vero (vt dixi) versatur circa actiones, humanas rerum temporaliū: datur tamen æque secundum eundem spiritum. Alteri datur fides, id est, constantia fidei in eodem spiritu, vt quamuis illiteratus aut inidoneus fit ad fidē pdicandā, nullo tñ moueŧ metu ad confitendū Christū, & ad patiendū quoque pro fide eius. Alteri gratia datur sanitatum, qua curet infirmos verbo & virtute Dei, idq; in vno spiritu. Aliȷ operatio virtutum & grandiuni mi raculorum datur, vt sunt mortuorum suscitatio, aut illæsio in igne seu tormentis. Aliȷ discretio datur spirituum, qua bonū à malo spiritum discernat: seu cognitio sagax iudiciumque rectum in discernendis his, quæ in aliorum cordibus aguntur. Aliȷ dantur genera linguarum, quo variȷs linguis salutaria enunciet. Aliȷ interpretatio sermonum, quo visiones propheticas obscurosque sensus scripturæ elucidet. Hæc autem omnia quāuis diuersa & varia sint, operatur vnus idemque spiritus, cum patre filioque substantialiter vnus Deus, diuidens singulis, vni hoc, alteri aliud, sicut vult, vt enim ex membris singulis corpus Christi mysticum, id est, Ecclesia totum pcipiat, quomodo totum corpus audit, videt, loquitur, & cætera, cum sint singularia tantum membra, quæ singulares procunctis & singulis membris hos actus habeāt.

Dona sciē tiæ & sapi entiæ quō differant.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimæ post dominicam sanctæ Trinitatis. Lucæ XIX.

NVllū nobis legi potest Euangelium, qd nō olei guttas nobis stillet, hoc est, quod nō diuinę bonitatis ac misericordię nobis signa beneficiaque nobis insinuet. D

Superiore enim dominica eos docuit, qui multis abstinentiȷs, ieiuniȷs exercitiȷsque corporalibus se fatigare affligereque nesciunt, peccata sua eleemosynis redimere, & rationē quam sumus reddituri, omnes monuit præmeditari: hic vero ostendit, his qui vitam hic agunt in omni tranquillitate & pace, iuxta seculi iudicium felicem, qbus omnia iuxta desideria eorum & ex sententia illis in hoc mundo eueniūt, quā tristem habeant expectare mortem, quamq; calamitosum exitū. Adeo vt hæc ipse quoque saluator noster præmeditans, excom passione lachrymas vberes propterea funderet. Per istum autem fletum suū, infelicē nostrum exitum ab hac vita, sub figura nobis manifestat excidiȷ ciuitatis. Quomodo enim huic ciuitati sanguinum, quæ sibi, id est, Christo, prophetis, apostolis, sanctisq; omnibus duram opposuit ceruicem, futuram prænunciabat calamitatem: ita multo magis per spiritualem significationē, malum & excidium nostrum sempiternum nobis insinuatum intelligamus oportet. Dicit igitur Euangelista Lucas:

Cum appropinquasset Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens:

Hæc historia Euangelica eo tēpore facta cognoscitur, quando vltimo aduenit Lucæ 19
Hierosolymam ante suam passionem. Nā Ioan. 12
quod eodem sero exierit in Bethaniam, crastinaque luce redierit, non ita accipiendum est, quasi ab Hierusalem recesserit, qa parum ab Hierusalem Bethania distabat: quare etiam Bethaniæ constitutus, dici poterat Hierosolymis esse. Itaque in vltimo Matt. 21
eius aduentu ad Hierusalem, vbi asinam & eius pullum sibi adduci fecerat, & de monte descenderet oliuarum, videre poterat omnia ciuitatis ædificia. Et quanquam semper & ciuitatem & incolas ciuitatis animosque intueretur incolarum, hic tamen dicitur, quod videns ciuitatem fleuerit: quo indicaret Euangelista ciuitatis inspe-

inſpectionē illi occaſionē pſtitiſſe, aut potius occaſionem ſibi illum ex aſpectu ciuitatis ſumere voluiſſe, vnde flendi illa materia occurreret. Non tamen paſſione aliqua præoccupatus credit dominus Ieſus (ſuberant enim illi omnes affectus omnesq; paſſiones, vt niſi vellet, & quando vellet, non ſentiret) ſed triſtabatur, quia voluit & fleuit, quia voluit. Fleuit autem propterea, vt internam eius compaſſionem agnoſcere-
ucæ 19 / th.21 / oan.12 mus. Sed quando fleuit? Tunc ſcilicet, quando maxima à populo illi fiebat reuerentia, occurrente cum palmis & laudibus, atque diuinos illi honores offerente. Nam ſternebant ei veſtimenta ſua exuentes in via, ſimulque ramos ſternebant oliuarum, clamantes domino, & ſaluatori mundi, hoſihahna, id eſt, domine ſaluum me fac obſecro. Id autem faciebat turba,
oan.11 quia miraculum illud audierat magnum, qd de monumento Lazarum quatriduanū mortuum ac ſepultum dñs reſuſcitauerat. In hoc itaq; magno honore, quem illi turba occurrens offerabat, in communi omnium lætitia humilis Ieſus nec de honore ſibi gaudebat oblato, nec laudibus delectabatur hominum, ſed ſalutem meditabatur animarum. Quo ſimul nos doceret, nihil in laudibus confidere hominum, quandoquidem & hi qui hodie Chriſto
Lucæ 13 honores offerebant, paulo poſt contra eũ clamabãt atq; ad mortem crucis illum poſtulabant. Voluit nos quoq; intelligere omnem lætitiam huius mundi eſſe breuem & ſpernendam.

Quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

E

Vtit dominus Ieſus geſtu & modo mœrentium, qui triſtitia & mœrore pleni truncatis verbis indicant cordis, & ſententias exprimunt triſtes. Verbi gratia, vt grandi mœrore obrutus quis dicat: Heu præuidebam. Vtinam tunc locutus eſſem. Iuſte hoc euenit. Vbi multa ad ſententiam rei & perfectum ſenſum pertinentia ſubaudiuntur quidem, ſed non exprimuntur: pauca tamen effunduntur, vnde concepti doloris vulnus, & quid velit, dolentis animum conijciamus. Hoc modo loqtur hic dominus vt plura te ſubaudire oporteat: Quia ſi cognouiſſes & tu, vr

Log trun / tatæ gbus / sultu fit.

bs ſcilicet incredula & exultans, quod tibi eſt euenturum, pariter mecum fleres: nunc vero gaudes & lætaris, quia in hac die tua, hoc eſt, in tempore breui vitæ tuæ, quæ di ei vix ſimilis eſt, ea tibi eueniunt, ea amplecteris, in his gaudes, quæ ſunt tibi ad pacē temporalem fallacem, atque ad iucundam quietem: ideo rides, exultas, tripudiasque neſcia futurorum. Si autem ſcires quæ ego ſcio tibi ventura, fleres mecum, nec gauderes. Nunc vero quia neſcis quæ abſcondita ſunt ab oculis tuis mala tibi ventura, ideo hæc te modo non contriſtant. Cauſa itaque præſentis lætitiæ ignorantia eſt futuri mali: quia non cogitas etiam Dei offenſionem vel præteritam, vel præſentem, aut futuram, ideo non doles, non plãgis, non te corrigis. Scriptum nãque eſt: Quia non cito profertur contra malos iudiciũ, abſque vllo timore hominum perpetrant mala. Hæc futurorum ignorantia apud illos erat, qui dicebant: Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Quam tamen ignorantiam ſuam, imo temeritatem tarde nimis poſtea planxerunt iam in inferno cõſtituti, & in iudicio plangent extremo, dicentes: Quid profuit nobis ſuperbia noſtra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Fleuerunt itaque errorem ſuum ſed tardius quam oportebat, quia tempus præterierat miſerendi. Eccle.8 Sapien.2 Sapien.5

Quia venient dies in te & circundabunt inimici tui vallo. Et circundabũt te, & coanguſtabunt te vndique: & ad terram proſternent te, et filios tuos qui in te ſunt.

Prænunciauit mala dñs, quæ Hieroſolymitæ erant peccatis ſuis exigentibus paſſuri per obſidionem & excidium ciuitatis. Sæpe præmoniti erant per prophetas, & per Chriſtum, ſed non pœnitentes tandem pœnas dare coacti ſunt. Nam quotquot miſſi fuerant ad eos prophetæ, fere omnes ab illis ſunt interempti. Quamobrem dicebat illis Chriſtus: Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, q ad te miſſi ſunt, qties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis & noluiſti? Quæ verba ſi bene diſcutiant, videbis quantũ hominis præualet liberum arbitrium, præſertim in malo. Chriſtus vult F Matt.23 Liberum arbitrium hominis quantum valeat.

congregare Hierosolymitas, sed non potuit. Quare? Quia noluerunt eum sequi, noluerunt eum recipere. Ipse autem, licet posset, neminem vult cogere non volentem, quia vnicuique suum relinquit liberum arbitrium. Potest itaque homo suo libero arbitrio abutens se impedire, potest obicem gratiæ Dei opponere: non potest autem ad salutis statum, aut ad Deum se conuertere, & eandem obtinere, nisi Dei adiutus gratia. Cum ergo Iudæis obtulisset gratiam vocans eos & conuertere cupiẽs per multos nuncios ad illos missos, neminẽ illorum audierunt. Venit ipse tandem, vt in parabola habetur Euangelica de cultoribus vineæ, & occiderunt eum, non parcentes illi, quamuis Dei esset filius eorumque dominus. Itaque voluit eos congregare Christus & ad misericordiam recipere, consentire ei noluerunt: ideo satisdiu post omnia eorum peccata ad pœnitentiam expectati sunt. Verum cum nulla sequeretur pœnitentia, tandem calamitas vlciscens & exterminans super eos inducta est. Venerunt enim Romani, Vespasianus & Titus eius filius missi à Tiberio Cæsare ad vastandum Iudæam, quia rebellauerant. Non autem putandum est, quia Romani intulerunt Iudæis cladem illam maximam, vltimumque gentis excidium, quod propterea à domino non sit eis illata plaga. Quisquis enim minister fuerit iustitiæ diuinæ, & propter quancunq; etiam causam is q minister est, id fecerit, aut quamuis Dei zelum ac noticiam nõ habuerit, nihil refert. Nouit dominus æque peccatores punire, per quoscunque id fiat. Nouit vnicuique sua mala reddere in sinum suum per quæcunque vult media. Hoc modo enim olim afflixit Iudæos rex Babylonis Nabuchodonosor tempore Zedechiæ regis, quos captiuos abduxit in Babylonem: in q̃ minister ipse adeo fuit diuinæ iustitiæ, vt seruum suum Deus illum vocaret, propterea quod eos, qui castigandi erant, castigabat, quamuis Nabuchodonosor in hoc nõ diuinę voluntati aut ordinationi, sed suę crudelitati sæuire decreuisset. Dominus aũt illum, quem prohibere potuisset, permisit vt suam impleret tyrannidem in Iudæos, quo ea q̃ Iudęi in Deũ cõmiserant peccata, affligente Nabuchodonosor castigarent. Sic modo q̃que seuitiam Romanoꝝ vertit in Iudæorum castigationem. Prænunciat autem eis futuram calamitatem, additis simul lachrymis veritatis & prophetis testibus. Venient, inquit, dies quo circundabũt te inimici tui vallo, id est, aggere (tres enim Romani aggeres ad capiendam Hierusalẽ fecerunt) & coangustabunt te vndique, vt nemo ingredi aut egredi sub obsidione poterit. Tanta tunc calamitas intus fuit obsessis, tanta improbitas famis, vt obsessi corrigias & calciamenta manducarẽt. Parentibus filij, filijsque parentes ex ore cibum rapiebant. Matres quos genuerant, infantes manducabant. Erant nihilominus in ciuitate latrocinia, pestis, fames, dissidia, factionesque ciuium & omne malũ. Moriebantur ex fame homines, & mortuos sepeliebant iamiam morituri: nam inedia & fame consumpti mox super cadauera sepelienda, in eundem tumulum erant ruituri. Congregata enim tunc fuit hominum multitudo ex vniuersa Iudæa, Galilæa & reliquis Israel quæ ad festum conuenerant Paschæ, quanta ante hac nũquam. Hæc ibi vniuersa hominum multitudo cõclusa est & infra muros coangustata. Hæc oĩa illis Christus p̃dixit: Et ad terram, inqt prosternent te Romani, ædificia destruentes, & filios occidentes.

Matt. 21

Iosep. lib. 7. de bello Iudaico ca. 1. & sequentib⁹.

4. Reg. 25

Hiere. 25 Nabuchodonosor vti minister fuerit diuinæ iustitiæ.

Calamitas quæ in obsidione Hierusalem fuerit

Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Obsidionis illud tempus sub Vespasiano & sub Elia Hadriano significat, quorum prior ciuitatem destruxit, posterior vero vniuersa etiam relicta per Titum, & interim reædificari cœpta funditus demolitus est. Causam autem hic tantæ calamitatis significat: Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Ac si diceret: Ideo hæc mala sustinebis, quia prophetas meos ad te missos occidisti, & me quoque occides, ac apostolos meos, renuens intelligere, quod ad salutem tuam omnes te visitare, reducere & instruere venerimus, tã grauia mala rependens pro charitate tãta & p beneficijs, malitia te excitante. Miluus, ait Hieremias, in cœlo cognouit tempus suũ, turtur, hirundo & ciconia custodierũt tẽpus aduentus sui: populus autem meus nõ cognouit iudicium domini. Et Esaias: Cognouit, inquit, bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me

G

Lucæ 11 Mat. 23

Hiere. 8

Esaie 1

me non cognouit. Scis ex libris tibi Messiam venturum. Ecce venit tibi, quō tibi venturus nūciatus est per Zachariam: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus veniet tibi mansuetus, sedens super asinam. Quare nō credis in eum? Inexcusabilis es Iudæe. Feci enī opera quæ nemo alius, & quæ homo solus nō potuit facere: hæc testimoniū perhibēt de me, quod filius Dei sum. Hanc aūt calamitatem, quam passuri erant Iudæi, in Daniele quoq; legimus prædictam. Ille enim à Gabriele sibi scribit nunciatum in hæc verba: Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duę erunt. Et rursum ędificabitur platea & muri in angustia temporum (post reditum scilicet ex captiuitate Babylonica.) Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius, id est, Christi populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, scilicet cum Vespasiano & Tito. Et finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Hæc desolatio in hunc vsq; diem apud Iudæos perseuerat.

Et ingressus in templum cœpit eijcere vendentes & ementes, dicens illis: Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

H

Mox vbi intrauerat ciuitatem dominus, domum patris sui accessit, à sanctuario scilicet incipiens purgationem facere peccatorum. Erāt enim propter auaritiam pharisæorum & sacerdotum in anteriori atrio templi omnia hostiarum genera constituta venalia, quo hi qui à longe venerāt, nec hostias adducere, propter itineris longitudinem poterant, sese haud excusare, quin offerrent, possent. Posuisse præterea referuntur numularios, qui pecuniam egenis mutuarent, aut cambirent, quo maior esset quæstus hostiarū sacerdotibus. Contingit autem, vt assolet in huiusmodi negociationibus, fieri contentiones, rixas, aut etiam fortasse percussiones. Quare Christus turpem hunc quæstum in loco sacro Dei honori dedicato execratus, mēsas numulariorum & cathedras columbas vendentiū euertit. Bis dominus Iesus hunc zelum contra huiusmodi negociatores in templo exhibuit. Primo eiecit vendentes, huiusmodi & ementes circa primum Pascha Iudæorum, quo post suam prædicationem Hierosolymam ascenderat, & vbi iam aquam mutauerat in vinum, de quo scribit Ioannes. Secundam eiectionem fecit in dominica, quam nos vocamus in ramis palmarum, de qua eiectione refert Euangelium præsens. Refert autem Ioannes quod quasi flagellum de funiculis fecerit, quo illos eiecit. Vnde miratur fortasse quispiam: Quomodo tantæ autoritatis homines, tantaque populi multitudo, sacerdotes quoque superbi id sustinuerint ab homine (vt putabant) simplice & paupere? Dicendum: Dominus Iesus non solum eiecit eos ex templo, & numulariorum æs effudit, cathedrasq; euertit vendentium, vt homo: sed terruit eos etiam virtute diuinitatis. Ideo etiam verisimile est, fulgorem tunc quendam diuinum in eius vultu atque radium terrificum apparuisse, cuius aspectu terrerentur iniqui, ab iraq; compescerentur.

Et erat quotidie docens in templo.

I

Christus hoc die & sequenti, tertiaq; die quotidie à mane vsq; ad vesperam prędicabat in templo, assiduitatem prædicandi circa finem exhibens vehementiorem.

Docuit autem nos hic Christus locis sacris, non contumeliam, sed reuerentiam exhibere. Multifaria nanque irreuerentia loco fit sacro: Primo, in loco sacro male viuendo, vt faciunt religiosi quidam iniqui, & mali sacerdotes. Vnde scriptum est: In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam domini. Secundo, exhibetur irreuerētia, si prophanis vsibus locus sacer applicetur. Quocirca scribit Marcus, quod non sinebat dominus Iesus, vt quispiam vas transferret per templum. Tertio, templū Dei polluendo. Vnde Psalmista: Polluerunt templum sanctum tuū. Legimus Pompeium, qui in omnibus bellis fuit fortunatissimus, postquam ipse & eius milites in porticum templi posuerūt equos suos, templum domini prophanantes, nullam post hac victoriam obtinuisse, sed hostibus semp succubuisse. Quarto, in loco sacro proximum lædēdo, vt hominem ibi verberando, vulnerando, aut cuipiam res sibi alienas auferēdo, quomodo

MM iiij Helio-

Marginal notes: Zacha. 9 · Ioan. 15 · Daniel. 9 · Esaiæ 56 · Auaritia pharisæorum & sacerdotum taxatur. · Matth. 21 · Marci 11 · Christum negociatores expulisse ex tēplo. Ioan. 2 · Lucæ 19 · Matth. 21 · Marci 11 · Ioan. 2 · Irreuerentiam loco sacro multifarie fieri. · Esaiæ 26 · Marc. 11 · Psalm. 78 · Exemplū de Pōpeio templum dñi prophanatore.

1. Mach. 3

Heliodorus pecuniam depositam alienam rapere moliebat, sed insigni à domino fuit plaga correptus. Quinto, fit contumelia loco sacro, vbi imagini, altari aut sacris vasis in altaris maxime ministerio deputatis fit cõtumelia. Quod Iulianus fecit apostata, qui super pallas & corporalia & in calices minxit, aluumque purgans, fœdauit. Qui suo merito grauiter mox punitus est à Deo. Huc locandi etiam hi sunt, qui Eucharistiã indigne, aut sumunt, aut alijs ministrant constituti in mortali peccato. Hi enim non solum templo, sed etiã domino templi iniuriã ac cõtumeliam faciũt grandem. De hoc Paulus scribens ad Hebrços: Irritam, inquit, quis legem faciens Mosi sine miseratiõe duobus aut tribus testibus moritur. Quanto deteriora mereri putatis supplicia eum, qui filium Dei pedibus conculcauerit? Christum cõculcare, est ipsum irreuerenter & indigne sumere.

Iuliani apostatę in sacra impietas.

Hebr. 10

K

Charissimi filij, præmeditemini futurum Dei iudicium, incertam horam mortis, mortem ipsam certissimã, quæ rapiet vos, quocunque inuenerit vos loco. Alius in lecto, alius in cãpo, alius in ludo, alius in aquis, alius in bello moritur. Propterea in omni loco, in omni tempore mortem habeatis suspectam. Nec inueniri vllo modo patiamini vos in statu, in quo si mors subito irrueret in vos, non possetis saluari. Hoc est, caueatis, vt mortem corporis, imo incomparabiliter magis mortem animæ, caueatis mortale peccatum. Quod si incideritis, non patiamini, si fieri potest, ad momentum vt in illo perseueretis. Quapropter ilico ad Deum festinate, misericordiam postulate, pœniteamini, lugete, castigateque iniquitatem vestram, & firmo proposito, statutaque sententia vos renouate, quasi modo incipientes, quasi modo geniti, vt tanquam in nouitate vitæ, & quasi nunc incipientes ambuletis. Si in gratia Dei reconciliati Deo mortui fueritis, nihil vobis aut genus, aut conditio nocebit mortis. Iustus enim quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Preciosa enim in conspectu domini est mors sanctorum eius. At vero contra, quomodocunque moriantur iniqui, est mors peccatorum pessima. Non igitur timeatis mortem, sed vt bonam habeatis vitam, satagite. Dominus autem noster Iesus Christus vos illuminet, vos confortet, vos regat & possideat, atque in regnum suum vos sempiternum perducat, qui est benedictus in secula, Amen.

Mors semper & vbique homini suspecta habenda.

Roma. 6

Sap. 4

Psalm. 115

Psalm. 33

SERMO IN EADEM DOminica de Christi fletu, quomodoque nos tempus visitationis aduertere, & mortẽ præmeditari decet.

L

VIdens Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Lucæ XIX. Nõ hac tantum vice dominum fleuisse legimus, sed sæpius: risisse vero nunquam. Quo indicare voluit tempus hoc vitæ nostræ tempus esse lachrymarũ, non gaudiorum. Est enim in hac vita magis tristandũ, quam gaudendum, modo tristitia sit sancta & salubris, Deoque accepta. Itaq; Christus quinquies fleuisse putãdus est. Primo, fleuisse creditur ex compassione miseriæ nostræ infans mox natus. Siquidem tunc fleuisse dicitur more omnium infantium: quorum prima est emissio vocis ploratus. Christus igitur, quia naturæ nostræ veritatem assumpsit, conformasse se nobis, vt canitur in Ecclesia, creditur, vt illud Sapientiæ dicere possit: Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Fleuit autem miseriam humanæ conditionis, in quam homo cecidit per peccatum. Consideretur status noster, qui in paradiso nobis fuit datus, & consideretur status ille, in quem peccando cecidimus, quem & modo sustinemus, & videamus nunquid non fletu digna sit miseria nostra. Olim omnia quæ in nobis erant quieta, subiectaq; Deo in honestate, in pace & in tranquillitate creata, obediebant nobis: nulla creatura lædebat nos: eramus incorruptibiles & immortales, hoc est, potuimus non corrumpi, non lædi, non infirmari, nõ mori. Amauimus bonũ, nec erroribus eramus, aut ignorãtijs & delictis subiecti. Sed heu experimur omnes, quomodo nos hodie sentimus ad bonum pigros, duros, rebelles, frigidos, ad malum pronos, ignorãtes, cõcupiscẽtijs malis & tẽtationibus plenos, infirmitatibus subiectos. Et quis mala omnia quę nobis occurrũt, enumerabit? Fleri & plãgi possunt, enumerari non possunt.

Flet Christus quod nos doceat.

Quinquies Christus fleuisse. Lucæ 1

Sapien. 7

Fleuit itaq; tũc dñs Iesus, nõ propter se, sed propter nos: ipse enim pctm̃ nõ habuit, nec carnem peccati, nihilo minus tamen pertulit humanas infirmitates, quæ sunt sine

1. Petri

fine peccato, vt famem, sitim, calorem, frigus, pauorem, læsionem, vulnera, dolores, & mortem, quia voluit, & quantum voluit, & quando voluit propter nos. Sic propter nos fleuit, quo nobis flendum ostenderet. Quare flendum? Non quod calorem & frigora toleramus, non quod paupertatem, exilium, carceres, persecutionem, aut mortem sustinere habemus, sed quod in hac vita Deo non subditi sumus, quod cõtinue peccando ipsum offendimus, ꝙ in ignorãtia & erroribus ambulamus, quod nulla nobis est constantia volũtatis bonę, ꝙ dona Dei in nobis destruimus, ꝙ Dei abutimur beneficijs, quod nimia est nobis infirmitas animi, q̃d nulla fortitudo, nullus ad Deum amor, infinitaq; alia, quæ vt plangantur operæprecium est. De hoc fletu Christi dicit Bernard. Fleuit Christus, sed non vt cæteri. Sed cur non vt cæteri? Illi enim flent ex passione, sed Christus flet ex compassione miseriæ nostræ. Secundo, fleuit Christus ex dilectione. Fleuit enim super Lazarum mortuum, licet paulo post resuscitandum. Fleuit autem vidēs amantissimam atque fidelissimam quoq; suam discipulam Mariam Magdalenam flentem. Quo discimus non illicitum esse, horum qui nobis amici fuere ac necessarij, mortem flere, modo non fuerit intemperantia, immodestiaque, quæ præbeat in alijs vtilioribus, aut necessarijs impedimentum. Tertio, hic fleuit super ciuitatem. Fleuit autem non quod murorum, ædificiorumque destructionem, aut vrbis plangeret excidium, sed quia cæcitatem, mortemque doluit animarum. Ambulabant enim habitatores Hierusalem, iuxta verbum Sophoniæ, vt cæci, quia domino peccauerunt. Satis enim erant per prophetas præmoniti, sed credere noluerũt. Nam excidium hoc quoq; Micheas prædixit illis: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. Docuit autem nos flere pericula animarum, puta tam peccata nostra propria, quam aliena. Ad quod hortatur etiam Augustinus, dicens: Sunt ne in te viscera humanæ compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam, à qua recessit Deus? Vellet quidem pientissimus dominus non opus fore, vt virgam sentiremus, vellet nos omni esse tempore cõsolatos, si nobis ita expediret. Nos enim quamuis ratione præcellimus, sumus tamen pecudibus circa ea, quæ carnis sunt, insipientiores. Quare vt pastor suum gregem minat, arcet, regit & custodit, ita nos dominus ducit, protegit, cædit quoque, & impellit nos ad bonum. Non est voluntatis eius, vt moriamur in peccatis nostris, nec vt æterna nos plectat morte. Sed nostri cupit misereri, ideo virga nos visitat, vt ad viam reducat, à qua hallucinati sumus. Beneficium igitur est maximum, si à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Videtis enim quam paterne suos castigat filios, quando super obduratos quoque flet peccatores, quod iustitia sua, & illorũ meritis exigentibus cogitur eos abijcere, atque damnare, qui tamen adeo multifariam inuitati ad illum accedere, vt saluarentur, noluerunt. Naturæ diuinæ proprium est, præcipueque competit ei misereri, & parcere. Proinde, quando damnat, aut punit reprobos Deus, quasi rē sibi alienã agit. Quod per Prophetam nobis insinuatur, vbi de his qui se corrigere nolebant, cordeque obdurauerant, dominus dicit: Heu consolabor super hostibus meis, dolorem exprimens quod hostibus suis vltionem cogeretur inferre. Quarto, vt Augustinus refert, Christus super Iudam fleuit. Quamuis autē nulla certa hoc probetur scriptura, potest tamen dici, q̃d aliquo modo hoc insinuat Euangelista Ioannes. Nam quum dominus Iesus dixisset post lotiõem pedum discipulorum: Ego scio quos elegerim, sed vt adimpleretur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, sequitur paulo post: Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & prostratus est, & dixit: Amen amē dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Potest autem intelligi, q̃d ruina prælatorum & magnorum, propterea quod vehementer hęc non solum illis, sed omnibus etiam noceat, maxime flenda est. Grauem enim plagam ferit gregi, vehemensq; infert scandalum, quãdo pręlatus, aut is qui in opinione habetur sanctitatis, in manifestum aut graue cadit peccatum. Quinto, Christus fleuit in cruce. Quem fletũ Apostolus Hebræis scribens: Qui in diebus, inqt, carnis suæ preces, supplicationesque ad eum qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachry-

Marginalia: [Fle]ndum [cu]r tã ho[m]ini. — Bernard. — Ioan. 11 Christus fle super Lazarum fleuerit. — Lucæ 19 Sup ciuitatem cur fleuerit Christus. — Sophon. 1 — Mich. 3 — Animarum pericula esse planganda. Augustin. — 1. Cor. 11 — Esaiæ 1 — Augusti. Christum sup Iudã fleuisse. — Ioan. 13 — Prælatorum ruina cur maxime sit deflēda — Hebr. 5

& lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Sed ad huius Euangelij fletum reuertamur. Neque enim eruditione caret hoc Euangelium. Itaque dominus Iesus fleuit hic pro his q ridebant, pro gaudentibus tristabatur, & pro his qui sui curam abiecerant, sollicitudinem agebat. Flebat pro his, qui eius lachrymis deridebant. In hoc autem figurabat personā boni prȩlati, qui subditorum suorum cladem suam æstimans, peccata, pericula, damna, ærumnas, infœlicitatem, perditionemque eorum deflet. Maxime autem hic prælatus figuratur zelosus, qui post omnem diligentiam suam contemnitur, cuius monita spernuntur, cuius diligentia, ac vigilantia deridetur, qui cum nullum ex se videt sequi fructum, non aliam habet consolationem, nisi vt pro subditis suis apud dominum ploret. Fleuit autem dominus mala futura super Hierusalem, sed multo plus causam fleuit, propter quam erant hæc mala vrbi ventura. Quid enim nocuisset vrbis excidium, quid demolitio & ruina murorum obfuisset, si non propter sua peccata & demerita, sed innocentes hæc paterentur? Secundo optat eos quoq; suam infelicitatem, & infortunatam fortunā agnoscere, periculaq; præmeditari, vt dum tempus est, possint ea si velint, prȩcauere. Nihil enim illis profuit Christum illorum flere damnationem: sed si ipsi quoq; fleuissent, potuissent Dei irā à se auertere, aut saltem ita reconciliare, vt si qua etiam paterentur, ad suorum peccatorum purgationem, ad æternamque salutem paterentur. Quomodo igitur sollicitudo & fletus nihil profuit Christi illis, qui seipsos non flebant, ita boni prȩlati sollicitudo nihil illis confert, qui sua sponte inique volunt. Prodest quidem prælato, si, vt in Ezechiele habetur, domino loquente ad impium eius denunciauerit iram, gladiumque venturum prænunciauerit, quia liberat animam suam pastor, quod malum futurum illi prænunciauit. Porro subditus præmonitus, si non custodierit se, nec monentem audire voluerit, morietur in peccato suo. Pastor igitur animam suam saluabit, nec subditi sanguis de eius manu requiretur. Consoletur itaque pastor se, si non auditur, aut si ipsius diligentia contemnitur, quandoquidem neq; melior, neque dignior est Christo, cuius sermo non semper fecit fructum. Causam huius dicebat Iudæis: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Tertio etiam instruimur de tempore visitationis nostræ, atque illud obseruemus. Tota vita nostra hoc tempus complectitur. Ideo nulla est hora negligenda, nullusq; dies, quandoquidem quotidie à domino visitamur. Quicquid agit circa nos, quicquid super nos venire permittit, visitatio est domini. Quare quæcunq; tibi eueniunt, non aliter quam à manu domini accipias. Et dum aliquid tibi acciderit noui, mox cogita, siue triste id fuerit, siue lætum, visitationem esse domini. Intellige munus hoc tibi missum à Deo, per quod magis quam ante illi placere studeas. Certissimum autem tene nullum vnquam patrem adeo fuisse sui filij amantem, nunquam filio suo tam bene voluisse, nec filij adeo desiderasse profectū, quam desiderat pater cœlestis, vt filij sui à se creati, à se redēpti, sibiq; adoptiui, bene, iuste, pieq; ac sancte viuant. Quarto, frequēs nobis esse debet mortis memoria. Huius enim meditatio delectatiōes aspergit, & amaricat sensuales. Ea autem quȩ de excidio referuntur Hierosolymitano, spiritualiter etiam contingunt homini morienti. Moriens enim aut moriturus illud dicere potest Iob: In memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Siquidem homini, præsertim peccatori morienti, mirabilis occurrit angustia, variaque aduersitas. Circundabunt tunc animam egredientem inimici eius vallo.

Vallus, seu agger ille, triplex est peccatorum angustia. Anguntur enim de peccatis cogitationum siue cordis, de peccatis item oris ac locutionis, & de peccatis operis ac omissionis. Horum peccatorum, quæ olim non reputabat, accusatrix tibi nunc aderit conscientia, & ex omni parte animam circundabit molestia. Erit autem tunc iudicium Dei, vt qui toties & tantum tempus visitationis suæ neglexit, contempsitque dominum, post peccata sibi æque gratiam suam offerentē, vt in extremo q̄q; tunc nihil à Deo speret, nihil roget, nihil impetret. De hac animæ obsidione dicit Ionas: Circundederunt me aquȩ vsque ad animam, abyssus vallauit me. Ad hȩc circūdabunt dæmones peccatricē animam, vt in libro Sapientiæ scribitur: Personæ tristes apparentes pauorem illis præstabunt.

Angusta-

N

Documenta Euangelij huius quæ sint.

Prælatus bonus ac zelosus quō subditorū pctā deflet.

Ezech. 34

Prælatus quādo animam suā liberet monendo subiectos.

Hiere. 31

Ioan. 8

Quōmodo à Deo visitemur.

Excidium Hierosolymitanum quomodo spiritualiter contingat homini morienti.

Iob. 30

Vallus triplex q̄ sit peccatis circundat quis.

Ionæ 2.

Sap. 17

Angustabūt itaq; miseram animā inter vitam & mortem, inter finem culpæ & initium pœnæ, vt nesciat quo se vertat. Nam intus sentit conscientiā accusantem, iuxta se dæmones terrentes. Si etiam se conuertere voluerit ad Deum, non inuenit eum, hoc est, non cogitat eum clementem, benignum & misericordem, sed durum & inclementem, quia à dæmonibus continue ad desperationē impellitur. Deinde, inquit, inimici tui ad terram prosternent te. Ad terram prosternitur homo moriēs, qa corpus terræ traditur, anima vero pctōris sepelitur in inferno. Vnde in Hieremia dicit dominus: Dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu eoꝝ, quorum tu formidas faciē. Et filios tuos, qui in te sunt, inquit, ad terrā prosternent. Opera hominis sunt conceptæ proles in volūtate, & enatæ in actione ipsa. Mala igitur opera tua, genimina tua mala, & fœtus tui sunt. Hi ad terram prosternentur, quia nihil in eis est, quod cœlestia petat. Modo igitur quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Est enim anima tūc peccatrix adeo ad terram prostrata, vt nihil aliud, quam pœnas & præsentes & futuras mortis formidolosa cogitet. Heu q̄ diuertet anima peccatrix aut quo effugiet? Apparere nanq; erit intolerabile, latere impossibile. Non erit, ait Amos propheta, fuga eis: & qui fugerit ex eis, non saluabitur.

Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Homo peccator hic cōtra Deum murum, aut turrim Babel construit, dum vnam cogitationem alteri coniūgit, atque calce malæ delectationis non aliter atq; lapidem lapidi conglutinat. Verum, quando illa aduenerit hora, omnia disper dentur. Peribunt consilia, frustrabuntur voluntates. Nihil iam restabit, nisi quod audient: Exite, exite, obuiam ei. Cui? Irato domino, irato iudici, implacato domino, à quo audiēt durum verbum abiectionis, & maledictionis, quia dum sani essent, ab auditione mala timere nolebant. Noli igitur in illud tempus contritionis, pœnitentiæ, conuersionisque exercitia differre, quia tunc tāta erit turbatio animæ tuæ, vt minime salubre quid tunc, si pœnitentiam vsque in illam distuleris horam, possis cogitare. Scriptum nanque de illa hora est: Exibit spiritus & non reuertetur ad terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Psal.145 Quicquid statuisti in vita, & in hanc horam distulisti, hac hora peribit, quia non est tunc tempus consultationis & deliberationis, sed reddendæ rationis. Nullum igitur aliud est consilium efficacius, vt si bene & tranquille velis mori, bene viuas. Iam igitur omni hora, omni momento Deo fidelis assiste, atque in eius gratia perseuera. Non potes habere certitudinem, sis ne in gratia Dei nec ne: quandoquidem nemo scit, an amore, odiove dignus sit, sed sufficit tibi, vt nihil mali in te scias, quod contra Dei foret præceptum, quodve extra gratiam Dei te constituat. Nam hæc in te si deprehenderis, paratum te esse oportet, quæcunque facienda facere, quæcunque subeunda subire, quo gratiam Dei recuperes. Charissimi, igitur nolite tempus vobis datum ad bene operandum negligere, nolite pœnitentiam ad vitę finem differre. Modo ambulate dum lucem habetis gratiæ: modo, dum tempus est gratiæ, Deo vos reconciliate, modo deniq; visitationem vestram respicite, atque diuinæ inspirationi obtemperate, vt læti atque felices moriamini. Non habent timere mortem, qui in vita dum sani essent dum adhuc peccare potuissent, sunt reconciliati Deo, exuerunt pctā sua, & sordidas vestes veteres, resumpserunt nouas, quas dealbauerunt in sanguine agni. Non enim olim candida, dum in peccatis viuerent, habuerunt vestimenta, quia in innocentia non perstiterunt, sed sordida. His itaque ablatis, his in cruore roseo Iesu Christi dealbatis ac mundatis, non habes fili timere mortem, sed confide & crede omnia pctā tua dimissa. Teipsum quotiescunque formidas, discute, interroga te, an pctm̄ diligas, placeatve quod fecisti, idque secundum rationem. Nam in sensualitate sola si phantasiæ iniquæ voluantur, aut te impugnent, non erit propterea damnatio tibi, qui es in Christo Iesu. Nam si non placeat pctm̄, sed optares illud nunquam te admisisse, pœnitetq; te, quod vnquam peccaueris, quodve vnquam offenderis Deum: deinde propositum tibi constans est abstinendi ab omni peccato, præsertim mortali: tertio, parata voluntas ad obediendum Dei mādatis omnibus, & sequendam eius voluntatē se-

Consiliū optimum quo homo bene possit mori.

Eccles.9

Ioan.12

Mortem quis non habeat timere.

Apoc.7

Matth.9

Roma.8

cure

In gratiam Dei hominē constituūt tria quæ.

cure potes te confidere esse amicum Dei. Hæc enim tria in gratiam Dei constituunt hominem: Dolere de omni peccato, velle cauere & continere se ab omni peccato, & Dei præcepta diligere, nolleq; transgredi, sed his obedire. Dominus noster Iesus Christus hæc nobis largiatur, vt nunquam in nobis hæc non inueniantur, vt sic in hac vita Christo soli viuamus, ne in mortē ab eodem separaremur, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA XI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola B. Pauli apostoli I. ad Corinth. XV.

XX. NOtum vobis facio Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: Qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephæ: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A APostolus Corinthios intellexerat perperam à quibusdā pseudo apostolis instructos, aut seductos potius, ut de mortuorum dubitarent resurrectione, existimātes neminem resurrecturum. Quem errorem refellere cupiēs Paulus apostolus, eisdem scribit hoc modo: Hactenus de spiritualibus donis vobis disserui, modo vero commendo, clariusq; vobis loquens idem manifesto Euangelium, quod non est vobis nouum, quoniam iamdudum hoc vobis prædicaui. Quod recepistis quoq; credendo, & mores ac vitam vestram secundum hoc Euangelium instituendo: in quo deniq; statis perseuerando. Hoc autem dicit de his, qui adhuc in fide resurrectionis perpersistebant. Neq; enim omnes erant seducti. Hoc autem suo more facit Paulus, qui humano ingenio suo & prudentia, quibus excellenter pollebat, vehementer ad Christi gloriam vtebatur, applicans consilia, reprehensiones & argumenta, quibus potuit modis prudentissime, congruentissimeque, vt efficaciter persuaderet. Ideo hic pari modo quoq; captat beneuolentiam ab his, qui erant adhuc in fide resurrectionis perseuerantes, veba sua coaptans, vt haberent constantes vnde gauderent: hi vero q nutabant, torquerentur verecūdia & emendarentur. Itaq; Euangelium, inquit, vobis prædicaui, nec ab illo aliud nunc diuersum doceo. Hoc enim illud est quod suscepistis, quod tenetis, in q̊ perseueratis, per quod & saluamini, id est, cuius tum fides, tum obedientia vos ad salutem perducit, si tamen fide & memoria retinetis, qua ratione, ad quem finem, quove argumento hoc Euangelium prædicauerim vobis. Neque enim persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis vos ad hoc induxi, sed prædicatio mea fuit in virtute & signis. Legitur enim in Actis apostolorum non modicas virtutes fecisse Paulum, adeo vt semicinctia Pauli, atq; sudaria deferrētur, & super languidos ponerentur, & languores recedebant, spiritusq; nequam egrediebantur. Porro finis, inquit, ad quem vobis Euangeliū prædicaui Actor. 19

dicaui obtinendum eſt,vt vitam conſequa mini æternam. Quod haud quaquam aſſe quemini,ſi reſurrectio non fuerit mortuo rum. Hoc eñ tenetis me vobis prædicaſſe, hoc vos credidiſſe, niſi fruſtra credidiſtis. Fruſtra autem creditis, ſi alia quidem reci pitis, reſurrectionem vero mortuorum ſi de non expectetis. Quomodo enim nõ in utiliter creditis, quandoquidem fidei finẽ & fructum nõ attingitis? Aut quæ alia eſt ſpes credẽtium, quam quod mortui reſur gant? Quod quiſquis nõ ſperat, fruſtra de

B reliquis ſibi fidei partibus blanditur.

Sequitur: Tradidi enim vobis inter pręcipua fidei ſacramẽta hoc, quod & ego ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto accepi, non per me finxi. Quoniam Chriſtus non pro ſua neceſſitate, ſed pro peccatis noſtris mortuus eſt ſecũdum propheticas ſcriptu ras: quarum ex multis vna eſt Eſaiæ dicen tis: Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. (Eſaiæ 53) Altera in Pſalmo: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſ ſa mea. (Pſalm. 21) Et quia ſepultus eſt poſt mortẽ, & quia tertia die reſurrexit etiam ſecundum ſcripturas. Cuius reſurrectionem Ionas in figura teſtatur. (Ionæ 2) Quomodo enim in ventre ceti ille, ita Chriſtus in terra, hoc eſt, in ſe pulchro tribus iacuit diebus, & tribus no ctibus. Tradidi quoq; vobis, quod poſt re ſurrectionem ſuam viſus eſt Cephę, id eſt, Petro, (Marc. 16) Cui primo in viris, vt Marię Magda lenæ primo inter mulieres apparuit.

Quando apparuerit autem dominus Pe tro, non exprimit ſcriptura, niſi quod re deunti à ſepulchro, ad quod cum Ioanne feſtinato abierat, atq; ſecum de viſione an gelorum, de eorundemque teſtimonio ſe cum miranti apparuiſſe illum coniectura fit. (Ioan. 20 Chriſtus eſt appa ruit Pe tro.) Et poſt hoc viſus eſt vndecim apoſtolis tunc quando propter metum Iudæorum ianuis erant clauſis in die & in octauis Pa ſchæ. (Ioan. 20) Tunc quoq;, quando vt Matthæus refert, in Galilęa Chriſtus apparuit apoſto lis in mõte. (Matt. 28) Deinde viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul. Vbi hæc appa ritio facta ſit, nullus Euangeliſtarum re fert. Ex quibus multi viuunt adhuc ſuper ſtites, qui teſtari poſſint, quidam autẽ dor mierunt. Deinde viſus eſt Iacobo minori, fratri ſcilicet Simonis & Iudę Thadęi. Quę apparitio æque ab Euãgeliſtis tacetur. (Marc. 16) De inde apoſtolis omnibus in die Aſcenſio nis, vbi primum recumbentibus vndecim, deinde in monte Oliueti pluribus apparu it aſcenſurus in cœlum, vbi refertur diſci pulos eleuatis manibus benedixiſſe. (Lucæ 24) No uiſſime autem omnium (inquit Apoſtolus) poſt domini aſcenſionem, viſus eſt & mihi in Damaſcum ad perſequendos Chriſtia nos proficiſcenti, (Actor. 9) ſed tanquam abortiuo, qui immature & violenter de vtero eijci tur matris. (Abortiuũ cur ſe nominet Pau lus.) Ita enim egoquoque, inquit, de ſynagogæ vtero coactus ſum per terrores & minas (quãdo dictum eſt mihi: Durum eſt tibi contra ſtimulum recalcitrare) exi re. (Actor. 9) Ego enim ſum minimus apoſtolorum (quod à nobis tempore, non dignitate, qa poſt alios vltimoq; vocatus eſt, debet intel ligi) qui non ſum dignus vocari apoſto lus, propter vitam meam præteritam, qua apoſtolatu me reddidi indignum. Perſecu tus ſum enim Eccleſiam Dei. (1. Cor. 15) Vide quam humiliter de ſe ſentit Apoſtolus, (Humilitas Pauli quã ta fuerit.) cum plus apoſtolatu accepto, omnibus alijs labora uerit, vberioremque quam cæteri in domi ni horrea reduxerit frugem: ob oculos ta men ſuos priorem ſuam vitam ponẽs, qua veritati zelando per ignorantiam obſtite rat. Quare vocat ſe non ſolum apoſtolo rum minimum, ſed etiam apoſtoli nomi ne indignum. Quo nimirum mentis no ſtræ duritia confutatur, qui male vitæ no ſtræ retro actæ nobis cõſcij, de peccatis no ſtris, poſt conuerſionem etiam noſtram haudquaquam compungimur. Paulus ea delicta quæ ante baptiſmum admiſerat, ad huc plangit, nos ea quæ poſt baptiſmum aſſidue admittimus, vix plangimus.

C Itaque vbi ſe ratus eſt apoſtoli nomine vocari indignum, ſubiungit: Gratia autem Dei ſum id quod ſum. Quaſi diceret: Per merita mea nil boni ſum conſequutus. Ve rum gratia Dei, id eſt, ex gratuito Dei mu nere datum eſt mihi eſſe id, quod ſum. Et gratia eius in me non fuit ocioſa, ſed om ni negocio, opere & labore plena, quia a bundãtius ac plus ſingulis laboraui. Non autem ego, ſcilicet ſolus laboraui, aut ali quid effeci, ſed gratia Dei mecum. Nõ ego ſolus, nec Dei gratia (quantum attinet ad voluntatis executionem & opus) ſola, ſed gratia Dei mecum. Quo nonnullorum er ror arguitur, vel eorum qui cuncta tribue re volũt libero arbitrio, vel eorum qui gra tiæ Dei totum committunt ſeu adſcribũt. (Gra Dei v.i coope ret libero arbitrio.) Sunt enim reuera nõnulla, in quibus nos Dei gratia pręuenit ſine vllo arbitrio, mo

do aut conatu: non tamen sine nobis, aut sine assensu & conatu nostri arbitrij in nobis quicquam operis sola gratia consummat. Superna enim pietas primum agit in nobis aliquid sine nobis, vt subsequente libero nostro arbitrio bonum quod appetimus, agat nobiscum, quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis id processisset ex nobis. Ex eo igitur quod diuina nos pietas præuenit, vt innocentes nos faciat, dicit Apostolus: Gratia Dei sum id quod sum. Ex illo vero, quod nostrum arbitrium liberum per gratiam Dei excitatum, & iam consentiens Dei gratia sequitur, adijcit Apostolus: Et gratia eius in me vacua non fuit. Si enim Dei gratiam excitantem in se sensisset, & ad adiuuandum, perficiendumque bonæ voluntatis conatum paratam neglexisset, hoc est, si Dei gratiæ non acquieuisset, gratia Dei in Paulo vacua, ociosaque fuisset. Iam vero quia vacua in eo non fuit, adiungit: Sed plus omnibus laboraui. Quod de se ne totum hoc intelligeretur, qui se ex se sine Deo nihil conspiciebat, adiecit: Non autem ego. Quia vero cum gratia Dei se esse aliquid inuenit, adiecit: Sed gratia Dei mecum. Hoc est, non ego solus, nec Dei gratia sola: sed gratia Dei mecum, hoc est, nec ego sine gratia, nec gratia sine me laborauit: sed gratia Dei, quæ sola præueniens me excitauit, operata est in me non sola, sed mecum. Bona itaque nostra & Dei sunt, & nostra. Quia enim & ipse præuenit nos aspirando vt velimus, & cum assenserimus offerentes conatum nostrum, ipse adiuuando subsequitur nos: imo nobiscum & in nobis operatur, ne inaniter velimus. Præcipuum igitur quod est in bonis operibus, est Dei: minima vero portio bene operandi, est hominis: nec tamen sine Deo, sed cum Deo. Vnde liquet, vt Dei gratia præueniente, & voluntate nostra subsequente, quod donum Dei est, ex liberalissima eius bonitate sit meritum nostrum ab eodem nobis & nobiscum operatum, ab eodem nobis donatum, & ab eodem in nobis coronandum.

Gratia Dei quando sit vacua in homine.

Bona opera nostra quomodo sint Dei, & etiam nostra.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ vndecimæ post dominicam sanctæ Trinitatis, Lucæ decimo octauo.

D

REcto ordine postquam diu sumus moniti & instructi, quomodo peccata sint plangenda, corrigenda, cauendaque, nunc docemur qua prudentia bonum faciamus, qua humilitate peccata nostra agnoscamus, qua denique synceritate gratias agamus Deo, de gratia, de donisque eius nihil nobis arrogantes. Ex nobis enim ipsis nihil aliud sumus omnes, quam peccatores ingrati, atque rebelles. Quicquid aliud habemus, quicquid aliud sumus, ex Deo hoc nobis donatum est, vt in hodierna quoque epistola de seipso Apostolus testatur. Quocirca quicquid ex huiusmodi gloriæ ac laudis nobis occurrit, totum illud Deo debemus in eius gloriam referre, & de his nihil nobis vendicare. Inueniuntur enim homines vani, qui nusquam suam gloriam non quærunt. Quicquid dixerint, quicquid fecerint, omnibus mox narrant ceu suam prudentiam, suam iustitiam, suam diligentiam, suumque studium iactitantes, quo simul pro fauoribus, pro admiratione hominum, pro gloria humana opera sua iterum venditent. Hos aliosque qui non verbis foris, sua tamen existimatione intus apud se gloriantur, intuens dominus arguit, quando dixit parabolam huiuscemodi, vti indicat Euangelista, dicens:

Dona Dei nobis non debemus arrogare, sed in ipsum referre.

1. Cor. 15

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum vt orarent, vnus Pharisæus & alter publicanus.

Parabola est hæc, non historia. Idcirco non oportet omnia in sensu hic quem verba faciunt, sed in sensu quo fiunt, intelligi. Vult autem sub nomine Pharisæi hic intelligi superbum iustum, sub nomine Publicani humilem peccatorem. Est autem triplex genus superborum spiritu. Quidam enim ac se putant habere, quæ habent: vnde sibi placent, inflantur, duri sunt ad alios, proximos suos contemnunt, quia Dei dona in suis oculis quæ habent, quotidie versantur, vnde illis tumor, & aliorum ea non habentium aspernatio nascitur. Con-

Superborum spiritu genus triplex.

tra

1. Cor. 4 tra hos inuehitur Apostolus, dicens: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepi Iacob. 1 sti, quid gloriaris quasi non acceperis? Est igitur cum Iacobo reuere confitendū: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Proinde nihil nobis adscribendum, nihil inde gloriandum, quicquid in 1. Par. 29 nobis laude aut gratia fuerit dignum, sed cum Salomone confitendum: Tua est domine magnificentia, tua est potentia & victoria, & tua est laus. Cuncta enim quæ in cœlo & in terra sunt, tua sunt. Si ergo hæc Superbire quid sit. agnoscimus, quanta stoliditas est nostra qui superbimus? Superbire nanq; est, supra alium se extollere. Quid præfers te stul te super alium? Nunquid propterea quod tu recepisti quippiam, quod alius non recepit? An Deo possibile non est illi eadem quæ tibi aut meliora dare? Et quid tu scis cuiusmodi dona ipse secreto recepit? Aut nunquid sequutus es, quod propter arrogantiam tuam quæ habes, non amittes? aut quod alius te humilior, eadem aliave bona præstantiora non receperit? Non igitur de alienis bonis es ditior, non in veste aliena gloriosior: sed idem es, quisquis es ex teipso, vt appares & vt cognosceris à Deo. Tantus enim quiuis est hominum, quantus est apud Deum. Propter dona itaque Dei noli extollere te cōtra fratrem tuum, quo in peccatis tuis, & in voluntate tua mala (si te illi sic compares) deterior es. E Neque enim ex te, sed ex Deo es melior, si tamen es melior. Aliud genus est superborum, qui cognoscunt quidem à Deo se habere quæcunq; habent: adscribunt tamen suis meritis q̃d habēt, dicentes: Quia hoc aut illud feci, reddidit mihi Deus hoc propterea beneficium. Insipiens, quando tibi debitor factus est Deus? Aut quando tu illi gratum quid fecisti, nisi ex illius munere? Quicquid boni habes, à Deo non ideo habes, quia tu bonus es, sed q̃a bonus Ioan. 12 est ipse, qui tibi dona impartitur sua, vt tu quoque bonus fias. Propterea dicit ipse: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum adferatis, & Augusti. fructus vester maneat. Neque enim ideo nos elegit, quia sciuit futuros nos bonos: sed quia nos elegit, ideo sumus boni. Non igitur superbiat quis de aliqua virtute, q̃a superbia ipsa faciet, vt virtus nō sit virtus. Qui enī virtutes cū superbia congregat, nihil aliud facit, quam qui in vētum farinam portat. Tertium est genus superborum, qui à Deo cognoscunt se habere Dei dona, sciunt pariter gratis ea sibi collata: nihilominus gloriam, quæ Deo illis debetur, sibi vsurpant, ac Deo subtrahūt. De illis hic ponit parabolam vnius Pharisæi & Publicani ascendentium simul in templum orare. Pharisæi apud Hebræos erant, vt religiosi aut monachi fere sunt apud Christianos. Pharisæi quales fuerint. Secta eorum, quā profitebantur, non erat mala, bonaq; multa habebāt exercitia: sed ea vitiabat superbia, arrogantia, auaritia, & plerunque inuidia. Publicani vocabantur, qui lucris publicis inhiabant illicitis: Publicani dicti qui. & ideo vbi Publicani nominantur in Euangelio, pro peccatoribus accipiuntur manifestis.

Pharisæus stās, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo.

Pharisæus hic dicitur apud se orasse, q̃a Cur orasse dicat pharisæus apud se. non orabat apud Deum. Non enim humiliantis, sed stantis & erigentis se personam expressit, nec obseruauit, quod iustus (vt in Prouerbijs scribitur) in principio ora- Proue. 18 tionis accusator est sui. Neque enim se accusauit de peccatis, in quæ oculos retorquere noluit, sed potius opera bona, hoc est, ea quæ bonorum operum speciem habent (superbia enim eius bona opera destruxit) recensuit. Quapropter magis simulatorie videtur orasse, quam vere, vt ex ipsa oratione quoq;, aut gloriam apud alios sibi conquireret, aut sibi placeret. At dicis fortasse: Quomodo superbus fuit, qui Deo gratias egit? Nonne liquet satis illum ea bona pro quibus gratias agebat, confessum esse à domino se recepisse, & gratis absque merito? Alioqui quomodo egisset gratias Deo? Dicendum Pharisæum F illum multiplici infectum fuisse superbia. Primo, licet gratias egit Deo, à quo bona Pharisæus iste q̃ multiplici fuerit infect° superbia. sua esse cognouit, superbiuit tamē in hoc, quod bona illa sibi æstimabat data pro iustitia, & industria sua, non ex sola diuina misericordia. Neque enim gloriaretur de his, nisi aliquid suum in illis agnosceret.

Secundo, quia quamuis verbis gratias ageret, animo tamen & mente tumebat, ab

hominibus cupiens laudari, atque de ſua quoque gratiarum actione melior æſtimari. Tertio, quia cum non videret, quid in alienis ageretur cordibus, ſe tamen non ſolum extulit, ſed etiam prætulit aliјs, dicens: Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, adulteri, &c. Poterat Deo gratias agere, quod à rapina, quod ab adulterio, quod ab aliјs quoque criminibus illum præſeruauerit Deus, quod in peccata grauia illum non permiſerit cadere. Sed hoc ita fieri oportebat, vt per hanc gratiarum

Quō grās agere debuiſſet phariſęus

actionem ſeipſum humiliaret, agnoſcens ſe reum omnium peccatorum, non ſolum quæ fecit, ſed etiam eorum quæ, niſi fuiſſet præſeruatus, facere potuit. Quod ſi ex animo feciſſet, non inueniſſet in ſe, vnde alteri præferre ſe poſſet. Iam vero cæteris ſe præferēs, alios, præſertim Publicanum, deſpiciens & iudicans, ſuperbum & tumidum ſe mōſtrauit. Contemptim enim putatur hæc verba dixiſſe: Non ſum Publicanus iſte: quem neſciebat tamen quis modo coram Deo eſſet. Neque enim tunc erat peccator, poſtquam dixit in corde ſuo: Deus propitius eſto mihi peccatori. Temere igitur iudicabat Phariſæus ſeruum alienum, quod tam Chriſtus, quam Apoſtolus nomine Chriſti prohibet, dicens: Tu

Roma. 2

quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. Iactat autem ſe, aut ſaltem ſuo more gratias agit, quod ieiunet bis in ſabbato, hoc eſt, in hebdomada.

Sabbatum enim quandoque pro ſingulari die, hoc eſt, pro ſeptima die accipitur hebdomadæ, vt: Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Quandoque pro tota hebdomada accipitur, vt hic. Tertio, accipitur pro qualibet die hebdomadæ, vt: Vna die ſabbatorum. Decimas quoque, ait, do omnium quę poſſideo. Quid opus hęc erat referre, niſi quia ſibi placebat, & inaniter gloriabatur? Solebāt autem decimas dare Phariſęi de cunctis holuſculis, aneto, cymino, mentha, & id genus aliјs, quaſi perfectam iuſtitiam monſtrantes.

Sabbatū tribus modis accipi. Exod. 20

Lucæ 24
Matth. 23

Lucæ 11

Et Publicanus à longe ſtās, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

G

Vere pœnitentis pulchra deſcriptio

Vide pulchram deſcriptionem pœnitentis & orantis. Primo enim à longe ſtabat Publicanus. Sciebat ſe longe eſſe à Deo. Quamobrem in templo à longe ſtabat, indignum ſe æſtimans, qui propius, aut vicinius ad ſancta templi accederet. Ignominiam itaque ſuam aſpiciens, nolebat ad cœlum oculos leuare, propterea quod Deum cœlorum, Deumque qui in cœlis habitat, offenderat, verſus quem faciem conuertere indignum arbitrabatur. Nimio itaque pudore compulſus, faciem leuare non potuit. Percutiebat autem pectus ſuum, quaſi puniens in ſemetipſo quod male egerat, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Quam breuis hæc fuit oratio, quam cito tamen exaudita eſt, & quam fortiter impetrauit? Eſt autem hæc oratio compoſita ab ipſo Chriſto. Parabolam enim retulit hic, non hiſtoriam. Vtere igitur hac oratione crebro, quia indubitatum eſt verbis ſuis Chriſtum ſingularem etiam dediſſe virtutem. Vide autem quam differenter ſe Publicanus in oratione habuit à Phariſæo. In nullo enim ei ſimilis fuit, niſi quod ſtetit. Differt tamen in hoc quoque, quod à longe ſtabat Publicanus: Phariſæus autem præſumptuoſus propius accedebat. Deinde ad alia nihil habuit commune cum Phariſęo Publicanus. Siquidem verecundus oculos non audebat leuare ad Deum, quem offendiſſe ſciebat. Pectus tundebat, peccatorem ſe confitebatur, veniam & miſericordiam poſtulabat.

Differentia orationis phariſæi & publicani quanta.

Amen dico vobis: Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.

Iuſtificatus narratur hic publicanus ab illo. A quo? Non à Phariſęo. Hic enim qui per ſuperbiam iniquus erat, neminem iuſtificare poterat. Sed iuſtificatus eſt Publicanus ab illo, hoc eſt, à Deo, quem inuocauit, cui dixit: Deus propitius eſto mihi peccatori. Aut certe iuſtificatus eſt ab illo, hoc eſt, præ illo Phariſæo. Nam Phariſæus immundus templum intrauit, ſed exiuit immundior. Publicanus vero immundus intrauit, ſed mundus & iuſtificatus exiuit. Attendite tamen diaboli fraudem. Phariſæum hunc permiſit, & fortaſſe impulit (ita enim ſolet diabolus) ad facienda opera bona, vnde ſe iactaret, vnde gloriaretur, ſciens nihil illi profutura omnia illa opera bona, niſi ad maiorem ſuperbiam & grauiorem ruinam. Quo enim plura agebat bona, eo ſemper fiebat ſuperbior. Hoc modo

do multos incaute fallit diabolus, quos in vno retinet peccato: de quo tamen parum aduertunt delinquentes aut curant, credẽtes se, quia multa alia faciunt bona, de hoc vno peccato non periclitari, nec aduertentes, quod Iacobus inquit apostolus: Qui obseruauerit totam legem, in vno autem offendit, factus est omnium reus. (Iacob.2) Siquidem ad hoc vt homo sit iustus aut bonus, necesse est omnes conditiones bonas & virtutes ei inesse. Quarum si vna defuerit, non potest esse bonus. Porro quod homo fiat malus, sufficit vnam ei malam conditionem, quæ peccatum sit mortale, adesse, tametsi omnes alias videatur habere virtutes: nullam tamen habere virtutem credendus est, si vel vnam non habeat. Nullam habet, si non omnes habet. Neque enim aliter iuberis diligere dominum Deum tuum, quam ex toto corde tuo. At que ideo infinita licet egeris bona opera, non poteris iustificari, si in vno perseuraueris peccato.

(H. Boni que nã constituant hominẽ, siue malum.) (Deut.6. Marc.12)

Dicitur autem publicanus hic iustificatus exisse de templo. Quo modo? Nunquid per opera bona? Minime. Neque enim habuit opera bona, per quæ iustificaretur. Si enim hæc habuisset, iam non fuisset peccator, sed iustus: quia nemo opera habet bona sine gratia Dei, nec vspiam bona sunt opera, quę à Deo coronentur, nisi vbi fuerit gratia Dei. Non enim (sicut apostolus Paulus dicit) ex operibus quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit, hoc est, in statum salutis, & gratiam suam nos recepit. Qui enim in peccato est, non potest opera facere per quæ iustificetur, id est, per quæ ex filio iræ efficiatur filius adoptionis & gratiæ. Sed gratia Dei, inquit, saluati estis per fidem, & non ex operibus, præuijs scilicet ante fidem, puta antequam recepti estis in gratiam.

(Iustificatus quo fuerit publicanus.) (Titum.3) (Ephe.2)

Loquitur autem hic Paulus de iustificatione prima, qua ex infideli fidelis, ex peccatore iustus, ex filio diaboli efficitur filius Dei. Hæc ex nullis est operibus, quandoquidem & fidem nemo ex seipso habet, sed Dei donum est, & à Deo infusa virtus. Hoc modo publicanus iustificatus est ex Dei misericordia & gratia illum illuminante, qua credidit peccata sibi dimitti, & propitium inuenire (sicut orauit) Deum. Alia est autem iustificatio, quando quis iustificatus est, & Dei iam filius est factus, adeo vt Deus iam operetur in eo. Hic potest ex iusto iustificari, seu iustior fieri, vt ex gratia Dei & bonis operibus maiorem iustitiæ gradũ obtineat. Bona enim hominis opera, vt sint bona, à gratia Dei habent cooperante. De hac iustificatione scriptum est: Iustus iustificetur adhuc. (Apoc.22) De hac iustificatione etiam loquitur Iacobus in epistola, quando hominem asserit iustificari ex operibus. Hoc est, eum, non qui adhuc in peccatis est constitutus, sed qui per Dei gratiam & fidem iam iustificatus est, per bona opera Deo cooperante iustificari, hoc est, in iustitia crescere, atque seipso fieri meliorem: licet huius iustificationis quoq; præcipuũ quod in ea est, sit Dei gratia.

(Iustificatio hois duplex q.) (Iacob.2 Iustificari hoiem ex operibus, quid sit.)

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

I

Hæc sententia in omnes fertur, qui se exaltant, qui volunt esse magni: nõ in eos, qui aut prudentia diuina, aut humana autoritate in Deo fundata (cui resistendum non est) exaltantur. Deus enim potentes non abijcit, cum ipse sit potens. (Iob.36) Ipse innumeros seruos suos, qui nihil in oculis suis erant, & latere abijciq; cupiebant, glorificauit & exaltauit. Quocirca hic neque magnus, neque vilis vituperatur: sed laudatur (Psalm.73) qui superbiam odit, qui humilitatem diligit, & qui Christi satagit esse discipulus, discẽs à magistro humilis & mitis esse corde. (Matth.11)

Tam odibilis enim Deo & hominibus est superbia, quam grata humilitas. Nemo cum superbo libenter conuersatur. Scitur nanque non diuturnam pacem posse stare, vbi regnat superbia. Inuenit enim sibi inuidentes, & qui ascendere cupiãt ex aduerso. Quapropter superbus odit superbum, superbus inuidet superbo: quia possunt quidem dilectionem simulare, sed nõ possunt in veritate mutuo sibi exhibere.

(Superbiã Deo & nominibus esse odibilem.)

Nemini autem potest humilitas esse odiosa. Nihil enim temporale diligit. Vnde cum omnibus pacem faciliter possidet humilis. Humilis tametsi defectuosus imperfectusq; fuerit, portatur tamen ab oĩbus. Humilitas eñ illũ excusat atq; commendat. At vero superbus, solo nomine audito quod superbus sit, fugitur ab omnibus. Quapropter filij estote humiles, cognoscẽtes imperfectiones vestras. Neminem iudicate, de alijs meliora, quam de vobisipsis sentite. Vobisipsos semper reprehendite,

(Humilitatẽ nemini esse odiosam.)

Iacob.4 1.Petri 5

&priora contemnentes ad perfectiora anhelate. Deus autem qui superbis resistit, & humiles diligit, dabit quoque vobis gratiam suam, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ oratio Deo placeat, & quam stulta sit omnis superbia.

K

Deus propitius esto mihi peccatori. Lucæ decimo octauo. Orationem breuem nos docuit piissimus dominus, salutarem tamen. Quid enim breuius his quinq; verbis: Deus propitius esto mihi peccatori? Tantæ tamen sunt virtutis hæc verba, tantæ efficaciæ, vt si ex animo & veritate, hoc est, si ex dolore cordis de suis peccatis pœnitens quis dicat, vt omnipotentem ligent, vt immutabilem mutent, vt ab inferno liberent, gehennam deprecentur, vitamque obtineant æternam. Est enim infinitæ bonitatis Deus, qui nusquam magis inclinatur, ad nihil aliud celerius trahitur, quam ad parcendum & miserendum. Nunquam igitur de ore nostro, nunquam de corde nostro hæc verba recedant: Deus propitius esto mihi peccatori. Est autem hæc oratio in Euangelio hodierno prædicata & cognita huius esse virtutis, vt per eandem homo Publicanus suis peccatis absolutus atque iustificatus in suam rediret domum. Habet enim Euangelium hoc, quæ ædificant, multa. Primum nanque est, quod duo homines ascenderunt oraturi in templo. Ascenderunt in templum vt orarent, non vt fabularentur de suis mercibus, vt de suis tractarent negociationibus, aut vt nouos audirent rumores, sed vt, inquit, orarent. Secundo, ostenditur oratio quæ fit commendabilis. Non enim vniformiter hi duo orauerunt. Itaq; superbi oratio cõtemnitur, pœnitentis, & humilis oratio acceptatur. Superbus quamuis Deo de acceptis bonis gratias agat, tamen alios cõtemnit pauperes & proximos suos, alios iudicat, & se illis præfert. Cuius nullam potest habere occasionem, nisi quia de Dei donis sibi vsurpat gloriã. Si enim vere gratias ageret, si vere ex Deo se hæc accepisse cognosceret, nihil in his inueniret, cuius sibi gloriam arrogare posset aut laudem. Nihil, inquam, sibi adscribendum, nihil vnde aut inaniter gloriari, aut vnde alium posset contemnere, in se agnosceret. Si enim Pharisæus non superbisset, hæc eius fuisset oratio: Gratias tibi ago domine Deus meus, quia à multis me defendisti seruastiq; peccatis, quæ procul dubio nisi tua misericordia super me protegens fuisset, obruissent me. Neque enim ego, quam alij qui peccant, sum fortior aut constantior, sed vbicunque ego non peccaui, tuæ, id est, gratiæ, non meæ infirmitatis: in qua si relictus essem, omnibus forem peccantibus infelicior. Quantum igitur ex me est, in omnibus ego deliqui. Quantum vero non cecidi, id est gratiæ tuæ. Quod autem solius gratiæ tuæ est, quomodo mihi possum adscribere? aut quomodo possum inde gloriari? aut quomodo quempiam propterea aliũ possum contemnere? Verum, adeo non sapiens fuit superbus. Reuera enim superbia est simul stultitia. Siquidem in hoc superbo Pharisæo, multa quæ stultitiam indicant, fuere. Nam quod orationem facturus non ab humilitate, sed à iactantia incepit, quid aliud fuit, quam stultitia? Si enim vtiliter ei esset orandum, in humilitatem, hoc est, in sui cognitionem se primo debuisset deprimere, quo compunctus vtiliter orasset. Ipse vero diuitias suas ostendit, qui ad mendicandum venerat. Longe aliter faciunt pauperes, qui non ea quæ habent, sed quibus carent, egestatemque suam indicant. Ea quoque siue sint plagæ, siue corporis vulnera, ostentant, vnde homines moueantur ad misericordiam, compassionem, & ad tribuendum. Hoc modo corã Deo sua mala narrasset, non quod Deo confessione manifestari possint incognita, sed quod seipsum cognoscendo atq; expendendo in sui prouocaret detestationem. Scriptum est enim: Oratio humiliantis se penetrat cœlos. Inde enim orta illi esset cõpunctio atq; deuotio, vt quo se longius à Deo abesse conspiceret, eo appropinquare ei vehementius desideraret. Secunda, fuit huius Pharisæi stultitia, putare scilicet solem iustitiæ nusquam alibi quam apud se lucere, quasi solus ipse foret iustus. Sic enĩ loquitur: Quia non sum sicut cæteri homines. Potius cogitasset Dei gratiam in omni homine alio operari, præterquam in se. Sic olim Helias, licet dissimili animo, putabat præter

Oratio cuiusmodi vitiis fuisset Pharisæi.

Stultitia superbiæ Pharisæi indicia multa, quæ sint.

Eccle. 35

L

Orationis efficacissimæ formula.

Euangelij huius documenta, quæ.

Oratio quænam Deo placeat, & quæ non.

3.Reg.19 Lucae.11 Præter se neminem in terra Israel superesse, qui coleret dominum, dicens: Altaria tua domine suffoderunt, & prophetas tuos occiderunt: & relictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Sed quid respondit illi dominus? Et derelinquam mihi in Israel septem milia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Habet ergo seruos occultos suos dominus multos, quorum vt sanctitas nobis ignota est (neque enim videre corda possumus hominum) ita etiam iudicare debemus neminem, sed omnes existimare nobis meliores. Ideo Bernard. scribit Bernardus ad fratres de monte Dei, hoc est, ad Carthusienses: Nolo vt arbitreris solem nusquam lucere nisi in cella tua, Ite enim faciunt quidam, qui alios propterea quod suo more non viuunt, despiciunt. Nihil enim illis præter sua placet. Tu vero noli quempiam iudicare, si non faciat quod tu facis. Sunt enim varij ad seruiendum Deo modi, puta illum alio modo, quem tu nescis, placere Christo eidemque seruire. Tertia stultitia illius pharisæi est, quod gloriabatur tanquã de virtutibus, quæ tamen virtutes non erant. Ac si de aureo quis gloriaretur nummo, qui tamen non aureus, sed cupreus esset. Hoc modo iactabat se non esse vt cæteros homines vitiosus. Quo iustum se & mundum arbitrabatur, non intelligens ipsa superbia, qua inquinabatur, fieri, vt nihil in eo esset virtuosum. Quascunq; enim inuenerit superbia virtutes, destruit & inquinat. Nidum Iam habere in se, & non in Deo q. a Bulen. Erat autem pharisæus de illis vanus, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, quod insipientissimum est. Quandoquidem sine Dei auxilio, siue ea loquamur quæ faciunt ad declinationem mali, siue ea quæ ad operationem boni promouent, nihil possumus 2.Cor.3 iuxta verbum Apostoli: Non quod sufficientes sumus aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex nobis. Quisquis aliud de se Hiere.48 credit aut præsumit, stultus est, & ruinę proximus. Vnde per Hieremiam dicit dominus: Eo quod fiduciam habuisti in muni1.Cor.1 tionibus tuis & in thesauris tuis, & tu quoque capieris. Nullam vult neque in nobis, neque alia in re quapiam nos habere fiduciam, nec vult nos gloriari, nisi in domino Deo. Cæterum quas ediuerso orandi conditiones publicanus tenuerit, videamus. Neque enim ociose Christus adeo illum laudauit, vt etiam illum iustificatum in domum redijsse nobis nunciaret, nisi merita illum commendassent, & nisi, quã pharisæus, sanctiorem castioremque nobis dedisset formam orandi. Publicanus itaque dum voluit orare, primo agnouit peccatum suum: cuius agnitio & dolor impulit eum vt oraret. Videbat enim se in malo constitutum, & nisi dominus adiuuisset eum, hoc est, nisi misericorditer egisset cum illo, paulo minus habitasset in inferno anima eius. Non igitur ex consuetudine, vt solent multi, non propter metũ hominum, in quorum habebatur iam oculis ignominiosus, vtpote publicanus, sed stimulante compunctione, excitante se diuina gratia (cui ascultabat) cor suum voluit Deo, paucis quidem verbis, sed magno gemitu profundaque humilitate effundere Agnouit erga peccatum: cuius cognitio illum impulit currere ad templum, induxitque verecundiam, vt staret à longe, nõ audens propius aut interius intrare templum in conspectu Dei. Secundo, fuit eius oratio humilis. Optima est hæc orantis conditio. Neque enim non potest non exaudiri. Vide autem quam verecunda illius fuerit humilitas. Non audebat, inquit, oculos ad cœlum leuare, erubescens coram Deo, quod tanto illum tempore cõtempsisset. Simile aliqd in B. Maria Magdalena repertum est, quæ stabat retro secus pedes domini Iesu plena compunctione, plena verecundia, plena humilitate. Simili quoque modo Petrus Christo dicit in miraculo piscium: Exi a me domine, quia peccator ego sum. Et Centurio: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Considerabant enim hi omnes suam paruitatem suamque vilitatem, & ediuerso maiestatem diuinam.

Conditiones orãdi laudabiles in publicano hoc quæ fuerint

Psal.93

Lucæ 7

Lucæ 5 Matt.8

Tertio percussit pectus suum, fontem & scaturiginem peccatorum, vnde malum omne prodierat. Ex corde eñ, inquit veritas, prodeunt cogitationes malę, adulteria veneficia, comessationes, &c̃. Percutit igit atque tundit cor suum tanquam originẽ, vnde peccatũ exierat puniens. Sciebat eñ quod cor contritum & humiliatum Deus non modo non despicit, sed etiam iuxta est his q tribulato sunt corde: maxime si ꝑpter peccata sua, quibus Deum amantissimumque patrem suum offenderunt,

Matt.15

Psal.50 Psal.33

affligantur. Quarto, quia inuocat Deũ. Hic enĩ solus peccata dimittit. Quinto, quia nihil in sui excusationem adducit
N Mar.2 sed verecunde peccatum suum confitetur: nec quare sui miseretur, quicunque citat aut adducit, nisi quoniam ipse dominus bonus est, & quoniam in seculum miseri-
Psal.117 cordia eius. Esto, inquit, propitius. Ac si diceret: Nihil habeo petere, iustum etiam nõ est me rogare te, quem toties offendi: nihil offerendum habeo, quam miseriam meã sanandam, qua hactenus te offendi. Hoc solum ad te clamare possum: Domine miserere mei, quia peccator ego sum: vires meas peccando exhausi. Ideo cum tibi nunc seruire deberem, inutilis & infirmus sum. Vnum igitur mihi à te o Deus misericordiarum relictum est verbum: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam
Psal.50 Lucæ 18 tuam. Et: Deus propitius esto mihi peccatori. Itaque cum nulla habeam merita, nulla iustitiæ opera: propter temetipsum Deus meus propitius esto mihi peccatori.
Esaiæ 43 Tu enim in Esaia promisisti nobis: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Esto igitur propitius etiam mihi peccatori. Si nullius vnquam peccatoris misertus es, non audeo rogare vt mei miserearis, aut vt mihi, quod nulli alteri, facias. Sed si cuiuspiam, imo quia omnium miserearis qui te inuocant, rogo præcipue mei, qui omnibus sicut vilior, ita & infirmior sum, misereris. Videte igitur cuiusmodi fuerint arma publicani istius, qbus pugnauit contra Deum. Vere efficacia, vere potentia, sed contra misericordissimum quibus tamen simul potentissimus vinceretur, flecteretur que iustissimus. Obser-
Publican⁹ cur iustificatus fuerit, & cur pharisæus reprobat⁹ ua autem hic fili, quia publicanus hic iustificatus est, non quia habuit opera bona, sed qa nõ habẽs opa bona habuit humilitatem, contritionem, orationem & fidem: quomodo nec pharisæus est reprobratus propterea, quod alia habuit opera mala, sed quia in suis operibus superbiam habuit & arrogantiam, & alios quibus se præferebat, contempsit. Non igitur hic discamus non operari bonum, sed non præsumere de operibus bonis, quasi non egeamus misericordia Christi, sine qua omnis nostra iustitia est iniustitia. Et vt quantumlibet videamus proximos peccantes, non tamen eos iudicemus, hoc est, non contemnamus. Qui enim heri peccauit, qui scis an hodie in peccato persistat, an Dei interim amicus effectus sit? Itaque O
duo sunt nobis obseruanda. Primum est, Neminem à nobis vel iudicãdũ vel spernendũ. Eccl.11 Rom.14
non fidere in operibus nostris. Deinde, neminem iudicare aut spernere. Quicquid igitur potes fili, ad Dei fac gloriam. Non solum quæ tibi præcepit dominus, facito, sed quæ sit etiam Dei beneplacens & perfecta voluntas disce, & illã, tametsi non præceperit Deus, humanæ condescendẽs imbecillitati, facito. Multa enim sunt, Multa sũt Deo acceptissima: tñ non præcepit.
quæ non pcepit Deus, quæ tñ Deo acceptissima sunt. Verbi gratia: Virginitatem aut cœlibatum non pcepit Deus propter continentiæ difficultatem, tamen si obseruas, Deo rem acceptissimam facis. Quomodo enim beata Maria virginitatem (quæ olim in lege probrosa erat, vtpote infœcunda) elegisset, aut Ioannes Baptista aut sanctus Ioannes Euangelista & reliqui, nisi hanc Deo placentissimam, licet non præceptam, cognouissent? Licet autem virgini- Esaiæ 56
tas præcepta non sit, in scriptura tñ veteri, Virginitas in vetero [illegible]
maxime in Esaia, vbi de eunuchis suis dñs loquitur, vehementer cõmendatur. In Euãgelio quoque similiter Christus laudat eunuchos, qui se castrant propter regnum Matth.19
Dei. Non prohibuit dominus nobis vinum bibere, aut carnes comedere. Qui tñ Dei amore sibijpsi hãc delectationem subtrahit, atque vino aut carnibus aut ab vtroque sibi temperat (ita tamen vt non abstinentem tempore, quo Ecclesia esum carnium non prohibet, non iudicet) Deo rem P
acceptam facit. Quomodo enim rem Deo non acceptam faceret, à carne aut vino eius amore (si tamen vires hominis permittunt) abstinens, quando is qui ciphum aquæ alteri Dei contemplatione porrigit mercedẽ recipere æternã perhibet? Quod Abstinentia à vino & carnibus qñ & cur sit Deo accepta. Matt.10 Hiere.35
vt euidentius manifestetur, ex Hieremia hic recitemus, quæ de Rechabitis leguntur, ad quos Hieremiam dominus misit, dicens: Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domũ domini, in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinũ. Et hoc fecit Hieremias (vt sequitur ibidẽ) introducens omnem domũ Rechabitarũ in domum dñi. Quibus (vt de se refert Hieremias) posuit coram illis ciphos pleno vino, & calices, & dixit ad eos: Bibite vinum. Qui responderũt: Non bibemus vinum, qa Ionadab filius Rechab pater noster pcepit nobis, dicens:

cens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri vsq; in sempiternũ. Et domũ non ædificabitis, & sementẽ non feretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis domos, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis sup faciẽ terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus quę p̃cepit nobis, vt nõ biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostrę, filij & filiæ nostrę, & non ædificaremus domũ ad habitandũ & vineã & agrum, & sementẽ non habuimus: sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta oĩa quæ p̃cepit nobis Ionadab pater noster. Et factũ verbũ dñi ad Hieremiã, dicens: Hæc dicit dñs exercituũ Deus Israel: Vade & dic viris Iuda, & habitatoribus Hierusalẽ: Nunqd recipietis disciplinã, vt obediatis verbis meis dicit dñs? Præualuerunt sermones Ionadab filijs Rechab, q̃s p̃cepit filijs suis, vt nõ biberent vinum: & non biberunt vsq; ad hãc diẽ, qa obedierunt p̃cepto patris sui. Ego autẽ locutus sum ad vos de mane cõsurgẽs & loquens, & non obedistis mihi. Videtis hic, q̃d dñs obedientiã cõmẽdat Rechabitarũ, q nullo præcepto diuino iussi, sed tãtum sui patris aut psuasione aut præcepto inducti, has obseruantias, quas illorũ pater eis, non contra Dei p̃ceptum, nec etiam tanquã Dei p̃ceptum, sed vt suum mandatum, quo tñ minus transgrederent Dei p̃cepta, legisq; seruarent disciplinam, iniunxit, sunt amplexi, & propterea hic laudantur.

Q In blasphemes huius seculi Lutheranos.

Vbi sunt hi, qui dicunt Deo non placere, qcquid ipsemet verbis lucidius in scriptura non p̃ceperit? Ecce vides hic, quę Rechabitæ obseruabant, non p̃ceperat Deus, nihilominus tñ ei illa eadẽ placuerunt, quæ Ionadab filius Rechab suis filijs præcepit. Placuit quoque illi Rechabitarũ obedientia. Quod vt perfectius intelligas, ex repromissione Dei illis facta audies eorũ obseruãtias Deo placuisse. Nã sequit ibidẽ: Domui autem Rechabitarum dixit Hieremias: Hæc dicit dñs Deus exercituũ Deus Israel: Pro eo quod obedistis p̃cepto Ionadab patris vestri, & custodistis oĩa mãdata eius, & fecistis vniuersa q̃ p̃cepit vobis, ꝓpterea hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Nõ deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Quid hic dices? Rechabitæ patris sui regulam licet à patre tantum sibi statutã aut iussam seruãtes, à dño apprime laudant. Et Franciscani sui patris Francisci regulã ex Euangelio desumptã, & ꝑ Euangelij obseruantia traditam, alijve monachi suorum patrum regulas pro Dei cultu & Euangelij obseruantia custodiendas, Euãgelio aut quadrantes, aut inde sumptas, arguentur? Dicunt em̃ Lutherani monachorum regulas hominum duntaxat esse inuẽta. Si inuenta sunt hominum, vel ideo sunt quia certe ꝑ hoĩes vt etiã lex vetus & nouũ testamentũ per hoĩes scripta sunt. Non tñ inuenta sunt hominũ, vt absq; spiritu sancto, humano tm̃ spiritu sint scripta. Quicquid igit, vt dixi, boni feceris, & quantũ vltra quam pręceptum est, te extenderis (qm̃ charitas & proficiendi studium non habent mensuram, nec arctantur præceptis) Deo acceptum est. Tu saltem vide, ne quod possis, quicq̃ bonorũ intermiseris aut neglexeris. Noli tñ in his fidere noli iactare, noli de his gloriari. Noli etiã quæ cũq; tua opera æstimare ea synceritate aut charitate facta, vt his meriti præmij ve quicquam à Deo debeatur: sed pure in misericordia Dei, & in Christi meritis confide & requiesce. Quod omnibus nobis largiatur dominus noster Iesus Christus benedictus in secula, Amen.

Regulæ monachorum quanti faciẽdæ

Bona opera, quamuis nõ pręcepta non esse negligenda.

DOMINICA XII POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli II. Corinthios III.

XXI FIduciam talem habemus per Christum ad Deum: Nõ quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idonios nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera em̃ occidit, spiritus aũt viuificat,

Quod

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in glo-
Exo.34 ria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Mosi propter glori
am vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spi-
ritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: mul-
to magis abundat ministerium iusticiæ in gloria.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A ANte hanc lectionem, cum non
nulla scripsisset Paulus, quibus
videri poterat seipsum com-
mendare, vt plerique pseuda-
postoli faciebant, qui commendatitijs e-
pistolis vtebantur, huius nunc ratione ex-
plicat in hac lectione. Quasi diceret: Dixi-
mus quia Deus semper per nos triũphat,
& notitiæ suæ odorem per nos manifestat,
Christique bonus Deo odor sumus.
Quod non ideo vt nos commendamus
ipsos, dictum putetis, nec propterea, quod
viribus quippiam nostris tribuamus, sed
quod tantam fiduciam habeamus ad De-
um (à quo quicquid boni nobis est datũ,
habemus, eique acceptum referimus) qua
re confidenter & secure sic loquimur. Nõ
enim dicimus, quod ad hoc sufficientes si
mus, quo aliquid sanctum salutareve cogi
temus ex nobis tanquam ex nobis, siue ex
proprio (tantum abest, vt quicquid loqui
item aut agere valeamus) sed omnis suf-
ficientia nostra ex Deo est, à quo omne
Iaco.1 donnm est optimum, & omne datum per
fectum, qui operatur in nobis & velle &
perficere. Qui & idoneos nos fecit mini-
Phil.2 stros non veteris testamenti, vt pseudo vo
lunt esse apostoli, sed Euangelicæ legis, &
noui testamẽti gratiæ, quod in litera haud
quaquam situm est docente, sed in spiritu
adiuuante. Litera enim tantum docens &
non præbens auxilium, tametsi in se bona
sit, occasionaliter tamen occidit, dum fa-
cit scienter peccare. Spiritus autem viuifi-
cat, dum quæ iussa sunt, etiam facit imple-
re. Nam & Christus non per externã scri-
pturam, sed per internam illuminationem
& vnctionem legem suam tradidit aposto
lis. Quod si ministratio mortis, id est,
lex vetus, quæ præuaricatores per occasio-
nem facit, dum iubet & non adiuuat, cu-
iusque, vt dixi, litera occidit, literis descri-
pta in tabulis lapideis (quantum ad præce
ptorum decalogum attinet) fuit in gloria
id est, splẽdorem habuit in suo latore Mo
se, qui hanc vt minister tantum pronuncia
uit, ita vt non possent filij Israel intueri in
faciem Mosi propter claritatem vultus e- Exo.34
ius, quam sortitus ex consortio & collo-
quio est Dei. Inde enim radij procedebant
splendidi, reuerberantes filiorum Israel in
tuitum. Quamobrem Moses ponere coge
batur velamen super faciem suam, dum fi-
lijs loqueretur Israel: quę tamen gloria seu
claritas euacuatur, id est, finem accepit. E-
uangelica enim vulgata, veteris legis glo-
ria cito finem sumpsit. Itaque si ministra-
tio legis veteris, quæ quidem prohibebat
multa, pluraque præcipiebat: subditum ta
men legis, quo legem seruaret obediretq;
non adiuuabat. Quo sumpta inde homi-
ni occasione, peccatũ magis faciebat, quã
tollebat. Si enĩ nõ fuisset phibitio, nõ fuis-
set etiam transgressio. Vbi vero nulla est p̃-
uaricatio, ibi non est peccatum. Sine lege
ergo peccatum non erat, quod per legem,
id est, occasione legis, nostræq; infirmita-
tis & inobedientiæ fiebat. Quippe cum le
gem sine gratia obseruari, præsertim ad iu
stificationem, possibile non esset. Si ergo
(iterum dico) ministratio mortis habuit
gloriam, quomodo non magis ministra-
tio spiritus, puta lex Euangelica per spiri-
tum sanctum indita, non erit gloriosa, aut
non habebit gloriam & dignitatem? Nam
si ministratio damnatiõis, id est, vetus lex,
quæ sui transgressores mox damnat, nec
ad pœnitentiam expectat, in gloria est, & si
honor & dignitas est Mosi, per quem da-
ta seu pmulgata, ac ministrata est lex, mul
to magis ministerium iustitiæ, hoc est Euã
gelium & exhibitio nouæ legis, seu legis
gratiæ, veram iustitiam docentis, & grati-
am iuste viuendi conferentis, abundat in
gloria.

EXEGESIS EVANGELII
dominicæ duodecimæ post do minicam sanctæ Tri- nitatis. Marci se- ptimo.

Non

B

NOn ad hoc præcipue dominus noster Iesus Christus in hūc venit mundum, vt infirmorū corpora sanaret bñficiaq; erogaret corporalia, nec vt tēporalē nobis adferret salutē, sed vt animas saluas faceret q̄ pierant. Venit Euangeliū suū nobis annūciare, venit regnum prædicare cœlorum, quia venit peccatorum dare remissionem. Venit mundo prædicare, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitā ęternam. Quod vt fieret, hoc est, vt mundus illum crederet saluatorem, & vt ęternæ vitæ crederetur promissio, eiusque prædicatio esse crederetur non fallax, fecit signa, prodigia, miraculaque multa: opera quidem, cuiusmodi nemo potuisset facere alius (vt Nicodemus ait) nisi fuisset Deus cum eo. Si enim in Christo fuisset falsitas seu impostura, non potuisset signa illa facere. Alioquin (quod impossibile erat) Deus, cuius virtute hæc faciebat miracula, testis fuisset mendacij & imposturæ. Signa igitur & beneficia corporalia, confirmatio fuerunt Euangelicæ prædicationis. Quamuis enim spiritualia sunt maiora dignioraque, vt sunt animarum conuersio, peccatorum remissio, quam depulsio morborum, sunt tamen corporalia beneficia notiora, vt pote visibilia, per quæ homines inuitati credant etiam ea, quæ non videntur beneficia Christi spiritualia. Ita igitur loquitur Euangelium:

Luce 19, Matt. 9, Luca 5 — Ioan. 3 — Miraculorum Christi ratio — Ioan. 3

Mar. 7

Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

Eze. 26. 27 — Tyri ciuitatis excellentia

Tyrus ciuitas fuit nota ex prophetis antiqua, omniumque opulentissima, cuius excellentiam non tacet Ezechiel propheta. Hæc relicta fuerat de Chananæorū gente, nec per filios Israel ex Aegypto redeuntes, & terram promissionis occupantes deleta. Ad hanc omnia mundi præciosa confluebant: & erat ibi negotiatio maxima, quia erat quasi insula maris. Quare tota regio quoque vocabatur Tyrus. Ab his finibus egressus Iesus, non legitur tamen intrasse ciuitatem aut ibi prædicasse, fortasse ne Iudæis scandalum murmurandique præberet occasionem, quod se, id est, Iudæis qui legem seruassent, relictis iret ad gentes. Erat autem & iustum aliquo modo, vt Iudæis primo annunciaretur Euangelium, deinde & gentibus, vt factum est: quia ad filios Israel missus erat dominus Iesus, vt ipsemet fatetur. Paulus quoque: Dico, inquit, Iesum ministrū fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum, quibus scilicet promissus erat venturus, gentes autem super misericordia honorificare Deum. Eam ob rem Christus discipulis quoque suis dixerat: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, scilicet ad prædicandum: sed ite potius ad oues domus Israel. Circa fines igitur Tyri vbi mixti gentibus aliquot erant Iudæi, docuisse credendus est, sed non moram ibi fecit. Sydon quoque ciuitas est Chananæorum, Tyro minor. In his locis egressa mulier Chananæa, opem impetrauit filiæ suæ plena fide: de qua in dominica secūda quadragesimæ audistis. Venit autem fines illos egressus inter medios fines Decapoleos, quos non ingressus est, sed venisse perhibetur in locum, qui medios fines Decapoleos trans mare longe positos respicit.

Matt. 15 — Rom. 15 — Mar. 10 — Matt. 15

Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

C

Matt. 12

Idem ipse qui fuit mutus, fuit quoque surdus: & hoc dæmone illum obsidente in Matthæo legitur: Oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus. Laudatur autem hic fides offerentium, quandoquidem nihil plus rogabant, quam vt infirmo Iesus imponat manum: credentes salubrem Iesu tactum muto sufficere ad salutem. Per hunc surdum & mutum, dæmone que obsessum intelligimus peccatorem obstinatum & frigidum, cui ea præcludit loca diabolus, per quæ intrare metuit huiuscemodi, vnde illi possit venire salus. Est tamen hoc nobis primo ad consolationem, quod hunc quoque audimus à domino curatum. Pari quoque modo non raro peccatores obstinati & frigidi ad Deum conuertuntur. Sunt enim qui ad obiurgationes hominum, qui ad internas quoque inspirationes Dei obsurdescunt: nihilominus tamen sibi interdum relicti à domino misericorditer respiciuntur, vt audi

Quis mystice p hūc surdū mutumq; desigetur.

audiant qui non audiebant. Deinde alia nobis accedit conſolatio, quod ſurdum hunc audimus curatum, licet non orantē. Neque enim ipſe pro ſui acceſſit liberatione dominum rogans, ſed per alios eſt abductus, & nihilominus tamen adiutus. Quo intelligimus quoſdam ita peccato & mundo implicitos, vt ad Dei verbum ſint prorſus ſurdi vtpote carni & bonis temporalibus immerſi, ſuam non cogitantes ſalutem: oratione tamen & compaſſione aliorum quandoque contingit, vt emendentur.

Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Hephethah, quod eſt adaperire.

Vanã gloriam eſſe vitandã.

Quod à turba ſeorſum curandum ſurdum mutumque abducit dominus, docere voluit vanam gloriam eſſe vitandam. Quamuis dominus vanam gloriam nihil habuit timere, nobis tamen voluit docere timendam. Ideo à turba illum duxit ſeorſum. Verum dicit quis: Miraculū fiebat in ædificationem turbæ, ideo non debuit abſcondi. Dicendum: Chriſtus oſtendit quantum in ſe erat, nolebat enim laudem aut gloriam ex miraculo: & propterea, vt nos eundem ſemper habere animum doceret in operibus, quæ gloriã adducunt, ſurdū hunc eductum extra turbã, & quaſi ſecreto abſtractum curauit. Nihilo minus tñ poſtea miraculū ſeſe loquebatur. Non enim potuit celare ſeipſum. Quō enim non manifeſtaretur miraculū factū, quando is qui paulo ante viſus fuerat cæcus, mutus, ſurdus obſeſſuſq; à dæmone, poſt breue temporis interuallum audiebat, loquebatur, carebatque dæmone?

D

Cæremoniis cuiuſmodi vſus fuerit Chriſtus in expulſione dæmonis.

Vide autem quibus vtebatur cæremoniis ad dæmonis expulſionem, & procurandis his omnibus infirmitatibus. Primo, miſit digitos ad auriculas eius. Deinde expuens, ſaliua ſua tetigit linguam eius, quo indicaret membra ſui corporis tanquam inſtrumenta organaque fuiſſe diuinitatis, per quæ diuinitas illius operaretur. Tertio, ſuſpexit in cœlum, patri ſuo cœleſti omnem virtutem adſcribēs, à quo vt homo ſibi adeſſe ſciebat adiutorium.

Quarto, ingemuit, non ob difficultatem miraculi, ſed huic miſero omnibusq; compatiens, qui ſub tyrannide premunt diaboli. Gemebat quoque propter ſignificationem myſticam. Peccatores eñ obſtinati qui iam etiam frontoſi ſunt adeo vt neminem audiant, raro ac difficulter conuertuntur. Quãobrem vbi Lazarū quatriduanum ſuſcitare voluit mortuum ex monumento (in quo ſignificantur peccatores mole conſuetudinis peccandi oppreſſi) ſimili modo turbatus eſt ſpiritu fremēs in ſemetipſo, quo difficultatem huiuſmodi peccatores reſuſcitandi monſtraret. Quod tamen ita intelligendum nō eſt, vt Deo difficile quicquam eſſe putemus, ſed qa huiuſmodi peccatores ſuo libero arbitrio Deo reſiſtunt, gratiamq; Dei impugnant: ideo ſpiritus ſanctus locum non inuenit accedendi. Quamobrem ſancti Auguſtini ſententia eſt, maioris eſſe negocij ac difficultatis Deo, impium iuſtificare aut conuertere, quam cœlum & terram creare.

Gemitus Chriſti quid myſtice ſignificet. Ioan. 11

Peruerſi cur difficile conuertantur.

Auguſti.

Creare enim cœlum & terrã poteſt Deus ſine vlla repugnantia. Non autem ſic poteſt hominem iuſtificare niſi etiam conſentientem. Dedit enim homini liberum arbitrium, quod ſinit illum quocunque voluerit, vertere. Si conuerterit illud homo ad bonum (minus quidem tunc eſt efficax, robuſtum aut potens) Deus tamen illud adiuuat, vt quicquid ſua minus valuerit virtute, hoc perficiatur diuina. In iuſtificatione enim hominis, & in operatione boni, præcipuum eſt Deus: qui tamen in hac re nihil operatur niſi homine conſentiente & cooperante. Qui enim creauit te (inquit Auguſtinus) ſine te, non ſaluabit te ſine te. Quod ſi liberum arbitrium homo conuerterit ad malum (vbi magis eſt efficax & potens) Deus non cogit, nec violentiam illi facit, vi retrahens illum, ſed æque ſinit illum, quo vult progredi iuxta arbitrium ſuum, niſi quod illum inuitat ſæpe ad meliora inſpirationibus ſanctis. Quod ſi amplecti noluerit homo, permittit illum q̊que obſtinari in malo. Eam ob rem dixi in iuſtificationem hominis, impij, Deum quaſi repugnantiam pati, Nunquam enim iuſtificabit niſi volentem. Poteſt quidem ex nolente facere volentem: haudquaquã tamen nolentem iuſtificabit, quamdiu qs nolens aut inuitus repertus fuerit. Ob hãc itaque ſignificandam difficultatem, quam conuertendi impij, ſpiritui repugnant ſancto, in-

Arbitrium liberum efficax quando.

Idem.

cto ingemuit dominus. Quinto, dixit hephethah, quod est tantum dictum, ac si diceretur: Adaperire, imperans auribus & linguæ, vt omni remoto impedimento suum libere exequeretur officium.

Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius: & loquebatur recte.

E Christi verbum erat virtus & operatio. Eius dicere erat perfici & fieri. Ideo ad eius vocem mox reserantur aures & lingua, & is qui mutus fuerat, loquebatur. Dixi autem supra per hunc surdum & mutũ significari peccatorem obstinatum. Ex malitia enim diaboli fit, vt ea nobis claudant, nostra voluntate aut consentiente, aut dissimulante, per quæ magis ad nos solent intrare ea, quibus resipiscere nos contingit.

Surd[9] spiritualiter quis sit.

Est itaque surdus, quisquis Dei non audierit clamorem. Clamat enim ad nos dominus multipliciter. Clamat in scripturis: & hoc multifariam quoque facit. Siquidẽ interdum minatur, aliquando hortatur, quandoque etiam terret, quandoque consolatur, & sæpe promittit, non raro, quasi nostri egeret, pene rogat, vt nostri misereatur, nobis benefaciat, nosque saluet. Clamat itaque dominus per signa, per miracula, per beneficia: clamat per inspirationes, clamat per flagella. Vbique igitur clamat.

Clamor Dei adnos multiplex qd requirat à nobis

Lucæ 3 Mat. 4

Quid clamat? Vt deseramus peccata nostra, vt conuertamur ad se ex toto corde nostro, vt pœnitentiam agentes, ea quæ caduca & ad salutẽ infructuosa sunt, relinquamus. Hoc autem non solum per seipsum, sed etiam facit per homines, puta per prælatos, per prædicatores, per alios viros Deum timentes. Qui dum nos à vitijs abstrahere nitũtur, p eos dominus nobis loquitur. Itaque si propter superbiam tuam ab homine correptus fuerit, si reprehensus propter lapsum carnis, aut si ad vitiorum detestationẽ hortatus fueris, clamat ad te dominus. Cuius si vocem audieris, erit tibi hæc in salutem. Cæterum domini vocem hanc multiplicem non audire, est surdum atque in anima obstinatum esse. Hos tamen quoque non raro dominus curat. Audi deinde qui sint muti spiritualiter. Qui Dei videt auditve iniuriam, & tacet non contradicens, mutus est. Qui detractiones audit, non repugnans, sed consentiens mutus est. Qui Deum orare laudereque negligit, mutus est. Qui erudire, qui consolari contemnit proximum, qui denique consulere renuit suo fratri, quæ salutaria sunt, mutus est. Qui peccata sua abnuit cõfiteri, mutus est. Qui videt proximum suum delinquentem aut errantem, & non curat illum dehortari à peccato aut reducere mutus est. Sed videamus nunc etiam quo curauerit illum modo, & quid Christus fecerit. Neque enim solo vsus est nutu, aut verbo, aut voluntate. quamuis id æque potuisset: sed addidit etiam cęremonias aliquas, quę ad nostram conducerent instructionem. Itaque primum est, quod à turba separauit surdum. Vbi enim adduxerint prædicatores & prælati peccatorem ad Christũ (Hi enĩ suntqui surdum Christo adducunt, quod Moses fecit orans dominum & dicẽs: Quiescat ira tua domine: esto placabilis super nequitia populi tui) Vbi ergo, vt dixi, adduxerint domino, Christus illum apprehendit, iuxta illud: Apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, Apprehensio enim hæc Christi est ad gratiam suam, siue ad perseuerantiam. Nec solum apprehendit, sed à turba etiam seorsum abstraxit. hoc est à malorum consortio separauit. Nocent enim vehemẽter nouiter conuersis seu conuertendis exempla delinquentium ac malorum, nocẽt eorum sermones, quandoquidem vt Apostolus monet. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et naturale pene est homini, cum quibus viuitur, moribus assimilari. Nam & Psalmista dicit: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Non potest dici, quantum noceat societas peccantium. Necesse igitur est, vt tecum ipsi habites, ab hominũ multitudine abstractus, si mundam, incontaminatamque ab hoc seculo vitam agere cupis: idque maxime hodie, quando adeo corrupti sunt hominum mores, adeo honestas infirmatur, vt erubescere habeat, qui non cum alijs peccantibus malefacit. Neque enim scortari, inebriari, alea vti, maledicere ac blasphemare hodie inhonestum reputatur, sed mũdo videtur ciuile & humanum. Secundo, misit digitos in aures eius. Per digitũ Dei intelligi spiritum sanctum alibi significatur, vbi scriptum est: Porro si in digito Dei

Cæremoniæ Christi in surdi curatione quid nos doceant.

Exo. 32

Hier. 31

F

Societas mala quãtum noceat.

1. Cor. 15

Psal. 17

Vita solitaria cur hodie maxime necessaria sit.

Lucæ 11 Digitus Dei quid mystice

Dei eijcio dæmonia. Vbi alius Euangelista loco digiti Dei habet: Si in spiritu Dei eijcio dæmonia. Misit igitur dominus Iesus in aures surdi digitos suos, quia gratiam ipse largitur spiritus sancti his qui conuertuntur ad ipsum, vt suauiter audiant, quod cum fastidio audire solebãt. Spiritus enim sanctus est q̃ui iugum domini facit suaue, & onus leue bene volentibus. Propter hanc causam quoque, vt sequitur saliua tetigit linguam infirmi. Tertio, saliuam suam expuit, qua muti tetigit linguam. Expuere est stomachum purgare. Stomachus conscientiæ nusquam purgatur melius quam per euomitionem. Euomenda igitur sunt peccata tua per confessionem, quo diabolum mutum à te repellas. Nulla enim res est alia, quæ tam valide hostem sternit, vt confessio. Porro per Christi saliuam intelligitur donum sapientiæ. Hæc præbet operibus bonis, exercitijs quę sanctis saporem, vt gustui ea quæ non conuersis ad Deum erant amara, conuersis fiant suauia, atque vt ita dicam sapida. Quod tunc fit, quando confessio sacramentalis relinquit animę consolationem, quando præbet oratio suauitatem gustui, vt ieiunare spiritum delectet, corpus quoque de feruore spiritus participans, minorem sentiat in Dei seruitio laborem.

Lucæ 11
Matt. 12
Matt. 11
Confessione diabolũ expelli.
Saliua Christi mystice quid.

Quarto, Christus suspexit in cœlum, & ingemuit. Quo pœnitentes vtrũque docet, & ingemiscere, & in cœlum suspicere. Iudas enim ingemuit, sed non in cœlũ suspexit, hoc est, doluit peccatum suum, sed non sperauit veniam. Tu vero ita peccatũ tuum plange, vt veniam non desperes. De venia nanque, quæ peccatorum nulli negatur, innumera sunt testimonia sacrę scripturæ, de Christi quoque benignitate nõ pauciora. Siquidem (vt vnum saltem citẽ locum) scriptum est in Psalmo: Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino & tu remisisti impietatem peccati mei. Non dicit: Confessus sum domino peccata mea, sed tantum: Dixi, confitebor, hoc est, agnosco quidem peccatum meum quod confitebor domino, & tu remisisti impietatem peccati mei propter hanc confitendi voluntatem. Confitemur domino peccata nostra, omnem reatum & culpam nobis tribuentes, & rigida nosipsos censura accusantes.

Matt. 27
Peccata esse cum spe veniç plãgenda.
Psal. 31

Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit & surdos fecit audire, & mutos loqui.

G

Quod Christus miraculum taceri voluit, non fuit, vt gloriam timeret humanã, sed ne nobis deesset exemplum humilitatis, quo ostenderet in seipso, quod quantum in se erat, noluit manifestari aut prædicari miraculum. Præceptum igitur hoc Christi, nihil aliud fuit quam humilitatis eius indicium, ideo conscientias auditorũ non obligabat ad peccatum inobedientię quia non præcepit vt omnino ita vellet fieri, sed indicauit, quæ humana sua esset voluntas, qua non appeteret publicari. Hac autem eius voluntate humillima intellecta, eo magis turba flagrabat feruebatque studio deuotionis erga eum: & quo magis ille prohibebat, eo magis illum humilem exaltari, honoreque dignum turba ęstimabat: ideo etiam eo maiori prędicabat studio, non animo Christo non obediendi, sed zelo ac desiderio Christi gloriã nõ supprimendi. Indignum enim illis videbatur, imo obnoxios se fore peccato arbitrabantur, si Christi gloriæ suo quicquam silentio subtraherent. Hac ratione non peccauit turba Chisto non obediens, quia illũ nõ aĩo prohibẽdi sed aĩo (vt res erat) se humiliãdi, atq; nudã voluntatẽ suã declarandi locutum rata est. Qua in re sibi necessario incumbere turba putabat vt si Christus vellet se nimium humiliare, ipsa turba euulgaret in eius gloriam miraculũ. Aedificat nos filij studium humilitatis in Christo, ędificat nos quoque deuotionis studium in turba. Simus itaq; in nobisipsis nos humiles, sed aliorum nihilominus honorem famamque zelemur. Quo & ab alijs nos optemus nesciri, & vt eo magis taceatur de nobis, alios cupiamus præferri ac honorari. Præstet hoc nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Præcepto Christi miraculi taceri volentis non obligasse turbam.
Inobedientiã nullam incurrisse turbam Christo miraculũ taceri volenti non obedientẽ.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quàm sint surdorum mutorumque varia genera.

Addu

ADducũt Iesu surdum & mutũ, & deprecabantur eum vt imponat illi manum: Marci septimo. Ob Iudæorum persecutionem Christus dominus noster paululum declinasse perhibetur in fines Tyri & Sydonis, vbi nobilem prædam, mulierem scilicet illam Chananæam diabolo abstulisse legitur. (Matt. 15) Non igitur diu moratus ibi, dũ redijt, in occasionem aliorum miraculorũ incidit faciendorum. Quorum vnum tanquam præcipuũ Marcus hic refert de surdo & muto. Huius miraculi vt ædificationem suscipiamus, inquirendum nobis est quid per surdum, quid rursus per mutum nobis voluerit significari. Surdus etiã vehementem vocem, solumve, aut clamorem non percipit. Intelligitur igitur peccator qui seipsum ignorat, nec conscientiæ suæ cultum aut curam habet. Clamat enim in quouis homine synteresis vermisque cõscientiæ, qui rodere ac pungere nõ desinit delinquentem, illum iudicans, illũ puniens, illum denique arguens. Nã si nullus etiã foret prædicator, si nullus doctor nihilominus conscientiæ lumen ipsum nos continue docet, nos arguit, nos monet, & nos etiam iuxta quod iustitia exigit, consolatur. De hoc lumine dicit Psalmus: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. (Psal. 4) Hunc autem clamorem, hunc vermem in inferno, vt pœnam, præ alijs intolerabilem sustinent damnati. Seipsos enim vituperant, seipsos odiunt, seipsos damnant, quia in vita olim sua noluerunt clamorem audire obstrepentis cõscientiæ. Itaque conscientia quasi duos habet præcones. Primus, antequã pecces, terret te, & dicit: Non cõcupisces. Item: Quacunque hora peccaueris, morte morieris. Hic præco, id est, hæc vox ac præmonitio seu cõminatio, quæ nobis infertur ante perpetrationem peccati, signatur per angelum, qui Balaam ad maledicendum Israeli proficiscenti occurrens aduersabatur, stans euaginato gladio aduersus eum: qui illi quoque mortem est minatus si contra voluntatem domini quicquam ageret aut loqueretur. Hic igitur præco clamat ne peccemus. Alter præco emittitur post peccati perpetrationem, & hic vocatur dolor. Sedata enim concupiscentia mala, meditatur peccator inæstimabile bonorum dispendium, quod passus est. Inde oritur pœnitentia & dolor, vt salubris in fide & spe, aut infructuosa per desperationem. Vno autem peccato commisso dissipatur bonorum vniuersitas, vt si centum mille ve haberes virtutes, per vnius peccati mortalis admissionẽ ad vnum omnes intereunt. Iuste igitur peccatum vocatur mortale, quod animam, cunctaque bona & diuitias animæ interimit ac tollit, conscientiamque solam & obiurgantem ac rodẽtem seipsam relinquit. Hic nuncius signatur nobis per seruũ seu puerum Iob, qui in calamitatibus singulis alijs pereuntibus euasit solus, vt calamitatem, ait ad Iob, nunciarem tibi. (Iob 1) Hoc modo vermis ille conscientiæ semper nobis insinuat damna peccati. In grauissimo autem periculo versant, qui hanc in se synteresim & conscientiæ stimulum non sentiunt. Qui, inquam, ad illius clamorem surdi sunt, vt etiam absque timore peccent. Isti difficulter ad iter salutis reducuntur. Super illos ingemiscat Christus oportet, quod & illi super se ingemiscant. Secundo, est surdus qui non audit Deum admonentem aut terrentem, quo affectum concipiat emendationis & compunctionis. Priorem conscientiæ stimulus non pungebat, hunc Dei respectus, aut timor non inuitat. Eam ob rem timendum quoque nobis est, quibus leguntur multa, prædicationes exhortationesque fiunt crebræ: sed arida recedimus consuetudine vt accessimus frigidi, ad meliora prædicatione aut lectione in nullo mutati. De huiusmodi per Esaiam dominus loquitur conquerens: Quis cæcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quem misi nuncios meos? (Esaiæ 42) Sequitur autẽ. O Israel qui vides multa (in lege scilicet & prophetis) nonne custodies ea, videlicet quæ seruanda præcipiuntur? Et qui apertas habes aures, nonne audies, id est, non ne obedies? Non ergo omnes qui corporis audiunt auribus, aures pariter habent cordis cuiusmodi dominus postulat. Vnde quibusdam inter quos surdi eiusmodi erant, qui cordis non audiebant aure, dicebat dominus: Qui habet aures audiendi audiat. Aures igitur cordis requirebat. (Lucæ 8.)

Tertio surdus est, qui non audit, hoc est, qui non cogitat tubam illam, ad cuius sonitum omnes resurgemus mortui, de qua Thessalonicensibus scribit Paulus: Ipse dominus in iussu & voce archangeli, qua scilicet mortui suscitabuntur, descendet de (1. Thes. 4)

Marginal notes: Surdorũ spirituali ter genera diuersa. — Synteresis clamor cuiusmodi. — Conscientiæ præcones duo quales. (Exod. 20; Gen. 2; Ezech. 17) — Angelus Balaã occurrens quid mystice significet. — Peccatum cur iuste vocetur mortale. — Nuncius B. Iob calamitatẽ suã nuncians, mystice quid. — I

cœlo. O quam læti tunc tubam illam audient, qui modo non sunt surdi ad illam præmeditandam, & qui ad obediendum Deo patentes semper Deo offerunt aures. Heu quam infeliciter & tristes tunc audient, qui hanc nouissimam tubā audire modo noluerunt. Heu quanta tunc erit vlulantium infelicitas, quando illorum animæ ex pœnis & cum pœnis venientes sociabuntur denuo suis corporibus cum duplici tormento. Corpora enim damnatorum post iudicium cum animabus puniētur. Hanc tubam beatus audiebat Hieronymus, dicens: Siue comedam, siue bibam, siue, aliud aliquid faciam, semper videtur insonare auribus meis terribilis illa tuba: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Surdus quoque est qui tonitru diuinæ sententiæ non audit, qua horribili terrore dominus his qui à sinistris erunt, dicet: Ite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quarto, surdus est peccator, qui clamorem non audit redemptoris nostri, scilicet istum, quo sanguis Christi ꝓ nobis fusus ad nos clamat, quemadmodum ad Hæbræos Apostolus dicit: Accessistis ad mediatorem testamenti noui Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquētem quam Abel. Manifesta historia ex Genesi narrat, quomodo Cain fratrem suum occiderit, interrogatusque à domino, vbi Abel esset eius frater, respondit Cain: Nunquid ego custos sum fratris mei? Cui rursus dominus: Ecce, inquit, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Si sanguis Abel ad dominum clamauit aduersus Cain de tera, quomodo sanguis Christi non magis clamat aduersum nos ingratos, pro nobis ociose effusū super terram? Quod enim gratis effusus sit, quod ociosus atque sine fructu maneat Christi sanguis, quod denique non æstimetur sanguinis tam preciosi effusio, ex te, ex me, & ex omnibus nobis est manifestum, quotquot redemptori nostro ingrati, & inobedientes sumus. K Clamat autem Christi sanguis primo cōtra nos, propterea quod pro nobis effusus sit. Siquidem peccata nostra occiderunt Christū. Deinde sacrosancto huic sanguini clamandi est occasio, q̄d propter nos quoque fusus sit, quia mundat nos ob omni delicto. Tertio, clamat Christi sanguis contra nos, propterea q̄d non solum spernitur, sed conculcatur etiam: quandoquidem nulla Deo refertur gratitudo ab his, pro quibus effusus est, sed eadem peccata, pro quibus Christus mortuus est, etiam idem ipsi denuo committunt, quo, quantum in se est, Christi sanguinem denuo fundunt. Quid igitur clamabat sangnis Christi aduersum nos (Hoc clamat, ne eadem aut similia aliaque peccata faciamus, cuiusmodi fuere pro quibus Christus est mortuus, ne Christi passionum contemptores, eadem, pro quibus est passus, iteremus. Quinto, surdus est, qui clamorem non audit vniuersitatis creaturarum, hunc scilicet clamorem, quo nos ad Dei incitant amorem. Quapropter non insipienter Augustinus dicit in libro soliloquiorum. Domine cœlum & terra, & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi vndique vt amem te: nec cessant hoc dicere omnibus, vt sint inexcusabiles. Circunspice iam volucres cœli, bestias terræ, piscesque qui morantur in aquis, & omnia quæ in cibum, in alimoniamque tibi data sunt, aut in solatium: quid aliud ad te clamant, quam vt diligas benefactorem tantum, amatorem tantum, tam fidelem patrem, tā misericordē dominū, qui pascit, qui regit, qui creauit te? Ligna clamabant vt diligamus Deum, quæ nobis prouidit, vnde à frigoribus, à pluuia & vento nos defenderemus. Sol, luna, stellæ, imber & omnes creaturæ, tot radices herbarum, tot seminum herbarumque virtutes, quid clamāt aliud quæso, quam quod ad ministerium, vsum ac solacium nostrum ipsa creata sunt & propter nos consumuntur, & vt eundē redamemus, qui illa subiecit nobis? Sāctus Bernardus se dixit magis inter fagos & ne mora doctū, quā ex libris. Certe hoc ideo, quia ea quæ creaturæ loquebantur illi, ipse intellexit. Nihil enim aliud agunt, quā quod prædicant creatorem suum. Sed hic ꝓh dolor q̄q; creaturis (licet vtamur) abūdāter nihil tñ ex creaturis (vt deberemus) ad creatoris amorē trahimur. Nā & plerūq; (q̄d deterius est) creaturis nō solum nō ad gloriam, sed ad contumeliam quoque vtimur creatoris. Sexto, est alia surditas, quam diabolus auget, qua obturamus aures ad clamorem pauperis, cum tamen non pauper, sed Christus in persona pauperis clamans respiciendus sit. Attendendum quoque nobis foret, quod Sapiēs dicit:

Tubā nouissimam læti audituri qui sint, & qui tristes sint

Hierony.

Matt. 25.

Heb. 12

Gen. 4

Sanguinē Christi bifariā clamare contra peccatores.

Hebre. 9

Sanguis Christi q̄d clamet aduersum nos.

Creaturarū vniuersitas q̄d clamet ad nos Augusti.

Creaturæ vt creatorem suum amandum clamant [illegible]

Bernard.

Prou. 21

cit: Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Aures habere patētes ad misericordiā quam sit vtile ac fructiferum monstrant Cornelius Centurio vir religiosus, Tobias, & huiusmodi alij. Septimo, surditas quædam est, quæ homini aures claudit ad vocem fratris veniam petentis, ne remittat iniuriā, de quo pariter scriptura dicit: Homo homini seruat iram & à Deo quæret medelam? Quasi diceret: Non accipiet, sed mensura qua mensus fuerit remetietur ei. Seruandum igitur consilium Ecclesiastici, dicentis: Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Expende verba: Relinque, inquit, proximo nocenti te. Non dicit, precanti aut roganti, sed nocenti te: & iuxta domini præceptum, diligas etiam inimicos tuos benefatiens his qui oderunt te. Neque enim sufficit, vt iniurias remittas, quo ad externam reconciliationem, nisi etiam, q̄d ad internam cordis pacem & tranquillitatem attinet, charitatem serues. Sunt enim qui foris peccata dimittunt, intus tamen eos qui se offenderunt non diligunt. Contra hos promulgatur sententia Christi de illo, qui conserui sui noluit misereri post misericordiam acceptam à domino: cui dicitur propterea, vt omnia etiam sibi dimissa inter tormenta redderet, quæ deberet, vsque ad nouissimum quadrantem, quia noluerit cōserui misereri, sicuti ipsius erat à domino misertum, additurque: Sic faciet vobis omnibus pater vester, si non vnusq́ue fratri suo remiseritis ex cordibus vestris. Et de hoc satis. Restat vt intelligamus etiam quæ sit mutitas, quæ hic reprehenditur. Est peccator primo mutus, qui sua non valet peccata confiteri. Cludit enim ei diabolus os, & facit mutum. Nec mirum. Possidet enim fortis armatus castrum suū, & portam, per quam foret ejcīendus, claudit. Nihilominus tñ curauit dñs mutū hunc hodie, eiusq; vinculum linguę referauit. Vinculum linguæ confessionem impediens, triplex est. Primum est pudor, vt accidit in peccatis turpibus, quæ vix in confessione nudantur. Imo propter reuelandi difficultatem peccata quædam vocantur muta, quia verecundum est illa nominare, seu de illis loqui. Proinde Apostolus ait: Quæ in occulto fiūt ab ipsis, turpe est dicere. Pudorem hunc confitendi vincere debet timor Dei, timorque diuini iudicij. Tunc enim manifestabuntur omnibus, & angelis & hominibus omnia peccata nostra, & vniuersa ignominia nostra, pandetur. De hoc per prophetam Naū dicit dominus: Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. Parua igitur est consolatio corā homine vno peccatum suum celare, & corā vniuerso populo, imo coram angelis Dei tandem confundi. Secundum vinculum impediens eloquium in confessione, faciensque mutum, est ipsa impunitas. Vincit primo verecundia seu pudor, ne cō fitearis peccatum. Victus semel per pudorem, vt in confessione audeas spiritui sancto mentiri, peccatorum tuorum quædā confitens, & quædam confiteri renuens, minus Deum timebis, & sæpius posthac eris in confessione mutus. Primo enim cū timore remordente. At vbi sæpius id feceris, hebetabitur in te aculeus conscientiæ, vt audeas sacramento confessionis, imo Christo atque spiritui sancto fictione mendaci contumeliam facere, quia timor à te recedit Dei: crescet vero in te audacia & Dei contemptus. Quia enim, vt Ecclesiastes ait, Non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Et alius: Ne igitur dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit mali? Sed audi quod sequitur etiam: Altissimus est patiēs, & redditor: Quāto enim diutius expectat, eo punit grauius. Quod Valerius, quamuis paganus nō ignorabat, dicens: Lento gradu ad vindictam procedit Deus: sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Tertium vinculum quod retinet linguam, mutamque facit, præsertim ad confitendum, est spes temeraria, inconsultaq; præsumptio alio tēpore confitendi & corrigendi te, quasi in tua situm sit libertate, cum velis posse peccare, cum iterum velis, eadem peccata per dolorem pœnitentiæ posse delere. Si in tua habes potestate posse pro peccatis dolere quoties volueris, sit ideo etiam in tua voluntate abstinere à peccato, pro quo, vbi peccaueris, iterum dolere stulte proponis. Modo inquam, dole, & pœnitendum aut dolendum quid non committe. In horum numero reperiuntur multi, qui ita ad extrema vsque vitæ expectant, pœnitentiam que ac veram confessionem differunt, vt

Marginalia (left): Acto. 10; Tob. 4; L; Eccle. 28; Matt. 4; Eccl. 31; Luce 6; Matt. 18; Luce 11; Vincula linguæ cō fessionem impediēs triplex sunt; Ephe. 5
Marginalia (right): Pudor cō fitēdi quō vincant.; Naum 3; M; Eccl. 8; Eccl. 5; Valerius li; Spes temeraria vti faciat hominem differre confessionem.

tunc cõfiteri, qñ amplius nõ possunt peccare, velint. Hæc confessio plerunque est necessitatis, non charitatis, quę parum consolatur moriturum. Modo igitur

N vincula tua cuncta dirumpe, & calcatum diabolum euome, & sanaberis in anima. Porro differre ad mortem, si volueris pœnitentiam, reuera non habeo quo te consolari possim vt salueris. Audi sanctum Augustinum: Si quis positus in vltima necessitate accipit pœnitentiam, fateor vobis: Non ei negamus quod petit, sed non præsumimus, quod bene hinc exit. Pœnitentiam dare possumus, securitatem non possumus. Nũquid dico, damnabitur? Sed nec dico saluabitur. De eo loquitur, q pœnitentiam suam ad mortem vsque differt. Vis ergo à dubio liberari? Age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quia securus es. Tene certum, & dimitte incertum. Si enim peccata tunc vis deserere, quando amplius non potes peccare: non tu deseris, peccata, sed peccata deserũt te. Nõaudere igitur aut nolle cõfiteri pecatũ, est mutitas. Deinde est alia mutitas (vt ita dixerim) qua, vbi loquendum fuerit, necessario quis tacet, & quantum in se est, iniquitati consentit. Vides enim iniuriam fieri proximo, vides irrogandam innocenti infamiam, audis contumeliã fieri iusto, & cum prohibere possis aut emendare, ne denuo fiat, taces: silentium hoc est animæ inimicum, & mutitas peccatum habens. Vide tamen vt in excusanda propugnandaque cuiuspiam innocentia, & vt iniuriam depellendo, aut iniquo renitendo, modum modestiamq; serues, ne nonsolum nihil proficias, sed etiam magis exacerbes, charitatẽ offendas ac lædas. Ideo cum tranquillitate argue, cum mansuetudine proximũ excusando tuere. Eodem enim tempore quo turbatus fueris nihil efficies in eo, qui tibi inique aduersatur. Neque enim diabolus diabolum expellit, nec iratus sanabis iratum. Si igitur aliter non potes, expecta donec transeat ira tua. Simili modo, tenemur loqui quoq;, & mutos nos esse haud decet pro veritate, pro iustitia, pro virtute, pro Deo. Sed hoc ibi, vbi locutionis tuæ speratur fructus. Et hoc quoque necesse est, vt fiat modeste, cum conditionibus, circunstantijsque iustis ac necessarijs. Est tertio mutitas, videre aliquem delinquere ex ignorantia, & illum non reuocare, non instruere, & à peccato seruare. Itaq; hi surdi, hi muti sunt, quos dominus curat. Curet ergo rogemus nos quoque pijssima eius misericordia, vt nihil in nobis resideat, quod suæ beneplacentissimæ displiceat voluntati, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Pœnitẽtiã ad mortẽ vsque differre quã sit periculosum. August.

Mutitas periculosa quanta.

Loqui & veritatis defensiõe qñ debeamus.

DOMINICA XIII POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Galatas III.

XXII Abrahæ dictæ sũt promissiones & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahę autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressores posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est. Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Contra

A

CONtra Galatas pugnat Paulus in hoc maxime, quod hi legẽ putabant veterem obſeruandã tãquam ſaluti neceſſariam, male inſtructi à pſeudoapoſtolis, poſt ſanam eruditionem Pauli (qui ab illis receſſerat, aliÿs quoque gentibus prædicaturus) errorem hunc illo interim abſente prædicantibus. Quapropter in tota epiſtola aſtruit legem Moſaicam nunc non eſſe neceſſariam, quia non per illam, ſed per fidem domini noſtri Ieſu Chriſti aſtruit, quod verum eſt, nobis dari ſpiritum ſanctum, iuſtitiam & ſalutem æternam. Hæc autem poſtquam ſcripturarum probauerat autoritate, tandem in hac lecti one etiã humana cõſuetudine ac ratiõe cõfirmat, dicens: hominis teſtamentum conditum, hæredumq; inſtitutionem in morte teſtatoris confirmari, vt teſtamẽtum ſit ratum, immutabile ac firmum, adeo vt neque deleri, neque mutari poſſit. Hoc eſto, inquit. Quanto magis autem teſtamentum Dei Abrahæ, & eius ſemini CHRISTO promiſſum, propter legem Moſi diu poſtea datam, par eſt non poſſe fieri irritum? Itaque dicit: Abrahæ diuinitus dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Nam in Geneſi dictum illi legitur: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. (Gene.13) Semen Abrahæ, de quo loquitur ſcriptura, Chriſtus eſt ex Abraham ſecundum humanam naturam deſcendens, vt Matthæus habet: Liber generationis Ieſu Chriſti, (Matth.1) filÿ Dauid, filÿ Abraham. Hac autem promiſſione Abrahę prænunciatum fuit Chriſtum ex eius ſemine, hoc eſt, ex Maria nobiliſſima virgine, poſt multas generatiões, ipſius filia naſciturum. Factę ſunt quoque Abrahæ promiſſiones aliç. Nam promiſſa eſt illi diuinitus hæreditas, dum ſub ſpecie terræ Chanaan ei promitteretur terra viuentium. Sic enim illi dictum eſt à domino: (Gene.13) Omnem terram quam cõſpicis tibi dabo, & ſemini tuo. Non dicit pluraliter: Et ſeminibus tuis dabo terrã hanc, quaſi multis, ſed quaſi in vno ſemine, id eſt, in vno ſit filio hæreditatis huius ꝓmiſſio obtinẽda. Ideo dicit: Tibi dabo, & ſemini tuo. Hoc enim ita ſcriptura habet: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Semẽ itaq; Abrahę Chriſtus, (Abrahæ ſemẽ eſſe Chriſtũ, etiam ſecũdũ myſticũ ſenſum) qui non populum duntaxat Iudaicum, ſed etiam Gentilem complectitur. Vterque enim populus vni eſt Chriſto ſpiritualiter per fidem incorporatus. Chriſtus nanq; etiam myſtice vnum eſt Abrhæ ſemen, cum omnibus membris ſuis tanquam caput cũ corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Vnũ ergo ſemen dictum eſſe vult Apoſtolus, q̃ oſtenderet Galatas, aliaſq; gentes in fide non eſſe inferiores Iudæis: nec illis Iudæos ſuperiores, ſed per fidem omnes ſemen vnum, vnumq; eſſe corpus Chriſti. Elegit enim nos Deus ante mundi conſtitutionem in ipſo. (Ephe.1) Hoc igitur dico: Lex, quæ data eſt Moſi a tempore huius promiſſionis Abrahę factę poſt quadringentos & triginta annos in monte Sinai, non facit irritum hoc teſtamẽtum diuinarum promiſſionũ, non ab homine, ſed à Deo confirmatum, vt propter legem, aut per legem ſequentem euacuetur, impediaturve ab æterna hæreditate Abrahæ facta promiſſio: quæ tamen euacuaretur, ſi ex lege, aut per legem daretur benedictio & hæreditas regni cœloꝝ. Alioqui nec Abraham, nec patriarchæ percepiſſent benedictionem hæreditatis, qui ante legem fuerunt. Volebant autem pſeudo apoſtoli promiſſionem illam Abrahæ factam irritam fieri per legem, dum conarentur aſtruere iuſtificationem, & regni cœleſtis hæreditatem, non per gratiam, quam Deus Abrahę promiſerat, ſed per legis opera dari. Quo certe euacuaretur (ſi verum dicerent) diuina promiſſio. Quod tamẽ dici non poteſt. Ideo ſequitur: Nam ſi ex lege, ſeu ex legis virtute regni cœleſtis daretur hæreditas, iam nõ daretur ex promiſſione. Abrahæ aũt per repromiſſionem donauit Deus hæreditatem. Legem enim nõ accepit, cui dictum à dño eſt: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. (Gene.15) Ex his aũt iam dictis videri poſſit lex eſſe aut nulla, aut inutilis. Mouet igitur quæſtionem ſibi Paulus, quã ab aliÿs mouendã Paulus ſenſit, dicens. Quid igitur lex? hoc eſt, quæ legis vtilitas, ſi cultores ſuos non iuſtificat, nec regnum aperit cœlorum? Iterũq; ſibi reſpondens: Propter trãſgreſſores, inquit, qui legem præuaricantur naturæ, lex hæc Moſi ſcripta conſtituta eſt, eſt media inter promiſſionem & hæreditatem promiſſam: imo media inter legem naturæ & legem gratiæ, vt qui lege naturæ tranſgrediebantur, ſaltem timore ceſſarent tranſgredi. Propter prophetas enim & iuſtos non eſt poſita lex. Hi enim à tranſgreſſionibus vt arcerẽtur timore, nõ erat neceſſe,

B

quia legem seruabant naturæ ex amore iustitiæ. Itaque dicit: Lex ordinata est per angelos, quia non per seipsum Deus, sed per angelos loquebatur Mosi, & in manu mediatoris posita est in populo Iudæorũ, ad coercendas transgressiones legis naturæ, idque in manu mediatoris, hoc est, in potestate Christi, vt quam diu vellet ille, maneret, & quando vellet, cessaret lex. Optimo autem ordine posita est inter legem naturæ, & legem gratiæ, vt homo conuinceretur legem sibi videre gratiæ esse necessariam. Nam didicit primo, quod lex naturæ illum saluare non potuit: didicit deinceps, quod legem quoque scriptam implere non potuit. Siquidem non imbecillitatem suarũ experiretur virium homo superbus, suo arbitrio sufficientiam arrogaret, legemque diceret superuacue datam, & Christum gratis aduenisse. Quia vero Apostolus dixerat legem in manu mediatoris esse, quis ille sit mediator, subiũgit: Mediator autem vnius non est, neque enim nisi inter duos medius est. Huiusmodi autem est Christus inter hominem & Deum mediator, & ipse homo & Deus vtranque naturam diuinam & humanam in se habens, hominẽ Deo reconcilians: duas quoque gentes, puta circuncisionis & præputij vnum populũ in se faciens. Et quamuis Christus inter Deum & hominem mediator sit ipse Deus homo, nõ tamẽ sunt duo dij, reconcilians & reconciliatus, sed Deus vnus est cum patre & spiritu sancto Christus. Lex ergo aduersus promissa Dei? Paulo ante dictum est: Si ex lege esset hæreditas, iam non est ex promissione. Ideo sibi obijciens, & obiecta refellens, loquitur disputans: Ergo lex est aduersus pmissa Dei? Absit. Neq; enĩ aduersatur his quę Abrahę Deus spopondit. Si enim per Mosen data esset lex, quæ hominem ab æterna posset morte liberare, quam primi parẽtis pręuaricatione suisque peccatis incurrit homo, tũc vere ex lege daretur iustitia: qua regno cœlorum homo fieret idoneus absq; fide Christi. Verum hoc non datum est legi veteri, sed legi Euangelicæ. Conclusit enim scriptura omnia hominum genera seu Iudæos vniuersos sub peccato. Scriptura, inquit, id est, lex scripta, quę non dat spiritũ, sed est scriptura tantum, circumsepiuit ac detinuit Iudæos sub dominio peccati, vt nulla ex parte possent peccatum euadere,

1. Tim. 2

dum neque sibi ipsis, neq; lex illis subuenire valeret: sed sicut lãguidi medicum & saluatorem Christum expectabãt, per quem liberarentur ac sanarentur: & ita promissio benedictionis & hęreditatis Abrahę facta daretur credentibus, nõ ex legis operibus, sed ex fide Iesu Christi.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ XIII. post dominicam sanctæ Trinitatis, Lucæ decimo.

C

NOn de vltima loquitur hic dominus beatitudine, qua in regno cœlorũ sancti Dei Deum videntes plena gaudent felicitate, vbi om̃is exclusa est tristitia, om̃isq; miseria: sed de felici loquitur statu præsentis vitæ, in q̃ constituti erant apostoli, quo & ipsi, & omnes Dei electi beati dicuntur: qa viuunt in gratia Dei & in charitate, qua regnũ Dei mereri possunt. Inde ergo sunt omnes beati, quotquot Christum diligũt, quotquot illi inhærent per amorem, quotquot illum vident & cognoscunt per fidẽ, expectantque per sanctam spem. Ad hunc modum in Psalmo quoque dicitur: Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. Et alibi: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Videamus igitur quid nobis dominus loquatur, neq; enim apostolis tantum, sed etiam nobis loquitur dominus, dicens:

Beatitudo viæ, & beatitudo patriæ, in q̃ sita sit.

Psalm. 118

Psalm. 31

Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.

Nulli dubium est apostolis grãdem fuisse consolationem, qua suas pascebant animas videndo Christum, audiendo Christum, cum interrogando, eiq; loquendo. Nam ad morum instructionem ipsius lucidum intuebantur virtutum exemplar. Ad amorem quoq; habebãt, vnde singulis pene momentis ex verbis, ex gestibus, & ex moribus Christi ad eius incitarent dilectionem, spiritu renouarentur. Postremo, ad sui curam & protectionem dominũ & magistrum habebant secum, in quem omnem sollicitudinem suam transtulerant: de nulla re post hac solliciti aut metuentes. Non tamen de hac sola oculorum corporalium cõtemplatione, auditioneve aurium ex-

um externa loquitur dominus. Audiuit enim & vidit hoc modo dominum Iudas, sed non inde fuit beatus aut melior. Audiuerunt Pharisæi & viderunt Christum, nihilo meliores facti, hi scilicet qui non dilexerunt eum. De quibus dicitur: Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatũ non haberent. Nunc autem viderunt me, & oderunt & me & patrem meum. Intelliguntur hæc verba de oculis interioribus præcipue ac spiritualibus, quibus coniunctus est etiam aspectus exterior. Beati itaque fuerunt beatitudine spei ac meriti, qui Christũ Dei vnigenitum viderunt incarnatum, prædicantem, miracula facientem, oculis tã carnis, quam spiritus: hoc est, qui Christi viderunt humanitatem visione corporali, & eiusdẽ diuinitatẽ crediderũt oculis fidei.

Ioan. 15

Dico enim vobis, quod multi reges & prophetę voluerunt videre quę vos videtis, & non viderunt: & audire quę auditis, & non audierunt.

D

Non infelices, sed multum felices fuere & reges & prophetæ, quotquot in carne Christum optabant videre. Neq; enim hoc optassent, nisi ante in Christum credidissent. Beatiores tamen illis, quo ad hoc, fuere apostoli, qui non fide tantum, sed oculis etiam corporalibus Christum viderunt. Antiqui autem iusti in fide tantũ eum viderunt, quomodo Esaias vidit eum puerum natum, dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Item vidit eũ in passione: Vidimus eum, inquiens, despectum & nouissimum virorum. Abraham deniq; diem vidit Christi, ipso eodem teste nostro saluatore, & gauisus est. Sed hęc omnia fuerunt in spiritu. Porro apostoli viderunt gratiosam præsentiam verbi in assumpta humanitate, sicut Ioannes dicit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Secundo, viderunt eius conuersationem in mirabili sanctitate, de qua Baruch: Post hæc, inquit, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Tertio, eius viderunt potestatem in miraculorum operatione. Vnde tam de ipsis, quam de turba Christi operibus delectata refert Lucas: Repleti sunt timore magno, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Itemque: Omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Quarto, eius gloriam viderunt apostoli in transfiguratione, quando Petrus dicebat: Domine bonũ est nos hic esse. Quinto, Christi pietatẽ viderũt in pauperum miseratione, quoniam sanauit infirmos & languidos omnes, vt scriptum est: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Si denique pietatem eius cupis scire, obserua quid cum beata Maria Magdalena peccatrice egerit, quid cum Mattheo, quid cũ Zacchæo, quid cum adultera muliere, quid cum Petro apostolo, quid denique cũ latrone: & videbis pietatis bonitatisq; immensum aceruum suauissimaq; nobis misericordię argumenta, quibus omnibus interfuere apostoli, & eius opera misericordiarum viderunt. Sexto, eius viderunt feruorem in prædicatione. Siquidem diluculo ad prædicandum Ioannes illum venisse in templum narrat. Ibat quoq; de loco ad locum, de castello ad castellum, de ciuitate ad ciuitatem pedes, in æstu & pluuia, algens, esuriens, fatigatus & sitiens.

Antiqui tãtũ quõ viderint Christum. Esaiæ 9. Esaiæ 53. Ioan. 8. Apostoli quõ viderint Christum. Ioan. 1. Baruc. 3. Lucæ 5. Lucæ 18. Matth. 17. Marc. 9. Lucæ 9. Lucæ 6. Lucæ 7. Matth. 9. Lucæ 19. Ioan. 8. Lucæ 22. Lucæ 23. Ioan. 8.

Septimo, eius viderunt patientiam & mansuetudinẽ in patiendo, de quo Petrus ait: Cum malediceretur, non maledicebat, &c. Itemq; Matthæus: Iesus autem nihil loquebatur, ita vt miraretur præses. Beati igitur oculi qui viderunt, quæ videbant apostoli. Neque enim omnibus, qui hoc optabant, ita contigit.

1. Petri 2. Matth. 27.

Et ecce quidã legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, Dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuũ, sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respõdisti. Hoc fac & viues.

B

Hic legisperitus de arrogantibus tumidisque scribis vnus fuisse videtur, qui Christo inuidebant, Christo detrahebãt, & qui Christum tentabant, alliciebantque vt aliquid proferret legi contrarium. Verũ Christus sapientior illo: vtpote qui nouit astutos comprehendere in astutia sua, ei respondit per illius verba & testimonia illum confutans. Obserua tñ hic legisperitũ adhuc prudẽtius locutũ, quã Lutheranos: qa credidit nõ ignauis & ociosis, nudeq; ac informi fidei sine vllis operibus dari regnũ cœlorũ. Siqdẽ Lutherani putãt sola se fide

Fidem informẽ nõ sufficere ad salutẽ.

fide emere regnum cœlorum. Ego autem non video esse fidem posse quæ saluet aliam, quam eam quæ per dilectionem operatur. Hoc nouit quoq; legisperitus hic, qui interrogans, dicit: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Non igitur quęsiuit quid credere, sed quid operari deberet. Sed admirabili sapientia sua illum dominus ad legem remittit, quo sibijpsi sententiam diceret, quam calumniari non posset. Dicit enim ei: In lege quid scriptū est? Quō legis? ac si diceret: Quid tibi ex lege videtur necessariū ad obtinendam vitā æternam, qui es instructus in lege? quid lex monet faciendū? Qui respondit: Diliges dn̄m Deum tuū ex toto corde tuo, &c̄. In Deuteronomio præcipitur Deus diligi ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et quod ibi dicitur ex tota fortitudine, hic dicitur pro illo, vel ex tota virtute, aut ex omnibus viribus tuis. Vnū hic additur, q̄d in lege non habetur, scilicet ex tota mente tua. Dicēdum igitur breuiter, qd sit cor, qd anima, quid mens, & qd fortitudo, ex qbus deligendus est Deus. Scio nō oēs in vnā sententiam hic conuenire, sed ab alijs aliter exponi, sicut vnicuique visum fuerit. Dicendum igitur breuiter, per cor, quod vitæ principium est & finis, intelligi volūtatem. Sicut enim cor principium omnium motuum corporalium est, ita omnium spiritualium motuū est principium voluntas. Ex voluntate aūt mouetur intellectus, qui hic dicitur mēs: mouetur appetitus sensitiuus, qui hic anima vocatur: mouetur q̄q; vis executiua, quę hic dicitur fortitudo, aut virtus, seu vires. Itaq; p̄cipitur nobis, vt intentio nostra ac volūtas tota feratur in Deū: q̄d est Deum toto corde diligere. Deinde vt intellectus subijciatur Deo, credens quæ credenda iusserit Deus, & nullam aliam rationem credendi inuestigans, nisi quia dominus dicit: quod est ex tota mente diligere. Tertio, vt appetitus sensitiuus reguletur secundum Deum: q̄d est ex tota anima diligere. Quarto p̄cipitur, vt omnes vires, hoc est, om̄es actus tui plene Deo obediant, quod est ex oībus viribus Deum diligere, puta vbi nulla vacat, aut ociosa est vis seu potētia ab opere & obedientia Dei. Deinde additur ad ordinem diligendi: Et proximum tuum debes diligere sicut teipsum. Vbi aduertendū est hoc verbū, sicut, hic significare similitudinem, non æqualitatem. Non enim tantum pręcipimur diligere proximum, quātum quisque se diligit ipsum, sed simili modo & genere charitatis, puta & ad illum finem, ad quem teipsum diligis. Dilige quoque proximum, vt ei velis æternam felicitatem, & ea, per quæ ad illam attingitur, vt sunt virtutes, gratia & dona Dei. Sciendum quoque, per proximum hic non intelligi consanguineos, sed naturæ consortem, quemlibet scilicet hominem. Omnes enim ex eodem patre nati sumus.

Postremo si interroges, an hac in vita hoc possit impleri præceptum? dicendum: Eo modo impletur, quo datum est, & quo impleri potest iuxta cōditionem huius vitę, vt nihil vnquam egisse inueniaris, quod sit præcepto, seu fini pręcepti contrarium.

Bifariam nanque hoc præceptum contingit & intelligi & impleri. Vno modo, vt ad finem pertingatur præcepti, seu pręcipientis, quem intendit præcipiens, cuius rei gratia præcipit. Hoc modo in hac vita non possumus implere præceptum hoc, vt verba sonant, vt scilicet diligamus eum ex toto corde, & vt continuo motu dilectionis semper fruamur in Deum, inhæreamusque Deo, & vt omni tempore cor nostrum ad Deum, & ad nullam aliam creaturam sit inclinatum. Hic status est futuræ vitæ. Alio modo intelligitur hoc mandatum, vt possibile sit huic vitę, in qua sic impletur, vt licet ad finem non obtineatur præcepti, seu intentionem præcipientis, nihil tamen agit seruus contrarium huic fini. Verbi gratia: Militi præcipit dux vt fideliter pugnet, intendens victoriam. Pugna enim fit propter obtinendam victoriam. Itaque miles legitime pugnans, & victoriam obtinens, perfecte ducis impleuit mandatum. Si vero victoriam non obtinet, nihil tamen facit victoriæ contrarium, nihil agit quo victoriam excludat, implet & satisfacit præcepto, licet imperfecte. Hoc modo qui contra Deum nihil agit, quo illum à se excludat, qui nullum admittit mortale peccatum, hic implet hoc dilectionis præceptum imperfecte. Qui vero totus & continue fertur in Deum, & stabiliter ei inhęret, hic diligit perfectè. Sed hoc est beatorum in patria. Cum autem sic respondisset, Christus illum laudauit, quod recte respondisset, mouitq; eū vt quod sentiret faciendum, etiam faceret. Ille

Fides saluās, q̄ sit. Galat. 5

Deut. 6

Cor hoīs quid sit. Diligend' quo pacto sit Deus. Ex toto corde. Ex tota voluntate

Ex tota anima.

Ex omnibus virib'.

F

Sicut, qd hic significet.

Proxim' noster q̄ sit.

Præcepti amoris an in hac vita possit impleri.

Quō bifariā hoc p̄ceptū intelligatur ac impleatur.

Marci 12

Ille autem volens iustificare seipsũ, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?

G

Vt aliqui putant, hic legisperitus animo tentandi dominum primo accessit, sed tandem mutatus atq; compunctus voluerit se iustificare, hoc est, operam dare vt iustificaretur. Veruntamen quod alij sentiũt magis placet: Legisperitum hũc tumidum fuisse & arrogantem & tentatorem Iesu, existimasseq; in obseruatione legis nõ habere se similem. Eam ob rem inflatus voluit iustificare seipsum, ac tanquam iustum commendare, dixit: Et quis est meus proximus? Poterat dicere dominus Iesus: Oĩs homo tuus est proximus. Sed tamẽ nõ ita respondere voluit, sed ex propria illius responsione illum conuincere studuit de errore. Erat enim apud Iudæos error ille, vt nullum existimarent sibi proximum, nisi suæ gentis Iudæum. Quem errorem vt confutaret, parabolam, aut fortasse historiam inducit, qua ostendat quemuis hominem esse proximum nostrum, quem diligere debemus.

Proximi qui apud Iudæos dicebantur.

Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Qui etiam despoliauerũt eum: & plagis impositis abierũt semiuiuo relicto.

Dominus Iesus loquuturus quasi parabolam, qua humani generis describeret calamitatem, suspexit, id est, sursum vidit versus cœlum, quasi lapsui nostro condolẽs, quo ab altitudine & nobilitate cœlestis status recidimus omnes. Spiritualiter enĩ per hominem hũc, primum hominem vult significari Adam, qui in Hierusalem, in ciuitate pacis, seu in visione ac gustu pacis constitutus, hoc ẽ, in paradiso terrestri, in q̃ originali viuẽs iustitia, fuit in magna pace: sed descendit p peccatũ originale in Hiericho, hoc est, in instabilitatem, miseriã & defectibilitatem corruit mundanã, & in pręsentis exilij locum paradiso eiectus. Descendens autem, hoc est, peccando corruens, incidit in latrones. Latrones sunt maligni spiritus, qui vitæ nostræ itinera obsident, & Dei donis, gratiaque nos spoliare contendunt, atque in ęternam damnationem pertrahere. Ideo sequitur etiam: Qui etiam despoliauerunt eum. Spoliati sumus decore gratiæ Dei, donisq; pulcherrimis, optimis atq; suauissimis. Ab incorruptione enim, à pace, ab obediẽtia, à tranqllitate, à sciẽtia, à rectitudine, ad omnẽ miseriam, atq; ad ærumnas infinitas, hoc est, ad ignorantiam, ad infirmitatem, ad tædium & fastidiũ omnis boni, ad pronitatem peccandi, ad caliginẽ & ignorantiam, & ad instabilitatem peccando lapsi sumus. Spoliati enim admirabilibus donis Dei, postquam etiam plagas & vulnera accepimus: abierunt latrones à nobis semiuiuis relictis, id est, nõ ad vniuersum nos, quo nulla foret nobis reposita spes salutis, interemerunt. Quatuor autem sunt vulnera, quæ lædunt animã inflicta nobis ex originali peccato. Malitia, hoc est, inclinatio, pronitasq; ad malũ in voluntate. Ignorantia in intellectu. Infirmitas in vi irascibili (prauitati enim nũquam satis resistimus) & cõcupiscentia insatiabilis delinquendi in vi concupiscibili. Hęc quatuor vulnera, hę plagę adeo nos extenuãt, adeo vires nobis minuũt, vt pro media parte vix nobis insit vita. Fuerũt enim iusti ad Dei gratiam recepti, Deoque, quantum ad suam attinet personam, recõciliati, non autem quantum attinet ad naturam. Ideo Ioannes quoq; Baptista, quamdiu natura humana non fuit reconciliata, quamuis sanctus, quamuis propheta, præcursor & martyr Christi, non regnum cœlorum, sed tãquam adhuc semiuiuus lymbum, donec ab omni per Christum vulnere sanaretur, intrauit.

Homo iste spũaliter quis sit. Gene. 2

Latrones sunt vocẽ tur spũs maligni.

Vulnera animæ ex originali pctõ inflicta q̃tuor.

Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijt. Similiter & Leuita cum esset secus locum, & videret illum, pertrãsijt.

H

Per sacerdotem intelligitur tempus legis, in qua multa quidem instituta fuerãt sacrificia, sed nullum quod hominem perfecte mundaret, reconciliaretve Deo. Per Adam enim intrauit peccatũ, & inde pertransijt in omnes. Vnde omnes vulneramur, nec est qui faciat bonum: non est, inquam, qui sanus ex omnibus remaneat vsque ad vnum. Christus enim solus nõ potuit hoc vitio inquinari. Maria eius benedicta mater, tametsi inquinata non sit, potuisset tamẽ, nisi pręseruata foret, maculari. Porro per Leuitam tempus intelligitur prophetarum, q omnes nunciauerunt redemptorem, & saluatorem nobis venturum. Nullus tamen vel sibi vel alijs pręstabat

Sacerdos qd hic designet.

1. Cor. 15

Psal. 13. 52

Leuita qd hic dicat.

bat salutem. Omnes ergo prętererunt, homine semiuiuo, id est, qui perfecta opera vitæ agere non valuit, relicto.

Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum: & vidēs eum misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Et imponēs illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curā eius egit.

Psal. 114
Samaritanus iste mystice quis.

Samaritanus iste haudquaquam alius est, quam custodiens paruulos dominus noster Iesus Christus. Samaritanus enim dicitur custos. Qui ergo ex nominis significatione custos dicitur, & ex beneficio & dilectione nemini non custodiam impertitur, recte huic semiuiuo curam, custodiamque exhibuit. Cuiusmodi autem, inqs, iter dominus fecit? Ioannes dicit: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Eius ad nos descēsio, eius iter fuit. Eius ad nos descensio, incarnatio fuit. Cœpit enim nobiscum esse in forma qua ante non fuerat. Quare & ad nos dicitur venisse. Venit itaq; secus eum, quia Christus in similitudine venit carnis peccati, non in carne peccati. Venisse quoq; secus humanum genus dicitur, quia clementissima dignatione sua humano modo nobiscum vixit, & edens, bibens, dormiēs, frigora, calores, famem, sitimq; patiens, sese per omnia nobis absq; peccato assimilauit. Misericordia motus quoq; est. Quomodo misericordia nō moueretur adiutor meus, Deus meus misericordia mea? Reuera misericordiæ est domini, quod non sumus consumpti. Alligauit quoq; infirmi vulnera. Sanabo (inquit) contritiones eorum. Imo ipse vulneratus est propter peccata nostra, & eius liuore nos sanati sumus. Alligauit vulnera, qa curam ad illorum sanitatē adhibere cœpit. Alligauit vulnera eius, quia læsionem virium per virtutes & spiritualium gratiarum dona reformauit: infundens oleum consolationis, gustumq; spei, quo sentiret homo in se diuinam miserationem, qua in adoptiōem filiorum Dei reciperetur. Nec oleum duntaxat consolationis, sed austerioris quoq; præcepti vinum infudit. Posuit autem vulneratum super iumentum suum. Iumētum Christi, caro est Christi. Super hoc iumento nos posuit, quia vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Deus enim posuit iniquitates omnium super eum, & disciplina pacis nostræ super eū. Et vt Petrus ait: Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Deinde duxit in stabulum, hoc est, Ecclesiæ incorporauit, regendumq; commendauit, in quo illius curam habuit.

Ioan. 1
Philip. 2
Psalm. 38
Thren. 3
Osee 14
Esaiæ. 53
Vulnera alligare quid sit.
Iumētum Christi qd sit.
Esaiæ 53
1. Petri 2

Et altero die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Samaritanus noster dn̄s Iesus Christus, vbi nos in corpore suo in stabulum, seu ouile Ecclesię induxit, atq; per suam passionem & vulnera corporis nos in locum, vbi nostri cura ageret, portauit, altero die, hoc est, tempore passionem suam sequente, duos protulit denarios, deditq; stabulario. In stabulario vel chorum apostolorum, vel quemlibet Ecclesiæ prælatum significat. Stabularius Pauli fuit Ananias, cui illū Christus cōmēdauit. Itaq; stabulario duos dat denarios ad sanitatē infirmi, curamq; impendendos. Duo denarij sunt duo testamenta, veteris scilicet & nouæ legis. His regendus, his cibandus, potādus, fouendusq; est infirmus. Et si quid, inquit supererogaueris ex donis alijs & industria tibi data, præter ea quæ in lege veteri, aut noua scripta sunt, quæ tamen ad illius sint salutem, & quę in eius verteris commodū aut vtilitatem: de his (vt dixi) quę à Deo accepisti, cum iudex viuorū & mortuorum rediero, omnia reddam tibi. Beatus cui tu es debitor domine Iesu. Ex promissione enim tu te nobis cōstituis debitorem. Vide hic quod dominus dicat: Si quid supererogaueris. Est ergo quod homo supererogare possit, hoc est, gratum quid facere Deo, non coactus pręcepto, aut iussu Dei, sed deuota voluntate impulsus, quæ nulla lege arctatur aut constringitur. Est, inquā, quod possit offerri gratum Deo, tametsi non sit præceptum, sed arbitrarium, necetiam ita lucide inueniatur illud expressum in scriptura, modo non sit cōtrarium scripturæ: quia contradicentibus Lutheranis omnibus Christus dicit: Si quid supererogaueris, cum rediero, reddam tibi. Hęc dicens denuo ad legisperitum conuersus, interrogationem facit.

Stabularius mystice quis sit, Actor. 9
Denarij duo quid designent.
Supererogare quid possit homo.

Quis horum trium videtur tibi proximus

ximus fuisse illi, q incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Proximũ nostrũ di[cit] omnem hominẽ.

Per hanc interrogationem & legispe riti responsionem conclusit eundem dominus, quo intelligeret non solum Iudæũ aut amicum, sed omnem quoq; hominem suum esse proximum: quãdoquidem hic. Samaritanus ratione compassionis ac beneficij non potuit negari illi fuisse proximus, qui incidit in latrones. In fine itaque dominus illi dicit: Vade, & tu fac similiter. Quasi dicat: Quomodo fateris (& reuera est) illi qui in latrones incidit, fuisse proximum eum qui in ipsum misericordiam fecit: ita tu quoque, si quis tua eguerit ope, omni homini te adiutorem præbe, intelligens super egenum & pauperem, quem tibi ęstimes proximum. Hoc idem largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, vt quomodo scire, ita quoque implere valeamus ad ipsius laudem, qui est benedictus in secula, Amen.

Psalm. 40

SERMO IN EADEM DOminica. Triformiter est Deus diligendus.

K

Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Lucæ decimo. Magna res, charissimi, est charitas, sine qua non potest homo saluari, cum qua non potest damnari. Qua habita habentur omnia: qua non habita desunt omnia. Neq; enim seruus Dei esse potest humilis eo modo, quo Christianus esse debet humilis, vt scilicet humilitas sit eius accepta Deo ac meritoria, nisi habeat charitatem. Non potes, inquam, esse patiens, non potes esse mitis, aut castus sine charitate. Sic nulla virtus est virtus sine charitate. Est igitur charitas omnibus nobis maxime necessaria. Describitur autem nobis hodie, cuiusmodi esse debeat, Neque enim omnis amor est charitas. Diligunt enim se homines, vt homines, vel quia ex eadem gente, vel ex eodẽ sanguine nati, vel eiusdem artis, eiusdem professionis, in vna domo familiares, aut eiusdem naturę & voluntatis. Itaque varia hæc & multiplex ratio diligendi multiplicem quoque generat dilectionem.

Charitas quã sit magna res.

Vna est ratio charitatis, diligere Deum in Deo, diligere ipsum propter ipsum & propter nihil aliud, hominem vero diligere propter Deum. Deus itaque causa & finis sit, quare Deus proximusque diligitur. Et hæc est charitas. Hæc charitas seu dilectio moueat os ad loquendum, manus ad operandum, pedesque ad ambulandum, quo impleantur præcepta Dei. Non enim recte pręcepta Dei imples, nisi diligas.

Charitatis ratio vna, quæ.

Huius charitatis canon nobis præscribitur, quando dicit: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Hic est scopus finisq; perfectionis nostræ, vltra quẽ excedere non possumus. Quem etiã in hac vita nunquam attingimus. Semper enim habemus quo in perfectiora nos extendamus. Semper spatium nobis restat quo in charitate crescamus, quãdo dicitur, ex tota corde. Benignissimus enim Deus, qui est laudabilis, imo & amabilis nimis, mãdata sua nobis præcepit custodiri nimis, vt semper inueniamus quod nobis desit, semper defectum nostrũ plangamus, semper nobis restet, quod nondum apprehendimus, ad quod anhelemus. Haudquaquam tamen trãsgressores iudicabimur præcepti in hac vita, si diligimus hic Deum, licet non ad illum scopum, nec ad mensuram nobis pręfixam in hac vita, sed in futura vita pertingamus, dum tamen in continuo proficiendi & Deum magis diligendi desiderio perseueramus, dum crescere in charitate contendimus.

Charitatis canon quis sit.

Psalm. 111

L

Itaq; diligendus est Deus tripliciter: Primo integre, quod hic dicitur, ex toto corde. Quid est, inquis, Deum diligi integre, seu ex toto corde? Si de hac vita responderi oportet, quomodo hic mãdatum hoc possibile est impleri, dicẽdum est: Sic dilige Deum, vt nulli rei sit magis cor tuum inclinatum, quam ad dominum Deum tuum. Dilectio hæc ad salutem necessaria est, quæ si in te fuerit, sufficit quidẽ ad salutem, sed non sufficit ad perfectionem. Porro pro statu patrię, est omnis motus animæ, omnes vires hominis, & quicquid in homine est, absorberi in Deum, vt nihil extra Deum sit, sed totũ in Deo. Hic vero (vt dixi) diligere Deũ ex toto corde, est nulli rei esse magis inclinatũ, quã Deo: nec in vlla re alia delectari, hoc est, quiescere, aut in ea dilectionis suæ finem ponere, quam

Diligẽdus quõ sit Deus triformiter.

Dilectio necessaria & sufficiens ad salutẽ, quæ sit.

quam in Deo. Non in cibo, non in potu,
non in vxore aut liberis, nec in opibus aut
honoribus. Nam si in aliquo horum occu
patus fuerit amor cordis tui, non ex toto
corde amas Deum. Dicit quis: Quomo
do non possum delectari in cibo, in potu,
& in aliis, quorum sine delectatione non
est vsus? Velim nolim esurientem me dele-
ctat cibus, tametsi aridus duntaxat foret
panis. Dicendum, quod te delectat cibus,
aut licitum aliud, nihil adhuc est periculi,
quamdiu delectationem nõ quæris. Non
præcepit Deus, ne cibus delectet, sed præ-
cepit, ne tu delectationem aliam in creatu-
ra quæras, quam eam quæ est ex Deo, siue
in Deo, siue propter Deũ. Aliud est sen
tire delectationem, aliud amare, aliud est
tolerare, aliud quęrere delectationem. Ita-
que sentire delectationem nemo prohibe
tur: quandoquidem re vti delectabili abs-
que delectationis perceptione, non est ma
teriale, aut possibile homini sano, aut bene
(vt esse debet homo) ordinato. Quocirca
re licenter vti potest delectabili, imo etiam
ordinate eandem secundum Deum & in-
fra Deum diligere potes, non quia delecta
bilis, sed quia necessaria tibi est: quia non
dictum est tibi, vt nulla te res delectet, sed
vt nulla te res æque aut magis delectat,
quam Deus. Quod tamen sane quoque est
intelligendum. Multæ enim res magis de
lectant absque periculo, quam Deus, puta
pater, mater, vxor, aut proles, sed hoc est iu
xta sensum carnis, non iuxta iudicium ra-
tionis. Nam licet vxor tua, quo ad sensum
dilectionis carnalis seu cordialis, quæ sen-
titur, suauior sit cordi tuo quam Deus, nõ
est tamen præstantior in corde tuo, iuxta
dilectionem rationis, quandoquidem mil
le vxores, milliesque offendere malles quam
vnum Deum. Impedit tamen amor
hic creaturarum, etiam si non sit contra
Deum, vehementer Dei purum amorem.
Amor enim Dei purus non est, quamdiu
aliquid de amore creaturarum, quod pro-
pter ipsum non fuerit, mixtum est. Pluma
nanque non adeo potest in altũ volare, dum
fece terrena, aut luto est inquinata, seu ag-
glutinata, vt volat ab omni sorde, feceque a-
liena ac libera. Idcirco sanctus ait Augusti
nus: Minus te domine amat, qui tecum ali
quid amat, quod propter te non amat. Cir
cuncidendus igitur est amor Dei ab omni
alio amore, iuxta illud Deuteronomii: Cir

Delectati o creaturarum q̃ nõ sit periculosa.

M Amor creaturarum quantum impediat amorem Dei.

August.

cumcidit dominus cor tuum, & cor semi-
nis tui, vt diligas dominum Deum tuum,
ex toto corde tuo. Vult autem totum cor
tuũ habere Deus, quia vt Augustinus ait,
Totum te exigit, qui totum te fecit. Et cui
sanctius, cui vtilius, quęso cor tuum potes
offerre, quã Deo? Aurum & vas quodcunque
aliud, quando offertur, purgatur, vt mun-
dum decensque offeratur. Tu quoque Deo of
feras oportet amorem mundum, & ab om
ni alio amore purgatũ. Secũdo, diligen
dus est Deus fideliter, quomodo ipse fide-
liter dilexit nos. Quæsiuit enĩ vtilitatẽ no-
strã. Nos vero, quia eius vtilitatẽ non pos-
sumus quærere, q̃ramus fideliter eius glo-
riam, beneplacitum & honorem. Hoc au-
tem applicari potest, vt dicatur Deus ex to
ta anima diligi, quãdoquidem ex tota ani
ma adeo fideliter dilexit nos, vt animã suã
potius sineret à corpore suo separari, q̃ no
stras à se animas diuidi pateretur. Quare
Deum quoque nostrum vita debemus habe
re chariorem: vt si alterum necesse fuerit,
potius amittamus vitam, quam Deum. Fi-
delis nanque amor omne tormentum supe-
rat. Nam de hoc fideli amore à sponso dici
tur: Fortis est vt mors dilectio: q̃a propter
Christi dilectionem etiam mors ipsa cõtem
ni, hoc est, tolerari debet, ne alienus quispi
am fiat à Christo. De hoc Paulus dicebat:
Quis separabit nos à charitate Christi? an
tribulatio? an angustia? an fames? an peri-
culum? an gladius? Hoc modo loquunt o-
mnes qui Christo sunt fideles. Est enim
fidelitas donum aliquod, quo discernitur
inter bonos & malos. Cũcta enim alia ex-
ercitia possunt facere tam boni, quam ma-
li. Possunt enim æque ieiunare, possunt o-
rare, possunt eleemosynam dare. Vnum
duntaxat est quo seruus malus à bono di-
scernitur, quia domino suo malus seruus
non potest esse fidelis. Quæ autem nostra
est fidelitas erga dñm Deum nostrũ? Quã-
tula est & quam cito deficit? Nõ igitur glo
riemur de fidelitate amoris erga Christũ,
quandoquidem fidelitatem nostram be-
stiæ, puta canes superant. Illi enim domi-
nos suos sequuntur per spinas & dumeta,
per ignem & aquam, & diuidi nolunt. Imo
fugatus à domino & abactus, mox reuer-
titur, & domini quærit gratiam. Quid nos
huic bestię simile aliquando fecimus? Blã-
ditur nobis, irascitur nobis Deus, perinde
tñ nos blandientẽ despicimus vt terrentẽ.
Secun

Deut. 30

Augusti.

Quõ fideliter diligendus sit deus.

Cant. 8.

Rom. 8

Fidelitas vt discernat inter bonos & malos.

Canum fidelitas quantum hominis superet fidelitatem.

Secundo, fidelis amor non lassatur. Lassati, inquiunt quidam, sumus in via iniquitatis: at in amore Dei lassari nemo potest. Quicunq; enim Deum diligit, minus eum diligit, quantumuis diligat, quam est diligendus. Imo quo plus quisquam diligit, eo minus sibi videtur diligere. Ignis enim diuini amoris nunquam dicit (vt scriptum est) sufficit. Dicit Augustinus: Amantis anxietas non finit eum dormire. Recte non finit eum dormire. Cum enim dormit amans, vt in Canticis dicitur, cor eius vigilat. Amor de quiete fit ingetior. Quies, hoc est, ocium amanti est afflictio. Qui enim gustu inebriatur amoris, ad omne opus hilarescit: sæpe quidem dolet, sed non sentit, laborat, sed non lassatur, deridetur, sed non aduertit. Habes huius similitudinem in Iacob patriarcha, dum esset iunior Rachel amabat filiam auunculi sui. Pro qua patri vt illam obtinere mereretur, septem annis seruiuit. Nondum tamen obtinuit, sed primo Lya illi apposita est, deinde Rachel. Pro qua septem alijs annis seruiuit. Cuiusmodi aût eius fuerit seruitus, ipse postea exprobrans auunculo suo retulit: Die noctuq;, inquit, æstu vrebar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis: & alia grauia, molestaq;, quæ ibi recensuit (vt Genesis habet) per viginti annos tolerata. Vbi tamen dicitur, quod bis septem anni quibus pro Rachel seruiuit, videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Quid ergo facit amor Dei? Num fatigat? Num lassat? Si enim hæc carnalis pôt amor, nunqd Dei amor eadem non potest? Si tot tantosq; fert homo labores p vnius creaturæ desiderio & amore, indignus est creator, cui tantus, imo cui maior impendatur amor? An impotens fortasse est Dei amor aut insuauis, q non possit, quod seculi, carnisq; potest amor? Si p lucro temporali, si pro delectatione carnis tanta sustinet homo, nûquid pro æterna vita, nunqd minora pro regno tolerabit cœlorum? Si vt ea, quæ hic impure & plerunq; inhoneste amas, obtineat homo, labores & ærumnas sustinet, nec tamen molesta se conqueritur pati, nec insuauia quæ patitur, ducit: quomodo grauia sunt, quæ pro Deo quis patitur? Non aliam hic video rationem, quare vnum ferre suauiter se quis dicat, aliud grauate: nisi quia vnum, hoc est, mundana diligit, aliud, id est, Deum non diligit. Sunt nanq; multa plura absq; numero, quæ onera amoris diuini dulcia faciunt & releuant, vt non sentiantur, quam sint in cupiditate bonorum temporalium, proquibus huius mundi amatores grauia & molesta ferunt non sentientes molestiam. Quapropter non insipienter beatus dicit Gregorius: Pœna interrogat, si quis Deum veraciter amat. Qui enim perfecte amat, pœnam ac laborem aut non sentit, aut non æstimat.

Sapient. 5 *Amorem fidelem non lassari.* *Prou. 30* *Augusti.* *Cantic. 5* *Quies cuiusmodi amanti sit afflictio.* *Gene. 29* *Gene. 31* *Amoris diuini onera suauia reddunt.* *Gregori⁹*

Tertio, amorem fidelem thesaurus nullus superat. Si dederit, inquit, homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. s. substantiam domus, præ nobilitate & excellentia dilectionis quam coparauit. Illud enim vnicuiq; est thesaurus, quod quis maxime amat. Quarto, amori extraneo non vult misceri amor Dei. Neque enim fas est neq; possibile, vt terrena cœlestibus, ima summis, spiritualibus carnalia misceantur. Mulier suo viro fidelis, non alium amat, quam suum virum. Nam si amat alium, iam non amat suum. Et de anima peccatrice, atq; à Deo recedente p Hieremiam dicit dns: Quomodo si cotemnat mulier virum suum, sic contepsit me domus Israel. Nemo igit duobus potest dominis seruire: nemo Deum & diabolum potest audire. Nemo diligere potest Deum & diabolum, hoc est, delectationes carnis, voluptates & honores, quas ille offert. Pure igitur Deus diligatur oportet, vt sine socio, propter se, & non propter aliud: ne illud aliud propter quod Deum diligimus, preciosius quam Deum, imo pro Deo nobis faciamus. Tertio, diligendus est Deus perseueranter. Quod quidam putant esse nobis dictum, cum ex tota mente iubemur diligere. Quod enim mente aut intellectu hæret, firmiter ac perseueranter hæret. Tota igitur mente, & totis viribus diligit, q nunquam non diligit. Tamen filij charissimi, quomodocunq; hæc verba exponantur, hoc vobis tenendum est, vt Deum ita bonum, ita potentem, ita sapientem, ita dignum æstimetis, vt pro nulla re creata illum relinquatis. Omnia quæ in mundo sunt, & vniuersum mundum ipsum cotemnatis potius & amittatis, quam vt Deum offendatis. Pœnas & mortem potius sustineatis, quam Deum offendere cosentiatis peccato. Si mundum lucrari possitis vniuersum vno peccato, potius mundum cum omnibus quæ in mundo sunt, sinatis perire & perdi, quam vt peccetis. Videte igitur, quanta esse debet vobis charitas, quanta fidelitas ad Deum. In

Canti. 8. *Augustr.* *Amorem Dei peregrino non velle misceri amori.* *Hiere. 3* *Matth. 6* *O* *Perseueranter diligendum esse Deum.* *Amorem Dei oibus pœnis & afflictionibus præferendum.*

In oĩ actione quid primũ sit curandũ.

um. In omni actione vestra, in omni euentu, primum quod in omni re interrogetis, primum quod à vobis sollicitudinem exigat aut curam, sit, an offendatur Deus aut proximus. Si Deus offẽditur, nulla sit cum eadẽ re posthac vobis cõmunio. Si proximus offenditur, videndũ iterumq; discutiendũ, propter quid offendatur, & si offensio tolli possit absq; offensione Dei. Si enĩ quid egeris aut omiseris propter amorem proximi, aut ne offendatur proximus, & per hoc offendis Deum, nõ recte facis: sed omnino cauere te decet, necesseq; est, ne in hoc quod offendis Deũ, optes placere proximo. Omnino, inquam, caue, ne Deo offenso studeas homini placere: quin potius vniuerso velis mũdo displicere, atq; infensum habere omnem hominem, ne tibi iratum habeas Deum.

P Porro si cum diuina stare potest amicitia, vt caueas offendere hominẽ, omnibus id modis cura, ne proximum offendas, & Deum nihilo secius propicium, misericordem & amicũ retineas.

Amoris Dei indicia q̃nam sint.

Filij charissimi de diuina dilectione quantũ capere potestis, hoc vobis puto satis fore, vt discatis Dei mandata agnoscere & seruare, discatis desideria vestra mortificare, atq; in vobis eadem occidere, nullum illis tribuendo consensum, discatisq; Deo in omnibus obedire, atq; vos eiusdem beneplacito resignare. Hęc enim est charitas, vt Dei seruetis mandata. Et dñs: Si, inquit, diligitis me, mandata mea seruate. Ioan. 14

Quõ in simplicitate fidei sit viuendũ.

Viuite igitur in fide sanctæ Ecclesiæ, & quæ vltra captum vestrum sunt, nolite discutere, aut curiose rimari. Satis vobis sit scire quæ Ecclesia credit, & eadem credere. Quę si quoque non ad plenum capitis, aut nescitis q̃d Ecclesia credit, nolite disputare, nolite cõtendere, sed generatim in omnibus asseuerare ea, quæ credenda monet Ecclesia, eadem vos credite. Nolite Deum tentare, nolite experimenta in his quæ fidei sunt, petere. Omnia cõmittite Christo & matri sanctæ Ecclesiæ, cuius estis filij & filiæ. Et hoc modo in simplicitate viuite fidei, quamdiu aliud à vobis Deus nõ requirit.

Simplicitas fidei quatenus in hærendum.

Humiliter quoq; semper de vobis, sublimiter vero de proximo sentite, atq; in gloriam Dei quicquid agitis, dicitis ac cogitatis, dirigite: qui est benedictus in secula, Amen. 1. Cor. 10

DOMINICA DECIMAQVARTA POST DOminicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Galatas quinto.

XXIII

SPiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducemini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, venefitia, inimicitiæ, contentiones, iræ, rixę, dissentiones, sectę, hæreses, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prędixi. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Chrsti, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Galat. 5

SVpra paulo ante lectionẽ hanc Paulus Apostolus dixerat nos Christianos in libertatẽ vocatos, modo libertatem nõ vsurpemus nobis in occasionem carnis. Quod quomodo fieri poßit, nunc docet, dicens: Secundum spiritum ambulate, & ea quæ vobis per instinctum spiritus sanctus suggerit, quæve rectæ rationis iudicium præscribit, aut dictat, facite: & desideria carnis non

non perficietis, id est, ita reluctandum est, vt carnis delectatiões suas, quas desiderat, negetis, quod est libertatem suam non dare in occasionem carnis. Caro enim, id est, appetitus sensitiuus concupiscit aduersus spiritum, hoc est, ea appetit quæ rationi repugnāt. Spiritus autem, id est, appetitus intellectiuus, ratio seu anima concupiscit aduersus carnem, ea quæ illi molesta sunt, puta castitatem corporis, vitiorum mortificationem, sui humiliationem, &c. Hæc enim duo, puta spiritus & caro, sibi inuicem aduersantur (quod graue & intestinum est bellum) vt non quæcunq; vultis, faciatis. Quæ enim vultis, nisi vt nullæ sint prorsus in vobis concupiscentiæ illicitarum, malarumve delectationum? Nemo sanctorum hoc nō voluit, sed quotus fuit, qui hoc hactenus impetrauit? Nemo nisi ex singulari dono (vt Dei matrem excipiam) & gratia Dei vt à concupiscentijs sit liber, effecit. Si ergo non sinunt concupiscentiæ vos agere quod vultis, non sinatis eas quoque perficere quod volunt, aut concupiscunt. Si, inquam, nō potes facere, quin caro concupiscat aduersus spiritum, per diuinæ gratiæ adiutorium hoc facito, ne spiritus succumbat carni. Quod si spiritu Dei ducimini, nō estis sub lege. Quasi diceret: His qui ducuntur desiderijs carnis, iure dominatur lex, eos coercēs vel timore pœnæ. Mallent enim legem non esse, vt libere facerēt, quod clanculum desiderant. At is qui spiritu Dei ducitur, non est sub lege, quæ timorem incutit, sed in charitate. Manifesta autem sunt opera carnis, vnde cognoscetis nū carne an spiritu ambuletis. Quæ sunt hæc? Fornicatio, vt est luxuria, quę cōmittitur cum scorto. Immunditia, hoc est, vitium contra naturam, vel inter eiusdem sexus homines, aut aliter. Impudicitia, quę est libido, quę expletur in osculis, tactibus, amplexibusq; impudicis. Luxuria, quæ generale nomen explicat incontinentię vetitæ, & pro speciebus incontinentię alijs hic non singulariter nominatis accipitur. Idolorum seruitus. Veneficia, hoc est, sortilegia quæ idololatriæ quoq; genus est quodam. Inimicitiæ, in quibus rancor aut odium seruatur, quæ vtraq; ex priuato oriuntur amore. Vnde sequuntur quoque contentiones verborum, ęmulationes, hoc est, inuidentiæ, vbi eadem res à duobus pluribusve appetitur, & alius alium impedit, alterq; alteri hanc præripere conatur. Iræ, rixæ, dissentiones animorum, quę roboratę ex pertinacia fiunt. Sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, inhonesta luxuriosaq; conuiuia, quibus ventri, gulæ, ineptijs, lætitiæ mundanæ, ostentationiq; seruitur. Hæc scilicet & his similia, quæ sicut prædixi præsens olim, ita nunc absens per epistolam prædico vobis opera esse carnis, id est, opera quæ secundum hominem fiunt, non secūdum Deum, aut secundum spiritum, eaq; mortifera: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non cōsequentur. Qui talia, inquit, agunt, non qui talia quidem in se sentiunt, sed aduersus ea confligunt. Aliud nanq; est agere vitia, aliud cōfligere contra vitia, aut sentire. Qui enim aduersus vitia habet cōflictum, habet quidem vitia in se cum quibus pugnat, sed his tamen non consentiens, non propterea excluditur à regno Dei. Deinde opera quoque spiritus enumerans, quæ in homine spiritus sanctus habitans operatur, & spiritui insunt rationali, dicit: Fructus autem spiritus sunt. Fructus recte vocantur hæc opera spiritus, quoniam ex bona arbore, vt fructus optimi ac suaues prodeunt, qui refectionem perpetuæ præbeāt saturitatis. Fructus, inquit, spūs sunt: Charitas, quæ est actus dilectionis diuinę, fraternæq;: ex cuius radice omnes aliæ virtutes vigent ac virent. Gaudiū scilicet in Deo & in eius benignitate. Pax, quæ est trāquillitas mentis, voluntatisq; vnio cum Deo. Patientia, qua æquanimiter tolerantur aduersa. Longanimitas, quæ stabilis, diuturnaq; est inter labores, seu inter aduersa animi expectatio bonorum diuinorum promissorum. Bonitas, id est, dulcedo beneuolentiæ, & pia animi affectio. Benignitas, quæ ipsa quoque pia est affectio animi sua gratis offerentis, hilariterq; quicquid potest propter Deum largientis. Mansuetudo, qua homo efficitur tractabilis, bonisq; consentiens, lenis, mitisque, ac affabilis. Fides, id est, certitudo fidei. Aut fides est, qua veraciter credimus, quod nō possumus videre. Aut fides, id est, fidelitas, fauorq; cōstans, & sanctus erga proximum, cui prodesse cupit, & quē promouere gaudet. Modestia, quæ tam in verbis, quā in operibus modum tenet. Continentia, quæ ab illicitis, obscœnisq; operibus se temperat ac frenat, & cum labore ac in luctamine ab ob-

Opera carnis quæ sint.

B

Fruct' spiritus qui sint, & cur sic recte vocentur.

scœna delectatione se continet. Idcirco enim continentia vocatur. Castitas est, quę in pace ac quiete constituta se continet, omnem illecebram carnis, non tam impugnans, quam execrans. Cuius consummatio est concupiscentiæ omnes motus toto animi horrore detestari, iugemque ac inuiolabilem sui retinere puritatem. Aduersus huiusmodi spiritales fructus, non est lex prohibens eos, aut his contradicens, quin potius fouens eos. Porro, aduersus opera carnis iam prędicta maxime est, ex diametroq; pugnat lex. Qui aũt sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs suis crucifixerunt. Non omnes, inquit, vitijs reluctantur: sed hi soli tãtum, qui sunt ex parte Christi, qui possessio sunt Christi, qui deniq; membra sunt Christi, & qui passionis Christi vestigia sequuti, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cõcupiscentijs. Serui nanq; Christi ad hoc nituntur, ad hoc conanturq;, vt vitia carnis subigãt, & concupiscentijs, hoc est, mundi amori non consentiant. Reprimendo enim carnis voluptates, spernẽdo mundi gloriam, hominumq; plausus ac fauores, crucẽ sibi faciũt, cui præceptis iustitiæ perinde ac clauis se quibusdam affigunt.

Castitatis cõsummatio q̃ sit.

Serui Christi quõ carnẽ suã cũ vitijs crucifigant.

EXEGESIS EVANGELII dominicę XIIII post dominicam sanctæ Trinitatis, Lucæ decimoseptimo.

C

NOn vnum in Euangelio præsentis dominicæ tantum, sed decem in decẽ viris miracula à Christo facta narrantur. Magnus eñ aduenerat medicus, quamagnus quoq; languebat ęgrotus. Aegrotabat nõ præstantia aut nobilitate magnus, sed vniuersitate insignis. Vniuersum enim genus lãguebat humanum. Fuit etiam ægritudo magna. A planta nanq; pedis vsq; ad verticem capitis non fuit in eo vel vlla sanitas. non inueniebatur qui curare possit hũc infirmum, nisi qui creauerat mũdum. Misit igitur Deus verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorũ. Magna infirmitas animarum, grauis morbus languorq; vehemens nobilissima poscebat aromata & vnguenta pigmentarij. Adeo autem grauia fuere vulnera tua o homo, vt pro te sanando necesse fuerit Dei filiũ vulnerari, necesse fuerit occidi, vt ex eius sanguine tibi balneum, ex eius cruore vnguẽtum tuis vulneribus adhiberetur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt vnigenitũ suum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitã æternã. Itaq; venit filius Dei quærere & saluum facere quod perierat. Siquidem de illo exibat virtus, & sanabat omnes. Hęc vniuersitas languentiũ in perfecto numero signatur decem leprosorum. Neq; enim vltra decẽ potest numerus procedere, quin ad vnitatem redeatur. Accipiamus itaq; Euangelium.

August.

Esaiæ 1

Psal. 106

Ioan. 3

Lucæ 19

Lucæ 6

Dum iret Iesus in Hierusalem, trãsibat per mediam Samariam & Galilæam.

Iter hoc versus Hierusalem, vltimus fuit Christi ad Hierusalem ante ipsius passionem accessus. Ibat enim Hierosolymam, ad ciuitatem scilicet, in qua nouerat Iudæorum populum cõtra se amaricatum, pręcipue pontifices, scribas, pharisęos & legisperitos, suum sanguinem sitientes. Ad quem locum vltro ascendit, quia eam ob rem in mundum, vt sua nos redimeret passione ac morte, venerat. Accessit igitur locum eundem, vt patris obediẽtiam sibi iniunctam impleret, & quo nos quoq; ad obedientiã & Dei & hominũ impigros currere & alacres doceret. Transibat autem per prouinciarum duarum, Samariæ & Galilææ medium, in quibus non raro & prædicauerat & signa fecerat.

Et cũ ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decẽ viri leprosi.

Nemo à sanitate remotior seu longior est, quam is, qui se non cognoscit infirmũ. Qui enim se infirmum nescit, quãdo remedium quæret? Periculosior autẽ multo est infirmitas animarum, quam corporũ: ideo maior quoq; cura esse nobis debet pro animæ, quam pro corporis sanitate. Vtinã autem vel tantum esset studium omnibus nobis pro animarum, quantum est pro corporum salute. Nam vbi modicum quid molestiæ quis sentit in corpore, aut in aliquo membro corporis, non quiescit requirẽs, donec remedium obtineat. Quare id pari modo non facimus circa languorẽ animę? Venit Christus medicus medicorum in mundũ, sanauit verbo omnia. Occur

Infirmitas animarum q̃ sit periculosior.

Animæ sanitas q̃ parũ curetur ab hoibus

D

Occurrunt ei decem viri leprosi, petentes corporis sanitatem. Si medicus similis homo die, inueniretur in mundo, qui leprosos omneque genus lãguorum aliud sanaret, nec pro sanitatis beneficio quicquam reciperet, quantum ad illum confluere putatis quotidie languentium grex? Iam milliés mille ægrotãt animæ, imo lethalibus sunt morbis corruptæ, quibus si vellet, absque vllo negocio paratum inueniretur remedium: & ex illis vix reperit vnus, qui quærere velit sanitatem. Itane animæ sanitas fastidio est? itane placet infirmitas? Itaque cum hic ingrederetur Iesus quoddam castellum, antequam intrasset, occurrerũt decem viri leprosi. Non poterant ciuitatẽ intrare leprosi, sed ab hominibus aliis separati morabantur. (Leuit. 13) Audierant de vero medico, qui nullam non possit curare infirmitatem. Et dum accedunt, dum petunt, dum obediunt, non tam corporis, quam animæ recipiunt sanitatem. Non fefellit eos fides, quam habuerunt in Christum. Pro sanitate corporis rogabant, & vtriusque hominis inuenerunt salutem.

Qui steterunt à longe, & leuauerũt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.

Steterunt à longe, à Christo propter eius reuerentiam, quia morbus est fœtidus, immundus & contagiosus. Stant quoque longe à Christo, qui sunt in anima leprosi & spiritualiter immundi: vtpote peccatores manifesti, longe à Deo constituti, clamantes præ magno desiderio obtinendæ sanitatis: Iesu præceptor miserere nostri. (Leprosi spirituali ter q sint) Significantur autem per decem leprosos, peccatores manifesti, qui suo alios exemplo inficiunt, vt sunt hæretici, luxuriosi, ebriosi, aleatores & huiusmodi alii, qui sermone, opere & odore, hoc est, exemplo malæ vitæ inficiunt alios. Hi vt leprosi, qa sunt cõtagiosi, sunt fugiendi. Lepra enim carnis morbus est inficiens & cõtagiosus. Propterea qui hoc sunt infecti morbo, ab hominum consortio sequestrantur. Leprosi itaq; spiritualiter si omnes illi sunt, qui vel exemplo suo alios inficiunt, quãto magis hi, qui dedita ad hoc opera alios seducere nituntur, consolationem in hoc recipientes, quod socios habeãt peccatorum? (Iniquus numerũ q̃rit in vitio) Perniciosum igit est valde, habitare in medio peccantiũ vbi de iuramẽto, de execratione, de maledicentia, de impudicitia nemo erubescit. Necesse igitur est, vt scandalum sequatur infirmorum. Necesse est vt corrumpant bonos mores colloquia mala. (1. Cor. 15) Sunt quidem ad inuidendum & detrahendum aliis nati, vt nihil probare possint alienum quin omnia carpant, cuncta vituperent. Qui præterea impudicus est, impudica loquitur & impudica auditorum facit corda. Sunt alii murmuratores, qui ad similia quoscunq; possunt, pertrahũt. (Murmurationis lepra quam sit perniciosissima) Quod fecerunt exploratorum pleriq;, qui in terram promissionis ad considerandam terram missi fuerant terræ promissionis detrahentes: (Num. 13) quo vniuersum populum murmurare fecerunt. Quamobrem nemo eorũ qui de terra Aegypti egressi sunt sub Mose permissus est à domino intrare terram pmissionis duobus exceptis, Caleph & Iosue: sed infra quadraginta annos periertũt omnes in solitudine. E Consilium contra hanc lepram ac remedium aliud melius non est, quam vt linguæ huiusmodi pestilentes lepraque infectæ euitentur. (Remediũ contra lepram linguæ) Obserua quod curationis quo quemodus circa hos leprosos significatur, idque maxime in tribus. Primo, quod occurrerunt domino, velut hi qui infirmitatem suam erubescentes agnouerunt. Steterunt enim à longe & verecundi. Deinde clamauerunt, quo desiderii magnitudo insinuatur, orantes ad dominum: Iesu præceptor miserere nostri. Tertio pfecti sunt iubente Christo obedientes ad sacerdotes illis ostensuri. (Lepra spiritualis per quæ tria curetur) Hæc igitur tria, contritio, oratio, & confessio, multum faciũt ad hoc vt spiritualiter leprosi mundentur.

Quos vt vidit, dixit: Ite, ostẽdite vos sacerdotibus.

Leprosos mittit sacerdotibus, quia in lege præceptum erat, ad iudicium sacerdotum mundum seu immundum à lepra pronunciari. (Leui. 13) Non ergo sacerdotes faciebant, vt quis mundus immundusve esset, sed autoritatem habebant iudicandi, pronunciandi & discernendi mundum ab immundo. (Cur sacerdotibus missi sint leprosi) Voluit igitur dominus sacerdotum autoritati deferri, non quod sua opera hominum subiici oporteret iudicio, sed iuxta legẽ superioribus voluit homines manere subiectos, neve sacerdotibus legisq; pitis scandali: calumniandiq; p̃beret occasionem, quod absque iudicio

ſacerdotum mundos pronũciaſſet. Voluit quoque noui teſtamenti ſacerdotum figurare officium, qui in confeſſione peccatorum diſcernendi funguntur autoritate & ſcientia ad ligandum & ſoluendum, pronunciantque quis mundus, quiſve immundus ſit. Neque enim ipſi quenquam faciunt mundum aut immundum, nec peccata ipſi dimittunt, ſed Deus dimittit ſolus. Ipſi vero eos, quibus dimittit peccata Deus, abſoluunt. Quod ſignificatum eſt olim in Lazaro, quem dominus quatriduanum à morte ex ſepulchro reſuſcitauerat ligatum: quem cõmiſit Apoſtolis, vt ſoluerent & liberum ire finerent. Aduerte autẽ quod dicit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Hæc oſtenſio peccatorum facienda ſacerdoti, quæſo quando aut quõ debet fieri niſi per confeſſionem. Facienda eſt igitur ſacerdoti peccatorum cõfeſſio ab eo, quiſquis deliquerit mortaliter. Nam quomodo in veteri teſtamento ſacerdoti neceſſe erat vt oſtenderetur plaga lepræ, vt poſſit iudicare: ita in nouo, ſi peccator debeat abſolui ac pronũciari mũdus à ſacerdote, neceſſe eſt, vt audiat primo peccatum eius ſacerdos: vtpote illius iudex à Deo conſtitutus. Nemo enim iudicat de eo, quod neſcit: nec ocioſe Petro & Apoſtolis Chriſtus dedit poteſtatem abſoluendi, & claues, quibus quomodo quæſo vterentur aut quando, ſeu ad quid, ſi nemo confiteretur peccata ſua? Vides quia in hoc quod Apoſtolis commiſit autoritatem, deditque ſpiritum ſanctum ad diſcernendum & iudicandum, quorum remittere peccata, quorumve retinere deberent: hoc eſt, quos abſolutione dignos, quoſve indignos iudicare deberent, etiam ſubditis tacite præceptum inſinuauit, vt ſua cõfiterentur peccata, ſine quorum confeſſione nec abſolui poſſent, nec iudicari? Miſit eos præterea dominus ad ſacerdotes, vt offerrent ſacrificium, quod lege ſtatutum erat, poſtquam à ſacerdotibus viſi iudicatique eſſent mundi. Poſtremo, vt ſacerdotes viſo euidenti hoc miraculo, vel crederent vel non crederent. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus propenſior ſemper erat ad pietatem, ideo illis magis credendi, quam non credendi præſtare voluit occaſionem. Denique & ex iudicio ſacerdotum neceſſe erat euidens monſtrari factũ miraculum.

[Margin: Sacerdotũ euangelicorũ officiũ quod. — Ioan. 11 — F — Confeſſionẽ peccatorũ qs facere teneatur. Leui. 13 — Matth. 16 — Confeſſio ſacramentalis vt à Chriſto p̃cepta ſit. Ioan. 20 — Leuit. 13]

Et factũ eſt dũ irent, mundati ſunt.

Commendatur hic eorum obedientia ſimplex, quoniam vt iuſſi fuerant, mox obierunt: & obedientiæ fructus quoq; illico eos ſequutus eſt. Siquidem dum irent, mundati ſunt. Nam hoc certe erat futurũ, ſi irent, vt mundarentur. Quare enim eos ad iudicium ſacerdotũ miſiſſet, niſi vt mundi iudicarentur? Vides hic quod in contritione Deus mundat peccatorem & in propoſito confitendi. Nam quia voluntatem habuerunt oſtendendi ſe ſacerdoti, & iam ad perficiendam hanc voluntatem erant in itinere conſtituti, mundati ſunt. Nunquam enim ita alligauit Deus gratiam & miſericordiam ſuam, ſacramentis, vt non poſſit gratiam aut virtutem ſacramenti dare etiam ſine ſacramento, puta vbi ſacramẽtum baptiſmi aut confeſſionis non poſſet obtineri, aut vbi, vt hic, quamnuis accinctus eſt animo atque in ſtudio iam recipiendi, Hoc modo, vt in Actis habetur apoſtolorum, multi receperunt ſpiritum ſanctum, antequam fuerunt baptizati, quia credebant & parati erant ad baptiſmum quẽ etiã mox receperunt. Nemo tñ præſumat de ſingulari priuilegio ſibi faciendo, quaſi ſine ſacramentis neceſſarijs effectus poſſit conſequi ſacramentorum, vbi habere poſſet & negligeret. Itaq; dum irent mũdati ſunt, Dixi, inqt Pſalmiſta, cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam dño, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Deus enim per internam contritionem, p operationẽ ſuam internã ac gratiæ infuſionẽ, hominem iuſtificat, antequã veniat ad cõfeſſionem. Imo ad perfectam confeſſionem peccatorum opus foret aut deceret, vt antequam ſacerdoti reuelare inciperet peccata ſua, iam per contritionem & internam Dei operationem eſſet iuſtificatus.

[Margin: Peccat... q mund... à pecc... — Actor. — Pſal. 31 — Cõfeſſio perfecta qd neceſſarium]

Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

G

Quoniam hic q rediſſe dicit. Chriſto gratias agens tam ſtudioſe, refertur fuiſſe Samaritanus, intelligendum eſt reliqs nouẽ fuiſſe Iudæos. Innuitur etiam aliud hic, q̃re nõ abſq; cauſa hic exprimit fuiſſe Samaritanus, quẽadmodum in ſupioris dñicæ Euãgelio hic, q circa illum qui ceci-

[Margin: Lucæ 10]

dit

dit in latrones, fecit misericordiam, non ociose insinuatur fuisse Samaritanus: nempe vt intelligamus non raro fieri, vt hi, quibus minus creditur aut confiditur, imo de quibus non sperabatur, misericordiam & charitatem erga proximos, & deuotionẽ aut cultum erga Deum maiorem exhibeant, quam illi qui ex professione etiam magis ad huiusmodi obligabantur. Et ideo quando scriptura huiusmodi refert, cõditionem etiam illam, quæ bonis ac deuotis est in laudem, duris vero aut negligentibus in probrum, simul enunciat. Ad probrum enim sacerdotis & leuitæ erat, quod prætereuntes non compassi fuerunt infirmo, nec vulnerato impotentiq; subuenerũt: cum Samaritanus (quod ad ipsius maximam erat laudem) subueniret compatiens. Hic vero cum Iudæi nouẽ alij pro beneficio receptæ sanitatis Christo nullas referrent gratias, ad illorum refertur probrũ & ignominiam: ad commendationẽ vero Samaritani, quod redierit & humillime beneficiũ agnouerit, gratias Deo agens. Fit eñi nõ raro, vt vbi cõpassionem, misericordiam, & deuotionem putes te inuenire, nõ inuenias. Vbi vero inuenire te desperaueris, misericordiam & deuotionem abundãter offendas. Discitur hic quoque, nihil referre apud Deum, de quocunque genere aut gente quis sit natus, modo bonam deuotamque voluntatem exhibeat erga Deũ

Respondens aũt Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Nõ est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Exprobrat hic Iesus illis nouẽ licet absentibus ingratitudinẽ haud vulgarẽ, q̊d mũdati nõ redierint, vt hic fecit Samaritanus, ad agẽdas gratias Christo. Sed potest hic oriri dubiũ: Cũ Christo finis curatiõis corporũ, curatio fuerit animarũ, idcirco teneat fere ab oĩbus, eos quos dñs curauerit in corpore, sanauerit etiam in anima, quõ hi nouem leprosi arguuntur de ingratitudine, si conuersi sunt, q̃a putandi sunt mortaliter deliquisse? Alioqui pro veniali peccato non crederetur Christus tanto rigore zelatus fuisse. Dicendum omnes primo in fide ad Christum venisse, omnes à Christo salutem animarũ & corporũ accepisse.

Curatiõis corporũ Christo fuisse finẽ curationẽ animarũ

Nouem vero illos Iudæos (vt quidam volũt) à sacerdotibus fuisse deceptos, suadẽtibus sacerdotibus, ne crederẽt Christi hanc mundationem lepræ fuisse, sed obseruationi suam mundationem tribuerent legis, non virtuti Christi. Inuidebant enim sacerdotes Christo eiusque miraculis & doctrinæ vbicunque poterant, detrahebant. Horum, inquam, suasionibus decepti à fide exciderunt. Curatio autem Christi & si præstaret simul conuersionem ad se & statum salutis his, qui sanabant à Christo, non tamen eos qui beneficia ab eodem recipiebant, fieri necesse erat impeccabiles. Poterant enim à gratia iterum excidere: quod principi quoque contigit Apostolorum Petro, vt peccaret post conuersionẽ relapsus in mortale peccatum, ter negans Christum.

Leprosos nouẽ deceptos fuisse à sacerdotibus ne à Christo se crederẽt esse mũdatos

Matt. 26
Mar. 14
Lucæ 22
Ioan. 18

Et ait illi: Surge & vade. Quia fides tua te saluum fecit.

Commendat fidem huius Samaritani dominus Iesus, qua dignus fuit, vt illi beneficium vtriusque hominis impartiretur, puta vt à lepra mundaretur corporis, & in anima beneficium acciperet æternæ salutis. Quia vero vbicunque hoc verbum inueniunt in scriptura Lutherani quod fides saluum fecerit, gloriantur quod sine operibus illi salui facti sunt. Dicito illis tu, ne nimis cito glorientur. Neque enim ita erant iam salui, quibus hæc verba dixit Iesus, vt aut iã essent beati, aut infallibiliter ad beatitudinem perducendi. Sed fides eos saluos fecit, id est, in statum salutis, quo poterant Christi misericordia (si vellent) saluari, constituit. Hæc enim iustificatio hominis sine operibus fit præuijs ex sola gratia Dei. A qua rursus iterum atque iterum creberrime homines peccando excidunt. Alij manentes ac perseuerantes iustificantur magis, id est, per bona opera, & Dei gratiam cooperantem, iustiores fiunt per Christum dominum nostrũ, qui est in secula benedictus, Amen.

Fides quõ dicat̃ saluum facere

SERMO IN EADEM DOMINICA. Decem genera vitiorum, decem leprosorum conditionibus significantur.

OCcurrerunt ei decem viri leprosi. Lucę XVII. Audiuimus hodie ex Euãgelio decẽ occurrisse Christo leprosos & quod oĩbus infirmis propriũ est, ꝓ sanitate ad domi I

dominum clamasse. Fuit autem eorum o-
ratio humilis: Iesu præceptor miserere no
stri. Pro mīa postulabāt, qa miseriā sentie-
bant. In his decem leprosis nobis significā
tur peccatores inuerecundi, manifesti, &
contagiosi, qui alios inficiunt & seducūt.

Legimus in veteri nouoque testamen-
to de leprosis decem vicibus, qui varijs
Vitiorum genera decem per leprosorū ꝓprietates designatę. fuere tēporibus, in quibus decem genera
vitiorum significantur, quorum proprie-
tates seu conditiones leprosorū assimilan
tur conditionibus. Primus leprosus (quē
non primum ideo dicimus, quod tempo
re fuerit prior, sed quod applicatione & or
dine ad significandum nobis primus oc-
Osias lep. sus 2. par. 26 currit) fuit Osias rex. Hic superbus ac præ
sumptuosus, vt secundus refert Paralippo
menon liber, cum temere vellet sacerdo-
tis fungi officio, quod illi nequaquam li-
cebat, accepit thuribulum: & incensum of
ferre volens, percussus est à domino lepra
in fronte, qua vsque ad mortem non ca-
ruit. In hoc nobis superbia significatur, q̄
Superbia quā sit grauis lepra est grauis lepra animæ. Significatur autem
nihilominus etiam proprietas lepræ pri-
ma, quæ est in cute intumescere. Superbus
enim omnis tumidus, omnibusq; tā Deo
quam hominibus est odiosus. Scriptū est
Psal. 100 enī: Nō habitabit in medio domus meæ, q
facit superbiam, Iuste enim superbus vt le
prosus deuitatur, quandoquidem superbi
mores nemini non sunt exosi. Est enim p̄
Hierony. Supbia duplex q̄ sit. sumptuosus. Vnde Hieronymus dicit: Sup
bia plus audet, quam potest. Est autem
superbia duplex, carnalis & spiritualis. Car
nalis superbia ostentatur in vestibus, in ci-
bis, in apparatu, in pompis, curiositate &
vanitatibus. Hæc omnia inficiunt vt lepra:
quia superbia dum inuenerit nouitates, va
nitates, curiositatesq;, ꝓuocat alios ad sui
imitationem. Spiritualis superbia, est ani-
Superbia vbinā nata sit mi extollentia in donis Dei, sane detesta-
bile vitium, quod Deus nullo in loco nō
persequit. In cœlo nata est supbia, sed illā
persecutus est Deus, atq; e cœlo ꝓfligauit.
In paradiso fuit & ibi eiecta est. In mundo
fuit, sed sæpenumero grauiter punita. Sup
bia spiritualis plus habet periculi quā cor-
poralis: non enim faciliter agnoscitur, &
difficulter curatur, quia superbus errorem
suum nec agnoscit, nec admittit remedium
vtpote dum se nemo prudentior sibi vide
Gihezi leprosus tur. Secundus leprosus fuit Gihezi Heli
sæi discipulus, q cupiditate deceptus, post

Nahamam Syrum cucurrit, & munera ab 4. Reg. 5
eodem clanculum, vt putabat ignorāte He
lisęo, accepit: quem tandem ad correptio-
nem Helisæi dominus percussit lepra. Vi-
de Regum Iudæ historiam. Significatur au
tem in eo lepra auaritiæ, cui altera lepræ cō Auaritiæ lepra quā sit insatiabilis
ditio seu proprietas arridet, quæ est sitire,
& pruritum pati. Vtrunque hoc auaris fa-
miliare est. Auarus enim semper sitit, quia Eccles
nunquam satiabitur pecunia, vtpote cui tā
deest q̄d habet, quam id quod non habet.
De quo p̄terea Ecclesiasticus ait: Insatiabi Eccle. 14
lis est oculus cupidi. Sed quomodo, in- Auaritiæ lepra quō alios inficiat.
quis, alios inficit? Exēplo. Quid enim nō
excogitat auarus, vt pecuniam augeat? do
los, mendacia, sophisticationes, pondera
iniusta, stateram dolosam, mensuram ini-
quam, & alia id genus innumera excogi-
tat, quibus ad turpe vtatur lucrum: aliosq;
suo trahit exemplo, inducens vt sibi simi-
lia agant: & quo suas merces pluris ven-
dāt, imposturas quoque committunt. A- Auarus vt aranea cōparetur
uarus araneæ comparari potest, quæ euisce
rat se ad faciendam telam seu retia capien-
dis prædis idonea: quæ tamen tela, si ven-
to forti perflētur, perit. Pari modo auarus
labore, sudore, & virium defectione con-
sumit seipsum, vt telam texat araneæ. Huiu
smodi eñ oīa sunt bona tēporalia. Quā v-
bi ventus grādis ꝑflauerit, hoc est, cū mors
ingruerit, mox oīa absumit, contexta. In
morte eñ auarorum nemo vnq̄ secū qd tu K
lit. Tertius est leprosus, de q̊ in Euan
gelio legit Matthæi quē tactu manus suæ Matt. 8 Leprosus tactu curatus
dñs curauit: & significat luxuriā, quę est le
pra aīę. Cōgruit aūt luxurię cōditio leprę, Luxuria qualis sit animæ lepra
quod fœtet. In lege eñ p̄ceptum erat lepro
so, vt os haberet veste cōtectum, ne fœtor
quempiam malus exhalans inficeret: hoc Leuit. 13
est, ne in luxurioso verba impudica egredi
entia corrūpant pudicos. In hoc itaq; signi
ficat, vt dixi, luxuria, quia pro munditia
dño supplicat. Dñs quoq; eius lepram de-
pellens imperat, & dicit: Mundare. Hic eti
am, vt aliq volunt, ꝓpterea non nominat,
q̊d sicut Paulus dicit: Oīs aūt fornicatio & Ephe. 5
immunditia nec nominetur in vobis. Quo Simon leprosus q̄s significet
significetur magis congrue in eo luxuria Matth. 26
non nominanda. Quartū leprosum in Mar. 14
scriptura inueniemus, Simonē scilicet lep
sum, sed mundatū. Hic nobis lepram irę si
gnificat. Cōsentit quoq; proprietas seu cō
ditio quarta lepræ, quæ est adustū habere
sanguinē. Ira quoq; est ebullitio sanguinis
cir-

circa cor. Ex ira autem oritur rancor, indignatio, aſpernatio & murmuratio: quę nõ defuerunt huic Simoni, vt ex Euangelio liquet. Verum quia ira lepra eſt, & hæc q̃que inficit: idcirco ne inficiaris ira aliena, ſcriptura monet: Noli eſſe amicus homini iracundo, nec ambules cum furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Carbo ignitus faciliter carbonem mortuum, ſi coniunctus illi fuerit, reſuſcitat. Nam quemadmodum, vt ſcriptũ eſt, ſermo mollis frangit iram, ita ſermo durus excitat rixas. Quintus leproſus fuit ſoror Moſi, quę, propter murmurationem aduerſus Moſen fratrem ſuum, percuſſa eſt plaga leprę à dño. Significat autẽ læpram inuidiæ. Cui quadrat proprietas q̃ que quinta læpræ, quæ eſt habere cutem candidam foris, intus nigram. Inuidia autem ſub ſpecie zeli ſe pallians foris apparet lucida, quaſi habens virtutum candorẽ: ſed in corde intus habet nigredinem. Inuidia quoque morbus eſt (quare lepra vocatur) inficiẽs. Inuidus nanq; ſe cõtinere non poteſt, qn inuidiã ꝓdat detrahẽdo, obloquẽdo, vitupando, laudẽ minuẽdo, eius ſcilicet, cui inuidet. Sextũ lepſum quartus Regũ liber indicat, vbi quatuor leproſi in obſidione ciuitatis Samariæ ꝓficiſcuntur ad caſtra Syriæ famẽ ſuſtinẽtes: & inuenerunt Syros turbatos, oẽs fugiſſe ac reliquiſſe caſtra, omnibus diuitijs plena. Comederunt igitur & biberunt ſatis, deiñ regi nunciauerunt Iſrael. In his ſignificat lepra gulę, cui haud paru[illegible] conuenit ſexta conditio lepræ, quæ hominẽ facit pingueſcere & inflari. Ferũtur quoque leproſi auidi eſſe ciborum. Pingueſcunt enim leproſi fortaſſe propter craſſos humores, quos circunferunt indigeſtos. Referunt autẽ quatuor ibi fuiſſe leproſi, quia gula circa quatuor verſatur, in quibus gula agnoſcitur. Puta nimium comedere, delicata nimis q̃rere, ante tẽpus legitimum cibum ſumere & nimis effuſum ac auidum eſſe ſuper cibum. Prouocat aũt guloſus guloſum & inficit, vt quotidie cernit in comeſſationibus & compotationibus. Septimus leproſus eſt Naaman Syrus. Hic à rege Syriæ miſſus, venit ad Hæliſæum: in q̃ accediæ lepra ſignificatur. Alludit autem huc quoque ſeptima conditio lepræ, quæ eſt grauem, deſidioſum, pigrum, ac faſtidioſum eſſe. Inficit quoque, nam vnus piger alium à bono opere detinet. Imo ſi quiſpiam ab opere obedientię: aut obſequio alium audit ſe excuſantem, & liberum relinqui, idem ipſe quoque hoc ipſum tentat, quomodo laborem, aut ſuperioris ſui euadat ſiue eludat mandatum. Significatur autem ideo per Naamam, quod illum tã parui tæduit laboris, vt pro ſui purgatione, iuxta verbum Prophetæ, iret in Iordanem, lauaretur & mundaretur. Octauã lepram legimus in Moſe, cuius manus, dum in ſinum mitteretur, extracta eſt leproſa: dum autem extra ſinum manifeſta teneretur foris, non apparuit in ea lepra. Quo hypocritæ & ſimulatores ſignificantur, quorũ lepra eſt occulta in anima. Cõgruit autẽ ei octaua proprietas lepræ, quæ eſt habere rubedinem in facie: quæ licet appareat, non eſt tamen pulchritudo, quia intuenti inſuauis eſt & ingrata. Hãc ſpiritualem lepram monuit nos dominus cauere, dicens: Attendite à fermento phariſæorũ, quod eſt hyprocriſis. Nona lepra eſt ingratitudinis, & ſignificatur in nouem his leproſis, quorum hodiernum reminiſcitur Euangelium: qui pro percepto beneficio Chriſto ingrati, ad agendas gratias non redierunt. Conſentit autem nona quoque conditio ſeu proprietas lepræ, quę eſt vox rauca. Nouem enim illis leproſis adeo fuit vox rauca, vt nullius laus aut gratiarum actio audita ſit exhibita Chriſto. Decimam lepram accipimus in illo leproſo decimo, qui rediens, gratias egit Deo. Et in hoc ſignificatur decima lepræ conditio ſeu proprietas, quæ eſt, lepram infirmitatem eſſe incurabilem, & à Deo ſolo ſanandam, ideo qſqs à lepra aïæ, hoc eſt, à mortali peccato curatur, ſolius Dei bñficio curat. Ver: de his ſatis. Nunc de iſtis decẽ leproſis quorum hodiernum meminit Euangelium, loquendum eſt, per quos vt alias vbique intelliguntur peccatores. Qui ſi purgari volunt, faciant hæc quæ leproſi hodie fecerunt. Primo enim habuerũt fidem leproſi, ex beneficio Chriſti credentes ſe recepturos ſanitatem. Niſi enim fidem haberent, quomodo Chriſto occurrerent, aut quomodo ab eodem quęrerent ſalutem? Quis commendat ſe medico, quem credit non poſſe ſanare? Fides ergo fecit occurrere Chriſto leproſos. Et tu ſi in te ſentis plagã lepræ, occurras oportet Chriſto. Quo: ad oſtium cordis tui. Ibi enim

Moſi lepra quid ſignificet. Exo. 4

Hypocriſis qualis ſit animæ lepra

Lucæ 12

Nouẽ leproſorum lepra quid ſignet.

Ingratitudo cuius modi ſit lepra aïæ

Leproſus Samaritanus quos ſignet.

M

Lepræ ſpiritualis curandę neceſſaria q̃ ſint.

Quõ chriſto occurrendũ ſit.

Apoc. 3 enim stans pulsat, & te expectans dicit: E-
go sto ad ostium & pulso. Si quis aperue-
rit mihi, intrabo ad eum, & cœnabo cum
Bernard⁹. eo. Non oportet te igitur, vt Bernardus a-
it, o homo maria tranfretare, non transal
pinare terram, sed vsque ad ostium cordis
& oris occurrere Deo tuo. Si enim in te
est fides, ostendet te tibi peccatorem, ostē-
det tibi Deum summe iustum, omnipoten
temque, qui nullum finet inultum pecca-
tū. Verū nihil iuuat peccata vetera detesta
Iob 24 ri, si non animum habueris firmum futu-
ra quoq; peccata cauendi. Quamdiu enim
Confessio & euchari stia quib⁹ nihil ꝓsit. voluntas manserit peccandi, nulla prodest
confessio. Vide iam quid de sacerdoti-
bus agatur concubinarijs, cum monachis
proprietarijs, cum vsurarijs, & cum omni-
bus qui in officijs sunt constituti, quæ abs
que peccato exerceri non possunt. Qui eti-
am ad confessionem & Eucharistiam ac-
cedētes, haudquaquam vere pœnitere pos
sunt: quia illud, de quo dolere debent, cō-
fiteri, & abigere à se, ab his sequestrari re-
cusant. Bona igitur aliena & non tua: bo-
na item si illicite acquisita retines, si luxu-
riæ fomenta, concubinam asseruas, si in of
ficijs & quæstibus illicitis perseueras, & ni
hilominus confessioni seu Eucharistiæ cō
fidis, falleris qsquis es, qui tibi sacramenta
prodesse putas, quamdiu à te non recesse-
rit voluntas delinquendi. Quam si dixe-
ris deposuisse in quem vsum concubinam
quæso tunc seruas tecum? Cur odium nō
deponis? cur bona iniusta non restituis?
Cur actionem illicitam aut officium, in q̃
absque peccato viuere te non posse sentis,
non deseris? Cur si monachus es, in pro-
prietate perseueras? Secundo, habuerūt
leprosi illi sui cognitionem, verecundiam
Lucæ 18 & humilitatem. Steterunt enim à longe,
agnoscentes se immundos atque leprosos.
Hoc modo publicanus in templo orans,
stabat à longe, non audens leuare oculos
in cœlū. Maria q̃q; soror Marthæ verecū
Lucæ 7 da retro secus pedes domini accessit. Est
Eccle. 20 enim confusio adducens peccatum, & est
confusio adducens gloriam. Quapropter
his qui non erubescūt peccata sua, per Hie
Hiere. 3 remiam à domino dicitur: Frons mulieris
meretricis facta est tibi, noluisti erubesce-
re. Tertium est quod habuere lepro-
N si, lachrymosa oratio. Hanc enim domino
obtulerunt leuantes vocem suam, & ma-
gno clamantes desiderio pro sanitate. Ex-
clamat Augustinus, dicens, O si possem Augustin.
homines excitare, & pariter cū hominibus
excitari, vt essemus tales amatores vitæ p-
manentis, quales sunt ipsi transeuntis: hoc
est, vt tanto desiderio & feruore illam quæ
reremus, ad illam anhelaremus beatam vi
tam, quanto studio ac cura temporalē mū
di amici tuentur ac amant. In clamore igi
tur leprosorum non respicitur vox, sed de Exo. 14
siderij magnitudo. Propterea Mosi in silē
tio oranti dictum est à Deo: Quid clamas
ad me? Mente non ore clamabat. Clama-
bat desiderio & oratione. Itaque clama
bant leprosi quoque, & salutiferū hoc no
men Iesu prætulerunt dicentes: *Iesu præ-*
ceptor miserere nostri. Et nobis quoque Acto. 4
aliud sub cœlo non est datum nomen, in
quo, quā in hoc nomine oporteat nos sal-
uos fieri. Cum ergo nihil sit infelicius pec
catore in suis peccatis perseuerante, ita ad
salutem redire desideranti nihil tam saluta
re, quam suam turpitudinem & deformi
tatem agnoscere, suam flere miseriam, Dei
offensionem, & mala quæ fecit lugere, se
indesinenter despicere, sed plangere & cō Psal. 39
tra se conqueri coram Deo, dicendo: Cir-
cundederunt me mala, quorum nō est nu
merus, comprehenderunt me iniquitates
meæ, & non potui vt viderem. Complace
at tibi dn̄e, vt eruas me. Hoc modo Esdras 1. Esd. 9
pro populo orans, omnium trangressiōes
sibi imputat dicendo: Deus meus confun
dor & erubesco leuare faciem meam ad te
quia delicta nostra creuerunt vsque ad cœ
lum. Verum [illegible] intelligamus, quid vere
pœnitentibus prosit humiliatio syncera, 3. Reg. 16
quomodo Deum hæc placet, recolendus Humiliatio syncera quantum ꝓsit pœnitentibus.
est Ahab pessimus & idololatra, q *Iezabel*
vxore sua procurante occidit *Nabaoth* vi-
rum iustum, vineamque illius, quam con-
cupiscenti Ahab ille vēdere noluerat, pos
sedit, audiens propterea domini sententiā
per Heliā sibi in hunc modum nunciatā:
Occidisti & possedisti. Si Ahab mortuus
fuerit in ciuitate, comedent eum canes,
si vero mortuus fuerit in agro comedent
eum volucres cœli: & percutiet domi-
nus domum Ahab, & cætera. Hæc audi-
ens Ahab licet malus, quid fecit? Scidit ve
stimenta sua, indutus est cilicio, ieiunauit
dormiuitve in sacco. Et misericordissimus
dominus ad Heliam dixit: Nonne vidisti
Ahab humiliatum coram me? Quia igitur
humiliatus fuit mei causa, non inducam
ma

malum sup domũ eius in diebus eius, sed in diebus filij eius. Vides ne ad q̃d p̃sit humiliatio? Si enim Ahab impio diuinã sententiã metuenti seruiliter p̃fuit humiliatio hęc breuis, quã assumpsit, quãuis de peccatis suis non doluit: nec propterea assumpsit vt lugeret quod Deum offendit, sed quia pœnam timens, eandẽ dep̃cari voluit: quãto magis proderit humiliatio vera, pœnitentia ac verecundia, qua se verus pœnitens, verusq; humlis, in sui consideratione deprimit, seq; pro peccatis suis affligit?

Quartum, est sui ostensio coram sacerdote. Sacerdotibus enim dedit iudiciũ, scientiã, & autoritatẽ discernendi inter leprã & non lepram, inter mundũ & immundũ. Qui sententiam nullam ferre possunt, nisi ostenso sibi morbo, quare vel immũdi vel mũdi debeãt iudicari. De hoc supra dixi in homilia, ideo hic transeo. Quintum, q̃d leprosi habuerunt, fuit respectus Dei, sicut scriptum est: Quos vt vidit. Hic diuinæ misericordiæ respectus adeo non parũ iustificandis peccatoribus cõfert, vt sit omnino etiam necessarius. Si eñ respectus intuitusve basilisci vsq; ad cor hoĩs penetrat intima animæ vulnerãs, inficiens ac interimens, quõ respectus Dei non est maioris virtutis, vt plus possit saluare, quam possit basiliscus interimere? Absit, vt tam parum aut tã inique de diuina sentiamus misericordia. Simili respectu Petrus accepto exiuit atrium foras, & fleuit amare. Quare? qa dominum negauerat. Quod quantæ fuisset ingratitudinis, & quam nullo pacto id facere debuisset, tũc demum à domino respectus cognouit. Hic enim respectus diuinus facit hominem seipsum respicere. Itaq; respectus à Deo homo vt seipsum iã discutiat, videat sentiatq; in tenebris se ambulare potest se vere ad Deũ cõuertere, Deum inuocare, Deo confidere, atque quomodo deinceps immaculatus & mundus in hoc mundo viuere possit, prouidere. Quod largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, q est benedictus in secula, A.

Lucæ 22

DOMINICA DECIMAQVINTA POST DOMInicam sanctæ Trinitatis, epistola B. Pauli Apostoli ad Gal. V. & VI.

Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate. & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit, Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se cathechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ eñ seminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autẽ seminat in spiritu, de spiritu metet & vitam æternam. Bonum autẽ facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Superiori dñica lectio epistolæ eo loco finiebaf, q̃ dñicæ incipit lectio p̃sentis. Ante eñ hãc lectionem verba hæc leguntur: Qui autem sunt Christi, carnem suã cum vitijs & concupiscentijs suis crucifixerũt. Itaque hi qui Christi sunt, sic agunt. Nos igitur quia Christi sumus, carne crucifigamur, spiritu ambulemus. Per Christum enim vt spiritu viuamus, hoc est, vt spiritus sancti

sancti ductu, rationisq; indicio regamur, ad hoc viuendi genus perducti sumus. Nõ igitur efficiamur inanis gloriæ cupidi. Hoc enim Christus quoque prohibet, dicens: Videte ne iustitiam vestram faciatis corã
Matt.6 hominibus, vt videamini ab eis. Itaque nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, ad mutuã nos iram prouocantes, aut mutuo inuidẽtes. Deinde prælatos alloquitur dicens: Fratres si vestrorum subditorum quispiã lapsus fuerit in aliquo delicto (vocatur autem delictũ hic ex infirmitate, aut lapsus, aut præoccupatio) vos qui spirituales estis, hoc est, qui secundum spiritũ viuitis: hũc non despiciatis, imo ne exasperetis quidẽ: vtpote qui non ex malitia, nec ex consuetudine, sed ex infirmitate, ignorantia, subreptione, seu incircunspectione ac imprudentia peccauerit, sed instruite huiusmodi ad pœnitẽtiam, non in spiritu furoris, sed in spiritu lenitatis & mansuetudis, vt tu q prælatus es, consideres quoque teipsum, tuam infirmitatem attendens, interrogans que teipsum, si eadem tentatione fuisses circumuallatus, quid fecisses, aut quid facere posses tentandus, nihilominus metuens tibiipsi, si alienæ durus fueris, infirmitati, ne & tu tenteris. Vult itaque Paulus ex sua infirmitate quenquam intelligere,
Eccl.38 quomodo aliis misereri debeat & compati. Sic enim Ecclesiasticus quoque monet: Memento iudicii mei: sic enim erit & tuũ. Mihi heri, & tibi hodie. Alter alterius
Iaco.5 onera portate, hoc est, sufferte vos inuicẽ, & vobis succurrite. Orate pro inuicem vt saluemini: & sic adimplebitis fraternam
Ioan.15 charitatem, quæ est lex Christi, dicentis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nam si quid existimat se aliquid esse, efferens se supra cæteros, quos contemnit tãquam infirmiores moribus aut virtutibus, cum tamen à seipso, & in se, & in eo, de quo gloriatur, nihil sit, ipse seipsum à veritate seducit, credens id quod non potest esse, Hoc attendit qui dicebat: Et sub-
psal.38 stantia mea tanquam nihilum ante te est.
Electi qd in se attendaur. Electi enim Dei non attendunt bona, quæ habent, aut quæ perceperunt, sed quæ necdũ percipere valuerũt, quibusq; adhuc carent, vt inde humilientur, quomodo de receptis donis arrogantes superbiunt. Nõ igitur peccatum alienum quis examinet sed opus suum probet vnusquisque discutiens. Quod si bonum aut perfectum inuenerit, tunc gloriam habebis in seipso tantum, hoc est, in conscientia sua, & non in ore alieno. Gloriam in seipso intus habere, nec pẽdere aliena ex laude, est cum prudentibus virginibus in vasculo suo oleum Matt.25
seruare. Sed quam gloriam iustus habet in seipso intus, nisi eam de qua Psalmista di- Psal.3
cit: Gloria mea & exaltans caput meum: Gloria iusti quæ sit.
Et de qua Paulus: Qui gloriatur, in domino glorietur: 1.Cor.1
B
Eam igitur ob rem suum debet vnusquisque opus, non alienũ examinare, quia vnusquisq; onus operum suorum, viciorumque portabit congeriẽ, futuro iudicio discutiẽdã. Quo onere tũc se plus minusve inueniet grauatũ. Pergit inde Paulus ad aliam instructiõem, dicẽs: Cæterum is, qui cathechizatur, id est, instruitur, verbo salutaris doctrinæ & sacræ scripturæ eloquio, communicet, hoc est cõmunia faciat bona sua quæ habet, cibum, potum, amictum, & si qua sunt alia tã spiritualia, quam corporalia, impartiẽs ei qui se cathechizat, hoc est instructori ac magistro suo. Dignus eñ est operarius sua mer- Lucæ 10
cede. Et qui seruit altari, iustum est vt viuat 1.Cor.9
de altari. Nolite errare, nolite putare, vt si coram hominibus auare excusaueritis vos quod parum largiri possitis, parumq; habeatis, coram Deo pariter quoque vos esse (qui nouit omnia) excusatos. Deus non irridetur, Deus non fallitur. Quæ enim seminauerit homo, id est opera quæ hic in vita egerit, hæc metet quoque in iudicio, id est, horum suscipiet retributionem ac messem. Comparat enim opus semini, operationem seminationi, & messem diuinæ retributioni. Hæretici qui negant operum Arbitrium hominis cur dicatur liberum.
bonorum retributionem libero hominis arbitrio (quod tamen arbitrium non idcirco dicitur liberum, quod sine diuino adiutorio aliquid possit, sed quod libertatẽ habeat diuino instinctui assentiendi aut respuendi illum, nulloque modo ad horum alterum cogatur) quid hic dicent, dicente Paulo: Quicunque seminauerit homo, hæc & metet, cum sit clarissimum ex superioribus quoq; illum de operibus loqui? Qm̃ qui seminarit in carne sua carnales concupiscentias sequens, desideriisque carnalibus satisfaciens ac seruiens, de carne quoque metet corruptionem, videlicet vt in p̃sentibus huius vitii corruptionibus futurisque tormentis, totus conteratur. Qui autem seminauerit in spiritu, carnis desideria &

& ſenſualitatem domans, de ſpū metet vitam æternā. Ad Romanos non diſſimilia ſcribens: Si, inqt, ſecundum carnē vixeritis, moriemini. Si aūt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Sequitur hic: Bonum autem facientes, & in ſpiritu ſeminantes ab hoc benefaciendi tam ſtudio, quam feruore, neq; tædio, neque labore victi deficiamus. Tempore enim ſuo, quo cunctis diſpoſuit operibus reddere mercedem Deus meremus gloriam æternam aſſecuturi plenam, indeficientem, perpetuam. Quocirca dum tempus habemus, quamdiu viuimus, quamdiu luci vti poſſumus diuinę gratię (vt Chriſtus quoque monet, dicens: Ambulatæ, dum lucem habetis, ne tenebrę vos comprehēdant) bonum operemur ad omnes, beneficia charitatis & miſericordiæ illis impendentes. Neſcimus enim quā diu hoc tēpus bene operandi nobis à Deo concedendum ſit. Maxime autem operemur bonum ad domeſticos fidei, hoc eſt, ad iuſtos & ad eos, qui eadem nobis fidei religione ſunt coniuncti.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimæ quintę poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Matthæi VI.

C CVm duobus aliqñ tribusve ſit dominis ſeruiendum, nō mirum videri debet, quod dñs duobus ſeruiri in præſentis dominicæ Euangelio dicat impoſſibile. Loquit enim de dominis, quibus ſimul vnoque ſeruiendum eſt tempore, & qui cōtraria imperant. Huiuſmodi non poteſt ſimul ſeruiri, quandoquidem voluntas eorum vniformis non eſt: quare neceſſe fuerit, aut vni, aut alteri diſplicere. Quod cum ita ſit, & in hominis arbitrio ſit conſtitutum, cui velit, ſeruire, mirum certe debet videri, quare eam ſeruitutem quis eligat, quę durior, vilior, ignominioſiorq; habet, relicta digniore, nobiliore magiſq; fructuoſa. Si enim Chriſti ſeruitus ad diaboli ſeruitutē conferat (Quæ autem erit comparatio Chriſti ad Belial) qs dubitet Chriſti ſeruitutē pferendam? Si inter ſpiritum & carnē comparatio fiat, ſi inter Deum & mundum, qs Deo & ſpiritui nō magis iudicet ſeruiendum, quam carni aut mundo? Hęc quamuis non ignoremus, videte tamen quæ ſit cæcitas noſtra, quod aliud iudicamus bonum, & aliud facimus eligimusq;, quod iudicamus malum. Sed fallit nos q̃niam vtrunque libenter obtineremus. Cui ſententiæ ſtultæq; opinioni dominus hic aduerſatur, dicens:

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet.

Ante hæc verba docuerat dominus Ieſus theſaurizandum nobis de cœlo, non ſuper terram, vbi fures & tineas, aliaq; huiuſmodi formidare habemus, ne vel inuitis nobis noſtra aut demoliantur, aut prorſus auferant. Ne autem cupiditate ſeducti putemus & illa & iſta nos poſſe quærere, pręmonet nos vtraq; ſimul non poſſe quærere, puta cœleſtia & temporalia. Contraria enim vtrobique & diſſimilia ſunt ſtudia, quæ vtriſque conquirendis ſunt impēdenda. Ire ad forum, & interim ire ad templum, vno ſimul tempore haud potes, nec negociationis agere exercitia, & interim orationi ſeu deuotioni ſpiritus vacare licet. Alterum enim impedit excluditque alterum, vt ſimul fieri vtrunque minime poſſit. Poſſent tamen duas res fieri, quorū diuerſa licet ſunt ſtudia ac exercitia, nō ſunt tamen contraria, idque non vno tempore, vt ſunt arare, fabricare, & orare, aut miſſam audire. Stare enim ſimul poſſunt hæc exercitia, ita tamē vt vni in vtriſq; ſeruiatur domino. Hoc modo, ſi quæ aliæ ſunt occupationes, officia, exercitiave, quantumuis diſparia aut pungnantia, ſi tamen in his vni ſeruiatur dño, poſſunt in eodem eſſe homine ſimul, ſed tempore diſtincto exerceri. Sed hic dicit dominus, neminem poſſe duobus dominis ſeruire, ſubaudi quorum alter non eſt ſubiectus alteri, nec eiuſdem ſunt voluntatis: quare etiam contra neceſſe eſt tolerari eorum præcepta, & contrarias ſeruitutes. Nemo, inquit, poteſt duobus dominis ſeruire, Deo ſcilicet & diabolo. Aut enim vnum odio habebit, puta diabolum. Hic enim amabilis non eſt, tametſi ſuſtineatur eius ſeruitus, vt ſequitur, propterea quod noſtras diligimus concupiſcentias, quibus ſatis fieri deſideramus: & alterū puta Deū: diliget. Aut vnū, ſcilicet diabolum

lum sustinebit. Non dicit diliget, sed sustinebit: & alterum, id est, Deum, contemnet. Vide qa non dicit de Deo, q̄d illū qs odio habebit. Nemo em̄ odio Deū habere potest.

Augustin.

D

Quod si qs contradicens, obijciat scriptū: Oderunt me, & patrē meū gratis. Et in Psalmo: Supbia eorū qui te oderūt, ascendit semp, vbi dicitur Deus exosus.

Ioan. 15
Psal. 73
Deus quō non possit odio haberi, & quō tamen a multis odiatur

Dicendum Deum, quantum attinet ad illius naturam & bonitatem, non potest odio haberi. Est enim ipsa bonitas, quam nemo odisse potest secundum hoc: quod est. Porro iuxta hoc quod facit Deus, proutquod punit, quod voluptuosa prohibet, q̄d aduersitates mittit, inueniūtur in inferno, & in mundo scelerati, qui odiunt Deum. Vide etiam quia de diabolo loquens non dicit, aut vnum diliget, sed aut vnum sustinebit, id est, diabolum, quem diligere nemo potest. Sustinere autem (sicut dicit Augustinus) diabolum potest quis propter dilectationes peccatorum quas amat, quibusque carere non vult: ideoque diaboli tolerare seruitutem. Quomodo quis sub duro domino duram sustineat seruitutem, non propterea quod dominum diligat, sed qa ancillam aut filiam in domo diligit, cuius amore duram fert seruitutem. Quod vero dicitur, alterum, puta Deum, contemnet, quotidie experimur. Quis enim Deum nō contemnens peccat?

August.

Quibus modis cōtemnatur Deus a peccante

Contemnit itaque Deum peccans, vel illum putans de humanis non curare, vt illum pium sibi adeo fingens, vt delicta non puniat, vel stulta se p̄sumptiōe cōsolans, quod vno verbo hoc, Deus propitius esto mihi peccatori, veniam valeat impetrare. Quod certe verū est, si animo quo publicanus, eodem quis oret: quamuis hoc absque respectu, & Dei dono singulari nunquam erit. Vel leuiter de Deo sentiens, æstimans non tantum rigorem, vt prædicatur, esse iustitiæ, aut prorsus Deum contemnet, vel non satis digna de Deo sentiens, vel omnino eius præcepta abijciens. Huiusmodi contemptus q̄tidie tam in nobis, quam in alijs experimur.

Lucæ 18

Contēnere & contēptu peccare quō differant.

Est tamen aliud contemnere, & ex contemptu (quod grauius est) delinquere. Nam cōtemptus est generalis in omni peccato transgressio. Nisi enim contemneret Deum, nemo peccaret. Cæterum, ex contemptu peccare dicitur is, qui vel diuinis, vel Ecclesiæ, aut prælati præceptis non obedit: puta quando contemptus in causa est, quare quis peccat.

Ex cōtemptu quis peccet, a casus

Quod sæpius contingit contra prælatos in præceptis non pure diuinis, quam contra Deū, verbi gratia: Si tibi prælatus præcipiat vel prohibeat quid, & tu prælatum odiens, aut non bene de eo sentiens, contra eius præceptū feceris, nulla adactus ratione alia, nisi qa contemnis obedire, aut quia contemnis p̄latum, cui tantam subiectionem reuerentiamque non vis exhibere, vt illi obedias. Hoc est peccare non solum per contemptum, sed etiam ex contemptu, vt contemptus sit causa, quare delinquas, aut nō obedias: quamuis alioqui sæpius, possit contemni, id est, deseri præceptum tam Dei, quam Ecclesiæ, & prælati, non ex contemptu, sed ex concupiscentia aut infirmitate.

Non potestis Deo seruire & mammonæ.

E

Colloss. Mammon quid significet

Arguere vult auaritiam, quæ est secundum Apostolum idolorum seruitus. Mā-mon enim ex Syriaca lingua (vt aiunt) vel auaritiam vel idolum diuitiarum significat: non quod in diaboli situm sit potestate dare vel auferre diuitias quibus velit (Contrarium enim legimus in Iob) absq; permissione diuina, sed quod per diuitias (quibus fere semper abutunt diuites) aut nimis auare ac iniuste eas conquirendo, aut tenaciter nimis retinendo, aut prodigaliter ac profuse in Dei offensiones, non subuentionem pauperum, sed (vt dixi) in luxum, in voluptates, in gloriam & ostentationem sui expendendo. Non potestis igitur Deo seruire & mammonæ. Vult em̄ purum habere seruitium, & ex toto corde sine vlla admixtione alterius amoris cupit sibi seruiri.

Iob 1

Zelotes cuiusmodi sit Deus noster

Est nanq; Deus tuus (quod tibi esse merito deberet suauissimum) zelotes, aut zelotypus, quia te totū & solus vult habere. Heu quare huic eius fidelissimo amoris zelo non respondemus? Verum hęc potius flendo expendamus, quam verbis tractando. Non potestis Deo seruire & mā-monæ. Non potestis seruire cupiditati & charitati, nō potestis seruire spiritui & carni, non potestis seruire Christo & mundo, eo scilicet modo, quo Christo dicitur vere quis seruire, vt non solum faciat opera bona (quæ etiam mali serui possunt) sed vt diligat etiam, & ex charitate Deo opera faciat accepta, æternæque vitæ meritoria.

Seru' Christi vere quis sit

Qui hoc modo Deo seruit, spiritualia carnalibus, æterna temporalibus, Christum mun-

mundo præfert. Quomodo contra, qui di uitijs, hoc est, qui cupiditati auaritiæque seruit, quod est seruire mammonæ aut dæmoni ad auaritiam excitanti, non potest seruire Deo. Chariora enim tẽporalia terrenaque habet quam Deum. Dicitur autẽ huiusmodi seruire diuitijs, quia reuera diuitias non possidet, nec illis dominatur, sed possidetur & seruit. Non enim bonorum huiusmodi se dominum egerit, vt aut egenis, aut in Dei cultum possit ea erogare, sed diuitiæ & diuitiarum amor illi impediant, quibus potius obtemperandum, quã Deo consentit. O quã felix est, qui seruit Deo. Quam honesta, quam iucunda, quam denique beata est hæc seruitus, qua dominus quis mundi efficitur & omniũ creaturarum. Libero enim corde contemnit oĩa, nec quicq̃ sibi dominari aut imperare sinit præter Deum. Proinde Dei seruitus vera est libertas. At vero diuitias amare, & dominum nihilo minus se putare tẽporalium rerũ (q̃d est reuera esse seruum) quantas excitat angustias, quantas curas imponit, q̃bus sollicitudinibus mentẽ discruciat? Hic cogitur irasci, hic blandiri, hic adulari, hic timere, illic flere, hic fingere, ibi fallere, hic male audire, & in his omnibus nullam internam sentit consolationem diuinam: quia hæc non pro Deo, sed pro mundo, pro caducis & perituris rebus sustinet. Quas vt auarus acquirat, discruciatur, ne amittat, anxiat: si amiserit, doloribus & tristitijs scinditur. Inter hæc breuissimum est tempus, quo diuitijs fruitur. Tãdem quoque exul, mudus, miser, ab omnibusq; qui illum beatum dicebant, derelictus, auarus & mundi amator recedit, & mundo nondum satiatus, sine spe morit.

F Hoc tñ non de oĩbus intelligendũ est diuitibus, sed de auaris, & de his, qui in diuitijs suis contra Pauli admonitionem cõfidunt. Quia & Christus hic non dicit: Nõ potestis Deum & diuitias habere, sed non potestis Deo seruire & mammonæ. Aliud enim est habere, aliud seruire. Nam Abraham, Iacob, Iob, alij item multi in vtroq; testamẽto habuerũt diuitias, sed illis nõ seruierũt, nõ dilexerũt: q̃a & cũ amitterẽt, nõ sunt cõtristati, (signũ est enĩ amoris, q̃ rem possidet, si eandẽ nõ absq; tristitia q̃s relinq̃t) sed rebus fuere locupletes, spiritu pauperes. Non potestis item mundo seruire & Deo. Dissipat enim (vt in Psalmo dicitur) ossa eorum Deus, qui hominibus placent, confunduntur, quoniam Deus spernit eos. Et Paulus: Si hominibus, inq̃t, placerem, Christi seruus non essem. Quod intelligitur de his, qui placere quęrunt, & placere cupiunt hominibus propter se, vt & hocipsum q̃d est hominibus placere, quæratur, diligaturq; propter ipsam vanitatem placendi, aliudve temporarium, quod sit extra Deum. Nam propter Deum velle placere proximo, pro eius consolatione, pace & charitate, aut pro Dei promouendo honore, nõ modo licet, sed laudatur etiam, vt rursus Paulus admonet: Vnusquisque autem vestrum placeat frati suo ad ædificationem. Hoc nanque modo velle placere homini, oritur ex charitate. Illo vero modo, quomodo prædixi, vbi ipsum placendi studium propter seipsum quæritur, oritur ex vanitate & priuato amore. Aut ita: Non potestis duobus dominis seruire. Non potestis Ecclesiam audire orthodoxam catholicamque, hoc est, eam quæ à Christo ad nos per principem apostolorum Petrũ eiusque successores est deriuata gubernataque, & sinagogam hæreticorum. Aut enim vnam aut alteram deseretis. Nõ enim simul potestis sequi Christum & Lutherũ. Si enim Christum diligitis, illum cum omnibus, qui modo in cœlis cum eo regnãt sequemini. Hi enim omnes in vera vna catholica hac Ecclesia, & sub obedientia Romani Pontificis mortui sunt, imo cũ Christo regnant. Si vero vobis placet Lutherus cum illo & omnibus fidefragis periurisq; monachis suis apostatis & hęreticis (in hac enim colluuie nullũ inuenietis sanctum, nullum alium apostolum, quam huiusmodi nebulones) ad inferna, quo omnes alij præcipitati sunt hæretici, ibitis.

Mammonæ seruire q̃d. — Seruitus Dei quam felix & iucunda. — Seruitus auariti... non sit ... — 1. Tim. 6 — Gene. 13. Iob 1. — Psal. 52 — Gal. 1 placere velle hominib' q̃ñ sit laudabile, & q̃ñ vituperabile. — Roma. 15

Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro, quid induamini.

Superfluam hic prohibet sollicitudinẽ, qua plus quam oportet quis temporalibus intendit, temporalia quærit, temporalia coaceruat, non ad necessitatem aut vtilitatẽ in Deum ordinatam, sed vt habeat, & vt possideat. Prohibet hic quoque sollicitudinem, qua nimium occupatur animus circa temporalia, si propter ea operibus bonis, alijsque debitis ac necessarijs sesub-

Sollicitudo triplex nobis prohibita quæ

 trahat,

trahat,aut si per huiusmodi externas curas occupationesve ab his, ad quæ obligatur retrahitur seu impeditur. Tertio,prohibetur sollicitudo anxiæ diffidentiæ ac pusillanimitatis,quæ post omnem industriã laboremque,quibus necessaria solent procurari,& post omnem humanam nauatã operam timet de futuris auxiaturque, nec prouidentiæ confidit diuinæ,sed curis discruciatur,quasi necessaria sint adhuc sibi defutura, quod stultissima est sollicitudo anxietasq; vana:quomodo ediuerso absq; labore & industria sua sperare sibi à Deo dari necessaria,ignauia,acedia,stultitia est, & vana,qua Deus tentatur, præsumptio. Nunquam enim de Deo est diffidendum, aut timendum ,quasi postquam quod in te est,feceris, necessaria sint tibi defutura. Et ideo Christus dicit: Ne fortasse putetis vobis excusationem fore,aut vobis hoc patrocinari,vt propterea quasi necessario seruiatis mammonæ, quoniam vitæ necessarijs,victu scilicet & vestimẽtis egetis. Cui cogitationi occurrẽs dominus,dicit. Ideo dico vobis:Nollite solliciti .s.inordinate, esse quid edatis,aut quibus induamini.

Diffidẽdũ non esse de Deo

Nonne anima plus est quam esca?& corpus plus quam vestimentum?

G

Sollicitudinem superfluam esse abiiciendam, multiplici pbatur argumento.

Vt Dialectici loqui solent, A maiori ad minus,locum sumit arguendi dominus Iesus,probans non esse sollicitudinem gerendam,cum fecerimus, quantum in nobis est,pro cibo,potu, vestimento, alijsq; sine qbus nõ viuit necessarijs,cũ videamus multo maiora nobis esse donata à Deo.Nõne,inqt,aĩa dignior est esca?aut corpus nũquid non præstantius est quam vestimentum?Hæc tamen absque sollicitudine vestra,imo cum necdum essetis, suapte bonitate vobis Deus donauit. Qui ergo maiora vobis dedit,quomodo negabit minora? Accedit quod dans vobis corpus non ignorauit iuxta statutum suũ naturę datũ, vobis necessarium fore cibum & vestitum. Quando ergo corpus dedit vobis , quod oportet cibo sustentari & refici, vestibusque operiri,an putatis eũ oblitum aut immemorem fuisse,qui prouideret,quæ corpori aut animæ sunt necessaria?Quæ si dare nollet,vnde corpora reficeretis, cur eadem vobis creasset? Confidite igitur,quia minora vobis dabit,qui dedit maiora, & qui præcipua dat,dabit & accessoria: si tamen ea, quæ ad hoc sunt necessaria, vos non per ignauiam præsumptionemve omiseritis.

Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt,neque metunt,neque congregant in horrea.Et pater vester cœlestis pascit illa.Nonne vos magis pluris estis illis?

Ediuerso altero iam argumento dominus idem,hoc est, anxiam sollicitudinem non habendam, probat per locum à minori ad maius,dicens volucres cœli pasci à patre cœlesti,qui longe minoris sunt dignitatis aut æstimationis apud Deum, quam homo.Si ergo Deus volucres cœli pascit, quomodo homines non pascet? Adde iã, q̃d volucres propter hoĩes creauit. Si itaq; ea seruat,propter hoĩes, quæ creauit propter hoĩes, quõ homines deseret aut non pascet,quos creauit ad imaginem suam,& in gloriam suam?Scriptũ enim est in Psalmo:Oculi omnium in te sperant dñe,&tu das escam illorum in tempore oportuno: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Et iterum: Qui dat iumentis escam ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum. Ferũt eñi coruos non agnoscere,nec alere proles suas,quãdiu sunt implumes,vtpote sibi nigro dissimules.Et in Iob: Quis p̃parat escã coruo, qñ pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeãt cibos? Cũ itaq; volucres cœli pascit,quomodo vos nõ pascet?Nonne vos pluris estis,id est, digniores,atque in maiori æstimatione ac precio apud Deum quã illi?Maior erit illi cura de vobis,quam de volucribus cœli.Obserua tamen hic,quod licet auibus & bestijs,pręter instinctum naturalem nulla sit sollicitudo ,colligunt tamen & quærunt quæ edant. Sunt quoque harum nonnullæ, quæ in nidos suos,aut cauernas terræ cibum pro hyeme futura colligant, sibique reponant, quantum possunt in æstate. Eam ob rem Sapiens pigrum admonet, dicens: Vade ad formicam o piger,& disce semitas eius,& disce sapientiam.Quæ cum non habeat ducem, parat æstate cibum,& congregat in messe, quod comedat . Vnde colligitur, vt quomodo volatilia bestiæq; vadunt quæsitũ, & congregant ea quæ comedãt:sic homines ne-

Gen.1

Psal.144

Psal.146

Coruorũ natura in alēdis pullis quæ

Iob 38

H

Prouer.6

Necessaria quomodo sibi homo quærere debeat

necesse est, vt labore, industria, prouidētiaque, nō cura superflua, quæ sibi necessaria sunt, quærant. Quo facto Deo securi confidāt. Scriptum enim est: Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum. Et primo nostro parenti dictū est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Quis aūt vestrum cogitās potest adijcere ad staturam suā cubitum vnum?

Probat ipsum tertio nūc medio, vanam esse hominis non industriam, sed sollicitudinem illam inordinatam, immoderatamque, ac anxiam curam. Quapropter dicit: Quis vestrum sui corporis staturam sua sollicitudine potest facere maiorem. Absque sollicitudine vestra contigit vt hanc acciperetis effigiem & staturam vestri corporis, quam hucusque Deus alimonia continua perduxit. Nouit enim quod huic staturæ alimentum necessarium sit. Quod hactenus dedit, dabitque qui staturam vobis corporis hanc dedit. Quum itaque ne minimam quidem partem vobis conferre possitis, quo vltro staturam vobis à Deo datam vestro labore, aut opera crescatis, quomodo possetis vos totum corpus vt crescat, vt videat, foueaturque, nisi Deo & vires, & viribus necessaria suppeditante, sustentare?

Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomō in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.

Sollicitudo super flua q̃ sit inutilis. Eodem hic argumento, quo supra vsus est de volucribus cœli, & fortiori medio nunc probat sollicitudinem esse superfluam merito arguendā. Nam vtrobiq; anxietatem illam cordisq; pusillanimitatem arguit, qua nimis formidamus nobis ne deficiat, quod fit (vt reuera est) hęc inutilis. *Similitudo pul...* Nam etsi vniuersum diem sollicitudine cōteras anxia & laboriosa, nihil aliud tamen egisti, quam quod curis te afflixisti inutilibus. Es enim illi similis qui merces cum famulo mittit ad forū, & ipse interim domi residēs curis anxietate plenis discrutiatur, ne famulus aliquid amittat, ne fallatur, ne pecuniam falsam accipiat, ne quid illi subripiatur, &c̄. Hi timores, hę curæ, hę sollicitudines, quid quæso ad rem faciunt? Nunquid per diem in curis residens periculum auertet aliquod? Est igitur prorsus inutilis hęc sollicitudo. Taceo quod hę curę in nobis sæpenumero industriam & prudētiam impediunt magis quam promouēt. Cōsultissimum hoc igitur nobis vult esse, industria nos vti, & prudentia, donisq; alijs à se nobis ad hæc datis, quibus quæ nostri sunt officij, facientes acquiramus nobis necessaria. *Necessaria quā sibi homo per industriā absq; sollicitudine quærere debeat.* Deinde vbi ea quæ in nobis sunt, hoc est, vbi ea quæ ex parte nostra debuerunt fieri, expleuerimus, sine sollicitudine simus expectantes domini prouidentiam: & quicquid euenerit nobis, læti de manu domini suscipiamus. Itaque de vestimento, inquit, quid solliciti estis? Accipite ex floribus aut lilijs agri instructionē: quę quantalibet mora breui appareant, sunt tamen adeo decorata, vt Salomon in omni gloria sua ita vestitus non fuerit, sicut vnū ex istis. Quę enim natura operatur, multo sunt præstantiora, quam ea, quæ fiunt ex arte. *Naturæ operationē esse excellentiorē q̃ artis.* Nam etsi ars imitari gestiat naturā, non tamen accedere, aut ęquari potest. Operatio enim naturæ semper excellentior est quam artis. Accipit autem ex lilijs comparationem, quoniam pulchritudo, odor, suauitas, virtusque liliorum omni anno suo tempore, & in omni loco, terraque vniformis est, quod diuinæ prouidentiæ legē indicat, quam naturam Deo obediens obseruat. Nec ociosum est, cum lilia deberent omni gloriosissimo comparari, Salomoni cōparata sunt, quo satis indicatur hunc ex dono Dei gloriosissimum fuisse regem. Quicquid tamen sibi gloriæ Salomon adhibuit, in vestibus, in ornatu, in auro, argēto & margaritis, hoc illi alienum atq; mutuatum fuit. Porro lilia agri in seipsis hanc habent gloriam ex creatore suo: quia pulchritudinem, odorem, virtutem, saporēq; nō alienum aut mutuatum, sed suum proprium habent & genuinum.

Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicę fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc eñ omnia gentes inquirunt.

Si ea, inquit, quæ hodie sunt & cras nusquam apparent, Deus tam gloriose vestit, quanto magis vos qui creati estis, vt K

permaneatis in vitam æternam? Si ea quæ proptervos in solatium & vtilitatem vestrã creauit, decorat etiam Deus, quãto magis quæ in victu, vestituve vobis sunt necessaria, non negabit, licet minimæ fitis fidei? Nam si fidem haberetis, nõ adeo in vestra sollicitudine, & anxijs cogitationibus cõfideretis, ad nihil tamen vobis profuturis, nisi quod corda vestra grauentur, & confidentia vestra ad Deum minor fiat: sed vbi labore, prudentiaq; vestra essetis vsi in pace, & tranquillitate cordis, diuinum expectaretis subsidium, nihil diffidẽtes quin necessaria vobis cuncta accedãt à Deo. Deinde quinto hac probat media dicẽs: Hæc enim omnia gentes inquirunt. Ac si diceret: Quid formidatis modicæ fidei, ne vobis cibus potusve, aut amictus desit? Vobis inquam, Dei seruis & Dei filijs. Nõ videtis quod & gentibus (quæ in hoc mundo viuunt sine Deo) nihil horũ deest? Si autem gentes hæc acquirunt omia, nec aliter nisi ex prouidentia Dei, quõ ergo vos, qui Dei estis filij & cultores, deseret? Hæc aũt temporalia gentes inquirunt, admittentes curam & sollicitudinem, quia Deum cui confidant, nesciunt. Vos autem qui patrem &
Marci 11 Deum habetis in cœlis, non debet perturbare sollicitudo anxia. Nam species infidelitatis est, adeo sollicitum esse, quomodo gentes sollicitæ sunt.

Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Vltimum est argumentum, quo immoderatam vult sollicitudinem omem excludi. Quod ille, qui prouidere nobis habet necessaria, in quem conuenit nos quoque sperare, est pater noster, qui filios suos deserere haudquaquã potest. Accedit quod scit nos omibus his etiam indigere. Quod cum sciat, & paternum ad nos generat animum, vtpote pater amantissimus & fidelissimus, non potest filijs suis non prouidere
Regnum Dei quõ primũ sit quęrendũ ea, quibus egent. Hoc igitur tantũ agãt, quo se filios exhibeant Dei, vt primum, id est, ante omnia, non ordine temporis, sed dignitate, quærant regnum Dei: vt præcipuum, quod quærant, sit regnum Dei & iustitia eius: siue per regnum Dei intelligitur beatitudo cœlestis, siue plena possessio, plenaq; subiectio hominis in hac vita, de quo regno dicitur: Regnum Dei intra vos est. Lucæ 17 Illud est regnum quod præcipue, & ante omnia tanquam res dignior nobisque vtilior est quærendum. Quod si honore ac merito suo, quo debet quæri, quæratur, vt scilicet iustitiæ, virtutibus, & alijs quę ad Dei sunt honorem necessaria, nihil pręferatur, tunc adijcientur vobis, inquit, omnia, scilicet necessaria: quorũ minor propter Deum & ptopter iustitiam regni eius debet esse cura. Necessaria quibus adijciantur Adijcientur autem hæc omnia vobis, non ocio vacantibus, sed humana vtẽtibus industria, modo naturali, institutione Gene. 3 q; diuina, qua dixit homini primo: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Psal. 127 Et in Psalmo dicitur: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. De quo Apostolus quoque gloriatur, dicens: Actor. 20 Ad ea quæ mihi necessaria erant, ministrauerunt manus istę. Vos igitur filij, pro necessaria vestræ domus sustentatione laborate, operamini, prudentiam & industriam vestram iuste ac licite exercete, vt necessaria vobis à Deo adijciantur. Nihil de bonitate diuina diffidite, tametsi penuriam aliquam patiamini: quia aut faciet Deus (modo vobis adfuerit bona & deuota voluntas) vt hæc paupertas vos non cruciet, sed magis consoletur: aut vt corpora q̊q; vestra non grauentur aliqua penuria, sed in illa lætiores, alacriores, robustioresq; sitis his, qui in delitijs viuunt, aut vt necessaria vobis affluant in tempore opportuno, modo quod in vobis est, feceritis, & de iustitia regni nihil omiseritis, quam alteri cuiuis curæ præferentes, domino & patri vestro absque timore, diffidentia, aut pusillanimitate confidatis, quoniam pascet vos qui pascit omnia, qui est benedictus in secula, Amen

SERMO IN EADEM DOminica. Cuiusmodi seruitus bona, quæ item sit sollicitudo non improbanda.

NEmo potest duobus dominis seruire. Matthæi sexto. Inducere vult nos hoc loco dominus vt se diligamus syncero ac toto corde, non diuiso, vt pro quadam sit parte cor nostrum ad mundum, pro altera parte ad Deum: sed aut totum, aut nihil vult habere Deus, nec vult etiam quod sollicitudine nimia, aut inordinata scindatur, diuidaturq; animus. Sed ante omnia præcipue ac

pueac potissime quæratur Deus,& iustitia regni eius. Primo igitur dicit dominus Iesus: Nemo potest duobus dominis serui re. Si per hos duos dominus Deum intelli gimus & diabolum, non potest vtrique ser uiri. Quæ enim conuentio Christi ad Be lial? Christus enim dominus est gloriosus & sanctus. Diabolus vero dominus est ignominiosus atque vilissimus. Hi itaque duo domini comparari non possunt, nec conuenire. Contraria enim, quæ simul sta re non possunt, exigunt seruitia. Christus seruiri vult sibi in lumine. Ideo conqueritur, quod lux venerit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras, quam lucem. Erant eñi eorum opera mala, quare ad lumen accedere recusarunt. Diabolus vero, vt is qui male agit & odit lucem, cupit sibi seruiri in tenebris, ne manifestētur & ne arguantur opera eius. Mandat enim seruis suis, quod olim Nahas labitis mandauerat: In hoc feriam, dicens, vobiscum pactum, vt eruam vobis oculos dextros. Quare dextros? Quare nō sinistros? Duos habemus oculos, quorum altero, hoc est, dextro, Deum, Dei leges, Dei voluntatem ac beneplacitum, Dei denique honorem, & animarum salutē respicimus, cum quo & præmia iustorum & reproboꝝ contemplamur supplicia. Hunc oculum cupit nobis diabolus erui, est enim illi exosus & contrarius, siqdem hoc vigēte eius machinationes per Dei adiutoriū nihil nobis nocebunt. Altero oculo (qui est sinister) contuemur, quid sit suaue carni, quid honori, quid deniq; commodo nostro conueniat aut mundo. Est enim nihil aliud hic oculus, quam prudentia carnis, quæ mortē operatur. Hoc eñi oculo terrena respicimus quemadmodum priori oculo contemplamur cœlestia. Dextrū itaq; vult nobis diabolus oculū eruere, nō sinistrum, quo cæci ad cœlestia simus, ad terrena prudentes.

Cor.6 — 1.Reg.11 — Roma.8

Secundo, vult Deus sibi seruiri in puritate. Ipse eñi est q pascitur inter lilia. Qui in Psalmo quoq; loquēs, dicit: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Et in alio Psalmo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mōte sancto tuo? Et rñdens: Qui, inquit, ingreditur sine macula, & opatur iustitiam. Diabolus vero, qui habitat in locis humentibus, nec in locis aridis sibi inuenit requiē, spurcitias diligit peccatorum.

M Puritate cū deo ser uiendum. Cantic.2 Psal.100 Psalm.14

Tertio, vult Deus seruos habere humiles. Quamobrē non grauatur seipsum constituere in humilitatis exemplum, dicens: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Diabolus vero ministros petit supbos. Nam ipse est rex super oēs filios superbiæ.

Humiliter deo seruiendum. Matth. 11 — Iob 41

Quarto, dominus vult habere ministros concordes. Quippe qui vnius moris facit habitare in domo. Porro diabolus discordias amat, & eos q discordiā semināt. Quō enim pacifici filij Dei vocabuntur, ita qui discordiam & dissentiones faciunt, filij diaboli nominabuntur. Qui enim, inquit Christus, mecum non colligit, dispergit.

Concordi ter deo ser uiendum. Psalm. 67 — Matth.5 — Matth.12

Quinto, quia Christus quos seruos acceptat, docet contemnere tēporalia, dicēs: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veniens sequere me. Et item: Nisi quis abrenunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. At diabolus seruos suos facit colligere temporalia & terrena. Quod figuratum est in his, qui seruiebant Pharaoni regi Aegypti, vbi dicitur: Dispersus est populus per terram Aegypti ad colligendas paleas. Quum igitur nemo duobus dominis possit seruire, necesse tamen sit, vt aliquem cui seruiat, dominum habeat, beatus populus cuius dominus Deus eius. Et Dauid: Mihi, inquit, adhærere Deo bonum est. Quare bonum? Propter sex. Quorum primum est, quia qui Deum non habet, dominum agnoscit & colit, necesse est, vt diabolum habeat pro domino suum hostem pessimum. Eam ob rem cum Petro dixisset & apostolis postquam alij quidam Christi verba non intelligentes, scandalizati à Christo recesserant, interrogans: Nunquid & vos vultis abire? Respondit Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba æternæ vitæ habes. Sciebant enim nusquam à Christo se posse recedere, quin in manus intraret dæmonum. Secundum, quia vbicunque alibi seruieris, seruitus ipsa in hoc, quod est seruitus, probrosa est, præsertim comparata potestati maiori, aut digniori, excepto Dei seruitio, in quo est seruitus ipsa honori: quia vbi quis Deo seruit, ibi efficitur à seruitute molestissima dæmonis, vitiorumq; carnis & mundi liber. Nihil autem suauius libertate spiritus, quæ est, bonum nullum coacte, sed suapte voluntate propter Deum agere velle, quod lex iubet, nō pœna-

Seruiendū Deo aliis rebus con temptis su perfluis. Matth. 19 Lucæ 14 — Exodi 5 — Psal.143 Psalm.72 — N Adhærere Deo esse bonū pro pter sex. — Ioan.6 — Libertas spiritus quæ sit.

pœnarum arceri metu, sed virtutis duci amore, non præceptis impelli, sed vltro ad Dei beneplacita festinare. In carne esse, at non secundum carnem, sed spiritu viuere, ita Deo seruire, regnare est. Tertium est, quod benignus est dominus pceptor, puta qui bonam volūtatem, vbi aliud sibi offerri non potest, recipit. Et cuius (vt Ioannes dicit) mandata grauia non sunt. Christus quoque ipse: Iugum, inquit, meum suaue est, & onus meum leue. Denique ea, quæ præcipit, sunt honesta, leuia ac vtilia. Honesta sunt, siquidem præ cæteris legibus hoc habet lex Christiana, vt nihil habeat iniquum, nihil foueat inhonestum, nihil turpe admittat. Quin potius inhonesta, impudica, & nefaria quæcunq; non solum in operibus damnat, sed cogitationes etiam, & concupiscentias eorundem prohibet. Leuia sunt quoque, siquidem hominis bonam voluntatem Dei gratia roborat, adiuuat, portat, atque eidem cooperatur. Nihil importabile est, nihil impossibile ex omnibus his, quę ab homine requirit Deus. Vtilia vero sunt, quia eum, qui illis obedit, inducunt in regnum cœlorum & saluant. Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Prodest autem Dei mandatorum obseruantia, non solum animæ, sed & corpori. Nam quemadmodū vbi multæ sunt epulæ, ibi multa infirmitas, vbi luxuria, ibi hebetudo ingenij, & eneruatio virium, ita vbi sobrie, casteq; viuitur, ibi adijcitur longitudo dierum, & diuturnitas vitæ. Quid quod in crapulis viuitur sine somno, sine quiete, sine appetitu comedendi, & est delectatio ibi sine delectatiōe. Quartum est, quod dominus noster, cui seruimus, est fidelissimus, potentissimusq; noster protector, vt sub ipso nihil habeamus timere. Quintum, quod est idem fidelissimus retributor. De vtroq; dicit dominus ad Abraham: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. In aliorum dominorum obsequijs magnum foret acquirere pagum in mercedem. Verum hic apud Deum, serui eius, licet opiliones, impetrant in mercedem etiam regnum cœlorum. Sextum est, quod sapientissimus est omium gubernator. Præstat autem maxime habere dominū sapientem, quā stultum. Sapientia autem est æterna, incerta, & immensa dominus noster, cui iucundissimū est seruire, quoniam à fine vsq; ad finē attingit fortiter, & disponit oīa suauiter.

1. Ioan. 5 — *Matth. 11* — *Præcepta Dei quō sint honesta, leuia, ac vtilia.* — *Matth. 19* — *Mādatorū Dei obseruātia quō etiam corpori psit.* — *Gene. 15* — *Sapien. 8*

O

Nihil igitur probrosius, atque seruire alteri, quā Deo. Nam si seruis diabolo, seruis inimico tuo crudelissimo. Quapropter stultitiam huius seruitutis Bernardus tibi exprobrat in hūc sensum, dicēs in persona Christi: Quid causæ est, quod inimico meo, vestroq; libet potius seruire, quam mihi? Non ille vos pascit, non creauit, & si parua hęc videntur, gratis non ille, sed ego vos redemi, non auro, non argento, nō sole, non luna, non aliquo angelorum, sed proprio cruore. Quod si tā multiplici iure, difficile à vobis est impetrare, vt illū, cui propter bñficia pstita ineffabiliter debetis, diligatis, eidemq; seruiatis, saltem ideo mihi obtemperate, quoniam maiora pluraq; vobis polliceor, quam ille, gratiæ dona psentia, futura gloria cumulaturus. Daturus autem est diabolus seruientibus sibi nihil aliud, q̃ quod ipse accipiet, gehennam ignis. Et pro hac o filij insipiētes vos ei seruietis? At quāto est mœrore plangendū, q̊d plures habet seruos diabolus, q̃ Deus. Deinde si comparatio fiat ad Deum & mundum, Deo iterum, non mundo est seruiendum. Est enim mundi blanda quidem, sed mēdax promissio, est eius merces fallax & tristis: quoniam decipit omnes confidētes in se. Qui enim honores amant, eosq; adipiscuntur, quamdiu retinent? Qui vero diuitias ambiunt, quāta eas obtinēt difficultate, cū quanta sollicitudine custodiūt? quas tamen paulo post, vel per mortem, vel per ignominiam cū tristitia maxima amittunt omnia. Et quam putatis mortē inueniunt, qui in huiusmodi spem, gaudiumq; suum posuerunt. Gaudium suum amiserūt, spes eorum eos fefellit, exaruit flos. Vna nocte imo vna horula omnibus diuitijs suis spoliati sunt. Omis diuitiarum pōpa vno momento perijt. Vtinā igitur qui mūdum diligere vis, saperes & intelligeres ac nouissima prouideres. Videres ex diuite in morte q̃ subito mēdicus & oīm fit pauperrimus. Expenderes deinde omnia, quæ in mundo sunt: & nihil inuenires fixum, certum, aut stabile. Nam sanitati & corporis robori qs audeat confidere? quandoquidē leuis febricula, morbusve alius subito & insperate adueniēs, totū mox hominem deijcit.

Bernard. Seruitus diaboli quāta sit stultitia. — *Mūdus quō pacto decipiat confidētes in se.* — *Deut. 32*

P

Sed nunqd carni est seruiendū? Minime. Qui enī carni seruit, seruit dño, qui nūquā satiari potest. Quāto plus illi seruieris, quan

Carni nō esse seruiendum.

quanto fidelius, quāto diligentius deniq;, eo plus à te exigit, duriusque tibi imperat. Compertissimum est hoc nobis in his, q̄s gulæ, luxuriæq; cernimus inseruire. Non ergo duobus possumus dominis, sed vni tantum decet nos domino seruire. Væ em̄ duplici corde, & væ homini duabus vijs ingredienti. Prohibetur quoq; arare in boue & asino, propterea quod vnum sit animal mundum, aliud immundum. Samaritanis deniq; similes sunt, simul colentibus Deum & idola, qui seruire cupiunt Deo & mammonę. Huiusmodi Helias obiurgās, Vsquequo, inquit, claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, seruite illi: si Baal, sequimini eum. Est præterea hic aduertendum, aliud esse seruire diuitijs, & aliud seruire Deo cum diuitijs. Secundum enim potest cum Dei seruitio stare, nō primum.

Secundo, vbi ostenderat nos dominus simul Deo & mundo non posse seruire, cō monstrat quoq; vanam esse & superfluam sollicitudinem pro temporalibus. Quapropter sciendum sollicitudinem esse triplicem. Quędam em̄ est tolerabilis, vt dum homo quærit temporalia moderate, tēpore opportuno ac licito, & ad debitum finē. Sunt enim temporalia moderate quęrēda, quæ absq; omni sollicitudine quæri non possunt. Porro moderata & non nimia sollicitudo haudquaquam est arguenda, ad quā Sapiens hortatur, dicens: Vade ad formicam o piger, & disce sapientiam, &c̄. Deniq; & quam non prohibeatur omnis sollicitudo, vbiq; ex scriptura liquet. Quoties Paulus sollicitudinem in bonam partem accipit? Sollicitudine, inquiens, non pigri. Et: Solliciti estote seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Martha quoq; sollicita ex deuotione dicebatur à domino, & turbata erga plurima. Est itaq; sollicitudo quædā occupatio animi ad futura respiciens, pro acquirendis, conseruandisq; rebus necessarijs, sine qua decēter vix rarissimus quisque viuere potest. Hęc sollicitudo moderata, licita est. Est alia sollicitudo pro spiritualibus incrementis laudabilis. Hęc est interdum necessaria ex charitate, puta in egenorum subuētione ac prouisione. Est quoque laudabilis in Dei mandatorum obseruatione. De qua scriptū est: Confortamini & estote solliciti, vt custodiatis cūcta, quæ scripta sunt in volumine legis. Itemq;: Indicabo tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus requirat à te, vtiq; facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, & sollicitū ambulare cū Deo tuo. Tertio, sollicitudo est vituperabilis, quæ ex inordinato temporaliū amore ꝓuenit, & ex diffidētia ꝓuisionis diuinæ. Hæc est illa sollicitudo, de qua in eodē Euāgelista de his, in quibus Dei verbum nullum facit fructū dominus loquens: Sollicitudo, inquit, huius seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum. Hāc sollicitudinem multifariam hic reprobat dominus, ostendens eam esse inutilem, insipientem, auaritię, cupiditatis diffidētiaq; ministrāt. Tertio in hoc Euangelio docet ꝑcipuam nobis curā habendam pro Dei beneplacito, ꝓ regno cœlesti & pro eius iustitia, qua acquiritur, seu cui redditur regnū cœloꝝ. Pro tēporalibus autem nullā nos decet vt habeamus curā anxiam, diffidentiā, aut timorē, q̄niam tēporalia hæc adijciētur nobis. Prouideāt itaq; parentes sibi & filijs cibum, & vnde viuat. Quandoquidem, vt Paulus ait: Qui suorū maxime domesticorum curā non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Prouideāt filijs hæreditatē, spiritualē & temporalem. Doceāt proles Deum timere, doceant Dei regnum, Dei honorem, Dei præcepta, & iustitiā virtutū quærere, zelari & implere. Tunc enim tā parētibus, q̄ filijs adijcientur necessaria. Porro, si pomposas educatis ꝓles in vestitu & apparatu glorioso, prolesq; vestræ sentire cœperint, placere id vobis, vt sint callidæ astutæq;, quod loqui & viuere nouerint iuxta prudentiam seculi, quod ad conquirenda temporalia efficiantur solertes: studebūt in his magis ac magis vobis placere, & Dei timorem proijcient post tergū suū. Igitur eos docere, vt timeāt Deū, vt diuinis, Ecclesiæq; obediāt pręceptis. Liberos deniq; vestros, & oēm familiā vestram docete & cōpellite, quo nihil, quod ad salutem animæ sit necessariū, lucris quibuslibet temporalibus postponant aut relinquant, ocia deuitēt, honestatem diligant & veritatem, synceritatem in negociationibus & æquitatem obseruent, neminē vlla impostura fallant. Et sperēt in Deū, à quo haud dubie sentient, quantum de necessarijs sibi adijciatur. Hæc vbi fecerint, nō contristent parentes, si portionem exiguam hęreditatis filijs relinquant. Maior & potissima sit illa cura, vt ꝓles habeāt ꝓbe institutas, & ad Dei timorē educatas.

Hæc

Q Sollicitudo vituperabilis q̄ sit.

Matth. 13

Cura ꝑcipua homini adhibēda quæ.

1. Tim. 5

Hęreditas spūalis filijs relinquenda quę sit.

Parentes quænā ꝓles famuliamq; suas docere debeant.

Sollicitudo triplex est.

Sollicitudo licita.

Rom. 12

Luc. 10

Sollicitudo laudabilis & necessaria.

Mich. 6

Hæc sollicitudo sanctorum est, vt si non opes habeant, virtutibus suas proles & Dei amore exornent. Fili, qui te pauit, licet sæpe inobedientem & ingratum Deo, quomodo non pascet tuas proles se timentes? Vna igitur sit tibi & potissima cura, relinquere liberis tuis exempla timoris Dei, eruditiones sanctas, docuisse eos iustitiam, & ad proximum æquitatem & misericordiam. Quod agentes maximos thesauros vestris prolibus relinquitis. Vos quoq; duntaxat moderate temporalia quæratis. Quę
Psalm. 61 si à domino adijciantur, & diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quum diuitias habetis, nolite in his sperare, nolite diligere, nolite in illis gaudere. Si à vobis iterum recedunt diuitiæ, nolite contristari. Hoc vnum vobis sit, aut gaudendi occasio, si Deum vestris sentitis peccatis propitium: aut tristandi, si eundem vobis inueneritis iratum. Dominus noster Iesus Christus omnibus nobis suam misericordiam & gratiam largiatur, vt quæ recta sunt, non solum sciamus, sed & faciamus, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Gaudij, tristitiæve quæ sola debent nobis esse occasio.

DOMINICA DECIMASEXTA POST DOminicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios tertio.

XXV. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus secundum virtutem, quæ operatur in nobis. Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Obsecro vos fratres, ne deficiatis à fide pusillanimes, nec scãdalizemini, dolentes ob tribulationes meas, quas patior pro vobis, vt propterea aut mihi nimium condoleatis, aut vos similia passuros timeatis, aut quasi à Deo simus nos propterea proiecti, seu exosi, aut odiat nos, qui talia sinit nos pati, puta flagella, vincula, & carceres: propter quæ ne erubescatis pro nobis, rogamus. Quæ res, scilicet pati me tribulationes pro vobis, hoc est, aut occasione vestri, aut ad ædificationem vestram, non vobis ignominiæ aut probro est, sed est gloria vestra. Huius rei gratia, ne deficiatis scilicet, flecto genua mea in orationibus meis pro vobis ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo, ad cuiusq; similitudinem omnis paternitas in cœlis inter angelicos spiritus, & in terra inter homines nominatur. Deo enim soli conuenit esse patrem omnium. Nuncupatiue autem tantum vocamus homines patres, quia & Christus ita nos docet: Patrem vobis nolite vocare super terram. Vnus enim est pater vester in cœlo. Hoc est autem quod pro vobis à Deo peto, vt det vobis iuxta diuitias & abundantissimam liberalitatem maiestatis suæ, virtutem qua roboremini per spiritum eius, id est, per spiritum sanctum, per spi

Patres quomodo vocemus homines. Matth. 11

per ſpiritum gratiæ eius operantis in interiori homine veſtro: & vt det vobis Chriſtum habitare, atq; ſui formam vobis imprimere per fidẽ in cordibus veſtris, iuxta promiſſionem eiuſdem ſaluatoris: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus. Hoc autem ideo det vobis, vt in charitate radicati ad modum arboris terræ profundius infixę, quo vberius fructificet. Et fundati, hoc eſt, ad modum ędificij, quod ſupra petram contra tentationum ventos, & perturbationum flumina fundatur, conſtabiliti cum omnibus ſanctis poſſitis capere intellectu, quæ ſit ſpiritualis latitudo charitatis ad omnes ſine perſonarum acceptione, imo ad inimicos etiã ſe extendentis: & quæ eiuſdem ſit lõgitudo inter aduerſa longanimiter perſeuerantis vſq; in finem: quæ item altitudo, ſublimitaſve illius ad Deum vos vſque eleuantis, Deoq; vos vnientis: & poſtremo quæ illius profunditas ad proximi compaſſionem, ad illorumque obſequia vos deprimentis. Demum hoc prætere a oro vobis dari à Deo, vt ſcire poſſitis charitatem Chriſti, quam erga vos habuit & habet Chriſtus: nempe tantam, vt ſuper emineat omni ſcientiæ humanæ, & exuperet omnem ſenſum: quia nemo in hac vita perfecte valebit inueſtigare, aut plene cognoſcere perfectionem, imo immenſitatẽ charitatis Chriſti, quo impleamini in omnem plenitudinem Dei, hoc eſt, vt ſitis pleni Deo, qui in vobis ſit omnia in om̃ibus. Ei autẽ genua mea flecto pro vobis orans, qui potens eſt omnia hæc, quæ dixi, facere abundantius, quam petimus aut intelligimus. Aut ita: Ei autem ſit gloria qui potẽs eſt hæc omnia quę pro vobis oro, facere abundantius & liberalius conferre quã petimus, aut petenda intelligimus ſecũdum virtutem gratiæ & omnipotentiæ ſuæ, quę operatur in nobis. Ipſi ſit gloria in Eccleſia, id eſt, vt ab omnibus agnoſcatur, glorificetur q; q ſunt in Eccleſia. Aut: Ipſi, non nobis ſit gloria in Eccleſia, ex conſideratione mirabilium, donoꝝ, operationum, beneficiorumq; eius quæ operatur in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu per quem hęc omnia facit, & in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Per ſeculum ſeculorum aut æternitatem, ſignificat oẽs ætates, tempora & perpetuitatem comprehendentes: aut in ſecula ſeculoꝝ vult dicere à principio m̃di vſq; ad finem, quod omnes generationes, oẽs ætates, omniaq; tẽpora complectitur.

EXEGESIS EVANGELII dominicę XVI. poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ ſeptimo.

B

Inito ſermõe in mõte, cũ in mõtis deſcẽſu Ieſus ſanaſſet leprſum, & hinc ingreſſus Capharnaum ſeruum curaſſet Centurionis: poſtea ad ciuitatem ibat, quę vocabatur Naim. Eſt aũt hęc ciuitas Galilæę, non longe à mõte Thabor diſtans. Ibant aũt cum eo pariter diſcipuli eius, nõ aliter quam ſtellæ ſequentes ſolem, & filij imitãtes patrem. Ibat autem illuc ſciens, quid eſſet facturus: quõ viduã triſtem oporteret ſe vrgente ad hoc bonitate ac miſericordia ſua conſolari, defunctum eius filiũ reſuſcitare, & turbam quę miraculum videbat, in laudes excitare diuinas. Ibant autem diſcipuli eius cum eo, vtpote futuri miraculi teſtes, & turba copioſa, quæ Chriſtum varias ob cauſas ſequebatur, præcipue autẽ ex deuotione. Itaq; dicit Lucas Euangeliſta. Matth. 8

Naim ciuitas qualis ſit.

Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Et hæc vidua erat.

Multa hic enumerat Euangeliſta, quaſi rationem redditurus futuri miraculi, qua re iuſtum fuerit, vt miſericordiã magnam ſuam Chriſtus deſolatę impenderet mulieri. Siquidem ad portam veniens ciuitatis, vidit contra ſe efferri defunctum ſepeliendum. Habebant enim veteres monumenta ſua extra ciuitates, quo longius cadaueribus putrefactis non inficeretur aer in ciuitate. Narrãtur hic multa triſtia quę compaſſionem exigunt. Primum eſt, quod defunctus efferebatur ſepeliendus, quem mulier omniſq; turba plangebat. Deinde additur, quod mulieris viduæ hic erat filius, quo eius dolor præ alijs erat grauior.

Sũma huius euãgelij quę ſit.

Tertio additur, quod erat is vnigenitus. Neque enim alium in quem reſpiceret, filium ha-

um habuit. Tanto magis itaq; doluit, quo præter hunc non habuit alium. Quarto dicitur vidua, quippe quæ marito ac filio orbata, nullam prorsus expectabat consolationem. Itaq; breuibus verbis ærumnæ molem vniuersam explicat. Mater, inquit, vidua erat, quę alium non sperabat filium: & hunc quem solum lactauerat, nunc mortuum amisit, qui alacritatis occasio fuerat matri, & loco defuncti patris solatium. Idcirco luctus matris fiebat ingens & mœror grauis. Accedebat quod is iam erat adolescẽs, in quo mater eius oẽm per illius infantiam & pueritiam nauauerat operã, & iam maior natu cum matri esse poterat & commodo, & consolationi, e medio sublatus est.

Et turba ciuitatis multa cum illa.

C

Funeris sepeliendi mos antiquissimus quis.

Vides hic morem antiquissimum, q̃d funera comitabantur olim amici & turba multa. Quod si dicas Ethnicis id fuisse & paganis solitum: fuit quidem, fateor, sed non solis illis, quandoquidem & filijs Israel hoc fuit familiare. Nam cum Ioseph & fratres eius mortuum Iacob patrem suum sepeliendum in terram Chanaan ducerẽt, multi Aegyptiorum & optimates illos lõgius extra terram suam comitati sunt. Sic enim legimus: Ierunt cum Ioseph omnes seniores domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti, & facta est turba non modica. Quo simul laudatur mos ille vetustus, curam scilicet habere sepulchri: nec improbari debet, si defunctorum quandoq; exuuiæ deferantur ad alia loca sepeliendæ, in quibus viuentes desiderauerunt sepeliri, quandoquidem tam sanctus patriarcha Iacob sepeliri voluit cum maioribus suis Abraham, Isaac, Rebecca, & Lia vxore, Ioseph quoque moriturus adiurauit fratres suos, prædicens illis futurum, vt Deus illos visitãs educeret de Aegypto in terram Chanaan, & tunc sumite, inquit, ossa mea vobiscum, quod & Moses diligenter effecit. Hæretici autem nostri in locis sacris nolunt sepeliri, sed in campo, sepultura nimirum asinina, agente id diuina prouidentia, ne sepeliantur, vbi iacere inter catholicos indigni sunt, sed sepultura suopte iudicio vtantur campestri, qua hæretici debent & excommunicati ab Ecclesia sepeliri.

Gene.50 — Ibidem — Sepulchrorũ curã habendam esse — Gene.49 — Gene.50 Exodi 13 — Sepultura asinina cur vtãtur hæretici Lutherani.

Quam cum vidisset Iesus, misericordia motus super eã dixit illi: Noli flere,

Non tam exteriori oculo, quam interiori viduam desolatam respexit dominus, totus efflues pietate & miserationibus. Ideo dicitur ab Euangelista: Misericordia motus super eam. Erat enim compatientissimus. Nam quia naturam humanam vere assumpsit, ideo omnes etiam affectus naturæ humanæ, qui illam comitantur, assumpsit. Proinde etiam tanquam homo Christus naturaliter fuit, maximeq; compatiẽs & misericors. Nec mirũ. Nam in cœlis patrem habuit misericordiarum, Deum totius consolationis, in terris vero matrẽ virginem pulcherrimæ dilectionis, clementissimę misericordię & pietatis. Dixit itaq; Iesus flenti viduę: Noli flere. Non potuit piissimum eius cor ferre lachrymas mœrẽtis, sed ad consolandam eam festinabat. Ideo mox sequitur:

Misericordissim' cõpatientissimusq; fuerit Christus. — 2.Cor.1 — Eccle.24

Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico: Surge.

D

Accessit, inquit, & tetigit loculũ. Non opus erat, vt loculum tangeret, potuisset enim solo verbo imperare. Tetigit tamen quo ostenderet humanitatem suam organum esse diuinitatis. Vide autem quia cum Helias suscitare vellet filium viduę, incubuit super eum septies, donec calefacta est caro pueri, deambulans aliquoties huc & illuc, & orans nec tam faciliter suscitare potuit defunctum, vt Christus. Petrus quoq; Thabitam suscitans orauit, nec suo est nomine vsus, sed inuocato Christi nomine eandem suscitauit. Porro Christi multo maiori vtens potentia, non orando, sed sua virtute, imperandoq; excitauit mortuum. Huic eñ omnia viuunt, nec aliter mortuis, quam viuis loquitur. Steterunt autem qui loculum portabant, sperantes fortasse quod futurum erat, expectabantque domini voluntatem.

Loculũ de funꝰ cur tetigerit Christus. — 3.Reg.17 — Actor.9

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

Nihil est mirandum, quod vt Anna mater Samuelis in Cantico dicit: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo, quum non essent, creauit oĩa, potest eadem, quum fuerint collapsa, quoque restaurare. Imperauit adolescenti, surrexit adolescens, & in loculo

1.Reg.2 — Gene.1 Psalm.

culo resedit. Cœpit loqui, quo vere se viue re indicaret. Sed vide quid benignissimus dominus fecit. Non iussit adolescenti vt se quereretur se, nec aliud quippam simile. Sed dedit illum matri suæ. Ab hac noluit eum auellere, in cuius consolationem illum suscitauerat. In quãtas putas laudes, in quantum gratiarum actionis affectum desolata illa mater & vidua erupit? Sua enim lætitia alios omnes, qui aderãt, in Dei laudem & in cõgratulationem huius beneficij sui excitauit. Ideo sequitur:

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

E Psalm. 18

Non fuit ille timor seruilis, qui plebẽ inuaderet, sed timor domini sanctus permanens in seculum seculi: nempe timor reuerentiæ & admirationis. Propter quem magnificabant turbæ Deum, cõfitentes eum omnipotentem, eiusq; clementiam in subuentione, consolationeq; humanarum miseriarum laudantes. Laudabant quoque Christum, vt miraculi huius ministrum. Quem quia perfecte nondum Dei filium nouerant, laudẽ ei tribuunt prophetę magni. Prophetam magnum (vt putatur) intelligebant Messiam Christum, qui in lege per Mosen Iudęis promissus fuerat à Deo. (Deut. 18) Hoc nanq; (puta quod de Christo loquebantur) subindicãt verba quæ sequuntur: quia Deus visitauit plebem suam, vtpote mittens quẽ mittẽdum promiserat, queq; audiendum & illi obtemperandum iusserat. (Augusti.) Iuxta sententiam Augustini, tres dominus mortuos suscitasse legitur, non q̃d plures non suscitauerit, sed quod de tribus tantum suscitatis in Euangelio legimus. Potuit enim, si voluisset, plures resuscitare, vt fortasse suscitauit, & futurum est, vt in fine mundi resuscitet omnes: tamen de tribus tantum scriptum est mortuis suscitatis. Nec id ociose. Significant enim hi tres aliquid, quo debeamus instrui, de spirituali morte, quæ est peccatum. Per mortem enim corporis, mortem intelligimus animæ. Et per mortuum corporali vita destitutum, peccatorem intelligimus in anima mortuum. Sub triplici igitur differentia Christus mortuos tres corporaliter suscitauit. Primo, suscitauit filiam Iairi archisynagogi, quæ intra parietes nondum

(Portui ... à Christo suscitati ... ficet ... id.) (Matt. 9 Luc. 8)

elata iacebat mortua. Hæc significat mortem animæ, eam scilicet quæ adhuc secreta & intus est, quasi intra parietes domus, in voluntate, nondum in opere. Verbi gratia: Statuit, nescio quis, per malam volũtatem mœchari, nondum mœchatus est, sed voluntatem habet mœchandi, iam mortaliter peccauit, quia scriptum est: Qui viderit mulierem ad concupiscendã eam, iam mœchatus est eam in corde suo. In corde igitur & voluntate iam deliquit, licet peccatũ nondum prodierit in opus. Hoc (vt dixi) genus mortis in filia hac defuncta significatur. Quã dominus Iesus (licet æque possit suscitare omnes, cum sit infinitæ virtutis) propter significationem quasi minori ostendit hanc negocio suscitandam. Dicebat enim: Non est puella mortua, sed dormit. Vere dormiebat Christo, qui eam potuit suscitare. Facilius enim ei fuit mortuum suscitare de loculo, quam tu suscitare posses dormientem de somno. Itaq; peccatores in anima, in voluntatisque secreto mortuos dominus Iesus resuscitat. Alterum suscitauit mortuum hic, filium viduę, qui elatus iam erat ad portam, aut extra mœnia ciuitatis. Iam enim omnibus erat manifestum illum esse mortuum. Significantur autem idcirco per hunc mortuum peccatores hi, qui etiam opere peccauerunt. Opere enim tunc mortuus elatus est. Verbi gratia: Cecidit quispiam in peccatum grande, cuius ictu lethale vulnus accepit. Non potest anima hæc diutius viuere, quia eius vita ab ea recessit Deus. Hæc igitur mortua est anima, & iam iamq; ad sepeliendum elata. Oret pro ea mater Ecclesia, congemiscant omnes, plangantq; animam mortuam. Videat Christus fletũ vniuersorum, misereatur impij, suscitet eum, qui efferebatur mortuus, resurgat defunctus, & incipiat salutaria loqui. Tertium suscitauit dominus mortuum Lazarum, & hunc quatriduanum. Quarta enim tũc luce iacuerat in sepulchro mortuus, vt diceretur iam de eo: Fœtet. Hunc suscitauit dominus Iesus lachrymans, ac fremens in seipso. Quo ostẽdit magni esse negocij susci tari quatriduanum mortuum & sepultum. Non quod impossibile esset ei omne verbum, nec quod maioris sibi foret difficultatis resuscitare quatriduanum mortuum quam resuscitare vna hora defunctum, sed quod voluit indicare peccatorem quatri-

(Filia archisynagogi suscitata quos significet. — Matth. 5 — F — Lucæ 7 Filius viduæ suscitatus q̃s significet. — Ioan. 11 Lazarus suscitatus q̃s significet. — Lachrymę Iesu in resuscitatiõe Lazari qd indicent. — Lucæ 1)

duanum mortuum, hoc eſt, eum qui multo tempore in peccatis iacuit mortuus, quemq; prauæ conſuetudinis moles vt ſaxum aut ſepulchrum præmit, grauiter ad vitam redire gratiæ: non quo illi Deus durior inclementiorque ſit quam alteri, ſed quod ſua duritia & obſtinatione, qua in peccatis obriguit peccator, gratiæ diuinæ obicem ponat, nec diuinę illuſtrationi prębeat locum.

Lazarus quatriduanus q̃s deſignet peccatores.

Hic enim per Lazarũ mortuum nobis ſignificatur, ex monumento reſuſcitatũ, vtpote in peccatis iam ſuis mala conſuetudine ſepultus: quare nemini de illo iam ſpes reliqua fuerit, vt conuerteretur, quippe qui opinione & fama etiam fœteat. Hanc, inquam, difficultatem, vt huiuſmodi peccatores conuerterentur, oſtendit dominus Ieſus lachrymans, fremens, & ſpiritu turbatus in reſuſcitatione Lazari, non propter Lazarum, ſed propter illos mortuos, qui in Lazaro ſignificabantur.

Mortis animæ cõditio triplex.

Significatum itaque eſt in nobis trifariam eſſe moriendi conditionem, quæ in tribus, q̃s dominus Ieſus ſuſcitauit mortuis eſt expſſa, Puta in vno qui domi ſecretoq; iacebat mortuus, in altero qui extra domũ elatus fuerat, & in tertio, qui iamdudum erat ſepultus.

Marci 5
Lucæ 8
Ioan. 11

Quomodo autem hos dominus ſuſcitauit, ita ſuſcitat eos quoque qui in anima per peccatum mortui ſunt, aut in voluntate tantum ac conſenſu, aut in opere, aut in conſuetudine & obſtinatione.

G

Exhortatio ad mortẽ aię pcauendã

Vos autem filij moneo, vt ab omni genere mortis quæ animam tangit, vos cõtineatis. Nolite circunferre vobis animam peccato mortali obnoxiã, Dei inimicam, gratiæ diuinæ hoſtem, diaboli filiam, gehennæ ream, & inferni eſcam. Nunquam adeo ſit in vobis obſtinata voluntas, vt in peccato ſcienter, vel vno momento perſeueretis lethali.

Cõſciẽtia quõ cuilibet ſua oĩ ſero diſcutienda ſit.

Ideo filij obſecro vnumquemq; veſtrum per mortem domini noſtri Ieſu Chriſti, quam pro veſtra ille ſuſtinuit ſalute, vt omni ad minus ſero, antequam quiſpiam veſtrum ingreditur lectũ, ſollicita diſcuſſione cor ſuum, hoc eſt, omnes, non ſolum actiones, verum etiam verba & cogitationes ſuas viſitet, & penitius perſpiciat, vt ſi aliquid infidele, iniuſtum, petulãs impudicum, voluptuoſum, ex priuato amore natum, aut proximo iniurioſum ſeu moleſtum in ſe inuenerit, illud antequam ingrediatur lectum, ad iudicium reuocet: atque ſicubi quid in verbo, opere, aut cogitatione perperam actum fuerit, illud corrigat damnando malam voluntatem, illamq; reuocando, & propoſitum e diuerſo conſtabiliendo bonum. Iterum dico filij (vnicuiq; veſtrũ loquor) ſero antequam intraturus es lectum, diſcute cogitatus, affectus, intentionem, animiq; motus, quos habuiſti in omni opere, verbo, & voluntate, luſtrando, inueſtigandoque quid ad hoc agendum, quid ad illud dicendum, quid deniq; ad cogitandum te induxerit. Expende quid in die exacta abieceris, q̃d recuſaueris, aut negaueris Deo, aut proximo: deinde quid etiam egeris, aut q̃d egiſſe, agereve volueris. Et ſi in mala te deprehenderis voluntate aliq̃d, ſcilicet in animo habentem conſtitutum, quod nefarium eſſet, mox ad genua, aut in faciẽ ad terram ante dominũ humilis & ſupplex procide, de peccato quod habebas animo conceptum, veniam pete, & malam corrige voluntatem. Quod ſi iam cecidiſſe te inueneris, aut deliquiſſe, nequaquã deſperes, nec in mala voluntate deiectus maneas, ſed lachrymas quaſcunq; potes, in te excita, veniam humillime à Deo pete, gratiam eius & miſericordiam inuoca, & tanquam modo genitus in Deo ſeruitio ſtatue cauenda cauere, amanda diligere, ſectandaq; imitari. Tertio iterum nunc dico: Non ingrediaris lectum, niſi eo te induxeris, vt doleas ſaltem de omni peccato, vt ſtatuas ab omni cauere delicto præſertim lethali, & diuino, Eccleſię ac ſuperioris tui, cuicunque obtemperare præcepto. Hęc tria adeo ſunt tibi neceſſaria, vt ſine illis tibi non ſit vita. Quæ ſi adfuerint, nulla erit tibi mors, aut periculũ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus faciat, vt hæc aliaque, quæ illi placent, ſemper nobis ſe donante adſint, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.

Tria q̃dã ad mortẽ animæ cauẽdam neceſſaria.

SERMO IN EADEM DOminica. Vnde mors homini acciderit. Qui item ſint, qui efferant ſpiritualiter mortuum ad ſepulchrum.

H

DEfunctus efferebat vnicus filius matris ſuæ. Luc. ſeptimo. Scimus omnes tam certum nobis eſſe mori, quã eſt incerta mortis hora. Proinde quantumuis vita proteletur, neceſſe eſt tamẽ mortem tandem accedere

Gene.5
Gene.9

dere,vitamq; finiri. Legimus quidẽ de veteribus Enoch,Mathusalem & Noe,hisq; alijs,maxime qui p̃cesserunt diluuiũ, quã multi eorum octingentis,nongentisve vixerunt annis. Quibus tamen aut pluribus expletis,nusquam nõ sequitur, & mortuus est.Itaq; quamlibet longæua fuerit ętas illorum, recepit tamen finem suum. Et tu si hodie mille vixisses annos, quid de om̃i vita tua,quid de tempore,ac alijs quæ pręterierunt,haberes omnibus?Prorsus nihil. Nõ plus tibi de exacta ætate superesset morituro,quã esset infanti,qui quatuor duntaxat diebus vixisset.

Mors hominis triplex q̃ sit.

Sciendum autem triplicem esse mortem hominis,puta corporis,animæ,& vtriusq;.

Sapien.1
Mors vnde accciderit homini.

Quod si interrogaueris vnde veniat mors hominũ,cum scriptum sit;Deus mortẽ non fecit, dicendum quatuor esse quę conueniant ad hoc, vñ causa seu occasio sumpta est mortis humanæ,quorum tamen nullum causa tota seu plena foret solũ,sed hæc simul accidenti damnant ad mortẽ.Hoc sane tamẽ intelligatur, quandoquidem hominis inobedientia & præuaricatio non dubitatur pręcipua mortis hominũ esse causa.

Gene.3

Itaq; primum est iustitia diuinæ prohibitionis.Dederat enim primo nostro parẽti Deus præceptum in paradiso,dicẽs: De omni ligno paradisi comede:de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.In quacunq; enĩ die comederis ex eo,morte morieris.

Gene.2

Non autem tunc Eua creata erat,quãdo hoc dedit p̃ceptum Deus.Vnde colligitur,si Eua licet ex marito didicisset præceptũ datum, tamẽ ad consilium serpentis suasa &inducta comedisset sola de ligno p̃hibito, nec Adã illi cõsensisset,mãsissemus oẽs in originali iustitia incorrupti,iuxta sententiam

Augustin.

Augustini supGenesim,dicentis:Si vir nõ peccasset, humanum genus minime peccatis corruptum periret.Iamfieri potuisset,vt dominus non prohibuisset edere de ligno scientiæ boni & mali. Quod si ita factum fuisset,vt non esset prohibens, non fuisset etiam delinquens.

Roma 4

Vbi enim non est lex, ibi non est etiam præuaricatio. Sine lege enim peccatum mortuum erat.Dicendum igitur,si Deus nõ prohibuisset, Adã præuaricari non potuisset.Verum hic obijcere quis posset:Ergo Deus fuit causa mortis. Si enim non prohibuisset Deus,homo nõ peccasset. Decendum,Deum constituisse hominẽ liberum in paradiso, ita vt omnia illi p̃mitteret, vno solo pręcepto dato quo esum ligni illius prohibebat, in quo quomodo obedientiam Deo exhiberet,probaretur.Nõ enim poterat subditus esse Deo, nullo accepto præcepto, in quo Deo obediret.

Deum nõ fuisse causam peccati aut mortis.

Non igitur Deus causa fuit peccati,nec occasionem præbuit delicti, quãuis homo sibi occasionẽ sumpserit ruinæ.Nã quod ad probatiõem Deus instituerat hominis,homo sibi vertebat in ruinam:& vnde sumere ex obedientia sibi debuerat occasionem coronæ, ibi præuaricãdo sibi occasionem sumpsit ruinę.Quod ergo bonũ erat,præuaricãdo fecit sibi malum homo. Non igitur causam Deus præbuit, quæ induceret ad peccandum hominem, sed homo sibijpsi vsurpauit transgrediendi temeritatem.

Eccle.15

Nam sicut scriptum est: Deus ab initio constituit hominem,&reliquit eum in manu consilij sui:adiecit mãdata & præcepta sua,si volueris mandata conseruare, conseruabunt te in perpetuum. Apposuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam.Itemque:Ante hominem vita & mors,bonum &malum, q̃d placuerit ei,dabitur illi.

Augustin.

Quapropter sicut Augustinus ait, non est Deus inuentor mortis,sed iudex.Mortis enim autor peccator est.

I

Secundum quod accessit & cooperabatur homini ad mortem,fuit malitia diabolicæ fraudis.

Sapien.2

Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum.Dedita enim opera hostis noster primo circumuenit Euam fraude:deinde per Euam tentauit etiam virum. Tertium quod cooperatum est ad mortem,est stultitia fœmineæ conditionis. Varium enim & mutabile semper genus est fœmina.

Gene.3

Itaque vidit mulier,quod bonum est lignum, ad vescendumque suaue:pulchrum item oculis,aspectuque delectabile, tulitque de fructu eius & comedit. Non enim erat lignũ malum in paradiso,quod prohibuerat Deus,aut fructus malus,sed omnia erant bona. A bono igitur Deus Adam abstinere præcepit,quo perfectior eius foret obedientia.At vbi mulieri magis assentiri illi placuit,quam Deo,à diabolo captus est.

Lignũ paradisi cur dictum sit sciẽtiæ boni & mali lignum.

Quapropter sibi fecit ipse, vt lignum illud recte vocaretur lignum scientiæ boni & mali. Quamdiu enim præceptum non essent transgressi diuinum, nihil nisi bonum sciebant.Quamdiu,inquam,Deo obediebant,obediebant illis quoq; omnia,

nec eos creatura aliqua lędebat: postquam vero Dei mandatum transgressi sunt comedentes de fructi ligni vetiti, per inobedientem hunc gustum, Adam cum omni posteritate sua, sciuit per experientiam etiam malum. Sensit enim mox rebellionem carnis in se, concupiscentiam malam, & inclinationem ad peccata pronam ac vehementem. Quartum & hoc præcipuum, quod generauit mortem, fuit cupida assensio Adæ, ad acquiescendum mulieri, quum illud sciret malum, & à Deo prohibitum, licet illud fortasse veniale sperauerit.
1. Tim. 2 Vnde reuera Adam non est seductus, nisi in hoc quod venialem & leuiorem quam accidit, hanc transgressionem putabat. Mulier autem seducta est, quæ serpēti credidit. Itaq; habes hic quatuor, quæ induxerunt nobis mortem, quam Deus
Gene. 2 Adę, antequam peccaret, interminatus est. Parum autem fuisset, si Adæ peccatum fuisset personale tantum, quo solus ipse, non autem eius posteritas damnationis & sententiæ diuinæ particeps fuisset. Sed modo peccatum fuit quidem per illum commissum, sed in eo nihilominus vitiata quoq; est tota natura humana, & suę transgressionis nos omnes fecit participes, quotquot de eius semine propagati nascimur. Fuimus enim, dum peccaret, omnes virtualiter in eo: ideo peccatum per Adam pertrāsijt in omnes. Quod Apostolus dicens: Si
Roma. 5 cut, inquit, per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertransijt. Ista mors est amara peccatoribus & iniustis, sicut Ecclesiasticus dicit: O
Eccli 41 mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Porro iustis & Deum timentibus non est formidabilis. Propterea ibidē seqtur: O mors bonum est iudicium tuum homini indigēti pauperi & iusto. Est autem mors hæc sæpenumero meditanda. Facit enim delectationes carnis & mundi languescere, & in nulla re gaudere temporali.

Mortis frequēs meditatio q̄ sit vtilis.

K Est alia mors spiritualis in hac corporali morte significata, quæ est mors animæ, & illa infertur per peccatum, sicut scriptū est: Anima
Mors animæ quō interatur. *Ezech. 18* quæ peccauerit, ipsa morietur. Quomodo enim mors corporalis est separatio animę à corpore, ita mors animę est separatio animæ à Deo. Sciendum autē per corporalem hic mortuum adolescētem significari mortuum in anima, qui cecidit in peccatū mortale opere & consensu, is scilicet, qui manifestus est pctōr, & prodit elatus in publicū vt sepeliatur, id est, induretur. Hunc autem quatuor efferunt portitores ad sepulchrum obstinationis & indurationis. *Portitores spūaliter mortuum efferētes q̄ sint.*
De quibus sepulchris loquitur dominus, cū dicit: Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. *Matth. 23* Itaq; primus portitor ad sepulchrū, hoc est, ad obstinationē, desperationem, obdurationem, ac impœnitētiam, est consuetudo peccandi. *Sepulchrū animæ mortuæ, q̄d.* Iterando enim peccatum conscientiæ hebetatur stimulus, & minus lęditur, id est, indies minorem sentit lęsionem, ac dolorem, siue vulnus. *Consuetudo peccandi.* Inde fit, vt Dei timor paulatim in homine, totusque tādem pereat. Quo extincto sequitur caligo & cæcitas, vt non horreat peccator quoduis perpetrare malum. Secundus portitor ad sepulchrum est peccati defensio. *Peccati defensio.* Cuiusmodi Sodomitæ fuere pessimi: vbi pctm̄ adeo inoleuerat, adeo erat commune, adeo denique propugnabatur, vt Loth viro iusto impios illos roganti ne *Gene. 19* peccarent, responderent: Habitare venisti, non leges dare: magisq; reprehenderetur vitiorum accusator, quam patrator. Quādiu enim peccator sua defendere nititur peccata, nullum habet animum pœnitendi. Tertius portitor est persuasio ad malum. *Persuasio ad malum* Sunt qui se peccatores agnoscunt ac gemunt; neminem tamen volunt alium in eadem peccata, aliave pertrahere. Dolent sese, quod non valent superare, alijs tamē bene consulunt. Hi ad conuersionem & pœnitētiam magis sunt vicini. Verum contra sunt alij, quibus satis non est se peccare impieque viuere: sed corrumpunt alios & tiam & seducunt, quos socios volunt habere peccatorum. Quibus tamē tanquam contagiosis & pestiferis nō est acquiescendum. Hos quoque Sapiens pręuidens hortatur cauendos, dicens: Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis: Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini abscondamus tendiculas cōtra insontem frustra, omnem preciosam substantiā repperiemus, & cætera quę in Prouerbijs sequūtur vsq; ad id: Marsupium vnum sit omnium nostrū, deinde additur: Fili mi, ne ambules *Prouer. 1*

bules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim eorum ad malū currunt. Quartus portitor, est gloriatio in peccato. De qua in Prouerbiorum q̄que libro dicitur: Lætantur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et horū cuidam dicitur in Psalmo: Quid gloriaris in malitia, qui potēs es in iniquitate.

L Possunt item alij quatuor portitores assignari, qui animam peccatricem ad sepulchrum impœnitentiæ efferunt. Nam primus est pudor confitendi. Obscœna enim & turpia ac inuerecunda peccata, non audent confiteri, quæ ausi sunt in oculis Dei cuncta cernentis patrare. Sunt enim qui inter pocula audent sua turpia iactare, quæ non audent in secreto confessionis fateri. Hic pudor multos opprimit, vt loqui non possint, & sic in peccatis perseuerent impœnitentes. Secūdus portitor est timor aggrediēdi faciendiq; opera pœnitentiæ. Nemo sibi vim vult inferre, cum tn̄ Christus (vt scitis) dixerit: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sed cōtinget nobis iuxta scripturam: Vt qui timet pruinā, irruat super eum nix. Superbus libenter abrenunciaret honori aut officio: sed timet humiliari aut vilior haberi. Auarus compatitur egeno, sed non potest à nūmo separari, quem tribuat. Libenter quoque ageret pœnitentiam, sed non potest ablata aut non sua restituere. Manet igitur perseuerans in peccatis suis. Pari modo luxuriosus vellet à turpitudine peccati desistere, sed grauate fert, vt voluptate careat, et formidat tentationibus vri. Gulosus vellet ieiunare, sed timet pati famem. Hoc modo quia concupitis nolumus carere, & molestias fugimus ac grauamina, idcirco perseuerantes in peccatis, portamur ad sepulchrum. Tertius portitor est vana spes diuturnioris vitæ, promittens peccatoribus longum viuendi delinquendique spacium, quo ad pœnitendum nihil de tempore cogitent præsenti, sed futura semper tēpora pœnitentiæ tribuant. Dicunt enim illud Sapientiæ: Venite fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuētute celeriter. Coronemus nos rosis, & cætera quæ nihil aliud sonant, quam modo quamdiu possumus, expleamus desideria nostra, & faciamus delectationes nostras: cum recedendum hinc fuerit, tūc à peccatis cessabimus. Quod nihil aliud est dicere, quam postquam diutius peccare non possumus, cessabimus. Non aduertentes scriptum esse: Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. (1.Thess.5) Dicunt enim qui eiusmodi sunt, circa vitę extrema se dicere velle cum latrone: Domine memento mei. (Lucæ 23) Dicunt scriptum: In quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum illius non velit Deus esse memor amplius. (Ezec.18) At timendum est eos fallendos, puta qui dicere cū latrone hæc verba possunt: Domine memento mei, & cætera, non tamen pari corde, nec eodem spiritu, quo hæc latro dixit. Quid enim tibi hæc verba ꝓderunt (quisquis es) dicere, si compuncto animo & cōtrito, humiliato, pœnitentiq; corde non dixeris? Nemo hæc verba vt latro, salubriter dicit, nisi cui singulari fuerit id gratia datum e cœlo. Quocirca dum sane viuitis filij, audite Ecclesiasticum dicentem: De propiciatu peccatorum noli esse sine metu (Eccl.5) neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas: Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores cito respicit ira illius.

M Quartus portitor est desperatio veniæ. (Desperatio veniæ) Dū enī peccata peccatis cumulantur, dum non fit peccatorum per confessionem euacuatio, dum gloriantur, etiam in pecatis suis impij, nec abstinere volunt à peccatis, nec frangere, vincereque sua praua desideria, fit vt tandem obruentibus simul omnibus peccatis, spem nobis tollant venię hostes nostri, qui donec nos pertraxerint ad peccandum, leuia omnia & remissibiliter mentiuntur. At vbi in profundum malorum duxerint, abducunt in desperationem: peccata nostra & iam aggrauantes, domini vero misericordiam ab oculis & à corde nostro vbique auertunt. His itaque portitoribus defertur anima mortua ad impœnitentiam, ad sepulchrum desperationis & obstinationis. Vestrum autem est filij, vt nunquam perseueretis in aliquo peccato mortali. (peccati mortalis periculum quantum.) Quando enim in mortali estis peccato, in potestate estis diaboli, & diuina misericordia permittente, iuste vos ille mox ad tartara secum sumeret: sed benignitas Dei vos in pœnitētiam expectat. (Rom.2) Verum videte, ne vobis thesaurizetis iram grauiorē in ire iudicij, perseuerando in peccatis vestris, & contumelijs Dei. Ah

filĳ agnoſcite miſericordiã dñi noſtri Ieſu Chriſti. Nõ erit difficile ei veſtri miſereri. Pronior eſt ad miſerendũ, q̃ vos eſſe poteſtis ad petendũ. Nõ erit quoq; difficile vobis ſaluari. Petite ex toto corde veniã à pĳſſimo dño noſtro Ieſu Chriſto ſaluatore ꝑ peccatis veſtris, & eadem lugete. Stabiliatis voluntatẽ veſtrã ad non peccandũ denuo, & pro gratia hac adiutorioque vobis à Deo conferendo, eundem indeſinenter obſecrate, & procul dubio ſalui eritis ſperãtes in eo. Si ſenſeritis vobis diſplicere peccata veſtra, & volueritis ab his deinceps contineri, & quanquam nota ſit vobis fragilitas veſtra, non tñ vultis denuo ad eadem ſcienter & temere redire, ſed deo in omni eius beneplacito ſeruire: et ſi ꝑte rea ad hoc perficiendum cõfiditis in auxilio diuinæ pietatis, credite mihi, Dei miſericordia, ſi vos circa finem ita inuenerit, ſaluabit vos in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Saluari q̃ modo nõ ſit homini difficile

DOMINICA XVII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Epheſios IIII.

XXVI. OBſecro vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A SVperioris dominicæ lectio in eadem epiſtola ibi finiebatur, vbi hodierna die ꝑſens nũc incipit. Scripſerat nanq; Epheſĳs diuus Paulus, quantũ rogaret deũ, genua ſua flectens ad eundem pro illis, illiſq; vt implerent omni plenitudine Dei, optaret. Verũ quia ſciebat non ita ſua dona homini infundere Deum abſque conatu, labore & deſiderio hominis: idcirco hortat̃ nũc Epheſios his donis, quæ illis quotidie precabatur ipſe, ſeſe, qui dona hæc Dei cuperent, dignos idoneoſque præſtare. Itaque dicit: Obſecro vos ego vinctus in domino. Dũ hæc ſcriberet Paulus Epheſĳs, Romæ tũc erat vinctus catenis, & in carcere ſeu cuſtodia. Propterea dicit ſe vinctũ, nõ ꝑpter furtum aut homicidium, ſed in dño & propter dominum, hoc eſt, pro amore dñi. Sed vide quid obſecrat, id eſt, per ſacra rogat: Obſecro, inquit, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. Ambuletis quomodo vocationem veſtram decet, vt moribus ſanctitateque vitæ, id quod Chriſti ſeruum oportet, præſtetis. Ambuletis autem ad cœleſtem tendentes patriam cũ omni humilitate & manſuetudine. Vide quomodo humilitati mãſuetudinem, hoc eſt, mititatẽ coniungat: quas q̃ſq; Dei eſſe vult ſeruus aut diſcipulus, nõ negligat oportet, cũ dñs dicat: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Cũ patiẽtia ſupportantes inuicẽ, q̊ alter alterius onus iuuet portare: in charitate, hoc eſt, nõ ꝑpter inanẽ gloriã, nõ ꝑpter cuiuſcũq; importunitatẽ, nec ꝑpter q̃dcunq; aliud, ſed ſolũ ꝑpter charitatẽ. Inter aduerſa, q̃ viciſſim ſuffertis, eſtote ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs, vnanimitatẽq; volũtatis, vt ſit vobis cor vnũ & anima vna in domino, in vinculo pacis, quo pax animorum in exterioriq; homine cõcordia, ſit inter vos vinculum quoddam & nexus vnitatis ſpũs. Vnum corpus eſtis myſticum in Chriſto, qui eodem ſpiritu viuitis. Vnus enim ſpiritus eſt ſanctus, q vos viuificat, docet, ducit & regit, ſicut multa mẽbra eiuſdem corporis corporalia anima vna fouet, eiuſdemque vitam ꝑſtat. Sitis igit̃ hoc modo vos quoque omnes in Chriſto vnum corpus per fidei dilectioniſque vnitatem: & ſit vobis vnus ſpiritus, vna mens, vna voluntas, ſicut omnes in vna ſpe vocationis vocati eſtis, & quomodo ſimul vnum patrem habetis, ad vnam patriam ambulatis, eandemque remunerationẽ expectatis. Vnus eſt dñs noſter Ieſus Chri-

Ephe. 3
Mat. 11
Gal. 6
Actor. 4

Ioan. 8 Rom. 8 Christus, qui in libertatē de seruitute peccati vos liberauit. Vna fides, qua ei seruit & qua colitur. Vnum baptisma, nunquam scilicet iterabile, quodque idem est, siue à bono siue à malo id seruo ministretur. Vnus Deus & pater omnium. De quo Esaias dicit: Pater noster es tu: nos vero lutū. Et factor noster tu, & opera manuū tuarū omnes nos. Itaque vnus Deus & pater omnium qui est super omnes exaltatus & supereminens, vbique & per omnia diffusus & in omnibus nobis omnia implens, omnia possidens, omnia gubernans, & per gratiam suam in omnibus nobis, quotquot hanc vnitatem seruamus, quotquot in vnitate spiritus viuimus, habitans.

Esaiæ 64

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimę septimæ post dominicam sanctæ Trinitatis. Lucæ XIIII.

B

NOn vno duntaxat, sed varijs tentabat modis dominus Iesus saluator noster animas, propter quas saluandas in mundū venerat, ad patrē reducere. Ideo ꝓ his orabat sępius, ꝓ his vigil noctu in mōte, aut alibi solus orando frequens morabať, pro his synagogam accedebat Iudæorum, pro his de castello ad castellum prædicaturus ibat. Postremo ad conuiuia quoque eorū, quos sui nouit obseruatores & sibi æmulos, ire non recusauit. Nihil enim omisit, quod ad animarum salutem prodesse potuit. Omnia autem faciebant propter electos. Vnde est intelligendum, quod hi soli non erant in domo pharisæi q Christū obseruabant, & q liuido aīo Chrstum inuitantes, aliquid inuenire deprehendereve in Christo quæsierunt, q̊ accusarent eum: sed fuisse etiā ibi bonos, q ex verbis Christi instruerent, & ex eius ædificarent sermone. Propter quos præcipue iuit, alioqui fortasse ad solos malos non iturus. Dicit igitur Euangelista:

Lucæ 4 Matt. 13

Matth. 9 Marc. 6

2.Tim. 2

Cū intrasset Iesus in domū cuiusdā principis pharisæorū sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Non bono corde ac syncera dilectione putamus hunc phariseum dominum inuitasse, sed more suo pharisaico, qui erat magnam sanctitatem externa exhibitione ostentare, in consuetudine humana opera promittere iustitiæ: latenter vero & in animo plenum esse odio, auaritia & hypocrisi. Hoc modo pharisæus quoque hic noster dominum tractauit: Inuitauit quidem illum ad prandium, sed subdola id videtur mente fecisse. Nam sequitur: Et ipsi obseruabant eum. In conuiuijs solet homo esse loquacior, liberior ac familiarior. Quare Christum quoque sperabant pharisæi in aliquo excessurum, quo illum notarent ac cusandum. Quamuis autem Christū obseruantes pharisæi, non sunt in eo ædificati (hoc enim non quærebant) non tamen Christus, sed inuidia & odium eorum eos scandalizabat. Nos vero benignitate & patientia Christi instructi cōfortamur, vt illius exemplo aduersarios, insidiatores ac calumniatores nostros non deuitemus, vbi pro gloria est Dei aliquid agendū: sed inter malos quoq; discamus boni viuere, sicut luminaria in hoc mundo. Intrauit aūt Iesus domū illius pharisæi sabbato mādućare panem. Nō de solo pane loquit Euangelium, sed quō vetus quoque testamē tum per panē significat cibos alios quoscū que, ita hic quoq; per panem manducandum, refectionem intelligit paratam. Vtit enim scriptura nomine panis pro refectione, propter significandam sobrietatem, q̄ in refectione quærēda est. Disce hic Christi Iesu paupertatem, qui nihil in hoc mūdo tanquam proprium habere voluit, qui quasi egenus & vere pauper aliorum hominum est ministerio refectus, ad alienas ædes inuitatus. Disce hic quoque Christi humilitatem, quia neminē spreuit, sed ad obseruatores & æmulos quoque suos accessit. Disce postremo Christi synceritatē. Nam licet ad domum huius esset pharisæi inuitatus, non tamen à veritate aut rectitudine declinauit, quo minus diceret aut taceret, quod erat dicendum, aut palparet dissimularetque veritatem.

Mos pharisæorum q̄s fuerit

Phil. 2

Panē diuersa signi ficare

Paupertas Christi

Humilitas Chri.

Synceritas Chri.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

C

Non immerito quis suspicari hic posset hydropicum hunc pharisæorum studio qui quęreret sanitatem à domino, procuratum, quamuis id nesciret infirmus, sed

ſed inuidia phariſæorum ita actum, vt tūc ſabbato curandus veniret, quo obſeruarēt an ſabbato curaret. Erant enī phariſæi auidiſſimi laudis humanæ, & à vulgo æſtimabantur (quia ſic æſtimari quærebant) ſingulari quadam ſanctitate prædit. Inde igitur, quia gloriam, hominumque opinionem amabant, inuidia moti ſunt contra Chriſtum. Quem videntes turbæ longo interuallo anteire phariſæorum ſanctitatem, puta in ſapientia, in eloquentia, in virtute miraculorum & fama, Chriſtū neglectis phariſæis ſequebātur. Ideo obſeruabāt eū, quæſtionibusq; tentabant, ſimulantes humilitatem duplici corde. Quærebāt autem hoc præcipue, vt in Chriſto quippiam inuenirent reprehenſibile, quo eius denigrar ent famam. Quo nos vehementer exultamus & gratulamur Chriſti perfectioni, quod ne ab aduerſarijs quidem illius, licet multum inſidiantibus & infeſtis, potuerit in eo inueniri quicquam, q̄d vel haberet mali ſpeciem. Quia vero diximus ſæpius, quod phariſæi obſeruarint dominum Ieſum, dicendum triplicem eſſe obſeruationē. Prima eſt humilitatis & charitatis, propterea q̄d aliū obſeruans optime ſentiat de illo, & cupiens eius operibus ac moribus inſtrui ac ædificari, ideo obſeruet illum. De huiuſmodi obſeruatione feruidæ voluntatis Paulus dicit: Obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Alia eſt obſeruatio, quę fit ſuper aliū propter illius imperfectionē. Et hæc fit vt ſicut magiſter ſuū obſeruat diſcipulū: quem vbi in arte defecerit, quærit inſtruere, ita quiſque obſeruet alium in moribus, quē benigne erudire, corrigere, ſeu illum vult monere, vbi deficere aut perperam agere conſiderauerit. Et hæc obſeruatio ex charitate venit. Tertia obſeruatio contingit ex inuidia, qua quiſpiā quærit & nitit inuenire aut explorare aliquid, quo alium, cui non fauet, confutet. Hęc eſt prorſus contra charitatem, vtpote obſeruatio inuidiæ. In duabus enim primis aut is qui obſeruat, aut ille qui obſeruatur, quæritur fieri melior. In tertia fere ſemp latet inuidia: hoc caſu excepto, vt dum prælatus obſeruat ſuum ſubditum, pro quo rationem reddere tenetur, aut contra quē accuſationes & quærelas audiuit: qa tunc hæc obſeruatio non pertinet ad tertiam, ſed ad ſecundam conditionem. Non debet tamen prælatus, vbi nihil accuſationis nihilve ſuſpectum aduertit, ex ſola curioſitate inueſtigare ac quærere quod corrigat in ſubdito: ſed tunc ſolum debet corrigere quando aliquid denunciatur aut percipit, aut quando admonetur, vel ab interna inſpiratione, vel ab hominibus vigilare ſeu accuſati alicuius vitij veritatem explorare. Scriptum enī eſt: Nō quæras iniquitatē in domo iuſti, nec vaſtes requiem eius. Itaque qui nullius habet rei curam ſibi commiſſam, non recte obſeruat alium, niſi (vt ſupra dixi) id fiat ex ſingulari charitate, q̄ timet ſuo fratri confuſionem, ignominiā aut ruinam. Itaque dominus habens hydropicum ante ſe, cuius infirmitas orabat, dixit, vt ſequitu:

Quare Chriſtum obſeruarit phariſæi — *Matt. 22* — *Chriſti pfectio quāta* — *Obſeruatio triplex quæ* — *Phil. 3* — *Prælatus qñ ſuū obſeruare debeant ſubditum* — *Prou. 24* — *Obſeruatio charitatis q̄ ſit*

Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos & phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare?

D

Reſpōſio Chriſti ad cogitationes phariſæorum

Quid reſponderit (inquis) dn̄s, mirum eſt, qui nihil fuit interrogatus. Verum eſt, nihil ad phariſæorum verba, ſed ad eorum cogitationes & corda reſpondit. Nouit enim quid in illorum ageretur cordibus. Sentiebat eos ad murmurandum perperamque iudicandum paratos, ſi ſabbato curaret. Ideo quo minus illi ſcandalizarentur, qui ex cæcitate ſua ſcandalum ſibi ſumebant, non ex Chriſti operibus corū reſpondit cogitationibus dicens, interrogando eos, antequam in ſabbato curaret languidum, atq; eos ne ſcandalizarentur præmonere, ſeu rationem reddere volens, dicit: Si licet ſabbato curare? Licet ne (inquit) hominem ſanum facere miraculoſe atque potētia diuina? & hoc in ſabbato? Hoc enim modo curare nihil eſt contra ſabbatum agere, cum ſit opus diuinum, piū, cū ſit opus charitatis, quod ad Dei fiat honorem, quod Dei omnipotentiæ contemplationem, deuotionem, ac Dei amorem excitet. Huiuſmodi opera à Deo non ſunt prohibita, vt etiam præcepta ſint fieri in ſabbato, & ad huiuſmodi ſit opera inſtitutum ſabbatum, ſiue celebritas ſabbati, qua diuinis operum contemplandis vacemus.

At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehēſum ſanauit eum, ac dimiſit.

Non interrogauit Ieſus phariſæos, q̄d liceret

liceret dubitans, sed eorum confutare cupiens errorem ac temerarium iudicium interrogauit. Ipse enim nouit quid sentiebāt. Verum nihil respondentes pharisæi, tacuerunt. Non enim habuerunt qd responderent. Nec latuit eos sapientia Christi, vt qc quid respondissent, aut imperfectum, aut ineptum aut temerarium id fuisset. Tacebant igitur, sed retinebant nihilo minus suam obstinatam cæcamque opinionem de Christo, qnod curare hominem violatio esset sabbati. Atque ideo non verbis, sed opere quod liceret, dominus illis ostēdit. Siquidem infirmum manu apprehendens sanauit sine verbo, sine oratione, sola sua voluntate imperante. Sanatum vero dimisit, hoc est abire fecit, quo viderent omnes perfecte illum curatum. Post hoc quia vidit eos in cordibus suis murmurare, sequitur:

Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum bos aut asinus in puteum cadit, & non continuo extrahet illū die sabbati? Et non poterant ad hæc respōdere illi.

E Viso hoc tam grandi miraculo, nihil ædificati sunt pharisæi, sed fatue iudicabant Christum violasse sabbatum. Atque ideo ad illorum cogitationes iterū respondens dominus, dixit: Cuius vestrum bos in puteum cadens sabbato non extrahit? Si licet iumento subuenire grandi cum labore in die sabbati, subuenire homini nō licet? Quasi dicat: Auaritia excæcat vos vestra, qua res vestras perire nō vultis, vt nō videatis multo magis misericordiam faciēdam homini puta rationali creaturæ, quā iumento. His pharisæis similes sunt quidam pastores Ecclesiarum aut prælati, quibus maior est cura pro animalibus, pro iumentis & equis suis, quam pro animabus subditorum. Aegrotat equus, & quærit remediū: periclitatur subditus, & dissimulat. Quotidie vident subditos delinquere in ebrietatibus, impudicitijs, blasphemijs, & impijs iurationibus: & adeo non arguūt, vt etiam se inter illos quasi delinquentium capita constituant. Itaque quando e faucibus diaboli extrahere animam alienam cōtenderēt, q suas proprias venditant diabolo animas, alienasq; suo seducūt exēplo? Hoc dictū sit ad illos, qui plus dolent (si in firmetur) pro oue aut pro porco, quā pro anima subditi. Nostrum tamen o filij non est de alijs iudicare. Nescimus bona eorum, etsi videamus mala. Nam quales sint adhuc futuri, ignoramus. Ingemiscamus igitur & compatiamur alienis peccatis. Quod autem ad Christi verba respondere non poterant pharisæi, mirum non erat. Conclusi enim erant vt aliter sentire aut contradicere non possent vtentes ratione, licet eos ad alia stimularet inuidia. Videbant enim omnia secreta sua Christo (qd ex verbis eius senserunt) nudata, & patefacta. His itaque in hoc confutatis, ad curationem spirituali; eorum hydropisis, hoc est, ad curandā illorū superbiam se cōuertit.

Pharisæis similes sunt

Respōdere cur nō poterint Christo pharisæi

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cū inuitatus fueris ad nuptias, non discūbas in primo loco, ne forte honoratior te sit ab illo inuitatus: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

F Auiditate honoris & ambitiōis quærebant pharisæi primos accubitus in conuiuijs. Quos arguere volens dñs Iesus, vsus est parabola, intendens stimulare ambitionem, & ad humilitatem eos reducere. Admonet igitur eos honestatis, ne supmum quærant locum, vnde postea cogantur descendere (quod turpe esset) ad locum inferiorem. Vult enim magister humilitatis mensuram nos nostrā agnoscere, ne ingeramus nos ad honores, sed optemus potius nesciri, non reputari. Quod si alij nos honorare voluerint, nō est nobis importune nimis resistendum, nec pertinaciter abnuendum. Si enim inuitus fueris honoratus, nihil te lędit honor, in quo nō delectaris. Laudatior igitur est, qui verecūde & humiliter acquiescit, indignum sese interim honorare agnoscens, nec de honore quem tolerat magis quam acceptat, sibi quicquam asscribens, quam ille qui importune renitens alios contristat. Modestiam hanc Salomon quoque commendans circa honoris appetitū, eadē quæ hic Christus suadet, dicēs: Ne gloriosus appareas corā rege, & in loco magnorū ne steteris. Melius est vt dicatur tibi: Ascende huc, q vt humilieris coram principe.

Mensurā quō suam agnoscere debeat hō

Honor quē nō lædat

Prouer. 25

Sed

Sed cum vocatus fueris, vade & recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Non putandus est Christus nos velle docere, quomodo efficiamur gloriosi, sed honestatem atque ciuilitatem docet. Quid autem hanc modestiam ac ciuilitatem sequatur, indicat dicens: Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Non igitur nos humiliare debemus, vt gloriam inueniamus (quod est hypocritarũ & adulatorum) sed q̃d iustũ & honestũ est, honeste & iuste faciamus. Ad Dei igit honorem & contemptum nostri simus ferventes, & in nobisipsis tã in cognitione, q̃ in affectione humiles. De gloria aũt nihil nobis vendicemus, sed fugiamus potius honores. Quod si (vt scriptum est) fugientes gloria nos sequatur, hoc ignorantię & beneuolentiæ tribuamus hominum, q aliquid nos existimãtes, cum nihil simus, honore quærunt nos afficere. Debet autem nobis magis certa esse nostra notitia, quã vt aliena existimatione efferamur. Loquitur tamen etiam hic Christus hoc modo pharisæos arguens, quod gloriam non solum indigne, sed etiã inepte & stolide quærerent, quasi diceret: Si gloriam hominum quæritis, imprudenter agitis, constituendo vos in superiori loco, vnde maior vobis oritur ignominia. Despicit enim vos vnusquisque aduertens ambitionem vestram, poteritque fieri, vt turpiter humiliemini in omnium aspectu. Sed si gloriam quæritis, honestius facietis humiliter agẽdo, vt gloria magis vos, quam vos gloriã, quærat. Honestius enim audies ad honoratiorem locum te vocantem, quam vt audires de superiori ad viliorem te deducentem.

Humiliare nosipsos cur debeamus

Gal. 6

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

G Non dicit, Omnis qui exaltatur, humiliabitur, sed q se exaltat, hoc est, qui magnus vult esse, æstimari ac præferri, hunc etiam sua temeritas humiliabit. Supbia enĩ in omni homine est detestabilis. Et qui se humiliat, exaltabitur. Non intelligendũ est nec consultum, vt se quis humiliet propterea, vt exaltetur, hoc enim duplex foret supbia. Nõ est aũt dubiũ eiusmodi inueniri hoĩes, q ppterea humilitatẽ fingant. Scriptũ nanq; est: Est q neqter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Hic bis est superbus, quia superbus est & fingens se humilem, cũ nõ sit. Est etiam hypocrita. Moses superbiam, quam sit exosa Deo, indicat, dicens: Anima quæ per superbiã aliquid commiserit, quoniam aduersus dominũ rebellis fuit, peribit de populo suo.

Humilitas ficta vt fit duplex superbia

Eccle. 19

Num. 15

Superbia q̃ sit Deo exosa

Fugite igitur superbiam, qm̃ vbique in sacra scriptura eos maxime legimus Deo & eius iustitia vindice humiliatos. Adam qa p obedientiam Deo se noluit subijcere, nonne humiliatus est? Dathan & Abiron qui Mosi imperium contempserunt, nonne terra deglutiuit? Absolonem contra patrem suum Dauid insurgentem, quomodo Deus humiliauit? Deinde vide Sennacherib, Holofernem Nabuchodonosor, Nicanorem, Antiochum & superbissimos quosq;, quibus sint ignominijs & supplicijs detriti. Stat igitur in veritate, vt omnis qui se exaltat, humilietur, & qui se humiliat, exaltetur. Estote igitur filij charissimi viuentes in humilitate, altiora & mensuram vestram quæ excedunt, non appetatis. Optetis esse magni, perfecti, sancti & synceri in oculis Dei, non in oculis hominum. Diligatis sanctitatem, non appetatis magnitudinem. Optate vt inter omnes homines Deum maxime diligatis, vt sitis fidelissimi obedientissimique eius serui. Et hoc ideo, vt illi propterea placeatis: non vt præ alijs excellentes sitis aut appareatis. Amat Deus deuotionem, amat feruorem amat charitatem, non amat singularitatem aut extollentiam. Dominus noster Iesus Christus hæc eadem aliaque cuncta, quę à nobis requirit, nobis quoque largiatur, q est benedictus in secula, Amen.

Gen. 3

Num. 16

2. Reg. 15

Esaiæ 36

Iudi. 10. 11

Dan. 4

2. Mac. 8

1. Mac. 6

2. Mac. 9

In humilitate quõ sit viuendum

SERMO IN EADEM DOMInica. De multiplici genere conuiuiorum, & de institutione sabbati.

H

CVm intrasset Iesus in domũ cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panẽ, & ipsi obseruabant eũ. Lucæ decimo quarto. Multa sunt quę in hoc nobis Euangelio innuuntur, instruentia nos ad pietatem. Nã quod dominus intrat domum principis pharisæorum manducaturus

Euangelii huius instructiões piæ q̃ sint

rus panem, monstrat non esse illicitum ire ad prandium, cœnam seu conuiuium, si tamen illud fuerit honestum & moderatum. Quantum autem dominus se humilia uerit æmulis suis, ex hoc liquet, quod ad prādium non recuset ire phariseorum: eorum scilicet, qui inuidi obseruabant eum. Omnia enim sustinuit propter animas. Est autem nobis occasio hic quædam dicendi de conuiuijs, quæ sub multiplici contingunt differentia: quorum quædam probanda sunt, quædam vituperanda. Primo em̄ quædam sunt conuiuia ex naturali dilectione, cuiusmodi conuiuia permisit exerceri in domibus filiorum suorum sanctus Iob, qui filios suos benedicens, sollicitus erat, ne forte quicquā agerent, quo offenderent dominum. Et hoc similiter laudatur in parabola de prodigo filio, cui pater ex naturali dilectione paterna instaurauit conuiuium ad gratulandum ex perditione redeunti. Secundum est conuiuium, quod ex benigna exercetur pietate, cuiusmodi sanctus Tobias contribulibus suis ac pauperibus non raro parauit conuiuiū. Solus enim ęgre manducabat vir religiosus, non ob aliud, nisi vt dona Dei egenis quoq; participaret. Et tu relinque magnos diuites, optimatesque extra domum tuā. Illi enim in domo sua habent comedere. Qui si tecum prandent, tantum impensarū propter illos absumitur, vnde viginti pauperes alios aut triginta refecisses, ne dicam centum. Nonne dulcius tibi foret, vt eisdē impensis seruatis, imo nullo penitus alio sumptu exhibito, Christum loco diuitū centies tecum haberes in mensa, quam vt ingentem adeo inutiliter in conuiuia profundas pecuniam pro gratia & fauore hominum conquirendo? Sed, inquis, amicitia hominum egeo: non reprehendo. Vtinam pro charitate aut necessitate fierēt moderata & licita conuiuia. Sed aliud est conuiuium, pro quo ab hominibus recipis mercedem temporalem, alud est, quod Christi contemplatione, aliud q̄d propter hoīes facis. Vt tamen dixi, honesta moderataque conuiuia non obiurgo: ad alia autem (cuiusmodi Tobias fecit, filioq; suo facienda mandauit) etiam hortor & præcibus inuito. Cuiusmodi, inquis, sunt? Vt de his, quæ cum tua familia, nullis alijs additis impensis, eras manducaturus, impartias simul vni alteri ve peregrino, aut pauperi, aut viris religiosis Deum timentibus, gaudeasque vere & ex animo læteris, Christum te habere in mensa tibi assidentem. Nam Christum certissime habes, si in paupere Christum contemplaris, si Christi amore pauperem pascis, si Christi denique nomine pauperi benefacis. Non te fallere potest veritas, dicens: Quicqui vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fecistis. Matt. 26 Vtinam assuesceres, vtinam hunc tibi mortem induceres, quem sancti quidam Dei amici sibi induxerunt, licet diuites, quo solus prandium nunquam sumeres, ad mensam nunquam sederes, nisi pauperem aliquem virum, quem Dei amore tecum reficias, habeas. Eædem sunt impēsę, idem sumptus, eadem coquendi & parādi opera, quibus Christus reficeretur & seruus. Quamobrem si vis iucunda habere vitæ extrema, hoc consilium amplectere, vt pauperem tecum, cui de cibis tuis impartias, habeas semper in mensa. Tertiū est conuiuium, quod ex liberalitate & honesta amicitia offertur, cuiusmodi discipuli duo euntes in Emaus fecerunt Christo. Et hoc quoque laudabile est, vbi se offert occasio aut necessitas proseruāda charitate. Hoc modo non improbantur recreationes ac cœnationes licitę vicinorum & artificum in diebus festis, vt simul tunc ad nutriendam inter se dilectionem donis Dei reficiantur. Non tñ opus est hic magnis impensis, quia vbi tenuitas est, ibi etiam iuxta hoc sunt epulæ paratæ, ne magis comessatio quæratur, quam charitas. Solēt enim pauperes suo modo conuiuari, vt vicinus ad vicinum suum, quem sibi parauerat cibum comportet, illeque quam dominus dederit benedictionem amico ad se venienti apponat. Itaque si absque ebrietate, absque lasciuia & grauibus impensis honeste de his quæ parauerat sibi comportatis vicini commanducarent, non posset improbari, qa charitas in huiusmodi q̄nque læsa redintegraretur fouereturque, ne tanta esset inuidia inter eiusdem artificij professores. Verum, vt dixi, sobria, moderata, atque honesta hæc debent esse conuiuia, non ad detractiones, sed charitatis instaurationem instituta, in quibus Deo non carni, non mundo, nec diabolo seruitur. Quartum est conuiuium, quod ex honore hoc est, quod animo honorandi exhibet. Hoc modo Leui Christo exhibuit conui-

[Left margin notes:] Conuiuiū dilectionis naturalis quod ... — Lucæ 15 Conuiuiū ... — Tobiæ 2 — Pauperes ... potius ... conuiuia ... quam diuites — Tob. 2. 4 Christus q̄ ... ad ... sit ...

[Right margin notes:] I Conuiuiū liberalitatis quod — Lucæ 24 — Conuiuiū honoris quod sit Mar. 2 Matth. 9

it conuiuiũ. Huiusmodi conuiuium etiã si homini exhibeat, licitũ est, puta vt q̃d Apostolus monet, cui honorem, honorẽ.i. cui debes exhibere honorem, impendes honorem, modo nihil in hoc fit conuiuio, vnde offendatur Deus. Quintũ est cõuiuium ex consuetudine, vt fit in nuptijs, vbi cõiuges cũ gaudio & festiuitate quadã coniunguntur. Hoc conuiuiũ etiã sanctorũ fuit, sicut legit de iuniore Tobia senioris filio, cui angelus Raphael, vt Saram Raguelis filiam in vxorem acciperet, persuasit, propterea quod illi ex lege debebatur. Vbi pro vtriusque coniunctione narratur conuiuiũ in domo Raguelis seruatũ. Huiusmodi autem conuiuia aut solennitates quam non displiceant Christo, quamdiu tñ hæc intra fines suos sese continent, palam est ex hoc, quod Christus in nuptijs eiusmodi interfuerit conuiuio, vinũque ex aqua mutauerit. Sextum est conuiuium, quod fit ex ostentatione magnificentiæ. Et hoc modo rex Assuerus grande fecit conuiuium, vt in Esther legitur. Hoc modo hodie q̃q; sumptuosa nimis multa fiunt conuiuia, ad ostentationem solam ptinentia. Et hoc conuiuium non laudatur in scriptura. Septimũ erat conuiuiũ ex voluptuositate, quale erat conuiũ Nabaal & epulonis diuitis in Euangelio: & hoc quoque reprehendit in sacra scriptura. Octauum est conuiuium ambitiõis, quod Adonias instante electione regis fecit, inuitatis optimatibus de curia patris sui Dauid, p q̃s ad se regnum ducere q̃rebat. Nonum conuiuiũ legit Absolonis fuisse, quod erat malitiæ, in q̃ fratrem suum occidit Ammon. Ad hoc nãque ordinauit cõuiuium, vt Ammon vbi temulentus esset, armatis obrutus occideret in vltionẽ Thamar violatę sororis suæ. Hæc quatuor vltima cõuiuia fuerunt mala. Priora enim aut laudata, aut saltẽ toleranda. Vestrum erit o filij ex his secundum eligere conuiuium, q̃ Tobiã imitemini sanctũ, eiusq; antecessores, patriarchas sanctos. Secundũ q̃d in Euangelio nobis innuitur, est de violatione aut obseruãtia sabbati. Cuius obseruatio q̃ esse debeat vt sciat, animaduertendũ de obseruatione sabbati præceptũ nobisã Deo esse datũ: q̃d alio tñ mõ in nouo, alio in veteri testamento obseruabatur. In veteri enim testamento erat vt figura Christi quiescentis in sepulchro, & erat

Conuiuiũ consuetudinariũ q̃

Tobiæ 7

Ioan. 2

Conuiuiũ ostentationis q̃d sit

Esther. 1

Conuiuiũ voluptatis q̃d sit

1. Reg. 25

Lucæ 16

Conuiuiũ ambitiõis quod sit

3. Re. 1

Conuiuiũ malignitatis quod

2. Reg. 13

K

Exo. 20

Sabbatũ vti alio modo in veteri testamento, & alio modo in nouo obseruetur

præceptum cæremoniale, quo post sex dies qui mortalibus concessi sunt ad operãdum temporalibusq; lucris insistendum, septimam Deus instituit diem, quæ esset requies & cessatio ab omni labore. Quæ requies, vt dixi, præfigurabat requiem Christi post laborem passionis, & post hominis recreationem in sepulchro quiescentis. Sicut enim sexta feria creatus est homo, ita rursus sexta feria recreatus, redemptus, renouatusque est homo. Hoc modo in veteri lege, quantum ad hoc quod cæremoniale erat, trãsijt vt hoc modo nos non obseruemus sabbatum. Porro quantũ ad alium modũ ptinet, quo est morale præceptum, manet etiam in nouo testamento, q̃ iubemur abstinere ab omni opere seruili, vt sunt quæ fatigationem inducunt, quatenus Deo quis libere vacare non possit, siue hæc sint in opere naturali, siue in occupatione terrena: cuiusmodi est negociatio venditionis, elocationis, iudicia, quæstus p rebus tẽporalibus, hastiludia, ludi illiciti, & reliqua id genus, tã externa, q̃ interna alia, q̃ animã detinent, ne se ad Deũ leuare possit, nec eidem vacare aut coniungi mente. Ab illis omnibus est abstinendum. Qui autem non abstinent, à Deo puniuntur, & fere etiam in hac vita. Siquidem per inopiam manent miseri, nec prodest eis vllus labor, vllus quæstus, vllumve lucrũ, quod die quærũt festiua & illicito modo. Est enim sabbatum maxime in nouo testamẽto institutum, vt tunc feriatis à laboribus homo, & à studijs lucrorum temporaliũ, tempore illo ad Deum se conuertat, animæ suæ statum expendat, peccata quæ in se reperit, coram Deo plangat, cauẽdi post hac peccata voluntatem suam instauret, Dei præcepta, leges & beneplacita inquirat, monita sacra & Dei verbũ audiat, missæ & oblationi altaris assistat, Deo se commendet, pro beneficijs acceptis Deo gratias agat. Ad hæc similiaque alia studia se cõuertat. Hæc enim sunt, ad quæ sabbatum, id est, festiuitates sunt ordinatæ. Ab illis igit opibus, quæ hæc impediunt sancta exercitia, ne fieri possit vt quis cor suum in habitaculum offerat Deo, abstinendũ est. Hoc modo sabbatum aut sabbati præceptum perseuerat etiam in nouo testamento. Nam licet nõ seruet dies sabbati, seruatur tñ sabbatum, i. requies & vacatio in alio die, puta in dominica quã ne cũ Iudæis

Gen. 1

Quidcendum à quibus sit operibus in die sabbati abstinendum ... sectio

Festiuitates ad quid institutæ & q̃ ... sanctificandæ sint

L

Sabbatũ curin dominicã ...

dæis videamur iudaizare, in sabbati locũ nobis celebrandum instituit Ecclesia, cuius occasione interrogandi sunt hæretici nostri, qui nihil quod Ecclesia instituit, volunt obseruari (quamuis sua faciunt statuta, & eadem obseruanda tradunt, quo ostendant se non esse Ecclesiam, quam non audiendam volunt) nisi sacra cogãtur scriptura. Dicant igitur cum ipsi dominicum diem obseruent nobiscum, qua scripturæ autoritate hæc mutatio facta sit, vt sabbati festiuitas verteretur transferreturve in dominicam. Quæ scriptura, inquam, præcepit aut iussit hoc fieri? Nonne Ecclesia sine scriptura spiritu sancto docta tantum hoc fieri iussit? Quod si vnum potuit Ecclesia, aut si vnum Ecclesię hoc licuit, puta mutare sabbatum, transferrre festiuitatẽ eius in diem solis absque scriptura, quare Ecclesiæ alia non pari modo quę secundũ Deum sunt, nec contra scripturam pugnãt instituere licet? Potest reuera hoc Ecclesia: quam qui non audierit, sit tibi, inquit Christus, sicut ethnicus & publicanus. Potest, inquam, non solum Ecclesia, sed & p̃lati Ecclesiarum: maxime aũt qui est vniuersæ Ecclesiæ pastor, salutaria instituere, cũ illi maxime reliquisq; pastoribus à dño dicat: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Si quæris quare sabbatum potius in dominicam q̃ in aliã sit diem translatum, respondeõ, diem illum insignibus operibus Dei esse decoratum. Quamobrem non iniustum fuerit sabbati in illum solennitatẽ transferri. Primo nãq; hac die, quæ apud paganos dies vocabatur solis, Deus creauit cœlum & terrã. Sũpsit itaque in hac die mundus exordiũ. Secundo, vt quidam autumant, arca Noe hac die stetit quiescens in montibus Armenię. Tertio, in hac die dominus populum suũ Israel eduxit de Aegypto in manu forti, vt quidam volunt. Quarto, hic primus fuit dies quo manna Deus pluit e cœlo escam filiorum Israel. Quinto hic dies est quo ex virgine natus est matre. Sexto eodem die circuncisus est pro peccatis nostris, primo fundens sanguinem. Septimo in illo die signorum suorum fecit initium, aquam in nuptiis mutans in vinum. Octauo, dicunt quidam hoc die Christum quoque baptizatum. Nono, satiauit quinque milia hominum Christus de quinque panibus & duobus piscibus. Decimo, introductus est dominus Iesus cum honore & ramis palmarum in Hierusalem. Vndecimo, hoc die Christus resurrexit. Duodecimo, hoc die spiritum sanctum misit. Ob tanta igit beneficia, quæ nobis in die dominico Christus exhibuit, ob tanta magnifica opera, q̃bus hunc diem Christus honorauit, recte meritoque in nouo testamẽto in diem dominicum sabbati solennitas est translata: quo etiam die resurrectio nostra atque lætitia perpetua significatur. Matt. 21 Mar. 16. Actor. 2

M Si quæris, quibus operibus vitiatur seu transgredit festiuitas sabbati aut dominicæ, dicẽdum est: Primo, labore manuum, propter præceptum quod à seruili iubet opere abstinẽdum. Excusatur tamen labor multiplex iuxta sententiam doctorum piorum. Primo si labor fuerit modicus, qui scilicet nõ diu nec vehementer impedire possit quietem in Deo. Ille enim labor, qui animi quietem & spiritus tollit libertatem, interdictus est à Deo. Secundo si labor fuerit necessarius. Est autem hæc quæ excusat necessitas, quãdo labor operatiove sine rei periculo præueniri aut differri nõ potest, vt in messe cõtingit, vbi fruges inuehi necesse est interdum die festiuo. Nam iacẽtibus segetibus in agro, aut feno, dum imminet tẽpestas, licet, ne periculo exponantur & pereant, in die festo eadem inuehere. Simile hoc obseruatur in vindemia, si frigus ingruerit, & in captura halecum. Pistores quoq;, lanii, molitores & coci, quando necessarium est, aut vt aliter prouideri non possit de alimentis hominum, puto excusantur, si in die festo sua faciant officia. Quãuis hæc omnia sint intelligenda, vt festiuitati, quantum potest nihilo minus tribuatur, & quam fieri potest, festo minus derogetur, quo mane scilicet audiatur missa & verbum Dei. Hic colliguntur pharmacopolæ, medici, chirurgici, qui hominem iuuãt arte medicinæ, nec propterea violatur sabbatũ. Quod Christus quoque confirmat, dicens pharisæis in Euangelio hodierno: Cuius vestrũ bos aut asinus in foueam cadet, & non extrahet eum die sabbati? Tertio excusari potest labor pietatis, vt si pro pauperibus aretur aut metatur gratis propter Deum pure & non spe vlla remunerationis aut fauoris, nec aliqua affectione id fiat carnali ac sensuali, sed Dei puro intuitu. Quarto, propter publicam vtilitatem, vt si labor tempore fiat quo est necessarius, vt sit tempore obsi-

Festiuitas quib[us] operib[us] vitietur, & quibus non

Festiuitates labori b[us] manuũ violari

SS ij

pore obſidionis,& in bellis quando muniri infirma,&reparari lapſa oportet. Quod & Machabæi fecerunt, ſtatuentes pugnã non detrectare in hoſtes, vbi neceſſe foret, in die ſabbati. Secundo, fit transgreſſio feſtiuitatis placitando. Neque enim in feſtis iudicia debent ſeruari, cum in his q̃que diebus, quando legitima ſeruantur ieiunia, iudicia & placita ſint interdicta. Tertio, transgreditur feſtiuitas in mercando. Non enim ad quæſtum & lucri cauſa venales debent tunc merces exponi, nec requiri, niſi fortaſſe quia alio tempore nõ poſſunt inueniri aut haberi, aut quia iam ſunt neceſſaria, vt infirmis &viatoribus cõtingit, qui eo tempore & loco q̃ poſſunt, coguntur emere. Secus eſt tamen de alimonia hominum, vt ſupra dictum eſt, pane, carnibus, vino, quæ poſt auditum officiũ diuinum poſſunt vendi. Quarto, fit trãſgreſſio feſtiuitatis in peccando. Et hoc modo, proh dolor, omnes feſtiuitates noſtræ prophanatæ ſunt, infectæ ſunt, Deoque odibiles ſunt. Nunquam enim plura fiunt peccata, quam in feſtiuitatibus, peccatum autem præcipuum eſt, quod requiē & feſtiuitatem, quam anima debet habere in Deo, prorſus tollit & perimit. Tertio quod nobis hic innuitur, eſt benignitas et pronitas Chriſti ad miſerendum. Nam nõ obſtante hoc quod phariſæi inique eſſent Chriſtum iudicaturi, quod illum operaq; eius forent calumniaturi, nihilo ſecius hydropicum hunc curat & abire ſinit, malēs à phariſæis inique iudicari, quam miſero non miſereri. Quartum eſt Chriſti ſynceritas arguentis phariſæorum ſuperbiã, arrogantiam & ambitionem, idque cum eſſet in eorum conuiuium inuitatus: quo oſtenditur, quam noluit illis nefarie blandiri. Quintum, eruditio atque conſiliũ de humilitate amplectēda, quo fit vt apud Deum exaltetur, quiſquis ſe humiliauerit. Nec ſolum apud Deum, ſed etiam apud homines humiliantem ſe ſequatur gloria. Veſtra autem gloria alia non ſit o filij à vobis quærenda, quam noſſe diligereq; Chriſtum, eique placere, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

(Margin notes: 1. Mac. 2 — Placitationibus feſtũ diē violari — N — Mercatura feſtũ diem violari — Peccando feſtũ diem violari — Benignitas Chri[sti] qua[n]ta — Synceritas Chri[sti] in arguendo — Gloria fugiē[n]do ſequi — Gloria q[uo]nam ſola q[uae]renda)

DOMINICA XVIII POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola B. Pauli Apoſtoli I. Corinth. I

XXVII. GRatias ago Deo meo ſemp pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia, ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirmatũ eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectãtibus reuelationē dñi noſtri Ieſu Chriſti, q & confirmabat vos vſque in finē ſine crimine in die aduentus dñi noſtri Ieſu Chriſti.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A SI Pauli animus ſcribentis, & populi ad quē ſcribit animus conditioneſq; conſiderentur, nihil erit mirum, ſi in eadem epiſtola Corinthios nunc laudat, nũc vituperat, nunc arguit, nunc obſecrat, omnia pertētans vt proſit, vt vincat, vt triumphet in Chriſto Ieſu. In ciuitate vnius populi, in plebis vniuerſitate poſſibile non eſt, quin offendas quod laude, quod item cõtra ſit reprehenſione dignũ. Quapropter in hac lectione pfectis q̃s laudat loquens, paulo poſt ad impfectos ſermonē cõuertit, illos quoq; in eadē epiſtola reprehenſurus. Hęc vt dixi, ad eiuſdem ciuitatis populũ ſcribit vnumquemq; ſibi manifeſtans, q̃ vel notatum ac rephenſum, aut laudatum & in bono confirmatum ſe ſentiat. Itaque hic dicit: Gratias ago Deo meo pro vobis, ſemp exhilaratus in gratia Dei, quæ data eſt vobis. Aut, gratias ago Deo meo pro vobis, p pter gratiam quæ data eſt vobis, non in Petro aut in Paulo, ſed in Chriſto Ieſu: ga in illo & per illum omnium bonorum donorumque ſpiritualium diuites facti eſtis. (Nihil enim deeſt timentibus eum) in omni verbo, hoc eſt, in dono omnium linguarum: quia & huiuſmodi qui hoc donum habebant, inter eos erant. Aut in omni verbo, hoc eſt, in omni eruditione & exhortatione verbi, quia ſcitis eum, qui ipſus eſt, erigere & ſtabilire verbo Dei, & in om

(Margin notes: Pſal. 33 — Eſaie 50)

in omni ſcientia intellectuq; ſcripturarum ſicut teſtimonium Chriſti, q̊ teſtatus eſt credentibus dona ſe vberiora daturꝫ poſt reſurrectionem & aſcenſionem ſuam, in vobis confirmatum & impletum eſt. Aut ita: Vos abundatis verbo & ſcientia, quo nõ ſolũ vobis nihil deſit in oĩ ſciẽtia, ſed etiam alios poſſitis fulcire confortareq; in fide: ita vt teſtimonium Chriſti, quod omni homini à vobis id poſcenti debetis reddere de fide & ſpe, quæ eſt vobis in Chriſto Ieſu, adeo in vobis confirmatum eſt, vt nihil vobis deſit in vlla gratia ad veſtrã ſalutem, aut ad aliorũ ædificationem vobis neceſſaria. Vobis, inquam, magno deſiderio expectantibus reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, in iudicio extremo futuram, vobisque ad eadem anhelantibus, ac digne paratis, quam impij timent, & hanc futuram (ſi fieri poſſet) nollent, qui ſua gratia interim confirmabit vos vſque ad vitę veſtræ finem, quo perſeueretis in virtutibus, ſine crimine vllo, aut lethali peccato: qui finis erit in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti, ſiue ad iudicium is ſit vniuerſale in fine mundi, ſiue ad iudicium cuiuis animæ ſingulare per mortem hinc egredientis, & quo ad animam ſuam iudicium recipientis.

1.Pet.3

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ XVIII. poſt dominicam S. Trinitatis. Matthæi XXII.

QVomodo Chriſtus nunq̃ deſtituit docere & benefacere quibuſcunq; potuit ſine acceptione perſonarũ, ita tam Saducæi q̃ phariſæi nunq̃ deſierunt Chriſtũ perſeq, tentare & calumniari. Omni enim tempore & odio perpetuo inſidiabantur ei. Nam antequam phariſæi illum accederent, narrat Euangeliſta, quod illum Saducæi fuerant adorti, putantes illum poſſe ſermonibus conſtringi ac concludi, ne quod reſpõderet, haberet. Proponebant enim mulierem quæ poſt primi mortem iuxta legem nupſit germano defuncti: quo pariter mortuo alteri nupſit fratri, & ita ſuccedentibus ſibi maritis, accidit vt ſeptem habuerit maritos fratres. Quibus omnibus defunctis, demigrauit hinc tandem & mulier. Interrogant igitur, quem ſit mulier illa poſt reſurrectionem habitura virum ex his, quos olim habuit. Aut ergo ſeptẽ fratres habitura eſt viros, arguunt, vbi reſurrectio corporum creditur, quod deforme eſt, aut nullum: per hoc probatum eſt volẽtes, nullam eſſe reſurrectionem. Quibus Chriſtus dominus reſpondit, dicens: Erratis neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei. In reſurrectione enim neque nubent neque nubentur: ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo, & reliqua quæ ſequuntur. Cæterum, vbi phariſæi cõſiderauerũt Saducæis impoſitum ſilentiũ, de quo vt de aduerſantium ſibi incommodo ſeu confutatione licet credantur delectati, in Chriſti tamen perſecutione fuere concordes. Quapter illis recedentibus, phariſæi conuenerunt inter ſe vt dominum accederent. Sic enim dicit Euangeliſta:

Matt.22

Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?

Multitudine quidem conuenerunt, per vnum tamen ſolum interrogant: q ſi Chriſtum vinceret, omnes viderentur victores. Si vero vinceretur, vel ſolus portaret ignominiam. Præter enim gloriam & opinionem hominum nihil quærere videbantur phariſæi aliud. Veruntamen q̃d hic legis doctor dicitur Chriſtũ tentaſſe, cui Chriſtus, ſecundum alium Euangeliſtam dixerit: Non longe es à regno Dei, mirum eſt, quomodo non longe fuerit à regno Dei, qui Chriſtum iniqua intentione tentauerit. Dicendum: Si idem eſt legis peritus, ſeu doctor, cuius apud alios quoque Euangeliſtas ſit mentio, tunc mala intentione ad Chriſtum tentandum acceſſit. At vbi Chriſtum audiuit reſpondentem, mutatus eſt, delectatusque in Chriſti reſponſione, laudauit dominum, quod optime reſponderit: Cui deinde quoque dominus dixit: Non longe es à regno Dei. Vnde cognoſcitur immutatus. Quemadmodum & hi qui miſſi fuerant à principibus ſacerdotum & ſenioribus Iudæorum, vt Ieſum captum ad ſe adducerent, audientes dñm populo loquentẽ mutati ſunt. Redeuntes

Chryſoſt. — Mar.12 — Lucæ 10 — Ioan. 7

que infecto negocio, cum quare Iesum nõ adduxissent, interrogati fuissent, responderunt: Nunquam sic locutus est homo vt loquitur iste. Posset tamen dici, quod vbi dicitur, tẽtans eum, non sit acceptum hoc verbum tentans in malam partem, sed tentare voluerit Iesum vt ignotum, & experiri, vere ne in illo esset perfectio tanta quãta dicebatur.

Ait illi Iesus: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum.

C

Interrogauerat legis doctor de primo & maximo mandato, quod illud esset tanquam primum, potissimum, maximeque necessarium. Et respondit dominus pręceptum hoc esse dilectionis. Erat enim varietas opinionum hac de re disceptantium, quibusdam hoc, aliis aliud supremum esse mandatum dicentibus. Ideo hic legis peritus, cum illius esset opinionis, puta, ꝓceptum charitatis esse primum atque præcipuum, volens experiri quid dominus q̊que sentiret, interrogauit. Responsum aũt accepit: Diliges inquit. Quare non dicit timebis? quia diligere magis perfectiusq; est quam timere. Illud enim filiorum est, hoc seruorum. Timor enim pœnã habet, quã charitas foras mittit: porro dilectio fiduciam præstat. Non ignoro tamen quendam esse timorem, qui coniunctus est charitati, qui vocari solet timor reuerentialis & sanctus, de quo scriptum est: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Hic nanque timor etiam in futura vita non peribit. Ad cuius similitudinem & modum timent filij ingrati inueniri aut esse parentibus, timent offendere, timent cõtristare. Timent autem non propter se, id est, ne sibi propterea male contingat, sed timent ꝓpter parentes, ne quod illos contristet, ne, quod illos molestum aut q̊d dedecet, faciant. Hic timor crescit cum charitate, tantum abest, vt minuatur expellaturve.

1. Ioan. 4
Timor sanct⁹ & filialis quis.
psal. 18

Diliges, inqt, dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, vt oẽs cogitationes tuas in Deum reflectas. Ex tota anima tua, vt oẽs affectiones tuas in Deum conuertas. Ex tota mente tua, id est, vt omnes sensus tui Deo vacent. Alius enim est amor cordis, alius animæ. Amor cordis quodammodo sensualis atque carnalis, quia sensibilis est. Amor animæ non sentitur, sed intelligitur, quia amor hic in iudicio animæ constituitur. Tantum enim diligit Deum, quanti æstimat illum. Qui credit apud Deum omne bonum esse, & extra Deum nihil boni, hic diligit Deũ ex tota anima. Tota vero mẽte diligit, cuius omnes sensus Deo vacant. Aut ita: Corde toto diligit Deum, qui diligit tota voluntate: tota diligit mente .i. intellectu. Diligit tota anima, qui memoria aliisque potentiis animæ diligit. Hoc est primum, præcipuum, & maximum mandatum. Maius est enim diligere Deũ, quã hominem, præsertim cum ille diligatur ꝓpter se: hic autem propter alium, hoc est, ꝓpter Deum.

Quõ diligendus sit De⁹ ex toto corde, ex tota aĩa & ex tota mente

Chrysost.

Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

D

Aduerte quod præceptum de diligẽdo proximo dicit simile præcepto de diligendo Deo. Simile, inquam, dicit, nõ par, quia minus est dignitate. Quadrifariã autem homo est proximus noster. Primo natura, quia eadem natura conditi sumus. Secundo origine, quia ex vno patre sumus ꝓgeniti. Tertio hæreditate: eadem enim hæreditas nobis omnibus promissa est, quotquot credimus in eum, & quotquot potestatem accepimus filios Dei fieri. Quarto quis proximus noster dicitur lege: eadem enim lex nobis præcipitur, eadem nos lex ligat omnes ad obediendum Deo. Hic proximus noster nusquam in scriptura nõ declaratur diligendus. Nulla enim scriptura necessitatem hanc nobis tacet. Nam in Leuitico scribitur quod hic, & in Luca q̊que habetur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et in Ioanne dicitur: Hoc est pręceptum meum vt diligatis inuicem. A deo autem vult proximum diligi à nobis Deus, vt se non æstimet amari, nisi diligatur & proximus. Vñ in epistola Ioannes, Si qs, inqt, dicit, diligo Deũ, & fratrẽ suũ odit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suũ quem videt, Deum quem non videt quõ potest diligere? Deinde ratio q̊q; nos cogit ad diligendũ. Aut ẽm ꝓximus noster est bonus, aut malus. Si bonus, hac ratione qa bonus est, diligẽdus venit. Est enim filius Dei, vt Ioannes testatur: Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij DEI nominemur & simus.

proximũ nostrũ esse hominem qdrifariã.

Ioan. 1

Scriptura vti tẽllet vbiq; proximũ esse diligendũ.
Leui. 19
Lucæ 10
Ioan. 15

1. Ioan. 4

Ratio vti cogat hominem ad diligendũ proximũ.
1. Ioan. 3

est

Est præterea Christo omni genere necessi tudinis cōiunctissimus. Quod ipse palam Christus fatetur, dicens: Quicunq; fecerit volūtatem patris mei qui in cœlis est, ipse frater, soror, & mater est. Itaque qui bonus est, & Dei filius est, Christiq; frater, soror, & mater, quomodo diligendus non est? Porro, si malus est, adhuc tamen diligendus est triplici respectu. Primo, propter Deum. Si enim diuitis filium diligis quando sanus est, quomodo non diligis quando infirmus est? Hoc modo tu Dei filium, Dei plasma, Christi fratrem, quem ignoras cuius sit apud Deum futurus meriti, dilige, & dum sanæ est mentis, & dum vesanæ est: non quia vesanæ est, sed quia Deus te & illum fecit. Quare tu etsi steteris etiam, non iudices, non contemnas cadentem, sed cō patiaris, sciens quod potens sit Deus erigere illum. Secundo, diligendus est propter seipsum. Maiori enim cōpassione prosequendus, & maiori est fouendus dilectione, dum infirmus ægrotat, quam quando exultat sanus. Tertio, propter teipsum. Plus enim lucraberis amando proximum te non diligentē, aut tibi contumeliosum, quam quando amas beneuolum. Inde enī Dei efficieris filius, Christo dicente: Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est.

Math. 12 · Mali esse diligendi triplici respectu · 1.Cor.10 · Math.5 Luc.6

E

In his duobus mādatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

Videtur vnum (dicit aliquis) dūtaxat esse præceptum, dicente Apostolo: Qui diligit proximum, legem impleuit. Dicendum: Ratio diligendi proximum est Deus, quem nemo non potest non diligere, quisquis illius intuitu hominem diligit. Plus enim semper diligimus eum, cuius nomine ac merito, aut ob cuius gratiā diligimus alium. Nam qui seruum diligit propter dominum, magis diligit dominum quam seruum, quem diligit tantum propter dominum. Inde tamen simul q̄q; intelligere nos necesse est, non oēm dilectionē legem implere. Nam si aliter, aut alio fine diligis proximum, q̄ propter Deū, iam nō legem implesti, nec p̄ceptum obseruasti charitatis. Naturalis enī amor, socialis, ciuilis, inhonestus, carnalisve nihil de charitatis implere potest præcepto. Quādo igitur proximū diligere iubemur sicut nosipsos, nō est intelligēdus ille amor, q̄ nos perperam, illiciteq; diligimus, vt eodem diligamus & proximum: sed sicut nosipsos in Deo diligimus & propter Deū, ita etiā eadem charitate p̄ximis optemus salutaria, quæ nobis optamus, aut optare debemus. Eadem illis faciamus, quæ iuste nobis optamus fieri. Diligere enim alium, est ei bene velle. Voluntas autem bona haudquaquam ociosa est. Quare si vera est, procedit in opus. Et quia charitas est, fit etiam vt dilectio proximi malum non operetur. Plenitudo itaq; legis dilectio est Dei & proximi. Siquidem omnium virtutum origo, regina, nutrix & finis est charitas, qua Deus amatur & proximus. Et quamuis duo sint præcepta charitatis: vna est tamen charitas, qua Deus, p̄ximusq; diligitur. Eo igitur amore q̄ Deum & quo nos secundū Deū diligimus, diligamus oportet proximum. Verbi gratia: Dicit Christus: Qui amat animā suam, id est, qui diligit & fouet vitam sensualem, perdet eam. Hoc modo male te amas, nec simili modo proximū te conuenit diligere. Scriptum item est: Qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitam æternam custodit eam. Hoc salubre est odiū charitatis & hoc odiū extendi se debet etiā ad proximum, vt scilicet illi negentur ea desideria, quæ sunt ei ad detrimentum animæ.

Præceptum dilectionis ... Roma.13 · Dilectio humana legem implere ... · Proximum diligere ... · gere, quo sit intelligendum. · Roma.13 Dilectio quō sit plenitudo legis. · Ioan.12 · Ibidem. · Odiū charitatis salubre ad proximū etiā extendendū esse

Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid videtur vobis de Christo, cuius filius est? Dicūt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est?

Psal.109 Lucæ 20

F

Quid sibi velit, q̄d dicit: Congregatis autem Pharisæis, fortasse miraris, cum sub initio Euangelij dicantur Pharisæi conuenisse. Dicendum, q̄d antequam dominus interrogaretur tentandus, conuenerant Pharisæi (sed hoc erat latenter tantum) vt tractarent inter se, qua illum arte tentarēt. Et quia putabant illum latere posse, quæ ipsi in silentio simul mussitabant, signum est, quod nihil prorsus de diuinitate eius credebant, sed ne suspicabantur quidem. Soluto igitur eorū cōcilio & cōuentione, paulatimq; illis separatis, alius post aliū accessit ad Christū, & interim legis doctor su

am fecit interrogationem. Omnibus itaq; congregatis ad Christum Pharisæis, qui tūc præsentes aderant, interrogat eos Christus, quoniam (vt dixi) de domino Iesu nihil augustius, quam de homine sentiebāt, cuius esset filius futurus Messias Christus. Cui dum faciliter ac vere (quo ad humanam naturam) responderent, Dauid hunc esse filium (neq; enim ignorabant Dauid esse promissum, vt de semine eius sederet super solium eius) iterum obijcit Christus, quomodo Dauidis Christus possit esse filius, quem in spiritu, seu spirituali ac pro-
Psal. 109 phetali intuitu Dauid cernens, ait: Dixit dominus domino meo, hoc est, dixit dn̄s pater domino meo Christo, sede à dextris meis. Quæ verba si de diuinitate intelligantur, sensus est: Esto mihi æqualis. Si de humanitate: Esto mihi vicinior in potioribus bonis meis præ omnibus creaturis & participibus tuis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū, hoc est, donec plene tibi om̄es subijciam inimicos tuos, qui te contempserunt: quod erit in die iudicij, vbi potestate & virtute plenus apparebit dominus Iesus iudicaturus omnes su-
Matth. 25 os inimicos cum diabolo ad ignem perpetuum. Itaq; concludens: Si, inquit, filius est Dauidis Christus, quomodo eum dominum vocat? Aut si eius est dominus, q̄mo vocari potest filius? Nemo enim in hominibus esse filium iudicat patre maiorem.

Nemo poterat ei respondere verbū, neq; ausus fuit quispiam ex illa hora eum amplius interrogare.

Nihil ad hanc quæstionem, quæ supra captum eorum erat, respondere poterant. Nam Christum credebant, expectabantq; hominem tantum. Quare quomodo Dauid suum illum vocaret dn̄m, non intelligebant. Nā si intellexissent, facilis fuisset illis respōsio. Dixissent eñ duas in Christo fuisse naturas, vnam personā. Fuit enim Christus Deus & homo, vnus Emanuel. Itaq; iuxta naturā humanā, quā ex Dauid suo habuit patre, filius erat Dauid. Iuxta vero naturam diuinam, qua patrem habuit Deū, dominus fuit Dauid. Cum itaq; non possent respondere (quod superbis solet mentibus euenire) ignominia ducūt se magna affectos, propterea quod indoctiores Christo non poterant respondere. Retrocedunt igitur, nec ausi sunt amplius eū interrogare, Potius Dei sapientiam agnouissent, Christoq; se humiliassent, petētes ab eodem se illuminari. Sed rarū est aliquid, vt superbi & magni in oculis suis illuminentur. Propterea Christus cōfitetur patri suo quod cœlestis vitæ mysteria, Ecclesiæq; ac fidei arcana absconderit quidem à sapientibus & prudentibus huius seculi: reuelauerit autem ea paruulis, id est, humilibus.

Christus quō filius & dominus sit Dauidis.

Matth. 11. Luc. 10.

G

Sapien.

Ad vos igitur pertinet filij charissimi, sentire de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærere illum. Quapropter subijcite intellectum vestrū in obsequium Christi, atq; captiuum tenere intellectum vestrum, ne aliter sapiatis, quam vniuersa Ecclesia catholica sapit. Si quid vestrum exuperat intellectum, vt capere nesciatis, quid credendum, quidve sit tenendum, fidem vestram communi vniq; fidei societis Ecclesiæ. Atq; cōstanter quod Ecclesia credit, credere vos astruite. Nolite discutere, aut inuestigare velle, vt ea, quæ sunt fidei, intelligatis. Sed potius dicite: Quicqd Ecclesia credit, credo ego q̄q; & palam & tacite. Non tamen quæro rationē vt credā, quia satis est mihi annūciatio per Christum, cuius ob honorem, ob reuerentiam, & autoritatem credo, quicqd credi debet. Hoc modo omnes scrupulos & quæstiones curiosas abigite. Dn̄s autem noster Iesus Christus vos illuminet & dirigat ad salutaria, qui est in secula benedictus, Amen.

Intellectū suum captiuū tenere debet homo.

Quæstiones curiosæ quā abigēdæ sint.

SERMO IN EADEM DOminica. De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo ordineq; diligendi.

H

Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo. *Matth. XXII.* Cum Ioānes dicat apostolus: Qui nō diligit, manet in morte, quam necessaria sit charitas, inde liquet, quod vitā non habemus spiritus, vitamq; gratię, nisi diligamus Deū. Mortui, inquā, sumus in anima, quamprimū Deū nō diligimus. Circa hāc dilectionē & diligendi modū multa hic dicēda sunt. Primo nanq; consideranda veniūt, quę sint, q̄ teneamur diligere, & quo ordine. Itaq; primum, præcipuum & maximum, quod diligendū est, est Deus, qui hic iubetur diligi ex toto corde & super omnia. Tūc autem diligis eum ex toto corde, quādo om̄es motus animæ tuæ ad Deum refers, continesq; cor tuum, ne ad vllam creaturam inclinatū sit contra Deum

1. Ioan. 3

Diligere quæ teneamur, & quo ordine.

Quādo quis diligat Deum ex toto corde.

Deum. Sunt autem quatuor affectiones cordis, quas in Deum esse oportet conuersas, sicut timor, amor, spes, & gaudium. Vis scire quomodo eas ad Deum cōuerti oporteat? Primo, vt nihil timeas, nisi Deum. Nolite, inquit, timere eos, qui occidūt corpus: sed eum timete, qui potestatem habet mittere corpus & animam in gehēnam ignis. (Matth.10) Nam qui corpus occidunt, cum iam expleuerint quod volunt, quid amplius facient? Nihil possunt vltra, quam quod hominem alioqui moriturum ex hac miseria, & ex ærumnis eripiunt multis. Vitam nobis auferre possunt temporalem, quam nihilominus, vt debemus, Deo sumus resignaturi. Sed nunquid propterea eos, qui potentatum habent in terris, timebimus, vt propter ipsos quid illiciti & minimum contra Deum faciamus? Nequaquam, sed magis quam hominem timeamus offendere Deum. Quem ne offendamus, non timeamus quemcunq; offendere hominem. Deo eñ magis oportet obedire, quam cuiuis homini. (Act.5) Occidat, qui vult occidere, spoliet bonis, qui vult spoliare, modo Deo nos non spoliet: & tunc semper triumphabimus diuites. Melius est enim (vt Augustinus ait) Deo dilecto emori, q̃ offenso viuere. (August.) Secundo, vt nihil diligas, quam Deū, aut propter Deum. Quicquid amabile nō est propter Deum, cuiusmodi est peccatum, hoc noli amare. Quicquid vero amabile, aut tolerabile est, aut amari licet, non debet aliter amari, quam in Deo, aut propter Deū. Tertio, spes tua reducenda est in Deum, vt nulla super te veniat tāta calamitas, nulla tentatio, quæ spem & confidentiam tuam extinguat in Deū. Sed dic cum Iob: Etiā si occiderit me, sperabo in eū. (Iob 13) Quarto, gaudium tuum in solo Deo sit. De nulla igitur re alia post Deum gaudeas, nisi quæ te viciniorem facit Deo, aut quæ coniungit te Deo. De illo enim, vnde non places, sed displices Deo, non est gaudēdum.

I Secundum quod tenemur diligere, est anima. Animam tuā diligere debes, & animam proximi tui, tanquam Dei imaginem. Imago nanque alicuius rei diligitur propter hoc, cuius est imago. Ita hoc modo anima propter Deum est diligenda, tanquam Dei imago, & sicut thesaurus preciosus, pro quo Christus omnia dedit sua, vt illum compararet. Quomodo enim Deus omnem excellit creaturam, sic anima oēm corpoream dignitate superat creaturam. (Animæ dignitas & excellētia quanta.) Imo totus mundus vnius animę precio non potest æquari. Neq; enim pro vniuerso dedisset mundo Christus, quod pro anima dedit. Hæc itaq; diligenda abs te est, ne ipsam inquines, neve sordibus polluas peccatorum. Si enim peccatis animam polluis, haudquaq̃ diligis animam tuam. Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suā. (Psalm.10) Magis autem consentire te decet, vt omnia bona corporalia pereant, quam vt tua vel cuiuspiam alterius anima pereat. Imo, vbi animam vel tuam, vel alienam à peccato seruare aliter non possis, potius corporis est amittenda vita, quam anima. Qui enim aliter impleremus Dei mandatum, nisi vt vitam pro fratribus ponamus? (1.Ioan.3) Non iuberis vitam tuam corporalem pro alterius vita corporali ponere, sed iuberis pro anima fratris conseruanda, aut eruenda à morte, corporalem vitam (si aliter illi subueniri non potest) in mortem tradere.

Tertio loco tenemur corpora nostra diligere, ne eadē destruamus. (Corp' suum qua ratione teneatur homo diligere.) Tenemur ea in sanitate & integritate, quo ad Dei maneant seruitium idonea, fouere & conseruare. Itaque si deuotionem sentis spiritus ac feruorem, ita illum exerce, ita tempera, ita rege, ne destruas, sed regas, humiliesq; corpus tuum: q̃ destructo necesse fieret etiam, vt deuotio periret. Bonum itaq; corporis, hoc est, vita corporalis, anteferenda est rebus caducis & externis. Quarto loco tē poralia, vt vilissima bona, sunt diligenda, (Bona temporalia q̃tenus diligenda.) tanquam adminicula, sine quibus non viuitur, nec Deo potest seruiri. Possunt igitur eatenus diligi, quatenus ad amorem conducunt Dei.

K Secundo sciendum est, quando dicitur, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, hoc præceptū non perfecte posse impleri in hac vita, nisi dicatur perfectum, quando tantum ibi est de perfectione, quantum potest obtineri. Non enim potest obtineri tanta perfectio in hac vita, vt, iuxta quod verba sonant, dilectionis præceptū in hac vita possit impleri. (Dilectiōis præceptū verum in hac vita possit impleri.) Quocirca hoc, quod in infimo gradu est perfectionis, videtur satisfacere precepto. Verbi gratia, vt hic in charitatis præcepto dicamus præuaricationē te euitare, si nihil sit in corde tuo, quod contra vt supra dilectionem sit Dei. In hac nanq; vita ex parte cognoscimus, & ex parte etiā diligimus. (1.Cor.13) Propterea non minor in nobis esse

esse debet charitas, quam vt Deum diligamus super omnia, hoc est, nihil Deo æqualiter, nihil supra Deum, nihil cōtra Deum
Bernard' diligamus. Dicit enim Bernardus: Ego sane puto non ante perfecte impletum, vt diligas dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quousq; iam cor non cogatur cogitare de corpore, & anima iam desistat curę corporis intēdere, in administrando vires, potentias, motus & actus. Nec pręceptum hoc, vt dictum est, constituit nos transgressores. Nam quod minus habet ipfectio conuersationis nostræ, supplet humilitas confessionis. Magis enim vult Deus sibi à nobis exhiberi humilem defectiōem, quā superbam completionem. Propterea enim
Psal. 118 mādauit mādata sua custodiri nimis, vt vidētes imperfectionem nostram in implendo hoc mandatum, id est, cum id, quod debemus, nō valeamus implere, fugiamus ad
Psalm. 62 eius misericordiā, dicentes: Qm̄ melior est misericordia tua super vitas. Potest tamē nihilominus dici, q̄d insufficiēs, imperfectaq; expletio, huius p̄cepti transgressionem non constituit, sed contemptus. Quāuis enim arduum, imo impossibile sit hoc pręceptum in hac vita impleri, aut ad illius perfectionē attingi, transgressionis tñ culpam euadimus, si vel infimum gradum attigerimus charitatis. Sic enim dicit Psalmi
Psalm. 138 sta: Imperfectum meū viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Ac si diceret: Imperfectionē meam, qua nō impleo charitatem, in illa, vt deberem plenitudine ac perfectione, viderūt oculi tui: nō tamen mihi desperandū est, qm̄ quisquis habuerit charitatē, licet nō in plenitudine qua deceret habeat, nihilo secius tamen in libro tuo, hoc est, in libro vitæ omnes scribētur, qui vel infimum habent gradum. Est itaq; impletio huius præcepti in hac vltima, sublimiq; perfectione ad salutem nō prorsus necessaria. Alioqui nemo maneret in statu salutis, quia nemo huius perfectionem in
1. Ioan. 3 hac vita implebit.

L. Deum an quis diligat, vnde scire possit.

Diligamus igitur filij Deum, non verbo tantū aut lingua, sed opere & veritate. Vultis nosse an diligatis Deum? Interrogate corda vestra, interrogate linguam vestram, interrogate sensus, actus & corpora vestra, vere ne diligatis Deum. Videte, si in omnibus quęritis Deum, si cuncta referatis ad illius gloriam, ne de
Tit. 1 illorum sitis numero, de quibus dicit Apostolus: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et iterum alibi in epistola Ioannis: Qui confitetur se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et Christus dicit in Euāgelio: Vos amici mei Ioan. 15 estis. Quando? Si feceritis, inquit, ea quæ præcipio vobis. Qui itaq; esse vult Euangelicus, in hoc sit Euangelicus, vt Dei Euangeliiq; præcepta perficiat. Porro si in vita tua caro tantum viuit, & carni tantum seruitur, quid prodest tibi nomen Euangelicum, cum sis carnalis totus? Quomodo ergo Christus dicit: Qui habet mādata mea, Ioan. 14 & seruat ea, ille est qui diligit me, si tu sine mandatorum impletione Deum diligis? Quæ, inquis, sunt mandata? Quæ hodie de dilectione Dei & proximi recensentur. Præcepta enim Dei sunt ea, quę ad Dei pertinent cultum, Exod. 34 in prima tabula Mosi scripta, de vno adorando, colendoque Deo, de nomine eius in vanum non assumendo, de sabbatoque sanctificando. Reliqua quæ in secunda tabula scripta erant digito Dei, erant quæ ad iustitiam & dilectionem proximi pertinent. Roma. 13 Galat. 5 Quæ omnia (vt Apostolus ait) in vno verbo instaurantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui enim proximum diligit, nō occidit illum, non furatur, non cum illius vxore adulteratur, non illius rem concupiscit, & alia scelera, nefariaque, quæ charitas non tolerat, & lex vetat, non admittit.

Ad amorē Dei inducētia quę.

Tertio, non est tacendum nonnulla esse, quæ considerata ad Dei inducere possunt dilectionem. Est enim iustum pariter ac dignum diligi à nobis Deum. Primo, quia Deus ipse bonus est. Bonum autem solum est amabile & acceptum voluntati. Vnde quicquid optat voluntas, non aliter illud appetit, optat, aut vult, quam sub ratione boni. Deus igitur quum sit summe bonus, summe est amabilis & immenso diligendus Marci 10 amore. Proinde Christus: Nemo, inquit, bonus, nisi solus Deus. Secundo, hoc iustissimum est, quia prior dilexit nos. 1. Ioan. 4 Quod Ioannes testatur in epistola, dicēs: Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam prior ipse dilexit nos. Et Hieremias: Hiere. 31 In charitate perpetua dilexi te. Adeo te dilexit, vt dilecta omnia relinqueret, & sua omnia in tuos vsus effunderet. Hiere. 12 De quo iterum Hieremias: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, id est, angelos cœlestes hęredes cœli. Et dedi dilectam animam meam in manus

nus inimicorum. Vide iam si diligis amicum qui pro te emisit lachrymas, quātum debes diligere Deum qui pro te effudit sanguinem? Si diligis qui rem aliquam vilem pro te exponeret, quanto magis is tibi est diligēdus, qui pro te dedit in mortem animam suam? Quod pensans diuus Bernardus, dicit: O quam vehemēter amplexatus est me in cruce, in qua effluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit anima ex corpore. Quarto, si quæras quanta esse debeat charitas tua ad Deum, dicendum ex Bernardo: Modum ponere charitatis, est ponere modum sine modo. Primo nanq; cum sit Deus infinitus & immensus, ideo infinito est amore diligēdus. Propterea enim nullus amori est præfixus terminus, finis aut mensura. Quamuis autem nulla creatura ad infinitū se possit extendere, cum sit omnis actio creaturę finita & limitata: voluntas tamen, desiderium & affectus in creatura ad infinitum se potest extendere. Secundo, cū infinito nos Deus ipse quoque dilexerit amore, ideo absque mensura, & sine fine est diligendus. Tertio, quia infinita nobis bona tribuit: ideo infinitos ei tenemur offerre affectus charitatis. Ideo sanctus Thomas: Causa, inquit, diligendi Deum est diuina bonitas, quæ est infinita. Non est modus in charitate vltra quem non oporteat progredi. Et Hugo: Quantum potes, tantum dilige. Mēsura tua sit potestas tua. Quarto, quia infinita nobis ex Deo vtilitas accidit. Quam magna, inquit Psalmista, multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscōdisti timentibus te. Si timentibus te, inquit Augustinus, quid tunc diligentibus te? Seruorum enim est timere, filiorum vero diligere. Quinto, pensandum est, quam multiplici differant modo amor carnalis & amor diuinus, licet in multis etiam assimilentur. Primus modus, quo amor carnalis à spirituali differt, est, quod qui diligit Deum, semper habet præsentem quem diligit. De quo non incongrue dicit Psalmista: Si ascendero in cœlum, tu illic es, & si descendero in infernum, ades. Porro, amor carnalis minime habet quem diligit. Exerit enim se amor ille sæpenumero inutiliter ad ignorantes, ad eos qui redamare spernunt, & ad absentes. Secundus est modus, quod amor carnalis nō diligit confidenter. Qui enim alium diligit carnaliter, nescit an redametur. Multos enim (vt dixi) diligimus, qui nos e regione non redamant. Multos diligimus non amantes. Verum de Deo hoc aliter est. Iesum enim cum diligimus, non possumus ambigere, quin rursus nos q̄q; diligat ipse. Dicit nanque in scriptura: Ego diligentes me diligo. Prou.8

Tertio, amor carnalis diligit nesciētes. Hoc enim amore diligimus eos quoq; qui non sunt, aut quos nunquam vidimus, ex fauore alicuius virtutis, vel gratulatiōe alicuius nobiscum similitudinis. Verbi gratia: Pugnax diligit pugnantem, iracundus iracundum, & in narrationibus quas audimus aut legimus, vbi sui quis audierit similem, mox natura irridente, illi plus, dum huius adhuc rationem ignorat, sæpe numero afficitur. Itaq; diligitur sæpe quis ignorās se amari. Verum de Deo secus est. Nemo illum diligere potest ignorantem. Omnes enim in homine animi motus intentionemq; considerat. Minime igitur latenter potest amari. Quarto, in amore carnali contingit sæpe falli, vt putes te ad gratiam dilecti facere, gratiamque illius te propterea mereri, vbi contra impetras offensionem & indignationem. Fauente nanque licet animo tu feceris quid in gratiam amici: ipse tamen, quia cor tuum non videt, multifariam aliter hoc accipere, aliter interpretari, aliterque iudicare potest. Hoc non habet Dei amor. Quicquid enim simplici & recto corde feceris, non reijcit, quia diligit simplicitatem & intentionem considerat synceritatis. Quare nō potest ei non placere, quicquid simplici illi corde obtuleris. Quinto, amor carnalis odit corriualem: solus enim vult amare & amari. Idcirco inuidet alijs simul amantibus. Sed aliter est in amore Dei. Quisquis enim Deum diligit, ille non solus cupit amare, sed quoscunq; potest vt Deum diligant, hortatur, suadet, inducit atq; inuitat. Delectatur ac gaudet, quod secum multi ament Deū. Scit enī nihil sibi perire, nec minus à Deo propterea se amari. Sexto, amor carnalis non potest sustinere præter se quempiam plus amari. At vero Dei amor, quāuis Deum super omnia amet, potest tamen bene sustinere alium sibi in donis, beneficijs atque in ipso amore præferri. Potest inquam, sustinere, vt Deus alium plus quam se diligat. Scit enim Deum esse iustū, & aliter nō posse quam iuste agere, nulliq; iniuriam Psalm.16

tiã fieri, vbi omnes male operantes, & non nisi filij damnationis viuimus, & per misericordiam Dei solam sustinemur. Septimo, carnalis amor non sustinet se contemni, aut post haberi, aut sibi alios præferri. At amor Dei, quia nihil quęrit nisi Deum, cuius attendens excellentiam, suamq; vilitatem, non miratur, nec ægre fert, si præferantur sibi alij. Satis illi est, imo in hoc consolatur se, quod Dei numeratur, locaturq; inter amicos, quamuis vilior alijs, aut inter viliores vilissimus. Octauo, differt amor Dei ab amore humano, qa amor Dei, hoc est, qui Deum amat, certus est se amari, nec Dei dilecti perdere posse amicitiã, nisi suo ipsius vitio. Nunquam enim Deus deserit amãtem nisi desertus. Nunquam prior ab amico recedit, sed expellitur & abijcitur cõtemptus. Verum amor carnalis, seu humanus prorsus alio se habet modo. Nam iuxta arbitrium suum vel diligit, vel nõ diligit se amãtem: nec qui dilectus est, amanti se respõdet semper amore. Quapropter nulla amicitia melior, nulla suauior, nulla fidelior, nulla constantior, nulla securior, nulla denique felicior, quam ea quæ est in Deo. Hanc igitur solam quærite filij, hanc amate. Felices, qui in Dei estis amicitiã, qui in eius gratia viuitis. Omnem creaturã potius deserite & contemnite, quam vt Christo displiceatis aut Christum non diligatis. Illum rebus cũctis anteferte. Eius amicitiam quamdiu tenetis, nec diabolus nec homo, nec quid vniuersus aduersum vos valebit mundus. Hoc vobis charissimi largiatur dominus noster Iesus Christus, qui se diligi iubet, vt nostri iuste misereatur, nobisque iuste benefaciat. Qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Amicitia omniũ felicissima quærẽda quæ sit.

DOMINICA DECIMANONA POST DOminicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios quarto.

XXVIII Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Psalm. 4

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Qvomodo nusquam non alibi, ita hic quoq; Ephesios admonet Paulus de exuendo homine vetere, & induẽdo nouo. Dicit igitur: Renouamini spiritu mentis vestræ, hoc est, ad priorem nouitatem, quam Adam pater vester olim habuit antequam peccauit, quando ad imaginem sui creatoris fuit creatus, redite: quam nouitatẽ mentis per peccatum amissam, in seipso Christus nobis reduxit. Renouari itaque spiritu mentis, est induere (vt alibi idem Apostolus monet) dominũ Iesum Christum, id est, eius assumere similitudinem & viuendi formam. Propterea sequitur: Et induite nouum hominem, cuius formam & imaginem in se vobis expressit Christus. Huius conuersationis conformitate vos perinde ac indumento contegite, quo nihil Christo dissimile, aut contrarium in moribus vestris appareat. Itaque hunc nouum hominem Christũ induite, qui secundum Deum, id est, sola virtute Dei, & potentia spiritus sancti creatus est, in iustitia vera, veraque sanctitate, absq; vlla peccati contagione. Eam ob rem vt illum induere, ad eius similitudinem viuere, ipsiusq; vitam in vobis exprimere possitis, hoc agite, vt deponentes omne mẽdacium, id est, desistentes mentiri, loquimini vnusquisq; veritatẽ cum

Gene. 1

Roma. 13

Renouari spũ mẽtis quid sit.

cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra, quorum alterum fallere nō decet alterum. Quod si vetustatis & de pristinis moribus quippiam in vobis deprehenderitis, irascimini vobisipsis. Agite pœnitentiam, & nolite deinceps peccare. Aut ita: Irascimini quidē motu iræ naturali, ac subito rationem præueniente (hoc enim permitto, quia ab huiusmodi ira non estis liberi) sed tamen nolite eousq; consentire huic passioni, nolite huic vitio tantum locum dare, vt propterea quicquā agatis, velitis, aut loquamini, quo peccetis. Sol non occidat super iracundiam vestram. Tantisper nolite iram seruare, vt in crastinum vobiscum perseueret, sed ante vesperum, ante solis occasum iram abijcite, hoc est, quā tocyus, vbi iræ in vobis senseritis commotionem, ad tranquillitatem, animique serenitatem redite. Aut ita: Sol iustitiæ Christus dominus non occidat, ac subtrahatur vobis per iracundiam vestram. Non adeo iram sinatis vobis dominari, vt lumen diuinæ gratiæ, aut intelligentię sol vobis obtenebrescat. Et quia iramalum cogitat, & q̄ modo perficiat, meditatur, vos nolite locū dare diabolo, qui per huiusmodi ostium in vos nititur intrare. Sinitis autem intrare, si eius consenseritis suggestionibus, aut si ad iniquitates pristinas redieritis. Idcirco qui furabatur, aut aliud quid peccati huiusmodi exercere solebat, iam nō furetur, Nec aliena tollat: quin potius ipse quoq; laboret manibus suis, operans quod licitum ac bonum sit opus, vnde non solum se honeste nutriat, sed habeat etiam vnde tribuat egeno, aut necessitatem patiēti. Est enim elemosyna, non de male acquisitis, non de alienis, sed de iuste acquisitis danda. Ideo hic dicit: Operetur quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. *Eleemosyna vnde facienda sit*

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicę XIX. post dominicam S. Trinitatis, Matthæi nono.

B *Matth. 8*

ANte hoc Euāngeliū præsentis huius dominicę scribit Matthęus, quomodo cū discipulis ascēderit Iesus in nauiculā, & de Galilęa se contulerit in regionē Gerazenorū, in nauiq; adhuc constitutus dormierit: orta vero tempestate à discipulis excitatus surrexerit, vētis impauerit, factaq; sit tranquillitas magna. De illa profectione habuimus Euangeliū post octauas Epiphaniæ. Itaq; cum esset in terra Gerazenorum, occurrerunt ei duo viri habentes dæmonia sæui & crudeles, habitātesq; in monumentis, hominibusq; infesti, adeo vt eadem via homines metuerent transire. Veruntamen occurrentibus illis, Iesus eiecit dæmonia ab eis. Porro dæmonibus petentibus, vt gregem intrarent porcorum, q̊ fieret miraculū euidentius, concessit: totusq; ilico grex porcorum pręceps in mare currens, submersus est. Quamobrem cum hęc oppidani ciuitatis illius didicissent, ad vnū fere omnes egressi, rogauerūt Iesum ex humilitate, quod creditur, à finibus suis vt recederet. Aestimabant enim indignos se tāta sanctitate. Potuit tamē nihilominus fieri, vt maluerint Iesu potentia carere, q̄ stare sub periculo amissionis tēporalium rerum per eius præsentiam. Huiusmodi enim timorem colligebāt ex miraculo gregis porcorum in mare mersorum. Hoc modo hodie sunt multi, qui à se remittere malunt, atque præsentia Iesu carere, quam suos porcellos, id est, illicitos quæstus relinquere. Itaq;, inde descendens Iesvs, redire statuit in Galilæam. Et hinc sequitur Euangeliū hodiernum.

Ascendens Iesus in nauiculā, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Rediens dominus ex regione Gerazenorum per fretum seu mare Galilææ, nauicula transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Si ciuitatem Christi Nazareth quis velit hic nominari, dicere posset primo quidē diuertisse Iesum in ciuitatem Nazareth, quæ ciuitas Christi dici poterat, quia erat ibi cōceptus & educatus, postea vero se cōtulisse in Capharnaū, vbi miraculū q̄d sequitur, fecerit. Nihil em̄ scribit hic Euāgelista, nisi q̄d in ciuitatē suā venerit, & deinde miraculū in paralytico fecerit: q̄d tamen non e vestigio, sed inde abiens in Capharnaum facere potuit. Probabilius tñ videtur esse, q̄d communiter sentiunt doctores, vt Capharnaū hic dicat ciuitas (vt textus habet) sua, hoc est, Christi: non aliam ob causam, nisi quod frequēs ibi morabatur, multisq; signis & miraculis illam nobilitauerit.

Nazareth cur ciuitas Christi vocet.

Lucæ 1 Lucæ 2

Capharnaum cur dicatur ciuitas Christi.

Et ecce offerebāt ei paralyticum ia centem in lecto.

C Audito reditu Iesu, paralyticū quendam Capharnaitæ ad eundem curabāt introferre, quem credebāt à dño pijssimo sanandum. Erant aūt viri quatuor portātes eum in grabato, siue in gestatorio lecto, vt pauperibus sterni solet. Cum vero ad domum venirent, vbi prædicabat Iesus, nimiam inuenerūt populi multitudinem, adeo vt præ turba non potuerint Iesum accedere. Confortati igitur & excitati fide, ascenderunt super domum, & fracto tecto, seu aperto, submiserunt paralyticum funibus de alto ante pedes Iesu. Nihil enim dubitabant infirmitatem supplicaturam pro misero. Nouerant quoque dominum miseri cordissimum, & ad huiusmodi beneficia pronum.

Marci 2

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Aduerte quia dominus Iesus dicitur vidisse, hoc est, attendisse fidem offerentium: vt intelligas non parum prodesse fidē alienam, maxime autem, vbi quis vel per ætatem vel insaniam, aut infirmitatem sui parum compos est, vt queat habere fidem. Adeo autem huic profuit fides aliena, vt ab infirmitate per illam curaretur: quamuis verisimile sit infirmum quoq; habuisse fidem ad Christum. Quomodo enim alioqui se permisisset per tectū submitti, nisi auidus sanitatis sperasset hanc se assecuturū à Christo? Hoc modo infantibus & fatuis natis prodest fides parentū, siue offerentium ad baptismum, in quorū fide paruuli baptizantur, mundātur, filijq; Dei ac cœlestis regni efficiuntur hæredes. Cōfide, inquit, fili. Obserua misericordissimum dominum, vt miserum hūc hominem, quem pharisæi dedignarentur aspicere, filium vocat, ipsum erigens, ad cōfidentiam erga se, & dicens: Confide fili, nam recipies sanitatem, cui maiora quoq;, quā est sanitas corporis, conferentur. Remittūtur enim tibi pctā, quo sanitatem cōsequaris etiam animæ. Hæc autem verba dicens dominus Iesus creditur displicētiam, contritionemq; peccatorum (sine qua adultis nō remittuntur peccata) infudisse paralytico. Nemini tamen hic videatur mirum, quod homini paralytico & quærenti sanitatem pctā primum remiserit, quam ab ægritudine liberauerit corporis. Voluit enim nos docere pctā nostra haud raro multorum malorum, puta aduersitatū, infirmitatumq; nobis esse occasionem & causam. Antequam igitur plenam illi cōtulit sanitatem corporis, & ꝓpulsata manifesta infirmitate, prærogauit illi animæ (quæ potior erat) sanitatem, instar medici boni, q̃ primo data purgatione vitiosorum humorum, sanitatem paulo post introducit.

Fides aliena quē ꝓsit infantibus ad salutem.

Pctā multorum malorum esse sæpe occasionem.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.

D Audierunt scribæ & pharisæi Christū dixisse: Remittuntur tibi pctā tua. Quę verba, tametsi alius quispiam dixisset homini, potuissent in meliorem partem interpretari, vt sensus esset: Remittuntur tibi peccata tua, scilicet à Deo. Verū nihil moderatum de Christo sentire poterant scribæ & pharisæi, sed oīa ad calumnias verba eius trahebant. Mox eñ inuidia stimulante Christum insimulabant præsumptionis, arrogantiæq;, qui sibi cum purus ac solus esset homo, diuinitatem asscriberet remittendo peccata, quod esset blasphemia. Quis eñ peccata potest, inquiunt, dimittere, nisi solus Deus? Credatis igitur scribæ Christū Deū, & non erit ambiguitas aut murmur.

Marci 2

Sciendum hic, blasphemiam committi posse triformiter. Aut Deo attribuendo quod Deo non conuenit, vt est peccare, ignorare, errare, impotentem esse, &c. Aut ab eo remouendo, siue in eo negando, q̃d ei competit: vt negando eum summe bonum, omnipotentem, &c. Aut creaturæ asscribendo, quod solius est Dei. Et hoc tertio modo putabāt scribæ & pharisæi Christum blasphemare. Credebant enim eū solum hominem, qui quod Dei est propriū, sibi arrogaret. Legerant enim de Deo scriptum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Verum duplici argumento probare se voluit dominus Iesus non blasphemare. Primo enim ostendit sibi in hoc vt sequitur, inesse diuinitatem, quia notas sibi esse mōstrabat aliorum cogitationes, quod nihilo secius solius erat Dei. Quis enim nouit quid in corde agatur hominis, nisi solus Deus? Deinde quod recte dimiserit homini peccata, per sequens probat miraculum, quo eum ab infirmitate liberat, sanitatiq; restituit.

Blasphemia cōmitti triformiter.

Esaiæ 43

Argumento duplici ꝓbat Christus se nō blasphemare.

Et cum

Et cũ vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere? Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula?

Non credebant scribæ & pharisęi dominum Iesũm aliud quam purum esse hominem. Idcirco scandalizabantur sæpius in Christi sermone & eius operibus. Veruntamen scandalum hoc sibiipsi sumebant. Fecerat enim dominus Iesus, & ostenderat illis tot signa & virtutes, vt merito non possent dubitare, sed asserere etiam cogerẽtur, nisi inuidia illos excæcasset, non humana, sed diuina virtute illa fuisse patrata. Itaque Christus eorum cogitationes detegẽs, dicit: Vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? Quasi diceret: Me dicitis blasphemãtem, qui dico paralytico: Remittuntur tibi peccata tua, cum solus peccata remittat Deus. Si non creditis me potestatem habere dimittendi peccata, dicite mihi, qua potestate ego cogitatiões cordium vestrorum cognosco secretas, cum æque Dei sit solius peccata dimittere, & cordis intueri secreta? Quid est facilius, id est, minoris potestatis, dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Aeque virtutis sane est vtrunq;. Vtrunq; enim diuinam exigit virtutem atq; potentiam infinitam, nisi quod in hoc differentia est. Nam in corporali miraculo aduertere potestis eius potestatem, per remissionem autem peccatorũ, cuiusmodi, & an sequatur effectus, aut virtus, ignoratis. (1. Reg. 16)

Vt autẽ sciatis, quoniam filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, tũc ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domũ tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. B

Vt vobis certum sit licere filio hominis, hoc est, filio virginis (nullum enim habuit patrem in terris filius Dei) absq; blasphemia dimittere peccata, videbitis quod facturus sim miraculum, quo cognoscatis non humana virtute, sed diuinitate me niti. Mandat itaq; paralytico, dicens: Surge, tolle lectum tuum. Quare tolli lectum iubet: Ne phantasticum putetur miraculum: & vt lectum tollere possit atq; portare, qa à quatuor viris huc fuerat portatus. Probat autem bifariam hoc miraculo se esse Deum. Primo, quia propria virtute illũ infirmũ curat, quod solius Dei est. Secundo, quia infirmum hunc sanauit in testimonium diuinitatis suæ, quo murmurantes cõuinceret, non falso sibi diuinitatem arrogasse, sed verum se dicere, nec blasphemare, si dicat se Deum, aut si etiam peccata dimittat. Hoc nanq; miraculum non potuit esse, nisi à Deo, cum per naturam hæc infirmitas hoc modo, id est, tam subito & nullo adhibito medicamine, prorsus sit incurabilis. Et cum ipsum miraculum fieret in testimonium diuinitatis Christi, quo probaret se vere esse Deum, veraq; esse quę prędicabat, ideo non potuit non verum testari. Alioqui Deus, q in huius rei testimonium & confirmationem verborum & operum Christi hoc fecit miraculum, astruxisset (quod impossibile erat) mẽdacium, aut mentienti suffragium præstitisset. (Deū se esse probat Christus bifariam.)

Videntes autem turbæ timuerũt & glorifiuauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Turbæ timebant videntes Iesum peccata dimittere, vidẽtes eum secreta cordium manifestare, & in horum testimonium cõfirmationemq; videntes eum non orãdo, sed imperando morbos incurabiles fugare. Fuit aũt hic timor reuerentiæ. Siquidem hinc mirabilem Christi perpenderũt sanctitatem, dignitatemq;. Et quãuis nondum crederent ipsum Deum, crediderunt tamen illũ sanctissimũ virum diuina virtute plenum, quõ Nicodemus de illo sensit, dicens: Scimus quoniam à Deo venisti magister, scilicet nobis missus. Nemo eñ potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo. Fatebatur Deũ per illum operari, non fatebatur eum esse Deum. Sic turbæ præ illius reuerentia & admiratione timebant, & glorificabant Deum, gratias & laudes illi offerentes, quod tantam potestatem, vt hæc tria, quæ paulo ante dixi, Christus potuisset, dedit hominibus, id ē, Christo, quem hominẽ tantum putabãt. Ex consideratione itaq; sanctitatis Christi, ex cõsideratione magnitudinis eius resiliebant in consideratiõnẽ quoq; suæ paruitatis, vilitatis & iniquitatis: quare etiam diuinæ iustitię contra se rigorem non immerito formidabant. Et de hoc hactenus. (Timor reuerẽtię erga Chrm.) (Ioan. 3)

Cæterũ, qd in Euangelio hoc & miraculo ante pctã dimiserit infirmo, quam illi corporis restituerit incolumitatem, nõ oci- F (Pctã cur dimiserit Christus)

infirmo anteq̃ sani tatem restituerit. osum est. Haud dubium nanq; si nõ aliud
vel hoc significatur nobis, multa, quemad
modum Psalmista ait, flagella esse pctõris,
Psalm. 31 & misericordissimum patrem se exhibere
Deum, quando hic flagellat. Siquidẽ, ego,
Tob. 13 inquit, quos amo, arguo & castigo. Et Pau
Hebr. 12 lus: Flagellat autem omnem filium, quem
recipit. Quocirca & hic paralyticus, & alij
item multi quotidie doloribus, infirmitati
busq; exercentur, vt ab illis delectationes,
desideriaq; separẽtur pctõrum. Quod cui-
cunq; id fiat, salubriter fit, & gratias agat
clemẽtissimo patri, qui non seruat illi vin-
Infirmitatũ ac tribulationũ causa multiplex. dictam in diem extremæ vltionis. Est
tamen aduertendum, multiplicem esse cau
sam infirmitatum, aut tribulationum, qua
re infligantur mortalibus. Primo nãq;
id contingit in vltionem, ac purgationem
peccatorum, puta vt eruantur delinquẽtes
à mala volũtate, libidineq; peccandi. Hoc
in Osee per adulteram mulierem nobis in
Osee 2 sinuatur, quæ relicto marito suo post ama
tores suos cucurrerat, & per tribulationes,
miserias, ęrumnasq; compulsa ad primum
redire statuit maritum, figuram in se expri
mens animæ peccatricis, quæ relicto, spre-
toq; Deo, vadit post desideria, & post cõcu
Eccli 18 piscentias suas. Veruntamen sæpenumero
misericordissimus Deus, illã miseratur, &
sepit viã eius spinis tribulationũ & infirmi
tatũ, vt etiã volens ire post pctã sua, nõ pos
sit, donec in se tandẽ reuersa vltro dicat: Re
Osee 2 uertar ad virum meũ priorẽ, cui scilicet in
baptismo despõsata sum, quia magis mihi
(vt Propheta dicit) bene erat tũc, quãdo. s.
Deo obediens ei adhæsi, quam nunc, dum
sequor concupiscentias meas, & dæmonũ
studia imitor, illis seruiens. Hoc modo Na
Daniel. 4 buchodonosor ad sui est agnitionem per
calamitates reductus, vt daret gloriã Deo,
cõtrà quẽ superbus se erexerat. Hoc modo
2. Para. 33 Manasses in carcere pœnituit, deditq; illi
vexatio intellectũ. Hoc deniq; modo Ma-
Num. 12 ria soror Mosi, quę detraxerat fratri, lepra
percussa resipuit, manifestam Dei plagam
in se agnoscẽs. Hoc modo Ozias quoque
2. Para. 26 rex pręsumptionis atq; temeritatis pœnas
dedit: & quod speratur, correctus est. Se
cundo, contingit infirmitates, aut suppli-
cia dari ad vltionem peccatorum, ad exter
minium scilicet hominis, & inchoationem
Num. 16 æternæ pœnæ. Hoc modo Dathan & Abi-
ron, q̃s rebelles, detractores, cõtumacesq;
Deo illis iusta reddente terra deglutiuit.

Hoc modo Herodes per elationem, alijsq; Actor. 12
facinoribus delinquẽs, pcussus est à Deo,
& corrosus vermibus expirauit. Similem
exitum Antiochus habuit. Pharao quoq; 2. Mach. 9
inter flagella nõ melior, sed durior factus, Exo. 14
tandẽ male perijt. Tertio, infirmitas in-
ducitur ad gloriã Dei manifestandam. Hu Ezech. 38 Ioan. 9
iusmodi accidit cęco à natiuitate, quem do
minus illuminauit. Nam interrogantibus
Christum eius discipulis, an hic peccasset
cæcus, an eius parẽtes, quamobrem cæcus
nasceretur: respondit dominus Iesus, neq;
hunc, neq; parentes eius peccasse, seu pec-
cando id commeruisse, vt cæcus ille nasce-
retur, sed vt manifestaretur gloria Dei. G
Quarto, infligitur aduersitas ad humi
liationem, cuiusmodi Paulo apostolo ac- 2. Cor. 12
cidit, q de seipso confitetur, dicens: Ne ma
gnitudo reuelationum extollat me, datus
est mihi stimulus carnis meæ angelus Sata
næ, qui me colaphizet: quæ tamẽ tentatio,
vt illi accidisse intelligeretur, non ad illius
destructionem, sed ad ædificatiõem, sequi
tur mox: Propter q̊d ter dñm rogaui, vt di
scederet à me, & dictum est mihi: Sufficit ti
bi Paule gratia mea. Nam virtus in infirmi
tate perficitur. Quid est, virtus in infirmita
te perficitur? Superbia, aut cõplacentia pro
pria ex bñactis rebus, seu in donis Dei hu
miliatur, ne bona q̊q; nostra & dona Dei
nobis sint in animę iacturã seu ruinam.
Quinto afflictiones, calamitatesq; eueni-
unt homini, ad ostendendam illius inno-
centiam, ad patientiam commendandam.
Huiusmodi fuit Iob, cuius innocentia, sim Iob 1
plicitas, perfectioq; vt omnibus nota fieret,
probari ac manifestari illũ oportuit ad no
stram ædificationem, quo nobis exempla
quoq; virtutum in eo latentium erumpe-
rent, atq; ad imitationem nos inuitarent.
Quocirca vos filij estote patientes & mi Aduersitates cũ patientia & mitate tolerãdas esse.
tes absq; murmuratione in omnibus aduer
sitatibus, quæ veniunt super vos. Accipite
eas de manu benignissimi patris. Nolite in
firmitates corporum importune depreca-
ri, magis orate Deum, vt vobis patientiam
& fortitudinem ad sustinenda aduersa tri
buat, q̃ vt à calamitatibus omnibus eripiat.
Pro pctis vestris eadem, quę ille pro vobis Pro pctis nostris q̃d Deo offeramus.
passus est, eidem offerte. Quæ vos aũt pati-
mini, nõ tanti æstimetis, vt digna sint, quæ
pro pctis vestris illi audeatis offerre. Nimis
enim est modica in his virtus. Quare, vt di
xi, indigna iudicate, quæ pro peccatis ve-
stris

stris in satisfactioẽm Deo offeratis: sed, vt dixi, eius satisfactionem sufficientem ac dignissimã illi pro vobis offerte. Si vero boni aliquid agere vos cõtigerit, aut mali pati quippiam, hoc Deo ad eius gloriam, ad eius honorem, ad eiusq; beneplacitum offeratis. Diues est enim Deus in miserationibus, hic tamen nos liberos nusquã citius à peccatis faciet, quã in sanguine suo, in morte sua, in vulneribus suis, in pœnis ac virtutibus suis. Hoc nobis omnibus pijssimus dominus noster Iesus Christus concedat, qui cum patre & spiritu sancto Deus viuit benedictus in secula, Amen.

Ephe.2

SERMO IN EADEM DOminica. De pœnitentia, confidentia & cogitationibus malis.

H

ASCendens Iesus in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem suã. Matth. IX. Dñs Iesus, qui Petro concessit, vt ambularet sup mare, ipse nauicula vti voluit, q̃ per fretum seu stagnum maris transiret. Docereq; in hoc nos voluit, qui in patriam nostram redire nitimur, vt hoc æuo, quo viuimus, & quo non aliter, quam in mari sumus, transfretãtes nauicula debeamus vti pœnitentiæ, qua trãsuehamur ad patriam, seu ad ciuitatem nostram. Hæc est ciuitas, cuius apostoli, alijq; sancti nõ fuerunt hospites & aduenæ, sed ciues & domestici Dei: ad quam sumus nos quoq; creati, ad quam sumus per Christum redempti, cuiusq; vt simus ciues, sumus adoptati. Hæc est illa ciuitas, quam futuram inquirimus, non habentes hic interim aliam ciuitatem. Quia autem omnes peccatores sumus, ideo cunctis etiam nobis pœnitentia est necessaria.

Matth.14

Nauicula pœnitẽtię nobis ad patriã est transfretandum. Ephe.2

Hebr.13

Hæc pœnitẽtia in omni loco, in omnique statu agi, seruarique potest, nisi quispiam sit status, officiumve aut ministerium, quod absque peccatis exerceri non possit: hunc statum relinquere oportet, sicut Mattheus theolonarij reliquit officium. Quãuis autem pœnitentiam facere in omni statu licito (vt dixi) quis possit, difficile tamẽ est eandem, præsertim quo ad dignos fructus pœnitentiæ, recte impleri in seculo, & in conuersatione hominum, vbi cẽtum inueniuntur ante, qui à pœnitentia retrahant, quam vnus qui adhortetur. Omnes enim, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionẽ patientur. Et hoc quidem olim

Matth.9 Marc.2

Matth.3 Pœnitẽtia in seculo difficilis [illegible] 2.Tim.3

ante mille quingentos annos ita scriptum est, quando feruebat deuotio, quando ardebat charitas in om̃ibus. Quid hodie fit, vbi ex diametro sanctis institutis bñ viuendi repugnatur? Quis volẽs sua pauperibus distribuere, & Christum pauperem sequi, non deridebitur, dehortabitur? & si perseuerauerit, non vt insanus despicietur? Tanta est nũc malitia temporum, vt magis, qui abstinet mundo, reprehendatur ac subsannetur, quã qui seruit. Quãobrem cum dominus dicat: Videant homines opera vestra bona, vt glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est (quod tamen de opibus bonis necessarijs, & ad quæ tenemur, maxime intelligendum est, nõ de singulis arbitrarijs aut supererogatorijs, quę propria quis sibi deuotione præscribit) hodie tamẽ tanta est hominum corruptio, tanta corruptorum multitudo, vt pene dicendum sit: Abscondita sint opera vestra bona coram hominibus, ne videant, & derideant, persequãtur, scandalizentur & peccent. Dixi igitur inter homines difficulter pœnitentiam posse obseruari.

Matth. 19 Marci 10 Lucæ 18 Marci 10. & 14

Malitia istoꝝ temporꝝ quanta.

Matth.5

I

Fuerũt eam ob rem ad pœnitentiam olim instituta monasteria, quo tam à gloria mundana, quam à mundi persecutione liberi pœnitẽtes Deo seruirent. Sed hic status quoq; hodie persecutioẽm patitur. Quem certe quisquis nunc quęrit, quando contemptus est status ille mũdo, maiori est præconio laudandus, maiorisq; deuotionis sperandus futurus, quam si olim quis monachatum, quando is tum erat status gloriosus, petijsset. Vbi igit monastice adhuc viuere licet, atq; Deo seruire, ibi tranquillo magis animo Deo seruitur. Neq; enim, vt apostatæ monachi quidam statui illi detraxerunt (qui impudenter illum quoq; reliquerunt) ibi cæremoniæ solæ sunt. Nam in monasterijs bene institutis vigilatur, vt sit pax animi, fratrum cõcordia, charitas, corpoꝝ maceratio, mortificatio vitiorũ, puritas cordis, salus animarum, & exornatio virtutum. Ibi nanq; certatim boni monachi pro virtutibus, puta pro humilitate maiori, pro mãsuetudine, pro deuotione ac pietate in Deum contendunt, ibi magis proficere indies conãtur. Ibi se deniq; Deo ac propter Deum hominibus subijcere quotidie magis satagunt.

Monasteria cur salubriter instituta sint.

Religiosorũ bonoꝝ vita qualis sit.

Ad huiusmodi aliq̃d monasterium tibi properãdum foret, q pro peccatis tuis pœnitentiam agere instituisti, aut qui vitã tu-

Pœnitẽtię fructus dignos facere volẽtib⁹ qd agẽdum sit.

am omnem cupis Deo sacrificare. Quod si obtinere tibi non contingat, in domo tua ab illis hominibus separatus monachum age, fuge loca publica, & hominum, quantum potueris, cœtus, viue ab hominibus & curis abstractus: parum aut vix loquere, studio & orationi insiste: delectationibus sensuũ repugna, ac voluptates, quæ necessariæ non sunt, naturæ proscinde. Et in hoc modo viuendi tanquam in nauicula perseuera. Bonum quidem est in monasterio ac in religione viuere, in qua, vt diuus Bernardus expertus dicit, homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, quiescit securius, irroratur frequẽtius, purgatur citius, moritur cõfidentius, remunceratur copiosius. Sed bonũ est etiã, cui religionis monasticæ status, aut nõ quadrat, aut nõ conceditur in domo sua abstractã vitã ab hominibus solitariãq; agere, & sanctis exercitijs Deo vacare. Sit igitur prima hæc eruditio euãgelica, vt per pœnitẽtiam transfretemus in ciuitatem, & patriam nostram.

Bernard⁹. Religiõis ꝓrogatiuę quæ sint.

K

Secundo, instruat nos q̃d Christus monuit paralyticũ vt confideret. Multa nanq; & magna impetrare potest confidentia ad Deum. Sciendum tamen confidentiam esse triplicem. Prima eñ mala est confidentia, cum quis de Dei misericordia præsumens, aut tam faciliter eam sibi promittẽs, vt sup misericordia diuina peccet. Quia eñ, vt Ecclesiastes habet, nõ profertur cito contra malos sententia, absq; vllo timore filij hominũ perpetrant mala. Hac confidentia multiplici modo fallit diabolus hoiem. Aut enim Dei misericordiã tam magnam bonitatemq; promittit, vt iustus esse Deus desinat, vindexq; malorum. Aut sibi ipsi pollicetur pœnitentiam se facturũ, gratiam Dei se impetraturum, emendaturumq; omnia ante mortem. Hæc inquam, omnia inanis, humana, fallaxq; præsumptio sibi pollicetur, que tamen nihil potest præstare, propterea quod in Dei dono & manu sint hæc omnia constituta. Nisi eñ dominus te ad pœnitẽtiam induxerit, nisi contritionem infuderit, & gratiam emendandiq; contulerit voluntatem, frustra de te aliquid tibi, quod minime tuæ est facultatis, promittis. Mirum quoq; est valde, cp tam stultam habemus confidentiam, cum millies, si volumus, ante oculos videmus, quam difficilis, quam imperfecta, quã desolata, quam diffidẽs, quamq; raro vera sit pœnitentia, quæ differtur vsque ad finem. Quid ergo speramus, aut quid præsumimus, cum aliter contingere fere cernimus in omnibus, quam imparati scilicet ad moriẽdum, quam inuiti, quam tristes, & interdum amentes, & muti moriuntur? Si tibi, quod verisimile est, contigerit, vbi tũc erit præsumptio tua dicens: In fine ego pœnitebo? Modo igitur hoc cogita, modo noli esse securus de peccatis tuis, sed libera te ab eis, vt in securitate viuas, quanta à bona conscientia potest haberi, & moriaris.

Cõfidẽtia triplex q̃modo differat.

Ecclẽs 8

Psalm. 10

Sapien. 12

Cõfidẽtia ꝓsumptuosa q̃ multos fallat.

Cæterum male agere, & securum interim esse, stultitia est stultius. De his loquitur Ecclesiastes dicens: Sunt impij qui ita sunt securi, quasi iustorum facta habeant. His certe nihil insipiẽtius. Quid enim tam præsumptuosum, quam male viuere, & bonum finem expectare? De his autem loquor, qui pœnitentiam hic renuunt, qui conuerti ad Deum nolunt, emẽdationem vitæ vsq; ad mortem, hoc est vsq; dum peccare amodo nõ possunt, differunt. Ad hãc fiduciam pertinet promittere sibi vitam lõgam, persuadere sibi dies multos, singulare robur & sanitatem, credereque se diu victurum. Quapropter in Sapientiæ libro dicitur: Spes impij quasi lanugo est, quæ à vẽto tollitur, & tanquam spuma gracilis, quę à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam hospitis vnius diei memoria prætereuntis.

Stultitia hoim maxima quę sit.

Ecclẽs 8

Sapien. 5

L

Secunda confidentia est fallax & fraudulenta. Ea scilicet, quam quis habet in aliqua creatura, aut in aliquo dono naturæ, seu gratiæ gratis datę. Scriptũ nãq; est: Maledictus qui ponit carnem brachiũ suum, hoc est, q confidit in homine. Bonum eñ est cõfidere in dño, quam confidere in homine. Quando in homine cõfidis, in quo confidis? In eo profecto qui seipsum dum miser est, iuuare nõ potest. In eo, inquam, confidis, quem nescis, an crastina sit luce futurus. Benedictus itaq; vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Nec glorietur sapiens in sapientia sua, nec vir fortis in robore suo, sed in eo quod agnoscit, diligitq; dominum, in quẽ omnẽ suum iactat cogitatum. Porro si in diuitijs confidis, scito te esse stultum, quia diuitiæ te non liberabunt in die mala. Et ideo dicit Sapiẽs: Qui cõfidit in diuitijs, corruet. Et in Baruch scribitur: Vbi sunt q argentum thesaurizant, & aurum in q̃ confidunt homines,

Cõfidẽtia fraudulenta. Hier. 17

Psalm. 118

Hiere. 17

Hiere. 9

Psalm. 54

Prouer. 11

Baruch 3

mines,& non est finis acquisitionis eorũ, Sequit aũt post pauca: Exterminati sunt & ad infernos descenderunt,& alij in loca eorũ surrexerunt. Tertia cõfidentia seu fidutia est saucta,bona & cõmẽdata, q̃ oĩs alia fidutia abijcit,vt in Deo solo confida tur.Beati igit omnes,qui confidunt in eo. Nemo enim in eo confidens vnquam derelictus est.Ideo hortatur Psalmista dicẽs: Spera in eo,& ipse faciet.Et Ecclesiasticus: Respicite filij nationes hominũ, & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est.Quis enim permansit in mandatis eius,& derelictus est? Extendit autem hæc confidentia se ad quatuor. Primo,vt confidas Deo de temporali prouisione,vt Psalmista monet:Iacta cogitatum tuum in dominum, & ipse te enutriet. Et Petrus.Omnem,inquit,sollicitudinem vestram proijcientes in eum, nam ipsi cura est de vobis.Idcirco miro studio hortatur nos veritas,vt ab inutili illa sollicitudine abstineamus,dicens:Nolite solliciti esse,dicentes:Quid manducabimus, aut qd bibemus,aut q̃ operiemur? Scit enim pater vester cœlestis,qa his oĩbus indigetis.Quęrite aũt primum regnũ Dei,& oĩa hæc adijcientur vobis. Porro diuinam prouidentiam cui confidamus, præstolari nos conuenit,considerantes tria in Deo. Primo eius paternam conditionem: pertinet enim ad patrem prouidere filijs suis, vt in Luca Christus dicit:Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris,quanto magis pater vester bona dabit petentibus se:Itemque:Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus timentibus se. Secũdo,considerando Dei solitã benignitatẽ.ita eñ de patribus nostris legimus qd illorum curã habens necessaria in omni defectu illis administrauit.Nam quis p̃cepit coruo vt pasceret Heliam, adferẽs ei carnes & panes, iuxta torrentem Carith? Aut quis torrente exiccato apud mulierẽ viduam religiosum illum sustentauit in Sarepta Sidoniorum, nsi is qui dixit:Præcepi enim mulieri viduæ,vt pascat te?Nonne filijs Israel,deficiente farina quam secum sumpserant ex Aegypto præbuit manna, quo illos pasceret de cœlo? sicut scriptum est,Angelorũ esca nutriuisti populũ tuũ. Tertio,pensando Dei liberalissimam dispensationem,qua homines & iumenta pascit,volucres cœli,& pisces maris. Respicite,inquit,volatilia cœli, quoniam non serunt,neque metunt, neque congregant in horrea,& pater vester cœlestis pascit illa.Et adijciens:Nonne,ingt,vos pluris estis illis?Hæc fidutia seu confidentia modum ponit atque resistit auaritiæ & tenacitati,superfluam sollicitudinem abigit diffidentiã castigat, prouocatq; ad dandã eleemosynã.Cõfidentia eñ non timet defectũ.Cõtra vero, q confidit in diuitijs suis,corruet,vt dicit Sapiẽs.Nimia eñ sollicitudo id agit vt plerumq; careamus necessarijs.Quia eñ prudẽtiæ & curæ nostræ nimiũ fidimus aut tribuimus,finit Deus aduersa omnia occurrere,q̃ videamus,quam nihil nobis nostra sollicitudo conferat,nisi Deo autore & directore. Secundo, confidas Deo pro obtinenda peccatorum venia. Ad quod hodie quoque in Euangelio hortatur Christus paralyticũ, dicens: Cõfide fili,remittunt tibi peccata tua. Ad hanc fidutiã inuitat similiter, nosq; roborat triũ consideratio.Primo,ingenita bonitas,atque naturalis miseratio Christi, q ore suo benedicto dicit: Misericordiã volo & non sacrificium. Ipse nanque ad dandũ & parcendũ est pronior, quam nos ad accipieudũ.Secundo,Dei incarnatio, quæ aliud nobis non loquit quam veniã & misericordiam,vt ad Timothæũ scribit Paulus dicens:Christus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere.Et Christus:Filius hominis non venit in mundũ, vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum,Et in Luca:Filius hominis non venit homines perdere, sed saluare. Tertio patiens Dei expectatio. Vnde Esaias: Propterea expectat dominus vt misereat vestri.Et Paulus: An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Tertio,confidas Deo p ereptione in tentatione.Quapp̃ter in Psalmo dicit dñs:Clamauit ad me, exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione,eripiã eum & glorificabo eũ.Iacta igit cogitatũ tuum in dñm, & ipse te enutriet.Augeri autem in nobis & crescere debet confidentia illa pariter ex tribus.Primo,ex hostium depressione, de qua Christus discipulis loquit,dicens: Confidite,quoniam ego vici mundũ. In Christo igit cõfide & vinces,eius victoria tua est,eius virtus tua est,eius innocentia salus tua est. Secundo, ex tui protectione.Dominus enim protector vitę meæ,à q̃ trepida-

Ibidem

prou.11

Ad fiduciam obtinẽdi peccatorum veniam q̃ tria inuitent homines.

Osee 6 Matt.9

1.Tim.1

Ioan. 12

Lucæ 9

Esaiæ 30 Rom.2

N

Psal.90 psal.54 Fiducia in Deo habẽda in tẽtatione ex 3 bustribus augeatur. Ioan. 15

Psal.26

trepidabo? Qui ad Abraham loquens: Noli, inqt timere Abraham. Ego protector tuus sum. Tertio, ex diuina bonitate. Adeo enim bonus est Deus, vt vltra vires tuas nolit te grauari, sicut Paulus dicit: Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra idquod potestis, sed faciet etiam cũ tẽtatione prouentum, vt possitis sustinere.

Gene.15

1.Cor.10

Quarto, confidas Deo in gloriæ expectatiõe, omniumq; bonorũ remuneratiõe. Idcirco Hæbræos Paulus admonet dicẽs: Nolite amittere confidentiã vestrã, q̃ magnã habet remuneratione. Hæc aũt cõfidẽtia futuræ beatitudinis simili modo fulcit ex tribus. Primo, ex cõuentione seu promissione. Ita enim nobis dominus promisit, nam interroganti se quid faceret, vt vitam æternam possideret: respondit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Item de his quos in vineam conduxit dñs, in parabola Euangelica dicit: Conuentione autem facta ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Item ad Apostolos: Vos qui permansistis mecum in tentationibus meis, sedebitis mecum in regno meo sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Secundo, fulcitur, augeturq; ex nostra redemptione, hoc est, ex Christi passione. Habemus eñ, vt Paulus dicit, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Quæ enim est alia fiducia nostra, aut quæ spes, quæve consolatio, quam in sanguine Christi, qui melius efficaciusq; p nobis ad patrem clamat quã sanguis Abel? Tertio, fulcit hęc cõfidentia ex oratione nostra. Siquidem quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit. Sciendũ tñ confidentiam suam nobilissimũ esse donũ quod nec fallere nec falli potest, vtpote bonitati soli diuinæ innitens, quamuis nulla confidentia debeat dici sancta in eo, qui Dei mandata cum possit, non vult obseruare, nec in eo, qui Dei licet seruet mandata, in obedientia tamen sua, hoc est, in sua perfectione confidit, huicq; innititur: sed tantum ille veram habet confidentiam, qui quantum nouit, quantum potest, Deo placentia agit, in his tamen confidentiam suã non ponit, sed in meritis ac passione Christi tantum confidit. Pro hac confidentia debemus dominum continuo atque perseueranter orare.

Heb.10 Beatitudinẽ futurã obtinẽdi fiduciam ex quibus tribus fulciatur.

Matt.19

Matt.20

Lucæ 22

Heb.10

Gene.4

Ioel 2 Confidentia sancta q̃ sit nobile donum & quis eã habeat

Tertio ac postremo instruat nos, quod dominus reprehendens scribas: Vt qd, inqt, cogitatis mala in cordibus vestris? Si cogitationes malæ nõ essent peccata, non eas Christus reprehenderet, Nã & cum pharisæi discipulos Christi notarent, propterea quod non lauabãt manus suas manducaturi, dominus illos excusans, dicebat: Non lotis manibus mãducare, non coinquinat hominem: sed ea quæ de corde exeunt, hæc sunt quæ coinquinant hominem: & exempli gratia multa, quæ de corde exeunt coinquinantia hoĩem recensens, nominat etiam cogitationes malas. Sunt igit cogitationes malæ cauendæ. Quæ inqs, sunt malę. Hę. s. quorũ opa fierent, essent mala aut dãnabilia, horũ etiam cogitationes sunt noxiæ & malæ, non quia sunt nudæ cogitationes tãtum & phantasiæ, quantum attinet ad actum cogitandi, sed vt sunt peccatorum cogitationes, quarum res cogitatæ delectant, tametsi consensus repugnet ad operandum, non tamen repugnat in cogitationibus rerum cogitatarum ad delectandum, seu ad corde voluptuandũ in illis. Prohibet autem adeo dominus peccatũ, vt nolit seruos suos neq; opere, neque lingua neq; affectu, neq; delectatione consentire p rationem peccato. Iterum dico, adeo tibi Deus phibuit pctm̃, vt nolit nõ solũ vt agas pctm̃, sed etiã nolit, vt tu illud velis, optes aut diligas: imo nolit vt sponte finas affectũ tuũ esse inclinatum pctõ, aut vt in peccato, hoc est, vt in re cogitata quæ pctm̃ est, sponte delecteris voluptuerisq;, vt fit sæpe in his qui carnalia meditantur. Potest tamen fieri, vt tentatio carnalis, aut in carne, aut in imaginatione & affectu te inuitum molestet, imo etiã secũdũ rationẽ inuitũ sensualem appetitum tuũ delectet, & sis nihilominus absque periculo mortalis peccati. Non potest autem (vt doctoribus sanctis placet) fieri, vt quis voluptatis aut delectationis animi gratia in peccato mortali cogitato (etiam nolit illud facere) delectetur animo deliberato, & in delectationem rei cogitatæ consentiat absq; periculo mortalis peccati. Quod à nobis auertat Iesus Christus Dei filius in secula benedictus, Amen.

Cogitationes malæ an sint peccata Matt.15

Cogitationes quam sint malæ

DOMINICA XX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios V.

Videte

XXIX.

Videte quomodo caute ambuletis. Non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, qm̃ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis, & cāticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semp̄ pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo patri subiecti inuicem in timore Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

ANte monuerat Apostolus Ephesios tenebrarum operibus non communicare, nec horū participes fieri: magis autē ea redarguere. Hic autem admonet, vt cauti ambulent atque prudenter, dicens: Videte ac sagaciter vobis prospicite, quō pruden ter & caute ambuletis, circunspiciendo vobis in oī loco & opere, quō tentationum insidias, peccatorumq; euitetis occasiones, ne aut vestris, aut aliorū vitijs inquinemini. Non quasi insipientes, vt hi faciunt, qui q̃uis nulla peccandi voluntate trahantur, à specie tñ mali non abstinēt, quod est insipientiæ, dum alijs occasionem prębent scandali: sed ambuletis, inqt, vt sapientes, quorum conuersatio tam in interiori, quā exteriori homine coram Deo & hominibus irreprehensibilis sit: recuperantes tempus aliquando infructuose transactū, aut redimentes illud, ne ociose transigendum amittatis, q̃ nunc eo sitis feruentiores, quāto olim negligentiores fuistis, quoniā dies mali sunt: Non quod dies in se sint mali, sed quod ex tempore homo facillime sibi materiam occasionemve, nisi prudentissime circumspiciat, sumat delinquendi. Ascribuntur enim tempori, quæ fiunt in tēpore. Inde est quod Christus dicit: Sufficit diei malitia sua. Et in Machabæorū libro: Videns Ionathas quia tempus eum iuuat. Sequitur: Propterea nolite fieri imprudentes, indiscreti, aut non circūspecti, ne multa negligatis facienda, neve negligenda faciatis, sed intelligatis quę sit voluntas Dei, quid à vobis ille requirat, quidve illi placeat. Non vinū moderate sumptum, sed ebrietatem vobis prohibeo, ex quo luxuria generaē. Ita enim dicit: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Idcirco quoq; dicit Sapiēs. Luxuriosa res vinū, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectaē, nō erit sapiens. Porro, luxuria vbi fuerit, ibi commorari non potest spūs sanctus. Ideo monet, dicens, Sed impleamini spiritu sancto, q vos diuino salubriter inebriet amore, mentesq; vestras ab amore tēporaliū ad æternorū desideriū transmutet. Applicat aūt similitudinē ad sanctā hanc ebrietatē spūs, eorū consuetudinem qui calicibus student epotandis, interimq; nugantur simul iuxta vinum confabulantes & cantantes. Ideo impleamini, inquit, non vino in quo est luxuria, sed spiritu sancto, in quo sobria est ebrietas mentis. Colloquentes vobisipsis alterutrū in Psalmis, in hymnis ac laudibus Dei, & in canticis spiritualibus, q̄ futura gaudia cœlestiumq; bonorū memoriā p̄ludunt: cantātes & psallentes in cordibus vestris dño, tanquā hi q diuino amore suauitatisq; eius memoria sunt ebrij, & gratias agentes Deo, non ad horā, sed semper pro omnibus eius beneficijs, pro omnibus quoque hominibus, quorum consolatio & gaudium vestra debet esse cōsolatio & gaudiū, sicut membra sibi gratulari vnius corporis decet. Neque enim si oculis doluerit, & dolore recedenti sanitati fuerit restitutus, minus gaudebunt singula alia membra, quam si ipsa fuissent afflicta, & denuo liberata. Ideo monet p omnibus nos gratias agere Deo patri misericordiarum, & totius cōsolationis, idq; in nomine domini nostri Iesu Christi, per quē hæc oīa nobis dantur, in quem quoq; si agnoscimus hoc, resultat omnis laus & gratiarum actio, quā patri offerimus p filium seu per nomen dñi nostri Iesu Christi. Itaque hæc omnia agētes, estote ergo vos inuicē quoq; humiles & subiecti, alter alterū hono

Marginal notes (left): Ambulandum, quō sit caute & prudēter. — 1. Thess. 5 — Tempori q afferibi q fiunt in tēpore. Matt. 9 — 1. Mach. 12 — Prou. 20

B

Marginal notes (right): Prou. 20 — Ebrietas spiritꝰ sancta & sobria. — 2. Cor. 1 — Rom. 12

honore præueniens, alter alteri deferens,
portans, dissimulans, tribuens, ignoscens,
Matt.23 & minorem vilioremque vnusquisq; se o-
mnibus sentiēs in timore Christi, q dixit:
Qui maior est vestrū, sit sicut minister ve-
Eccle.3 ster. Et Ecclesiasticus: Quanto maior es,
humilia te in omnibus.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ XX. post dominicam S. Trinitatis. Matthæi. XXII.

C VBi Christus dn̄s no-
ster palmis, honori-
bus, ac laudibus in
vltimo suo aduentu
Hierusalem aduene-
rat, & illa die duo-
busq; sequentibus à
Mat.21.22 mane vsq; ad vespe-
Luc.19.20 rā prædicationi intendens, multas diceret
parabolas, quibus præcipue Iudæorum in-
gratitudinem taxabat, gentis Iudaicæ de-
sertionem & electionem gentium, tandem-
que suæ necis meditationem ac machina-
tionem pungens. Quæ omnia contra se in-
telligentes sacerdotes summi, pharisæi &
scribæ, ira debacchati sunt in eū libēterq;
occidissent, nisi timuissent plebē, q̄ dn̄m Ie-
sum vt pphetā colebat. Inter multas itaq;
parabolas, quas ibi dominus dixerat, vna
eaꝝ hæc fuit, quæ hodie recensetur ab E-
uangelista Matth. dicente domino.

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Regnum cœlorū p̄ p̄senti Ecclesia sumptum Regnum cœloꝝ hic non p futura bea-
titudine accipit, sed p Ecclesia præsenti mi-
litante: ac si diceretur: Negociū & status
militantis Ecclesiæ assimilatur homini re-
gi, hoc est, Deo patri, q propter clementiā
suam homo dicitur: propterea vero quia
gubernat omnia potenter ac sapientissime
vocatur rex. Hic fecit nuptias filio suo, vel
Nuptias qn̄ fecerit Deus filio suo. dum in vtero virginis illi coniunxit natu-
ram humanam, vel dum illi prædicanti de-
sponsauit Ecclesiam, cuius & amore Chri-
stus mortuus est: vel dū animā quācunque
sanctā tanq̄ sponsam per fidem & charita-
tem illi coniunxit. De hac vltima despōsa-
Osee 2 tione loqtur dn̄s p Osee, dicens: Spōsabo
te mihi in fide. Hæ nuptiæ celebrant in ba-
ptismo, vbi Deus cōiungit aīæ: celebrant
etiā nihilominus, aut potius redintegrant
in cōuersione peccatoris. Habet eñ aīa
post baptismū peccās speciē adulteræ, q̄ re-
licto viro suo fornicat cū amatoribus alie- Adulteræ speciē habet aīa peccatrix
nis. Hanc tñ Deus benigne iteꝝ recipit re- Ibidem
deuntē, sibiq; recōciliat, quāuis p prophe-
tā dicat: Mulierē q̄ semel spreuerit maritū
suum, & ab eo recesserit, denuo non redi-
turā ad illū, hoc est, non iteꝝ à priore ma-
rito recipiendā. Tu tñ, inqt, o aīa peccatrix
tametsi me reliqueris & fornicata sis cum
amatoribus multis aliquotiesq; reconcilia-
ta, itarum atq; iterum reliqueris, reuertere
ad me, & suscipiam te: tantum abest, vt be-
nignissimus animarum amator Deus ani-
mam spernat redire volentem, vt dicat eti-
am angelis Dei fore gaudium sup vno pec- Lucæ 15
catore pœnitentiam agente. Hæ aūt nu-
ptiæ celebrant in thalamo conscientię tuę
vbi Deo anima tua desponsatur. Crede au-
tem hoc Deo tuo, nunquam fuit aut erit Amor dn̄i ad aīam fidelē quantus.
tam castus, tamque feruens amor spōsi ad
sponsam, quam est Dei ad animam. Tui a-
pud illū est memoria. Ipse etiā Christus fi-
lius eius spōsus tuus ne tui obliuisceret,
hoc est, ne in ipsius venire obliuionem te Esaiæ 49
putes, tibi dicit: In manibus meis descripsi Vulnerū quinq; cicatrices cur Christus seruauerit
te. Reuera in manibus Christi descripti su-
mus, qa cicutrices qnq; vulnerū qbus nos
redemit, sibi tenuit, quo & ipse memor es-
set, & patri intuenda signa eadem ostende-
ret, quibus quanta pro hominibus passus
esset, illum (vt sic loquar) admoneret.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Per hos seruos prophetas intelligit D
priores veteris testamenti ad Iudæos mis-
sos q clarius Christū q̄ lex p̄dicabāt & hor-
tabant plebē ad expectationē Christi, vt
crederēt in eū venturū, quō nos credimus
in eum q venit, Sed nolebant venire, hoc
est, nolebāt prophetarū monitis acqesce-
re. Iudæi nanq; p bona parte fuerūt semp
duri, increduli ac inobedientes. Quam du-
ritiam recte Stephanus illis exprobrauit,
dum Christo testimonium mox lapidan- Acto.7
dus ferret, dicens: Dura ceruice & incircū-
cisi corde & auribus, vos semper spiritui
sancto restitistis, sicut & patres vestri, ita &
vos. Quem prophetarum nō sunt persecu-
ti patres vestri? Et occiderunt eos q p̄nun-
ciabant de aduentu iusti. Moses quoque Deut. 10
Iudæorum populo loquēs, dixit: Ego scio
contentionem & ceruicem tuam durissi-
mā. Ad huc viuente me & ingrediēte vo-
biscum,

biscum, semper contentiose egistis cõtra dñm: quanto magis cum mortuus fuero? Nolebant igitur venire.

Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meũ paraui. Tauri mei & altilia mea occisa sũt, & omnia parata, venite ad nuptias.

Alij serui missi, sunt posteriores ꝓphetæ & apostoli seu successores apostolorũ. Hi dixerunt inuitatis, hoc est, Iudęis, qui p legem inuitati sunt, quõ rex mandauerat: Ecce prandium meum paraui, ecce mysterium incarnationis homo factus perfeci, fidem institui, credenda ordinaui, sacramẽtum Eucharistiæ dedi, scripturæ alimenta proposui, & gratiarũ dedi chrismata. Tauri mei, inquit, & altilia mea occisa sunt. Vt sancti quidem doctores exponunt, tauri patres sunt veteris testamenti, qui inimicos suos seueritate iustitiæ persequebant: altilia vero patres noui sunt testamenti, q veluti altilia gratiarum pinguedine satiati, & gratia contemplationis quasi pennis quibusdam subleuati, in altum volant. Hi, inquit rex, pro nuptijs filij mei sunt occisi, & propter fidem incarnationis, tam hi q sub lege fuerunt, quam qui tempore Euangelij vixerunt, propter prædicationem & fidem incarnationis mortui sunt, & omnia parata sunt. Quicquid enim ad salutem homini est necessarium, puta adoptio, sanctificatio, baptismus, pœnitentia, infusioque gratiæ, ianuæ cœlestis apertio, per Christi passiõem ac meritum est consummatũ, & vobis sumendus fructus, sumenda refectio, percipiendaque horum vtilitas offertur, nihil restat nisi vt veniatis & ingrediamini. Venite igitur fide & moribus ad nuptias.

Illi autem neglexerunt. Et abierũt, alius in villam suam, alius vero ad negociatiõem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.

Sub triplici differentia monstrat eos, qui inuitati erant, fuisse. Primi enĩ neglexerunt bona cœlestia, beneficia Dei paruipẽdentes. Pro nihilo enim, vt Psalmista ait, habuerunt terrã desiderabilẽ. Alijs, hoc ẽ, q secundo hic loco recensent, magis cordi fuit cura rei temporalis. Quamobrem illorum quidam in villam, qua dominatio terrena significatur, abierunt vt ambitiosi. Alij vero in negociationem suam abierũt vt auari, per quæ studia occupati nuptijs sibi possibile interesse non videbatur. Tertij fuerunt Deo magis ingrati, qui non solũ noluerunt venire, sed etiam seruos ad se missos, scilicet prophetas, occiderunt, sic vt Christus alibi Iudæis quoque improperat dicens: Hierusalem, Hierusalem quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Matt. 23 De apostolis quoque in Actis legitur, q̃d in carceres positi sunt, quod flagellati sunt, Acto. 5 & q̃d ibãt à conspectu concilij gaudentes, quod digni habiti sint pro nomine Iesu contumeliam pati. Pręter autem prophetas qui ante Christum occisi sunt, interempti sunt quoque de nouo testamento à Iudæis multi, puta Ioannes Baptista, Stephanus, ex apostolis Iacobus, alijsq; multi, qui persecutiõem passi aut occisi sunt, aut vt occiderentur, quod Paulo accidit, laboratum est. Mar. 6 Acto. 7. 12 Acto. 9

Rex aũt cũ audisset, iratus est: Et missis exercitibus suis, ꝑdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit.

Vox sanguinis innocentium occisorũ nullo enim tempore clamat in cœlũ, vt occisio Abel testatur. Gene. 4 Nihil enim Deum latet. Et vt dicit Sapiens, Auris cœli audit omnia. Sapien. 1 Et Psalmista: Qui fecit, inquit, aurẽ non audiet? psal. 93 Est autem effusio sanguinis innocentum de quatuor peccatis vnũ clamantibus ad Deum. *Effusio sãguinis innocentis vt clamet in cœlum vindictã.* Auditus itaq; Dei eius est cognitio aut consideratio. Iratus itaque rex non passione aut appetitu vindictæ, sed zelo & voluntate iustitiæ, qua malum erat non impune dissimulandum, missis exercitibus suis (de futuris hic Christus tanq̃ de ꝑteritis loquit, quia p parabolam loqtur, cui secundum diuinitatem omnia ꝑsentia sunt) missis, inquam, exercitibus suis, Vespasiano .s. & Tito perdidit homicidas illos. Vide qa exercitus Romanorum nominat aut intelligi vult exercitus Dei. *Cur exercitus Romanorũ vocentur Dei exercĩtus.* Hi enim, quantum Dei iustitiam attinet, fuerunt exercitus Dei, quia seruierunt iustitiæ Dei, inferentes vltionẽ peccatorum his, quibus voluit & quando voluit Deus iuxta prouidentiam suam. Et quamuis illi alia prorsus intentione hæc facerent, alijsque rationibus mouerẽtur quare hæc facerent, & quare Iudæã vastarent, Dei vlciscentis voluntatem ignorantes: Deus tamen in vltionem peccato-

rum

rum illorum illam calamitatem Iudæis,
quam paterentur, ordinauit. Hanc cala-
mitatem Iudæorum pijssimus Iesus præ-
meditans in die palmarum vrbē ingressurus,
Lucæ 11 fleuit super eam. Cuius rationē atq; cau-
sam quoque assignans, ait: Fleres & tu quo
que: si prænosceres quæ tibi ventura sunt,
propterea quod non cognoueris tempus
visitationis tuæ. Simili modo regem olim
Hiere. 25 Babyloniæ Nabuchodonosor dñs seruum
suū vocat, qa virga furoris eius erat, q casti
garet eos q castigatiōe erāt digni: seruiens
tñ in hoc suę tyrānidi atq; crudelitati, Deo
hanc in vltionē peccatorū vertente. Quod
autem dicitur quod ciuitatem eorum suc-
cendit, hoc pariter in illo excidio Hieroso
lymitano accidit, quia ciuitatem simul cū
templo Romani combusserunt.

Tunc ait rex seruis suis: Nuptiæ qui dem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

Nuptias dicit paratas, qa Christi sunt
F mysteria, quibus nos sibi desponsandos re
Nuptiæ demit, impleta, puta incarnatio, passio, re-
Christi q̃ surrectio, & Christi cum Ecclesia coniun
modo sint ctio. Sed qui inuitati erant, puta Iudæi, nō
parati. fuerunt, inquit, digni interesse his nuptijs,
quia vocationem licet multiplicem accepe
rint, fuere tñ semp ingrati ac rebelles, & re
stitere lumini, ne illustrarent. Quare pror-
sus tandem propter ingratitudinem sunt
Acto. 13 relicti. De hac re in Actis Paulus quoque
obiurgasse Iudæos legitur, dicens: Vobis
quidem oportebat primū loqui verbū Dei
sed quoniam repulistis illud, & indignos
vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuerti-
mur ad Gentes. Huc enim astipulatur q̊d
mox Euangelium dicet.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoscū que inueneritis, vocate ad nuptias.

Mittit seruos suos, hoc est, apostolos,
in exitus viarum, id est, vltra terminos Iu-
Matt. 10 dææ. Ante enim suam resurrectionem a-
postolis prohibuerat, in vias gentium ne
abirent, & ciuitates Samaritanorum ne in
troirent, sed ad oues tantum domus Isra-
el. At hic videt insinuare Christus, q̊d post
resurrectionem suam apostolis erat, māda
turus: Euntes in mundum vniuersum, prę
Mar. 16 dicate Euangeliū omni creaturæ. De hac
autem Iudæorum reprobatione ac dereli-
ctione videtur apud Esaiam Christus fu-
isse locutus, vbi dicit: Hæc dicit dominus,
formans me ex vtero seruum sibi, vt redu Esaiæ 49
cam Iacob ad eum, & Israel non congrega
bitur: per Iacob & Israel populum gentem
que Iudæorum ex Iacob natam significās.
Voluit ergo Christus Iacob, id est, popu-
lum Iudęorum congregari, vti testatur do
minus Iesus, dicens: Hierusalem, Hierusa- Matt. 23
lem, quoties volui te congregare, quemad
modum gallina congregat pullos suos
sub alas, & noluisti. Iacob igitur, id est, gen
tem Iudæorum voluit reducere, sed Israel,
id est, idem populus cōgregare noluit. At
vero de gentium vocatione conuersione-
que, quæ hic in eo significatur, q̊d seruos Esaiæ 49
suos ad exitus viarū mittit, adiecit Esaias:
Et glorificatus sum in oculis domini, & di
xit: Parum est vt sis mihi ad tribus Iacob, &
feces Israel conuertendas. Dedi te in lucē
Gentium, vt sis salus mea vsque ad vltimū
terræ. Hoc est ergo dictum in Euangelio:
Quoscunque inueneritis, vocate ad nupti
as. Quasi diceret: Cunctis gentibus Euan
gelium Christi prædicate, & ad Christi mi
sericordissimam refectionem spiritus eas
studiose adducite. Per exitus enim viarum per exitus
vel cuiuscunque professionis ac conditio- viarū q̃
nis homines, vel secundum Gregoriū, in nam cui
quacunque calamitate constitutos vult si- gnentur
gnificari. Hi enim magis vt vocationi re- Grego. 19
spondeant, sunt idonei.

Et egressi serui eius in vias, congre gauerunt omnes, quos inuenerunt bo nos & malos. Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

G Vel inde liquet dñm in hac parabola
loqui de Ecclesia militante, non triumphā
te. Hæc enim non recipit malos. Porro il-
la, puta militans recipit bonos & malos.
Lucæ 14 Quocirca non eadem parabola, quomodo
nec par significatio esse videtur, quæ de cœ
na alibi dicta est, & quæ hic de prandio. Il
la nanque cœna conuiuium significat
cœleste. De illa nemo refertur, qui intraue
rit, denuo eiectus, qa nemo malus illud cō
uiuium seu illā cœnā intrat. Hic vero refe
runt & boni & mali vocati, atque ad pran
dium nuptiarum militantis Ecclesię intro-
Matt. 13 ducti. Similē habes parabolā de sagena
missa in mare, & ex omni genere pisciū cō
gregante, &c̃. Recipit itaque Ecclesia mili
tās & bonos & malos: q̊s non tunc qñ Ec
clesia eos recipit, sed qñ emittit, in fine De
us discernit. Dubitare etiam quis potest, q̊
modo

modo de gentibus possit intelligi quod in tro duxerint bonos & malos. Quis enim gentium inuenitur, antequam ad fidem ve niat aut antequam conuertatur ad Deum, bonus? Dicendũ de bonitate naturali mo rali hoc intelligi: cuiusmodi inter gentes inueniebãtur multi, q̃d Paulus dicebat, q legem non habentes, ea tñ quæ legis sunt facientes, sibĩpsis facti sunt lex. Erant em̃ inter gentes multi, qui bona indole polle bant, & virtutibus studio acquisitis. Hi suo modo dicebantur boni respectu malorũ. Erãt nihilo minus inter gentes q̃q; nõnul li boni colentes Deũ, vt Eunuchus Cãda cis reginæ, quem Philippus conuertit ad fi dẽ. Et idem de Cornelio Centurione sen tiendum est, quẽ conuertit Petrus. De Eu tropo q̃q;, q vnus fert̃ ex illis fuisse genti bus, q dixerunt apostolis, Philippo & An dreæ: Volumus Iesum videre. Impletas ita que discumbentium nuptias dicit, hoc est, multitudinem & numerum ad nuptias vo catorum ex vtroque populo significat im pletum, atque Ecclesiam in vniuersum or bem terrarum diffusam. Hoc autem perfe cte continget in fine mundi, cum (vt Apo stolus ait) gentium plenitudo intrauerit, & omnis Israel saluus fiet.

Rom. 2 — Act. 8 — Act. 10 — Ioan. 12 — Rom. 11

Intrauit autem rex vt videret discũ bentes. Et vidit ibi hominem nõ vesti tum, veste nuptiali, & ait illi: Amice, q̃-modo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

H

Intrat rex Deus pater in nuptias, vt vi deat discumbentes, hoc est, vt videat Chri stianos positos ad mẽsam Euangelicę do ctrinæ. Intrat, non loci mutatione, sed iu dicio & meritorum discussione. Hoc antẽ maxime, quoad singulos, fit in morte. Tũc enim singulos iudicandos discutit, atque vnicuiq; iuxta sua merita reddit. Et vidit, in quit hoĩem nõ indutũ veste nuptiali. Quę vestis sit nuptialis, Gregorius explicat, di cens hanc esse charitatem. Hanc enim ve stẽ dñs habuit, dum ad sociandam sibi Ec clesiã in mundũ venit. Intrat igit̃ in Eccle siam qui fidẽ habet: sed sine veste nuptiali intrat, q̃sq̃s charitatem nõ habet. Hac em̃ veste inter electos reprobosq; discernit̃. I-taq; vbi hoĩem nuptialiter non vestitũ vi dit rex, dicit illi: Amice quomodo huc in trasti, non habens vestem nuptialem? Ami ce per fidem, & nõ amice p charitatẽ. Ami ce p naturalẽ bonitatẽ, & nõ amice p grati am. Oĩa em̃ diligit Deus, quantũ ad id q̃d sunt p naturam, sicut dicit̃ in libro Sapien tiæ: Diligis oĩa q̃ sunt, & nihil eorum odi sti quæ fecisti. Amice quõ huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ? hoc est, quõ inter fi deles apparuisti, & sacramentis q̃q; cõmu nicasti Ecclesiæ, non habens charitatem? Sed ille ad hæc verba obmutuit. Quid em̃ impius respondere potest Deo, quem pro pria cõsciẽtia dãnat? Neq; em̃ erit tũc locus impudẽtię, nec vlla recipi excusatio potest,

Rom. 14 — Gregorius. Vestis nuptialis q̃ sit. — Sapien. 11

Tunc dixit rex ministris: Ligatis ma nibus & pedibus eius, mitte eum in te nebras exteriores. Ibi erit fletus & stri dor dentium.

Non his ministris hæc dicet rex, q̃s an te miserat ad vocandos, seu introducen dos ad nuptias: sed per ministros angelos intelligit, qui executores diuinæ sunt iusti tiæ. Ideo em̃ alibi saluator dicit: Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iu storum, & mittent eos in caminum ignis. Manus aũt ligant̃, cũ bene operandi facul tas tollit̃. Pedes ligantur, cum desideria & affectus indurantur in malo. Post mortẽ em̃ omnis potentiæ bonorum operũ pdu ctiuę in reprobis ligantur, id est, cessant o-perari, & obstinata manet, voluntas in ma lo. In tenebras, ait, mittite exteriores. Quo verbo duplices indicat tenebras. Sunt em̃ tenebræ interiores, in quas delinquentes cadunt per culpam. Sunt tenebræ exterio res, in quas proĩciuntur damnati per pœ-nam. Qui ergo mentis tenebras quas pec-catum generat, cauere noluit, proĩci iube tur in exteriores ignium tenebras vel inui tus. Ibi erit fletus ex tristitia & perpetua de speratione, & stridor dentium ex ira & im patientia damnationis.

Matt. 13 — Manus & pedes quõ reprobis li gentur. — Tenebræ duplices quæ sint

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

I

Si de Christianis hoc fuerit solis in telligendũ, tunc est sẽtẽtia plane terribi lis, Hos em̃ certũ est esse vocatos & venisse, licet non oẽs habeant vestem nuptialem. Porro si de vniuerso hoc mũdo intelligat̃, vt nemo sit q non sit vocatus, vel ad fidem Euangelicã, vel saltẽ (si ita dicere licet) ad conditionẽ aliquam viuendi, q̃ vel iuxta se cretum iudicium Dei posset, si vellet, salua ri, vt contingere posset multis in extremi

tate mundi constitutis, & à Christianis se paratis, & qui nihil vnquam de Christo audissent (Sunt enim arcana Dei iudicia multa nobis incerta & incognita, & misericordissimus est pater noster omnium dominus) vt cõtingit quoq; nouo mundo iã pridẽ inuento, qui nescierant pter se alios homines esse in mundo. Itaq; si (quod multi sunt vocati) intelligatur de vniuerso mũdo, non mirũ est, comparatione facta ad hominum vniuersitatem, paucos esse qui sint electi. At vero, si vt dixi, de solis est Christianis intelligendum, cum dolore & gemitu cordis est cogitandum, multos esse vocatos, paucos vero electos. Vos charissimi ita viuite, vt nulla disceptatione vobis opus sit ad inuestigandum, quæ sit huius verbi intelligentia, puta multi sunt vocati, pauci vero electi. Viuite puri & immaculati coram Deo. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quod si desperationis tentatio vos inuaserit, huic ex hoc Euãgelio ediuerso opponatis, q̃d multis hic ad nuptias ingredientibus vnus tm̃ narrat, q absq; veste sit nuptiali repertus. Quo succurri potest cõsolandis, & dici de vniuerso mundo id intelligi, quod dictũ est, paucos electos. Quamuis enim non vnus tm̃, sed plurimi credantur damnãdi: ex his tamen qui introierunt ad nuptias, id est, ex his qui Christianam fidem susceperunt, indicatur in hoc vno pauciorem esse inter Christianos numerum damnandorum, quam saluandorum. Hoc, inquã, potest pusillanimibus suffragari ad consolationem, maxime cum & in parabola de decem virginibus adultis & ratione vtentibus scriptum sit, quinque fuisse prudentes, & quinque fatuas, quod medietatem saluandorum significaret secundum literã exceptis pueris, & ante vsum aut sine vsu rationis decedentibus baptizatis. Veruntamen hoc soli notum est Deo. Nostrũ est sentire de dño in bonitate, & habere bonã voluntatẽ ad illum, multumque eius misericordiæ confidere. Quod largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Psal. 2
Desperationis tentatio quõ abigenda.
Matt. 25
Sapien. 1

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ sint quæ retrahant à Deo, & quæ sint electionis Dei signa.

K

MIsit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Matthæi XXII. Haud dubium de patre hoc omnium cœlesti intelligit, qui Christo filio suo nuptias fecit, desponsando ei Ecclesiam, hoc est, omnium electorũ animas. Ad quarum nuptiarum prandiũ, id est, ad paratam Euangelicam doctrinã, & sacramenta nouæ legis, quæ sunt epulę huius conuiuij, inuitauit multos: ad quos etiam vt venirent, misit seruos suos, tam pphetas quam apostolos, sed venire noluerunt. Sciẽdum igitur primo, Deum hominẽ dupliciter ad se vocare, vel occulte, vel manifeste. Serui aũt occulti, seu nũcij Dei, sunt aspirationes sanctę, quibus ad cor hominis loquitur Deus. Eam ob rem Psalmista dicit: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et in Iob: Porro ad me dictũ est verbum absconditum. Verbum abscõditum est diuinę inspirationis vox ad animam loquens. Exterior seu manifesta vocatio fit per prædicationem, per beneficia, per aduersitates, & huiusmodi. Verum hic dicitur, quod qui inuitati erant, venire neglexerant, quo iudicatur multa suboriri impedimenta, quæ hominem remorantur à Deo. Quibus tamen victis, spretis atque contritis coniungere nos debemus Deo, impedimentaq; cuncta disrumpere.

Nuptiarũ Dei prandiũ quid sit.
Vocari hominem à Deo dupliciter.
Nũcij dei qui sint.
Psal. 84
Iob 14

Inquirendum igitur quæ sint, quæ nos à Deo aut retrahunt aut impediunt. Et est dicendum, quinque inueniri. Primum est, propria voluntas. Nam hic dicitur, quia nolebant venire. Obedire nolens Deo satis indicat pręferre se propriam voluntatem suã diuinæ. De voluntate propria quandoquidem hic accipitur, vt non est subiecta, sed aliena & contraria Deo, dicit Bernardus: Quid odit Deus aut punit, nisi ppriã volũtatẽ? Tolle ppriã volũtatẽ, & infernus nõ erit. Quõ em̃ volũtas bona origo est virtutis, ita volũtas mala scaturigo est oĩm vitiorũ. Nõ potest aũt dici volũtas bona ppria, qa si est bona, iã nõ est ppria, sed cõmunis Deo & sanctis. Mala volũtas sola dicit ppria. Idcirco Ecclesiasticus monet: Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si pstiteris aĩæ tuæ cõcupiscẽtias eius, facient te in gaudiũ inimicis tuis. Cauete igit filij, ne in vobis sit volũtas q̃ nõ cõsentiat Deo, qa hæc est mala & ppria. Quicqd em̃ in nobis malũ est, hoc nobis ppriũ est, qa nõ à Deo, sed à nobis est. Secũ-

dum est

Impedimenta hominem à Deo retrahentia 5.
Voluntas propria q̃ dicatur & quã sit periculosa Bernard.
Eccl. 18

dū est impedimenum negligentia. Id hic dicit, postq̄ rex denuo misit seruos suos, illi aūt neglexerūt. Inuenit in hoībus qbusdam tepiditas, q̄ Deo q̄q; nauseā ꝓuocat, vt scribit in Apocalypsi: Vtinam esses calidus aut frigidus, sed qa neq; es calidus neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. Nulla res adeo est hoī pniciosa q̄ tepiditas, qa nō habet hæc opera bona quæ Deo placeant, nec opera vehementer mala q̄ dolorē pœnitentiæ inducant. Sunt eñ fere oēs tepidi, grandiū siue maloꝝ siue bonoꝝ sibi nō cōsciȷ: quare nec stimulos q̄q; sentiūt cōsciētiæ remordentis, nec feruorē amoris. Hi plerumq; rarius cōuertunt ad Deum, q̄ magni pctōres, cū nullum sibi suspicent piculū. Verū nō negligentibus, sed studiosis & operātibus ꝓuenit regnū cœlorum. Neq; eñ paterfamilias aliȷs voluit dare mercedē, q̄ in vineā conductis & mercenarȷs. Ideo nō dixit. Voca negligentes aut somniculosos, sed voca operarios & redde illis mercedē. Tertiū impedimentū est supbia, ambitioq; honoris seu potestatis. Nō habitabit, inqt Psalmista, in medio domus meæ, q fecit supbiam. Noli te ergo filȷ honores, gloriā & laudes hominū quærere, qa inqetudinem in hoc vobis procuratis maximā cordis. Quot eñ suspitiones, q̄t timores, q̄t adulationes, q̄t inuidiæ mōstra, q̄d deniq; plagas vulneraque ac passiones vobis inducitis, q̄t vitȷs tādem vos seruire necesse est, dū vnī putatis ambitioni supbiæq; vos seruientes? Imo & vix agnoscetis vos seruos. Superbia enim seipsam non iudicat. Superbia sese non arguit, qn etiā iniuriam sibi fieri putat superbus, si de se vel ab alio male audierit sentiri. Nihil igit dulcius reqe humiliū. Nihil suauius pace humiliū & mansuetorum. Quartū impedimentū est cupiditas. Ideo hic dicunt aliȷ abȷsse in negociationes suas. Nonne vides eos q diuitias seculi quærunt, quō nullū tempus illis prolixum est, vbi de lucris & negociationibus suis tractant: Pene dixissem negationibus dñi. Negant enim inter huiusmodi veritatē Christum. Porro opera sancta agere, & diuino interesse officio, hoc eos grauat, & vniuersum absumit tempus. Multa, inquiunt, alia habemus agere. Vere multa habetis agere, ne intretis ad nuptiarum prādium, aut ne intretis quomodo deberetis cum veste nuptiali, hoc est, cum charitate. Multos, in

quit Ecclesiasticus, perdidit aurum & argentum. Christus quoque: Quid prodest homini, si lucretur vniuersum mundum, seipsum vero perdat, & detrimentum sui faciat? Aut quā commutationem dabit homo pro anima sua? Non tñ de omnibus diuitibus loquor: sed de his q quærunt diuitias, qui volunt diuites esse aut fieri in hoc seculo. Dicis fortasse: Si mihi à parentibus relictæ sunt diuitiæ, nunqd ꝓpterea diuitiæ mihi sunt impedimēta ne saluer? Nō sunt tibi impedimentū si volueris, sed sunt etiam occasio & auxilium vt salueris. Audi igit consiliū Psalmistæ q̄d facias: Diuitiæ, inquit, si affluant nolite cor apponere. Nolite in diuitȷs superbire, nolite exaltare, nolite ꝓpter illas qcq̄, quod Deum offenderet, admittere, nolite illis aliter quā ad necessitatem (non ad voluptatē) aut ad Dei gloriam, aut ad proximi cōsolationē vti. Si ergo adsunt, nolite inde extolli. Si absunt aut à vobis recedunt, nolite contristari, sed dicite cum Iob: Dominus dedit dominus abstulit: sit nomen domini benedictum. Diuitias si habes, ideo te habere credas vt earum sis dispensator, nō seruus, Non ille imperent tibi, hoc est, earū amor non imperet tibi, non prohibeant tibi ne se, id est, diuitias, ad consolationē pauperū audeas exponere: sed imperet tibi Christi amor, vt in eius honorem, vbicunque potueris, gaudeas easdem erogare. In hunc nanque vsum eas tradidit tibi Deus. Videt te delicatum qui ferre non potes multa ieiunia. Ad orationē indeuotus es, ad alia item mortificationum studia & exercitia ineptus. Quapropter in hoc tibi prouidit Deus, vt habeas quo à pauperibus, quorum est regnum cœlorum, illud cōpares. Iterum dico fili, scito te diuitȷs iustis (nā si iniustæ sunt, ne ad horā quæso has retineas) à Deo & honoratū & oneratū, ꝓpterea vt his q non habent necessaria, subuenias, atque sic pie dispensando ꝓ te & ꝓ tuis & pro consolatione pauperū temporalia bona, compares æterna. Hoc modo & non alio, fac ꝓsit tibi diuitias habere,

M

Quintū impedimentū est malitia, q̄ ex hoc quoque præsenti Euangelio, quantū nō solum impediat salutē, sed etiā saluti, imo & saluatori resistat, liquet. Nā dicit: Reliq tenuerunt seruos eius, & contumelȷs affectos occiderunt. Quid miramini? Aspicite hæc vestra tēpora. Videtisne hodie crudeliorem

Eccl. 8
Matt. 16
Mar. 8
Lucæ 9
Matt. 16
Diuitȷs q̄ mō ad salutē suam vtat hō.
Psal. 61
Iob 1
Diuitiarū quō quis debeat dispensator nō seruus.
Matt. 5
Malitia hoīm quātū resistat saluatori

liorem quoque exerceri malitiam? Nōne sanctorum vidistis corpora ac exuuias, q̄s olim & in vita, & post mortem Deus mira culis fecit gloriosos, aureis ablatis tūbis ac thecis, aut in cineres cremari, aut in paludes abijci? Quid plus fecit Dacianus aut Decius? Nonne vidistis eos qui nefarię noluerūt sentētiæ subscribere, & eos q̄ summo pastori Ecclesiæ dicunt obediendum, q̄ fatent̄ deniq; sancto Petro, & eius successoribus, nō cuiuis prophano hoī dictū: Pasce oues meas, occidi? Nonne qui verita tē loqui audent, trucidantur? Exosi habentur omnes, quotquot loquuntur veritatē, persecutionemq; patiuntur. Nec hi soli fugantur, qui prædicant veritatem Ecclesiasticam & Euangelium, iuxta catholicorum patrum orthodoxorum sententiam, sed etiam illi non sustinentur, qui nemini verbis, sed opere tantum & vita prædicant hoc est, q̄ non verbis cōtendunt, quō viuere oporteat, sed vitæ suæ exēplo id cōmonstrant. Cuiusmodi monachi ferme vbique nūc p̄secutionē patiunt̄ oēs: p̄secutio tamē Ecclesiæ in illis nō finiet. A sanctuario q̄dem p̄secutio & plaga dn̄i incipit, sed paulatim in p̄secutores hæc reuoluetur. Beati autem qui nunc patiuntur propter iustitiā.

Ioan. 21

Ezech. 9

Matt. 5

Beatus ille verus episcopus Ioānes Roffensis, qui vero martyrio propter Christū passus & coronatus est. Beati eius socij, q̄ veritatem Christi pluris quam hominum minas fecerunt. Quō ing̃ Roffensis aut socij eius pro Christo passi sunt, cum p̄ summi pontificis statu magis occisi videant̄? Pro Christo, inquā, nō pro pontifice passus est cum alijs Roffensis. Quia em̄ Christum Petro soli dixisse testatus est, eiusq; successoribus: Pasce oues meas, quo Petrum eiusque successores Christus pastores constituit omnium ouium suarum, non quemuis regem, qui & seipsum subiectum summo debet se agnoscere pastori si vult inter oues Christi annūerari. Quod si inter Christi oues non vult agnosci, nō mirum erit, vt neget pastorem, neget verba Christi, neget institutionem Christi, seque cum sit homo prophanus, animarum puta interficiendarum, se constituat pastorem, & temporalium (quod solum ei conuenit) se constituat rectorem? Pro hac itaque veritate Roffensis episcopus, vir Deo dignus cū socijs suis passus est, vt sanguine suo testarent̄ illum ouem nō esse Christi quisquis Petrum aut eius successorem, pastorem à Christo sibi constitutum negaret, contemneret, aut in illius se locum ordine inuerso, neque vocatus à Deo, nec potestate accepta subrogaret. Mortuus est, inquam, Roffensis, vt testaretur hanc sententiam veram esse & Euangelicam, soli Petro eiusque in persona successoribus eius dictam: Pasce oues meas. Ab illo pastore quisquis se subtraheret, ouem se Christi non esse luce clarius confiteretur. Qui enim non agnoscit pastorem ouiū à Christo sibi constitutum, ouē se negat Christi.

D. Ioānes Roffensis episcopus quō pro Christo passus fuerit.

N

Ioan. 21

Cæterum quisquis Petrum & eius successores nō agnoscere vult pastores, agnoscat Vigilantij, Vuickleffi, Hussi, atque vetustorū hæreticorum successorē Lutherū. Qui, inquā, Ecclesiæ Christi ab apostolis ad nos vsq; deriuatæ non vult consentire aut communicare, in q̄ oēs sancti, oēs martyres, oēs maraculis insignes sancti doctores Ecclesiæ vixerunt, cōmunicet & cōsentiat hæreticis: aut q̄ spiritu non vult regi, illo, à quo regit & fouetur Ecclesia sancta, quærat alium sibi spiritum, quo hæretici solent regi, puta spiritum dissensionis & diuisionis, qui spiritus est satanicus. Verū nunc de hac re satis. Veniet tempus quo non verbis, sed iudicio de eadem re disputabitur, quo potentes tunc potenter tormenta patientur. Interim qui iusti sunt, iustificentur adhuc, & qui in sordibus sunt, sordescant adhuc. Itaque vt redeamus vnde digressi sumus, eos, quos miserat seruos rex ad inuitatos vocandos quidam malitia ducti, non solum non audierunt, sed etiā occiderunt. Quo cōstat eos dedita opera fuisse malos. Posuerunt enim mala pro bonis, & odium pro dilectione seruis Dei retribuerunt. Sed dubitare haud immerito q̄s potest: Cū hic dn̄s multos dicat vocatos paucos vero electos: scriptum vero sit nescire hominem, an amore odiove dignus sit, an quædam sint signa, quibus agnosci quis possit aut consolari, q̄d Dei electus sit. Dicendum, hoc nulli certo constare posse, in gratia aut Dei amore se esse: sunt tamen indicia quædam & nonnullæ coniecturæ esse, quibus cōsolari possit homo Deo deuotus, sperareque se de numero esse electorum vnum. Dicit enim Bernardus: Si nullum esset signum ciuium cœli & ciuium inferni in hac vita, quæ tunc poterit esse consolatio inter spem & metū anxia

1. Cor. 14

Sapien. 6

Apoc. 22

Psal. 108

Eccles. 9

Bernard. Electionis Dei signa quæ sunt.

anxia follicitudine fluctuantibus? Non igitur sine testimonio consolationis electos suos dereliqt. Itaq; primũ signũ est peccata in se detestari. Recte igit̃ dixit Hieronymus: Tunc peccatorũ salus incipit, cum qs veraciter ꝑ delictis ingemiscit. Contra vero lætari in delictis, sicut de quibusdam scriptura dicit: Letant̃ cũ malefecerint, & exultãt in rebus pessimis, est pessimum signũ. Secundũ signũ electorꝝ est libenter de Deo audire, aut delectabiliter audire verbum Dei. Quod pro signo Christus quoque Iudæis, quo se cognoscerent, vñ essent, dedit, dicens: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, q̃a ex Deo nõ estis. Hęc ỹba filij ad vos q̃q; applicate. Corda vestra excutite, an in templo vos delectet magis audire officiũ diuinũ, & sermonem, seu prædicationẽ quam de nugis, rumoribus seculi, & ꝓphanis rebus vestris fabulari. Dicit aũt Gregorius, certissimum esse signum ꝑdestinationis, libenter audire verbum Dei. Perpendite cuiusmodi sit affectus vester ad verbum Dei. Tertium est signum, patiens aduersitatũ toleratio, vt sunt infirmitas, paupertas, &c. Beatus eñ hõ q corripit̃ à dño. Dñs quoq; in Apocalypsi: Ego, inqt, q̃s amo, arguo & castigo. Et Paulus: Flagellat aũt omnem filiũ quẽ recipit. Et iteꝝ: Quis eñ filius, quẽ non corripit pater? Quartũ signũ est, in tribulationibus emendari. Si qs ita miserias aduersitatesq; sustinet, vt sub his melior efficiat̃, signum habet electionis Dei. Porro cor durũ male habebit in nouissimo. Huiusmodi aũt fuit Pharao, cuius cor ex plagis Dei nõ melius aut obedientius fiebat, sed in malitia potius indurabatur. Quintum est signum, timentes Deum ac seruos Dei honorare. Qui eñ Dei seruũ aut amicũ venerat̃, propterea q̃a Dei amicus est, multo magis Deũ amat ac veneratur, ob cuius gratiã hoĩem diligit aut veneratur. Infallibile aũt est, quod dominus dixit: Quod vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi fecistis. Vnde manifestum est eum, quisquis dei amicos, propterea quod Dei sunt amici, diligit, multo magis Deum diligere. Sextum est humilitas. Christiana obseruantia & electi Dei oẽs hoc habent, vt aliqd virtutũ Christi suis studijs imitent̃, suisq; moribus exprimãt. Maximè aũt in humilitate Christi nõ nihil cũ eo dẽ participãt oẽs Christi discipuli. Timor eñ Dei deprimit hoĩem in sui cognitionẽ, vt erubescat corã humili Christo Deo superbire. Si eñ discipulus est Christi, non potest non aliquid didicisse ex magistro & eruditiõe Christi. Est eñ Christus doctor & magister humilitatis, & cuncti illũ humiles sequuntur, quõ diabolus quoq; rex est super oẽs filios superbiæ. Septimum est, grauate audire mala de proximo, cum proximorum mala in bonum conuertere seu excusare oporteat. Est enim hoc veræ dilectionis argumentum. Diligere aũt salutis indicium est ac signũ, sicut Christus dicit: In hoc cognoscent oẽs, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Laudatissima igit̃ est consuetudo, absentibus neque detrahere, neque de illis detrahentes audire. Octauum est proximis in aduersis compati ac subuenire. Scriptum nanque est: Iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in ęternũ non commouebitur. Quid enim Dei misericordia tam dignum, quã hominis misericordia in ꝑximũ ꝓrogata? Propterea beatos dicit Christus misericordes, qm̃ misericordiam consequent̃. Psalmista quoq; ait beatum, qui intelligit super egenum & pauperem quoniam in die mala liberabit eũ dominus. Nonũ signũ est, iniuriæ facilis dimissio. Qui libenter offensiones donat in se delinquentium, facile suis quoq; peccatis à Deo veniam impetrat. Et ideo hortat̃ nos Paulus, dicens: Estote inuicẽ benigni & misericordes, condonantes inuicẽ. Neq; eñ mentit̃ veritas, dicẽs. Dimittite & dimittetur vobis. Ecclesiasticus q̃q; idem consulens: Relinque, inqt, ꝑximo tuo nocenti te, & tunc tibi depcanti peccata soluẽtur. Decimũ signum, desiderare se fore meliorem. Generat eñ hoc desideriũ in animo aliq̃ ꝑparationem aut congruitatem ad recipiendã gratiam. Beati nanq; qui esuriũt & sitiunt iustitiã. Quid aũt aliud est esurire ac sitire iustitiã quam desiderium profectus maioris? Vndecimum signũ ꝑdestinationis est, ad passionem & mortẽ Christi, & ad beatam virginem Mariã deuotio: puta vt libenter passionem Christi recolas, vel saltem cum gemitu eius sis memor. Suaue quoque & desideratum sit tibi de hac cogitare, audire & loq. Suaue sit tibi eandem venerari, meditari, & honorẽ ei orando, & gratias agendo exhibere.

Iob 44
Detractiones nolle audire, q̃ sit bonum signum
Ioan. 13
Psal. 111
Cõpati ꝑximis bonũ esse signum
Mat. 5
Psal. 40
Iniuriarũ facilis dimissio, signum esse electionis
Ephe. 4
Lucæ 6
Eccl. 28
Desideriũ vitę melioris, signũ esse bonũ.
Matt. 5
Passionem Christi deuote recolere ꝑdestinatiõis esse indicium

Beatissimam quoque virginem Mariam q̃tidie salutare, diligere, & venerari euidens futuræ gratiæ, misericordiæq; apud Christum inueniendæ est indicium. Non ẽm finit non remuneratum Deus, quicqd vel suę passiõi, vel eius in honoȓ oblatũ fuerit matri. Imo & misericordissima Dei mater sciens ꝓpter peccatores ad hanc gloriã & dignitatis præeminentiam se venisse, non potest nõ p̃cibus suis nunquã repellendis apud filiũ suũ mortalibus, maxime aũt sibi deuotis succurrere, & misericordiã obtinere. Videte nũc filij absq; dissimulatiõe, quæ in vobis ex signis huiusmodi insint, & pro his, quæ vobis non insunt, pariter domino supplicetis misericordissimo nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Mariã venerari q̃ fit bonum signum

DOMINICA XXI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios VI.

XXX.

Confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecte stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela neq̃ssimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Postquam Ephesios multa instructione Paulus docuerat, tãdem opus erat illos quoq; erudire, quõ contra aduersariũ excitarentur, & separarent ad pugnam. Et qui inter illos suis viribus bonum se posse operari putauerant, nunc & voluntatem bonam & conatum, & vires à Deo intelligerent postulanda. Dicit igitur: Confortamini, hoc est, efficiamini fortes contra aduersarij insultus impugnationesque omnes: idque non in viribus vestris, sed in domino, hoc est, eo fidei respectu, quo ad dominum confugiatis, credentes eundem esse dominum vestrum omnipotentem, qui adesse & protegere vos velit. In hoc domino confortamini, & in potentia virtutis eius, quæ ab illo procedit, cuique nemo potest resistere. Induite vos armaturam Dei. Induamini armis omnibus, quibus militatur Deo. Roborate animarum vestrarum vires virtutibus, quæ contra diabolum arma sunt præcipua, vt possitis stare, hoc est, resistere perseueranter, ac præualere aduersus insidias, fraudes, dolos, tentamentaq; diaboli, q̃d haudquaq̃ potestis, nisi Dei auxilio, & liberi arbitrij exercitio suffulti. Sola enim gratia, aut solo arbitrio nemo diabolo resistit. Neq; ẽm nobis sola hæc est collluctatio, nec ea præcipua est, quę est aduersus carnẽ & sanguinẽ, aduersus hoĩes carnales, fragilesq;, nec solũ cõtra vitia carnis nobis pugnandum est, sed potius aduersus principes & potestates tenebrarum harum, contra angelos apostatas de ordinibus & sedibus principatuum ac potestatum excidentes: aut contra reprobos illos spiritus, qui tanquam nequiores minoribus alijs pincipantur & præsunt: aduersus mundi rectores tenebrarum harum, id est, qui sunt principes mundi huius, mundanorum scilicet hominum, iuxta intellectũ quem dominus significare volebat dicẽs: lam princeps huius mundi eijcietur foras. Diabolus itaque rector est ac princeps seruorũ suorũ, impiorum hominũ scilicet, q̃s captiuos in peccatis & in tenebris vitiorũ detinet, quotquot illius obediunt voluntati. Hi enim tenebræ sunt mũdi, sicut q̃busdã dicit Apostolus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in dño. Quando eratis (inq̃t) impij sub iugo & dominio diaboli,

Iob 9. 41 Psal. 75 Sapien. 11 Hiere. 49

Ioan. 12

Tenebræ mundi huius q̃ sint. Ephe. 5

aboli,fuiſtis tenebrę:nunc vero diaboli iu
go contrito,poſtquã Dei eſtis filij,per ado
ptionem facti,eſtis lux & filij lucis in dño.
Contra rectores itaq; mundi tenebrarum
harum nobis decertandum eſt, & contra
ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus,cõtra dæ
monum agmina nequitijs plena in aere il
lo caliginoſo.Vult itaq; Apoſtolus dicere:
Tametſi nos homines perſequantur,ſi oc
cidant,rapiantque nobis bona & famam,
non tamen nobis contra homines eſſe pu
gnandum,ſed vigilandũ potiſſime contra
principes horum malorum, contra mali-
gnos ſpiritus,qui intus nos perſequũtur,
& capere moliuntur. Propterea quoſdam
infirmos inſtigãt,fallũt,ſeducuntq; ad ma
la.Hi ſunt,qui nos impugnant per ſeipſos
& per homines,vt ad iram,inuidiam, odi-
B um,deſperationem, aliaq; id genus pecca-
ta quæcunq; nos præcipitent. Cõtra
aduerſarios igitur interiores multo diligẽ
tiori ſtudio eſt vigilãdum, ſatagendumq;,
vt illos quam vt exteriores vincamus per-
ſecutores.Hi enĩ non repugnãdo,nec ma-
la retaliando vincuntur,ſed cedendo,ſuſti
nendo,ſe humiliando, diligẽdo,atq; bene
faciendo placantur.Eiſdem aũt armis,hoc
eſt,eiſdẽ virtutibus vincitur diabolus,pla-
catur etiam homo. Eſt autẽ nihilo minus
aduertendum,neq; hominem, neq; diabo
lum poſſe aliquid aduerſum nos,niſi Deo
id permittente,vt manifeſtum apparuit in
Iob.1.&2. Iob,quem diabolus nõ potuit lędere,neq;
in rebus , neque in corpore, niſi data ſibi
facultate à Deo. Quapropter ad impati
entiã nemo ſub onere aut moleſtia , nemo
tentationum importunitate ad deſperatio
nem,nemo deniq; ad iram aut vindictę ap
petitum permoueatur , ſed reſignatũ Deo
debet homo habere animum,cuius amore
æquanimiter ferat , quod alioqui grauate
Ioan.19 eſſet laturus,aduerſarioq; cuiuis mente re
ſpondere:Non haberes aduerſus me pote
ſtatem vllam,niſi datum tibi eſſet deſuper.
Hæc fides,hæc reſignatio animi,qua de
manu domini tam mala, quam bona reci-
piantur,eſt victoria, quæ vincit mundum
& diabolum.Sequitur:Propterea accipite
armaturam Dei,qua ſolet Deus ſuos arma
re ſeruos.Nec hoſtibus cedatis, aut fugia-
tis,ſed munite vos armis, quibus poſſitis
hoſtibus reſiſtere in die malo,& in hora tẽ
tationis,qua vos malum impugnat: aut in
die malo,q̃ viget malitia vos impugnans,
& vt poſſitis in oĩbus perfecti ſtare, tam
inter proſpera,quam inter aduerſa, ne vos
proſpera extollant,nec deijciant vos mole
ſta.State igitur ſuccincti lũbos veſtros cin
gulo caſtitatis.In his enim viget viris luxu Lucæ 12
ria.Propterea dominus dicit:Sint lũbi ve-
ſtri p̃cincti.State ſuccincti lumbos veſtros
in veritate.Eſtote caſti non tantum in ocu
lis hominũ,ſed in oculis etiã Dei, & indu-
ti loricam iuſtitiæ bonarum actionum, &
calceati,hoc eſt,calceis induti pedes.Per pe
des ſignificantur affectus,quos munire de
cet,ne terrena tangant, aut terra inquinen
tur.Vt ſitis,inquit, præparati, expediti, ac
idonei,ad annunciandam gratiam Euãge
licæ pacis.In omnibus ſumentes ſcutum ſi
dei,hoc eſt, pro ſcuto ſit vobis fides catho
lica,in quo poſſitis ſcuto tela nequiſſimi i-
gnea extinguere,hoc eſt,quo poſſitis vehe
mentes tentationes ac impetuoſas diaboli
vincere aut reddere inanes.Et galeam ſalu
tis aſſumite(quæ eſt ſpes ęternorum bono
rum) qua omnia contemnatis terrena: &
gladium ſpiritus ſeu ſpiritualem gladium
aſſumite,qui ſermo eſt diuinæ prædicatio
nis,diuidens carnem à ſpiritu , reſecans à
virtute vitium,ac noxia cuncta,puta impie
tates & hæreſes reſcindens.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicę XXI.poſt dominicam S. Trinitatis, Ioannis quarto.

MVlti veſtrum chariſ C
ſimi, arbitror, ſcri-
ptũ legerũt in Iob: Iob 14
Homo natus de mu
liere,breui viuẽs tẽ-
pore, replet multis
miſerijs. Qui quaſi
flos egreditur & cõ
teritur,& fugit velut vmbra,& nunq̃ in eo
dem ſtatu p̃manet. Siquidẽ homo dũ cre-
ſcit,deficit: quãtoq; eius extẽditur vita,tã-
to ea dẽ ipſa creſcẽs minuitur . Prorogatio
nãq; & curſus vitæ,qd aliud eſt,q̃ eiuſdem
decurtatio?Statutũ eſt enim oĩbus homini Hebr. 9
bus ſemel mori. Vnde quanto viuitur diu
tius, tanto ipſa vita breuior efficitur,tanto
que ad mortem acceleratur . Verum anteq̃
ad mortem veniamus,vita noſtra multis aſ
pergitur amaritudinibus, multisq; atteri-
tur moleſtijs,per quas ad ſe modo nos tra
hit Deus,aut iã tractos apud ſe,ne receda-
mus,cuſtodit. Quamobrẽ decet nos pater

num suũ erga nos amorẽ intelligere,&cor porũ infirmitates,quæ sunt animę sanitas, non abijcere, sed patiẽter amplecti.Memi nisse enim nos apostolicæ sententiæ opor
2.Cor.12 tet,quæ dicit:Libenter gloriabor in infir- mitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.Cum eñ infirmor,tũc potẽs sum. Itaq; in huius dñicę Euãgelio regulus qui dã & pater afflictus introducitur pro filio orans:qui tandem q̊q; est exauditus,& fili us eius sanatus.Sanatio aũt vnius infirmi multos ægrotos sanauit in anima: imo pa trem q̊q; illius sanauit ab imperfectione fi dei.Dicit itaq; B.Ioannes Euangelista:

Erat quidam regulus, cuius filius in firmabatur Capharnaum.

Regulus iste quis fuerit. Quis iste fuerit regulus, varia est multo rũ opinio.In hoc tñ cõsentiũt(puto)oẽs, hominẽ non regiæ fuisse dignitatis,sed in potestate constitutũ, vnũ ex terræ optima tibus & rectoribus,qui vel à Romanis,vel ab Herode cõstitutus,partẽ gubernauerit regni.Hic nuptijs interfuisse dicitur in Ca na Galilææ,& agnito Christi miraculo cir
Ioan. 2 ca mutationẽ aquæ in vinum,spem aliquã recuperandæ cõcepit sanitatis pro filio.Fu it itaq; regulus ille vnus ex rectoribus, sa- trapis seu præfectis terræ,& fortasse in Ca pharnaum cõstitutus præfectus. Hic itaq; condolens filij infirmitati, qui incipiebat mori,tẽtauit quicquid potuit,remedia vn- decunq; petens. Hic cum esset memor mi- raculi in nuptijs facti,ad Iesum concitus se contulit,sperãs se ibi remedij quid pellen dæ mortis & infirmitatis ab eodem se acce pturum,vt sequitur.

Hic cum audisset,quia Iesus adueni ret à Iudæa in Galilæam,abijt ad eũ, & rogabat eum, vt descẽderet & sanaret filium eius,incipiebat enim mori.Di- xit ergo Iesus ad eum:Nisi signa &pro digia videritis,non creditis.

D Dicet quis: Cum dominus regulum hunc taxare videatur ob fidei defectũ,nũ- quid credere non iudicandus est, qui do- minum accessit,rogauitq;vt sanaret filium eius? Si non credidit Christum posse sana re,cur illum accessit, & vt sanaret filium su um,rogauit? Verum excutienda sunt regu li verba,& videndum quid credidit, vbive
Fidei defe ct⁹ duplex in regulo. dubitauit. Credidit Christum posse sa- nare,sed in hac fide duo fuere defectus fi- dei.Vnus,quia putabat Christum nõ pos- se sanare,nisi adesset homini sanando.Nõ credidit vt absens curare posset infirmum. Atque ideo dominum rogauit, vt descen- deret. Alter defectus fuit, quod putabat eum mortuum non posse suscitare:ideo fe stinabat Iesum in domum suam adducere, antequam filius eius moreretur. Hunc du plicem fidei defectum in eo videns Iesus, ait ad illum: Nisi signa & prodigia videri- tis,non creditis.Non obiurgat eum quod peteret signum, sed quod imperfecte cre- deret.Sciebat nanque recipiendæ ac pro- pagandę fidei signa esse necessaria ac Chri
sti miracula. Primo nanqne erant signa necessaria, quibus Christi prædicatio con firmaretur,propter difficultatem creden- dorum,quæ erant supra captum humanũ. Miracula Christi ne cessaria fu isse ꝓpter tria. Contra quæ ratiocinationes multæ fieri possent humanæ,quæ vt excluderẽtur,mi- raculis opus erat,quibus ratio humana cõ fiteretur atque credere virtute diuina per- specta compelleretur. Nisi enim Christus miraculis, signisque astruxisset veritatem suæ prædicationis, nisi signis & prodigijs virtutem commonstrasset diuinam, quis credidisset ei dicenti se filium Dei? Quod enim homo esset Christus, oculo poterat probari corporali. Quod vero Deus erat, non poterat persuaderi, nisi virtus in eo es se perspiceretur diuina. Miracula autem o- perari ex potestate, sine oratione, & virtute propria, mortuis reddere vitam aut lan- guidis sanitatem, naturam testantur diui- nã. B Dixi igitur, nisi virtute aliqua di- uina,quam purus non posset operari ho- mo, Christus probasset se Deum, quis di- centi se Deum obligatus fuisset hoc ipsum credere? Nonne & ipse hoc ipsum confite- Ioan.15 tur,dicens: Si opera non fecissem quæ ne- mo alius fecit,peccatũ non haberẽt incre- dulitatis,scilicet Iudæi? Nũc aũt excusatio nem nõ habent de pctõ suo. Siquidẽ Chri stus ex potestate & imperãdo(vt dixi)fecit miracula,quod nemo sanctorum alius fe- cit. Sancti enim siue veteris, siue noui testa mẽti fuerint,non suo,sed Christi nomine: non sua,inquã,virtute,sed Christi virtute: non imperando,sed precibus impetrando fecere miracula. Quocirca Christus dixit Ioan.5 q̊q;:Opera quæ ego facio , sunt quæ testi- moniũ perhibent de me. Opa quæ facit Lutherus & eius socij apostatæ,pariter te- stimoniũ perhibẽt de illis,q̊d sunt pseudo apostoli, hæretici, Christo & Ecclesiæ re- belles, Luthera noſ: opa cuiusmo di phibeãt de ipsis te stimoniũ.

belles, à spiritu sancto alieni, & Satanæ discipuli, qui quicquid honestum est, aut virtuosum, oppugnāt, quicquid vitiosum, roborant. Reuera enim Lutherani possent dicere: Licet nomē nobis arrogauerimus Euangelij, opera tamen nostra quæ facimus, testimoniū perhibent de nobis, quod non Euāgelici, sed carnales sumus. Secundum spiritum enim viuere, quamuis rarissime, imo fere nunquam, ne doceamus quidem, tantum abest vt faciamus, nisi quod quicquid loqmur, si detrahimus, si nugamur, si seducimus denique, modo repugnet Ecclesię, vocamus Dei verbum, vocibusq; clamamus: Euangelium, Euangeliū, non aliter quam Ephesij olim per duas horas clamabant: Magna Diana Ephesiorum. Clamantes aūt nihil de Euangelio secundum spiritum, nisi ea quæ contentiones fouēt, & detractiones seminant, proferimus, sed iuxta spiritum loqui, & iuxta carnē viuere docemus. Opera em̄ nostra sunt, & in carne & in fraude. Quod si non creditis nobis, opera nostra testimoniū perhibent de nobis, quod carnē diligimus, spiritum execramur. Secundo, necessarium fuit, vt Christus faceret signa & prodigia ratione fidei (in qua ante erant) antiquandę. Tunc enim nō erat gens, quæ fidem aliquā non receperat, imo perfidiam & idololatriam, Iudæis exceptis, qui veram habebant vsq; ad illa tempora fidem. De fide autem recepta quemuis eripere, & in aliam fidem introducere, non potest fieri, nec persuaderi quidem mortalibus, nisi opera huiusmodi videant, quæ diuinitatem testentur, vt sint vltra potestatem humanam. Romani nanq; & aliæ gentes videntes per viam naturæ euenire abundantiam & caristiam, serenitatem & tempestatem, generationem & defectionem, cœlestibus sideribus, puta soli, lunæ, cæterisq; planetis virtutem & diuinitatem tribuerant (cum reuera nihil essent ex se, sed tantum ministrātia lumina, eorumq; virtus esset illis indita à Deo) & eadem vt numina diuina cum alijs portentis, dijsq; suis multis colebant. A quo errore eos euellere, & aliam fidem persuadere nemo potuit, absq; ostensione miraculorum. Porro Iudæi fidem & legem habebant à Deo per Mosen sibi traditam. A qua fide, in qua erant nati, quomodo in aliam fidem, & in legis derelictionem potuissent induci nescio, si non vidissent miracula in Christi nomine (qui eis per apostolos prædicabatur) fieri, quæ testimonium ferrent, non aliud nomen sub cœlo datum esse hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, quam nomen domini nostri Iesu Christi. Ab assuetis enim difficile est auelli, & eam in qua natus es, fidem difficilius relinquere, nisi cogaris miraculis. Quapropter videte hic quęso quorundam leuitatem & petulantiam, qui fidem veram, antiquam, ab apostolis nobis traditam, miraculis, signisq; confirmatam deserētes, in quarūdam apostatarum (quorum summa sanctitas est carnalis spurcitia) carnalem libertatem se tradiderūt, nihilo honestiores inde factis Mahumetanis. Hi Lutherani sunt hæresum multaꝝ coaceruatores & sectatores. Quō igitur dixi, vt fidem suā pristinam, tam Iudęi, quam Gentes relinquerent, in Christumq; crederent, necesse erat id fieri per miracula, quæ homines dum viderent, crederent, quæ alioqui non credidissent. Tertio, necessarium erat, vt fidem seu prædicationem fidei comitarētur miracula, propter persequutionem tyrannorum. Vbique enim prædicationi Euangelicę contradicebatur. Verum sancti martyres signis & virtutibus, quo à tyrannis grauiores patiebantur persequutiones, inuenti sunt illustriores. His autem eorū vehementer perfidiam & idololatriam confutabāt. Deniq; & hoc ipsum eis Christus ante promiserat dicens: Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, &c̄. Itemq;: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Adde iā quod hi qui fidem prædicabant, homines erant illiterati, simplices, inermes, absq; humana potentia aut defensione. Illi vero quibus prædicabatur, reges erant & imperatores, philosophi, principes & rectores seculi, sapientesq; mundi. Quapropter vt illiterati conuerterēt doctos, vt simplex doceret astutum, infirmus terreret potētem, necesse erat vt adesset virtus Dei, potestasq; miraculoꝝ. Nam illud miraculo maius est, ꝑ piscatores, simplicesq; homines nemini formidabiles, cōuersos esse ad fidem reges seculi, potentes, principes, prudētes seculi, sapientes & philosophos. Veꝝ quid illos cōuertit? Nunquid persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis apostolorum conuersi sunt? Minime. Adeo em̄ dolosi aut versuti non fue

Actor. 19

Idololatriæ origo, quæ.

F

Actor. 4

G

Marci 16

Ioan. 14

non fuerunt apostoli, vt hoc possent. Sed nunquid mẽdacijs decepti sunt? Haudquaquã. Quid igitur? Audierunt verba apostolorum simplicia quidem, & ab omni fuco aliena, quibus tanta inerat virtus, tanta veritas, vt illis nemo cõtradicere posset. Hoc enim illis à Christo promissum fuerat, dicente:

Lucæ 21

Dabo vobis os & sapientiam, cui nõ poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Addita præterea erat eis virtus miraculorum, qua in Christi nomine per eos signa & prodigia magna fiebant in populo.

Acto. 2. 6

H

Mahumeti lex q̃lis

Possit autem hic obijci de lege Mahumetana, quoniam illa absq; miraculis recepta est. Dicendum, longe aliud esse iudicium de lege Euãgelica, & de lege Mahumeti.

Lex Christiana q̃ sit sancta & honesta.

Siquidem in lege Christi nihil est carnale, quia est lex spiritus, ne in minimo quidem legi naturæ repugnant, in ea est castitas, in ea omnis est virtus, omnisq; honestas. Nec potest quicquam quod nefarium sit, quod iniustum sit, quod impium sit, q̃d inhonestum sit, quodve dedeceat, in lege Christianorũ inueniri. Quocirca hæc lex nemini persuaderi potest humanis verbis, nisi his qui viuere desiderant secundum spiritum, quod paucorum est.

Lutherana hæresis in quo Mahumetanæ legi assimiletur.

Lex autẽ Mahumeti tota carnalis est, promissionẽ etiam habens carnalem, licet prorsus mendacem, Lutheranæ sectæ parum dissimilẽ. Vtraq; enim carni seruit, vtraque spiritum odit, vtraq; licentiam carni prębet, licet Lutherana lex vmbram quandam fingat honestatis, omnem tamen libertatem carnis laxat. Et quia nemo est qui (si putentur licere) carnalia non amet, ideo quod hæc faciliter hominibus suapte natura ad hæc inclinatis suadetur. Mahumetana olim Orientem Christo ademit: nunc hæresis Lutherana (in qua omnia eius intelligo genimina viperina ex vno parente paulatim orta & deriuata) Christo tollit omnem Occidẽtem. Sed nimium digressi sumus. Reuertamur ad Euangelium.

Dixit ad eum regulus: Domine, descende priusquã moriatur filius meus.

I

Quamuis imperfecta huius reguli fuerit fides, fuit tamen singularis deuotio eius ad Christum. Quamobrem non expectauit, donec ad ciuitatẽ suã veniret Iesus, sed longe adhuc constitutũ adijt, & p̃ filio rogauit. Quem dñs Iesus nõ solum exaudire volẽs eius filiũ sanando, verũ etiã ipsum regulum ab imperfectione fidei liberãdo, reprehendens exercuit eum. Verum cũ ille hæc dissimulans sustineret, atq; à precibus non desisteret, dominus illi respondit:

Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit.

Non dixerat regulo, quemadmodũ dixerat Cẽturioni: Ego veniã & curabo eũ, sed vt orantem q̃q; sanaret patrem, qui opinabatur Iesum absentem nõ posse curare, & ideo vt ad se descẽderet, Iesum rogabat, ire noluit. Sed mouit hic diuus Gregorius quæstionem: Quare dominus ad seruum Centurionis accedere, licet nõ rogatus, voluit, & ad filium reguli ire noluit? Nempe ideo, vt instrueret nos, qui homines intuemur vt homines. Secũdum humanam enim rationem omnino videbatur nobis magis eundem ad reguli filium, quam ad Centurionis seruum. Sed Christus vt monstraret quã studiosus humilitatis esset, quãq; non esset acceptor personarum, sed æque omnes diligeret, ad reguli filium ire recusauit, ad seruũ Centurionis ire paratus fuit. Alia est præterea ratio. Nam Centurio perfectã habuit fidem, in qua nihil ædificari oportuit. Ideo vt illius nobis fidem quoq; & deuotionem manifestaret, Ego (inquit) veniens curabo eum. Sciebat enim quid esset responsurus Centurio: ideo vt nos quoq; eius tantam fidem sciremus, prouocabat eũ ad respondendum. Hic vero regulus habebat fidei imperfectionem, quæ in illo pariter erat curãda. Ideo ire dñs ad filium eius noluit, ne eius errorẽ confirmaret. Sed absens curare voluit filium, quo præsentem curaret quoq; patrem, existimantem opus esse ad curationem filij corporali p̃sentia Christi. Propterea cõstanter regulo hic Iesus dicit: Vade, filius tuus viuit.

Matth. 8

Gregor. Cur ad Centurionis seruum Christus ire voluerit, & nõ ad filium reguli.

Matth. 8

Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Iam aũt eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.

K

Aliq̃d in fide profecerat interim, dũ domino loquebatur regulus, q̃a iam credidit verbo Christi, & fide confortatus, rediturus in domum à domino abscessit. Cui occurrerunt serui nunciantes filium viuere, id est, esse incolumẽ, vel, quia lætum nũcium non est differendum. Est enim semper desideratum & acceptum, ideo festinarunt serui mox, quod audire desiderabat, domino nũciare: vel quia superfluum videbatur

batur seruis, magistrum, seu dominum Iesum fatigari, vt descēderet, cum iam filius, cuius gratia vocabat Christus, incolumis erat. Putabant enim cum suo dño descensurum Christum, cuius iam esset præsentia superflua propter filij sanitatem.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerūt ei, qa heri hora septima reliquit eum febris.

Ex hoc loco Chrysostomo videtur, q̄d perfecte non crediderit regulus iste, sed titubauerit: atq; rei veritatem explorare volēs, propterea interrogauerit, qua hora melius habuisset, vt inde disceret, an virtute Christi, an alia occasione aliqua naturali filius recuperasset sanitatem. Responderunt igitur illi serui eius, q̄ hora septima illum reliquisset febris, hoc est, quod cū esset febri tunc correptus, subito illum reliquit febris pfecte, & sine vlla debilitate, aut morbi vestigio factus est, mansitq; sanus. Pari modo socrus Petri febricitans curata est. Nā subito surrexit à Christo curata & ministrauit mensæ.

Cognouit ergo pater, qa illa hora erat in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

Perpenditur hinc (vt Beda dicit) quemadmodum in alijs virtutibus, ita in fide q̄que esse gradus. Nam regulus initium habuit fidei, cum dominū pro filij salute rogauit. Incremētum habuit, quando sermoni credidit Christi, domum reuertens. Postremo nunciantibus seruis perfectionem obtinuit fidei, nihil posthac dubitans. Credidit autem, vt hic dicitur, nō ipse tantum, sed domus eius vniuersa. Quo palā fit, quā vtile fit patrēfamilias habere bonum, aut Deo deuotū, quamq; pestiferum sit malū, impiumq; habere dominū. Quomodo enī est paterfamilias, ita sunt eius quoq; ministri & familia tota. Profuit igitur familiæ domus regulū credidisse in Christū. Nam hac occasione studuerunt etiam omēs qui in domo erant, fide se domino conformare. Qui si impius fuisset, familiamquoq; habuisset impiā. Estote igitur filij semper, quantum est possibile, cum bonis, vt participes fitis quoq; in bonis eorum, & in virtutibus, & assuefiatis ad honestatem & ad virtutem. Iuxta enim mores & vitam eorū cum quibus habitas, vita & animus tuus imparceptibiliter mutatur, vt cum lasciuis fias lasciuus, cum arrogātibus & superbis superbus, cum tumidis tumidus, cum inobedientibus rebellis. Et e diuerso, vbi Dei timor est in patrefamilias aut vxore, ibi docetur, participatq; tota familia, vt discat timere Deum. Qui vobis filij misericordiā suam det & gratiam, vt illum prę oculis habentes, semper ei maneatis subiecti ac obedientes, in Christo Iesu domino nostro, q est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Cur pœnæ peccati originalis post baptismum maneant, & quare formidabilis sit mors.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabat. Ioannis quarto. Hominibus cūctis naturaliter hoc insitum est, vt quærant sui integritatem & sanitatem: fugiant vero sui corruptionem, seu mortē. Hoc modo huius infirmi pater per naturalem amorem & compassionem remedium ægroto filio suo quodcunq; potuit, ad sanitatem quæsiuit. Sed miraris fortasse, vnde nobis accidant infirmitates, aut etiam ipsa mors. Dicendum ex originali pctō hoc nobis accidere, vt moriamur, vt pœnas, dolores, infirmitates, molestias, grauamina, famem, frigora, & quæcunq; nobis sunt molesta, sentiamus. Quod si obieceris seu interrogaueris iterum: Quum dominus omnia nobis pctā in sua passione dimiserit, & pœnas peccatorum nobis ademerit: cur ergo nihilominus postquam sumus baptizati, pœnis affligimur? Scriptū nanq; est: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Si Christus nostros quos pati debemus dolores portauit, & si in baptismo nos recipimus efficaciā, virtutē, & meritum passionis Christi, videtur q̄ pœnas huiusmodi, quas per originale pctm̄ incidimus, iterum in baptismo exuimus. Respondendū hic per tres est consideratio nes. Prima: Christus omnem pœnā peccatis debitam, in sua passione soluit perfectissime, quæcunq; animam hominis post separationē à corpore ab ingressu regni cœlestis impedire, vel perpetuo, vel ad tempus posset. In baptismo nanq; vbi nobis virtus cōmunicatur passionis Christi, omnis culpa, tā originalis, quam actualis, venialis q̄que & mortalis aboletur, atq; remittitur. Tolli-

Infirmitas & mors vnde accidant homini.

Esaiæ 53

Pœnæ peccati originalis cur post baptismū maneant.

Baptismus vt tollat omnem culpā & pœnam.

Tollitur præterea ibi omnis obligatio ad pœnã,cui alioqui obnoxĳ essemus,tam in ferni,q̃ purgatorĳ.Eam ob rem dicit Augustinus:Per baptismũ quicquid in homine factũ,dictũ & cogitatũ est,totũ abolet, vt quasi factũ non sit, habeatur. Secũda cõsideratio.Per efficaciam passionis Christi &eiusdẽ virtutẽ non remittuntur pœnę temporales peccato originali debitæ,quas in hoc mundo sustinere habemus, vt sunt infirmitates,miseriæ &ærumnæ multæ,tãdemq; mors corporalis.Illæ em̃ pœnæ terminantur in hac vita,& cum vita corporali:ideo nihil possunt hominẽ impedire aut prohibere post separationẽ, nec perpetuo, nec ad tempus.In baptizato enim nihil impedit regni cœlestis ingressum,nisi peccatum post baptismum cõmissum.Nam priora peccata in baptismo sunt deleta. Tertia consideratio:Christus dominus noster quamuis sua passione pro peccatis omnibus omniumque peccatorum pœnis pro nobis satisfecerit,ab his tamen pœnis temporalibus,quas in hac sustinemus vita, ex ingẽti misericordia sua nos liberos esse noluit omnino.Sciebat em̃ nobis nullo modo prodesse, vt ab his pœnis & molestĳs hic penitus essemus liberi.Proinde(vt videmus)quos habuit in mũdo chariores,eosdẽ pluribus molestĳs & calamitatibus subiecit. Conferunt enim hæ pœnæ multum his qui eas,vt debent, ex obedientia suscipiunt,intelligentes eas in remedia animarum suarum à summo medico sibi impositas. Conficitur igitur infirmitates, calamitates, ærumnas quoq; & aduersitates,in vtilitatem animarum nostrarum nobis relictas. Quas, inquis, pariunt vtilitates?Multas,inquam,si patienter tolerẽtur: quarum aliquas recensere hic libet. Exempli igitur gratia ægritudinẽ seu infirmitatem accipiamus,in qua alias q̃q; intelligamus molestias.Prima autem huius est vtilitas,vt homo sentiens infirmitatem,p̃paret se ad exitum. Qui em̃ tunc se ad mortem, q̃n infirmus est,nõ parat,q̃n parabit?Beati igitur qui q̃tidie se parant ad egressum (nescit em̃ homo finẽ suũ) vt cũ dñs pulsauerit,cõfestim aperiant ei.Est aũt magna admonitio infirmitas corporalis,vt se homo paret ad mortem,ne quasi improuisus, imparatusq; moriatur. Scitũ quoq; illud est Senecę dicẽtis:Mors vbiq; te expectat, sed si sapiens fueris,vbiq; eam expectabis.

Augustin.

M Infirmitatũ,aduersitatumq; vtilitates multiplices, quæ.

Eccles 9 Lucæ 12

Seneca.

Secunda est vtilitas,quia à peccatis infirmitates,aliaq; incommoda patienter tolerata nos purgant. Misericordissimus em̃ dominus infirmitates & calamitates nostras in expiatiõem nobis ordinat peccatorum. Adeo vt non raro in illis membris, p quæ peccauimus,etiã puniamur,vt in nobis impleatur illud:Per quæ qs peccauit,per hæc & punietur.Infligi autem pœnas pro peccatis à Deo testatur Psalmista,dicens:Multa flagella pc̃tõris, sperantẽ aũt in dño misericordia circundabit. Et Dauid qa deliquerat: Qm̃, inqt,in flagella paratus sum, & dolor meus in cõspectu meo semper.In Euãgelio q̃q; non longe à superiori dñica lecto nobis referebatur de paralytico,quẽ dñs curaturus hoc modo affatur:Confide fili,quoniã remittuntur tibi pc̃ã tua.Quo satis indicabat pc̃ã fuisse causam infirmitatis,& per infirmitatẽ illum iterũ ad animæ redire sanitatem. Tertia est vtilitas, quia infirmitates,ærumnæq; hosti nostro lasciuiam,petulantiamq; eripiunt. Est em̃ nobis familiaris noster hostis caro nostra, quem circũferre cogimur & nutrire, non tamen occidere.Nutrire,inquã,illum tenemur ad sobrietatẽ,ad necessitatem q̃q;, nõ ad petulantiam aut voluptatẽ.Itaq; cum infirmitatibus carnem dñs affligit, hanc rebellem spiritui subĳcit. Nunquã enim caro nõ cõcupiscit aduersus spiritũ, p̃sertim sana & lasciuiens.Eam ob rẽ, cum id in se quoq; experiretur Paulus,ingenue fatetur se libenter gloriari in infirmitatibus suis, quandoquidẽ cum infirmor (inquit)tunc potens sum.Quasi dicat: Cum infirmitas carnem meam domat, potentior atq; liberior tũc in me est spũs meus ad Deum. Quarta vtilitas est,nam infirmitas à peccatis retrahit.Multa em̃ homini infirmo nõ libent,quæ alioqui male liberent,&ad peccandum inducerent.Multas aufert ęgritudo delectationes, qbus,nisi infirmitas impediret,excederetur.Multa em̃ pc̃ã homo faceret sanus,quæ non facit infirmus.Nec à pc̃tis tantum infirmitas retrahit, sed etiam multorum occasio bonoꝝ.Proinde Esaias dicit:Dñe in angustia requisierunt te. Quinta est vtilitas infirmitatis,qa indicat gratiam Dei. Est em̃ idonea ad obtinendum Deũ. Nam singulare esse creditur dilectionis diuinæ indiciũ, infirmitates sustinere,iuxta illud:Ego quos amo,arguo & castigo.Familiare nanque est Christo su

Infirmitas vtilis pro peccatis.

Sapien. 11

Psalm. 31

Psalm. 37

Matth. 9

Infirmitas carnem spiritui subĳcit.

Galat. 5

2.Cor. 12

Infirmitas à pctis retrahit.

Esaiæ 26

N Aduersitas diuinæ dilectionis esse indicium.

Apoc. 3

sto suis amicis dare aduersitates, siue hæ sint infirmitates, siue alia incommoda. Tu igitur sciens Deo id acceptum esse, pro ipsius optes amore aliquid sustinere. Omnem idcirco infirmitatem de eius manu accipe, & in gloriam eiusque beneplacitum quicquid super te venerit, sustine. Hanc tamen resignationem & patientiam nihil impedit, si remedia interim humana cõtra morbos, infirmitatesque instituta, vel quæras, vel admittas. Quia nesciens Dei voluntatem, facere debes (dum infirmus es) vt homo, qui suã valetudinẽ, incolumitatẽq; ad gloriam Dei expendendam, non debet negligere, sed ita remedijs vti humanis, vt æque ad voluntatem, si Deus ita voluerit, paratus sit: & vtrum sibi remedium hoc sanitatem recuperet nec ne, Deo id committat, Deoq; suam voluntatem conformet. Sexta vtilitas infirmitatis est, quod à futuris pœnis hominem liberat. Quicquid enim hic punit Deus, non puniet post hanc vitam. Castigatio autem quæ in hac vita datur homini, est incomparabiliter clementior, quam ea quæ post hanc est vitam expectanda. Iustus autem est Deus, vt quicquid hic punitum est, nõ puniatur denuo. Ideo dicit Nahum propheta: Afflixi te in prẹsenti, & amplius te non affligam. Quapropter diuus Augustinus non insipienter quoq; fertur orasse ad dominum: Hic vre, hic seca, saltem in æternũ parcas. Septima vtilitas est, quia infirmitas ad regnũ cœleste introducit. Nam si Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, quomodo nos nihil pro peccatis nostris sustinebimus? Quod si sustinemus (vt Paulus ait) conregnabimus etiã. Hoc in parabola Euangelica nobis insinuare Christus voluit, quando repudiatis his tanquam cœna sua indignis, qui venire noluerunt ad paratam cœnam, misit seruos suos, vt introducerent pauperes & debiles, cæcos & claudos. Hi em̃ q̃s hic despicit mundus, & qui in mundo hic premũtur, magis ad cœlestis cœnæ introitum idonei fiunt. Non sunt igitur condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Verum dicet hic q̃s: Quare fit vt nulla sit res, quæ adeo timeatur quomodo mors? Et timenda ne est mors? Dicendum, mortẽ nihil aliud esse, quam animæ à corpore separationem. Mors, inquam, est solutio coniunctionis animæ & corporis. Quæ coniunctio cum sit arctissima, familiarissimaque, inuitissime, si de naturali cursu loquẽdum est, partes separantur. Nulla quoque est creatura, quæ non contendat se tueri & repugnare naturaliter, ne intereat. Quia nihil est, quod sui appetat destructionẽ, vnaquæq; res manere & perseuerare in suo esse cupit. Hoc videre possumus in omnibus creaturis, præsertim vitam sensibilem, vegetabilem, aut rationalem habentibus, q̃modo quælibet suam tuetur vitam, sui fugit corruptionem, nec desinere aut perire vult: quanto magis homo, qui est creatura nobilis? Cum igitur animæ & corporis separatio, destructio, atq; solutio fit hominis, per quã altera pars, hoc est, corpus corrumpetur, & pereat necesse sit, est homini horrori naturaliter sui desitio, siue separatio animæ à corpore, quæ est mors. Quia, vt dixi, cum omnis creatura, tum præcipue homo horreat sui corruptionem, & appetat non perire, sed permanere, atq; quicq̃d hac in re sibi est contrarium, fugiat, secundum naturam horribile est homini mori. Secus est de virtute & gratia Dei. Quod enim natura horreat mori, perspicuum est ex Euangelio, quandoquidem Christus quoq; pro nostra consolatione hãc passionem vltro sustinere voluit, vt quum iturus esset ad mortẽ, cœperit pauere, tædere, mœstus esse, ac tristis vsq; ad mortem. Quid vltra? Cœpit patrẽ rogare, vt à se auferret calicem hunc passionis & mortis, quo se verũ hominẽ p̃baret, vtpote qui ea, quæ veri sunt hominis, & conditiones naturæ humanæ in se sentiret. Secus autẽ est, si de gratia Dei loquamur. Nam multis sanctorũ, præsertim in nouo testamẽto, & perfectis mors fuit in desiderio, & vita in patientia. Nam Paulus cupiebat dissolui, & esse cum Christo: idq; reputabat multo sibi esse melius, quamuis in carne manere hic propter fratres magis foret necessariũ. Itaq; si Dei gratiam attendimus, si nostri redemptionem, adoptionemq; per Christum cogitamus, si egressum nostrum ad felicitatem in bona ac forti spe, fiduciaq; præstolamur, non erit horrori mors, præsertim secundum rationem. Legimus enim quosdã sanctorum naturaliter, aut iuxta sensum carnis saltem timuisse mortem. Nam Hezechias rex nõ solum de bonis aut melioribus, sed de optimis etiam vnus, cũ illi prophe-

Infirmitas à futuris pœnis liberat hominem.

Nahum 1

August.

1. Petri 2

Infirmitas ad regnũ cœlo introducit.

2. Tim. 2

Matth. 22

Roma. 8

Mors cur naturaliter sit horrori.

Lucæ 22

Marci 14

Matth. 26

Philip. 1

Mors cur multis sanctis fuerit in desiderio.

Esaiæ 38

ta dixisset: Dispone domui tuæ, quia mori
eris tu & non viues, cõtristatus vertit se ad
parietem, & fleuit, dicens: Domine memen
to quæso quomodo ambulauerim coram
Iudicũ 6 te in veritate, &c. Sic Gedeon quoq;, cum
vidisset angelum expauit, putans se propte
Iudicũ 13 rea moriturum: & Manuah pater Samso-
nis. Eam ob rem, contra hunc timorẽ do-
minus suos discipulos ac martyres futu-
Matth. 10 ros omnes confortans: Nolite, inquit, eos
timere, qui corpus occidunt, animam aũt
non possunt occidere. Est igitur mors qui
Psalm. 115 dem omnibus iuxta naturam formidolo-
sa. Scriptum enim est: Preciosa in cõspectu
P domini mors sanctorum eius. Cæ-
terum, peccatoribus ac impœnitentibus
multo maxime est formidanda, de quibus
Psalm. 33 item scriptum est: Mors peccatorum pessi
Mortẽ terribiliorẽ facientia quæ sint. ma. Sunt tamen alia quędam, quæ terribi-
liorem hominibus, quam in se est, faciunt
mortem. Solent enim (vt quidam tradunt)
comitari mortem, terrores ac aspectus te-
terrimi dæmonum, tentationesq; graues,
quibus nituntur in desperationem induce
re morientem inimici. Verum de his quid
sentiendum sit, puto incertum esse. Nõ du
bium est tamen maxima tũc sollicitudine
dæmones instare, vt infirmum fallant, se-
ducant aut rapiant. Veruntamẽ Deus, qui
hoĩem sub alijs tẽtationibus hic custodi-
uit in vita, custodiet sperandum est, etiã in
Psalm. 90 morte: tm̃ vt homo habitet in adiutorio al
tissimi, & in protectione Dei cœli cõmore
1. Cor. 10 tur. Fidelis enim Deus, qui non permittit
tentari hominem supra id, quod potest su
stinere. Quare si tunc grauior, improbior-
que accesserit tentator, sperandus est quo-
que ediuerso potẽtior futurus adiutor. Le
guntur quoque nonnulli vidisse in fine,
aut circa finem dæmonis præsentiam, vel
ad sui purgationẽ, vel ad damnationis suæ
inchoationem, sed an omnibus hoc con-
Timẽtib' Deũ quæ nã sit consolatio circa mortẽ. tingat, incertum habeo. Postremo, hæc
consolatio est timẽtibus Deum circa mor
tem. Quantumcunq; sit mors formidabi-
lis, est tamen bonis finis tẽtationum, finis
miseriarum, terminus peccãdi, post quem
non erit peccatum, sed præmium, consola
tioq; & gaudium. Est mors bonis ianua pa
radisi, ingressusq; regni cœlestis. Est porta
qua de miserijs nostris exeuntes recedi-
mus, & est porta, qua ad gaudiorum pleni
tudinem intramus. Quid quod ad patri-
am nostram pertingere, nisi per hanc por-
tam, non possumus? Non est igitur timenda mors, sed obedienter ad Dei beneplacitum suscipienda, quo facies tibi mortem valde vtilem, Deoq; vehemẽter acceptam. Mortem quõ faciat sibi homo vtilem. Est quoque mors mansuete, imo & optato sustinenda. Introducit enim mors à miserijs ad vitam, quomodo scriptum est: 1. Cor. 5 Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ex Deo ædificationem habemus domũ non manu factam, sed æternam in cœlis. Quapropter magis timeamus ne inueniamur inobedientes, ingrati atque rebelles Deo: nam his maxime formidabilis esse debet mors, qui nolunt conuerti ad dominum.

Mors quibus debeat esse formidabilis & q̃b' nõ. Hi vero, q filij sunt Dei viuentis, qui seruare cupiunt Dei præcepta, nõ habent turbationis atque timoris causam. His enim cum per mortem sibi cœperit hæc vita temporalis deficere, dicitur à domino: Lucæ 21 Leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Quo significatur electis Dei vitam hanc esse captiuitatem & carcerem: mortem redemptiõem: post mortem vero reddi patriam, consolationem, beatitudinemque æternam. Q Per mortem igitur à multis eripimur malis. A quibus malis liberetur homo p mortem. Primo, à malignitate mundi. Quapropter nos scriptura hortatur, Hiere. 50 vt exeamus de medio Babylonis, redeuntes ad terram promissionis, lacte & melle manantem. Ibi enim nõ erit fraus, nec dolus, nec peccatum, nec impostura, cuiusmodi mercimonijs mũdus hic plenus est. Secundo, liberamur ab eius vanitate. Eccles. 1 Vidi, ait Ecclesiastes, cuncta sub sole, & erant omnia vanitas. Vanitas mũdi quãta. Quid eñ est aurum? quid preciosa vestis? Vestis quidẽ necessaria est. Sed quare preciosa? Quare de serico? Quid magnum nomen? Quid honor? Quid potentatus? Quid diuitiæ? Quid pulchritudo & voluptas? Omnia vanitas, & retia, quibus homo à mundo capitur, ad infernũque trahitur. Horum finem facit mors, reueraque monstrat, quam nihil fuerunt hæc transitoria, neminem adiuuantia, sed vanitas sola, & magis rerum sunt apparentiæ, imagines seu vmbræ, quã res. Inquietudo huius vitæ quanta. Tertio, mors liberat ab inquietudine. Quid enim in hac vita est quietum? Aut quis regum seu diuitum est, qui tanquillitatem hic possideat? Nulla hic est pax, nunquam deest querimonia. Semper enim aut adest quod nolis, aut deest quod velis. Sẽper est q formides, semper de quo doleas.

Nihil

Ecclés 1 Ioan. 16 Nihil est igitur mortalium vita, quam labor & afflictio spiritus. Verissimum quoque est illud Christi: In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Illuc igitur nobis aspirandum, vbi est requies, gaudium, & pax. Ab hac inquietudine, ab ærumnisque aliis multis per mortem eripimur Apoc. 21 solam. In futura nanque beatitudine nullus est luctus, labor & dolor, quoniam hęc omnia transierunt. Quarto, liberat nos mors & educit ex tenebris, ex caligine, ignorantia, atque ex defectu veritatis, ad veram scientiam, & verum lumen. Quamdiu enim hic sumus, quantumuis pro scientia laboremus multo sudore, tam parua est tamen hæc scientia ad veritatem, vt vix dici possit opinio. Taceo quod tã multa sunt, tam magna & ardua, de quibus certam hic nullam habemus scientiam, multa de quibus opinionem tantum: quæ tamen an veritatis aliquid contineat, ignoramus: innumera vero, quorum ignorantiam omnem confitemur. Non igitur sine causa dicitur: Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. 1. Cor. 1 Quomodo enim sapiẽtia mundi stulta non est, quæ an sapientia sit, an recte per hanc homo sapiat aut erret, certus non est, nisi sit ibi experientia sensus? Quinto, liberat nos mors à periculis infinitis. Quandiu enim in hac vita sumus, an amore, odiove simus digni, ignoramus. Ecclés 9 Adde iam instabilitatem & infirmitatem nostram, qua re nihil nobis audemus cõfidere, nihil promittere. Nam & de voluntate nostra & actione, an placeat Deo, & quamdiu placitura sit, nescimus. Deinde fragilissimi sumus, & indesinenter à nobisipsis quoque impulsi, hoc est, à malitia, ab ignorantia, & ab infirmitate nostra, vbiq; delinquimus. Sunt alia item innumera pericula, quibus continue labimur & peccamus, à quibus item sola nos mors eripit. Quam vt tranquillam, felicem & beatam sentiamus, largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

A quibus periculis eripiatur homo per mortem.

DOMINICA VIGESIMASECVNDA POST dominicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses I.

XXXI. Confidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeã vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione, & in confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri, & sine offensa vsq; in diem Christi Iesu, repleti fructu iustitiæ, per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Paulus Apostolus Philippensibus scribens, suam sollicitudinem pro illis, zelum paternumque insinuat amorem. Ideo dicit: Confidimus in domino Iesu, vt is, qui opus bonum in vobis cœpit per gratiam præuenientem, nunquã vobis defuturus sit per subsequentem & cooperantem: sed quod cœptum est in vobis bonum, perficiat ad finem, hoc est, vsq; in diem Christi Iesu, quo tunc vnicuiq; iuxta illud quod meruit retribuet. Quæ dies Christi cuilibet erit singularis in morte, vniuersalis autẽ in nouissimo die. Proue. 24 Hoc nanq; ita sentio, sicut iustum est me sentire de omnibus vobis. Neque enim iustum foret aliud sentire de tam bonis filijs, eo quod habeam vos, nõ in solis labijs oris, sed in corde meo, & in vinculis meis. His enim vos compatimini, & propter me estis contristati & afflicti, quod hic Romæ sim vinctus, & carcere tẽtus. Ideo vos habeo quoq; mecum in vinculis

culis meis,quę mecum vos in ſpiritu,& ex
charitate ſuſtinetis:nec minus hęc vosquā
me torquēt. Habeo igiť vos in corde meo,
& in vinculis meis,& in defenſione,&con
firmatione Euangelij,pro q̄ ego gaudens,
vincula patior &carceres.Hius autem gau
dij,quod in tribulationibus habeo,& læti
tiæ,quam in ſeculo futuro ſempiternā ex-
pecto,confido ſocios omnes vos eiſe &ſo
re.Teſtis enim mihi eſt Deus,quanto affe-
ctu cupiam vos omnes, q̄ fideliter,quam-
quam ſyncere omnium veſtrū ſalutem de-
ſiderem,& conſolationem in viſceribus Ie
ſu Chriſti . Et hoc ante Deum pro vobis,
voſq; oro, vt charitas veſtra non deficiat,
ſed abundet magis ac magis creſcens in o-
mni ſcientia & diſcretione,& in omni ſen
ſu prudentiæ,vt probetis potiora, hoc eſt,
vt prudenter diſcernere valeatis,nō ſolum
inter bona & mala,ſed etiam inter bona &
meliora,vt ſitis ſynceri, integri, ac mundi
corde,ſine offenſa, innoxij erga Deum &
proximum , vſq; in diem Chriſti,hoc eſt,
vſq; ad diem vitæ veſtræ nouiſſimū.Sitiſq;
repleti fructu iuſtitiæ, quæ eſt abundantia
bonorum operum per Ieſum Chriſtum in
gloriam & laudem Dei.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicę XXII. poſt dominicam S. Trinitatis, Matthæi XVIII.

B QVi debitis æreq; alie-
no grauātur,ſi nō fue
rint ſoluēdo, iuſte mi
ſericordiā ad hoc ſal-
tem poſtulant, vt illis
concedatur ſoluendi
dilatio.Nam vt omne
debitum remittatur ſi
bi,nemo eſt,qui hoc expectet.At vero do-
minus non ſolum expectat, aut præſtola-
tur,nec partem donat debitorum,ſed om-
ne miſericorditer etiam debitum dimittit,
ſi tamen æque in proximos noſtros fueri
mus miſericordes,quomodo nobis volu-
mus miſereri.Hoc cum in varijs locis no-
bis inculcet,hic etiam illud ipſum in para-
bola nos docet,vt cuiuſmodi animum nos
gerimus erga proximum noſtrum,huiuſ-
modi quoq; in Deo inueniamus erga nos.
Præmonuerat autem diſcipulos, vt cōcor
des viuerent.Nam ſi duo vel tres conſenſe
rint ſuper terram,pro quacunque re petie
rint,dabitur eis à Deo.Hinc Petro interro Matth.18
ganti : Si peccauerit in me frater meus,di-
mittam ei vſq; ſepties?Non dico tibi(inqt
Ieſus)vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepti
es,hoc eſt,toties,quoties peccauerit.Hanc
ſententiā confirmare volens,adiunxit pa-
rabolam hanc,dicens:

Simile eſt regnum cœlorum homi
ni regi,qui voluit rationem ponere cū
ſeruis ſuis.

Negocium, inquit, præſentis Eccleſiæ
ac ſtatus ſimilis eſt homini regi, qui ratio-
nem voluit ponere cum ſeruis ſuis.Non a-
lium regem quærere nos oportet,quam e-
um de quo Pſalmiſta dicit:Dominus regit Pſalm. 22
me,& nihil mihi deerit.Eum ſcilicet,in cu Apoc.19
ius veſtimento ſcriptum legitur:Rex regū Pſalm.47
& dominus dominantium.Et iteꝝ in Pſal
mo: Quoniā hic eſt Deus Deus noſter in-
æternum,& in ſeculū ſeculi,ipſe reget nos
in ſecula.Hic voluit rationem ponere cum
ſeruis ſuis . Debitores ſumus omnes Dei:
multa talenta accepimus,multa ex his ami
ſimus, multa male expendimus , volunta-
tem domini tranſgreſſi ſumus in multis.
Neque enim hoc ſolum à nobis exigitur,
vt caueamus malum,ſed etiam vt faciamus
bonum.Hæc enim duo generalia ſunt præ Pſalm.36
cepta iuſtitiæ:Declina à malo,&fac bonū.
Voluit rationem ponere,hoc eſt,opera ſer
uorum ſuorum & ſtudia diſcutere . Serui
eius ſunt omnes mortales. Siquidem te Eſaias 44
nemur ei ſeruire,Primo,ratiōe creationis. Seruire te
De quo Eſaias ait: Formaui te,ſeruus me- netur ho-
us es tu Iſrael,non obliuiſcaris mei.Factus mo Deo p
eſt enim homo à Deo propter Deum,puta pter tria.
vt homo Deo , hoc eſt, ſuo creatori ſerui-
ret:mundus autem factus eſt propter ho-
minem,vt homini ſeruiret. Cōſtitutus ita
que homo in medio,habet cui ſeruiat,ipſe
habet quoque à quo ſibi ſeruiatur.Vtriuſ-
que ſeruitutis ſolus ipſe fructum recipit.
Nam quum domino ſeruit,non dominus
huius ſeruitutis accipit fructum aut com-
modum, ſed ſeruus:nec ex ſeruo iuuatur
dominus , ſed ſeruus. Quod vero homini
ſeruit mundus,ex illo quoque nemo præ- 1.Cor.3
ter hominem iuuatur . Ideo Paulus dicit:
Omnia veſtra ſunt,vos autem Chriſti. Se-
cundo,ſumus huius regis ſerui,quia ab eo 1.Cor.6
dem empti.Empti,inquit,eſtis precio ma-
gno.Non corruptibilibus auro ſiue argē- 1.Petri 1
to,inquit Petrus,redempti eſtis,ſed precio-
ſo ſanguine agni immaculati. Tertio, ſu-
mus

mus ab eo quoq; vt in parabola operariorum in vinea declarat) ad seruiendū ei conducti. Promisit enim sese nobis dare mercedem. Ego, inquit, ero merces tua. Positurus itaq; est rationem cum seruis suis, vel generaliter in fine mundi, aut singulariter in cuiusuis hominis morte. De hoc Ecclesiastes: Cuncta, inquit, quæ fiunt, adducet dominus ad iudicium, & pro omni errato, siue bonum siue malum, expetetur ratio. Videte tamen misericordiam Christi. Prædicit nobis rationem à nobis exigendam. Excitat nos ad timorem & ad reddendæ rationis sollicitudinem. Deinde consilium quoq; dat, quomodo si ad rationem reddendā non sufficimus, euadamus. Neque enim vult mortem peccatoris, sed consulit, hortatur ac monet etiam, quo cōuertatur & viuat.

Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talentorum.

C

Quotidie rationem ponit cum seruis suis dominus, illos excitādo, illis inspirando, ipsorum delicta & defectus eis ostendendo, & ad emendationē inuitando. Cœpit rationem ponere, quia expergefecit in peccatis dormientes, vt ipsi quoque de suis peccatis pœnitentes cogitarent, & quomodo ea emendarent, quomodove debita soluerent, meditarentur. Potest enim similis esse loquutio, quomodo in Ioanne de spiritu sancto dicitur: Ille arguet mundum de peccato. Et: Ille testimonium perhibebit de me. Quod ita recte intelligitur: Ille spiritus sanctus venturus in vos arguet per vos, id est, faciet vos arguere mundū de peccato. Et, ille testimonium perhibebit de me, quia vos testimonium perhibere faciet confortans vos, & metū auferens, dansq; vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Hoc, inquā, modo potest intelligi hic quoque, quod rex, id est, Deus, siue Christus cœpit rationem ponere, quia fecit seruos suos in hac vita secum rationem ponere. Semper enim Dei serui cum vita sua rixantur, operaq; illorum nemo magis, quā ipsi, accusat. Itaque dum rationem dominus seu rex exigeret, oblatus ei vnus est debens decem milia talentorum. Non longe, quid verba hęc singula significent, quęramus, sed hoc nobis scitu est necessarium, significari hic peccatorem grauibus, multisq; criminibus obnoxium ad rationem reddendam positum.

Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quę habebat, & reddi.

Non habuit ille præuaricator quo dominum suum placaret, reddens debita. Sic peccatores quid præter peccata habēt quibus Dei iram commeruerunt, aut quando poterunt placare dominum, nihil bonorum operum habentes? Erat igitur à domino iussum, vt ipse cum vxore, & filijs, & omnibus quæ habebat, venūdaretur, donec solueret. Homo peccādo venūdat se diabolo, quia pro delectatione breui vēdit se illi in seruum: vendit quoque Dei dona, quæ à Deo accepit in illius obsequium. Item, vendit æternam beatitudinem pro inferno. Cui vendit? diabolo. Non vt possessor fiat diabolus beatitudinis, sed vt ipse quod erat accepturus, amittat. Venditur autem non solum ipse peccator, sed & vxor eius, id est, concupiscentia, & filij eius, id est, opera: & omnia quæ habet naturalia & gratuita dona dat diabolo, subijcitque cum eisdem se illi in seruū. Qui eñ in peccato est mortali constitutus, iam amisit omnia bona quæ habuit, puta amicitiam Dei, gratiam Dei, opera bona, merita, aliaque stipendia, quibus itur ad æternam vitam. Hæc itaque cum peccato mortali omnia moriuntur, & hominem relinquunt. Licet, homo si per gratiam resurrexerit, eadem quoq; reuiuificentur atq; resurgant: vtpote quæ olim vitam habuerūt in gratia Dei facta.

Peccator vt vendat se diabolo

Peccatum mortale quib⁹ bonis spoliet hominem

Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddam tibi.

D

Docuit hic nos dominus, quid facere nos oporteat, cum pro peccatis nostris rationem non possumus reddere. Procidere enim debemus ad genua, supplices rogare, domini longanimitatem implorare, vt patientiam habeat nobiscum, non vtēs seueritate iustitiæ, sed indulgentia misericordiæ. Quod autem promittimus omnia nos reddituros, hoc tunc facimus, quando firmamus voluntatem nostram, vt post hac à peccatis, quibus deliquimus, contendamus

damus abstinere, Dei præcepta, eiusq; voluntatem fideliter perficere, quicquid negleximus, nouo feruore recuperare, atque omnia in pristinum (vt sic efficiamur quo modo antequam peccauimus, fuimus) restaurare.

Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Quid misericordia domini clemētius? quid eius benignitate dulcius? Plus quam rogatus est tribuit. Rogatur vt patientiam habeat, expectetq; donec debitū reus solueret. Ipse vero non solū consensit, verum etiam totum reo debitum dimisit. Largissima enim Dei misericordia nobis non partem dimittit, partem seruat peccatorū, sed totum dimittit, & totū donat: & hoc, quo ad culpam. Quod si tam ingens sit contritio, dilectionisque feruor, ac de proprijs vitijs pudor, magnam partem pœnæ peccatis nostris debitæ, aut omnem pœnam etiam relaxat.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Et tenēs suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eū, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.

E Recte hic à domino egressus dicitur seruus ille nequam. Mox enī auersus à domino, ad sua est vitia conuersus. Nam erga suum conseruum, nequaquam misericordem exhibuit animum, cuiusmodi ipse in domino suo fuerat expertus: sed passione vitiosa solita, cupiditatis scilicet & crudelitatis victus, mox vbi conseruum inuenit sibi debitorem, suffocabat eū, hoc est, vehemēter illi institit, improbeq; eius angustauit animum, vrgens illum ad reddendum debitum. Fuit autē debitum quod ei debebat conseruus, tāto minus debito illo quo ipse domini fuerat debitor, quantum centum denarij minorē pecuniarum faciunt summā, quam decem milia talentorũ. Quia peccare in Deum, tanto est grauius quam peccare in hominem, quanto dignior, meliorq; est Deus homine. Est ꝑterea alia ratione peccatum in Deū grauius, maiusq; quam peccatum in hominem cōmissum.

Peccatū in Deum cur grauius sit peccato in hominem commisso

Homo enim obligatus est Deo ad seruiendum, quandoquidem quæcunque habet, habet à Deo, estque à Deo: vnde totum quod est, & quod habet, debet Deo. Proinde quum peccat in Deum, ingratus primum efficitur Deo, subtrahēs illi debitam seruitutem. Deinde etiam in hoc iniuriam ac contumeliam facit Deo, quod ea quæ vetat & odit Deus, diligit, imo eius voluntati ac amori etiam præfert. Vide nunc eius beneficia, quo aduertas etiam quanta sit tua erga illum ingratitudo. Expēde qd sit, quod fecit, quum non esses, te esse non lapidem aut lignum, sed rationalem creaturam, hominem, Christianum, orthodoxum, nō inter hęreticos, Lutheranosve natum, & schismaticum. Dedit tibi vitam & alimentum, honestam educationem, instituit ad mores pios, artem quoque qua te nutrias, præbuit: dedit præterea filium suum, cum esses morte damnatus: pro te occidendum, dedit omnia quæ saluti sunt necessaria. Postremo cum spreta redemptione illius innumeris vicibus animam tuam inferno peccatis alligasses, expectauit, nō damnauit, peccantem ad pœnitentiam te induxit, & vsque in præsens recidiuantem quotidie expectat. Quid huic putas beneFactori debeas? Hunc si vel semel tantum offenderes, excedet debitum tuum peccata, quibus læditur homo, quantum debitum decem milium talentorum maius est, quam centum denariorum. Quo enim beneficia maiora à Deo receperis, tanta est ingratitudo quoque maior. Nequam autem ille seruus noluit misericordiam impendere conseruo suo roganti, quomodo sibi à domino impensa fuerat. Sed abijt ad exigendum debitum, vindictam & supplicium adhibens, carcerem scilicet.

Beneficia Dei homini collata quæ sint.

Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. F

Conserui illi qui hæc vidisse & contristati narrantur, sunt viri sancti in Ecclesia Dei, quos zelus iustitiæ comedit, & iniquitatem ferre non possunt. Hi enim quomodo gaudent de virtute, de iustitia, & de quouis bono, ita pariter tristitia afficiuntur, dolentque de malo. Hi venerunt ad dominum non corporis gressu, sed ex pansione affectus & cogitationum omnium

Psalm. 68

um em̄ corda intuetur Deus) ascendentiū ad Deum atq; q̄d iniustitia hæc fieret, corā eo gementium. Exponuntur auttem à nō nullis hæc verba de angelis Dei beatis, q vocantur conserui nostri, iuxta illud Apocalypsis: quo illorum vnus dixit Ioanni: Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Et iuxta illud Pauli: Omnes sunt administratorij spiritus, &c̄. Hi tāquam custodes nostri, omnia opera nostra considerant, nostro profectui congratulantes: & vbi nostrum aspiciunt periculum, nostrumque defectum ac vitium, ibi ad modum tristiū se habent: vtpote videntes malum, quod nollent esse aut fieri, quia displicent eis peccata nostra, & nobiscum dissentiunt. Narrant autem domino suo quæ vident, non tanquam ignoranti, sed vt iudicanti, verba & opera nostra, quemadmodū Tobiæ angelus loquebatur: Ego obtuli orationem tuam domino.

Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitū dimisi tibi, quoniam rogasti me. Non ne ergo oportuit & te misereri cōserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

Vocauit seruum hunc dominus p sententiam mortis, & ab hac vita hinc migrare iussit. Cui primū eius exprobrat malitiam & ingratitudinem, dicens: Serue nequā. Erat reuera seruus ille nequā, & valde malus: si quidem ex multis eius deprehenditur malitia. Primo, ex eo quod illico vbi à domino egressus est, post receptam tantam misericordiam immemor charitatis sibi à domino exhibitæ, in conseruum suum exarsit crudelis. Secundo, quia non in alienum, sed in conseruum suum, hoc est, in eiusdem domini sui (qui sui erat sibi misericors) seruum præstitit esse crudelis & immisericors. Tertio, cū decem milia illi fuissent donata talentorum, noluit ipse in centum denarijs esse clemēs. Quarto, quia conseruum non solū manebat, sed vrgebat etiā ad solutionem, atq; illum angustabat, quia dicitur, quod suffocabat illum. Quinto, quia procedentem conseruum & rogantem spreuit, nec vt audiret, vlla est miseratiōe motus. Sexto, qa totū exegit debitū per carceris tormentum. Dn̄s igitur ad rationēm ill̄ꝰ ponit, dicens: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi. Quasi dicere vellet: Et merito dimisi, quoniam rogasti me. Debetur enim iuste misericordia à benignissimo optimoq; Deo sese humilianti & oranti. Ego inquit, dimisi tibi. Tu vero non pari misericordia ac clementia conseruum tuum tractasti. Ego enim plus, quam rogasti, tibi concessi. Tu nec hoc quod rogauit conseruus tuus exaudire voluisti. Ego totum debitū tibi donaui. Tu, donec solueret, patientiam habere noluisti, nec expectasti, sed cum tormentis exegisti debitum. Ego grande debitum dimisi tibi. Tu vel parum ignoscere noluisti. Nonne merito misereri te oportebat cōserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

Et iratus dominus eius, tradidit eū tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.

Iratus dominus in immisericordē seruum, & quomodo conseruum suum ille tractauerat, ita seueritatem quoque iustitiæ in illum regyrauit. Debita enim omnia ante dimissa, propter illius ingratitudinē in ipsum retraxit, quem tortoribus .i. spiritibus malignis torquendum, quousque omne solueret debitum, tradidit: non quod aliqn̄ soluto debito liberandus sit, sed q̄d debitum illud sit infinitum, ac ideo nullo tempore soluendum, quare pœna quoq; illius nullo est termino finienda. Vnde colligitur, cuius debitum nunquam totum reddi aut solui potest, huius pœna nunquā finietur. Sed variat hic doctorum opinio, quomodo quod Deus semel remiserit, replicet aut reuoluat illud per recidiuum peccatorem, atque quod dimiserit, iterum puniat. Sed vt communiter consentiunt, dici potest, post peccata dimissa ad peccata reditum illum per ingratitudinem adeo fieri grauem, vt præsentium & præteritorum peccatorum pœnis æquiualenter mereatur puniri.

Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

Hic causam totius parabolæ, quare illā dixerit, enunciat. Eam nanque ob rem vt misericordes simus in proximū, vt debita, iniurias, offensionesque æquanimiter dimittamus, nullam vindictam appetentes, nec cogitantes, quō retaliemus. Satis em̄ ex multis locis didicimus Christo docēte nul

Margin notes: Angeli vt conserui cō... nostri ... Apoc. 19 — Hebr. 1 — Tobiæ 12 — Malitia serui nequam quibus ... deprehenditur. — G — Peccata dimissa an redeant — Marc. 11 Matt. 6

nullam nobis ſperandam eſſe veniam delictorum, niſi & proximis delicta remittamus. (1. Ioan. 3) Et quod præcipuum eſt, vt non ore tantum remittamus aut lingua, ſed opere & veritate. Propterea eñ dicit grauiſſima quæq; à tortoribus nos paſſuros, ſi non ex cordibus noſtris dimiſerimus noſtris fratribus in nos peccantibus. Eſtote igitur filij memores verbi q̃d ſaluaror veſter Chriſtus vobis dixit: (Marc. 11. Ignoſcendũ vri ſit ꝓximo in nos delinquenti.) Cum ſtatis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem. Quod ſi non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. Eam ob rem in oratione quã nos docuit (vt videremus quã purã quamq; integram ad nos mutuam voluit obſeruare charitatem) (Matt. 6) vbi poſuit: Dimitte nobis debita noſtra, mox conditionem adiunxit: Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ac ſi orantes diceremus: Tm̃ nobis dimitte, & eo modo ignoſce peccatis noſtris, quõ nos debitoribus noſtris dimittimus aut ignoſcimus. Vñ ſequit: Si nõ dimittimus, iã non veniã, ſed vltionem cõtra nos flagitamus. Sed obijcit qs: Si ſemp̱ eſt ignoſcendum, creſcent mala & ſæuiet impunita nequitia. (Dimittendũ vel puniendum qd ſit in ꝓximo delinquẽte.) Dicendũ, culpã eſſe dimittendam, ſeruandã & oẽs charitatẽ, & animi tranqllitatẽ: nihilominus diſciplinam & iuſtitiã exercendã, nõ animo vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, propter commune bonũ, ac ne cæteri delinquendo ſimilia perpetrare non timeant, & ne rigor pereat diſciplinæ atq; iuſtitiæ, & mali fiant procaciores, boni vero à malis opprimantur. In huiuſmodi eñ ſimilibuſq; alijs caſibus expedit correctionem ſeruari atq; diſciplinã, qa ſeueritas diſciplinæ ſi condiatur lenitate miſericordiæ, duplicem habet à Deo remunerationem. Nec ſanare infirmum, corrigere peccatorem, putandum vllo eſt modo (ſi tamen intentio caſta & modus ſeruetur) ſpectare ad vltionẽ, ſed ad miſericordiam. Quam nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus Dei filius in ſecula benedictus, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quæ ſint, quæ peccatorum impetrent remiſſionem.

H SImile eſt regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Matth. XVIII. Quam benignus, quã ad miſericordiam erga nos ſit pronus, quam denique ad proximos noſtros dominus nos velit obſeruare charitatem, (Matt. 6) cum alijs multis locis, tamen hic vbertim nobis ſignificat: quandoquidem docet nobis non aliter eſſe orandum, quam dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Docet q̃dem nos quia libenter vult ignoſcere, veniã dare ꝑ delictis, ponitq; in oratione legem, quam ſeruantes, ſciamus nos exauditos eſſe pro peccatis noſtris, orantibuſq; veniam datã. Eſt añt lex & in oratione hæc conditio, vt oremus, dimittantur nobis peccata noſtra, quõ nos ꝓximis noſtris dimittimus. Si multum, multum, ſi parum, parum, ſi nihil, nihil. Noluit enim nos miſericordiam ſperare, quamdiu duri perſeueramus & inclementes erga proximos. Ideo in huius Euangelij parabola oſtendit etiam dimiſſa peccata per ingratitudinem reuocari, ſi non dimiſerimus fratribus noſtris iniurias, offenſiones ac debita ex cordibus noſtris. (Euangelij huius inſtructiões quæ ſint.) Sunt itaque multa, quæ nos in hoc Euangelio inſtruunt. E quibus quod pene vltimo loco recenſendum erat, nunc primo dixi, in capite illud vobis conſtituens, quia quaſi ſumma eſt totius Euangelij in hoc ſita, vt diſcamus, quam miſericors ſit erga nos dominus noſter Ieſus Chriſtus: nempe pronior ad miſerendũ, largiorq; ad tribuendam, quã nos confidẽtes ſumus ad petendum. Hæc itaq; prima ſit noſtra inſtructio, erigens nos ad ſpem & fiduciam diuinæ pietatis. (Luc. 6) Secunda inſtructio ſit, quam iam quoque tetigi, vt proximis noſtris libenter ignoſcamus, certi q̃niã ſi dimittimus, dimittẽt nobis: ſi compatimur & miſeremur, miſerebitur noſtri: ſi denique proximis noſtris dederimus, dabitur nobis. Hæc duo, vt dixi, præcipua ſunt, cur hæc parabola nobis narratur. Tertia inſtructio, vt prudenter ambulemus, ſcientes nos de omnibus donis Dei acceptis, de bonis commiſſis, de tempore ſinguliſque cõceſſis alijs Deo reddituros rationem. (Gregor.) Vnde liquet, ab illis qui plus aliquid præ cæteris accepiſſe cognoſcuntur, maiorem quoque rationem exigendam, vt cui quinque ſunt talenta cõmiſſa, de quinq; reddat rationẽ. (Matt. 25) Cui duo, de duobus dño reſpondebit. Cui vero vnum, etiã quomodo illud in Dei expenderit honorem, ab eo expoſtulabitur. Quarta

Fora diui[na] iudicij [duo] quæ [s]it.

ta est instructio q̄ hinc colligitur duo esse fora iudicij, vnum esse iustitiæ, alterum misericordiæ. In vtrouis potes, quodcunque elegeris, rationem reddere. Vide igitur, vt non negligas forum seu iudicium misericordiæ, ad quod, quamdiu anima tua hic moratur in corpore tuo, diuertere potes. Nam vbi tempus hoc præsens tibi ad hoc concessum neglexeris, non licebit tibi redire aut appellare ad forum misericordiæ, sed velis nolis senties æquitatis iudicium super te, inconcussaque stabit sententia p[ro]nunciata, in foro iustitiæ. Itaque quamdiu viuimus, omnium causas Deus remittit ad forum misericordiæ: quam tantam sentiemus, quantū humiles supplicesq; illum rogauerimus, quantumque proximis nostris miserti fuerimus. Præparabitur enim, vt Esaias ait, in misericordia solium eius: & hoc (vt dixi) quamdiu vixerimus. Rationis autem exactio in hac p̄senti vita, seu in foro misericordiæ, est diuina admonitio ad pœnitentiam. Quando homo ergo annos suos rememoratur in dolore cordis, & in amaritudine pœnitentiæ meditatur peccata sua, tunc rationem reddit vitæ suæ Deo. Videns autem se deficere in ratione reddenda, vt ne vnum quidē pro mille queat respondere, per confessionem siue vocalem, siue mentalem se Deo humiliat, veniam petit, ac indulgentiā atque prioris vitæ instituit emendationem, mox quoque à benignissimo domino omnium peccatorum assequitur remissionem. Quacunque enim hora ingemuerit peccator, iniq̄tatum eius, dicit dn̄s, nō recordabor amplius. Et huius commonefacit nos Apostolus, dicēs: Accedamus cū fidutia thronū gratiæ eius. Hanc aūt misericordiā cū fidutia tūc petimus impetramusque de eius bonitate securi, dum conditionem hāc obseruamus, quam iubet, dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Et si non dimiseritis hominibus nec pater vester dimittet vobis. Beati igitur misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Contra vero, iudicium ei sine misericordia, qui non facit misericordiam. Et Christus: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Sūt autem sex quæ faciliter à Deo impetrāt remissionē peccatorū. Nam quemadmodū peccata quædam sunt clamantia in cœlum

Misericor[di]æ forū non esse ne[g]ligendū.

Esaiæ 16

Ezech. 18

Heb. 4

Matt. 6

Matt. 5

Iacob. 2

Matt. 7

[Re]missio[nem] peccatorum p[er] sex fa[ci]liter ob[t]inemus.

& vindictam postulantia, ita sunt opera quoque quædam bona ad Deum clamantia pro remissione peccatorū: Et primum quidem generale est, puta pœnitentia, quę semper veniam impetrat, quia cor contritum & humiliatum despicere Deus nō potest. Quamobrem Hieremias dicit: Si pœnitentiam egerit gens ista à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo q̊d cogitaui, vt facerem ei. Testantur hoc ipsum Niniuitę, quibus ciuitatem eorum per Ionam prophetam prænunciatum fuerat subuertendam. Veruntamen cum pœnitentiam agerent omnes à rege vsque ad minimum, indutique saccis ieiunarent tam homines quam iumenta, non induxit dominus malum quod locutus fuerat super ciuitatem. In pœnitentia autem singulare, quod misericordissimum dominum fere cogit, sunt lachrymę. Vidit olim lachrymātem sororem Lazari Mariam, aliosq; amicos flentes, pro pietate & ipse quoque lachrymatus est: videt nunc pœnitentem lachrymantē, & durus erit? Haudquaquam durus esse potest humilianti se & pœnitēti, quia hoc eius repugnat naturę. Secūdum quod peccatorum impetrat remissionē, est oratio. Huius testimoniū in hoc habemus Euangelio, vbi seruo dicitur: Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Et Ecclesiasticus ait: Fili, peccasti, non adijcias iterum: sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. Tertium est amor, quomodo scriptum est: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et in Prouerbijs: Vniuersa delicta operit charitas. Petrus quoque in epistola: Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorū. Quartū est eleemosyna, Christo dicente: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Item Ecclesiasticus: Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Sub nomine autem eleemosynę, misericordię & pietatis opera quęcunq; alia intelliguntur. Quintum, est tribulatio patienter tolerata, vnde Tobias: In tempore, inquit, tribulationis peccata dimittis. Et in Apocalypsi legitur: Hi sunt q venerunt de magna tribulatione, & lauerūt stolas suas in sanguine agni. Et q̄d mirum, si peccata tribulationem patienter sustinentibus dimittet Deus? quando gloriam quoq; cœlestē, eisdem promittit dicens: Beati qui persecutionem patiuntur

Psal. 50

Hiere. 18

Ionæ 3

Pœnitentia quā facile veniam impetret peccatorum.

Ioan. 11

K

Matt. 18

Eccl. 21

Lucæ 7

Prouer. 10

1. Pet. 4

Lucæ 11

Eccli. 3

Tobiæ 3

Apoc. 7

Matt. 5

tur propter iustitiam, quoniam ipsorum
2.Cor.4 est regnum cœlorum. Et Paulus: Id quod
in præsenti leue & momentaneum est tri
bulationis nostræ supra modum in subli-
mitate æternum gloriæ pondus operabit
in nobis. Sextum, est remissio iniuria-
Eccli.28 rũ. De quo Ecclesiasticus dicit: Relinque
proximo tuo nocenti te, & tunc deprecan
ti tibi peccata soluentur. Hæc aũt omnia p
tinent ad forum misericordiæ, quia sunt
præsentis, non futuræ vitæ exercitia. In
hoc foro fuerat seruus iniquus iam abso
lutus, sed iniquitatem repetens, & Deo
ingratus venit ad forum iustitiæ, in quo
non potuit nisi iuxta quod meruerat,
2.Cor.5 sententiam obtinere. Est præterea ali-
Forum iustitiæ quid sit ud forum iustitiæ, de quo Apostolus lo-
quitur, cum dicit: Oportet nos omnes ex-
hiberi ante tribunal Christi, vt recipiat
vnusquisque quod gessit in corpore suo, si
ue bonum siue malum. Tunc enim dies il-
la erit, de qua Ioel propheta: Dies domini
Ioel.2 magna & terribilis valde, dies iræ, miseriç
& calamitatis, &c. Tunc quoq; misericor-
diæ tempus finẽ accipiet, nec vltra erit sup
plicandi locus. Quapropter admonet salua
Ioan.12 tor, dicens: Ambulate dum lucem habetis,
ne tenebræ vos comprehendant. Iam tem
pus est gratiæ, quo sicut in die honeste am
Roma.13 bulare possumus. Porro aliud tempus, si di
cendum est tempus, vocatur nox. Ideo
de vtroque loquens dominus dicit: Me
Ioan.9 oportet operari opera eius qui misit me,
donec dies est. Venit nox qñ nemo opera
Gala.6 ri potest. Et Paulus: Ergo dum tempus ha
bemus, operemur bonũ ad oẽs. Quin

L

ta huius Euangelij instructio est, neminẽ
posse satisfacere, ne pro vno mortali pec-
cato quidem: sed omnis sufficientia no-
Satisfacere neminẽ posse pro vno pctõ mortali stra ex Deo est. Veruntamen, hoc non ita
debet accipi, quod ocio & torpore nos ef-
ficiamur segnes, aut vt aliquid boni despe
remus incipere, quoniam potius conatus
noster ad anteriora semper debet se exten-
dere: nihil nobis interim de operibus seu
de conatu nostro prçsumentibus nihil no
bis confidentibus viribus nostris. Vigila-
re multo plus oportet, ne desimus nobisi-
psis & gratiæ Dei, ne obicẽ ponamus gra-
tiæ, ne eius operationi non acquiescamus
& instinctui. Neque enim sine omni stu-
dio, industria, ac conatu nostro saluabit
nos Deus, sed q cõsentit, quique acqescit
gratiæ eius nos excitãti, q obedit volũta-
tẽ suã inspiranti: & in nobis operanti, hũc
saluum faciet, vt vel tantillum sit ex nobis
cooperans ad salutẽ nostrã. Itaque dixi ne
minem posse satisfacere pro aliquo pecca-
to mortali. Hoc in seruo illo nequam no-
bis insinuatur, quando dicitur: Cum autẽ
non haberet vnde redderet. Certe nec ipse
nec aliquis est peccator, qui, vnde reddat,
habeat, nisi ex meritis Christi. Non autem
habẽtem quo satisfaciat ex suis operibus,
nec eum qui fulciri: potest meritis Christi,
hoc est, eum qui perseuerat in peccato &
in mala voluntate, iubet dominus venũda
ri hoc est, dare & amittere omnia quæ ha-
bet aut expectat, puta gratiã Dei, virtutes,
bonaque omnia cum cœlesti promissione.
Vbi enim vel vnum peccatum est mortale,
pereunt, tolluntur que hæc omnia saluta-
ria, quç homo vendit pro delectatione pec
cati. Sexta instructio est, mendicare ora Oratio perseuerans quã cito impetret
reque semper coram Deo. Hoc nanq; quã
tum profuerit illi seruo, inde manifestum
est, q̃d tam grande euasit debitũ, ingensq;
supplicium rogãdo. Misericordissimus enim Duritia in proximũ quã detestabilis sit corã Deo.
dñs vltra quã rogauit, donauit ei oĩa. Se
ptima est instructio, vt attendamus quã de
testetur inclementiã & duritiã nostrã De-
us erga proximũ. Nam seruum illum du-
rum reuocauit ob illius ingratitudinem,
& tortoribus puniendum tradidit. Quam
pœnam euaserat semel, sed domino ingra
tus, quia noluit misereri proximo, ideo ex
iccauit sibi quoque fontem misericordiæ,
vt veniæ iam locus non esset, quem sibi i-
pse duritia & inclementia sua recluserat.
Octaua instructio est, attendere rigo- Iustitiç diuinæ rigor quantus.
rem diuinæ iustitiæ in eos, qui misericor
diam eius spernunt, misericordiæque tem
pus negligunt. Nam pro quouis peccato
mortali, siue vnũ, siue multa fuerint, reddi
tur à Deo pœna æterna. Non putandũ est
tamen eos & qui multa & qui pauca ha-
bent peccata mortalia, in pœnis fore æqua
les, sed vnusquisque iuxta delictorum men
suram habet sibi supplicium constitutum.

M

Mouet autem quosdam quod dñs pi-
issimus misericordissimusq; pro peccati
delectatione fere momentanea retribuit
æternam pœnam, quod iustitiæ & æquita Pœna æterna quã iuste infligatur pro peccati delectatione momẽtanea.
ti non videtur respondere. Dicendum igit
primo: Cum peccatoris hominis volũtas
sit mala permaneatque perseuerans peccã-
do vsque ad finem, quasi in æternitate pec
cat. Quamdiu enim viuit, peccat: & si diu-
tius

eius quam viuit, viueret, diutius peccaret, imo si perpetuo viueret, ppetuo peccaret. Iustum est igitur huic voluntati, quæ se extendit in perpetuum, dari etiam pœnã ęternam. Quod si dicis, multos peccare absque voluntate perpetuo peccandi, quibus secũdum hanc responsionem adhuc non debetur pœna æterna, dicendum est: Qui peccat non habens voluntatem perpetuo peccandi, pœniteat de præteritis, & firmata voluntate statuat sibi cauendum à futuris. Hic non sustinebit æternam pœnam, sed vel in tempore prę̨senti, aut in purgatorio expiabitur. Non ergo habet locum obiectio hæc. Oĩs peccator aut denuo ad Deũ conuertitur, aut perseuerat in peccato. Si conuertitur, iam liber est, immunis est ab inferno: si perseuerat, interrogo quousq; perseuerabit? Vsq; ad annum, inquis. Possem dicere: Annũ nullum habet in sua potestate viuendi homo quicunque fuerit. Ideo hæc nulla est constitutio. Securus eĩ non est, quin cras aut hodie (quod quotidie cernimus) moriatur. Sed demus, vt illi misericordia hæc fiat, vt annum adhuc viuat. Hoc exacto conuerteretur? Etiam. Ergo quod tunc facturus est, modo faciat, & peccare definat. Iustum igitur est vt non excludatur à regno Dei. Verum, si adhuc post annum peccat, & iterum atque iterum peccat, vsque dum mors illum apprehenderit, quis dubitat eum sic ita semper voluisse continuasse peccatum, quoad viueret, si etiam diutius vixisset? Quamdiu enim nulla fit voluntatis mutatio, intelligitur perpetuitas. Vt vero clarius hoc intelligas, compertissimum est omnibus nobis, posse nos quidem ex nobisipsis delinquere. Quod cum facimus, libero arbitrio nostro abutimur, nullum quærentes auxilium à Deo, qui semper non solum paratus est, sed multis etiã modis præuenit nos tueri, à peccatis defendere, & adiuuando nos à tentationibus liberare. Verum nos iniqua nostra voluntate abutentes, non admittimus auxilium gratiæ eius. Non igitur coacti nec inuiti, sed sponte contempto gratiæ diuinæ adiutorio peccamus. Itaque quomodo, vt dixi, sponte peccamus, & ex volũtate libera nostra, hoc est, quod peccare libere possumus non est æque in potestate nostra igitur resurgere. Propterea stulte ineptissimeq; dicunt quidã: Ego volo hoc peccatũ facere, cras iterum volo confiteri. Potes certe sine singulari gratia illud peccatum cras cõfiteri, sed non potes de illo, quomodo opus est ad remissionẽ impetrandam, pœnitere, aut de peccato sine gratia Dei dolere, quia non potes tibijpsi dare charitatem nec Dei habes gratiam in manu tua: vt quando velis eam spernas (hoc quidẽ potes) & quando iterum velis, resumas, hoc tuo impossibile est arbitrio.

[Margin: Peccare posse ex bisipsis nos habere resurgere aut non ita]

[Margin: peccare sub spe cõfessiõis faciendæ q̃ sit stultissimum]

N Iam itaque ad quæstionẽ tuã seu obiectionem tuam respondendo dicendum est: Quando peccas, vltro & sponte nec inuitus peccas. Adeo est enim, teste August. peccatum voluntarium, & nisi sit voluntariũ, non erit peccatum. Peccando ad impossibilitatem per te resurgendi te obligas. Quomodo ergo voluntarium est peccare, ita voluntarium est etiam ad impossibilitatem ex te resurgendi obligari. Vnum enim vitans, vitas & alterum: & primum eligens necesse est, vt quod semper comitatur eligas & alterum. Iam ergo dic mihi: Cur in talem te ponis statum volens & sponte, à quo non possis cum velis per teipsum resurgere? Vide ergo quomodo non semper velis peccare, quando eligis sponte statum, in quo aliter non possis per teipsum quam perseuerare in peccato. Est ergo peccandi volũtas in te perpetua, cui iuste quoque æterna redditur pœna.

[Margin: Augusti.]

Secundo, ad eandẽ quę̨stionem respondet Augustinus, dicens: Factus est malo dignus æterno, qui hoc in se perimit bonum, quod esse posset æternum. Hoc autem bonum, est bonum gratiæ in præsenti tempore, & bonum gloriæ in futuro.

[Margin: Idem]

Tertio dicitur, quoniam peccatum infinitæ est grauitatis: ideo nihil mirum infinitam quoque illi deberi pœnam. Omnis nanque pœna iuste taxanda venit iuxta dignitatem illius, qui offenditur. Quamobrem grauius punietur quoque qui in regis faciem daret alapam, quam qui in subulci daret. Cum itaque Deus qui peccato offenditur, infinitæ sit virtutis dignitatis ac maiestatis necesse est etiã peccatũ esse infinitæ grauitatis, ppterea q̃d diuinã maiestatẽ infinitamq; contemnit. Peccatũ igit̃ mortale æterno supplicio punitur ac infinito, non acerbitate pœnæ, sed perpetuitate.

[Margin: Peccati grauitatẽ esse infinitam.]

[Margin: Peccatum mortale cur infinito supplicio puniat̃]

Quarto, cum dominus Deus bonis nostris opibus, quæ non ex nobis, sed ex ipso habẽt, vt sint bona ac p̃mio cœlesti digna, vtpote quæ Deus ipse opera-

operatur in nobis, valdeque modicum ha
bent ex parte nostra, promiserit reddatque
præmium infinitum: ideo non ab re erit, si
e diuerso pro malis operibus facinoribus-
que minetur, reddatque supplicium æter-
num. Quod tamen semper intelligendum
est de his peccatis mortalibus, quæ per pœ
nitentiam non delentur. Est autē pœ
O na hæc æternitatis grauissima & intolera-
bilis. Primo, quia pœna est desperationis.
Nulla enim spes ibi est liberationis, & de
hoc certi sunt damnati, quod nunquā libe
rabuntur. Propterea dicitur in libro Sapi
entiæ: Vsque ad summum desolabuntur,
& erunt gementes. Secundo, anxia est
ibi mortis desideratio: Desiderabunt enim
(vt Apocalypsis habet) mori, & mors fugi
et ab eis. Et quamuis semper viuere, aut nō
perire sit naturaliter delectabile, in mise-

pœnam in terni pro pter sex esse intole rabilem

Sapien. 4

Apoc. 9

rijs tamen & in pœnis viuere, non est dele
ctabile. Nec ibi viuunt recte, sed rectius di
cit, vt continue moriuntur, & nunquā ta-
men moriunt, sed mors depascet eos. Psal. 48
Tertio, quia sunt ibi cū tædio grauissimo,
detinentur enim violenti, iustitia diuina
eos cogente & retinente. Vide ergo quam
misera sit hæc perpetua in pœnis captiui-
tas. Quarto, quia pœnarum nulla est
ibi interpolatio nec mitigatio. Quinto,
quia boni cuiuscunque est ibi aut conso-
lationis priuatio. Sexto, qa ibi est malo
rū exaggeratio. Cōfluunt enī vndecunq;
& conglobant oīa mala, quæ contristare
possunt: & est ibi ꝑpetua separatio à Deo.
A qua nos defendat, & custodiat dominus
noster Iesus Christus, qui cum patre &
spiritu sancto viuit & regnat Deus bene-
dictus in secula, Amen.

DOMINICA VIGESIMA TERTIA POST dominicam Sanctę Trinitatis, apistola beati Pauli apostoli ad Philippenses tertio & quarto.

XXXII. IMitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambu
lant, sicut habetis formam nostram. Multi enim am-
bulant, quos sępe dicebam vobis (nunc autem & flēs
dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus
quorum Deus venter est, & gloria in confusione i-
psorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuer-
satio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum Iesum
Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū cor-
pori claritatis suæ secundum operationem, qua possit etiam subijcere si
Psal. 4 bi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium
meum & corona mea, sic statein domino charissimi. Euodiam rogo &
Syntychen deprecor, idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te ger-
mane compar, ad iuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cū
Clemente & cęteris adiutoribus meis, quorū nomina sunt in libro vitæ.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A PAulus apostolus vbi Philippen
ses instruxerat verbis, tandem
seipsum in exemplum constitu
ens: Imitatores, inquit, mei esto
te. Dixeram vobis, vt idem saperetis, in ea-
dem quoque maneretis regula morum ac
disciplinæ Christianæ nunc addo etiam,
Phil. 3 aut etiam hoc adijcio,: me vobis in exem-
plum constituens, Imitatores mei estote in
humilitate, mansuetudine ac feruore chari
tatis. Nam sicut dixi vobis, non me arbi-
tror comprehendisse: ea tamen quæ retro
sunt obliuiscens, in ea quæ pfectiora sunt
me extendo. Estote igitur vos quæso mei
imitatores, idem studium habentes profi-
ciscendi: & obseruate ad imitandos eos q
ita ambulant, sicut habetis formam no-
stram, quam in me vidistis, & quam vobis
tradidi,

tradidi, tam verbis, quam literis. Multi enim ambulant aliter, quos sæpe dicebam vobis non imitandos, sed cauendos, vtpote per latã viã ad perditionẽ ambulantes: nunc autem flens dico, eos inimios crucis Christi, hoc est, humilitatis, patientiæ, & obedientiæ eius. Aut ita: Inimicos crucis Christi eos dico. Crux enim Christi nihil est aliud, quam iugis mortificatio vitiorum, maceratioque carnis, omnes electos crucifigens affligensq;. Quæ cum illis exosa & contraria sit, recte vocantur inimici crucis Christi. Ideo autem flens eos sic nomino, miserans perditionem & cæcitatẽ eorum, iuxta ac subuersionem audientiũ: quorum finis interitus, & mors sempiterna. Quorumque Deus venter est. Quicqd enim agunt, vt delicate & opipare viuant, faciunt: & gloria, qua gloriantur, in confusionem, hoc est, ad ignominiam est ipsorum. Gloriantur enim in his, de quibus deberent erubescere. Quo innuitur, Paulo manifestatam gloriationem illorum pseudoapostolorum de circuncisione gloriantium. Hi enim sunt qui terrena sapiunt, ad literam, secundum carnem omnia, nihil secundum spiritũ intelligentes. Quantũ putas hæc congruere Lutheranis? Nostra aũt conuersatio longe ab illis distat, quippe q̃ secundum fidem, spem, charitatem, & operationem in cœlis est. Corpore nanque in terra ambulamus, spiritu autem & corde sumus in cœlo. Vnde & saluatorem nostrum expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui nos resuscitaturus in meliorem formam reparabit. Reformabit enim corpus humilitatis, vtilitatis & abiectionis nostræ, puta quod modo innumeris corruptionibus & miserijs subiacet: hoc, inquam, reformabit, vt sit configuratum corpori claritatis suæ, puta vt eandem seu similem claritatem habeat corpus nostrum vile, quam clarissimũ innocentissimumq; habet corpus illius ex virgine sumptum modo glorificatum à patre. Hoc autẽ Christus faciet secũdũ operationẽ omnipotẽtiæ suæ, qua potest non solum corpora nostra reformare, sed subijcere etiam sibi omnia. B Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, quos feruenter amo & vehementer desidero, gaudium meum & corona mea. Vestra enim salus, vestra honestas, vestra charitas, & perfectio mihi gaudium est in præsenti tempore, & corona in futuro. Sic state in dño charissimi, quomodo à me docti estis, & sicut vidistis viuendi formam, quam ego ostẽdi vobis. Euodiam rogo & Syntychen deprecor id ipsum sapere in domino. Putatur Apostolus audiuisse aliquid dissensionis, vel inter illas esse mulieres, aut fortasse vtramque in fide à communi corpore Ecclesiæ periclitari, quæ alioqui religiosæ erant. Ideo rogat eas, vt æque cum cæteris idipsum sapiant, stentque in domino. Erant matronæ Christo deuotæ prædicatoribus Euãgelij necessaria ministrãtes, ideo earũ reminiscit Paulus atque commendat, dicens: Etiã rogo te germane compar, id est, in Euangelica prædicatione mihi adiutor, aut similis, adiuua illas, tuis hortationibus eas cõfortando & confirmando in fide, quę mecum laborauerunt in Euangelio, non prædicãdo, sed necessaria suppetando, idque non solum mihi prædicanti, sed etiam Clemẽti & alijs coadiutoribus meis ministrarũt necessaria: quorum nomina hic prætereo, quia scripta sunt in libro vitæ, hoc est, in memoria æterna apud Deum. Sic enim apostolis quoque dictum est: Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Lucæ 10

EXEGESIS EVANGELII eiusdẽ dominicę vigesimæ tertię post dñicam sanctæ Trinitatis. Matthęi vigesimo secundo.

NArrat Matthæus ante hoc Euangelium, q̃d Christus pharisęis parabolas dixerat multas, puta de vinea agricolis locata, de homine rege, qui nuptias fecerat filio suo multosque vocauerat, qui venire neglexerant: in qua parabola tandem post impletum numerum discumbentium dixit dominus Iesus: Multi quidem sunt vocati, pauci vero electi. Quæ omnia Iudæi & pharisæi propter se, vt res existimantes dicta abierunt à domino inter se tractaturi, quo modo illum caperent in sermone: malitia enim inuidiæ nunquam quiescit. Quamuis enim pharisæis seminaret Christus cũ veritatem, tum eruditionem, ipsi ex verbis & ope- C

bis & operibus eius aliud non colligebāt, aranearum more, quam inuidiç venenum. Idcirco tam studiose erant, quō Christum allicerent, vt vel laudibus falsis, vel adulatione captus, libere & incautus quid effutiret, coram Herode aut Cæsare accusandū. Dicit igitur Euangelista:

Abeuntes pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes:

Sub potestatem venerant Romanorum Iudæi, quibus iam soluere tributum cogebantur, multis hanc sensus solutionem licitam esse astruentibus, propterea quod communi omnium pace & quiete populus Romanus militaret: Pharisæis vero cōtradicentibus, non debere populum Dei qui decimas & primitias offerret, humanis exactionibus subijci. Cúm igitur insidiosa, odiosa atque tumultuosa ex omni parte hæc esset quæstio, ita, vt quicquid ad eam responderetur, offenderetur, abierunt pharisæi à Christo discedentes, inter se consilium inierunt secreto, quomodo illum caperent in sermone. Nacta vero hac occasione expensione tributi, inter se consultant, qua arte, quo dolo, qbus verbis, qua simulatione adulationeque Christo hanc proponerent quæstionem de tributo pendendo Cæsari. Abierunt igitur, Herodianosque suo consilio applicauerunt, (quos tamē omnium maxime exosos habebant, sed maius adhuc eorum erat odiū in Christum) & tractabant cum illis, quomodo suam absconderent malitiam: nec pharisęi ipsi interrogarent Christum, vtpote Christo suspecti atque insidiatores eius ab olim cogniti. Videbatur igitur illis consultius atque calidius se facturos vt discipulos suos mitterent Christo incognitos, coram quibus fateretur, quod fortasse corā pharisæis non auderet fateri. Associant pterea illis Herodianos, quia metuebant sibi tanquam manifestis æmulis & inimicis Christi, si quid accusare vellent ipsi contra Christum non credendum. Quo igit validus haberent contra Christum testimonium, curabant vt Herodiani quoque audirent Christum contra Cæsarem loquentem. Nam si diceret, Cæsari dandum tributum, coram plebe illum confutarent, cuius magna pars dum interrogaretur, illum circunstabat, quod zelū pro lege Dei non haberet, nec quicquam pro Deum co- Num. 25 1. Reg. 15
lentibus vellet loqui. Structa itaque hac versutia, cum Herodianis ad Christū mittunt discipulos suos. Qui discipuli malitia magistris non inferiores, ad pelliciendum Christum rhetoricantur, in eam scilicet partem, quo incautus Romanos offenderet. Per Herodianos hic intelligūtur vel Herodis milites stipendiarij, vel hi qui Herodi dicebant tributum soluendū, quos contemptim pharisæi vocabant Herodianos. Præerat autem tributis exigendis Herodes Romano obediens imperio. Herodiani quinā dicti

Magister, scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non? D

Vides ne, quam accurate fabricant dolos? Nouimus, inquiunt, magister, quia verax es. Quod vnum vehementer ornat veritatis magistrum. O hypocritæ, quare hactenus illum seductorem clamastis, quare occidere voluistis, si cognoscitis quia verax est, & viam Dei docet in veritate? Non ne iugulum nunc vestrum mendax, vestra etiam verba coarguunt? Non enim respicis personam hominum: ideo neque regē neque expauebis Cæsarem, quo minus veritatem dicas. Dic igitur nobis, quid tibi videtur? Non quærimus quid legitimum qd ve iustum sit, sed quid tu sentias, quid ve tibi videatur, audire cupimus. Dic nobis, & libere tuum nobis iudicium enuncia. Licet dari censum Cæsari, nec ne? Sciebāt aliquos esse ociosos, puta Iudam & Theodā, qui Cæseri facta seditione negandum censum asseuerabant. Propterea in eandem suspitionem quoque Iesum inducere tentabant pharisæi. Matt. 19

Cognita autem Iesus nequitia eorū, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostēdite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

Hypocritas recte vocat, nam alios se simulabant, alij erant. Non inquirebant de veritate quam discerent, sed respondentē eo ducere cupiebant, quo laqueum illi parauerant. Quod Lucas quoque clarius explicat dicens. Miserunt ad eum insidiatores, Hypocrita quis sit

res,qui se iustos simularent. Verum cogni ta nequitia eorum grauiter eos cōfutauit, vtens in respondendo zeli acrimonia. Manifestauit enim omnem illorum simulationem, adulationē, dolum, machinationē, atque malitiam, sibi vt Deo esse manifestam in hoc, quod dicit: Quid me tentatis hypocritæ? Quasi dicat: Qua mente ad me venia tis, iam noui. Tamen ostendite mihi nummum, qui pro tributo solet dari Cæsari. Erat autē, vt quibusdam placet, nummus habens imaginem & superscriptionē Cæsaris, decem communes nummos, id est, denarios valens. Hunc quælibet domus q̄ tānis dare cogebatur pro tributo Cæsari. Dicebatur autē numisma à nummo deriuatum, quod Cæsaris habebat imaginem & superscripionem. Fertur autem à quibusdam propteria dici nummum aut numisma, quod à Numa Pōpilio olim apud Romanos per nummos emendi atque vendē di consuetudo hæc introducta sit.

Numisma vnde dicat.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio?

Non ex ignorantia nec dubitans hæc interrogat, sed aptum quærens instruendi locum. Erat enim denarius habens Cæsaris imaginem & superscriptionem. Atque ideo de vtroq; interrogat, puta tam de imagine, quam de superscriptione.

Dicunt ei: Cæsaris.

Non Augustum loquuntur, sed Tyberium Cæsarem, qui successit Augusto, vt Hieronymus ait, eiusque erat præuignus, sub q̄ passus est Christus. Oēs aūt Romani imperatores dicti sunt (vt Hieronymo placet) Cæsares, à primo Caio Cæsare, qui imperiū arripuerat. Porro mos soluēdi tributum Romanis, introductus fuerat à tēpore, quo Pompeius cōsul Romanus Iudęam Romanis subiugauerat. Tunc enim victoribus Romanis Iudæi promiserant, tan quam reipublicæ defensoribus & pacis cō seruatoribus, tributum soluere. Postea vero à quodam Iuda Galilęo orta seditio est, cui Iudæorum nonnulli consentientes, asseuerabant se cogi non debere ad tributū soluendum, sed liberos esse se à legibus humanis, qui legi essent diuinæ subiecti, soluentes (vt supra dixi) decimas & primitias domino. De hac quæstione itaque nūc interrogarunt dominum. Quibus ille respō dit sapienter, vt sequitur.

Hierony.

Hierony.

Tūc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Vtrumq; conclusit sententia breui, q̄ Cæsaris sunt, Cæsari adiudicans: quę vero Dei sunt, Deo. Temporalia enim, quæ tribuenda sunt Cæsari, noluit negari: quæ vero Dei sunt, nihilominus eidem quoq; offerri. Non dissensit ab hoc loco Paulus q̊que, iubens omnibus reddi debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. Nemini, inquiens, qc quam debeatis, sed omnia debita, id est, cui cunque aliquid debetur, soluite. Nemini igitur quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Studiosi ad hoc estote, vt nihil apud vos maneat, quod alteri debeatis, excepta dilectione, quam nunquam vos putetis implesse satis: sed manere semper vos ęstimate adhuc debitores, quo proni sitis ad omnibus subueniendum. Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Ac si diceret: Nihil excusationis habetis per hoc, q̊d Deo datis decimas, aut primitias, aut alia si quæ huiusmodi sunt, qn æque, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddatis. Sed vide quā sobrie adiudicat Cæsari, non omnia quæ vult, non exactiones & violentias, quas à plebe, à clero, & ab omnibus suæ ditionis exigunt hi qui præsunt, principes scilicet & magistratus: sed hæc tantum, quæ Cæsaris sunt, id est, quæ illis iure debentur, & ad eos pertinēt. Debemus enim nos Christiani Deo & hominibus. Hominibus qdē & his tam spiritualibus, quam temporalibus. Debemus enim præpositis & prælatis nostris, qui pro animabus nostris Deo sunt rationem reddituri, obedire ex animo, & in omnibus, quæ ad illorum curam pertinent. Cum enim omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, anima vero potissima sit pars corporis, quomodo illa suis rectoribus non gauderet, quādoquidem & ecclesiastica hæc iurisdictio & potestas nunquam defuit Christianis.

E

Rom. 13

Prelatis su is qd omnis debeat Christianus.

Heb. 13
Rom. 13

Debet igitur omnis Christianus summo Pontifici tanquam vniuersæ Ecclesię p̄lato, debet suo antistiti, debet suo prælato aut pastori, debet deinde suo principi, hisq; q ab eodem missi sunt, obedientiam, subiectionem, honorem, dilectionē & fidelitatem. Nam de tēporalibus seruis ait Paulus apostolus: Quicunq; sub iugo sunt serui, dn̄os suos oī honore dignos arbitrentur.

1. Tim. 6

Ephe.6 tur. Et iterum alibi: Serui obedite dominis vestris carnalibus, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, non ad oculũ seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei
1. Pet. 2 ex animo. Et Petrus: Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quamdiu enim hi, qui præsunt nobis, diuina sunt ordinatione ad regendos nos constituti, debemus illis obedire, tanquam diuinæ ordinationi: ne cum illis repugnare velimus
Num. 16 Deo inueniamur repugnasse. Habemus in libris Mosi, quã seuere punierit Deus Dathan & Abiron, filios item Core cum alijs rebellibus aduersus Mosen se erigẽtibus. Est tamen obseruandum semper illud Pe-
Acto. 6 tri: Quia oportet Deo magis obedire, quã hominibus. Propter humanum igitur imperium haudquaquam deserenda est obedientia diuina: nec aliquo modo agendũ in fauorem hominis, quod contra honorem & beneplacitum sit Dei. Da igitur, quæ Dei sunt, Deo, decimas & oblationes: quæ vero sunt potestatis temporalis, redde potestati seu principi, tributum, vecti-
Decimæ Deo soluẽdæ cur institutæ sint gal, censum & huiusmodi. Decimæ in veteri lege à domino institutæ sunt pro alimonia ministrorum templi. Deo igitur, q tibi dedit omnia, redde ex omnibus decimam partem. Deo, inquam, redde. Noli tristis aut ad dandas decimas inuoluntarius esse: mirare potius, quod illas Deus dignatur à te recipere. Nec tuum est considerare quis sit, qui recipiat, quis vtatur, aut quo modo consumantur decimæ. Tu Deo debes, tu Deo soluis, tu Deo reddis. Ille à te exigit, ille si non dederis, te puniet, ille si deuotus obtuleris, tibi mercedẽ retribuet. Homini fraudem facere potes. Deo fraudẽ facere non potes: quam etsi feceris, certus esto, propterea non eris ditior, seu multo
Decimas nõ soluentes, quõ puniant à Deo. infelicior. Qui enim decimas Deo nõ soluunt, præter hoc, quod à domino in anima puniuntur, & hic & in futuro, nihilominus benedictionem in temporalibus, aut sanitatem, seu vitam amittunt: quicquid aũt non soluisti, debes. Quod si peccatum non dimittitur nisi ablatum restitu-
Augustinus. atur, vide qua audacia mori præsumas nõ solutis decimis.

Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Audierunt Christi sapientiã, qui ipsorum prauitatem omnem videns, nõ vt discipulos, sed tentatores declarauit. Nouisse enim illum senserunt, vel in primo respondentis verbo omnẽ malitiam & simulationem suã: deinde elusam omnẽ suam fraudem ac versutam machinationem senserunt. Tertio, Christi insuperabilem sapientiam, contra quam nihil excogitare poterant. Idcirco hic dicitur Audientes hanc Christi sapientiã eiusq; irreprehensibilem responsionẽ, mirati sunt, q̊d eorũ caliditas non inuenisset insidiandi locũ. Et relicto eo abierunt. Qui in sapiẽtia eius cõpungi debuerant & veniam petere, promittereq; studia meliora, hi frigidi obstinatique suam malitiam secum reportant, & nihilo meliores effecti Iesu relicto, abierunt.

Audistis iam filij, detestati estis illorum tẽtatorum maleuolentiam versutam. Quod ergo in illis execramini, hoc in vobis odisse & cauere debetis. Caueatis igitur vitium hoc adulationis, caueatis quæso propter Deum duplicitatem atque insidiandi studium. Fraudulenta enim nequitia duplex est nequitia, quia fraus & nequitia: nec est pestilentior hostis quã amicus simulator & insidiator, hoc est, qui blanditur & amicum se fingit palam: clã vero machinat insidias. Quapropter filij diligite synceritatẽ, fugite adulationẽ, cauete fictionẽ & hypocrisim. Si locũ habet correptio in pximo, & emendatio speratur, nolite palpare vitium, nolite laudare, nolite consentire, nolite tacere: sed cum modestia, humilitate, mansuetudineq;, vbi fructus expectatur, proximos corripite. Si vero correptio non habet locum, & fructus nullus sperat tacete, & Deo ac prælatis corripiendos cõmittite. Synceritatem in verbis & moribus absq; fuco vllo, præsertim in charitatis exhibitione seruate. Nemini namq; nõ est grata acceptaq; synceritas. Hæc quãuis ad horã quãque contristat, q̃a nemo in suis humiliationibus, in accusationibusq; suauiter audit veritatem. Nihilominus tñ, vbi transierit reprehensio & passio humana excitata, sedata fuerit, veritas & synceritas amatur, honorat, laudaturq;. Nemo ignorat diligentis vulnera esse vtiliora, quam oscula fraudulenti. Nemo nõ magis vult à iusto & syncero corripi, q̃ à peccatore & adulatore laudatori: adeo inuisa est cũctis duplicitas: semp q̃q; adfert secũ vtilitatem synce-

Adulatio cur cauenda sit.

Nequitia fraudulenta cur duplex sit nequitia.

Correptio quãdo & quomodo adhibẽda sit.

Synceritatem in omnibus esse seruandã.

Prouer. 27

Simulationem o

syncera admonitio. Simulatio vero omnibus (vt dixi) suspecta & odiosa est, qa tã simulatio q̃ adulatio, quæ ex vna radice crescunt, quærit, quæ sua sunt tm̃, nihil habens de charitate, multum vero de fictione & totum de priuato amore. Dominus noster Iesus Christus det nobis omnibus inter nos syncerã dilectionẽ, qua vnusqsque loquat veritatẽ cũ proximo suo, ne de illorum simus numero, qui loquuntur quidẽ pacem cũ proximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ. Hoc auertat à nobis Deus Dei filius, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen. Psal.27

SERMO IN EADEM DOminica. Quibus debemus, reddamus debitũ: & quomodo anima sit numisma aut denarius.

G Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Matthæi XXII. Suum morem non dimittunt Pharisæi, quin Christo, quia pleni erant inuidia, semper insidientur. Excogitare igitur eos facit eorum malitia astum dolosque, quo domino quærant mala. Verum, nisi Christus eis concesserit seu permiserit horam, qua vigeat potestas tenebrarum, & malitiam quamcunque velint in ipsum exerceant, non poterunt quicquam in illum facere mali. Videamus nũcquid in se habeat hoc Euangelium. Primum est, quod abijsse dicuntur Pharisæi à Christo. Nullius hic boni indicium est, nihil virtutis hoc nobis significat recedere à Christo. Dictũ est enim per Hieremiam prophetam: Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te, in terrra scribentur quoniam non derelinquerunt venam aquarum viuentium dominum. Non hunc animum habuerunt apostoli, qui nonnullis à Christo discedentibus, nec postea illum sequentibus propter verba quædam à Christo dicta, quæ non intellexerant ab eodem interrogati: Nunquid & vos vultis abire? Per os Petri respõderunt omnes: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Secundũ q̃d consultasse aut consilium inijsse dicuntur, q̃d intelligit cũ Hærodianis, hoc est, cum gentibus, qui non cognoscebant Deum. Quare non cõsilium acceperunt cum Christo? Quia res, quam tractabant, mala erat. Christum autem non patrocinari iniustitiæ non ignorabant. Ad sui igitur similes iuerunt pro tractando consilio, ad malos scilicet & impios. In quorum consilio tractabatur, quo modo Iesum caperent in sermone. Propterea autem seorsum diuertebant, quasi non debeat Christus audire verba eorum, quæ certe absens audiebat, tametsi vltra mare discessissent, imo eorum etiam omnes cogitatus videbat. Quale consilium, tales & consiliarij. Consilium bonum, vbi prudentia est, quærit à quatuor. Primo à Deo, iuxta illud Tobiæ: Omnia consilia tua in ipso permaneant. Item Ecclesiasticus: Omnis sapiẽtia à domino Deo est. Si ab eo est solo, quomodo igitur quærenda foret ab alio, nisi ab ipso? Secundo, consilium quære ab homine bono, non à malo. Quomodo tibi enim dabit consilia bona, qui eadẽ sibi non præbet? A consiliario igitur malo, vt Ecclesiasticus iterum monet, serua animam tuam. Tertio consilium est tractandum, vt Tobias monet, cum sapientibus. Ecclesiasticus quoque hortatur dicens: Cum fatuis consilium ne habeas, non em̃ poterunt intelligere, nisi quæ eis placent. Quarto consilium petendum est à sene. Propterea Roboam spreto consilio seniorum, dum cum iunioribus consultare cœpit, & eorum sequi consilium, stultitiæ suę mercedem, hoc est, decẽ tribuum à regno defectionem suscepit, nec eum nisi duæ tribus tanquã regẽ posthac sequebantur.

Lucæ 22 — Quæ sint in hoc Euangelio nobis insinuentur. — Hiere.17 — Ioan.6 — Consiliũ bonum à quatuor esse qrendũ — Tobiæ 4 — Eccle.1 — Eccle.37 — Eccli.8 — 2.Par.10 — 3.Reg.12

H Itaq; cũ audis Iudæis consilium inijsse contra Christum, disce tu non turbari, si contra te consilia tractẽt homines, quãdo contra Christum praua hoĩes machinantur. Non est seruus maior dño suo. Si me, inquit Christus, persecuti sunt, & vos psequentur. Quid, inqs, tunc mihi est faciendum? Vt taceas & dissimiles sustinens. Tacendo peccare non potes, vbi locutionis nullus est fructus. Quis enim fructus loquendi, vbi inuidia imperat? Tace igitur, quoad tempus adueniat, quo parum prudenterque loquaris. Quam parum locutus est Christus? paucis tamen verbis totum pharisæorum consilium, quod versutia astutissima vallauerant, confutauit. Tu quoquo fac bene, & sine alios contra te machinari in quod volunt ex liuore. Vide ne malum velis malo excludere. Caue iniusta via ambulare, aut medio aliquo il- Ioan.15 Iniuriam vel psecutione passus qd agere debeat.

licito vti. Videbis, quia se, non te dehonestabunt. Consilium iniquorum nudabit, veritas & iustitia triumphabit, Quicunq;

2.Tim. 3

pie vult viuere in Christo, persecutionē patietur. Qui autem bene agens habet persecutores aut insidiatores, satagat vt ita loquatur, ita agat, ita moderetur sermones suos, ne quod iustum agit, faciat iniustum ex aliqua circunstantia. Habent enim hoc calumniatores cuncti, vt cum opus tanquam bonum reprehendere non possint, si modicum quid in aliqua circunstantia operis neglectum deprehenderint, contra totum opus insaniant, obganniant & detrahant. Hoc modo obseruabunt Christum Iudæi, explorantes vbicunque, quo reperirent quod accusarent. Tertio, q̊d in Euangelio narratur, est studium Pharisæorum, quo nitebantur Iesum capere in sermone. Sciebāt lubricam esse humanam linguam, quæ facile adulantium quoq; capitur linguis, maxime ab insidiantibus. Idcirco hoc tertium non minus quam duo priora detestabilia sunt & cauenda, vtpote charitati contraria. Nitebanť illum Pharisæi capere in verbis, qui est sapientia summi patris. & qui nouit abscondita cordis.

Psal. 43
1. Cor. 1

Quartū est æque detestabile, puta discipulorum Pharisæorū adulantiū simulatio, dicentiumq;: Magister scimus qa verax es, &c̄. Magistrum vocabant, cuius esse nolebant discipuli. Veritatis appellant doctorem, quem vt seductorem habebant.

Ioannes Chrysost.

Pessimū genus hominū est adulatorꝝ. Inueniuntur autem homines ad hoc puto nati vt vnumquemq; laudent, bona dent verba, in faciē oībus blandi, nemini tamen interim fideles aut amici. Hi loquuntur q̊d libenter auditur, & placentia affirmāt. Hoc vitium tñ si absque incommodo fit proximi, vanissimū est. Porro si aīo insidiandi, nocēdi aut fallendi proximū fiat, est peccatū graue, nec raro est peccatū mortale. Deinde si peccatū qs laudat mortale, aut bonum debitum virtutemq; vituperat, æque est graue peccatū.

Adulationis viciū ꝙ sit graue peccatū

Quintū est exemplum Christi qui adulationes hominum impiorum non recepit. Hoc enim nobis in ædificationem reliquit, ne adulationes (rem periculosam) acceptemus. Stultissimum enim est in ore hominum ponere gloriam suam magis quam in conscientia. Num lingua aliena te virtuosum faciet aut beatū? Nunq̊d e diuerso te faciet malum? Minime. Quandocunque igitur laudaris, cogita id ideo accidere, quod homines te recte non cognoscunt. Cogita quia si te cognoscerent, quantum detestarentur? Expende quam multa sunt in te vitia clandestina, quæ nolles ab aliquo cognosci. Quę si homines vitia cognoscerent, putas laudarent? Minime. Deinde erubesce q̊d multa in te laudantur, quæ laude non sunt digna: quæ virtutis non habent meritum, aut ne nomen quidem, ab hominibus extolluntur. Quibus si tu adeo es demēs vt credas, nimium erras. Quomodo enim alterius linguæ magis credis, quam conscientiæ testimonio? Credere autem videris, si ad laudes iniustas, si ad adulationes lætaris iniquas. Quid quod alij tam vecordes sunt, vt si alijs laudantibus aut adulantibus, quispiam sit, qui non simul eos laudet aut commendet? hunc iniquo tolerant animo quasi iniuriam passi, aut cō tristantur, quasi tunc beati sint, cum in ore aut in oculis hominū sunt magni. Quid demum quod multa æstimantur in te esse & prædicantur, quæ prorsus à te aliena cognoscis? Num adeo eris insipiens, vt quasi habeas, quæ homines te dicunt habere infleris, aut non habens exultes, aut glorieris? Nunquid alijs quam tibiipsi credes magis? Videtis quanta pericula sunt in adulationibus, in falsis laudibus, & in vana æstimatione hominum? Non igitur abs re fuit, quod sancti tam studiose suas abscōderunt virtutes, propterea quod laudari timebant, indeque aut in opinionem circa se iniquam, aut in complacentiam abduci. Quapropter eos qui te vituperant, magis quam eos qui laudant te, ama. Hi enim adferunt tibi fructum. Siquidē te humiliant, te vigilem ac prudentem faciunt & cautū. Itaque qui te laudant, non possunt tibi prodesse: sed qui te vituperant, illi si vis, vehementer tibi possunt esse vtiles. Indicant enim tibi vitia tua, ostendunt vñ efficiaris humilis, faciunt te prudentiorem, ac magis diligentē. Nam si aliud etiā non conferrent, sunt tamen in remedium tibi bonū contra superbiam. Vide autem quomodo adulatores Christus repulit. Quamuis enim vera essent, à quibus Christum laudabant, non tamen laudandi, sed fallendi, adulādi insidiandiq; animo hypocritæ isti loquebantur. Sed tu puta quoque, quando laudaris, homines non eadem de te credere

Adulationem non esse recipiendam.

Gloriā suam in ore hominū ponere ꝙ sit stultū.

Virtutes suas cur sancti abscōderūt tam studiose

Vituperatores quā sint vtiles & cur magis amandi sint ꝙ laudatores.

dere aut sentire, quæ prædicant, sed honestatis causa sic de te bene loqui, aut alia humana infirmitate, amoreve te decipi: maxime autem ab eis te ignorari putes, & non agnosci. K Sextum in hoc Euangelio est Christi ædificatorium verbum: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. In quibus verbis generaliter discimus vnicuique suum ius tribuendum, Deo præcipue cultum & reuerentiam, & hominibus quoque suum debitum, puta vnicuique iuxta illius statum & ordinem. Ante omnia enim Deo obedientiam debemus, cuius obedientiæ nihil est anteferendum. Debemus eidem quoq; fidem & dilectiōem: proximis vero compassionem, misericordiam & charitatem. Est itaq; in his verbis primo nobis dictum, vt hominibus quæcunq; debemus, soluamus, ita tamen ne Deo quicquam debito seruitio aut obsequio negligamus, subtrahamusve. Si igitur inuestigatio fiat de Deo, & de hominibus, vtri plus debeatur, recte respondetur: Date quæ Dei sunt, Deo: quæ vero hominum sunt, reddite hominibus. Simili modo si de carne & spiritu quæstio fiat, recte respondetur: Date carni quæ illius sunt, & date spiritui quoque quę illius sunt. Habet enim caro suum obsequium necessarium, quod illi debemus, quandoquidē carnem frenare, non extinguere debemus. Debemus item illam nutrire, fouere, regere, eidemq; quatenus oportet, seruire. Sed propter carnem non est negligendus spiritus. Illius enim cura præferenda est, vbi vtriq; seruiri non potest. Soluamus igitur oportet, quæ sunt spiritus, spiritui: & quæ sunt carnis, carni. Exercitia spiritus quæ ad Dei fiunt honorem, amoremq;, aut ad proprium cultum, purificationemque mentis, nobiliora sunt, quam obsequia carnis siue corporis. Veruntamen si propter illa spiritualia, aut propriū corpus, quo ad ea quæ sunt necessaria, negligentes lædimus, aut proximos nostros negligimus, non recte facimus: quia vni ita debet seruiri, vt alterum non oporteat relinqui. De vtroq; eñ hic dominus dicit in hoc verbo: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt Dei, Deo. Reddite Deo & spiritui, quæ spiritus ac Dei sunt: & reddite carni & proximo, quæ carnis & proximorum sunt. Seruiri debet proximo, propter Deum. Sæpenumero tamen contingit (vbi scilicet maior necessitas fuerit) vt relicto Dei seruitio, aut ad tempus posthabito, magis sit currendum ad subueniendum, aut necessitatibus proximorum seu carnis, quam ad contemplationum diuinarum, spiritusque exercitia: non tanquam ad id quod magis nobile seu dignius, sed tāquam ad id quod magis est, pro hoc tempore necessariū. Necesse est, inquam, interdum Deum propter Deum relinquere: hoc est, necesse est, vt aut intermittatur (ad quod non ex debito quis tenetur) aut differatur seruitium Dei propter hominem, cuius nunc occurrit necessitas, cui oporteat aut debeat absque dilatione subueniri. Relinquitur igitur (vt dixi) Deus in seipso propter Deum, vt honoretur in proximo. Simili modo corpori quandoq; infirmo adeo est indulgendum, non vt propterea offendatur Deus, sed vt minus, quam possit, colatur Deus. Si tamen recte loqui vobis debeo filij, dicam: relinquendus est Deus, vt iuuetur proximus, aut vt iuuetur corpus propriū, in quibus magis honoretur Deus. Nihil enim impendendum est, aut proximo, aut proprio corpori, nisi ordine seruato charitatis, vt illud referatur in Deum, & fiat propter Deum. Fit autem sæpe nonnihil propter Deum magis, tametsi exhibeatur proximo, quam si ipsi exhiberetur Deo. Hoc propter illos dico, qui tamē raro inter vos inueniuntur, q corporibus suis nimiū, puta necessaria, subtrahunt, quod vitiosum & Deo nō acceptū est: & contra illos q̃q; qui exercitijs suis proprijs, licet spūalibus, ordinatisq; ad Deū vacant, vt interim necessitatibus subuenire proximorꝝ negligāt, aut alijs operibus, officijsq; charitatis. L Septimum q̃d nobis in hoc Euāgelio spiritaliter significat, est denarij seu numismatis mystica solutio. Per denariū eñ, seu p numisma hic spūaliter nobis anima significatur hoīs ad imaginem Dei creata, sicut scriptum est: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Nō est aūt homo secundum corpus ad imaginē aut similitudinē Dei, sed scd'm animā creatus. Habet aūt assimilationē aliquā anima ad Deum. Est enim ipsa quoq; à Deo creata immortalis. Est præterea vna in toto corpore, & in qualibet eius parte. Nullum ostendes autem membrum corporis tui viuum, in q̃ non sit anima, in q̃ etiam non sit tota: quæ tamē nihilominus tota est in alio mēbro,

[Margin notes, left: Roma. 13 ... (partly cut off); ... alter ... (cut off); ... (cut off)]

[Margin notes, right: Deus quō sit interdū ꝑpter Deum relinquendus. — Aia quō p denarium significet. — Gene. 1 — Anima q̄ habeat assimilationem ad Deum.]

& tota in toto corpore, nec tamen nisi vna eademque est anima. Tertio, non inquinatur sordibus corporis anima, quomodo nec Deus. Quarto, in eodē corpore dissimilia operatur, puta alia in auribus, alia in oculis, &c. quemadmodum varia Deus in hominibus operatur. Quinto, sicut vnus est Deus in tribus personis, sic aliquo modo in tribus potentijs vna est anima. Non autem absq; ratione dominus Deus tāta nobilitate dignatus est animam, vt ad sui imaginem similitudinemq; hanc faceret: quia per hoc eam reddere voluit, vnde feruentius redamaret patrem. Est enim amor naturalis inter patrem & filium, qui aliquo modo propterea quandoq; arctior, validiorq; est, si fuerit inter eos magna similitudo. Inter omnes enim creaturas terrestres nihil anima sibi inuenit simile: ideo hac similitudine admonetur, vt se eleuet, conuertatq; ad Deum. Hanc animam, id est, illum denarium Dei similitudine insignitū, ostendi sibi cupit Christus. Non vult illum corrumpi, non inquinari, non obliterari, sed mundum sibi ostendi. Vbi ostenditur denarius ille mysticus, hoc est, anima Dei imagine insignita? Profecto in confessione: quę in leprosis decem peccatores significantibus manifestatur, quibus Christus dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et Sapiens in Prouerbijs dicit: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericodiam cōsequetur. Secundo ostenditur anima in operatione. Quod ex verbis Iacobi colligitur, dicentis: Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Et Christus: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra.

Denarius mysticus quō Christo ostendēdus sit.

Lucæ 17

Prouc. 28

Iacob. 3

Matth. 5

Tertio, & tūc maxime ostēditur in morte. Tunc enim Christo adducetur, ostenderturq; anima. Quam ille videns, cuius, inqt, est hæc imago & superscriptio? Nihil enim in ea tunc debet reperiri, quam eius imago & quicqd ipse digito suo, hoc est, spiritus sancti operatiōe in ea scripserit. Nos quicquid sine illo superscribimus, in hoc fœdamus animas nostras, inquinamusq; eius imaginem. Agimus enim puerorū more, qui videntes picturam nobilem, graphiceq; depictam, suos etiam tractus linearū eidem superducunt, imaginemq; & picturam deformant ac corrumpunt. Ita nos in picturam & imaginem Dei superducimus picturam nostram, quæ sunt mala opera nostra. Idcirco interrogabit nos rex noster: Cuius est hæc imago & superscriptio? Mea esse deberet imago, sed aliter hic video. Quid sibi hæc vult aliena superscriptio? Non manu hæc mea quæ cerno, scripta sunt. Quis hæc superscripsit? Dic: Homo, mundus, diabolus. Hi enim sunt scribę nequam. Homo vt homo nihil scribit vtile. Mundus & diabolus nisi malum scribere non norunt. Reddite dicet igitur, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. Reddite diabolo, mundo & carni, quæ illis iure debētur, & quæ anima meruit. Reddite mundo honores, opes & reliqua, quæ secum anima non potest ferre, vana atque caduca omnia. Reddite carni vermes, corruptionem & putredinem. Reddite diabolo animam, quę illi se sponte in vita mancipauit, tormentis affligendam. In hac diuisione videte, quam flebile sit Christum qui animam creauit, animam insigniuit, animā suo sanguine lauit & redemit, nihil recipere, gratisque pro anima laborem & sudorem, vulnera & sanguinis effusionem pertulisse. Beata hæc anima, quæ Dei imaginem aut impollutam, aut saltem in pœnitentia iterum mundatam offert Christo. Quod vt vobis filij contingat, nunc dum viuitis, hoc curate, nunc fletibus contritionis animas vestras lauate, nunc quæ spiritus sanctus vobis suggerit, illius manu superscribite, vt cum ad mortem ostensuri animam vestram veneritis, Deus suā agnoscat imaginem, laudet superscriptionem, vosq; & pro labore, & pro custodia coronet Iesus Christus dominus noster benedictus in secula, Amen.

Anima q̄ puritate Deo p̄sentari debeat in morte.

Deut. 9

M

Scribæ falsi & nequā fœdantes sua superscriptione Dei imaginē qui sunt

Anima vti impolluta Chr̄o sit præsentāda post mortem.

DOMINICA VIGESIMAQVARTA POST dominicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Colossenses I.

Non

XXIII Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorũ. In Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Paulus Apostolus Colossensibus scribit, quibus nõ ipse per seipsum, sed p suos discipulos prædicauerat. Et quia horum dilectionem erga se audierat: Ex die, inqt, illa, qua per Epaphrã audiuimus dilectionem vestram erga nos, non cessamus orare & quadam importuna fiducia à Deo postulare pro vobis, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, hoc est, vt diuinitus illustremini ad cognoscendum quid velit Deus, quidue illi placeat aut displiceat in omni sapientia diuinarum atque cœlestium rerum, & in intellectu spirituali sacrarum scripturarum, vt nõ solum quomodo ambulandum sit agnoscatis, sed ambuletis etiam digne Deo, vt vita & conuersatio vestra deceat Deum, Deoque digna sit, cui in omnibus placeatis, & fructum referatis in om̃i opere bono, crescentes in sciẽtia Dei, qua illum, & quid de eodem sentiri debeat, agnoscatis, indiesque cognoscere satagatis. Oro itaq;, vt sitis cõfortati in omni virtute secũdũ potẽtiã claritatis eius, hoc est qua potest vos Deus cõfortare, sua claritate illuminando vos: Si enim sol crescere & germinare facit, quanto magis claritas Dei eos qui lucem illius non fugiunt, sed diligunt, ad lucemque accedũt, illustrans confortabit secundum potentiam claritatis suæ, in omni patientia & longanimitate, ne sitis inter aduersa tristes, sed cũ gaudio gratias semper agatis Deo patri, qui sua gratia nos dignos fecit, transire in partem sortis sanctorum, id est, in partem æternæ hæreditatis, quæ est in lumine, hoc est, in beatifica Dei visione. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, malignorum scilicet spirituum, quibus antequam ad Christum sumus conuersi, seruiebamus, ipsique dominabantur nobis. Itaq; eripuit nos, & transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ, hoc est, in Ecclesiam militantem, quæ est regnum Iesu Christi filij Dei, in numerum fidelium, & in societatem membrorum corporis Ecclesiæ Christi, quo ex nobis fiat omnibus vnum regnum Christi, in quo per fidem & charitatem regnet in nobis Deus. In quo Christo habemus redemptionem à seruitute diaboli ac vitiorum, & remissionem peccatorum.

EXEGESIS EVANGELII

eiusdem dominicę XXIIII. post dominicam S. Trinitatis Matthæi nono.

Loquente Iesu ad populum, verius tamen, hoc est, potissime ad discipulos Ioãnis, qui illum quare non ieiunarent eius discipuli, interrogauerant, atque excusationẽ pro B eisdem Christo reddente, accessit vir quidam clarus, sed humilis. Erat enim princeps synagogæ. Quamuis enim Hierosolymis templum haberent Iudæi, in potioribus tamen ciuitatibus nihilominus habuerunt domum, in quam conueniebant, vt Deum laudarent, vtq; docerẽtur legem. Cuius princeps is qui præerat, archisynagogus dicebatur, aut princeps synagogæ. Huiusmodi hic erat princeps, q p filia sua vehemẽter ægrota, & iam in extremis constituta,

stituta, adeoque de vita illius desperata, vt diceretur mortua, rogabat. Hic quamuis imperfectus adhuc esset in fide, meruit tamen humilitate sua, vt illi quæ postulabat, præstaret Christus. Siquidem ad pedes Iesu procidens, rogabat illum. Erat autem, vt ex alio Euangelista liquet, illius nomen
Lucæ 8 Iairus. Narratur itaque hic suscitatio puellæ mortuæ. Nam dum iret, & in itinere adhuc esset constitutus dominus, interposuit se occasio alterius miraculi in muliere fluxum sanguinis patiente. In cuius narratione apud quosdam finitur Euangelium: licet alij cõtinuent, vt finem de suscitatione puellæ quoque narrent. Itaq; ait Euangelista:

Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet.

Alius Euangelista hoc narrans miracu
Marci 5 lum, dicit Iairum rogasse: Filia mea in extremis est. Sed non est contradictio. Potuit enim fieri, vt vtrumque diceret: Filia mea in extremis est, adeo vt ipsam putem iam defunctam, quæ erat quasi defuncta. Abiens enim, illam adeo reliqui infirmam, vt non putaretur deinceps victura. Ad hunc modum loqui solemus de agonizante:
Lucæ 8 Mortuus est. Nã Lucas scribit, quod iam
Marci 5 moriebatur. Marcus, quod esset in extre-
Matth. 9 mis. Matthæus vero dicit Iairum dixisse: Filia mea defuncta est. Sed veni, inquit Iairus, & impone illi manum, & viuet. Imperfectio fidei illius ostenditur, quia corporalem putabat Christi præsentiam necessariam. Sicut Nahaman Syrus de Helisæo lo-
4. Reg. 5 quebatur, dicens: Putabam vt egrederetur ad ostium Propheta, & inuocaret Deum suum, tangeretque locum lepræ, & ita sanaret. Quamuis autem hic Christum legitur adorasse, nõ tamen adoratio hæc latriæ fuit, quæ Deo soli debetur, sed reuerentia magna, cuiusmodi regibus & prophetis fiebat, quæ vocatur δουλεία, quia non æstimabat Christum Deum, sed hominem tantum, & magnum Dei amicum. Ad quem nihilominus tanta erat fides eius, vt crederet Christũ tactu manus suæ suscitare posse mortuum.

Et surgẽs Iesus sequebatur eum, & discipuli eius.

Mira hic Iesu humilitas, & gratissima mansuetudo indicatur Christi. Erat enim misericordissimi cordis, qui se non poterat continere à benefaciẽdo infirmis. Condolebat quoque viro, quãdoquidem hæc eius filia vnica illi erat proles, annos circiter duodecim nata. Sequebatur itaque illum Christus, sequebantur quoque eius discipuli, & (vt alij referunt Euangelistæ) Lucæ 8 Marci 5
turba copiosa. Antequam tamen ad illius venitur domum, & Iesu adhuc in via constituto, narratur à seruis patri puellæ filiã esse mortuam. Ex quo nuncio creditur cõsternatus pater. Quem misericordissimus dominus cõfortans: Noli, inquit, timere, tantummodo crede, & salua erit. Putãdus est, interueniente alterius miraculi occasione, dominus eo libentius remoratus in itinere, donec quæ in extremis erat vitæ, puella moreretur, quo gloriosius ad populi ædificationem, & patris perfectã cõuersionem fieret miraculum. Dum itaq; sequeretur:

Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

Narratur ab alijs Euangelistis hæc mu Marci 5 Lucæ 8
lier sanguinis fluxum patiens, non vt fieri solet naturali modo, sed continuis duodecim annis huic passioni subiecta, diuiti- Ambrosi⁹
as suas (hanc Martham Ambrosius fuisse dicit sororem Mariæ) hoc est, magnam partem seu portionem diuitiarum suarum in medicos pro sui curatione erogasse, quam uis nihil illi profuerit. Accedens igitur ad Iesum retro, quia propter passionem suam reputabat se immundam & indignam offerre ante conspectum domini, nec decebat eam quoque pudor & verecundia se reuelandi: quare saltem retro accedens, cupiebat fimbriam tangere Christi. Observa quod Christus hic narratur fimbriam quoque in vestimento habuisse, iuxta illud Numeri, quo præcepit dominus filijs Israel, vt fimbrias per quatuor angulos haberent palliorum cum vittis hyacinthinis, qui cœlestis est color, quo admonerentur cœlestem præ alijs hominibus habere conuersationem, quia subditur ibidem: Vt recordentur mandatorum Dei, & sint sancti coram domino Deo suo. Huiusmodi itaq; vestẽ creditur Iesus portasse. Iustissimum
Fimbriã vti in sua veste Christus habuerit. Numer. 15

mum nanque erat, vt populus, ex quo Christus nasciturus erat secundum carnem, singulari sanctitate polleret, & ab alijs populis distingueretur. Distinctio autem hæc fuit Iudæorum ab alijs gentibus, in carne per circuncisionẽ, in lege per restrictiorem modum viuendi, & in veste, qua singulari vtebantur cum fimbrijs & vittis.

[...]stinctio [Iu]dæorũ [ab a]lijs gẽ[ti]b⁹ olim [q]uæ fuerit.

Dicebat enim intra se: Si tetigero tãtum vestimentum eius, salua ero.

Vt ante dixi, ex pudore non audebat palam dominum rogare pro sui sanatione. Ex humilitate reputabat se immũdam, & indignam quæ offerret se conspectui domini Iesu, ideo retro accessit: ex fide quoq; sibi promisit sanitatem, si modo fimbriam eius vestimenti tangeret. Fecit itaq; quod iudicabat ex fide faciendum. Nam vt ex alijs Euangelistis manifestum est, tetigit vestimentum Iesu, & ilico stetit, exiccatusque est fons sanguinis eius, & sensit se sanatam. Tunc Christus qui omnia nouerat, omnia viderat, & in corde illius mulieris hæc operabatur, quique eam sanauerat, interrogans, non vt quod ignoraret disceret, sed vt quod latebat, ad Dei gloriam & in huius fidelis mulieris præconium, fieret manifestum, dixit: Quis me tetigit? Negantibus multis se non tetigisse, dixit Petrus, aliique discipuli: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & tu dicis: Quis me tetigit? Vide benignitatem simul ac magnificentissimam potentiam domini Iesu. Turbæ eum comprimebãt, dum alius alio volebat esse Christo vicinior. Non autem adeo comprimebant turbæ, quin magis sensisset leuissimum tactũ fimbriæ vestimenti sui. Alij enim homines mole corporum premebant: hæc mulier fide tetigit. Dixit itaque iterum Christus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exisse. Interea videns hæc mulier, quod non latuit, quod præ verecundia clam esse appetiuerat, tremens venit, & procidens ante pedes eius, quamobrem tetigisset, & quã consequuta sit sanitatem, coram omni populo confitetur. Hęc omnia ex Luca & Marco colliguntur.

Marci 5 Luce 8

At Iesus conuersus & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Iesus omnia sciens, omnia prævidens, conuertit se ad eam, quę se parabat prodere, & domino confiteri, vt illam tremulam & formidantem consolaretur. Dixit itaque ad procidentem ante se mulierem: Confide filia. Iam erat mulier ab eo, cuius tetigerat vestimentum, sanata: quare ergo iubet eam Christus, quasi adhuc sanãdam confidere? Dicẽdum, quod dominus eam hortabatur ad robur, perseuerantiamque in fide. Vel ideo, q̃a formidolosa erat mulier & tremens, quam à se non consolari & confortari pijssimo cordi Iesu durum videbatur. Scribit Eusebius in Ecclesiastica historia, mulierem hanc fuisse Emorroissam, eamque postquam liberata fuerat, & fortasse postquam Christus cœlos ascenderat, in Cæsaria Philippi, vnde fuerat oriunda, statuã in sua curia fecisse, quæ Christi cum fimbrijs (vt eum viderat) haberet effigiem. Ante quem sui quoque locauit imaginem genibus flexis, iunctisque seu cancellatis manibus procumbentem. Crescebat autem herba sub eadem statua, quæ quamdiu non attingeret crescendo ad fimbriam vestimentorum imaginis, nullam in se habebat virtutem. Vbi vero Christi attigit vestimentum, omnem sanabat languorem. Hanc imaginem testatur Hieronymus à Iuliano apostata Christi gloriam ægre ferentem amotam, ipsumque in illius locum suam subrogasse, sed ictu fulminis postea confractam. Si autem, vt Ambrosius ait, mulier hæc fuit Martha, quomodo in Cæsaria Philippi habuit curiam? Dicendum hoc non deberi absurdum videri, mulierem vehementer nobilem, atq;, vt tradunt, de sanguine regio ortam, curias aut ędes amplas in varijs habuisse locis, præsertim cum pater eius Theophilus Syrus scribatur ducatum habuisse Syriæ: quod hoc modo tamen verum putandum est, si intelligatur Syriæ habuisse gubernationem: potuitque ibi fuisse nata Martha, quamuis Christo prædicante morata fuerit in Bethania. Quæcunque autem fuerit mulier, certum est eam fuisse deuotissimam & fide plenam. Ideo etiam Christus ad eam conuersus, consolatur eandem, dicens: Cõfide filia, fides tua se saluã fecit. Et seq̃tur: Et salua facta est mulier ex illa hora, qua scilicet Christi fimbriã tetigit. Hic in Ecclesijs quibusdã finitur hodiernum Euangeliũ, inquibusdam aũt continuatur

Eusebius. Emorroissa mulier q̃ fuerit.

Fimbrię imaginis Christi virt⁹ quãta.

Hierony.

Ambros⁹

susci-

suscitatio filiæ Iairi principis.

Et cum venisset Iesus in domũ principis, & vidisset tibicines & turbã tumultuantem dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.

B Ambrosi. More veterum circa funera (vt Ambrosius ait) tibicines adducebantur lugubria canentes, qui præsentes ad compassionem mouerent. Habent enim hoc soni & melodiæ, vt animos aliter & aliter excitẽt: quædam prouocent audaciam, vt in bellis, quædam deuotionem, vt in festiuitatibus & templis, cõgregationibusq; sacris: quędam ad lætitiam, vt in nuptijs & cõuiuijs: quædam ad luctum & compassionẽ, vt in exequijs & funeralibus. Turba hęc tumultuans fuit vicinorum, amicorum, aliorum item pręsentium multorum, qui tumultũ, id est, confusum excitabant sonum, alijs lugentibus, alijs loquentibus, alijs discurrentibus & funeralia parantibus. Vidit itaque turbam tumultuantem, flentem & eiulantem dominus, & dixit: Recedite, scilicet de cubili, in quo mortua iacebat puella: nõ enim est mortua puella, sed dormit. Verũ dicebat. Dormiebat Christo, alijs hominibus erat mortua. Facilius potuit Christus suscitare mortuam, quã tu excitare posses dormientem. Homines tamen, qui aderãt, deridebant Christum, quod diceret puellam dormientem. Putabant enim minoris esse iudicij Christum in hac re, qui nesciret discernere inter mortuum & dormientẽ. Vide tamen, quia pius dominus nihil deridentibus respondet, sed sui derisionẽ humiliter portat.

Et cũ eiecta esset turba, intrauit & tenuit manũ eius, & dixit: Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram.

Iuste eijcitur turba vt non intersit miraculo, quę deridebat dominum. Et quid mirum, si non permisit deridentem interesse turbam, quãdo omnes noluit interesse discipulos? Nam acceptis ad se Petro, Iacobo, Marc. 5 Lucæ 8 Ioanne & parentibus puellæ tantum, intrauit ad puellam. Et tenens puellæ manũ clamabat, dicens: Puella surge. Quo hæc dicente, reuersus est spiritus eius, & surrexit puella. Et obstupuerunt parentes puellæ stupore maximo, viso tanto miraculo ex potestate, & ad modum imperantis facto. Præcepit autem parentibus puellæ, ne cuipiam dicerent. Prohibuit parẽtibus miraculi reuelationem, non quod putaret vel parentibus tacentibus miraculum hoc celari posse, qñquidem tãta turba sciebat puellæ mortem, & viuentem denuo non potuit ignorare: sed quod ostenderet se humilitatem amare, & si ad Dei gloriã id pertinuisset, ignotum malle se esse. *Miraculi reuelationem cur prohibuerit Chris.* Veruntamen latere nõ potuit miraculum: turba enim, quæ ante deriserat Christum, propterea quod dixerat Iesus puellam dormire, euulgabat miraculum, vt fama illius exiret per vniuersam terram. F In hac puella significatur mors animæ in secreto conscientiæ per malam voluntatem: vt dum homo voluntatem habet peccandi mortaliter, aut quando delectatur in peccato mortali, quod cum gaudio seu amore recogitat, aut saltẽ oblectat se in re cogitata (quæ peccatum esset in opere mortale) sponte phantasiando propter delectationem cogitationis. *Mors aiæ vti p hãc designet puellam.* Nam sic animo cogitationeque sponte voluptuari in peccato mortali, est peccatum mortale mentale. Intelligitur etiam in puella mortua peccatrix, aut peccator in tenera adhuc ętate constitutus, necdum in timore Dei fortis, sed iuuenilibus passionibus ac hosti faciliter cedens. Huic cito subueniendum est, festinandumque vt educatur ex peccato, ne consuetudinem contrahat delinquendi. Adducendus igitur mox saluator, nec diu in peccatis relinquendus est mortuus. *Adolescẽtes pctis obnoxij cito curãdi in aia.* Quo instruuntur quoque adolescentes vtriusque sexus, vt vbi deliquerint, non quiescant, non expectent, nec differant venire ad confessionem, in qua à morte resurgant, Deo reconcilientur, diabolum à se expellant, viresq; à Deo & gratiam, resistendi diabolo virtutem & fortitudinem accipiant. Quis enim illum, qui liber est, pugnare fortius atque validius nesciat, quam eum, qui captus ac vinctus est? Fili igitur noli morari in peccato: quia perseuerando in peccato, moraris in captiuitate diaboli. *Morari in pctõ q̃ sit periculosum.* Noli perseuerare in peccato, quia nescis quando strangulet, opprimat aut suffocet te diabolus: ad illum enim pertines, & illius iuris es in peccato mortali constitutus: & certe non raro hoc peccatoribus contingit. Nam licet & iustis quandoque contingat subito mori, hoc tamen non facit diabolus, nec aliquid

quid iuris habet in homine iusto, sed naturali id cursu contingit, nec vili sic morienti iusto propterea est periculum, quod subito mortuus sit, quia iustus quacũque morte præoccupatus fuerit, semper in refrigerio erit. At vero peccator, cuius est mors in felicissima, si in peccato mortuus fuerit, vbi manebit? Ad infernũ ibit, vbi nulla est redemptio. Quapropter charissimi vos rogo, vos moneo & hortor, si continere vos non potestis, dum adhuc estis innocentes, quin superemini, quin vincamini à diabolo, aut carne ad peccãdum, quomodo vincere possetis iam à diabolo victi, capti & ligati? Non igitur differatis Deo mox reconciliari, & de diaboli laqueis iterum elabi. Quoties, inquis, me reconciliabo? Toties fili, quoties peccasti. Non videatur tibi hoc superfluum, quia iterata sæpe confessio diaboli vires eneruat, neque enim sustinet humilem tui accusationem. Habes piissimum, misericordissimumque Deum, libenter te recipit, optato amplexatur te redeuntem, modo ex animo non abiturus iterum, sed perseueraturus, redeas. Si igitur millies in die peccaueris, millies pœnitere, millies ad illum redi, millies etiam te recipiet, nec improperabit. Non putes ex te nimium illum fatigari, vt post hac recipere nolit: veruntamen noli super eius misericordia innitens peccare. Antequam peccas propone tibi eius iustitiam, pœnas inferni, perpetuaq; mala peccantibus præparata: at vbi peccaueris, ediuerso accipe ante oculos Dei misericordiam, & festina à Deo veniam petere, eidemque reconciliari. Quod si nolueris meo huic consilio acquiescere (crede mihi) timeo in peccatis tuis te periturum. Nam nolle quærere gratiam Dei, & negligere eius amicitiam, nec curare, vtrum sit in morte, an in vita, vtrum in luce an in tenebris ambulet (quod hominum est tantum terrena cogitantium) signum est indurati cordis. A quo liberet & seruet nos dominus noster Iesus Christus Dei filius, cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. De luxuriæ peccato, eiusque & aliorum vitiorum remedijs.

PRinceps vnus accessit & adorabat Iesum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet. Matthæi nono. In Euangelio hodierno duo audiuimus miracula: Vnum quod dominus rogatus iuit ad resuscitãdum puellã à morte, quam postea quoq; resuscitauit. Alterum, quod se in itinere hoc interposuit, vbi mulierem deuotissimã sanauit à superfluuio sanguinis. Et princeps quidem synagogæ, quamuis imperfectus esset, nec plene illuminatus in fide, erat tamen humilis, adeo vt ante Iesum, quamuis princeps esset synagogæ, procidens rogaret illum, vt suscitaret filiam suam vnicam. Adeo nanque erat infirma, atque in extremis vitæ constituta, vt licet ignoraret eam mortuam, tamen ex coniectura, vt loqui solemus de agonizantibus, dicebat eam mortuam, quia viuere eam diutius non posse naturaliter sciebat. Illum ergo sequẽte mitissimo Iesu cum suis discipulis & multa turba, intercidit aliud miraculum faciendum. Mulier enim quædam duodecim annis sanguinis fluxum continue patiens, magna fide ad Christum concepta, sanata est: maior enim illius erat fides, quam principis archisynagogi. Siquidem hic credidit necessarium fore, vt dominum ad mortuam filiam duceret, dominusque mortuæ manum imponens eandem resuscitaret. Hæc vero latenter in corde suo statuit tantum illius fimbriam tangere, promittens sibi, si tetigerit, sanitatem. Itaque secreto accessit retro, tetigit Christi vestem, estque ilico ei sanguinis fluxus restrictus, & sanata est. Veruntamẽ cum verecunda esset, & latere se putaret, Christus eam prodidit. Siquidem quis se tetigisset, interrogauit: Tetigit me, inquit, aliquis, nam virtutem sentio à me exisse. Ad quod illa veniens, procidit tremens ante illum, ac quicquid factum erat, totum narrauit. Sed mirum videtur, quare verecundam voluerit mulierem dominus Iesus manifestari, quæ cupiebat latere? Respondet Chrysostomus. Primo ideo hoc Christum fecisse, ne mulier de lege sibi cõscientiam faceret, quoniam illius vestem tetigerat. Polluebatur nanq; & immundum fiebat secundum legem, quicquid mulier huic passioni subiacens tetigisset. Secũdo, vt illã instrueret perfectius, & ad puriorem

Fides Emorroissę mulieris in quibus maior fuit quã archisynagogi.

Marc. 5

Cur Christus mulierem hanc voluerit manifestari.

Chrysost.

Leuit. 15

fidem excitaret: siquidem ipsa latere cupiens putabat Christum quoq;, qđ eius fimbriam tangeret, latere posse. In quo errauit vehementer, quia Christum nil potest latere, qui est cognitor omnium. Tertio, vt eius fidem cunctis in exemplum ostenderet. Quarto, vt fidem principis confortaret: hic enim imperfectior erat multo, quã mulier illa. Ideo dicit Chrysostomus: Fidelior erat hæc mulier archisynagogo: nam ille medicum ducebat, huic tactus fimbriæ sufficiebat.

Chrysost.

H Per hanc mulierem infirmam significatur nobis peccator vitio luxuriæ ægrotus. Quomodo enim illa duodecim annis passionẽ fluxus sanguinis sustinuit, ita qui luxuriæ vitio succumbit, in quacunq; fuerit specie, nõ potest facile ab illo liberari. Inducit autẽ mala multa, tam corpori, quam animæ. Adfert enim molestias & ægritudines corporis. Nam quãti fiunt sæpenumero labores, quantæ vigiliæ, discursus, incommodaq; sustinentur, quantæ fiunt impensæ, quanta dehonestatio famæ, vt, quod potissimum est, animarum taceã pericula, quo momentanea obtineatur delectatio? Nam vt Gregorius ait: Luxuria hebetat sensum, confundit intellectum, maculat voluntatem, obscurat memoriam: & si mentem occupauerit, vix bona cogitare permittit, sed substantiam etiam temporalem consumit. Hieronymus quoq; in Osee: Luxuria, inquit, insatiabilis est voluptas: & quanto magis capitur, tanto magis incentiuum patitur. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Est autem luxuria laqueus diaboli efficacissimus ad capiẽdas animas. Nam Balaam quod cõsilium quo Israelitis præualerent Madianitæ dedit aliud, quam vt filios Israel prouocarent filiæ Madian ad fornicatiõem, idololatriamq;? vnde offensus dominus, qui Israelitas defendebat, pmitteret eos cædi ac vinci à Madianitis. Sciebat enim ad luxuriam succensos facile ad omnia vitia alia posse capi. Quid enim homo luxuriæ desiderio succẽsus non facit? Viuit ẽm vt sine ratione brutum, quod nullum vt suam concupiscentiam expleat, vitium cauet. Itaq;, qui luxuriæ operam dat, brutum efficitur, & brutalem animum acquirit. Proinde per Ioelem dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Luxuria quoq; miserum seruum facit hominem. De quo, licet ethnicus, Tullius dicit: Illumne ego liberũ dicam, cui mulier imperat, leges imponit: vocat, veniendum est: eijcit, abeundam est: poscit, dandum est: minatur, extimescendum est? Hũc ergo non tantummodo seruum, sed & nequissimum seruũ ego iudico. Hoc vitium verecũdiam amittit, honestatem negligit, carnẽ consumit, virtutem rodit, Dei timorem extinguit. Quisquis in illud inciderit, vix emerget. Cadit enim sicut in puteum, aut in voraginẽ qua submergitur. Qui ab hoc cupit liberari, necesse est primo, vt ocium vitet. Ocia enim si tollas, periere Cupidinis arcus. Ocium generat concupiscẽtias, & cogitationes illicitas. Secũdo, vẽtris saturitatẽ caueat. Scriptum nanque est: Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flãmas. Tertio, vini potũ moderetur. Venter enim (vt Hieronymus ait) mero æstuãs, spumat in libidinem. Quarto, fœminarum consortia & colloquia fugiat. Colloquium enim mulieris quasi ignis exardescit, dicit Ecclesiasticus. Et Sapiens: Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem eius amara, quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. Quinto, valet ad luxuriæ extinctiõem, dolorem sentire, vt sunt virgarum disciplinæ, aliæque afflictiones similes. Sexto, validum est remedium oratio. Maxime enim impetrat oratio, vbi remedia alia superiora frequentantur. In humilitate igitur & contritione spiritus procide ante pedes Christi, & auxilium ab eo pete. Septimo, fimbriam vestimenti Christi tange, vt luxuriæ in te restinguatur concupiscentia, ac fornicandi desiderium.

I Quod, inquis, est vestimentum Christi? eius humanitas. Scriptum enim est, quum de Deo Paulus loqueretur, formam serui accipiẽs, & habitu inuentus vt homo. Hæc enim est tunica Ioseph, tincta hædi sanguine. Hoc vestimentum est, quod pro redemptione generis humani fuit rubricatum in cruce. Quod admirantes angeli dixerunt: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus in Bosra? Quo respondente: Ego qui loqr iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Iterum interrogauerũt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimẽta tua sicut calcantium in torculari? Respõdit: Torcular calcaui solus. Vere solus calcauit, qui solus vulneratus est propter iniquitates nostras. Passio itaque Christi fim-

Luxuriosus vti p hanc mulierẽ mystice designatur.

Quãta ad ferat mala tam corpori q̃ animæ luxuria.

Gregor.

Hieron.

Luxuriã esse laqueum diaboli.

Num.25

Bruto similem effici luxuriosum.

Ioel.1

Cicero.

Luxuria quæ remedia sit extinguẽda.

Hieron.

Eccli.9

Prou.5

Vestimentum Christi mystice quid sit.

Philip.2

Gen.37

Esaiæ 63

Esaiæ 53

Fimbria vestimenti Christi passio eius sit.

fimbria est humanitatis eius. Vita eñ quã hic laboribus duxit plenam, in fine per passionem & mortẽ consummata est. Est quoque Christi passio vltimum nostræ redemptionis precium. Hanc, inquam, tangere te oportet, vt exiccetur in te luxuria. Itaqȝ meditari Christi passionem, virtutem eius inuocare, amaritudinem eius in cor sumere, est Christi vestimentum tangere. Dicitur autem aliquid tangi corde, & aliquid manu. Vtroqȝ modo tangas Christi passionem oportet. Tãgis enim corde, dum eius dolores expẽdis & corde meditaris, quam profundi & sæui fuerint dolores, quã larga sanguinis effusio, quã dolorosa pœna, quam amara passio, quam acerba mors. Si hæc te mouent ad luxuriæ displicentiam, corde tetigisti fimbriam vestimenti Christi. Porro, manibus quoque tangis, si in eius passione miram humilitatem, perfectissimam mansuetudinem, incredibilem patientiam aduertẽs, si dum corpus eius adeo laceratum, vt nulla in eo sit sanitas, cõtemplaris, horreas voluptuari carne, horreas oblectari peccatis, delectationibus, concupiscentijsque carnis: Christi mallens imitari humilitatem, eius patientiæ conformari, aliaque sectari virtutum vestigia. Tunc manibus quoque, id est, operibus tetigisti, quæ tamen opera adhuc magis te cum sunt in desiderio, quam in exercitio.

Passio Christi quõ corde & manu tangenda sit.

Esaie 1.

Remedium contra quæuis grauia peccata.

Est contra luxuriam, & alia quæuis grauia peccata, in qua nonnulli recidiuum sæpius patiuntur, hoc remedium, vt tam constanti proposito quis ac si voluisset proponat, vt etiam, si non est nimium instabilis, voto statuat, quotiescunque fornicari passione solita victus consenserit, non ire velle ad opus, nisi primum ter aut quinquies legerit orationem dominicam. Quod non nulli facientes hoc modo curati sunt. Siquidem consensu ad peccandum iam dato, dum ante voluerunt quinqȝ orationes dominicas legere pro sui illuminatione, qui mente iam capti, imo passione carnali amentes fuerant, interim passio vehemens adeo in eis mitigata est, vt nollent pro magna re, quin oratio deliberandique mora intercessisset: quo interim factũ est, vt mutato animo id quod tam anxie ante quæsierant, iam nollent. Est aliud remedium curãdi luxuriam, vt quis firmato animo statuat aut voueat, quotiescunque in illud peccatum denuo lapsus fuerit, tãtam

K Remedium curandi luxuriam & alia peccata.

velle eleemosynam dare, aut opus pœnitẽtiale, quod carnem affligat, sustinere, vt est ieiunare, vino abstinere ad tempus, in terra aut super asserem quiescere, aut aliud huiusmodi, quod grauiter fert natura, agere. Hæc pœnitentia futura, quam is qui huiusmodi est, scit sibi necessario faciendam, eundem qui alioqui est bonæ, licet infirmæ voluntatis retrahit, ne toties peccans pœnam cogatur pro peccato luere. Retraxit nonnullos, & prorsus tandem liberauit confessio, qui vt dixi Deo promiserãt, quoties peccato succumberent, toties velle se per confessionem mox iterum purgare, quod dum ita facerẽt, liberati sunt. Succurrit enim dominus, vbicunque inuenerit volũtatem bonam, eo tempore scilicet, quo extra tentationem validam est constitutus, licet infirmam, vt hanc magis, magisque roboret, iuxta quod viderit in homine bonæ voluntatis studium quod exercet, & quantum recurrit ad flagitandum auxilium à Deo. Confutatur enim vehementer diabolus per confessionem, quippe cuius virtus in confessione semper efficitur minor. Et hoc dictum sit non solum de omni specie & genere luxuriæ, imo de omni quoque mortali peccato. Reperitur tamen inter alias luxuriæ species, maxime in adolescentibus & in fœminis quoque periculosissima illa luxuria, quam quidam sibijpsis, aut etiam alijs eiusdem sexus concitãt. Ideo autem periculosissimam dico, quia in alijs luxurię speciebus vitari potest occasio & consortium: hic vero in mollitie, seu immunditia, qua homo secum operatur malum, euitanda nihil iuuat fuga, imo secretus locus ad huiusmodi abominabilia pctã potius iuuat & solitudo. Qui in eiusmodi culpabiles sunt, intelligunt quæ dico: qui puri sunt, non interrogent quid voluerim dicere. Hoc tamen filij scitote, tantum nõ dicerem (quia tam horrendum est hoc peccatum, vt aer quoqȝ solo nomine & vocabulo putandus sit infici) nisi scirem non solum pueros & adolescentes, sed etiam adultos ac senes in tanta stoliditate ac crassa ignorãtia inueniri, qui putant hoc non esse peccatum, si tactibus impudicis se polluant. Nec coniugio quoque hoc deest peccatum: quod reuera tantum est, vt maius non sit peccatum peccasse cum matre aut sorore, quam secum, &c. quia hoc genus luxuriæ innaturale est,

Luxuriæ species periculosissima quæ sit mollicies.

Mollicies peccatũ quã sit graue atqȝ horrendum.

Roma.1

& contra naturam, sicut & illud quod exprimit Apostolus: Masculus cum masculo, & fœmina cum fœmina, turpitudinem operātes.

L

Legitur ex quibusdam sanctis historijs, quod diabolus soleat pro naturali inuidia sua ergahomines incitare ad hoc peccati genus, sed vbi homines reprobos excitauerit ad opus tam deforme, tamque innaturale, non posse illum videre, sed naturaliter horrere &fugere, quod contra naturam fit, donec impletum sit peccatū. Videte filij qui innocentes estis, quid fiat inter impios.

Molliciei pctm̃ quātum hoc tēpore inolcuerit.

Per mortem domini nostri Iesu Christi igitur obsecro vos, innocentiam vestram vel semper, vel vsq; ad cōiugium seruate. Intrauit enim peccatū hoc molliciei, & indies magis intrat in vniuersam carnem, adeo vt pauci inueniantur veri aut veræ virgines, coram Deo immaculati. Et vbi peccatum hoc inoleuerit, difficillimum erit illud iterum curari. Filij, si qui vestrum in hoc maculati sunt peccato, festinent ad coniugium, quia satius est multo vxorem aut maritum habere, coniugaliaque opera licite exercere, quam tam enormiter Deū offendere, & seipsum tam abominabili peccato polluere. Veruntamē de his loq filij, verecundia &honestatis amor me prohiberēt, nisi scirem vehementer nimis vobis hanc præmonitionem necessariam fore.

Cōsilium cōtra hoc alijsq; carnis pctā.

Vultis filij & filiæ immaculati ab hoc alijsq; peccatis carnis manere? Vultis intemeratum pudicitię vestrę florem, aut semper, aut vsque ad coniugium seruare? Audite quæso consiliū, & propter Deum parcite, quia sic res vrget, atque necessitas loqui. Si possibile est filij, dormiāt iuuenes & pueri soli, absque condormientibus. Nescitis enim & non creditis, quid curiositas, quidve mala societas, quid denique petulantissima carnalitas doceat. Plus dicere nō audeo. Vbi filij licet vix nouem & decem annorum aut minores condormiunt ancillis, quid doceantur, quia periculum sciunt sibi huiusmodi corruptrices de conceptu non imminere, &c. Nec dormiant masculi cum alijs masculis, aut puellæ cum puellis. Quod si hoc obseruari difficillimum sit, tunc hortor vos puellas &masculos, hortor vos quoque parentes, vt liberos vestros instruatis, quo nullo pacto patiantur modo vnquam se tangi ad loca pudenda ab alijs quacunque vel leuitate, curiositate, petulantia, dolo, aut etiam asinina, imo diabolica simplicitate.

Pudicitia quāto zelo custodienda sit.

Virgines vtriusq; sexus, dilecti & dilectæ filię, tanto zelo custodiatis honestatem, verecūdiam, pudicitiam, &integritatem vestram, vt potius mortem eligeretis, quam ab aliquo homine, licet sexus vestri, ad loca quæ natura quoque abscondit, tangi. Imo pari modo nec vos ipsi tāgatis curiose, aut respiciatis, nisi ineuitabilis foret necessitas, vt contingere posset per infirmitatem aut lęsionem.

M

Zelū castitatis quantum sancti habuerint.

Hoc potius dico filij, quod vt faciatis, id quod sancti sanctæque fecerunt, qui tanto zelo castitatis sese munierūt, vt non solum non voluerint ab alijs sui etiam sexus videri nudi, sed nec seipsos etiam præter manus &pedes nudos sese consenserūt contemplari, oculis ab omibus alijs membris reclusis & auersis, nedum tactibus.

Ioannes Gerson.

Hoc coegit me zelus castitatis dicere, quia in plebe, in oppidis, &in rure abominabilia cōtingunt pctā, ex quadam rustica etiā & crassa ignorantia: interdum quia ne detur occasio aliquid discendi curiosis, omnes fere de huiusmodi grauibus pctis tacent, &loqui, auisareq; timent (quod Gerson quoque plangit) & interim per illam ignorantiā diabolus mille seducit animas, quæ antequam aduertant, capiuntur, irretiunturque, vt elabi iterum non possint: & de hoc satis.

Virginitatē seruare q̄ sit gloriosum Ambros.

Hieron.

Nunc filij existimo esse gloriosissimum seruare virginitatem, seruare munditiam, impollutamq; castitatem. Est enim angelis cognata virginitas. Quapropter maxima est cum virginibus angelis familiaritas, licet maior sit victoria virginū, quam angelorum. Hi enim sine carne viuunt, illi in carne triumphant. Rarissimum itaq; & cœleste est in carne viuere, & inquinamenta carnis nescire. Cogor tamen & hoc pro cōsolatione dicere: Si quid in carne aut etiam in corde patimini inuoluntarij, & quod est contra voluntatem vestram nec ei consenseritis, tametsi euadere non possitis, non tamen vobis id imputabitur in pctm̃, nec ad virginitatis amissionem, nemo enim nisi voluntarie peccat. Pctm̃ enim adeo est voluntarium, vt nisi sit voluntarium (dicente Augustino) non sit pctm̃.

Augustin.

Voluntas rationalis quæ in tentatione custodienda sit.

Custodite igitur voluntatem vestram, maxime eam, quæ est secundum rationem. Nam appetitus sensitiuus & concupiscentia, non est voluntas (vt sæpenumero quidā timorati & pusillanimes perperam putant) quando non sunt in ratione, sed

ne, sed in sensualitate. Iterum igitur dico: Custodite animas vestras, & rationalem voluntatem vestram, vt si quid etiam in carne mali senseritis, hoc inuiti sentiatis, hoc est, non consentiatis, sed velitis libẽter tentatione ac illo vitio carere & liberi esse. Dominus noster Iesus Christus vos illuminet, vos dirigat, vos custodiat, protegat & seruet ab omni pctõ, dirigatque omnes actus vestros in beneplacito suo, qui cũ patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA VIGESIMAQVINTA LOCO epistolæ lectio legitur Hieremiæ vicesimo tertio.

XXXIIII Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabit Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit domiuns, & non dicent vltra: Viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit dominus, qui eduxit & abduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra sua, dicit dominus omnipotens.

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Non prorsus abs re videri cuipiam debet, quod in hac vltima dominica (si quando vicesima quinta post Pentecostes octauas dñica euenerit) loco epistolæ ex Hieremia lectio sumitur. Est enĩ dominica hæc aduentui vicinior: idcirco memoriam dominici seruat aduentus. De quo Hieremias sanctus ita loquitur: Ecce dies veniunt, dicit dominus. Ac si dicat: Certissime futurum est, quod suo tempore implebitur, vt suscitem, hoc est, vt concipi & nasci faciam ex Dauid germen iustum, seu fructum sanctum. Hoc haud dubium de Christo intelligendum est, qui secundum naturam tunc erat nasciturus humanam ex Maria virgine filius Dauid, quemadmodum de illo angelus quoque Mariæ prænunciauit: Et dabit illi domiuus Deus sedem Dauid patris eius, &c̃. Et Paulus: Factus est, inquit, ex semine Dauid secundum carnem. (Lucæ 1, Roma. 1) Vocatur autem Christus germen Dauid iustũ, id est, fructus, seu filius sanctus. De quo germine Esaias loquitur, dicens: Et erit in die illa, puta tempore Euangelicæ legis, germen domini in magnificẽtia & gloria, & fructus terræ sublimis. Et regnabit (Esaiæ 4) rex in cordibus credẽtium per fidem, quia illi seruient ei. Quamobrem Ecclesia quoque in Euangelio regnum cœlorum vocatur. Et Christum regem Esaias sæpenumero prophetat, vt est illud: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Regnabit itaq; rex & sapiens erit, qui ipsa est sapientia: & faciet iudicium & iustitiam in terra. Si de iudicio discussionis meritorum & præmiorum intelligantur hæc verba, tunc futurum est adhuc iudicium hoc in nouissimo die. Si autem intelligatur de iudicio discretionis, quo inter bonum & malum, verum ac falsum discernitur, tunc iudicium Christus hoc in terra fecit, impios & superbos increpando ac detestando, bonos vero laudando. Hoc modo ad fidẽ, & ad suam gratiam quosdam misericorditer vocauit, quosdam iuste dereliquit: Discernit igitur inter præscitos & prædestinatos. De hoc iudicio loquebatur Christus, quando dicebat: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mũdi eĳcietur foras. In diebus illis, primi scilicet aduẽtus Christi saluabitur Iuda per passionẽ Christi & effusionem sanguinis eius. Siquidem, qu-

(Matth. 18) (Esaiæ 33) (Iudiciũ discretionis cuiusmodi Christ' fecerit in terra.) (Ioan. 12)

Ioan, 12 quum exaltatus, inquit fuero à terra, non solum Iudam aut Israelitas, sed patres oẽs veteris testamenti, omnesq; iustos, omnes gentes: imo omnia trahã ad meipsum, hoc est, à reatu omnium peccatorum, si in me crediderint, omnes absoluam: & quantum ex mea est parte, si voluerint ipsi, eos salua

B bo. Quod enim multi damnantur,
Damnari hominem ex sua culpa. ex culpa illorum est, quia redempti sunt, & si vellent redemptionis sese huius participes facere, saluarentur. Itaque omnia trahet ad se Christus, & omnes qui sequi volunt eius tractum. Trahet autem electos omnes efficaciter, quia nemo eos de illi-
Ioan.10 us rapiet manu. Ideo saluabitur Iuda, id est, quisquis confitetur Dei filium dominum Iesum Christum ore, corde & dilectione: & Israel populus Iudæorum habitabit confidenter, in temporali pace, tempore
Lucæ 2 scilicet aduentus Christi, quod fuit sub Octauiano Augusto: aut spirituales Israelitæ in Christum credentes, habitabunt cõfidenter, propter spem felicitatis æternæ securi in Christo. Et hoc est nomen, quo germen illud iustum ex Dauid semine natum, electi & in illum credentes vocabunt: Dominus iustus noster. Dominus propter diuinitatem: & noster, propter assumptam humanam naturam nostram. Propter hoc, id est, propter incarnationem Christi, & aduentum Messiæ, dicit dominus: Ecce dies veniunt, & non dicent post hac vltra: Viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti. Olim enim dum grande quid astruere vellent, sic loquebantur Iudęi. At post illos dies, hoc est, post incarnationem, passionem, resurrectionem & ascensionem Christi, veniet in obliuionem memoria huius temporalis eductionis de Aegypto, & maiori beneficio minus obliterabitur, quia tunc non dicetur: Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Hoc est, Viuit dominus, qui de cunctis locis adduxit semen domus Israel ad fidem, per quam Christo spiritualiter adunati sunt. Quod beneficium redemptionis suæ, vocationis suæ, adoptionis suæ & iustificationis suæ ab illis tanti æstimabitur (quod reuera magni est æstimandum) vt in huius comparatione priorum beneficiorum, puta eductionis de Aegypto, liberationisque de Babylone, non sit memoria

EXEGESIS EVANGELII ciusdem dominicæ XXV. post dominicam S. Trinitatis, Ioannis sexto.

ANno superiori quã C
Christus passus est,
quo Herodes decol Matth.14
lauerat Ioannẽ pro- Marc.6
pter Herodiadem v-
xorem, venientes-
que discipuli dicerẽt
quæ facta essent lo-
anni, abijt Iesus à Iudæa trans mare Gali-
lææ ad locum desertum, quo cum discipu-
li tũc sunt secuti, turbæq; multæ. Subijt igi
tur in montem Iesus, non ob aliud quam
quia locus ille tam contemplationi, quam
prædicatiõi idoneus erat. Cumq; ibi esset,
subdit Euangelista Ioannes ea verba, quæ
hodierno leguntur pro Euangelio:

Quum subleuasset oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum.

Videte pudicitiam domini Iesu, videte Oculorũ continentia in Christo quãta
continentiam oculorum, videte denique
morum Iesu honestatẽ. Non enim erecta cer
uice, nec oculis incedebat vagis dominus
Iesus, sed vultu verecundo & humili: non
quod sibi, sed nobis timebat, si oculis va-
gis colligeremus, vnde tentaremur. Ex-
emplum igitur continentiæ in seipso præ-
buit nobis. Itaque subleuasse oculos dici-
tur, quia illos ante continuerat, nec ocio-
se leuabat, sed animo & voluntate miseren Oculorũ Christi quadruplex subleuatio, quid nos doceat.
di. Ter quaterve legitur dominus leuas
se aut potius subleuasse oculos, non quod
sæpius non leuauerit, sed quod sacra histo
ria Euangelica quadruplicem referat occa
sionem, qua oculos Christus subleuauerit.
Primo enim oculos leuasse refertur in disci- Matth.5
pulos, sermonem in mõte de octo beatitu
dinibus facturus. Ibi enim scribit Lucas, Luc.6
q̃d eleuatis oculis in discipulos suos dixe-
rit Iesus: Beati pauperes, quoniam vestrum
est regnum Dei. Hic erat respectus charita
tis & zeli, quo certe docuit nos in eos, q̃s
instruere debemus, sollicite oportere respi
cere, quo nihil eorũ quæ ad salutem eis ne-
cessaria sunt, taceamus, nihilque negliga-
mus,

mus. Docturus enim beatitudinem, Euangelicamq; perfectionem, leuauit oculos in discipulos suos pro serio zelo, intentione que vehementi docendi perfectionem. Ita nos tanto congruit feruore prædicare, vt intuendo simul ac loquendo verbis ac nutibus aliorum prouocemus attentionem, aliorumque animos excitemus. Quicquid enim in seipso non arserit, aliud non accēdet. Nisi ergo in nobis flagret primum charitas, ex nobis eadem ardens non potest transire in alios. Secundo, leuauit hic oculos in turbam esurientem, qui fuit respectus compassionis & misericordiæ, q. simul nos docuit benigne respicere in pauperes. Qui enim videt se pauperiorem, ægrotum, aut calamitosum, interroget se, quamobrem se prætermisso tristitia hęc illi misero acciderit? Quare illi potius, quā sibi Deus calamitates has dederit? Videt illum tristem & lugentem, se videt sanum, lætum & alacrem, illum pauperem & ægrotum, se viuentem & abundātem: postremo, illum innocentem, se rerū, iniquum, ingratum & noxium. Nunqd non iure mirabitur & pauebit? Itaque fili, cum conspexeris inopes & afflictos, dic tibiipsi: Quid feci ego, aut qs sum, aut vnde hoc merui, vt similis me non apprehenderit inopia, similis non compresserit calamitas quæ premit illum? Si filius es principis, si magnatum vnus aut optimatum filius, interroga te: Vnde hoc mihi, vt claro de sanguine ego, quod potentibus & honoratis, quod diuitibus denique parentibus natus sum: quod non opilionis sum natus filius: Nullā profecto in te causam inuenies, de qua exultes, sed de qua timeas. Vide igitur ne extollaris, qa à Deo hæc recepisti. Sed magis propterea humiliare & time (quod iure ac merito tibi formidandū est) ne receperis bona in vita tua, postea deuoluendus in æterna mala. Nō sine causa est, si superbo tibi, si tibi luxurioso hic adeo parcit. Dic igit tibiipsi: Ne forte peccata mea adeo grandia sint, aut adeo sim indignus ego, qui in hac non merear vita cū electis Dei torqueri, sed hic cōsolari, & ppetuo post hāc vitam cruciari. Hæc, inquā, coram Deo, & ad ipsum mente conuersus tracta (non tecum solus ne generetur in te diffidentia) Sed ante Deum hæc flens expende, illi hoc conquerere: & senties, quia tui humiliationem consolabitur. Nemo igitur se extollat, sed inde potius humilietur, quod præ aliis hominibus abundet diuitiis, aut singularibus Dei donis, puta robore, venustate, honore, fauore & gratia. Nescit enim homo placēt ne in his Deo necne, certus quod omnes Dei amici per multas tribulationes transierunt fideles. Ideo hæc caduca temporaliaque abundanter habere, non est salutis aut felicitatis indicium, sed potius timoris maxima iustissimaque esse debet occasio metuentis, ne ideo sibi hæc eueniant (vt dixi) propterea quod ęternis cœlestibusq; non sit dignus. Manifestum est quod dominus dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hoc non diuitibus dictum est, quamuis & diuites non sint exclusi, cum nō dixerit paupibus, sed paupibus spū: q̄ colligi etiā possunt rebus diuites, spū pauperes. Veruntā vt rarissimus diuitum quisq; est spiritu pauper, ita rarissimorum etiam diuitum est regnum cœlorum. Tertio, leuasse oculos inuenitur, quando voluit miracula facere, vt de Lazaro resuscitando legitur, & non raro idipsum creditur, egisse facturus miracula, quo admonere nos voluit opera bona facturos, vt auxiliū petamus à domino Deo salutari nostro: admonemur in illum solum sperare, illi soli confidere, illi bona nostra omnia soli asscribere, credere cum Paulo, quod non sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed Deum in nobis operari & velle perficere. Quarto, Ecclesia credit dñm Iesum instituturum sacramentum corporis & sanguinis sui, eleuatis oculis respexisse in cœlum. Sic enim Canon habet: Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens. Quo insinuatur, quo amore, quo desiderio & ardentissima siti feruere debeamus ad Deum, & ad cœlestia, hoc sacramentū suscepturi. Quinto, leuauit oculos dū voluit orare. Siqdem dulcissimum suauissimumq; illum sermonem, quem post cœnam coram discipulis habuit, legitur orando terminasse. Nam, vt Ioannes scribit, post longam exhortationem tandem dominus Iesus subleuatis oculis, dixit: Pater, clarifica filium tuum, &c. Admonemur autē ibi oculos animæ interiores in oratione ad Deum leuare. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vbi diligis, illuc libenter

Eccl. 9 Actio. 14
Matt. 5
Ioan. 11
2. Cor. 3
Ioan. 17
Oculi alæ ad Deū leuandi qui in oratiōe
Matt. 6

benter respicis. Quod in precio habes, ob
Psal.122 seruas, quomodo scriptum est: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Deum nostrum, donec misereatur nostri. Eam ob rem quod puros & intentos sibi redderet nos in oratione, hortatus est nos ingre-
Matt.6 di cubiculum, & clauso ostio sensuum & affectionum externarum, orare patrem in abscondito, quo curæ cogitationumque distrahentium tumultus, sollicitudines, inclinationumque malarum strepitus excludantur, & Deus adorandus solus sit in corde tuo.

Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Ostendit dominus Iesus paupertatem suam, ac si diceret: Nobis non est pecunia, tur-
paupertas Christi quanta ba ieiunijs est fatigata, illam refici oportet. Vnde ememus panes Philippe, vt manducent hi? Quid præbes consilij? Poterat certe dominus Iesus imo volebat turbam hanc sine pecunijs quibus emerentur panes & escæ, pascere, tamen ita interrogauit, vt ex hac interrogatione, nobis manifestaretur Iesu paupertas quanta esset, manifestaretur denique quod panum hic erat defectus, & quia desertus erat locus, & humano modo succurrendi impossibilitas. Dicit itaque: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Vere pijssimam erga nos suam sollicitudinem ostendit, quam pro nobis habet, qui ad se perinde ac ad patrem nos omnia vult nostra
Psal.54 commendare. Propterea quoque dicit Psalmista: Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Non ita iactes, vt laborare, conari, operarique tuam salutem nolis, aut vt dormiens stertas, ocioque vaces: sed ita iacta, vt nihilominus interim tu quoque opereris. Nam si operaris tuam salutem, noxia vitans, & animæ salutaria, corpori vero necessaria quærens, ipse te enutriet, ipse te pascet, qui te fecit. Quicquid tu non potes hoc ipse potest supplere: modo vt illum præ oculis habeas, & præ omnibus quæras.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tantos?

Omnia hæc colloquia Christus excitabat, miraculum potestate aliqua aut subuentione humana credatur factum, sed virtute diuina. Intelligatur necessitas edendi & esurientium fames, turbæ multitudo, defectus panis (in tanta enim multitudine panes tantum quinque inueniebantur, & duo pisces) pecuniarum quoque apud Christum penuria: quæ si etiam non fuisset, non erat tamen comparandi emendique locus. Hæc omnia vt fierent manifesta, interrogando Christus voluit reuelari, antequam faceret miraculum. Neque enim vt miraculum fuisset habitum, nisi fuisset diligentia magna inuestigatum inuentumque, quod præter quinque non fuissent alij panes in turba. Vterque vero Apostolus humana tantum prospiciens cogitabat ac loquebatur via, scilicet naturali non posse turbæ subueniri. Atque ideo non verbis, sed opere eos voluit erudire Christus, & ne humanam in se duntaxat virtutem, sed multo magis virtutem attenderent diuinam.

Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt igitur viri numero quasi quinque milia.

Videtis qua reuerentia obediebant apo-
stoli Christo, qua etiam obedientia acqui- Obedientia simplex apostolorum & turbæ
escunt turbæ. Nemo interrogat cur discumbere iuberetur, quamuis scirent panes deesse. Nemo leuitate vsus, dixit: Quid discumbendum est cum desit ad edendum panis? Vna cum nihil supersit quod manducetur? Itaque omnibus fuit cura, Christo obedire. Itaque qui discubituri sedebant populi, apostoli quoque simplicitate vsi, in Christi verbis nihil discutiunt sed Christi opera venerant, atque quid nunc agere velit, expectant. Interrogauit enim primum, an subsidium adesset humanum: quod cum non adesse compertum est, vsus est miraculo. Exigebat hoc non solum necessitas esurientium, sed & sequentium turbarum deuotio. Siquidem adeo spiritualem esuriebant cibum, verbum Dei, vt cibi corporalis hactenus fuerint obliti: & reficiendo mentes consolarentur de inedia temporali.

Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Vide-

Videtis hic quãtum conuiuium fuerit Christi: quinq; milia virorũ suæ apposuit mensæ, præter alios. Quot enim ibi aderãt mulieres, sexus deuotior? quot paruuli? Psal.144 Verum oculi omnium in te sperant domine, & tu das illis escam in tempore oportuno. G Vide præterea, quas hoc cõuiuium habuerit conditiones, vt imiteris. Prima eius fuit conditio quia necessaria rationabilisque erat causa quare fieret, puta esuries turbæ, & inopia, quia nihil inueniebatur edendum. Si huiusmodi conuiuas tu in domum tuam introduxeris, qui nõ habent, aut vix habent aliud quod comedant, benefacis. Luce 14 Hoc enim conuiuium est quod Christus suadet, de non vocandis amicis & diuitibus, q habent vnde retribuant: sed vocandos hortatur inopes, cæcos & claudos, qui non habent quod retribuant: quandoquidem pro illis retributione iustorum, ne absque premio te putes manere, tametsi hic in illis tibi fortasse videat opera perdita. Nolo tamen putes quod omnia alia conuiuia damnem, sed quod discrimen esse dicam magnum inter conuiuium quod propter Deum instruitur, & quod pro honestate & cultu fit amicorũ. Pro conuiuio quod facis ex misericordia & compassione, recipies mercedem à domino: quia retribuetur tibi in resurrectione iustorum. Porro, pro conuiuio quod pro amicis instruis, ab hominibus recipies etiam mercedem, puta gratiam, beneficia, obsequia, fauorem & huiusmodi humana ac peritura. Secunda cõditio huius conuiuij, est quod Christus gratias pro illo egit Deo. Quo intelligitur Dei laus pro collatis beneficijs deuote à nobis agenda. Hic quoq; confirmat religiosa cõsuetudo piorũ hominum, qui ante cibũ sumendũ, & post sumptum cibũ orant, gratiasq; agunt Deo. Nam ante cibum orãt, vt creatura Dei à nobis sumenda sanctificetur in verbo, iuxta sententiam Apostoli: conducatque nobis in salutem tam animę q̃ corporis: post cibũ ꝓ suscepto beneficio gratias agunt Deo. Ab hac consuetudine helluones, epulones, & quidem qui nobiles vocantur, impij ac leues homines dissident, q neq; Deũ, neq; pietatem curant: imo nec ante prandium orant, nec postea Deo gratias agunt. Parentũ religiosoꝝ Deumque timentium hic mos est (vtinam esset omnium) prolibus ne morsum quidem panis dare, nisi primum toties q; orauerint, quoties aliquid à matre sunt accepturi. Tertia conditio, est indigentia iusta. Hæc conditio supra in prima cõditione inserta est, longo tamen ab ea differt. Nam illa est vt ꝓpter Deum fiat hoc conuiuium: hæc vero exigit vt his exhibeatur, vbi vrget necessitas. Hic considerandum quoq; est, si consãguineos habeas egenos, illos iuste & pie etiam præ alijs inuitas aut pascis: non quia tui consanguinei sunt, sed quia pauperes, q bus vel ex natura plus cæteris debes, sunt.

Quarta conditio est, temperãtia. Vis scire huius conuiuij apposita delicata preciosaque fercula? Panis hordeaceus & piscis totum est, quod his appositum & quod auctum est. Et tu paruis impensis pauperum potes alere classes, quibus vnam mensam diuitum reficere non potes. Lucæ 16 Fac igitur tibi amicos de mammona iniquitatis, quia, vt dixi, modicis impensis multos reficies, nec grauaberis si conuiuiorum tibi aliorum interdixeris sumptus. Cæterum, gaudeant hic Christo conformari pauperes, Apoc.19 quia optimus hic est panis hordeaceus, quem Christus rex regum & dominus dominantium manducat. Quinta cõditio ibi fuit significatio magna, nã cõuiuiũ hoc sub dio fuit celebratũ, & super fœnũ. Sedere in terra sub dio, est corpore in terra quiescere, animo autem leuare ad Deũ, sicut Apostolus dicit: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Phil.3 Tu qui mercator es corpore quidem in emporio Francfordẽsi moraris, animo autem es domi cum vxore & liberis. Pari modo, si corpore tu in mensa recrearis, animus tamen tuus non separatus, sed coniunctus maneat Deo. Deinde sedere super fœnum, est dominari supprimereq; sensualitatem, quæ in fœno significatur. Omnis enim caro fœnum. Esaie 40 Nam si sensualitas in te dominatur rationi, nõ tu super fœnum sedes, sed fœnum iacet super caput tuum.

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ supauerunt fragmẽta, ne pereãt. Collegerũt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quę superfuerunt his, qui manducauerant.

H Sexta hic huius conuiuij cõditio describitur, quæ est sufficiẽtia plena. Narrantur enim

tur enim impleti seu saturati, vt nullum amodo quærerent cibum. Non enim ferculorum eos multitudo, nec varietas epularum nec apparatus eos satiauit, sed parsimonia sancta, sobrietas & bona voluntas: quãuis dubium non est hoc Christi conuiuium saporem dedisse mellitissimum atque suauissimum mamducabantibus. Septima cõditio, est prouidentia: nam fragmenta iussit Christus colligi, ne maneat quod pereat, aut non veniat in pauperum consolationem. Quod superest, inquit, date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. (Lucæ 11) Dẽt alij histrionibus, alij musicis, alij canibus ciborum reliquias: tu vtens Christi consilio, da pauperibus, vt thesaurum habeas in cœlo.

Illi autem homines cum vidissent, quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

Nondum plene erant illuminatę turbę, quia nihil de Christo supra hominẽ sapiebant. Nihil de diuinitate eius intelligunt, prophetam existimant eum scilicet, quem (Deut. 18) Moses venturum pdicens, ait: Prophetam de fratribus tuis suscitabit tibi Deus, &c. Prophetam nominat venturum Messiam seu Christum. Hunc enim esse cogitabant turbæ, tametsi quod filius quoque esset Dei ignorarent. Vos charissimi filij, viuite & percipite Dei dona in sobrietate, cum humilitate & gratiarũ actione, ex his quæ vobis dominus dedit. Et si quem ad vos miserit, quia fortasse domi non habet quod comedat, participem illum facite bonorum vestrorum. Quid dico bonorũ vestrorum? Bonorum Dei. Non enim dedit vobis, vt sint vestra hæc temporalia, sed tãtum vsum vobis eorum & dispensationem commisit. Nec ad vsum duntaxat vestrum putetis vobis commendata bona temporalia, sed in vsum etiam aliorum, ea maxime quę supersunt, aut superesse possunt vobis. Adeo enim liberalis est Deus, vt cũ vobis dederit quod administretis egenis, nihilominus quasi vos de vestris rebus erogassetis aliqua in pauperes, imputabit vobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. De speciebus gulæ.

VNde ememus panes vt manducent hi? Ioannis VI. Quam benignam, quam paternam sollicitudinem pro nobis habeat Deus, hinc liquet, quod dominus noster Iesus Christus Dei filius etiam hic in terris constitutus, sollicitudinem gesserit turbæ vndecunque collectæ, ne illis desit qd pertinebat ad corporis necessitatem: quasi enim omnes genuisset sic amabat. Et quid dico, quasi omnes genuisset sic amabat? Nonne ipse est qui fecit nos? Nonne populus eius & oues sumus pascuæ eius, & opera manuum eius? (psalm. 99) (Psal. 94) Dicit ergo ad Philippum dominus: Vnde ememus panes vt manducent? Vide mirabilem domini dispensationem. Quis creauit cœlum & terram? Quis dat solem & pluuiam & fœcunditatem terræ? Quis nobis dat fruges, quis istos tandem nobis coquit in panes? Nonne dominus Deus noster? Hic cum tãtus esset, non tamen dedignatus est ad nos in miserias venire nostras. Venit huc ad nos tãtus dominus & potẽs, venit propter nos quoq;, sustinuit famẽ, passus est inediam. Et quid iniuriarum, contumeliarum, pœnarumque nõ sustinuit? Egenus hic vixit. Nõ habuit agrũ hic aut domũ, cuius sunt omnia, & à quo dantur omnia. Nõ habuit fruges, non villam, nec aliquid proprium. Hospes & incola atque tanquam aduena hic fuit in mundo. Quid dicã? Emit panes à mortalibus, qui mortales cunctos, q cœli volucres, qui bestias agri, qui denique mundum pascit vniuersum. Hic igit cũ sit tantus, pro mortalibus est sollicitus, dicens: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Pauit, vt hodie legimus, quinque milia hominum, qui quotidie mundum pascit vniuersum, qui dat iumentis escam ipsorũ & pullis coruorum inuocantibus eum. (Psal. 146) Pascit nos hic corporali cibo, qui pascet nos cœlesti conuiuio in æternitate: faciet enim tunc seruos suos discumbere, & transiens ministrabit illis. (Lucæ 11) Ipse quoque erit nobis cibus, quia hæc est vita æterna, inquit, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christũ. (Ioan 17) Qui ergo ad illud cœleste cõuiuiũ appetit venire, ea q̃ Christus hic in se monstrauit, ea q̃ docuit, debet imitari. Debet, inq̃, huius se Euangelij documentis cõformare. (Conuiuij cœlestis q̃ modo qs particeps fiat) Primo nanque seculũ hoc est, seculi amorem & implicationem necesse est eũ relinquere. (Seculum quo pacto) Per amorẽ seculũ

hoc

hoc ingressi sumus, amore in seculo retinemur, hunc amorem mortificando seculũ egredimur. Oportet igitur te renunciare vanitatibus mundi, oportet audire Dei verbũ, quod Christiane orthodoxeque prædicetur, & quo instruaris ad itinera cœlestis viæ. Quod nobis significatur in verbis hoc Euangelium præcedentibus, quibus Christus abijsse narratur per mare Galilææ. Secundo itaque necessarium est, vt tribulationes, amaritudines, tẽpestatesque huius vitæ intrepidus ptranseas, q̃d est mare Galilææ transire. Omnes em̃ q pie volunt viuere in Christo, persecutiõem patientur: signumq; certissimum electionis est diuinæ, hic bona agere & mala pati.

K Tertio, tuam te abducare voluntatem, & Christi eruditionẽ seq, necesse est. Neq; em̃ quãdiu in ppria viuis volũtate, iuxta desideria car is, potes placere Deo. Si igit tu nõ places Deo, nihil potes operari q̃d Deo placeat. Non em̃ opera placent Deo, si operans displicet. Propria est voluntas, quæ tibi cum Deo non est cõmunis. Verbi gratia: Tu gloriam hominum quæris, qa hãc diligis. itaq; cum Deus te esse velit humilem, tu vis esse superbus. Discordat voluntas tua, quæ tibi propria est, à Dei voluntate. Nam si tu ipse quoque velis esse humilis & contemptor glorię, iam concordas deo, nec propriam, sed communẽ cum Deo habes voluntatem. Hoc modo circa alia omnia quoq; est sentiẽdũ. Quarto, quia ex compassione esurientis turbę Christus sollicitus suo modo fuit, hoc est, sollicitum se ostendit: ita compati, & alienam miseriã, perinde ac propriam sentire te conuenit, illique quomodo subuenias sollicitum esse. Habent enim opera misericordiæ præ alijs felicẽ pmissionem à Deo. Quinto, qa non solũ ex misericordia, sed etiã ex virtute seu ex potestate miseris subuenit. Nã pauit esurientes tã potenter quam misericorditer, vt nos quoq; ea quę proximis nostris impendere possumus ad co℞ necessitatẽ, impigri simus. Itaq; quia Philippus aliud non sciuit consilium, neque Andreas, quam turbam esse adeo grandem, vt modica pecunia non sufficeret. Apud Christũ vero & Apostolos haudquaquã tantam fuit pecuniarum, quibus turbæ etiamsi adessent panes possint comparari. Philippus nanque ducentos non sufficere dicebat denarios, vt vel quid modicum quis perciperet, quasi diceret: etiam si ducentos haberemus denarios, quod longe est à nobis, non tamen inde tot emi possent panes, vt vel modicum quisque de turba hæc gustãdo refocillaretur. Andreas vero prorsus desperatiue loquitur de quinq; panibus, qui nihilo inter tot homines conferrent. Cæterum, Christus non consilium quærebat, sed nobis rerum conditiones, quo miraculum agnosceretur manifestabat. Iussit ergo homines discumbere: deinde quinq; accepit panes hordeaceos, fecitq; eos distribui, & frangendo, distribuendo, edendoq; multiplicari. Comederunt itaq; & saturati sunt. Et quo saturati crederentur, supfuerunt duodecim cophini fragmento℞ siue reliquia℞. Hoc est solẽne conuiuium, quo Christus suos pauit cõuiuas. Apposuit eis panes hordeaceos & pisces. Huiusmodi refectio quoque naturæ & fami sufficiebat. Noluit seruire Christus gulæ, sed necessitati, quamuis credendi sint tã panes quam pisces supra modũ gustui fuisse humano propter miraculum suaues. Quoniã

L autem multiformiter in edendo bibendoque peccatur (quãuis nunc de ebrietate hic nihil dicendum sit) quantũ gulæ peccatũ attinet, non abs re putandum est, species seu cõditiones sex, quibus gula peccatur, recensere. Itaque prima species gulę est, ante tẽpus ordinatum aut nimis mane comedere. In dominicis diebus & diebus feriatis tempus legitimum est, non sumere cibum absque necessitatis aut infirmitatis causa, nisi auditum fuerit diuinum officiũ. At vero ieiuniorum tempore vsque ad nonam, qua dominus in cruce expirauit, q̃ fuit hora tertia post meridiem, iustum foret ieiunare. In meridie enim ad crucem fuit affixus, quæ vocabatur tunc sexta hora (q̃d hymnus quoque qui ad sextam cantatur indicat) qui tribus horis vsque ad nonam ibi pendens, eadẽ hora, quæ modo in Germania nobiscum vocatur hora tertia post prandium seu pod meridiem tradidit spiritũ. Si enim iuxta horarum distinctionẽ ex Euãgelio de operarijs conductis in vineã dies partita fuerit, hora vndecima vsq; ad duodecimam, vltima erit hora diei, qua dies operandique tempus finitur, vt parabola illa Euangelica habet, vbi dicitur: Cum sero factum esset, dixit pater familias procuratori vineæ: Voca operarios, & redde illis mercedẽ, & cætera. De nouissimis vero qui

Marginalia: 1. Tim. 3 [beside "Omnes em̃ q pie"]; Gulę species sex quę sint.; Ioan. 19; Ieiuniorũ tempore q̃ta hora cibũ sumere liceat.; Matt. 20; Ibidem

qui hora vndecima venerant, dicitur in
fine diei: Hi nouissimi vna hora opus fece-
runt: ergo cum non sit ab vndecima vsq;
ad duodecimā nisi vna hora, sequitur ho-
ram duodecimam apud Iudæos finem fu-
isse diei. Si autem duodecima hora finit vl
tima hora diei, erga sexta erit meridies.
Ioan. 11 Nam Christo dicente. Nonne duodecim
sunt horæ diei, clarum est Iudæis hunc mo
rem tunc horas distinguendi fuisse. Itaque
sexta hora apud illos meridies est, qua do
minus est crucifixus. Hora vero quæ no-
bis Alemanis est hora tertia post meridiē,
vocabatur à Iudæis hora nona, qua Chri-
stus tradidit spiritum. Ad illam itaque
horam deberemus ieiunare. At quia quo
tidie homines efficiuntur infirmiores, cō-
suetudo Ecclesiæ habet, vt horam nonam
anticipet ponatq; in meridiem, tuncq; tē-
pore ieiuniorum comedat. Inde multos
contingit errare, putantes meridiem Iudæ
is fuisse nonam, propterea q̊d tunc nona
anticipata cantatur, existimantesque tunc
dominum mortuum, quando fuit crucifi
xus: quia reuera hora sexta (vt dixi) erat me
ridies, quo dominus est crucifixus: & quę
nobis est hora tertia post meridiem, erat il
lis nona qua Christus tradidit spiritū: &
hora duodecima finiebat dies. Apud Iu
dæos nanq; non omni tempore æquales
erant horæ, sed nunc longiores, nunc bre-
uiores iuxta diem naturalem, vel longio-
rem vel breuiorem in æstate aut hyeme.
Hæc obiter dico ꝓpterea q̊d cœperā dice-
re diebus esse ieiuniorum prandium diffe-
rendum ad horā nonā, quam tñ hodie per
anticipationem cantamus circa meridiē,
quæ potius & reuera est hora sexta, ita tñ
satisfacimus consuetudini & intentiōi Ec
clesiæ, quæ videtur hoc approbare. In qua
dragesima vero vltra nonam nobis ieiunā
dū foret (sicut Canō exprimit de Cons. d.
V. ca. Quadragesima) vsque ad vesperas.

In quadragesima qñ comedendum esset.

M

Veruntamen pari modo vesperas ho-
die anticipamus: nam circa meridiem per
solutis nonis & missa, easdem absoluimus
vt aliquo modo ad vesperas cantatas, non
ad tempus vesperarum ieiunasse videa-
mur. Qui infirmi sunt, qui debiles sunt, &
valetudinarij, qui pueri sunt & infra æta-
tem, qui etiam senes sunt, & supra ætatem,
qui deniq; pro mercede operanť, panemq;
suum lucrantur manibus. Item ꝑgnantes,
lactantes, pauperes, qui fixum certumque

Ieiunare q non obligentur.

non habent prandium, & huiusmodi non
vrgentur ad ieiunandum, nisi quātum vo-
lunt & possunt. Et ideo cum multiplex sit
homini excusatio ieiunādi, nemo aliū iudi
cet, nemo cōdemnet, nemo scandalizeť fa-
ciliter, qa alterius cor, alterius necessitates
& onera excusantia aut infirmitates potest
videre nemo. Quare dū comedentē die ie-
iunij qs viderit, cogitare debet illū, & vnū
quenq; esse suæ salutis memorē, nec aliter
illū quam Deo possit respondere facientē.

Veruntamen ad gulam nihilominus ꝑ
tinet (nisi aliqua rationabilis subsit causa)
mane antequam orationes præcesserint
antequam diuina sint audita, festinare ad
cibum: eos præsertim qui ocio vacant, vt si
quis veluti ex lecto veniens, mox velit co-
medere. Pertinet item ad hanc speciem
festinare ad cibum, anteq̃ qs orauerit Deū
aut antequam cibum benedixerit, vt his sę
penumero contingit, qui tam indomitum
effrenemque habent appetitum, cui domi
nari non curant. Adeo enim mane festina
re ad cibum, nisi infirmitas ægritudoque
ad hoc cogat, turpe ac absurdum est. Ad
quod non vera fames, nec naturæ necessi-
tas, sed vitiosa inueterataq; cōsuetudo, cui
repugnare necesse est, incitat. Secunda spe Lucæ 16
cies gulę est, lauta delicataque quærere. Sic
refertur de Epulone diuite, q̊d epulabať q-
tidie splendide, non necessitatis gratia, sed
voluptatis: quia peccatū non est in cibo,
nec peccat q ꝓciosa & delicata comedit, si
intentio sit casta: sed qui delectationem in
huiusmodi quærit, aut propter delectatio
nem sumit, vt solent facere, qui communia
spernunt, si cibum præciosiorem ac volu-
ptuosiorem expectent, tam curiose inter
cibum & cibum, non necessitatis, infirmi-
tatis, aut etiam sanitatis, sed voluptatis gra
tia discernētes. Delicata autem & sumptuo
sa quærere, magis est reprehensibile in pau
peribus quam diuitibus, quia manifestio-
rem indicat gulæ concupiscentiā, cui ni-
hilominus quamuis pauperes sint, satis fa-
cere volunt cum rei familiaris iactura. Hoc
genere gulæ deliquerunt Israelitæ, qui fa-
stidientes manna, petierunt carnes, qbus
guloso satisfacerēt appetitui. Mater san-
cti Bernardi, mulier nobilis, crasso rustico
que alere solebat suas ꝓles cibo, eas quasi
ad eremū ꝑparatura. Delicata ꝑmit-
tunť infirmis, q̊ naturæ in necessarijs non
possent sufficere, si ea tñ, quæ inuiti sumūt
aut

Sumptuosa & delicata comedere qñ gulę vitiosum sit.

Num. 11

N

Delicata q̇busdā permittantur comedere

aut horrent, admitterent. Cum diuitibus & delicate educatis, cibis quoq; delicatiori bus à puero assuetis, & cum his qui tenerioris sunt complexionis, dissimulatur, vt comedant delicatiora, modo intentio sit casta, vt quærant refectionem, non delectationis excitationē. Augustinus in regula sua etiam monachis, si viliora fastidiant, vtpote non assueti olim in seculo aut cum parentibus, pmittit melioribus refici, eosque vult ppterea esse humiliores aliis, q vilibus reficiuntur, quos æstimat feliciores. *Augustin.*

Magnati b' scibip mittuntur

Magnatibus quoq; ppter statum cibi pciosiores admittuntur. Non quod illi gula nō possint peccare, imo peccant & ipsi nō raro neq; leuiter gula, etiā in vilioribus cibis. Non enim dicit cibus vilis, q vehemēter delectat. Vno itaq; verbo rei summam dicam: Quærere delicatiora propter voluptatem tantum & gulæ, quæ inordinatum habet appetitum, edendiq; libidinē & viliora propterea aspernari, non licet.

Cibum ni mis delica te parare cū pecca tum sit,

Tertia species est nimis studiose cibū, vt bene suauiterq; gustum afficiat, parare, salsamentaque & sapores peregrinos adiicere, qui non raro corpori nutriendo magis obsunt, quam conducunt, vt, sicut ait Bernardus, famē non excitet cibus, sed sapores. Mira enī excogitāt arte sua hoīes, vt puocēt appetitū vel saturitate iā victum. *Bernardus*

Mensuram modumq; excedere in comedendo qua le peccatū sit,

Quarta species est gulæ, nimium comedere, in gurgitare, excedereque in cibi mēsura. Hoc adeo faciliter non contigit Deum timentibus, vbi non est ciborū varietas aut accurata præparatio. Propterea q simplici vtuntur cibo & operantur, rarius infirmantur. Hoc genere peccauerunt Sodomitæ, vt dicit in Ezechiele: Hæc fuit iniqtas Sodomæ: Supbia, saturitas panis & abundantia, & ocium ipsius & filiarum eius. Potest tamen fieri ex ignorantia, vt mēsura excedat absq; graui peccato, præsertim si non adeo sit grauatus cibo aut potu quin debita & officia sua possit implere. *Ezech. 16*

Irruere in cibum nimis auide quid sit

Quinta species, nimis ardenter ad cibum se effundere, vt faciunt hi qui tam præcipitanter, auideq; cibum sumunt, vt expectare nequeant, donec satis sit masticatus: huiusmodi gulosi non cessant comedere, nisi fastidiant. Hoc gñe gulosus fuit Esau, qui primogenita sua vendidit pro cibo, quem auide nimis concupiuit. Fit quandoque tamen effusio animi super cibū, vt festinato sumatur cibus, ex vehementia famis. Hoc quamuis indecens sit & immoderatum, tamen caret (puto) graui peccato, quia nihil intenditur nisi refectio. *Gene. 25*

Comedere nimis frequēter quid sit

Sexta species gulæ, est nimis frequenter comedere, anserum more, qui vbicunque viderint aquam, bibunt. Infirmi, laborantes, operarii, pueri, senes, comedunt sæpius, & parum qualibet vice. Veruntamen aliis, puta sanis, iuxta quendam philosophum, semel in die comedere sufficeret, bis toleratur, ter exceditur. Vnde quidam dicebat: Qui in die manducat semel, Deus hoc est, diuinus est: qui bis, homo est: qui ter, bestia est. Redeundo itaque ad Euangelium, conuiuium hoc Christi fuit, quo esurientes homines pauit. Esuriebant autem tam spiritualem, quam corporalem cibū. Nisi enim Dei verbum esuriissent, Iesum adeo ac remotiora loca non fuissent sequuti. Verum Christi nec verborum suauitate nec morum possent satiari dulcedine, ideo tam diu illi adhæserunt. Vos filii sicut cibum esuritis corporis, sicut quæritis, sicut denique suauiter sumitis, ita esurite, quærite & sumite multo magis animæ cibum. Qui enim corporis nō appetit cibum, qui cibum fastidit ac reiicit, languorem grauē indicat stomachi. Sic qui Dei verbum audire renuit, quive fastidit nec retinet, nō parum infirmus est mente. Cui iure timendū quoque est, se de illorum non esse numero, quibus Christus dicebat: Qui est ex Deo, verba Dei audit: sed inter illos constitutum, quibus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen. *Ioan. 8*

IN SOLENNITATE DEDICATIONIS

Ecclesiæ. Lectio loco epistolæ ex Apocalypsi beati Ioannis Apostoli, capite XXI.

AAA In diebus

IN diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nonam descendentem de cœlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnā de throno, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et abstergét Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

NEmini mirum videbitur, cur hęc hodie lectio legatur in solennitate dedicationis tēpli, si attenderit non hodie dedicationis memoriā agi lapidum, lignorū, cementi, tecti, vasorum, & huiusmodi materiarum tēpli, sed cōgregationis potius huius sanctæ, quæ simul in vnitatem Ecclesię huius particularis sub vno prælato, sub vnoq; pastore congregata est. Hæc tñ congregatio nō est aut dici debet vniuersa Ecclesia, sed quædam pars Ecclesiæ militantis. Vniuersa em̄ Ecclesia militans oēs in se complectit̃ Ecclesias (vt sic loquar) particulares. Quia tñ hæc congregatio, huiusq; loci fidelium conuētus, q in hāc domū colligitur, fide & sub regimine eodē tanquā ciuitas vna simul vnit̃: ideo qcqd de vna vniuersaq; Ecclesia legitur & intelligit̃, etiam singulari Ecclesiæ huic tanquam vniuersalis Ecclesiæ filiæ applicat̃. Ait igitur Ioānes: Ego Ioannes in visione mentis ac in spiritu vidi ciuitatem sanctam Hierusalē, hoc est præsentem Ecclesiam militantem, quæ fide ac charitate, legum parilitate, animorumque concordia cum Deo hominū vnit multitudinem, non aliter atq; ciuitas suos ciues in vnam congregationē coadunat cū suo rectore. Vidi, inqt ciuitatē Hierusalē sanctā. Merito sancta dicit̃, à qua omnis qui in peccato viuit mortali, coram Deo proscribit̃. Nihil enim coinquinatū intrabit in illam, quippe quā Christus dilexit, & tradidit semetipsum pro ea, mundās eā lauacro aquæ in ṽbo vitæ. Nemo igit̃ ciuitatis huius est particeps, nisi sanctus à pctīs p virtutē sanguinis Christi mūdatus. Dicit̃ q̊q; noua: siquidē lege Mosi antiquata, noua regit̃ lege gratiæ, puta Euāgelica. Sequit̃: Paratā à Deo tanq̄ spōsam ornatā viro suo. Reuera vt Ecclesia Christo esset spōso digna, parauit, ornauitq; illā Deus sacramentis, donis, virtutibus ac gratijs multis ac varijs: qbus vt regina astaret à dextris Deo in vestitu deaurato, circūamicta varietate. Astaret, inq̄, parata ad oē eius bñ placitū, vt videat voluntatē dñi, eandemq; faciat, audiens: Obliuiscere populū tuū, & domū patris tui, & cōcupiscet rex decorē tuū, &c̄. Sequit̃: Et audiui vocē magnā de throno diuinæ maiestatis, dicentē: Ecce tabernaculū Dei cū hoībus. Tabernaculū recte p̄sens Ecclesia vocat̃, quæ tabernaculū est militantiū, in qbus Deus habitat, iuxta q̊d Christus pmisit: Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad cōsūmationē seculi. Et in Zacharia ait: Ecce ego venio & habitabo in medio tui. Nobiscū em̄ est dñs sicut pastor cū ouibus, magister cū discipulis, pater cū filijs, medicus cū infirmis. Tabernaculū itaq; Dei in q̊ deus habitat, & q̊d p̄sens est Ecclesia, est cū hoībus, quēadmodū mater cū filijs, ita tñ vt ex ipsis filijs cōgregatis constituat̃ ea quæ dicit̃ Ecclesia mater. Et habitabit in eis, q tabernaculum Dei esse meruerūt, idq; p gratiā suā. Ipse enim est q dixit: Si qs diligit me, sermonē meū seruabit: & pater meus diliget eū, & ad eū veniemus, & mansionē apud eū faciemus. Et ipsi populus eius erūt. Hi scilicet, q ad hoc à Deo p̄destinati sunt & electi, vt sint gens sancta, populus acqsitionis, redēpti à dño. Et ipse q omniū est Deus p creationem, erit singulari peculiariq; modo illoꝝ Deus: erit omne eis refugiū & cōsolatio. Erit, inquā, illorum Deus: ad illum cōfugient, in illum sperabunt, illi seruient, illum dicentem audiunt: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Porro quæ sequuntur, non hic, sed in trium-

phum

Ciuitati cur bene cōparetur militans ecclesia

Apoc. 21
Ephe. 5

Psal. 44
Psal. 16
Psal. 44

B

Tabernaculū cur recte præsens vocet̃ ecclesia

Matt. 28
Zach. 2

Ioan. 14

1. Pet. 2

Genes. 15

phante Ecclesia implebuntur. Tunc enim absterget illis omnem lachrymam ab oculis eorum, his scilicet q hic euntes ibant & flebāt mittentes semina sua, qui dicunt: Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: At modo, vbi transiuimus per ignem & aquā eduxisti nos in refrigerium. In ĳs electis mors neque naturæ, neque culpæ locum habebit amplius, neque luctus, neque clamor, cuiusmodi in vita est præsenti: puta gementium & vociferantium. Neque dolor, qui lædat aut contristet, erit vltra: quippe quibus nihil molestum tristeve accidet vt hic, nolentibus. Hæc enim omnia iam prima abierunt. Transitoria enim hæc erant ac momentanea: quę vero iucunda & felicia sequuntur, perpetua erunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Noua enim & gloriosa erunt ad immortalitatem resurgentium corpora. Nūc enim (vt Ioannes dicit) filĳ Dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus. Erit autē semper beatis nouitas illa noua, nec vlla poterit vetustate antiquari.

Apocal.21 Psal.125 Psal.136 Psal.65 Apoc.21 I Ioan.3

EXEGESIS EVANGELII in anniuersario dedicationis Ecclesiæ. Lucæ XIX.

IN dedicationis Ecclesiæ solennitate legi solet Euangeliū de illo Zachęo, qui dominum videre cupiens dum ad hoc conatū suū extēdit, etiā in suā domū meruit recipere. Vnde exhilaratus, atq; ad dominū totus conuersus, cū ante fuerat princeps publicanorum, omnia quæcunq; iniuste acquisiuit, restituere promisit, dimidiūq; suoꝝ bonoꝝ in vsum erogare paupeꝝ. Quamobrem ilico audire meruit Christi testimonium: Hodie salus huic domui facta est. Propter quæ verba, qa hæc domui huic Deo eiusq; cultui dedicatæ aliq̄ modo applicant, puta quatenus Ecclesiā seu congregationē hanc credentiū, q huc sub vno pastore adunati sunt, significat, quoꝝ singulariter hic & nihilominus cū Ecclesia vniuersa vna eademq; est fides, vnū baptisma, vnus idemq; Christus, hoc hodie legit Euangeliū. Quō ergo renouat lætitia sub rememoratione dedicatiōis huius Ecclesiæ, ita memoria quoq; beneficĳ diuini, quo hoc in loco congregationem Deus credentium filiorum suorum adunauit, renouat cui, ppterea potissimum in hac festiuitate dicunt laudes & gratiarum actiones, q̄d nos o filĳ charissimi vocauit in agnitionem Dei, deditq; nobis potestatem filios Dei fieri, remissionemq; accipere omnium peccatorum nostrorum. Dicit igitur sanctus Lucas Euangelista: Ioan.1

Ephes.4

Ingressus Iesus, per ambulabat Hiericho.

Ex Luca aliĳsq; Euangelistis colligitur hoc Euangelium quod hodie legitur, eiusque historiā, quæ de Zachæo refertur publicano, factam esse, dum vltimo ex ciuitate Ephrem Iesus rediens, conuerteret faciem suam iturus versus Hierusalem: vbi vltimo adueniens, tradidit se in manus inimicorū suoꝝ, & in mortem. In quo itinere redeundi, dū occurreret vrbs Hiericho, ingressus pambulauit eam. Ibi cæcum illuminauit in via, & hunc Zachæum, vt sequitur, conuertit, quomodo mox sequitur: Matt.21 Marc.11 Lucæ 16 Lucæ 18

Et ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues.

Qui in mundum venerat, vt filios Dei, qui dispersi erant in mundo, congregaret in vnum, ille nūc etiam venit in Hiericho, vt ou em quam ibi habebat electam, ad se vocaret. Nō respexit q̄lis ante fuerit ille Zachæus (Fuerat eñ peccator, & egebat gratia Dei) sed attēdit cuiusmodi illum esset facturus, quam feruentem, quā deuotū, q̄ iustū, q̄ pauperē spū, q̄ deniq; execratorem prioꝝ actuū suoꝝ. Erat autem, inquit, hic Zachæus princeps publicanoꝝ. Publicani dicebantur hi, q officia negociaq; habebant, aut negocĳs huiusmodi præerant quæ absq; pctō tractari, pagiq; non poterant, vt erant thelonarĳ, & q similibus præerant officĳs, quià magistratibus thelonea emerant. Quam obrem data quotānis summa pecuniaria dominis, ipsi opprimebant miseros, & dure vectigalia exigebant, vt supra datam summā ad sua lucra & maiorē q̄ expendissent pecuniā corraderent. Hoꝝ vnus fuit publicanorum Zachæus: nec solū publicanus, verū etiā princeps publicanorum. Quæ res hodie quoque cum fiat vt vendantur vectigalia, aut thelonea, aut Ioan.11 Rom.3 publicani q olim dicti fuerint

elocentur pro summa pecuniaria ad cādelam ardentem: indeque qui eisdem colligendis præsunt, ad sua lucra cumulanda auarius à pauperibus vectigalia exigunt, an excusari possit, videāt illi, qui huiusmodi inhiant lucris, & qui vectigalia grauant, quiq; non miserentur pauperū. D In tribus enim delinquebant publicani. Nam ab his exigebant, qui erant liberi ac immunes, vectigal. Nam & à Christo exigebant. Grauabant preterea homines, vectigal maius exigentes, quam erat ex lege consuetū. Tertio defensionem tutam non prestabāt, nec vias pontesque construebant, & alia quibus molestias euitare possent viatores negociatoresque qui vectigalia soluebant. Vide, si non hodie fiant similia. Nemo tamen propterea velit dici publicanus. Verū aliud est dici, aliud esse. Nouit dominus qui digni sint vt nominentur publicani, tametsi à nobis nisi magno non velint tractari honore. Hoc modo plures reor habuisse commissiones Zachæum, officiaque huiusmodi, in quibus famulos habuit substitutos, quorum princeps & dominus fuit. Et ipse diues. Haud nocerent diuitiæ, si iuste forent acquisitæ, si non nimis auare quærerentur, si non tenaciter nimis in p̄ximorum necessitatibus asseruarentur, si non vitioso diligerentur amore, si non ad luxum ostentationemve expenderentur, si deniq; possiderentur, non possiderent: seruirent, non imperarent. Imperant em̄ diuitibus non raro, vt nihil ex omnibus quæ illis supfluo abundant, audeant possintve cōmunicare pauperibus. Vnde diues seruus efficitur diuitiarum, no dn̄s. Vide tn̄ hic, quia de Zachæo ea quæ laudem nullam habent, sed conuersionis impedimentum, puta esse diuitem, esse publicanū, esse principem publicanorum, accurate referuntur, quo maior diuinæ bonitatis fiat commendatio, maiorque ac gloriosior habeatur conuersio Zachei, quanto illa huiusmodi diuitum esse solet rarior. Neque enim Zachæum impediuerunt à regno dei que alios impediunt multos. Verum vt nō impedirent diuitiæ, quid fecit? Dimidium bonorum suorum (vt mox sequitur) dedit pauperibus. Diuitias igitur ne se impedirent, illas abiecit. Quod diuitū certe nisi rarissimus quisq; velit imitari. Idcirco sua impedimenta retiaq;, quibus à diabolo capiuntur dum amant, per illa etiam à diabolo retinentur. Quid opus est hic glossa aliqua? Nonne clara de hoc sunt verba Christi? Quam difficile est, inquit, diuitem intrare in regnum cœlorum. Itemque: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorū.

Publicanorū delictū triplex

Matt. 17

Diuitiæ q̄n nō noceāt

Matt. 19
Ibidem
Lucæ 18

E Legimus certe de quibusdam diuitibus amicis Dei, qui transierunt foramen acus: sed hi non quæsierunt diuites fieri. Dominus etiam benedixit eis, quia omnia que habebant, ordinarunt in gloriam dei, in hospitalitatē peregrinorū, in vsum pauperū: p̄pter diuitias nihil facti superbiores nec iniustiores. Nec si etiam illas iterum amitterent (quod eos non amasse diuitias fuit indicium) facti sunt tristiores. Si itaq; illos imitari volueritis, eritis vos diuites salui omnes. Et contra difficultatem cameli per foramen acus transituri (vt habetur in comparatione Christi) si, vt apostoli, quæsieritis, Quis poterit saluus fieri? Audietis: Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Ego vero nisi alia signa in vobis videro diuites, qui estis auari, nullam habeo spem, vt foramē illud angustum cum diuitiarum vestrarum gibbo transeatis. Neque enim Zachæi, neq; Matthæi vos exempla inuitabunt, neq; etiam Christi terrebunt verba, vt mores vestros mutetis, vnde salutem vobis audeam promittere. Si nanque salus vobis futura est, necesse est primum vt prorsus in vobis fiat mutatio, vt ex superbis efficiamini humiles, ex diuitibus inflatis pauperes spiritu, ex austeris mites, ex p̄sumptuosis timētes, ex auaris liberales, ex duris corde, compatientes & misericordes. Quod quādiu nō video, nihil vobis audeo promittere aliud, quam quod dominus dixit: Quam difficile intrabunt diuites in regnum cœlorū. Et illud: Væ vobis diuites qui habetis hic cōsolationes vestras. Scio enim quod illud p̄pheticū vobis conueniat: Si Aethiops aut pardus potest mutare pellem suam, sic & vos potestis benefacere, cum dideceritis male, id est, credam vos misericordes in pauperes, & bona vestra distributuros, cum videro, & cum desieritis esse auari.

Diuitiis paupe amici Dei in ipsius gloriam vsi fuerint

Matt. 19
Lucæ 18

Ibidem
Matt. 9

Matt. 19
Marc. 10
Lucæ 18
Lucæ 6
Hiere. 13

Et quærebat Iesum videre, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

De Christi gloriosis miraculis, de eiusdem

idem suauissimis & verbis & moribus multa Zachæus audierat. Vnde cor eius inclinabatur ad Christum, desiderabatque illius habere notitiam ac familiaritatem, licet id fateri non auderet. Cupiebat itaq; videre Iesum, eiusq; suauitatē contēplari. Quod cū difficile ei esset in turba, ꝓpterea quod statura pusillus erat, ideo ad aliud quod sequitur sese conuertit consilium. Est tamen hic aduertendum, multos ęque impediri turba & societate peccantium, qui si inter pios viuerēt homines, cōuerterentur ad Christum. Sciamus igitur in turba non posse videri Christum: siue turba homines significet irreligiosos inordinatosq; sine lege, homines puta, qui secundum carnem viuunt, nihil in spiritu sapientes: siue sensus significet distractos & multitudine terrenarum curarum, imaginationum, phantasmatumq; varietate turbatos: ascendat super turbam, & impedimentis omnibus superior atq; potentior fiat oportet, vt Christum videat.

Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum, vt videret illum, quia inde erat transiturus.

F

Magnum erat desiderium Zachæo videndi Christum. Vnde q̃uis princeps esset ac diues, & inter suos honoratus, immemor tamen grauitatis, desiderio ac deuotione plenus, ascendere non erubuit sycomorum, hoc est, syluestrem ficum, q̃ Christum videret. Erat Herodi quoque desiderium vidēdi Christum. Nam de occasione sibi data Christū vidēdi, Christoq; loquēdi, est gauisus, sed ex deuotione haudquaquā hoc erat illi desideriū, q̄n potius ex vana curiositate, qua videre cupiebat aliquid rarum aut nouū. Proinde Euangelista dicit de eo, q̄d sperabat signū aliq̄d videre de Christo. Quod cū Christus nollet ostētare, spreuit ipsum Herodes cum oī exercitu suo, & in alba illum veste ceu fatuū Pilato remisit. Nō hoc modo Zachæus Christū videre concupiuit. Ad Christum eius alia erat mens, quam Herodis. Porro iuxta mysticum sensum intelligimus nobis in arborem crucis ascendendum, ea quæ Christus pro nobis passus est contemplando, atque nostræ fidei deuotionis atque amoris oculos pascendo. Ibi enim recte videtur Christus, ibi charitas, ibi misericordia eius agnoscitur, ibi humilitas, ibi patientia, ibi eius denique mansuetudo nobis declaratur.

Lucæ 23. Desideriū videndi Christū q̄ fuerit diuersum Herodi & Zachæo.

Ibidem

Crucis arbor quō mysticè ascendenda.

Et cum venisset ad locum, suspiciēs Iesus vidit illum, & dixit ad eū: Zachęe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Non casu aut fortuito accidisse putes, quod in arborē sycomorꝫ suspexerit Iesus. Sciebat enim quis ibi esset, sciebat q̃ ascēdisset ratione. Itaque suspiciens Iesus vidit Zachæum, non tam respectu corporali, q̃ respectu pietatis, qua Zachęi deuotionem probauit & desideriū. Vnde quō Zachæo bonū erat videre Christū, ita multo erat ei dē melius videri à Christo. Itaq; vidit Iesus Zachæū videntē se diligitq; diligētē se. Ideo autem Zachæus desiderabat videre Christum, quia scintillas dilectionis deuotionisq; guttas iā in cor eius Christus mittebat. Vnde diuini roris instillatione liquefactus animo erat Zachæus inquietus, nisi cito domini notitiam, gratiam aut familiaritatem assequeretur. Itaq; suspiciens Iesus vidit in arbore Zachæum, electū videlicet illud pomum: & mox ad illū cōuersus, benignitatē & dulcedinē suæ charitatis prærogans, dixit: Zachæe festinans descende. Ostendit diuinitatis sibi inesse virtutem Iesus: q in aliena terra constitutus, ignota nosceret, & cui om̃is creatura est nominata. Dicit igitur: Zachęe, noui te q̄s sis, noui te ex nomine, noui cur ascenderis arborem. Non solum me tibi videndum p̄beo, sed ad longe etiam maiorem tum gratiam tum familiaritatem te recipiam. Festinans igitur de arbore descende, quia hodie in domo tua materiali me oportet manere, qui iam in corde tuo recumbo. Mihi hodie & discipulis meis ministrabis cibū corporalē: ego v̄o te reficiam gratia & illuminatione perfectiori. Vide mansuetissimum, vide p̄ijssimum cor Iesu, quā nihil aspernatur hominem peccatorem, modo bonæ sit voluntatis. Nihil de peccatis illi veteribus, exprobrat, sed etiam pro merito illi imputat, si dignatur Dei gratiā à se non procludere, si Christū desideret recipere. Et quamuis de illius domo ac prādio parum esset dominus Iesus sollicitus, vt scilicet ibi manducaret: voluit tamen nouiter conuerso familiariter se benignum exhibere, atque plusquam desiderare auderet, præstare. Quando enim Zachæus suorum peccatorum sibi consci-

Zachæus cur Christū videre desiderarit

G

ius ausus fuisset sanctum Dei, quem venerabatur iam & amare incipiebat, ad conuiuium inuitare, nisi dominus seipsum vltro ad hoc exibuisset? Nouit enim Iesus reuera, cuiusmodi Zachæi erat desideriũ, licet Zachæus seipsum attendens, nihil huiusmodi præsumere audebat, vt ad se Christum vocaret. Illum igitur præueniens dominus Iesus, etiam quod ne cogitare quidem ad rogandum audebat Zachæus, hoc illi præter spem obtulit, quo fidem faceret eidem, ad integram se eum amicitiam recepisse. Sed nũquid filij hoc propter Zachæum fecit solum? Minime. Siquidem in Zachæo quod fecit, se ostendere voluit itidem singulis nostrum facturum. Voluit nos expectare à se, quod Zachęo vltro obtulit: paratum scilicet se esse, venire ad nos, & in domino nostræ conscientiæ recipi, ibi, habitare, ibique (si modo promptam illi obtulerimus voluntatem, feruentemque deuotionem) nobiscum conuiuari. Vide igitur bonitatem cordis Iesu.

Nihil optauerat Zachęus, nisi videre Christum. Non enim grandius aliquid præsumebat. Tantum aberat, vt dominum fuisset ausus in domum suam inuitare. Ad quã tamen misericordissima Iesu bonitas, licet verbis aut signis externis minime inuitata, desideratissima tamen inuitauit seipsam dicẽs: Quia in domo tua oportet me esse: q̃si humano modo loquẽs & affectu, ac si diceret: Nõ possũ me cõtinere, qn tecũ esse velim in domo tua. Propterea noli mihi morã facere, sed festinans descende, qa aliter fieri non potest. In domo tua oportet me manere. Quid nobis, filij, hac pietate dulcius? Quid hac benignitate optatius? Nõ spernit nos miseros, sed gaudet, & quasi mater desiderio aduenientis filij cruciat, vt redeamus ad ipsum. Nõne & hoc ipsum in parabola prodigi filij ostendit? Se em̃ comparatum vult patri, qui prodigo filio reuertenti occurrens, nihil delictorum illi exprobrãs, nihil minans suppliciorum, non illum terrens, non austere obiurgans, nec torue quidem aspiciens, sed vniuersæ offensionis pristinæ immemor, quantocyus festinauit, & ad amplexus illum recepit paternos: gaudens quod vel sero redeuntem filium post peccata reciperet. Itaq; q̃modo ille pater fecit in filio suo, ita nobis omnibus, si ad ipsum redierimus faciet deus. Ideo enim hanc parabolam (vt dixi) nobis retulit, q̃ disceremus quam simili, imo quam maxima quoque clementia, si ad illum redierimus, nos sit suscepturus.

Benignitas Iesu in receptiõe pœnitentium quanta. Lucæ 15

At ille festinans descendit, & excepit illum gaudens.

H Nihil audire Zachęus potuisset optatius, nihil sibi potuisse videbatur suauius contingere aut gloriosius, quam quod dominus Iesus, quẽ in cordis iam receperat hospitium, dignaretur pariter ad se in domum suam intrare. Quod vbi futurum audiuit, Christũ excepit gaudens. Discimus hic quandocunque à nobis, aut Deo aut proximo, siue obedientia, siue obsequium seu eleemosyna exhibenda fuerit, alacres & hilares occurrere. Hilarem enim datorem diligit Deus. 1. Cor. 9

Et cum viderent, omnes murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Bis murmuratores isti peccauerũt. Primo, in eo quod Zachæum iudicabant peccatorem, qui erat pœnitens & amicus Dei. Sed dicis: Quomodo aliter de illo sentire possent, q heri & nudiustertius publicanũ agnouerant? Dicendum: Potuerunt aliter, imo debuerunt aliter de Zachęo, aut de omni proximo sentire. Siquidem etsi præteritam vitam iudicare potuissent, quam sciebant malam, præsentem tamen eius animæ statũ iudicare non potuerunt: Quia conuersio hominis est momentanea: & nihil adeo est durum, quod misericordia Dei penetrare, emolire & sanare non possit: nihil adeo tenebrosum, quod non subito queat illuminare. Non igitur homines illi cor Zachæi videre potuerunt, qui erat iam pœnitens & Christi amicus. Idcirco illicitum erat eis iudicare, sed potius sperare debebant meliora. Vides quam ambiguum, quam incertum, & quam periculosum sit hominem iudicare? Tu igitur neminem in terra iudices, sed spera & crede vnumquenq; esse salutis suę memorem: vt q heri, imo qui paulo ante fuerit peccator, iam non sit peccator. Eam ob rem vt tutus à periculosis, Christus tibi iudicare prohibuit, dicens: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et Paulus: Nolite ante tempus iudicare. Itemque: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino (nõ tibi) stat aut cadit. Stabit autem, & cætera.

Murmuratorum peccatũ duplex

Iudicare alios q̃ sit periculosum.

Matt. 7 Lucæ 6 1. Cor. 4 Roma. 2

Stans

Stans aũt Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum.

I Perfecta ad Deum cõuersio radicem omnem amputat peccatorum. Cupiditas nanq; radix est & causa multis peccandi. Hanc vt eradicaret Zachæus, dimidiũ bonorum suorum in vsus promittit pauperum se erogaturum. Verum, quia eleemosynarum distributio Deo accepta non est de bonis iniustis: vbi fraudem proximo fecisti, ibi quod iniuste tenes, aut quod illici to ei abstulisti modo, primum teneris ei restituere. Quod nõ ignorans Zachæus, adiunxit: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vide hic quantum profecerit mox Zachæus à Christo illuminatus. Voluit aũt hoc propositum suum palam idcirco profiteri, quo Christum excusaret contra murmuratores, monstraretq; quãta Christus fuisset vsus sapientia circa se, quem non aspernãdo vt publicanum prætерisset, sed benigne alloquens, & seipsum in domũ illius non vocatũ inuitans (q̃d raræ maximeq; amicitię solet esse indicium) tanta mox ad pœnitentiã & cõuersionem mutatione se perduxisset, vt quantum temporalibus lucris olim inhiasset, tamen illis nudari iam desideraret. Neq; eñ promisit se daturum pauperibus, redditurũq; his quos fraudauerat, sed loq̃tur de p̃senti: Ecce, inquiẽs, do & reddo. Do eleemosynam, reddo fraudata. Et q̃uis primo reddenda sunt iniuste acq̃sita, vt Deo fieri possit eleemosyna accepta: & hoc in executione: tamen hic quo pronitatem ostenderet, nõ solum quæ debuit, sed quæ supererogare potuit ac voluit, dandi, pręmisit donationem in loquendo eleemosynæ, quã redditionẽ. Alio tamen ordine executus est, cõtra morem quorundam, contra quos Sapiens dicit: Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Et iterum: Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti.

Conuersio ad Deum perfecta qua fit. 1. Tim. 6

Prouer. 3

Eccli. 4

Ait autem Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat.

Salutem domui huic factam Christus significans, animã vult intelligere Zachęi, quæ desiderando, annitendo, amando, obediendoque salua facta est: quam hic Dei vocat ideo domum, quia Deus animæ est inhabitator. Venerat nanque saluum facere Iesus in mundum id quod perierat. Vnde maxime cum his conuersari debuit, q̃s ope sua egere, atque salutis quærere remedium nouerat. Quasi enim murmuratoribus respondere voluisset: Quid mihi, inquit, indignamini, quod hominem pc̃tõrem alloquor, quod ad illius hospitiũ non vocatus me inuito? Propter huiusmodi in mundum ego veni, non vt pc̃tõres maneant, sed vt conuertantur, & in me vitam habeant. Non aspicio, quæ hactenus pc̃tõr fecit, sed quid posthac facturus sit, obseruabo. Offero ei gratiam & amicitiam meam, quam vobis etiam omnibus, si vultis, offero. Si hanc recipit, si ad me accedit, si ex peccatore fit iustus, vos cur me calumniamini, quod ad hominem peccatorem diuerterim, cũ male iudicetis pc̃tõrem, qui Dei amicus factus est? Est enim Abrahę filius, non ex eius sanguine natus, sed fidei & deuotionis Abrahæ imitator. Dominus noster Iesus Christus nobis tribuat sui agnitionem, sui amorem, & ad se confidẽtiam, vt nihil nobis libeat, nihil nos afficiat, nisi quod & diuinam voluntatem oblectet, & nostræ saluti non repugnet, qui est benedictus in secula, Amen. *Ioan. 5*

SERMO IN EADEM SOlennitate. Templum dedicandum fore triplex: quaque reuerentia loca Deo dicata honoranda.

K Domum tuã domine decet sanctitudo. Psalmo XCII. Hodie charissimi festum agimus diem dedicationis huius domus. Nec noua est hæc festiuitas & obseruantia, sed vetustissima est, ab initio quo domus in templa cœperant Dei mutari, ad nos vsque deriuata. Tunc enim domus hominũ & ædes cœperunt propter abiiciendum vsum prophanum, sub quo ante fuerunt, aliqua solennitate renouari, & Deo dedicatæ in vsum diuinum ac Dei cultũ consecrari: vt sic minus licenter terrena ibi posthac agerentur negocia, vbi dño Deo semel fuisset sacrata domus aliqua. Est autem triplex domus, cuius dedicationis hodie agitur memoria. Prima domus est tem-

Dom⁹ Deo dedicãda triplex quæ sit.

plum hoc materiale, quod aut ex alia domo pphanis vsibus olim applicata, in Dei est templũ mutata:aut à nouo propterea, vt ibi sit cultus Dei, ibiq; administrentur ea, quæ nobis ad salutem sunt necessaria, est constructa. Neq; enim locum hic habet hæreticorum calumnia dicentium, omni loco esse orandum, nec orationi applicari domum debere singularem. Verum est fili ij in omni loco orandum, nec vllum esse vbiuis locum, quo non possit orari, nihilo minus congruum maxime fuit, Deo peculiarem assignari locum, quo conueniamus Christiani huius congregationis omnes, quo Deũ simul laudemus, simul oremus, & quæ petimus facilius ita in oratione cõiuncti (iuxta illud: Si duo vel tres consenserint super terram, pro quacunq; re petierint, fiet illis à patre meo) impetremus. Si enim aliis vsibus distinctas habemus officinas & habitacula, quomodo diuino cultui, diuinæque laudi non haberemus domum, vbi ad Deum oraturi accedamus, cõgruam atque peculiarem? Si tu, quamuis omni in loco cœnare aut dormire possis, habes tamen singularia, distinctaq; loca, vbi tibi cœnãdum, vbi operandum, & vbi dormiendum est: quare non haberes cum aliis multis vel vnam domum, cuius vel cõtemplatio, vel ingressus te mox admoneat ad orandum, ad laudandumq; Deum, quo etiam venias ad auscultandum de Deo prędicantem, moribusq; te sanctis instituentem? Nonne congruum est, quomodo pro phanis sunt rebus loca propria instituta, ita negocio Christi & animarum sit locus proprius, qui huic sancto studio docendi, qui etiam orandi exercitio tanto sit conuenientior, quo ab aliis fuerit quibuslibet negociis alienus? Iure igitur ac merito locus esse debet Deo, Orationi, Dei cultui, diuinæ laudi, sacrificiis, sanctæ eruditioni & sacramentorum administrationi institutus ad gloriam Dei & salutem animarum.

Matth. 18

L Legimus autem in veteri testamento, q etiam prophanã domũ, hoc est, prophanis vsibus accõmodandam qs ędificans, hanc sibi dedicabat. Inde est eñ illud, q dñs iturus in bellũ fecerit precone clamari: Si quis ædificauerit domum, & nondum dedicauerit eam, redeat ex prælio domũ, & domũ suam primo dedicet, ne fortasse illo mortuo inter præliandum, alius sibi dedicet istam domum. Erat aũt dedicatio illa noua rum huiusmodi domorũ nihil aliud q̃ initium illam domũ inhabitandi cũ aliqua solennitate & gaudio inter amicos. Quæ res ad Dei q̃q; domum est applicata, vt in dedicatione domus Dei, aut in eius dedicationis memoria, annua fit lętitia, spiritualisq; epulatio animarum in donis gratiarũ Dei, & in indulgentiis pctõrum. In cuius signũ in exteriori quoq; apparatu conuiuãtium amicorum & peregrinorum religiosa tũc solebat obseruari hospitalitas. Verum vtinam eadem nũc sit religiosa, vtinam nõ sit illa nimia nec sola. Est igitur tenendum dedicationem domus Dei, & altariũ in veteri testamento habuisse exordium & figuram, vnde cæremoniis legis trãseuntibus, multæ religiosæ obseruantiæ Iudęorum, licet alio fine ac nomine q̃ olim obseruãtur, quæ tẽpore Euangelii Christo & Ecclesiæ accesserunt. Nam vt nonnihil inde recenseam, Iacob Isaac filius sub lege naturę cõstitutus, & fratrem suum fugiens Esau in Mesopotamiam, vbi in itinere cõstitutus, sero iuit ad locum orationis gratia, simulq; & requiei, quo Abraham olim eius auus Isaac eduxerat, eundem ibidem domino, nisi iterum à Deo fuisset prohibitus, immolaturus. Ibi igitur ad dormiendum se reposuit. Vidit autem in somnis tunc scalã stantem super terram, & cacumen illius tãgens cœlum: angelos quoque descendentes & ascendentes per eam, & dominum innixum scalæ loquentem sibi. Qui quum euigilasset, dixit: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque ait: Quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Vocauit igitur locum illum Bethel, id est, domum Dei. Hic est locus (vt prædixi) quo Abraham immolare voluerat filium suum Isaac. Hoc in loco olim Dauid post numerationem populi, ira domini sæuiẽte, & peste vltra septuaginta milia hominũ percutiente, dominũ, vt contineret se ab interfectione populi, orauit: vidensque angelum euaginatum gladium in vaginam reponentẽ, dominum intellexit placatum. Empta igitur parte illius loci ab Ornan Iebusæo, altare domino cõstituens, obtulit victimas, dixitq;: Hęc est domus Dei, & hoc altare holocausti Israel. In eodẽ etiam loco in monte Moria dicto postea Salomon templum domino dedicauit. Vides quã peculari sibi modo, ac quodã priuilegio sanctitatis Deus lo-

Deut. 20

Dedicatio nẽ domus Dei & altariũ habuit in veteri testamẽto exordium.

Gene. 28

Gene. 22

2. Reg. 24

1. Paral. 21

3. Reg. 6

us locum illud per multas generationes, vbi tandem sibi templū construeretur, elegit? Est igitur omni veneratione ac deuotione locus ille etiam apud nos, qui templum seu domus Dei dicitur, habendus. Propterea enim, quia Deo dedicatus est, ideo nihil prophanum, nihil quod Dei cultum, Dei honorem, aut animarum non adferat salutem, ibi tractandum est. Quanta enim sanctitate templum suum à nobis velit obseruari Deus, ostendit olim tempore Mosi in dedicatione tabernaculi & altaris, quando populus in egressu de Aegypto morabatur in deserto. Tunc enim Mosi dominus præcipiens de sanctificatione altaris, dixit: Assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur altare holocausti, & labrum cum base sua, omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum. Quibus consummatis, operuit, inquit, nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moses ingredi tabernaculum fœderis nube operiente & maiestate domini coruscante. Vides quomodo domino hæc consecratio, dedicatioque tabernaculi (licet non fixum erat, sed resolutum à Leuitis portabatur in itinere, & rursus erigebatur) placuit qui coruscatiōe maiestatis suæ ea quę facta erāt palam probauit? Lege quoq; templi dedicationē tempore Salomonis, quod miris atq; incredibilibus sumptibus erat extructum, quippe vbi nihil erat, quod auro non esset opertū, aut quod nō ex purissimo auro esset fabricatū. In cuius constructione Salomonem dn̄s adhortans confortauit. Huius dedicatione quoq; admirabili solēnitate celebrata, vbi Salomon dn̄m, vt templum hoc clementer aspiceret, & petitionibus multiplicibus enumeratis, in illo orātes nunquam non exaudiret, locūq; ipsum singulari benedictionis excellētia dignaretur, orasset: non sine ostensione maiestatis suæ, qua facta, qua à se petita, & qua oblata sibi in vniuersum grata, acceptaq; esse & rata semper fore cōmonstrauit. Deinde quum in Babylonē abducti essent Iudæi, dirutoq; à Chaldæis templo, post septuaginta annos solu ta iterũ captiuitate illa Babylonica sub Cyro & Dario regibus Iudæi redeūtes denuo templum ædificauerunt, & dn̄o dedicarūt. Quod vbi sub Antiocho Epiphane spoliatum, prophanatum, & quo ad multa dirutum rursus fuit, Iudas Machabæus altari nouo cōstructo, quicquid demolitum fuerat, reparauit, mundauit, templumq; vasis nouis ornauit, ac iterum dn̄o dedicauit. Et hæc est domus, quam post annos multos dominus Iesus intrans, & emētes, vendentesq;, hoc est, negociatores ibi inueniens, flagello de funiculis facto omnes eiecit, dicens: Domus mea domus orationis vocabitur: vos aūt fecistis eā speluncā latronū. Vides nūc quō templum dn̄s Iesus suā domū vocat, quō pro illa, vt casta maneat ac pia, vtq; nihil in ea, nisi propter q̄d ædificata atq; dedicata est, fiat, zelatur: quamuis in illo tēplo, aut alio quouis anteriori nihil, cuius gratia tanta deberetur illi loco veneratio, haberetur, quod ad nostri templi dignitatem posset comparari? Nihil enim ibi nisi quod figura esset eorum quæ sunt noui testamēti, sacrum continebatur. Mactabant & immolabant pecudū carnes, ponebāt panes propositionis, nutriebāt ignē in altari, incēdebāt luminaria, lauabāt se, purgabāt se hostijs, iudicabantur de lepra, aut non lepra. Verũ in his omnibus nihil erat, q̄d sub nouo testamēto in nostris agitur templis. Siquidem nobiscum est, & in templis nostris offertur hostia viuēs, caro & sanguis domini nostri Iesu Christi, panis q de cœlo descendit. Ibi administratio fit sacramentorum, pc̄tōrum remissio, prædicatio Euangelij, ibi baptismus, & huiusmodi alia omnia sacra. Et idcirco in templo nobiscum medicinalium vnguentorũ est apotheca, vnde infirmis succurrit. Sunt enim in Ecclesia sacramentorum remedia, quibus variæ infirmitates curātur. Alij em̄ infirmi sunt ad pugnādum, quibus datur confirmatio. Alij ad viuendum, quibus administratur panis vitę seu Eucharistia. Alij ad continendum, quibus datur matrimonium. Alij morbis alijs varijsq; languent, qui confessione purgati sanantur. Ad hæc om̄ia aliaq; similia morborũ genera, est medicinarum, vnguentorum, aromatumque pœnu q̄ddam, vbi eadē seruētur, templum s. Deo dedicatum. Secundo, Dei templū apud nos cœlestium est thesaurorū gazophilacium. Ibi enim veniæ & pc̄tōrum remissiones administrant, ibi dona spūs sancti, ibi sanitatū beneficia impetrant, ibi exaudiuntur ad Deum factæ orationes. Tertio est schola cœlestium pręceptorum, & eruditionis salutaris. In templo enim docetur

Marginalia (left): M ... in Deo ... tenda. — Leuit. 10 — 3. Reg. 8

Marginalia (right): 1. Mach. 4 — Ioan. 2 Matth. 21 — Lucæ 19 — Exod. 24 Exodi 25 Leuit. 6 Exod. 25 — N Tēpla Euangelicæ legis quibus digni tatibus excellant veteris legis templum. Ioan. 6 — Apotheca vnguentorum. — Gazophilatiū cœlestiū thesaurorum. — Schola cœlestiū præceptorum.

cet Euangelium, obseruantia mandatorum Dei, eruditio sacra multiformis, vnde alij terreantur, alij compungantur, alij lugeant, alij gaudeant, alij inflammentur Dei amore, alij consolationibus repleantur.

Aula Dei. Quarto, est ibi aula cum Deo colloquendi, Deum laudandi, Deum colendi, Deum orādi.

Curia angelorum. Quinto, quia ibi Christi, angelorum sanctorum, electorumque est curia. Ibi enim moratur, ibi offertur ac immolatur ille qui dicit: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. (Matth. 28) Ibi angeli sancti psallentibus, Deumque laudantibus assistunt. (Gene. 28) Ibi Dei electi ardentibus desiderijs se Deo cōiungunt. Propter hæc omnia rectissime dicitur domus Dei, domus ad hæc omnia Deo dedicata: cuius dedicationis hodie annua dies agitur. Vnde lætamur, Deum laudamus, Deoq; gratias agimus.

Dom⁹ Dei spiritualis quę sit. Secunda domus Dei est populus ille, atque hęc sancta congregatio in hanc Ecclesiam adunata, id est, vos, scilicet, qui sub vno pastore aut prælato gubernamini, docemini, atque pascimini. Et hęc est Dei domus spiritualis, quæ in materiali hac domo Dei, siue per templum hoc significatur. Hoc templum spirituale Christus sibi construxit, adunauit, atque dedicauit per adoptionem & sanctificationem omnium animarum saluandarum, quæ ex præteritis, præsentibus, & futuris electis Dei in vnitate fidei & charitatis in vnam hanc Ecclesiam, vniuersalis Ecclesiæ filiam, colligitur, quæ tamen cum vniuersa Ecclesia non nisi vna est, & ad distinctionem aliarum singularium Ecclesiarum (quēadmodum etiam reliquę Ecclesiæ) est pars tantum Ecclesiæ, quæ simul tamen omnes vnam Ecclesiam generalem constituunt omnium matrem. Comparatione itaq; totius Ecclesiæ, hæc Ecclesia nostraque congregatio pars seu filia est totius Ecclesiæ, eidem vt filia subiecta, quippe quæ eodem spiritu sanctificatur & regitur.

O

Tēpli spūalis dedicationis festum quō agatur. Huius Ecclesiæ dedicationis festum agere filij, nihil aliud est, quam cum gratiarum actione in hymnis & laudibus rememorari beneficij diuini, quo Deus plebeculā hanc vocauit in sui agnitionē, quo etiam donauit ei non solum credere in se, sed & se, hoc est, Deum diligere, populum Dei esse, Dei mandatis obtemperare, & pro eiusdem amore laborare & pati.

Bernard⁹. De hac igitur festiuitate audi quid Bernardus deuotissimus sentiat, dicens: Festiuitas hodierna fratres tanto nobis esse debet deuotior, quanto familiarior est. Nam cæteras quidē sanctorum solennitates cum Ecclesijs alijs habemus communes, hæc vero sic nobis est propria, vt necesse sit vel à nobis eam, vel à nemine celebrari. Nostra est, quia de Ecclesia nostra: magis autem nostra, quia de nobis ipsis. Miramini forsitan & erubescitis festa celebrari de vobis: sed nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. (Psalm. 31) Quid enim lapides isti potuerunt sanctitatis habere, vt eorum solennia celebremus? Habent vtiq; sanctitatem, sed propter corpora vestra. An vero corpora vestra sancta esse quis dubitet, quæ templum sancti spiritus sunt, vt sciat vnusquisq; possidere vas suum in sanctificatione? (1. Cor. 6; 1. Thes. 4) Itaque sanctæ sunt animæ, propter inhabitantem spiritum Dei in vobis. Sancta sunt corpora propter animas: sancta est etiam propter corpora domus. An experimentum quæritis eius, de qua loquimur, sanctitatis? Multi certe vestrum de peccatis exiere, in quibus computruerant, sicut iumenta in stercore suo, iam vero conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. (Ioel. 1; Hebr. 11) Quid mirabilius, quando is qui prius vix per biduum poterat à luxuria, crapula, & comessationibus, & ebrietatibus, à cubilibus, & impudicitijs, cæterisque similibus & dissimilibus vitijs continere, nunc ab eis multis continet annis, tota vtiq; vita sua? (Roma. 13) Et quanquam hæc superiora ad monachos loquatur Bernardus, apud quos pfectior est cōuersio, inueniūtur tamen inter nos filij (vt credo) non pauci quoque, qui præteritam & in peccatis male actam vitam exosi, pœnitent operum suorum: studentque summopere, quæ lugent & detestantur, eadem non iterare. Quid hi, inquam, per conuersionem & gratiam spiritus sancti aliud quam domino Deo sunt dedicati, atque eius proprij effecti? Videte igitur si non recte dedicationis huius diem cum gaudio & festiuitate celebrent? Beatus enim populus, non cui prōptuaria sunt plena, aut cui prospera tantū affluūt & cūcta fortunata, sed cui dn̄s Deus eius. (Psalm. 143)

P

Huic igitur digne festum agamus diē, qui nos in ꝓprios sibi assumpsit, dicēs: Et ego ero illorum Deus, & habitabo in eis: nobis dicētibus: Nos autem populus tuus sumus, & oues pascuę tuæ. (Apoc. 21; Psalm. 94) Nam quando per manus episcopi primum

mum hæc domus materialis domino dedicata est, nulli dubium sit propter nos hoc factum esse: nec propter illos tantum qui tunc fuere præsentes, sed propter nos, qui sequuti illos sumus: imo & propter eos, qui nos sequentur, & quicunque hoc in loco vsque in finem seculi domino sunt seruituri.

mplum imæ ando o dedi tur.

Tertia domus Dei est, quæuis anima sancta, quæ dedicatur, consecratur Deo in baptismo, efficiturq; templum spiritus sancti, & habitatio Dei. Huiusmodi domus fuit Zachæus, cuius laus & memoria est hodie in Euangelio: de quo refertur etiam, quod hodie salus huic domui facta est, vbi diuinæ in se gratiæ respectum accepit. Huius dedicationis festum agere, nihil aliud est quam beneficij diuini accepti memorem esse, quo te gratia sua vt inhabitaret, elegit. Hanc igitur domino domum ornemus filij, quomodo ornaretur palatium regium, quod rex aut Imperator venturus esset ingressurus. Si enim tantopere regis curatur habitatio, vt munda sit, vt amœna, vt ornata, quanto decet ornatu illam venustari, quam sibi elegit Deus? Simus igitur mundi corde & immaculati, vt templum Deo dignum esse mereamur, cui nihil insit inquinatum aut immundum, quod abominetur dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula,

A M E N.

Sermonum D. Ioannis Lanspergij de Tempore partis Æstiualis, F I N I S.

IN FESTO SANCTI ANDREÆ APOSTOLI, EPISTOLA B. Pauli Apostoli ad Romanos X.

1. CORDE creditur ad iustitiam, ore au-
tem confessio fit ad salutem. Dicit enim Esaiæ 28
scriptura: Omnis qui credit in illum,
non confundetur. Non enim est distin-
ctio Iudæi & Græci. Nam idem domi-
nus omnium, diues in omnes qui inuo-
cant illum. Omnis enim quicunque in- Ioel. 2 Actor. 2
uocauerit nomen domini, saluus erit.
Quomodo ergo inuocabunt, in quem
non crediderunt? Aut quomodo credẽt
ei, quem non audierunt? Quomodo au-
tem audient, sine prædicante? Quomodo vero prędicabunt, nisi mittan
tur? sicut scriptum est. Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Esaiæ 52
Euangelizantium bona: Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias
enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu. Esaiæ 53
Auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Nunquid non audie-
runt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis Psalm. 18
terræ verba eorum.

A

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

AD Romanos Paulus apostolus scribens, vbi dixerat, eum qui Christi crederet resurrectionem, oreq; cõfiteretur, saluum futurum, in eã quæ hodie legitur lectionem continuat, & quasi huius rationẽ adijciẽs. Corde, inquit creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Si enim iustus ex fide viuit, & si ex fide iustificatur homo, recte dicitur om̃em illum quisquis Deo & his quæ scriptura sancta tradit, & quæ Ecclesia, corde præbuerit assensum, crediderit q; ac sese eisdem subiecerit, habere in se iustitiam. Compertissimum autem est nobis, quicquid sumus, quicquid possumus, & quicquid habemus, habere nos à solo Deo. Vnde ei obedientiam, laudem, gratitudinem, amorẽ & cultum debemus, & hoc corde, ore & opere. Non possumus autem magis Deo intellectum nostrũ subdere, quam vt illum hoc modo captiuum redigamus in obsequium Christi per fidẽ: puta vt Deo propter Deum, & scripturæ sanctæ propter eũdem credamus, in rebus etiam obscuris, arduis & intellectui repugnantibus: vbi plures nos fortasse secundum naturalem rationis discursum obsistunt difficultates, adeo, vt credendi nullã aliam inueniamus rationem, nisi quia dominus dicit, Deus dicit, veritas dicit, quæ fallere neq; vult, neq; potest. Eam ob rẽ, fides tãti est meriti, atq; initium salutis nostræ, quia credimus quod nescimus, quod non capimus, cuius rationem deniq; inuestigare non possumus: & quia dignum & veracem habemus eum qui nobis hanc fidem & credendi formam tradidit. Itaque corde creditur ad iustitiam, quę hominem hic iustum facit, & ad salutem parat: ore autem fit confessio ad salutem. Vnde credere Deo vtiq; dat salutem, quia iustitiam parit, quæ salutis est causa, si tamen quod corde credit, ore confiteatur. Neq; enĩ solo

2. Cor. 10

Fides quãti sit meriti.

corde Deo subiecti sumus, sed om̃ia mem
bra nostra, hoc est, quoduis membrum in
officio & actu suo domino cõfitebitur, at-
que suū officium faciens, domino sese pro
fitebitur subiectum, dñiq; creatoris sui fa-
tebitur seruū. Quod aūt ad oris attinet cõ-
Confiteri quid sit. fessionẽ, hoc est, confiteri, dicere, q̃d habes
in corde. Si enim aliud habes in corde, ali-
ud dicis, loqueris quidẽ, non aūt confite-
Confessio triplex quæ sit. ris. Qm̃ vero triplex est cõfessio, hic nõ ac-
cipitur confessio pro accusatione suorū de
Psalm. 31 lictorū, de qua Psalmus, Dixi, inquit, confi
tebor aduersum me iniustitiam meam do
mino: nec pro confessione laudis, seu pro
gratiarū actione, de qua Christus loquẽs,
Matth. 11 Confiteor, inquit, tibi pater dñe cœli & ter
Lucæ 10 ræ. Sed accipitur pro credendorum prote-
Confessio q̃d signet hoc loco. testatione, vocaliq; assertione eorum, quæ
credenda sunt. Horum confessio, id est, ma
nifesta oris asseueratio, parat salutem. Scri
ptum est enim: Quicunq; credit in eum, si-
ue gẽtilis sit is, siue Iudæus, fidei & spei suę
in Christū nõ erubescet, nec huius fidei p̄
brum habebit, aut ignominiam. Nõ enim
est distinctio Iudæi & Græci: hoc est, non
certa lex pręscribitur de saluandis homini
bus, sed indistincte propheta loquitur, di-
cens: Omnis, id est, quicunq; in eum credi
Ioel. 2 derit, siue Iudæus fuerit, siue Paganus. Ni-
hil enim distat inter credentes cuiusmodi
ante fuerint, modo saltem credant vere in
dominum Iesum Christum. Ex vtroq; nã-
que populo quicunq; syncera fide, iustisq;
operibus adhęserit Deo, saluus esse potest.
QuodPetrus testatur quoq; apostolorum
Actor. 10 princeps, dicens: In veritate comperi, quo-
niam non est personarum acceptor Deus:
sed in omni gente qui timet Deum & ope
ratur iustitiam, acceptus est illi. Nam i-
dem est dominus omniū, tam Iudæorum,
quam Gentilium, diues & liberalis, q pos-
sit ditare omnes, qui inuocant illum. Ali-
Inuocare quid. quid plus est inuocare, quam credere. Ne-
mo enim illum inuocat, in quem non cre-
dit. Credere enim dat remissionem pecca-
torum: inuocare autem Deum, Dei quoq;
B impetrat promissa. Itaq; cum prope
Psal. 144 sit dominus, iuxta Psalmum, omnibus in-
uocãtibus eū: & Ecclesiasticus dicat: Quis
Eccli. 2 inuocauit illum, & despexit eum? magna fi
ducia ad thronum gratiæ eius monemur
Hebr. 4 accedere. Omnis enim quicūq; inuocaue-
rit nomen domini perseueranter, saluus e-
rit: nunc quidem in spe per Christi grati-

am, quę tandem illum ducet quoq; ad glo
riam. Verum, si inuocatio domini, vt pro-
pheta ait, saluet, primum necesse erit ei, qui
inuocare debet, vt in eum qui inuocandus
est, credat. Nemo enim eum in quem non
credit inuocat. Ideo sequitur: Quomodo
autem inuocabunt, in quem non credide-
runt? Neq; enim nisi inuocent, saluabun-
tur. Aut quomodo credent ei, quem non
audierunt? hoc est, cum illis nihil de Chri-
sto sit dictum. Credere enim est ex auditu.
Quomodo enim audient sine prædicante?
Haudquaquam enim audient, nisi sit qui
Christum prædicet. Postremo, quis prę
dicet nisi missus? Contra rationem nanq;
est Apostoli, vt prædicet non missus nun-
cius, præsertim cum suo vt quis ministerio
dignus sit, fructumque faciat, necesse sit ei
virtutem eius qui illū misit adesse. Hæc
omnia Apostolus illuc refert, quo confu-
tet eos, qui ad Gentes incircuncisas nega-
bant mittendos esse præcones Christi: o-
stendens salutem per Dei gratiam non Iu-
dęis tantum, sed omnibus etiam aduenisse
Gentibus. Salus igitur, inquit, est ex inuo- Salus vn de proueniat.
catione, inuocatio ex fide, fides ex auditu,
auditus ex prędicatione, prędicatio ex mis
sione: quo totum postremo emanet, quic-
quid salutis est nostræ ex fonte gratiæ, si-
cut scriptum est: Quam speciosi sunt (pul-
chritudine scilicet virtutum, ornatuq; mi-
raculorum) pedes & gressus apostolorum,
& Euangelistarum, pacem nunciantium
inter Deum & hominem, humanique ge-
neris reconciliationem in Christo factam.
Euangelizantiumque bona futura cœle-
stia credentibus promissa. Apostoli itaque
omnibus Euangelizant. Sed non omnes Esaias 53
obediunt Euangelio. Esaias em̃ dicit: Do-
mine, quis credidit auditui nostro? Quo-
tus credit? quam rarus vere credit? Ergo fi-
des est ex auditu: auditus v̄o interior, quo
quis ea, quæ docentur, & quæ aure corpo-
ris perceperit etiam intra cordis assensum,
& in affectu mentis recipit, est per verbum
prædicationis Christi, quod intus men-
tem illuminat, inuitat ac trahit. Et Esaias
quidem dicit paucos credidisse. Ego vero
dico: Nunquid propterea hoc illis conti-
git, quod prædicatorem non audierunt?
Nunquid illis non pręedicatū est? Prædica-
tum est vtiq;. Audierunt quidem, sed cre-
dere noluerūt. Idcirco inexcusabiles sunt.
Audierunt certe, non solum hi qui proxi-
mi,

Psalm.18 mi, sed etiã qui longissime habitant. Quandoquidem in omnem terram exiuit sonus prædicationis apostolorum, & in fines orbis terræ audita sunt apostolorum, eorundemque discipulorum verba, quemadmodum Christus iusserat, dicens: Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & Galilæa, & vsq; ad vltimum terræ. Lucæ 24 Actor. 1

EXEGESIS EVANGELIJ in Festo Sancti Andreæ apostoli, Matthæi quarto.

C Ioan. 1

ANDREAS apostolus omnium primus ex his qui futuri erant apostoli credidit in Christum. Adeoq; credidit, vt illi curæ q̃q; fuerit, fratrem suũ germanum quem amabat, ad Christum adducere. Quod haudquaquã fecisset, nisi fuisset magnæ fidei, & in Christo inuenire se sensisset salutem, cuius fratrem suum optabat esse participem. Est autem aduertẽdum trina vocatione Andream, nonnullosque alios à Christo vocatos. Nam quum Ioannis Baptistæ primo esset discipulus Andreas, accidit quadã post Christi baptismum die, stare Ioannem cum duobus suis discipulis, quorum alter fuit Andreas. Alterius nomen non exprimitur, fortasse quod parum fuerit illud insigne, aut quia Euangelista hic ipse Ioannes fuit, qui in suo Euangelio suum vbiq; tacere solet nomen. Baptista itaq; Ioannes, qui superioribus diebus turbis testimonium perhibuerat Christo, quia ipse esset agnus Dei tollens peccata mundi, nunc etiam videns Iesum iuxta Iordanem ambulantem, suis de Iesu loquitur discipulis, dicẽs: Ecce agnus Dei. Quasi diceret: Ecce inter pctõres innocens, inter reprobos iustus, inter impios sanctus, mansuetus inter crudeles, qui ad saluãdos nos aduenit medicus. Hic enim tollet peccata mundi: hic sicut agnus ad victimã ducetur, nec aperiet os suum, vt à peccatis nostris lauet nos in sanguine suo. Hæc enim suis dicebat discipulis Ioannes, quo eos à zelo, quem à se tanquam ad magistrum suum habebant, auerteret, & ad Christi amorem, pariter ac imitationem converteret. Ac si diceret, aut quasi eos intelligere verbis generalibus vellet: Vos filij cur me, qui pœnitentiam tantum peccatorum prædico, qui in aqua tantum baptizo, miramini? Cur non magis illum diligitis, illum sequimini, qui tollit peccata mundi? qui baptizat in spiritu sancto? qui causam nostrã malam in se suscipiens, ad hoc in mũdum venit, vt nos reconciliet Deo? Ecce agnus Dei, quem nos sequi conuenit. Plus nanq; eos voluit Ioannes intelligere, quam se dicere. Nam optabat vt ad Christum se conuerterent, idq; facerent sua sponte ex amore, & non alieno ex imperio, non quasi vt placerent Ioanni, ex necessitate id facerẽt.

Idcirco Andreas & alius discipulus mox Christum secuti sunt à Ioanne abeuntes. Quo mansuetudo, deuotio, atque humilitas eorum nobis insinuatur, qui tam cito verbis magistri acquiescentes, & non tam imperio eius, quam voluntati obedientes, feruore desiderij trahuntur ad Christum. Maluerunt nanque relinquere Ioannem magistrum suum, quam non audire & sequi Christum. Itaque relinquentes Ioannem, non tam gressu corporis, quam studio imitationis sequuti sunt Christum. Deuotio apostolorum Christum sequentiũ quanta.

Quum itaque Christum Andreas cum alio discipulo sequeretur, Iesus qui eorum corda ad se trahebat, conuertit se ad eos & perbenigne interrogãs, Quid, inquit, quæritis? Nihil dubitãs interrogat quod discere velit, sed ad familiaritatẽ eos nititur inuitare, eorum sitiens salutem & perfectionem, & vt exhibeat cunctis ad se venire volentibus fiduciam accedendi, quoniam benignus & misericors est. Videbat discipulos hos verecundos ac timentes, deuotos tamen. Quapropter vt illis animum adderet, prior eos alloquitur, & dicit: Quid quæritis? Quasi diceret: Paratus sum filij ad voluntatem vestrã. Noui enim cur venitis. Veruntñ, dicite ipsi, quid quæritis? Dicunt ei: Rabbi, vbi habitas? Ac si dicerent: Eruditionem tuam quærimus. Sed primum discere volumus vbi habitas, quo sæpius posthac te valeamus conuenire. Et mox dicit illis Iesus: Venite & videte. Videte miram simplicitatem discipulorum Christi. Videte quam etiam à Christo procul absit omnis circumuentio, fraus & impostura in vocatione discipulorum. Attendite tandem quid interrogent: Rabbi, inquiunt, vbi habitas? Interrogasse Christ apostos qd signet. Ioel. 2 Simplicitas quorundam apostolorum quanta fuerit.

bitas? Non interrogāt: Vbi est domus tua? Domum enim propriam nō habuit Christus, sed habitauit vt viator in aliena domo. Sequebantur igitur illum, & manserunt cū illo die illa & nocte. Hæc prima fuit vocatio Andreæ ad notitiam Christi, ad quem ilico quam primum potuit, fratrem quoq; suum Simonem adduxit. Secunda fuit vocatio Andreę ad familiaritatem Christi, quando scilicet Christus ad stagnum Genezareth stabat, & turba præmente ac impellente nauem vnam intrauit, quæ erat Simonis: Qua à terra paululum abducta, ex naui docebat turbas. Tandem sermone finito, vt laxarent retia sua in capturā piscium iussi piscatores, Andreas & Simon Petrus ceperūt grandem multitudinem piscium. Subductis igitur ad terram nauibus, relictisq; omnibus Christum reuerentiæ gratia prosequuti sunt, animo tamen redeundi ad propria. Quod & fecerunt.

Lucæ 5. Apostolos quomodo Christus ad sui vocauerit familiaritatem.

D

Matth. 4

Tertia vocatio est, de qua loquitur hodie Euangelium, vbi Christum Andreas, Simon, Iacobus & Ioānes sequuti sunt, post hac ad suos non redituri. Ait itaq; Euangelista Matthæus:

Ambulās Iesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres, Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erāt enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

Satis congruebat captores atque piscatores piscium, mutari in piscatores hominum. Verum, nō minus erat mirabile simplices, illiteratosque homines, innocentes, & haudquaquam callidos mutari in prædicatores & doctores mundi, qui mundi principes & sapientes ad fidem conuerterent, & doctissimos quosque facerent elingues. Aduerte tamen, quod dominus Iesus futuro tempore promittens se illos facturum piscatores hominum, præmittit: Venite, inquiens, post me, hoc est, sequimini me affectu & imitatione, ambulate, vt me videtis ambulantem, relinquendo omnia terrena, relinquendo etiam & abnegando vosipsos, & ad Euangelicam omnium perfectionem virtutum anhelando. Quod vbi feceritis, faciam vos piscatores, non pecuniarum, non beneficiorum, non prelationum aut honorum, sed piscatores hominum. Per rete enim prædicationis sanctæ, pisces, id est, homines extrahuntur de profundo pelagi. Quid enim seculum ac vita præsens aliud est, quam pelagus aut maris profunditas? Ibi perturbationes multę, ibi tentationes, ibi fluctuum procellæ & tempestates. Quæ certe nemini non amanti Deum occurrunt omnia.

Piscatores cur Christus fecerit prædicatores.

Sequi Christum quid sit.

Seculū pęsens cur mari comparetur.

B

Hæc itaque oportet sustinere, & vincere omnia, cum qui vel transfretādo duntaxat in mari nauigat. Quanto magis aduersa illum pati necesse est, qui ex hoc pelago pisces capere atque ad littus educere satagit, qui submersas animas in profundo peccatorum, inuolutasque mundi fluctibus extrahere, atque ad littus, hoc est, ad Christum contendit reducere? Hoc re vera est negocium negociorum, afflictio & angustia spiritus, pressura cordis, solicitudo mentis, & inopia consilij. Sed quibus? Deum timentibus, Dei honorem & animarum salutem zelantibus, agnoscētibus se animarum esse pastores, qui pro ouibus sibi creditis rationem sunt Deo redituri: de quorum manibus, si ouium quæuis perierit, sanguis, mors, damnatioque requiretur, si tamen ipsorum negligentia perierit. Solis igitur ambitiosis, Deum post tergum suum proijcientibus, solis mundanis, & vt ex animo loquar, solis animalibus, ne dicam impijs, spiritum non habentibus, optabilis est prælatio, piscatio, curaque animarum: quia hi soli sibi sufficere videntur propterea, quod nesciant, quid sit animarum cura, nesciāt compati afflictis, nesciant subuenire tentatis, nesciant consolari infirmos, nesciant oppressos liberare. Temporale dominium, lucra temporalia, honores & libertates solas diligūt: porro, oues custodiat, qui custodit Israel. Hi, inquam, ad prælationes & curas (rectius dicerem ad negligentias, imo ad corruptiones animarum) anhelant, quia mūdi, temporaliumque rerum amore, tanquam voragine absorpti, in quibus periculis versentur, nesciunt.

Negocium negociorum quādnam sit.

Prælatio quibus solis optabilis sit.

Psal. 120.

At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum.

Vide & admirare celerem obedientiam Andreæ, aliorumque apostolorum Christum sequentium. Reliquerunt omnia, vt Chri-

Obedientia Andreę & sociorum eius velox vt lucris. Philip. 1

Christum lucrifacerent. Fortasse dicis: Quid reliquerunt? Parum habuerunt, quo modo, inquis, multum reliquerunt? Reliquerunt certe multum, quia omnia reliquerunt. Totum quod habuerũt, & quod habere potuerunt, reliquerunt. Quid his plus relinquere potest, qui cẽtum etiam licet milia ducatorum relinquat? Nihil minus reliquit is, qui solidum vnum, si hunc solum habeat, propter Deum relinquat. Nonne & dominus Iesus veritas ipsa idipsum testatur? Sedebat in templo aspiciẽs, quomodo in gazophylatium homines pij munera mitterent, singuli iuxta aut facultatem, aut voluntatem, aut deuotionem suam. Accessit quædã mulier vidua, quæ duo nummismata sola habuit, & hæc in gazophylatium obtulit. Dixit igitur dominus discipulis suis: Hęc vidua plus singulis his qui miserunt, hoc est, qui munera obtulerunt in gazophylatium, misit. Reliqui enim omnes de his quibus abundabãt, obtulerunt. Parum igitur aut nihil læsi sunt. Porro, hæc mulier vidua quicquid habuit, obtulit. Duo minuta, aut duos obolos solos habuit, quos offerens, prorsus egenam & se nihil habentem effecit. Dedit igitur Deo offerens duos obulos, plus quam Zachæus, qui dimidium suorum dedit bonorum pauperibus. Hoc modo tu quoq; des Deo, aut pro Deo relinquas quicquid possides. Non enim pensatur quantum offeras, sed an totum relinquas, totum Deo offeras. Ille totum offert, qui nihil sibi seruat, & habendi quoq; aliquid animum sibi interdicit.

Ioan. 14

Luce 21

Luce 19 offerre ... in Deo ... eamus

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

F

Magna obedientiæ commendatio, Christum conciti vocantem sequuntur, ea quæ habebant, & quod his dulcius erat patrem, matrem propterea relinquentes. Sed videamus, quomodo Andreas sequutus fuerit Christum. Nempe amando, quo non tam sequutus Christum, quam Christo adhæsit. Compertissimum est, amantium neminem suauiter abesse posse amato. Volunt enim, optantque semper amantes esse simul. Videmus hæc in carnali, sensualiq; amore. Non possunt amantes separari. Accurrunt sibi vicissim, conueniunt, diuidi nequeũt difficultate quacunque, quam præ amore cõtemnunt. Sic Andreas postq̃ agnouit veritatem, vbi Christum amare didicit, neque de parentibus, neque de amicis, de domibus, aut de re vlla creata solicitudinem, curamve habuit. Inuentum enim hunc thesaurum, cuius fratrem quoque suum esse participem voluit, Christum mũdo, omnibusq; quæ in mundo sunt, prętulit. Placuit illi Christo, Christus quoque placuit Andreæ: ideo amicitiæ huius, mutuoque se amantium facilis fuit conuentio. Propterea Iesum sequutus est Andreas amore. Siquidem amor per spinas & tribulos, per ignem & aquam sequitur. Quare ei qui vere Christum amat, non potest tam durum aut molestum aliquid occurrere, quod non vincat amor, quod amor non penetret. Siquidem cuncta leuia, imo suauia quoque facit amor, quæcunq; alioqui grauia quis & grauate ferret. Secundo sequutus est Andreas Christum virtutum imitatione. Quippe, qui vitæ Christi, eiusque conuersationi deuotissime studuit conformari. Sequebatur enim Christum, hoc est, imitabatur non aliter, quam si quis artificem, pictorem, scriptoremve magistrum suum, pingendo, atque illius artem imitando in se conetur exprimere. Hoc modo beatus est dominum imitatus apostolus Andreas: quia virtutes quas in magistro virtutum didicerat, in se studebat exprimere. Quid enim contulisset Andreę corporalis gressus, ambulatioque post Christum, si virtutes illius non studuisset imitari? Aut si vitæ innocentiam, humilitatem, maturitatem morum, humilitatem, mansuetudinemque Christi, non studuisset assequi, quid profuisset post dominum ire? Tertio, sequutus est Christum passione, quia quemadmodum Christus pro Andreæ, omniumque salute mortuus est, ita, vt testimoniũ ferret Christo Andreas, mortem lætus excepit.

Andreas ... secu... fuerit Christũ, ... adhę... sit.

Ioan. 1

Amor cũcta aspera leuia reddit ac suauia.

S. Andreas vti Christum secutus sit imitatiõe virtutum.

Passione vt sanctus Andreas sit Chrm sequutus.

De triplici illa imitatione aut sequela, nempe corporis, virtutum, & passionis, dicit dominus: Si qs vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Si quis, inqt, post

G

Imitatio Christi triplex q̃ sit.

Lucæ 9

me vult venire: si me vult seq, vt vadat quo ego vado, introeat vbi ego introeo, & vadat, vbi ego sum, illic sit ipse quoque minister meus. Itaque qui hoc primo cupit me sequi modo, secundum quoque adijciat. Abneget semetipsum, vt in omni virtute, in omni mihi studeat sanctitate conformari: studeat mores, vitæque meæ actus imitari: & tertio passione quoque mihi assimilari, vt tollat crucem suam. Tollat, inquam, id est, non coactus sumat, non inuitus, sed ipse sua spōte tollat crucem suam, hoc est, omnem molestiam, tam internam, quam externam, omnem tristitiam, omnem pressuram, omnem aduersitatem, omnem persequutionem, penuriam, tentationem, laborem vtriusque hominis, consolationis subtractionem, omnem postremo mortificationem, contemptum & infirmitatem patienter, æquanimiterque amplectatur, & ferat. Hæc enim humiliter amplecti de manu mea & patienter ferre, est me sequi. Itaque dum tentaris & cogeris repugnare, dum teipsum oportet abnegare, mortificare, tristia & molesta pati, dum alius te ridet, alius te odit, alius tua tibi tollit, alius contumeliam infert, alius tibi inuidens te impedit, para te ad crucem tollendam. Hæc enim tibi pro cruce sui amore portāda mittit, imponitque dominus. Hæc tamē crux salus tibi est, & porta, introitusque regni cœlestis. Breuiter, quicquid propter Deum toleras, siue in corpore, siue in mente, quod te grauat, vt sunt incongrui mores eorum inter quos habitas, durum imperium prælati, aliena infirmitas, necessitasve, quę te grauat, crux est tua, quę te mittat in regnum cœlorum. Quotquot enim Deus afflictionū cruces homini transmittit ac largitur, ea id ratione facit, vt per eas ad magnam eum perfectionem, suiq; syncerum amorem atq; familiaritatem perducat. Ob idcirco afflictionum, passionumq; fructū cuncta homini contraria quasi constituit, voluitque fore molesta. Eadem certe facilitate panem illi producere poterat, qua frumentum ac triticum: sed vt in omnibus homo exerceretur & erudiretur, cū labore voluit illum ex frumento panem conficere. Eodem modo & alia quęque in æterna sapientia sua præuidit, præordinauit, disposuitque. Nemo ergo fallat semet ipsum, nec in libertatem mentis falsenimium soluatur, si vnam aut alteram crucem e humeris suis leuari senserit, quasi non sit multo plures & subinde grauiores expectaturus afflictionum cruces. Aliæ enim, vt dixi, eueniunt nobis cruces a mundo, aliæ à propriæ carnis incentiuis, aliæ à dæmonibus non modo graues, at subinde importabiles propemodum, ni Deus adfuerit adiutor & cōfortator. Verum, sunt & aliæ cruces multo grauiores, vt puta, quæ mittuntur ab ipso Deo, qualescunque demum sint illæ, puta, vt miseria vel adflictio grauis intus & foris. Quas si quis in ea dilectione, ex eoque fundo, vnde Deus ipse eas elargitur, susciperet, mirum profecto gaudium, iucundaque essentia in ipso nasceretur. Quanta pax, quantaque lætitia inde sentiretur, quantæ denique id nobilitatis foret, quis explicet? Minima sane æque vt maxima crux, quam Deus homini accidere sinit, ex ineffabilis dilectionis fundo procedit: tantæ inquam dilectionis quantæ vel maximum quod præstare ei posset, vel præstitit vnquam: quod tamen re vera (si non negligenter crucem ipsam suscipiat) non minus ei vtilitatis adferret, quam afflictio immensa. Aequumne ergo fuerit oculos mentis aperire, Deoq; immensas agere gratias pro tanta eius erga nos indignos misericordia, qua dignatur per tribulationes, afflictionesque diuersas non modo purgare nos à peccatis, ornare sua gratia, & virtutibus (si nosipsi saltem velimus tantam gratiam non negligere) verum vnitissimos sibi constituere amicos. Quicquid igitur aduersi, molestiæ ve nobis acciderit, id ex puro amore de manibus ipsius Dei accipere, illique denuo offerre nos conuenit, vti & sanctus Andreas videns crucem in qua erat suscepturus mortem eminus in illius laudem prorupit, salutauit, atque cum gaudio eandem suscepit. Et nos quoque ęquanimiter, quicquid nobis crucis dominus imposuerit, portemus: vt quemadmodum socij fuerimus passionis, ita & gloriæ consortes efficiamur, per dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula. Amen.

Marginalia: Ioan. 12 — Crucē suā quōquisq; post Christum portare debeat. — Crux qd homini cuiuis sit, q ve per eā dicatur. — Afflictiones qua ratiōe Deus homini trāsmittat. — Cruces huiusmodi ex quanta dilectione mittat Deus homini. — Tribulationes vti de manu Dei suscipiendæ. — 1. Cor. 1

SER

SERMO DE SANCTO Andrea. In quibus beatus Andreas fuerit magnus, a Deo nobis exemplar vitæ bonæ constitutus.

I MAgnificauit illum rex, & scripsit eum inter primos amicos. I. Machabæorum decimo. De Ionatha olim Machabæo hoc ad literam scriptum est, q̄d rex Alexander illum inter præcipuos magnum habuerit. Sunt aũt non pauca quoque in beato apostolo Andrea, quibus cognoscitur inter magnos præcipuosque Dei amicos cõstitutus. Fuit enim magnus fide. Primus eñ in Christum credidit: quare primus dici potest Christianus. Fuit præterea antequã Christum nosceret, discipulus Ioannis, q̄ constat semper eum singulari fide ac deuotione erga Deum enituisse. In hac autem fide vsque ad mortem perseuerauit, in hac fide Christum secutus est, in hac fide itinera incommodaque multa tempore prædicationis sustinuit, in hac fide miracula fecit. In hac postremo fide pro Christo martyrium sustinuit. Est igitur magnus beatus Andreas, quia fide & sanctitate est magnus. Erat enim forti, constanti & ingenti fide præditus. Secundo, illum Christus magum fecit in charitate. Christum enim adeo amauit, vt non difficile, sed impossibile etiam illi fieret, ab eodem separari. Ardentissimo nanque illi amore copulatus, inseparabiliter eidem adhæsit. Charitatis eius magnitndinem passio, ad quam tam alacer & desiderabundus accessit, manifestat. Neque enim Christum aliter sitiuit, quàm ceruus sitiens ad fontem aquarum. Proximi quoque salutem diligenter zelans & procurans, varijs in locis maxime in Achaia Christũ prædicauit. Vide autem quanta charitate feruebat, qui reperto & agnito Christo, non quieuit, donec fratrem suum Simonem inueniret, quem pariter ad Iesum adduceret. Inueniens enim Iesum, se credidit inuenisse vitam: quare ne modicum quidem expectare potuit, quin bonum hoc communicaret suo fratri. Quod simili modo Philippus fecit Nathanaeli. Hoc modo vestrum erit quoque posthac filij vt faciatis, vt si qua dona à Deo perceperitis, communicetis vicissim ad ædificationem corporis Christi. Non hoc satis vobis sit, vt ipsi recte viuatis agitisque: sed alios etiam, quoscunque potestis Christo adducatis. Curate quantum in vobis est, vt nemo à salute æterna sit exors. Hoc, verbis, hoc precibus, hoc persuasionibus, hoc minis, hoc promissionibus, hoc præcipue exemplo agite, vrgete, ne quispiam, præsertim de his qui vobis commissi sunt, non Christum sequatur. Christum vocibus, Christum moribus, Christum viuendi exemplo prædicate. Hæc enim est charitas, vt alter alterum inuitet, alteri alter persuadeat, alterum trahat ad Dei timorem, ad mũdi contemptum, ad odium vanitatis, ad studia virtutum, ad deuotionis exercitium, ad vitæ sanctitatem, & ad Dei amorem. Hæc est inquam charitas, qua mutuo nobis & corporalia terrenaque & spiritualia bona communicemus, & vicissim nos iuuemus, quo omnes diaboli insidijs superatis, cœlestem hæreditatem possideamus. Hæc enim est dilectio quam dominus mandat, dicens: Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quomodo enim, aut ad quid nos aliud: Christus dilexit, nisi vt beatos regnique sui cœlestis nos particepes faceret?

Dona dei quõ pxi mis communicanda sint

Charitas erga proximũ quo pacto sit exercẽda

Ioan. 15

K

Nam qui se in peccatis, aut qui in similitudine conformitateque malæ voluntatis se diligunt, haudquaquam se diligunt, quia in Deo, & quemadmodum nos Christus, se mutuo non diligunt. Vides duos conspirantes ad odium, ad homicidium, aliud ve flagitium, fidem sibi mutuam spondentes, in sceleribus socios. Vides comessantes, bibones, heluones, parique studio ventri & carni seruientes. Vides in lenocinio se amantes. Nunquid hi Dei præceptum de amando proximo implent? Minime. Quomodo enim implerent, aut quomodo in Deo se diligerent, qui charitatẽ non habent? Neq; enim vbi mala est voluntas, ibi esse charitas potest. Nec is diligere dicendus est, qui non secundum Deũ, nec propter Deum, sed contra Deum diligit. Charitas igitur non est simul peccare, non est eiusdem malę volũtatis vniformes esse, non est studijs prauis esse pares: sed est mutuo se diligere sancto amore, ad Dei sese honorem mutuis sanctis colloquijs excitare,

Quidã vti puerse se diligũt potiusque odiant

Charitas vera quõ à falsa discernatur

re, amoris diuini incendium sibi vicissim exuflare, ad iustitiæ opera & exercitia sancta alterutrum se roborare, propter Deum proximorum infirmitates & aliena onera portare, & proximos consolari, aliena peccata humiliter & mansuete arguere, à vitijs spiritu languidos extrahere, proximorũ erumnis compati, bonisque congaudere. Hæc, inquã, sunt charitatis & signa & opera, quibus magnum fecit dominus S. Andream inter amicos suos. Ad quæ vos quoque filij mecum simul hortor inuitoque omnes. Tertio, fuit virtute magnus factus B. Andreas. Neque enim verbo tantum prædicauit Euangelium, sed etiam vita. Quandoquidem humilitatem, mititatẽ, patientiam, pauptatem spiritus, obedientiamq; tota eius vita clamat. Quarto magnum sanctumque Andream fecit Christus passione. Similitudine enim suæ passionis hunc conformauit sibi, atq; amicũ ostẽdit, quia crucis passionem: genus s. idẽ suæ mortis, illũ sustinere fecit. Quinto, magnum illũ fecit constantia. Cum ẽm turbæ Andream liberare niterentur à passione, ipse quibus potuit viribus & præcibus turbas sedauit, compescuit, & ne liberaretur impediuit. Auidior nanq; ad sustinẽdã fuit mortẽ, quã Egeas pconsul erat ad inferẽdam. Sexto, magnificauit Andreã inter amicos, cœlesti gloria. Coronauit ẽm illũ cœlesti corona, apostolatus & martyris honore, principemq; illũ assidere sibi fecit. In nouissimo ẽm die B. Andreas cum Iesu iudice est venturus, & vt iudicis sentẽtiã assidendo confirmaturus.

L In his aũt iã dictis hæc pstantiora atq; pcipua sunt, q̃d vocauit illũ dñs ad apostolatũ quæ summa est dignitas: deinde quod vocauit eum ad consortium passionis. Maiorem enim charitatem erga Christum non potuisset ostendere, quam quod tam admirabili feruore cucurrerit ad passionem, tam lætus alacerque sustinuerit crucem ac mortem, Christi morti ac eiusdem charitati quasi vicem redditurus, quamuis non à se, sed ex dono Dei hoc habuerit. Putabat enim indignum absurdumque fore, si non pro magistro suo, si non pro Deo suo, qui pro omnibus est mortuus, ipse quoque suam vitam impenderet. Sciebat, præterea seruũ non esse maiorem domino suo, neque super magistrum esse discipulum. Audierat à pijssimo Iesu, tam sibi quam alijs Apostolis dictũ: Sicut misit me pater (puta) ad passionem, ita & ego mitto vos, vt eadem quę sustinui ego, toleretis. Expectate à mũdo eã quæ ego recepi, quia non ad delicias corporum sed animarum, non ad pacem temporis, sed ad pacem pectoris, non ad ocium, sed ad laborem, ad crucem, ad mortem, ad molestias & aduersitates mitto vos. Inde ergo sanctus Andreas Iesu voluntatẽ doctus, summopere in hoc Christo satagebat seruire obedireq;, quod eidem iam nouerat placere. Idcirco passionem crucemque, charitate succensus diuina, sitiebat vehementer: anhelabatq; ad martyrium. Inde ad proconsulem ipsum terrere volentem eius vox est mirum in modum laudanda: Si crucis, inquiens, patibulum timerẽ, crucis gloriam non prædicarem. Inde charitate constantissima fortissimaque hæc ædidit ad eundem verba: Quicquid in supplicijs maius tibi videtur, excogita. Tanto nãque regi meo ero acceptior, quanto p ipso ptulero duriora, quantoq; in pœnis fuero constantior. Verum, non verbis tãtum cõstantiam prætendit, sed animo etiam exhibuit, atque pœnas patientissime tolerauit. Siquidem procõsule iubente, à viginti hominibus dure est verberatus. Quod patientissime sustinuit. M Porro cum educeretur ad crucem, nunquid, vt alijs solet euenire morituris, facies eius expalluit? nunqd membra obriguerunt, vox faucibus hæsit, cor palpitauit? Aut nunquid videns paratam sibi crucem tremuit? Minime, quin potius visa cruce, quando cæteri solent exangues fieri præ nimio horrore, beatus Andreas ingenti perfunditur gaudio, atque in sancta prorumpens verba, crucem hoc modo affatur. Salue crux sancta, quæ in Christi es corpore dedicata, & ex eius mẽbris non aliter quam margaritis ornata. Antequam te ascenderet dominus terrenum timorem habuisti, nunc vero cœlestem habes lætitiam quandoquidem ex desiderio susciperis, securus igitur venio ad te, ita vt tu quoque exultans suscipias me, nempe discipulum eius qui pependit in te. Amator tui nanque semper fui, & desideraui amplecti te. O crux bona quæ pulchritudinem & decorem de membris domini suscepisti, diu desiderata, solicite armata, sine intermissione quæsita, & tandem nunc concupiscenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & red

Dignitas summa vt fuerit Christi apostolat9.

1. Cor. 5

Ioan. 15

Ioan. 20

Amor beati Andreę ergacrucẽ quantus fuerit

& redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Beatus quoque Bernardus mirum in modum extollit hanc Andreę patiendi exultationem, moriendiq; fiduciam, dicens: Andreas homo erat similis nobis, passibilis, & tam vehementi ardore spiritus crucem sitiebat, tam inaudito à seculis gaudio tripudiabat, cum paratum sibi eminus patibulum conspexisset: O crux, inquit, diu desiderata & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudēs venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me. Videtis quia nō capit se præ magnitudine gaudij? Ita enim inquit: Vt & tu exultans suscipias me. Ergo ne tāta est exultatio, vt exultet & ipsa crux? nec lethi, hoc est, mortis, quicquā habeat crux, sed totum lætitiæ sit? Videte charissimi, quomodo hic vir Dei omnino mūdum & carnem vicerat? videte quā omnino aliter, quā amicorum mundi in se quispiam, sentiebat? Quis amicorum mundi, quis præsenti um bonorum amator ad crucem, ad mortemve adeo, vt beatus Andreas anhelaret? Certe carnalis amor & amor sanctus spiritualis ex diametro simul pugnant: ideo nihil mirum est, vt fructus dissimiles generent. Gaudere in tribulationibus, exultare in pœnis, anhelare ad mortem, Dei amor sanctus, non mundi amor facit. Carnalis amor quærit sua commoda, sua lucra, suas recreationes, suam quietem, suum honorē: Dei amor in nulla re quærit seipsum, sed Deum solum. Accipiamus igit sancti Andreæ vitam vt speculum, aut vt exemplar viuendi, iuxta quod nostros mores, actus & studia dirigamus. Idcirco enī eius à nobis memoria celebratur festiua, vt discamus in eius vita quid in ea sit nobis imitandum. Sanctus nanq; Andreas studiosissimus fuit imitator Christi. Nos igitur dum Andream imitamur, Christi vitam imitamur. Propter quem solum Andream honoramus, quia Dei seruus erat: diligimus, quia Dei amicus erat: imitamur quia Christi vitæ imitator erat. Sed dicit quis: Ego Christum imitabor, non in Andream respiciam. Bene facis Christum imitaturus. Sed vide ne ore hoc tantum loquaris (quomodo noui Euangelici neochristianique seu Lutherani loquuntur) re vera autem neque in opera Christi, neque in Andreæ vitam respicias. Quomodo enim respiceres vt imitareris, quandoquidem opera bona nihil asseris tibi prodesse? Si itaque opera bona nihil tibi conducunt, vt tu putas, quomodo tu ea frequentares, quæ derides & persequeris in alijs: Hortor tamen vt Christum imiteris, siue in eiusdem siue in Andreę vitam prospiciens. Neque enim quādo Paulus Apostolus dicebat: Imitatores mei estote, abstrahere nos aut eos quibus scribebat separare voluit à Christo, sed se iubebat proponebatque imitandum, ne deuiarent ab imitatione Christi. Propterea imitatores mei, inqt, estote, sicut & ego Christi, quasi diceret: Ego qui per infirmitatem Christo infirmior sum, vilior, vtpote peccator, homo tantum, vobis per omnia similis, me vobis imitandum offero in his, quibus & ego imitator sum Christi, vt si fortasse in lucem solis oculos figere non valetis, certe vel lunam, vel stellam, vel candelam me intueamini. Ne dicatis Christus Deus fuit & homo, sine vitio & fomite peccati. Quomodo illum possem imitari? Ecce me peccatorem hominem similem vobis imitemini, qui ex me nihil, sed Dei gratia sum id quod sum. Me enim imitando imitamini Christum. Siquidem ego sum imitator Christi. Quomodo ergo me dum auditis prędicantem, Christum prædicantem auditis, quia ea quæ Christus docuit & iubet, prædico: ita me si imitemini, Christum imitamini, quem ego imitor. Dico igitur: Sanctorum ideo legimus vitas, vt eorundem operibus nos conformemus, ipsorum imitemur virtutes: imo cum ipsis Christum imitemur, propter quem operamur bonum, & in cuius quicquid agimus gloriam referimus. Quando ergo Andream legimus primo se tradidisse in discipulum Iohanni Baptistæ, deinde cognita maiori Christi perfectione, & ex consilio Ioannis eundem fuisse sequutum Christū, discamus nos quoque oportet deuotionis fore studiosi, & de bono semper ad meliora progredi. Discamus non sufficere charitati, nos solos esse bonos, nisi & alios ad Christum duxerimus, nisi vt & alij boni sint quoq; curauerimus. Idcirco bonis exhortatiōibus, operumq; bonorum prouocatione & exēplo, alios q̊que erudiamus trahamusque nobiscum ad Deum, Quod si quid huius rei gratia aut occasione alia propter Deum nobis occurrerit pati-

Christum sequimur dū sanctos eius imitamur.

1. Cor. 15

Sanctorū vitæ qua ratione legantur

O

In quib' B Andreas imitandꝰ sit nobis

Ioan. 1

patiendum, id si non tam exultabundi vt S. Andreas, saltem patienter & æquanimiter toleremus. Quod vero legimus de Andrea qui Egæam proconsulem durioribus arguit verbis, idque sapienti ac forti animo, docemur nulli peccato consentire, nec homini cuicunque adulari aut morē gerere, (siue propter eius fauorem, beneficia, munera, siue propter minas, damna, & pericula quæcunque) contra Dei voluntatem: Sed quomodo Apostolus nos monet: Vnusquisque fratri suo placeat in bonum ad ædificationem. Rom. 15 Deinde quomodo Sanctus Andreas nec minis nec verberibus cessit, sed perseuerantia constantissima veritati inhæsit, pro veritateque mortem excepit, ita nos quoque oportet domum nostram interiorem non super arenam aut sine fundamento ædificare, quam leuis aut tempestas aut ventus euertat, sed super petram constantissimæ voluntatis in Christo fundatam. Matt. 7 Sanctus Andreas postremo hanc vitam miserrimam & ærumnis plenam commutauit felicitate æterna, ideo libenter hanc præsentem propter Christum vitam exuit ac reliquit, vt æternam per eundem inueniret, eiusque gloriam intraret, qui cum patre & spiritu sancto est Deus benedictus in secula, Amen.

IN FESTO DIVÆ BARBARÆ REGINÆ, virginis, martyris & sponsæ Christi, loco Epistolæ lectio libri Ecclesiastici, ex capitulo LI.

II Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione: A laqueo linguæ iniquę, & a labiis operantium mendacium. Et in conspectu astantium factus mihi adiutor, & liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. A rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circundederunt me. A pressura flammæ, quæ circundedit me: & in medio ignis non sum æstuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacii. A rege iniquo, & a lingua iniusta liberasti me. Laudabit vsque ad mortem anima dominum, quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia domine Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Lectio hæc fratres & filii charissimi, ex Ecclesiastico desumpta est, qua sancta Barbara ac quæuis alia virgo ac martyr Christi introducitur, gratias Deo suo agens pro præcipuis beneficiis sibi exhibitis: maxime autem pro hoc, quod felici cōsummatione, victima Deo digna, oblata est per passionē & mortem, in qua ab omni ęrūna ab omniq; alia futura aduersitate erepta, & liberata est. Dicit igit sancta hæc martyr: Esther, 13 Confitebor tibi domine rex, te confiteor, te laudo, qui vniuersorum dominus es, quandoquidem omnia creasti, & tua sunt omnia. Es quoque eorundem omnium, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, rector & gubernator sapiētissimus: q tua puidentia oēs nos pascis, foues, & ptegis. Cōfitebor itaq; tibi, & collaudabo te deū saluatorem meum, non sola, sed cum omnibus te sanctis laudabo Deum saluatorem meum, qui ab innumeris periculis me liberatam, duxisti ad perpetuam beatitudinem. Confitebor nomini tuo quoniā adiutor & ptector factus es mihi. Adiutor qdē es, ne originale me absorbeat peccatum, à q p te libera-

te liberatam continue adiuuas quoq;,&in tentationibus protegis, ne peream: idque per gratiam tuã, q gratis ꝑpter temetiisum omnia facis. Et liberasti corpus meum à perditione. Corpus enim q̃d corrumpit, aggrauat animam,& ad gulã fornicationẽq; suapte corruptiõe pronum, nunquam nõ per desiderium ad hæc anhelat. Quapropter à vicijs gulæ, ab æstu luxuriæ me seruans, liberasti corpus meum à perditione. Qui enim fornicatur, teste Apostolo, in ꝓprium corpus suũ peccat. Qui ergo te, ne pecces, seruat, hic à perditione, quam pro peccato passurus, (si cecidisses) eras, te liberat. In corpore enim soluemus, qcquid in corpore mali, quod hic per pœnitentiam non est deletum, gesserimus. A laqueo linguæ iniquæ, tam propriæ, quam alienæ, liberasti me, ne male loquendo, aut per ostẽtationem, aut per inuidiam peccarem, aut ne linguæ adulanti assentirẽ, aut detrahenti linguæ vindictam meditarer, seu desiderarem. Vtrobiq; enim lingua est iniqua. Et à labijs operantium mendacium liberasti me: & in conspectu astantium, factus es mihi adiutor. Astantium conspectus aut intelligitur hominum, qui passiõibus sanctarum astiterunt virginum, earundem finem contemplantium, quæ raro visæ sunt absque miraculo aliquo, aut prodigio mori. Viderunt enim astantes diuã Catharinam, rota diuinitus confracta, liberari: Agnetem, & Barbaram virgines pudicissimas nudatas stolis cœlitus missis, contegi: aliarum flammas rogumq; paratum extingui, feruentissimum ęs,& adipem, quibus quædam sanctæ erant immergendæ, infrigidari, tortorum manus arefieri, aut lassari, feras indomitas, non solum mansuescere, sed etiam sanctis blandiri: aliaque multa astantes, nõ fine admiratione magna viderunt. Potest nihilominus de angelis hoc intelligi, quorum milia milium domino ministrant, & decies centena milia eidem assistunt. Et liberasti me secundũ multitudinem misericordiæ nominis tui. Liberasti, inquam, me, ne consentirem hosti, ne timerem aduersarium, ne falleret me mũdus, ne diabolus vinceret: & vt minas tyrãnorum æque, vt blanditias rideam. Hoc autem fecisti secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Multæ enim sunt misericordiæ tuæ domine. Liberasti quoque me à rugientibus præparatis ad escã, & de manibus quærentium animam meam, hoc est à diaboli rugitu, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, tyrannorumque principum diaboli membris: & de portis tribulationum, quæ circundederunt me. Portæ tribulationũ, sunt introitus tentationum atque aduersitatum. Sepenumero autem Deus electos suos portas sinit intrare tribulationum: quas tamẽ, vbi ostenderit illis imminẽtes, vbi se aut Deo resignauerint, aut mala imminentia deprecari ceperint, ab eisdem mox liberat. De omnibus igitur hic domino confitetur hæc Christi sponsa & martyr, gratiasque illi agens, narrat à quibus sit liberata: A pressura flammę, hoc est, ab vrentis tentationis, quæ carnem vrit aut spiritum perturbat, feruorẽ scilicet liberasti me, iuxta illud: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et in medio ignis, hoc est, in medio feruẽtissimæ vehementissimæque tentationis non sum æstuata, nec succubui. Ducit enim electos suos Deus, vt per Zachariam loquitur, per ignem, & probat eos, sicut ꝓbatur aurum. De altitudine, hoc est, de profunditate ventris inferi, qui omnes deglutire, & absorbere molitur. Itaque de profunditate ventris infernalis, in quem mortale deijcit peccatum. Nec ab inferno tantum liberauit me, sed etiam à lingua coinquinata, & à verbo mendacij quoque, ne aliena me polluta lingua inquinaret, neve mendacium falleret: & ne ego alium loquendo, scandalizarem, nec verbis mendacij cuipiam imponerem. Sic sanctam Barbaram, sanctam Luciam, Sanctã Catharinam, fereque omnes sanctas virgines Christus liberauit, ne, tyrannis ad carnalia opera illas inuitantibus, cõsentirent: sed mortem potius sustinere, quam virginitatem consentirent, amittere. Deinde veritati adhærentes, hanc inter pœnas ac grauissima tormenta quoque sunt confessæ, nec verbis mendaciorum, quæ falso seductorieque illis à tyrannis promittebantur, si Christum negarent, motæ. Propterea sequitur. A rege iniquo, hoc est, à crudelitate Imperatorũ, regum, principum & præfectorum, ne eorum formidarem minas, liberasti me: aut à diabolo, q rex est super omnes filios superbię: & à lingua iniusta, quæ minabatur, inferrique iubebat innocẽtibus pœnas, ita me liberasti, non vt

Margin notes: 1. Petr. 5 — Portę tribulationũ quæ nam dicantur. — Psalm. 65 — Zach. 13 — C — Virgines suas sanctas vti Christ' cõtra tyrannorũ blãditias cõfortauerit — Iob. 14 — (left margin, cropped: Cor. 6; B)

non vt non paterer, sed vt non solum patienter, sed desideranter etiam ac amanter, tui contemplatione, paterer. Non autem nunc solum laudo, sed laudabit etiam vsq; ad mortem anima mea dominum. Maior
Eccli. 43 ẽm est omni laude, sicut Ecclesiasticus dicit: Glorificate dominum quantumcunq; poteritis: Super valebit adhuc. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis. Maior enim est omni laude. Et exaltantes eum, replemini virtute. Ne labo
Psal. 33 retis, non enim peruenietis. Itaque, benedi
Psal. 145 cam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Psallam Deo meo quamdiu fuero. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te, & longanimiter auxiliũ expectantes misericordiæ tuæ: & liberas eos de omni angustia domine deus noster.
Iacob. 5 Sufferentiam Iob audiuimus charissimi, & finem domini vidimus per fidem & lectionem, sanctarum virginum martyrumque celebramus memorias. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Nihil igitur restat, nisi vt nos quoque inter quæcunque aduersa expectemus dominum, sperantes, vt nobis subueniat tanquam clementissimus pater, et adiutor in tempore opportuno.

EXEGESIS EVANGELIJ in festo D. Barbaræ, aliarumque virginum & martyrũ, Matthæi XIII.

D

RECte in festo sanctarũ virginum hoc sequens legit Euangeliũ, in q̊ narrat, quõ pro amore temporalis thesauri, omnia venderent homines, vt agrum, in q̊ thesaurus temporalis absconditus iaceret, compararent. Quod sanctęque virgines fecerunt. Nam cœlestem thesaurum, hoc est regnum cœleste, aut sponsum cœlestem, quo modocunque hunc intelligas, à Deo concupierunt, vt pro illo obtinendo, quæcunque carni blandiuntur, quæcunq; delectant, quæcunque sunt iucunda, & in hominũ æstimatione mundanorũ præciosa aut gloriosa, traderent, corporaq; sua varijs exponerẽt pœnis, vt thesaurũ sibi hũc cœlestem compararent. Nam sanctæ virgines teneręque puellæ, quanto desiderio huius sponsi sui cœlestis, quanto huius thesauri cœlestis amore feruebant, quæ passę sunt se cædi, exungulari, suspẽdi: & (quod virginali pudicitiæ morte non inferius est) vestibus nudari, ac capitibus truncari, vt ad cupitum venirent thesaurum. Dicit igitur Euangelista Matthæus:

Virginũ tenerarũ desideriũ q̃ntum fuerit erga cœlestem sponsum.

Simile est regnum cœlorũ thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & p̃ gaudio illius vadit, & vendit oĩa q̃ habet, & emit agrum illum.

Per regnum cœlorum hic beatitudinẽ cœlestem intelligimus, quæ assimilatur, thesauro. Reuera enim hæc, thesaurus est incomparabilis. Oculus ẽm nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit Deus diligentibus se. Thesaurum itaq; cœlestis regni vult dici, amore: quia vt thesaurus, debet desiderari, quæri, diligi & conseruari. Ibi enim sunt diuitiæ immarcessibiles, quæ non putrescunt, neque marcescunt, neq; veterascũt. Thesaurum hunc iubet nos dominus thesaurizare in cœlo. Hic in cœlo sibi thesaurũ cõstituit, qui omnia in Dei gloriam, quẽ solum amat, facit: qui omnia in Dei destinat honorẽ, q etiã tã voluptates q̃ volũtates suas sibi propter Dei beneplacitũ, & propter cœlestis regni bona, interdicit. Thesaurizate, inquit, dominus, vobis thesauros in cœlo: vbi fur non appropiat, vbi neq; rugo consumit, neq; tinea hunc demolitur: vt ibi sit quoque cor tuum, vbi fuerit thesaurus tuus. Hic thesaurus tanto locupletius cumulatur, quo thesaurum opesque terrenas abundius in Dei honorem, & in sustentationes pauperum erogaueris. Hos præsentes thesauros, terrena puta omnia, propter Deum expende, & pauperibus tribue, & habebis non modo thesaurũ in cœlo, sed tuũ etiã erit regnũ cœlorũ. Thesaurũ hunc comparãdum, hoc modo suadet dominus, dicens: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. De hoc thesauro loquens beatissimus Gregorius, Thesaurus, inq̃t, cœleste est desideriũ. Ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina est cœlestis studij. Quem profecto agrum venditis omnibus com

Regnũ cœlorũ quid hoc loco significet.
Esaiæ 64
1. Cor. 2
Thesaur⁹ qd hic significet
Matt. 6
Lucæ 11
Matt. 6
Thesaur⁹ cœlestis q̃ hic obtineatur
Matt. 19
Marc. 10
Lucæ 18
Gregori⁹
Thesaur⁹ vti cœleste sit desiderium

comparat, quisquis voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria p disciplinæ cœlestis custodiam calcat, vt nihil iam, quod carni blanditur, libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus p horrescit. Inuenit autem hic thesaurus per sacram eruditionem prædicationemq; Euangelij: absconditur autem, si quis hoc, quod fide credit, corde diligit, eiusq; nunquã obliuiscitur. Diuus Gregorius iterum dicit. Inuentus thesaurus absconditur, vt seruet: quia studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscõdit. In præsenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat, q thesaurum publice portat in via. Quod tñ ita intelligendum quoq; est, (vt ibi idẽ D. Gregorius plenius elucidat) non vt proximi nostri opera nostra bona non videant, (quãdo dñs dicit: Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est) sed vt, quantum laudem nostrã attinet, ea potius velimus abscondi, quam prædicari. Hoc est, vt quantum in nobis est, malimus latere, & non agnosci: imo etiam contemni, quam reputari, aut honorari: & per hoc quod agimus, externas laudes haudquaquam quæramus. Sic autem sit opus in publico, vt intentio maneat in occulto, quo proximi nostri quidem ex operibus nostris, quæ vident, ædificentur: nos autem Dei solius gloriã quærentes, p studiũ humilitatis, vicium euadamus vanitatis. Ad hoc nanq; Christus hortat alibi, dicens: Cũ facis eleemosynã, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua. Hoc est, adeo nihil gloriæ aut vanitatis vsurpes tibi de opere virtutis, vt intẽtio sinistra nesciat puertere q̃d facit dextra iustitiæ. Potest etiã p agrũ, sacra scriptura, aut cõuersatio sancta ac virtuosa intelligi: in q̃ thesaurus siue cœlestis regni amor desideriũve inuenit. Hũc ẽm thesaurũ vt obtineas necesse est vẽdere oĩa q̃ habes, & emere agrũ illũ. Oportet, te, inq̃ abnegare oĩa, q̃ priuato cupis diligisve amore, q̃ cœleste desideriũ in te introducat: Nisi ẽm teipsum & oĩa relinqueris, thesaurũ hũc nõ possidebis. Vide, qa nõ dicit, illũ emisse thesaurũ, sed agrũ in q̃ situs est thesaurus. Nõ ẽm sunt cõdignę passiões, q̃ modo nec labores sufficiũt nostri ad futurã gloriã q̃ reuelabit in nobis. Sed emit, in qt, agrũ illũ. Desiderijs ẽm carnalibus abnegatis, spũalia celestiaq; succedũt: & mortificata carne, reflorescit spũs. Itaq; quantũ à terrenis disiũgimur, tãto cœlestibus donis, qbus felicitatis æternæ efficiamur digni, magis ditamur. Potest hic q̃q; virginibus sanctis applicari parabola hęc, vt sit thesaurus in agro, virginitas in carne. Est ẽm reuera nobilissimus thesaurus præclara virginitas, Angelorũ soror & cognata q̃uis speciosior, iuxta Ambrosiũ & Hieronymũ, sit virginũ victoria ac corona, q̃ angelorũ. Angeli ẽm sine carne viuunt, virgines vero in carne etiã triũphant. Narrãtur autẽ hic tria de thesauro, virginitati cõgruentia, imo & necessaria. Refert ẽm hic thesaurus, inuentus, absconsus, & bonis alijs, quæ ꝓpter illũ distrahunt, seu venduntur, ꝑlatus. Nõ potest aũt thesaurus hic inueniri in luxuriosis, nec potest abscondi in superbis, ac inaniter gloriosis, nec præfertur bonis temporalibus in auaris. Quot enim superantur, vt nubant concupiscentia carnis? Quot puellas ad matrimoniũ, relicta virginitate, trahit superbia vt maritos obtineãt honoratos ac nobiles? Quot denique virginitatem cõtemnũt, temporalia amantes bona, si maritos sperant opulentos? Virginitas igit pudicitiaque casta, thesaurum nouit inuenire, humilitas hũc nouit abscondere. Paupertas, hoc est, paupertatis amor nouit thesaurũ hunc bonis oĩbus terrenis ꝑferre. Hoc modo Barbara, Agnes, Agatha, Margaretha, alięq; virgines sanctæ thesaurũ inuenerunt, absconderunt, & terrenis omnibus prætulerunt.

[Left margin notes: Thesaur' cœlestis q̃ inuenit. — Gregori. — Thesaurũ absconditur quid sit. — Math. 5 — Math. 6 — E — Per agrũ quid significet — Roma. 8]

[Right margin notes: virginitas in carne quare nus vocet thesaurus in agro. Ambrosi. Hierony. — Virginitati sacræ q̃ nã stulte à stultis ꝑferãtur.]

Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori quærẽti bonas margaritas. Inuenta autem vna præciosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit & emit eam.

F

Hic regnum accipitur cœlorũ ꝑ militãte Ecclesia, quasi diceret: Negociũ agit in Ecclesia, quasi negociatoris qui bonas margaritas requirit. Per negociatorem, q libet homo Christianus intelligitur, qui vilia cuncta à se abdicat, puta caduca transitoria

[Right margin notes: Regnum cœlorũ significari hic Ecclesiam militantem. — Negociator q̃nam]

dicit. mystice.

sitoria, temporalia, terrena & carnalia: hęc dat, hoc est, Dei amore se illis priuat, vt virtutes, Dei dona, spiritualia æternaque à Deo munera recipiat. Vendere enim illius est terrena pro cœlestibus commutare. Vna autem præciosior alijs margaritis, est paupertas spiritus, cui deest amor priuatus, superbia, inuidia, auaritia, propria voluntas, & huiusmodi. Pro hac obtinenda, multa sunt deserenda, atque abijcienda, q bus comparetur. Potest autem in festo virginum applicari ad virginitatem, quæ præciosissima est margarita. Pro cuius adeptione q̃q; vt emat multa sunt eroganda, multis carendum, multa subtrahenda. Neque enim omnis virginitas, præciosissima hic margarita dicitur. Sunt enim virgines carne, sed non voluntate, quæ optarēt maritos, aut quæ aliquando, si fortuna arriserit, meditantur nubere. Harum integritas non admodum præferenda est, vt dici possit margarita. Necq; enim virginitas à Deo coronatur, nisi ea quæ Dei seruatur amore. Quæ si Deo dicata fuerit, vt omnis trū cetur nubendi voluntas, & virginitatis placeat perseuerantia, roboreturque sic pmanendi propositum, vt arridentibus quibuscunq; mundi felicitatibus, aut conditionibus, nolit mulier à virginitatis proposito discedere: sed Christo tanquam sponso, innupta virgo permanere, iam virginitas dicitur præciosa margarita: quæ non ideo tantum placet Deo, quia virginitas, nec ppterea solum aureola à Deo coronanda, quia seruata est: sed idcirco magis, qa Deo dicata est, cum proposito semper ita manē, di, vt Ambrosius & Augustinus asserunt, & Dei amore seruata. Huiusmodi virgines fuerunt, hæc sancta martyr Barbara aliæq; multæ, quæ spretis diuitijs, spretis honoribus, spretis denique nuptijs regum, cūctisque mundi pmissionibus, maluerūt Christo domino desponsari, ac in virginitate viuere, mortemq; ac cruciatus maximos sustinere, quam carnis pollutionibus, fœdisque delectationibus contaminari.

Margarita vri significet spūs paupertatē.

Virginitas carnis quā dicat præciosa margarita

Aureola qñ virginitas coronanda

Ambrosi⁹ Augusti.

G

Potes nihilominus in pręciosa margarita intelligi æterna increataq; Dei sapientia Iesus Dei filius Christus dominus noster: cuius amore vendit omnia, quę habet, hoc est omnia contemnit, etiam seipsum, omnia, quomodo Paulus ait, arbitrās vt stercora, vt Christū lucrifaciat. Et hæc expositio iterū optime sanctis quadrat virgini-

Sapientia æterna Iesus Christus vtino minetur margarita p̄ciosa. Phil. 3

bus, quæ p Christi abrenunciāt amore, carni, mundo, cunctisq; desiderijs. Nisi enim renunciarent, nō solū oībus, quę possidēt, sed etiā sibijpsis quō p̄ciosam illā vnā, cui nulla est alia æqualis, margaritā cōpararēt, aut quō pro Christo corpore consentirēt occidi, si vicijs concupiscentijsq; malis nō ante voluissent mori? Quod si per margaritam præciosam, beatitudinem aut regnum intelligimus cœlorum, omnibus applicatur Christianis. Est autem adeo præciosa hæc margarita, vt nisi venditis omnibus, non possit emi. Tam vilis quoq;, vt sola valeat bona voluntate comparari. Solēt autem negotiatores, non pericula latronum formidare, non maris horrere tempestates, non famē non sitim, laborēve vllā. Si enim illa fugerent, negotiari nōpossent. Et Christianus pro Dei amore, pro æterna beatitudine neque nullum debet refugere laborem, nullam recusare aduersitatem, nō probrum, non contemptū laboremve, aut incommodum vllum. Huiusmodi fuit negociator beatus Paulus, q dixit: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculū? an gladius? Certus sum autem, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

Margaritam p̄ciosam signare æternā beatitudinem.

Negotiari p̄ōc g'nam debe at quiuis Christianus p p̄ciosa margarita

Rom. 8

Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educētes, & secus littus sedentes, elegerūt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt.

Tertiam hic contexit parabolam, de sagena missa in mare. Mare seculum intelligit, in q̄ pinde ac in mari semp tēpestates, creberrimaq; pericula versant. Piscatores aūt qui sagenam in mare mittūt, Sicut p̄dicatores sancti, qui sagenam prædicationis verbi Dei expandunt, & ad capiendos extrahendosq; de profundo maris, hoc est, seculi, pisces, id est, homines, diuini verbi auditores mittunt. Est igitur, inquit, simile regnum cœlorum sagenæ missæ in mari.

Mare vri significet seculum p̄sens

Piscatores vt sint prędicatores vertis

Sagena significegd ... mari. Regnum cœlorum, vt supra dixi, ecclesia militans dicit. Hæc sagenam prædicationis diuinæ expandit, qua pisces cuiuscunque generis, seu omne genus hominum, id est, tam bonos, q̃ malos in ꝓfundo seculi demersos, capit, ad littusq; perducit. Cõgregat em̃ hic tam electos q̃ nõ electos: sed vbi impleta fuerit sagena, puta circa mũdi finẽ, tũc extrahet, piscesq; educet oẽs ad littus, vt segregentur boni à malis. Littus ma... finis mundi. Itaq; Ecclesia triumphans, quæ est in cœlo, solos recipit bonos. Porro Ecclesia militans, tam bonos, quam malos recipit: sed in fine discernẽs, diuidit. Siquidem bonos reponet in vasa sua, id est, in cœlestes mansiones, malos in gehennam.

Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium.

Matt. 25 Hoc idem alibi dicit: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, cõgregabunt ante eum omnes gentes: & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat Matt. 13 oues ab hædis &c̃. Et alibi: Sinite vtraque, id est, triticum cum zizania crescere vsque ad messem. Et tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreũ meum. Separatio nanque erit electorum à reprobis, vt illi à dextris, hi constituantur à sinistris: & tunc illis q à dextris sunt, dicturus est: Venite benedicti patris mei &c̃. His vero q à sinistris erũt. Dicet: Ite maledicti in ignem æternum, &c̃. De similibus quoq; hic dicitur: Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Quamuis em̃ resurrectio mortuoꝝ, retributioq; ęterna nõ fiat, nisi autoritate virtuteq; diuina: multa tñ hic fient angeloꝝ ministeria, q suscitãdoꝝ cineres creduntur collecturi, ab impijs iustos segregaturi, prolataque sententia, ac terra os suum aperiente, reprobos inuoluturi, igneque conflagrationis in infernum præcipitaturi: vbi erit fletus & stridor dentium. Fletus quidem propter intolerabiles suppliciorum infernalium dolores: sed stridor dentium propter vehementissimũ frigus. Erit enim in inferno ardentissimus incendij ęstus, & vehementissimum frigus, vt de vno trãseãt in aliud, nõ ꝑ remissionẽ, aut defectionemq; alterius: sed de vehemẽtissimo calore subito ad vehementissimũ frigus, quõ scriptum est. Ad nimium calorẽ transeat ab aquis niuium. Iob 24 Hæc audientes filij cogitate modo, quamdiu estis in itinere, quid vobis euenturum sit in termino viæ, hoc est, in fine vitę vestræ. Matt. 7 Lucæ 13 Modo laborate, modo sudate, & contendite per angustam portam intrare, ne infructuose vobis cõtingat sero pœnitere, nimium ardere, flereque ac stridere dentibus.

Separatio ... à reprobis ... Matt. 25 ... ibidem.

Angelorũ ministeria in extremo iudicio ...

... stridor dentium quo intelligat ...

Intellexistis hęc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est hoĩ paterfamilias, q profert de thesauro suo noua & vetera.

Postquam parabolas has dixerat dñs, interrogauit Apostolos, an oĩa, q̃ dixerat, intellexissent, non nesciens quid intellexissent, aut non intellexissent: sed occasionẽ quærens, ad eorum verba inferendi ea quę sequuntur. Nam cum se intellexisse hęc omnia responderent, Ideo, inquit, dico vobis, quod omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis, &c̃. Apostolos, Scribas & doctos, vtpote Christi (vt ita dicam) notarios vocat, qui legẽ Dei in mentibus audientium scribebant, quos similes vult esse homini patrifamilias, qui suæ familiæ de thesauro suo profert & noua & vetera, hoc est, pecunias, vasa, vestes, cęteraq; id genus, quæ curare habet, producit, iuxta exigentiam cuiuscunque consolandi aut fouendi. Ita prædicator aut Apostolus quoq; de thesauro sacrarum scripturarum quicq̃d nouerit vtile fore, aut congruum, proferre debet, Siue id fuerit ex veteri testamento, siue ex nouo. Quomodo enim paterfamilias omnia in refectionem, & consolationem & in vtilitatem suæ ordinat familiæ, ita prædicator apostolusve non ignorare debet, quid Christi conueniat familiæ, vnde regat, & q̃bus sustẽtet: ideoq; ad manũ sunt ei necessaria, vt habeat promptam vtramque scripturam, notitiamq; tam veteris, quam noui testamenti, vnde queat ꝓducere, ea quæ hominibus docendis sint vtilia de Christo Iesu domino nostro, qui est benedictus in secula, Amen.

Scribę docti & notarij Christi vti fuerint apostoli sancti.

SERMO IN EODEM festo. Quibus extollenda sit diua sponsa Christi Barbara encomijs, quomodo ve sancti pro sibi deuotis iudicem interpellent.

I LAudabit vsq; ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia dominus Deus noster. Ecclesiastici LI. Hæc verba fratres & filij charissimi optime in Christi sponsam quadrant sanctam Barbaram: quandoquidem mira Dei beneficia ipsa in conuersione, in vita, in passione denique & in morte sua experta est. Quæ omnia (quia nihil sibi eorum vsurpauit, in laudẽ suam nihil arrogauit, nihil tribuit sibi: in Deum vero retulit omnia) illius esse dona, nihilq; ibi suum, perfectissima humilitate cognoscens, propterea dixit: Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, & cætera. In conuersione nanque illius quis Dei bonitatem digne collaudet, qui absque hominis eruditione illam præueniens, illuminauit adeo, vt naturali quoque lumine simulachrorum, deorumq; multiformium deprehenderet vanitatem: Adeo nanque rationis lumen in ea præualuit, vt ea, quæ facta sunt, quæ instituta sunt, quæ aliquando non fuerunt, viliora crederet esse ijs, qui cultum venerationemque illis instituerunt. Quamobrem eos quoq; deos q ab hominibus colebantur (quandoquidẽ homines olim fuere) iudicabat prorsus nihil posse numinis habere, sed necessarium fore, vt aliqua virtus sit omnipotens omnia sciens, omnia creans ac regens, infinita, sine tempore, numero & mensura, quæ ante oĩa sempiterna ac indeficiens fuerit, à qua omnia reliqua, quæ habent esse, inceperint, quæ iustius diuinitatis & rem & nomen habeat quam ea, quorum nomen ac honor (sine virtute) ex aliorum pendet voluntate & institutione. Pro hac itaque sui illuminatione laudat te Iesu bone sancta Barbara puella sapientissima, qua deorum tum vanitatem, tum stultitiam deprehendens, illos respuit, & in tui desideriũ amoremq; (licet nondum te pfecte cognosceret) tua illustrata gratia exarsit. Tu enim ipsam, vt te quæreret, tu vt pfectius te cupe-

In conuersione diuæ Barbaræ q̃ fuerit admirabilis De⁹ & laudandus

Gen. 1. Sapien. 1

ret & cognosceret, & amaret, eã excitasti. Tu iueniẽdũ ei te obtulisti. Nã vbi seruũ tuum Origenem veræ diuinitatis audisset Alexandriæ doctorẽ, cõfestim illi literas scribens, & tui veræq; fidei sibi petijt notitiã inferri. Quod, te cũcta dirigẽte, quõ petiuit, ab Origenis quodã discipulo clã ad se misso edocta impetrauit. Pro ijs, inq̃, pclarę sponsæ tuæ Barbaræ anima laudabit vsq; ad mortẽ te dñm, qm̃ eruis sustinentes te à caligine pfidiæ & errorum tenebris, ad veri luminis tui notitiã, q̃d in mundũ venit illuminare eos, qui in tenebris & in vmbra mortis sunt, ad dirigẽdos pedes suos in viã pacis. Luc. 1

K Itaq; in sanctæ Barbaræ vita mirabilis valde, atque laudandus apparuit dñs. Siquidem in turri, quã pater eius paganus illi construxerat, lectioni sanctorum librorum, quos Origines illi miserat, abstinentiæ, ieiunijs, orationi atque vigilijs deuotissime solitaria insudabat. Super omnia autem, fauente etiã patre, qui ob sui dilectionem putabat id fieri, & ppterea turrim pulcherrimam ei fecit ædificari, pciosissimũ virginitatis thesaurũ Christo, quem tota amabat corde, custodiebat. Videns vero in turri sibi constructa duas tantumſic fenestras, his tertiam adijci contra patris mandatum iussit, vt exercitium pariter & occasionem sanctæ Trinitatis adorãdæ colendæq; inde sumeret. Progrediens deinde longius lauacrum sibi à patre paratum inuenit sculptum, miroque artificio ornatum. Quod introiens, dum aqua abesset, dñm rogauit, & mox aqua vsq; ad eius vmbelicum impletum est: in quo à præcursore dominique Baptista Ioanne baptizata est. Pro ijs alijsq; multis in vita sua acceptis beneficijs, quæ prætergrediens ad eius vitam legendam vos mitto, inqt beata Barbara: Laudabit vsque ad mortẽ aĩa mea dñm, &c̃. Cognouit enim omnia Dei esse dona gratis sibi collata, pro qbus ita gratias agendas Deo sciebat, quõ eadẽ dona cognouit haud esse negligẽda.

In vita sanctæ Barbaræ q̃ fuerit de⁹ admirabilis & laudandus

Barbara quo quõ q̃ fuerit baptizata

L In passione vero sua benignitatẽ Dei clementissimã expta est. A qbusdã eñ grauibus tormentis illam eripuit, in qbusdam fortitudinem dedit & tolerantiam: charitate quoque constantissima ac ignea cor eius succẽdit vt nõ solũ tolerabilia, verum desiderabilia, quæ patiebatur etiam redderentur, licet naturæ alioqui horrida erant. Cæterũ, inquis: si naturæ erant horribilia, quomodo de

In passiõe S. Barbaræ vti de⁹ fuerit admirabilis & laudandus.

do desiderabilia facta sunt? Id patiendi fecit causa. Haudquaquã enim pro se, sed p Christo passa est, cuius amor adeo pectori eius erat impressus, adeo erat feruens, adeo suauis, vt dulcia ac leuia ei viderent, quęcunque in eius gloriam ferre potuisset. Ita que gaudebat ansam occasionemque sibi præberi, quo suum Christo amorem posset ostendere. Proinde patre demum redeunte (longius enim absens fuerat) postq̃ tertiam vidit in turri fenestram contra suum mandatum factam, à filia huius rationem sciscitatur. Quæ nihil metuens patrẽ veram diuinitatem eandemq; vnã in psona rum trinitate prædicabat: fallentem vero ac vanam esse simulachrorum imposturã. Iratus itaque pater, per seipsum primo licet eam flagellasset, tamen Martiano præsidi, qui nullla miseratione commotus neruis iubet thaurinis eam expoliatam cædi, obtulit. Ibi dum fuso sanguine liuidas acerbasque sustineret plagas (vtpote quibus sal crepitans iniectum fuerat) atque in teterrimum carcerem reducta foret, Iesus illi apparuit, eius amator sponsusq; pijssimus, dicens: Prælecta filia mea ac sponsa Barbara confide atq; confortare, quoniam copiosum magnumq; gaudium fit in cœlo sup tua passione. Quo hæc dicente, eius plagæ omnes sanatæ sunt.

Iesus suã sponsam Barbaram pœnis cõ fractam confortat & sanat

M

Pro hoc quoque laudauit te dulcis Iesu Barbaræ aĩa vsque ad mortẽ, quoniã nõ solũ à pœnis his liberasti sponsam tuam, verũ etiã fortitudinem animiq; constantiã illi indidisti, vt sermonibus veritatis cõfutaret, torqueretque & tyrãnos, & quoscunq; veritatis ac fidei tuæ hostes. Nam quum postea in equulio esset iubente Martiano, pedibus sursum erectis, suspensa & arpaginibus latera eius lacerarent, lãpadarumque, hoc est, facium ardentiũ applicatiõe vrerent, laminęq; ferreæ ignitæ adhiberent, quæ vulnera, vnde sanguis vbertim fluebat, carnemq; torrerent, qs eã, vt ferre hæc posset, interea etiã psallentem ac te laudantem confortauit, nisi tu, qui eruis sustinentes te, & liberas de omni angustia dominus Deus noster? Deinde cum equuleo deposita, versoque capite in stipite esset ligata, & caput eius malleis ferreis tunderetur, atque subinde mãmillæ eius gladijs desecarent obtusis, quis ei hanc dedit fortitudinem, vt tyrannum etiam ludens obiurgaret, dicens, Quid, in me secas fœmineum decus? Vis mę virum efficere? & reliqua, quę non nisi spiritu sancto charitateq; Dei plena potuit dicere: pfecto tu solus. Ad hæc cum furiosus Martianus nudam vulneribusq; sauciatã per prouinciam iusserat ignominiose duci, dolet quidem Barbara sancta ac pudicissima virgo propter pudicitiam virginalem, quę in virginibus valde est tenera ac verecunda: sustinet tamen. At vero, quia morte ac omnibus erat illi pœnis hæc ignominia atque honestatis denudatio grauior, pudicitiæ gerit curam, atque protegumento suæ nuditatis tibi sponso suo supplicat. Qua oratione fusa mox adest angelus, qui stola candidissima eam induit: signansq; illã, omnia simul eius vulnera & dolores adeo abstulit, vt decorem etiam adderet, quam olim habuerat, maiorem. Dulcis Iesu pro hoc laudat te sponsæ tuæ anima vsque ad mortem, qm̃ eruis sustinentes te, &c̃.

Virginalis pudicitia quãtæ fuerit in beata Barbara teneritudinis.

N

Postremo, circa mortem quoque, quam dictata sententia genitor ei suus intulit, quẽ alium laudaret, cui gratias alteri, quam tibi benignissime Iesu hæc dignissima tua sponsa Barbara ageret, quod in hanc vsq; horam varia ei dedisti pro tui amore tormenta sustinere: vbi in omnibus etiam eidem adfuisti, doloribus atque patiendi virtutem administrasti? Cæterum quãtæ virtutis, quantæ charitatis fuit id, quod hæc gloriosa virgo Barbara in extremis iam vitæ constituta, vtpote iam iamque gladio trucidãda, proximorũ nõ fuit immemor, pro quoꝝ tam diligenter orans salute, etiã hoc plena fide abs te impetrauit, vt quicũque sui egerit memoriã inuocaueritve: hoc est, quicunque ipsam aduocauerit ad orandum pro se, illiusque, hoc est, gratiæ ac misericordiæ sibi multiplicis abs te factę fuerit memor, à te suoꝝ peccatoꝝ obtineat veniam, & ante mortẽ suam Sacramenti venerabilis recipiat munitionem? Quod qa tu benignissime Iesu exaudire hancq; sponsam tuã consolatione huiusmodi dignatus es, vt sciret & se pro alijs exauditã & ad thronum gloriæ tuæ seipsam vocatam laudabit non solũ ipsa, verum etiã & vniuersa Ecclesia te dominum, quoniã eruis sustinẽtes te, &c̃.

In morte sanctæ Barbarę q̃ fuerit Dei mirabilis

S. Barbara orat p sui memoriã facientibus eam q̃ inuocantibus.

Cęteꝝ, qa multi addubitat de hoc, an iuste hoc debeat credi de sancta Barbara, vel Catharina, vel Margaretha, alijsve sanctis, qui singulares habentur intercessores (tametsi omnes sancti intercedere pro nobis possint) vt ipsi in hac vita

O

Sancti q nam p suis deuotis orauerint

vita ita pro sui memoriam agentibus orauerint, quandoquidem quibusdam id superbia, illicitum atque incongruum videtur. De supbia certe nemo habet iudicare, aut in suspitionē trahere sanctos, p̄sertim in illa hora, qua Christo pro eiusdem amore suspicientes mortem, spiritum suum reddiderunt: nec quis debet iuxta suas passiones vitiosas (si fortasse ipse absque supbia id non posset, quō etiam fortasse alia non potest multo minora) de sanctis impie sentire, qm̄ in hac oratione inuenti sunt huiusmodi sancti humillimi, à superbia prsus alieni, atq; p Dei honore maxime zelosi, cuius honoris zelo duntaxat inducti hæc orauerunt, & de hoc infra dicemus plura. Verum discutiamus primū an, aut quare, incongruū fuerit sanctā Barbarā, Catharinam aliosve sanctos id orasse, aut quare verisimile non sit id eos orasse, sed scriptor id quispiam assuerit mendacĳ ad historiæ reliquæ veritatē? Sed & hoc ante videatur quō orauerunt huiusmodi sancti. Sancta Barbara certe hoc modo orasse legitur. Vt primū p se orauerat, dño sese agonemque, quē vltimū esset subitura, suū commendans, humilibus atq; supplicibus tandē verbis adiunxit pro suis orās proximis, hoc modo: Dñe Iesu Christe, concede misericorditer ancillæ tuæ gratiā hanc, vt oēs, qui in necessitatibus, seu angustĳs suis mei memoriam agentes, fideliter te inuocauerint largiflua tua pietate consolentur: & præcipue passionis meæ ad laudem tuam recolentes, quatenus morte nō præueniantur improuisa, sed vera confessione conterantuur cum munimine perceptionis sacrosancti corporis & sanguinis tui, ne à diabolo illaqueati, faciali gloria tua priuentur. Domine ne memineris peccata eorum in die iudicĳ, sed ppitiare eis. Scis enim omnium benignissime cōditor, qa caro sumus. Hæc sunt beatę Barbarę orantis verba, quō in eius gestis inuenitur. Cuiusmodi legunt de quibusdā alĳs, q̄ parū in verbis differunt qa spiritu, orandiq; intentione consentiunt.

Oratio sanctæ Barbarę p sibi deuotis.

P Iā ergo interrogo, qd hic absurdum, qd incongruū qdve illicitum sit in hac oratione? Primo, q̊d orauerit pro alĳs, non potest non laudari, tantum abest, vt rep̄hendi possit, quādoqdem iubemur alter p altero orare, & Paulus p alĳs orans aliorū rursus pro se petiuit orationes. Quod vero orauit p ĳs q sui acturi essent memoriā, nihil video, qd contineat illicitum. Si mihi licet: imo si à Christo iubeor orare pro calumniantibus & persequentibus me, quare non licet orare pro ĳs, qui amant me, aut qui mihi gratulantur aut fauent? Certe puto legem naturæ quoque hoc iubere. Iam si hic amor, aut fauor, aut gratulatio proximi est erga me, propterea quia Christi sum, aut quia existimor esse Christi, vt Christus causa sit, quare mihi hic honor aut gutulatio fiat, quis legens illud Euangelicum, Amen dico vobis, si quis vos receperit, quia Christi estis, &c. Et illud: Si quis calicem aquæ frigidæ sitienti dederit in nomine meo, &c. dicet aut illius amorem, fauorem aut gratulationem erga me non summopere cōmendabilem, dignamque Christo, cui idē retribuat, qui omnibus retribuit ĳs, quicq̄ que suo nomine, hoc est, ad sui honorem, aut sui contemplatione amoreve aliqd egerint aut sustinuerint. Et quare non liceat mihi ĳs, q propter Christum me amant aut gratulantur mihi, orare Deum? Sed quæro vltra, an liceat mihi Deum orare p ĳs, qui me inuocant, licet ignorem ipse, an odio amoreve dignus sim? Non video cur non liceat humiliter orare, propter fidem præsertim illius, qui bene de me sentit, & orationibus se meis committit, licet fortasse erret, & plus de me sentiat, quam est sentiendum. Cur enim non liceret mihi dño Deo dicere, Domine Deus meus da illis, q me inuocant (licet adhuc mortalem) hoc est, q p se postulant à me orari, hæc & illa salutaria, propter humilitatem eorū? Neq; enim propter me orationem meam scio tibi placiturā. Scis eñi tu qa ego nullius sum virtutis coram te: & ideo tu pro bonitate tua, non sinas nos falli. Nam etsi errent in me, tamen quomodo debent, bene sentiūt de proximo. Da igitur illis salutem, qui me ad orandum inuocant, aut qui mihi bene faciunt, aut qui mihi bene facturi sunt, aut qui mihi tua beneficia fauent, mihiq; gratulantur aut gratulabunt vnquam: p̄sertim cū tu sis finis omniū & causa, cur hæc faciant.

Orare sanctos p alĳs q intelligendum

Iaco. 5

Matth. 5

Mat. 10

Mar. 9

Ibidem

Eccle. 4

Q Quare, inquam, hæc oratio foret illicita? imo quare ego ex charitatis debito, non obliger orare pro huiusmodi? Nō quod præstare aliquid possem, sed q̊d ego nequeo p̄stare, valeo & debeo emēdicare p illis à magno illo, largissimoq; donatore atq; omni benefactore deo, ipsum cū

Oratio hoim mutua qd valeat.

Psalmi

Psalm. 137 Psalmista rogando, vt ipse dominus retribuat pro me. Quare non debeam orare pro eiusmodi, qui ex charitate mihi Dei gratiã, Deique beneficia fauent, qui mihi gratulantur, qui bene faciunt, cum horum omniũ, quod dixi, vt fiant, solus est causa, sco pus finisq; Deus? Quomodo nõ debeo eos redamare, à quibus intuitu Christi solius me scio amari? Si hoc illicitũ foret, peccasset Paulus, & alijs peccandi occasionem ansamq; præbuisset, quos ipse viuentes ad huc in carne, & de salute propria incertos inuocauit, vt pro se orent. Quare mihi nõ 1. Thes. 5 liceret, quod illis licuit, & quod Paulus, vt pro se fieret, flagitauit? Id est, quare non licet mihi orare pro ijs, q̃ à me hoc ipsum po stulant, qui fauẽt mihi Dei beneficia & gratiam, qui gratulantur meo profectui? maxime si propterea per hoc nihil desidero, vt habear sanctus talisve, qui possit orare, aut aliquid impetrare: nec locum habeat ambitio huiusmodi in me aliquid, vt cupiã non nihil æstimari: sed potius erubesco, & in me ipso cõfundor, q̃ de me melius sentiũt homines, quam ipse me inuenio? Atque illorum pio errori compatiens, Deumquomo do debeo, rogo, vt ille suppleat pro me, vt quamuis indignus sim ego audiri, ipse tamen faciat illos non indignos propter fidem & suam humilitatem exaudiri. Iam igitur ad sanctam Barbaram transeamus, eiusq; similes sanctos. Ipsa nõ petiuit (vide illius verba) se ad interpellandum inuocari, nec sibi petijt festum, honorem, memoriamve statui: sed rogauit, vt si quis sui memoriam agens, Deum inuocauerit, hoc vel illud obtineat. Quid hic absurdi audit? Nõ petiuit se inuocari, nec petiuit, vt qui se inuocaturi sunt, exaudiãtur, quamuis etsi ita orasset (quod fortasse in sanctorũ aliorum vita legitur) nequaquam orasse perperã pu tãda foret. Nihil enim orasset aliud, quam isti (quos Paulus inuocauit) orauerũt: qui vtique Deum rogauerunt, vt is, qui se inuo cauerat Paulus exaudiret. Hoc modo sancta Barbara quoque orasset (etiam si dixisset, Qui me inuocauerint, hoc est, qui me pro se vt orem, flagitauerint) vt daretur illis hoc, quod illorũ conduceret saluti. Iam vero non dixit, qui me, sed, qui te Christe inuocauerint mei habentes memoriam, id est, misericordiæ tuę in me fulgentis, datu, &c. ridiculum est id esse illicitum cogitare. Deinde (quod fortasse sciolos hos magis

Oratio S. Barbaræ pro aliis q intelligen dã sit.

torquet) q̃d orauit pro his, q̃ suæ passionis forent memoriam acturi, &c. volunt quidam mox iudicare, quasi corona se martyrij dignam habuerit. Certe, & si de misericordia etiã diuina hoc sensisset, cui omnes alias suas adscripsit victorias, eidemque soli propterea gratias egit, vt se martyrij corona dignam faceret, qui fecerat sui amore vt pateretur dignam, nihil superbi egisset, nec præsumptionis propterea foret arguenda. Tantam enim in se, tamque mirabilem ac exuberantissimam experta iam fuerat in omni vita ac passione sua Dei tum misericordiam, tum munificentiam, vt desperare non posset dignam se (non dico ex se fieri) sed dignam per misericordiam diui nam haberi: atq; faciente id dignatione diuina, tanquam dignam se martyrio miseri corditer acceptari. Per multa eñ iã à Deo cœlitus dona, auxilia & bñficia receperat, vnde æternæ salutis confidenter se sperare potuit absq; vlla hæsitatiõe fore participẽ.

Hæc si omnia legissent hi, qui modo temere obganniũt, ori silentiũ imponerẽt. Neq; enim spes firmior atq; maxima confidentia de Deo impedit, sed perficit humilitatẽ. Volunt eñ & ipsi oẽs homines salutẽ à Deo sperare, & q̃dammodo certos fore, & tamen diuã Barbarã de sua reddũt salute nõ securam, quasi quæ adeo sibi timere debuerat, vt licet in vita adhuc cõstituta, quod bonis malisq; cõmune est, orare pro alijs propterea non debuisset. Iã vero omnino ne verbum quidem habetur in illius oratione, q̃d id sonaret, quasi martyrij coro na, aut sanctitatis noĩe, aut vt festiuitas sibi institueretur, dignã se æstimasset, tãetsi me rito à dño id sperare potuit, vt inter marty res haberetur apud Deum, quæ iam iamq; pro eius amore genua flectens, gladiũ post alios multos passionũ agones, quas domi no confortãte vicerat, erat susceptura. Certe tam ipsa, quam alij tunc sancti non igno rabant, quomodo martyrum tunc fiebant memoriæ (quod ex multis quoq; sanctorũ vita facile colligitur) nẽpe vt ad sepulchra martyrum, aut ad martyrij loca conueniebant pij homines, & ieiunio orationiq; va cantes, Deum laudabant, qui pro magnificentia sua, pro fideiq; suæ exultatione gratiam huic dedisse martyrij atq; victoriam, qua adiutus & tyrannos, & mundũ, & amicos, & carnem suam contempsisset, atq; illi hoc est, Christo nõ absq; sui effusione san

R Cõtra blasphemos in sctõs Dei q amicos.

Memoria martyrũ qui olim fiebat.

guinis testimonium fidele(quod ipse cum patre & spiritu sancto verus vnusque esset Deus) reddidisset.Iam vide quid fuerit piaculi,vel sanctamBarbaram,vel aliū quemuis sanctorum orasse se pro ijs, qui diem passionis suæ cum aliqua sui memoria obseruauerunt,vt propterea à domino misericordiam consequantur.Nam quid aliud sic orans orat,quam,Rogo te domine Iesu pro ijs,qui diem hunc meę recolunt passionis, in qua tu tua me gratia, tuiq; amore, pati ac mortē sustinere fecisti & adiuuisti? Qui fragilitatis,inquā,meæ fuerint memores simul ac tuæ virtutis,qui hāc misericordiam tuam mihi fauerint,qua tanta me dignatus es gratia,vt dares & animum & voluntatem pro tuo nomine patiēdi.Qui deniq; huius diei reminiscuntur mihi gratulātes,qua ex innumeris me periculis eripuisti,& qui te,dona tua misericordiamq; tuam in me honorauerint,quive pro me tibi gratias egerint,atq; q te pro misericordijs tuis in me relucentibus laudauerint, quandoquidem nunquam ego te satis laudare queo,licet ad mortem vsque te anima mea laudet domine, da eis, quicquid à te salutare petierint.Quid quęso illicitum est sic orasse?Si tibi displicet oratio sanctæ Barbaræ,Deo non dsplicuit,qui libenter annuit eius supplicationi.Nam &quod promisit, innumeris postea per S.Barbaræ spōsę interpositam memoriam se inuocātibus misericorditer est largitus,& in hodiernū vsque diē,licet te murmurāte,largit. Vana igitur omino est illorum calumnia, vel qui sanctos ita orasse non credūt,aut si ita orauerint,modo eos illicito orasse credūt. Siquidē omnia eorū obiecta inde oriūtur, quod sanctorum gesta vitioso corde,quēadmodum seipsos sentiunt(vtpote spiritualium rerum, atq; verarum virtutum prorsus inexperti) dijudicant.Dicunt enim temerarium fuisse,q̄d sancti eiusmodi orauerint pro alijs quando ipsi adhuc nesciebāt se saluandos.Hæc eorum indoctissima est iustitia,& stulta omnino obiectio.Nam si propterea non foret orādum pro alijs, nemini tūc liceret orare(quod cōtra Christi est præceptum)pro suo proximo, quando quidē nemo scit an amore,odiove dignus sit.Sed dicunt:Orauit Barbara pro ijs,qui adhuc post mortem suam forēt sui memores.Et hoc vanum est,inaniterq; obijcitur. Vbi enim scriptum est, pro ijs tantum qui nobiscum adhuc viuūt,orari debere, non pro futuris neq; pro præteritis? Si ante viginti annos audirem aliquem deliquisse, nō orabo pro eo,quia ante multos annos hoc peccatū factum est?Bona verba.Item, si aliqua coniectura æstimo futuros, qui post mortem meam in bono,atq; ex charitate,& dulci Christianoque affectu mei recordabuntur,nū quamdiu superstes sum, nō licebit mihi pro eiusmodi orare? Num in vita (quomodo oro pro ijs, qui modo per charitatem me diligunt, aut mihi bonum fauent)non possum orare pro ijs,qui post mortem aut mihi fauebūt,aut me excusabunt, aut charitatis aliquid defuncto impendent,aut saltem Christi intuitu diligunt,atq; suauiter,hoc est,cum affectu charitatis mei recordabuntur? Neminem vix ita desipere puto, qui hoc nefas esse iudicet:imo qui hoc non laudet. Si igitur licet hoc, & laude dignum est, quomodo tunc sunt arguendi sancti,qui legunt pro sui memoriam habituris orasse? Respondes:Non hoc modo negamus,vt illicitum sit orari pro sui memoriā facturis, sed hoc reprehendimus,quod aras, sacrificia, memorias,solennesq; inuocationes sibi statuendas putarūt.Dico omnino id fictum atque falsum esse. Nullus hoc sanctorum optauit,licet quibusdam hoc futurū à Deo in vita reuelatum sit,paucis tamē & humilimis,qui non poterant inde fieri deteriores,sed fundati in humilitate, inde magis humiliabantur,ex tam magna, admirabilique dignatione Dei erga se, quam essent in terris etiam post hanc vitam ab eodem recepturi:quod tamen omnino illis absurdum videbatur vt fieret sibi, vtpote tam indignis, licet non haberent, quo promissiones diuinas aut arguere,aut illis obstrepere,seu non credere deberent. Quomodo enim post mortem (vt inique nonnulli calumniātur) sibi hoc fieri appeterēt sancti, aut quomodo honoribus sibi futuris oblectarētur,quādo in vita omnia hæc radicitus à se extirparunt?hoc est, & honores & honoris appetitū? Absit hoc ab illis, absit etiam à nobis,vt putemus eos vel vnā cogitatiunculam admisisse, qua se fuissent consolati,exultassent,sperassent, desiderasentve sibi honores institui,celebrariq; nomina sua post mortem. Haudquaquā de illis hoc est,sentiendum.Hoc enim omnino commiserunt Deo,quid post mortem sibi fieret

Eccl. 51

Blasphemiæ cōtra inuocatione & merita sanctorū vnde originē sum pserint

Eccles. In cauillosos hæreticos.

Memorias sui instituendas q nā modo sancti optauerint.

fieret in terris, quandoquidem ne ea quidem quæ viuentibus occurrebant, aliter quam de manu domini acceperunt, in illius gloriam omnia referentes. Non tamen inficias eundum puto, optasse etiam eos & in vita, & in morte, & post mortem suam, vt haberẽt qui Deum pro se laudarent, qui benedicerent, qui gratias agerent: quãdoquidem impares atq; minores se omni vita sua fuisse agnoscebãt, vt ꝑ tot bñficijs, gratijsq; ac Dei donis dignas Deo egissent, agereve possent gratias. Idcirco ꝑ alios hoc cupiebãt expleri, atq; in Deo laudando se optabant adiuuari, vt Dei laus, q̃ ipsi minus extulissent, ꝑ alios suppleretur. Erat autem hoc non arrogantiæ, sed profundissimæ humilitatis, qua Dei bonitatẽ, beneficiaq; in se, & e regione suam vilitatẽ, indignitatemq; perfecte agnoscebant. Inde enim vidẽtes se ad gratias Deo agendas omnino non sufficere, suaq; omnia nihil æstimantes, cupiebant per quoscunque Deo laudes fieri pro illius beneficijs, quæ in se tãto clariora atq; maiora videbãt, quãto ea indignioribus sibi præ cæteris (vt putabant) hominibus, qui fuissent magis grati, essent collata beneficia. Hoc modo desiderare, vel vsq; in finem mundi haberi memoriam mei, vnde Deo gratiæ agantur & laudes pro me, mihi quoq; peccatori quare non liceat? Omnino enim cupio per alios suppleri, quod ipse negligo: quanto magis id licuit, imo laudari debet in beata Barbara? Absit, absit igitur, vt dixi, in sui honorem aras, aut monumẽta sibi beatissimam Barbaram optasse fieri post mortem, quæ in vita propter Christum omnia contempsit, neq; seipsam, neq; aliud quid diligens aliter, quam propter Deum. Quomodo ergo post mortem aliquid posset desiderare, quod in Dei gloriam & laudem non dirigeret, aut quod propter Deum non concupisceret? Tanti enim tũc faciebat Christũ, vt non modo pro exaltatione & honore illius sanguinem funderet, verum etiam ad tradendam in mortem animam suam pro eiusdem gloria genua sua iam iamque moritura flectebat. Quomodo igitur tunc adeo potuisset esse cæca, vt ambiret aliquid in illa hora, quo omnes alias virtutes suas obumbraret, aut Christi gratiam amitteret? Nec propterea in hac parte censenda est falsa esse historia, qua ipsa vel alij nonnulli pro sui memoriam agentibus orasse leguntur: quandoquidem & in vita, & post mortem nihil, quam Dei gloriã aliud quæ fierunt. Quamobrem, quomodo licuit illis orare, ita licuit etiam scriptori eorundem orationem manifestando scribere.

Historia sanctę Barbaræ cur nõ possit nisi vera haberi.

Cogitetur de sanctis, quam pure dilexerint Deum, adeo vt nec seipsos amauerint, nec vllam creaturam, nisi quantum in Deo & propter Deum amare tenebantur. Dei autem gloriam pure in se & in omnibus quæfierunt: propter quam & se & reliqua omnia spreuerunt, & secundum hãc normam ea quæ dixisse, egisseve leguntur, intelligantur, tunc non erit, quod obijciant ij, qui cuncta semper in deteriorem iudicant partem, ad hoc nati, vt quæuis aliena, quum ipsi nihil agant laudandum, carpant. Dominus Iesus illis posthac saniorẽ tribuat mentem, qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

Amor sanctorum erga Deũ quantus fuerit.

IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI, LOco epistolæ, Lectio libri Ecclesiastici, ex capit. quadragesimoquarto, & quadragesimo quinto.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurãdo fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ.

Statu-

Statuit illi testamentum sempiternum,& dedit illi sacerdotium magnū, & beatificauit illum in gloria,fungi sacerdotio,& habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A LEctio hęc ex Ecclesiastico sumpta est, ex duobus puto capitibus,à quibus ea quę sanctis cōfessoribus congrua erant,adunata sunt,nonnullis verbis aut sententijs, interim quę minus videbātur huc idonea, intermissis.Itaq; lectionem Ecclesiæ secuturi ac textum sic legemus: Ecce sacerdos magnus.In veteri testamento sacerdos dicebatur magnus,qui erat pōtifex,aut princeps sacerdotum.Porro,in nouo testamēto pro pontifice aut episcopo sumitur. Fuit autem sacerdos magnus beatus Nicolaus,beatus Augustinus,beatus Ambrosius, beatus Martinus,alijq; innumeri,qui non solum dignitate,præeminētiaq;,sed etiam virtute,sapientia,charitate,atque omnium virtutum genere fuere præclari. Sequitur: Qui in diebus suis, dum hic viueret, dum in luce gratiæ ambularet, placuit Deo, qa immaculatum se custodiuit ab hoc seculo,aut innocentiam seruans,aut per pœnitentiam eandem reparans, Dei misericordia & gratia super illum coruscante.Placuit Deo,&erga proximum inuentus est iustus,reddens vnicuique quod suum est,ita vt nulli quid deberet nō solutum,aut non impletum relinqueret. Et in tempore iracūdiæ,dum ad iram, dumq; ad vindictam Deum excitasset plebs,ipse factus inter Deum &populum arbiter,hoc est,se medium exhibens,& lachrymas,preces, oblationēque sacrā pro populo Deo offerēs, factus est plebis ad Deum reconciliatio.Hoc nanque non raro sancti fecere episcopi, qui iram Dei auertentes à populo, & vltionem deprecantes diuinam, plebem quoque ad pœnitentiam induxerunt suorum peccatorū.Non est inuentus similis illi,qui conseruaret legem excelsi.Non comparatione aliorum sanctorum hoc dictum est,nec vt reliquis contemptis, vnus præferatur omnibus.Solus enim spirituum ponderator est,vt Salomō ait,Dominus enim est, qui nouit solus quid sit in homine. Nam sanctorum vnicuiq; hoc ad laudem ipsius dicitur,quod non fuerit similis illi,qui conseruaret legē excelsi. Varia nanq; sunt dona Dei, & iuxta Apostolum, Vnusquisq; proprium donum habet à Deo. Quo fit, vt in hoc vnus,in alio alius præemineat:& qui in vna virtute est inferior, in alia ediuerso sit præclarior. Eam ob rem iureiurando,hoc est,tam firmo decreto,quod iusiurandum dici valeat, fecit illum dominus crescere & dilatari perfectione charitatis,omniumq; virtutum in ædificationem plebis suę,cuius est doctor,pater,pastor & episcopus. B Benedictionē omniū gentium dedit illi,hoc est,tanta gratiarum perfectione donorum circumvallauit eum,vt beatus dicatur inter omnes gentes, dicaturq; ab omnibus fauorem & gratiā apud omnes inuenisse.Itaq; benedictionem omnium gentium dedit illi dominus,&testamentum suum confirmauit super caput eius,hoc est,in mente illius testamentum legis Euangelicæ confirmauit.Sacerdotum enim est docere populum, explanareq; legem.Quod quomodo quis recte fecerit,si in lege domini non sit eius voluntas, nec in lege eius meditatur die ac nocte:Cognouit eum dñs in benedictionibus suis, tā varia sua in illo dona multiplicans,vt ostēderit se illum cognoscere,diligere & approbare.Cōseruauit illi misericordiam suam, seruans eum misericorditer à ruina peccati,ne à Deo excidat.Nam vt tanta illi præstaret Deus,id inde fuit, quod inuenit sanctus iste gratiam coram oculis domini. Magnificauit præterea dominus eū in cōspectu regum.Siquidem S.Nicolaū vt corā Constātino,Ambrosium corā Theodosio,Martinum coram Maximo & Valentiniano,Hugonem coram Anglię rege Henrico,virtute,sanctitate,scientia & opinione clarus esset ac magnus, fecit. Et dedit illi coronam gloriæ, vt hic quoq; apud homines autoritate &gloria pręemineret. Sanctis enim episcopis multi admodū reges se humiliauerunt. Aut coronauit eum corona gloriæ, hoc est, mitra episcopali, quo vt præstantior plebe deuota sit merito,ita etiam esset insignior sacro ornatu. Aut de corona glorię sempiterna intelligitur,quā sanctis prædicatoribus Ecclesięq; docto

Sacerdos magn⁹ qs in veteri, & quis in nouo testamento dicit⁹ fuerit.

Iacobi 1

Prouer.16

1.Cor.12

Psalm.1

S.Nicolaū apud q̄s Deus magnificauerit.

doctoribus, martyribus ac virginibus Deus dabit, quæ aurea & aureola dicitur, singularem. Statuit ei testamentum, Euangelium iuxta quod viueret, sempiternum. Illi enim aliud non succedet, sed in patria cœlesti perficietur. Et dedit illi sacerdotiũ magnũ, puta vt pontificis fungeretur officio. Et beatum illum fecit in gloria cœlesti, in morte eum consolans, & dicens: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã: intra in gaudium domini tui. Itaq; dedit illi dominus fungi sacerdotio, & habere laudem non ex seipso, quia nihil vnde laudetur, à seipso habet: sed dedit illi in nomine ipsius, id est, Dei habere laudem, quo in domino laudetur, exultetq; anima ipsius, nec aliam laudem optet aut sentiat, quã vt laudetur Deus. Postremo, illi quoq; dedit Deo offerre incensum dignum, hoc est, feruētissimam orationem, quæ vt fumus aromatum ante Deum ascendat Deo digna in odorem suauitatis.

EXEGESIS EVANGELIJ, de sancto Nicolao episcopo, siue quouis alio Confessore, pontifice, Matthæi vigesimoquinto.

C

DOminus noster Iesus Christus parabola nos instructurus memorabili fratres ac filij charissimi, nõ hoc vult, vt peccatis, malisq; operibus abstinētes, viuamus reliquo tēpore ociosi: sed docet nos hic, tam etsi mala nõ faciamus opera alia, ipsum ocium, ipsam acediam nobis esse imputariq; in peccatum: propterea quod donis à Deo ad bene operandũ acceptis, non fuerimus ad Dei gloriam vsi. Vult igitur nos pigritiæ & negligentię damnare, si non, vbi cõuenit aut oportet, Dei, ad ipsius gloriã dona expenderimus. Strenuos nos igitur & feruentes Christi decet esse milites, non pigros, aut negligentes, qui Christi honorē, animarũ quoq; quærant lucra. Cuius gratia nullis se subtrahant oportet labori bus, nulli indulgeāt ocio, nõ sibi ipsis parcant: sed in omni tempore ad glorificandũ dominum nostrum Iesum Christum, ad eius cultum promouēdum, ad eius honorem procurandum, ad animarumq; ædificationem impigre & alacres currant. Hoc S. pontifices olim feruētissima perfecerũt charitate, operibus pietatis, studijsq; sanctis continuis intenti. Cuiusmodi sanctus fuit Nicolaus, sanctus Martinus, sanctus Augustinus, & innumeri alij: qui animarũ corporumq; necessitatibus subuenientes alienis, talenta à Deo accepta duplicarunt. Siquidem hi verbo doctrinæ reficiebãt auditorum animas, & corpora beneficijs ad hęc necessarijs nihilominus pascebãt. Duplicabant igitur eleemosynam, duplicabãt charitatis beneficium, quando nõ tam corporibus, quam animabus subueniunt proximorum. Alij oratione redimebant carceribus captiuos, & ex diaboli faucibus nihilominus eripuerunt animas prędicatione, quas miserunt ad Christũ. Proinde de cõfessoribus sanctis pontificibus legitur in Ecclesia hoc Euangelium, qui dona à Deo potiora ad regendã, docendamq; plebē acceperunt, quare illis vigilandum hæc parabola docet, ne dona hæc sibi credita negligant, ne hæc ociosa sinant, & absq; fructu, neve in quęstum humanę laudis aut lucri temporalis, non in Dei honorem ac cultũ, sed in opprobrium improperiumque Iesu Christi eadem expendant. Dicit igitur Euangelista:

Talenta sibi cõmissa quõ sancti duplicauerint.

Homo quidam peregre proficiscens.

D

Hominem vt re vera erat, se dicit dominus Iesus Christus, qui quamuis Deus erat, in similitudinem tamen hominum factus, & habitu inuentus est vt homo. Itaq; homo hic peregre proficiscens, electis suis formam, conuersationemq; suam, quã aliquãto tempore in mundo exhibuerat humanam, iterum ad patrē cœlos ascendens, subtraxit: donec aliquãdo exacturus rationem de singulis operibus nostris, donisq; nobis collatis redeat in eadem forma, qua abierat in cœlum. Ita enim apostolis dictũ est: Hic Iesus q à vobis assumptus est in cœlũ, sic veniet, quēadmodum eũ vidistis euntē in cœlũ. Dicitur aũt peregre profectus, secundũ B. Gregorij sententiã, ideo, qa cũ terra, ꝓprius sit carni locus ab eo tēpore q̊ Adę dictũ est, Terra es, & in terrã ibis. Christus ab hoc loco humanę naturę olim deputato, dũ suũ corpus in cœlũ leuãs abduxit,

Philip. 2 Hominem se esse vocet hic Christus.

Actor. 1

Quõ Christus dicat peregre profectus. Gene. 3

xit, quasi in alienum locum peregre profectus est. Caro enim quam adsumpserat dominus Iesus, non ita in terram iuit, vt videret corruptionem, sed e sepulchro resurgens, abijt in cœlum. Verum quum potius Christus in mundo peregrinus fuerit, & tanquam aduena seu colonus, nihil habens propriũ in mundo, habitauerit, quomodo dicendus est peregre in cœlum, vbi locus proprius est beatorum, potissimum corporis gloriosi domini nostri Iesu Christi, abijsse? Respodendum iuxta Chrysostomum, Christum suam quam ad electos habet charitatem hic commendasse: ad regna enim cœlestia, & ad patrem iturus suum vnde descenderat, peregre se profecturum dicit propter charitatem sanctorum, quam ad sanctos suos habebat, quos relinquebat in terris. In mundum enim veniẽs peregrinabatur, quando neminem habebat, qui nomen suum confiteretur. At vbi discipulos habuit, iam paterfamilias factus est: de mundoq; proficiscens, & à suis recedens, iam quasi peregre proficiscebatur. Vt igitur, quantum suos qui erant in mundo diligeret, ostenderet, peregre se abiturum insinuat. De quo Chrysostomus sic loquitur: Vis scire quantum diligat Deus fideles suos? Considera quid passus est pro eis. Si enim magis quam gloriam suam illos amauit, quasi homo moriens pro eis, quid mirum, si maiori dilectione tenebatur sanctorum quos relinquebat in terris, quam dilectione gloriæ, quam habebat in cœlis?

Psalm. 15
Chrysost.
Charitatis Christi cõmendatio

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua,

Qui sunt hominis huius serui? Quoniam de prælatis præcipue, puta animarũ custodibus atq; rectoribus, parabolã hanc adfert dominus, qui plena, potioraq;, quã alij multi à domino recipiũt munera, quibus alios dirigere, fouere, atque pascere debent: primo, quidem hi intelliguntur, qui curam animarum susceperunt. Nihilominus tamen omnibus ac singulis hæc parabola dicitur à Christo, qua monẽtur non negligere gratiam & dona sibi diuinitus collata. Sunt itaq; Dei aut hominis illius Euangelici, hoc est, Iesu Christi serui quot quot Christus in sui nominis agnitionem uocauit. Huius hominis seruitus, vera est libertas ac gloria. Huius seruitutem nemo sanctorum erubuit, sed pro magna gloria esse se Dei seruos omnes habuerunt. Inde est, quod fere singulis epistolis se præscribendum seruũ Iesu Christi apostolus Paulus dixit. Et Psalmista etiam ait: Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. Bona quæ tradidit seruis suis, spiritualia sunt munera, quæ nobis contulit gratiarum: puta, animæ virtutes, sacramenta, eorundemq; dispensationem, gratiasq; gratis datas, imo & merita nostra, illius sunt munera. Quæ ita distribuit, vt non tanquã parcus aut inuidus, nec tanquam acceptor personarum, sed pro fide suscipientiũ, pro diuersitate quoq; officiorum vni plus, alteri minus commisit. Ideo sequitur:

Serui Christi quinã hic vocentur.
Seruitus Dei q̃ sit gloriosa.
Rom. 1
Galat. 1
Psalm. 115
Bona quę nã seruis suis Deus tradiderit

Et vni dedit quinq; talenta, alij duo, alij vero vnum. Vnicuiq; secundum propriam virtutẽ, & profectus est statim.

Quod vni quinq;, alteri duo, alteri vero vnum commisit, hoc fecit, vt iuxta cuiusque capacitatem, meritumque atq; officium dona sua distribueret. Idem enim dominus omnium, idemq; spiritus dona sua distribuens vnicuiq; sicut vult. Alij enim datur per spiritum, vt Apostolus ait, sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alij genera linguarũ, alij operatio virtutum, & alia multa quæ enumerat. Hæc itaq; dona commisit seruis suis, vt in his negocientur, atq; ad lucra, id est, ad diuini honoris augmentum, ad animarumq; ædificationem his vtantur. Per quinq; igitur talenta, secundum Gregorium, dona quinque sensuum corporis intelliguntur, quibus homo exterior regitur. Ei vero q̃ duo talenta accepit, datus est intellectus & operatio, seu intellectus & voluntas, vt quæ agenda sunt homo intelligat, & quæ intellexerit, etiam velit. Quo liquet plura iuxta hunc intellectum cepisse dona eũ qui duo, quam illum, qui quinque talenta accepit. Minus nanq; recipit, qui exteriorum tantum accipit cognitionem, quæ quinq; sensibus agitur, quam is qui intellectũ, id est, interiorum scientiam simul, ac in exterioribus operationem seu prudentiam accipit. Alteri vero, inquit, commisit vnum, id est, solam intelligentiam scripturæ, quo talento seipsum regeret, & alios erudiret. Quomodocun-

1. Cor. 12
Gregor. Talenta quinq; duo & vno quidnã di uersim intelligitur.

modocunq; autem exponãtur hæc secundum numerum talẽta, aut quinq;, aut duo, aut vnum, hoc dominus vult nobis dictũ, neminem esse, qui non aliquod, aut plura receperit à Deo talenta, in quo, aut quibus operari vnumquemq; vult, & ea ad incrementa virtutum, ad iustitiæ profectum, ad proximorum subsidium, & in gloriã Dei conuertere, expendere ac dispensare quisque debeat.

Abijt aũt qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus ẽ alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiẽs fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

F

Vterq; seruus & qui duo, & qui quinque acceperat talẽta, abijt in operationem, & dona sua seu gratiam quã accepit, in alios, iuxta admonitionem Apostoli, administrauit: duplicauitq; talenta, dum donis à Deo acceptis, & pie vsus est in se, & eisdem quoq; proximis seruiens, vtilis fuit. At vero qui vnum duntaxat talẽtum acceperat, abiens illud non studuit multiplicare: cuiusmodi sunt qui scientiam scripturarum, intellectumq; percipiunt, nec tamẽ se, nec alios recta docent. Hoc autem ideo illis cõtingit, vt ex talento, quod acceperunt (siue sit illud gratia eruditionis aut prædicationis donum, aut aliud quodcunq; munus à Deo) nullum referant lucrum, quia illud in terram abscondunt. Qui sunt, inquis, qui talentum suum in terram abscondũt? Qui terrena sapiunt, qui terrena diligunt, puta honores, opes, hominum fauores, ac laudes, aut alia quæcũq; caduca & terrena: vnde eorum affectiones adeo inquinãtur, adeo opplentur, adeo abstrahuntur: adeo etenim huiusmodi caducis impleti sunt, vt nihil illis interim diuinum libeat, sed donum quod à Deo receperũt, interim in terra iaceat sepultum: hoc est, per terrenas cõcupiscentias maneat neglectum ac absque fructu. Iuxta Chrysostomũ, ille qui fodit talentum suum in terram, similis est fatuis virginibus, quæ habẽtes lampades, oleum non habebant. Tam enim ille, quã istę putabant sibi ad salutem, hoc solũ, quod credebant in Christum, sufficere. Neq; enim vere talentum domini sui perdidit, sed in terram abscondit. Quamuis autem nõ perdiderit, reus tamen est damni. Non enim propter hoc solum vnusquisque fit Christianus, vt sit Christianus seruans fidei suę talentum, sed operetur iustitiam Christo. Sicut enim, qui seminandi causa accipiens semen, tempore seminationis non seminauerit, damnum facit domino suo: & si non perdiderit semen, est tamen damnum tantum, quantum poterat lucrum facere, si opportuno tempore seminasset: sic qui accipit fidem Christi, & in hoc seculo seminationis non fuerit operatus iustitiam, & si fidem suam non perdiderit, tamen tãtum videtur peccasse, quantum potuit iustitiam facere, si non neglexisset. Hæc Chrysostomus. Qui bene intellectus, non reor vt in hoc, alijsque locis similibus placeat Lutheranis.

Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.

G

Post multum temporis, puta ab ascẽsione domini, vsque ad iudicium vltimum (grande enim tempus interest) quando dominus reuertetur, atque ad rationem audiendam, iudex sedebit. Sed quia supradictũ est, Christum propterea peregre dici profectum, quod familiã hic in terris sanctorum, hoc est Ecclesiã sibi asciuerat, quam diligens ab ea discedebat, mirari quis posfit, quare ad tẽpus ab electis suis dominus, si adeo eos amabat, hinc in cœlos discessit, aliquando rediturus, & semper cũ sanctis futurus? Hoc pariter ex amore fecit, vt electi in illius absentia per fidem operarẽtur, crescerentque in gratia ipsius, ac probarentur, & gloriam, vitamq; sempiternam sibi acquirerent: hoc est, se idoneos æternæ vitæ exhiberent. Præsente enim Christo fideles probari non poterãt, an vere essent fideles, quoniam quod pręsens est nõ creditur, sed cernitur. Porro quod absens est, non cernitur, sed creditur, quãdo illius offensio cauetur, aut ira eius timetur. Itaque Christo præsente si fideles tẽtationem aliquam propter eundem sustinerent, aut iustum aliquid operarentur, opus illud non videbatur agi ex fide, sed esse in oculis. Seruus enim fidelis ne sit, absente dño probatur: præsente autẽ domino quicquid fecerit, non laus est serui, sed domini. Vt igitur electi Christi crescerent in fide, crescerent in iusti-

Marginalia (left): [...] parabola [...] dñs in [...] uare [...] luerit. — 1. Petri 4. — Talentum in terram [...] conde[...] [...] gliar. — Chrysost. — Matth. 25 — Fidem so[...] [...] non sufficere ad salut[em].

Marginalia (right): Christianus verus quis sit. — Ecclesiam suam intime amans cur Chrs reliq̃rit, ascendẽs ad cœlos? — Absentia Christi q̃d fidelibus profuerit.

in iustitia bonoꝝ operum, redderentq; se
idoneos vitæ æternæ, expediebat Christũ
eis ab oculis subtrahi. Quod Christus q̃q;
eos præmonuit & prædixit, dicens: Expe-
Ioan.16 dit vobis, vt ad patrem à vobis abeam. Ali-
oqui paracletus non veniet ad vos. Liquet
igitur Christum non tam propter suã vti-
litatem, quam propter vtilitatem electorũ
suorum ad cœlos ascẽdisse. Itaq; post mul
tum temporis, redijt dominus seruorum
illorum, & posuit cum eis rationem. Tunc
Rationem quãdo ponat Deus cum seruis suis. enim ratio cum seruis ponitur, quando di
stricte à nobis exigit dona sua Deus, quæ
tam misericorditer, quam libenter nobis
tribuit. Tunc, inquam, exiget, quando an-
te tribunal (vt Apostolus ait) adstabimus,
2.Cor.5 Christo rationem pro his quæ gessimus,
reddituri.

Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talẽta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

H Accedit ad dominum fiducia fultus
seruus ille, q quinq; acceperat talenta, quo
niam testabatur illum conscientia innoxi-
um atq; fidelem dño suo fuisse. Cuius ma-
nifestum habuit argumẽtum, q̃niam quin
que talenta accepta, domino duplicata re-
tulit. Eam ob rem à domino laudatur, q̃d
in his quæ in comparatione æternorũ mo
dica sunt, fidelis fuerit. Gratiæ enim dona
quinq; quę à domino receperat, ad Dei ho
norem erogauit in sui ac proximorum sa-
lutem, eaq; per dilectionem Dei & proxi-
mi duplicauit: quod est duplicasse talentũ.
Gratulari dñm seruo qd sit. Gratulatur autem dominus seruo, atq; ob
illius exultans fidelitatem. Euge, inqt, ser-
ue bone, & qui iustitiam operatus es, & fu-
isti fidelis, q meũ quęrens honorem, quæ-
cunq; egisti, ad meam retulisti gloriã, non
teipsum, sed in te & in proximo tuo meum
beneplacitum es zelatus. Quia autẽ super
pauca tibi cõmissa fuisti fidelis, super mul
Hierony. ta te cõstituam. Vt autem Hieronymus ait,
quamlibet omnia quæ in p̃senti habemus
magna videantur & plurima: comparatiõe
tamen futurorum parua & pauca sunt. Hic
igitur seruus quoniam terrena fideliter di
spensauit, pro temporalibus transitorijsq;
rebus æternam recepit mercedem, vt sequi
tur: Intra in gaudium domini tui. Vide, qa
non dicit, Intra ad gaudiũ domini tui: sed,
intra in gaudium domini tui. Suscipe nũc,
quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec Esaiæ 64
in cor hominis ascendit. Hoc gaudium in 1.Cor.2
tra, hoc est, gaudio vndique circunseptus Gaudium dñi intra quid sit
esto, & quasi in gaudiorum medio consi-
ste, quo omĩ ex parte tibi sit gaudium, sur-
sum ex visione Dei, deorsum ex considera
tione inferni aut supplicij quod euaseris,
interne ex gloria cõscientiæ, externe ex o-
mnium creaturarum decore.

Accessit autem & qui duo talẽta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Vide domini bonitatem, nõ iuxta hoc
quod plura pauciorave talenta commisit,
quod præmiũ statuit, sed quia vtriq; æque
dicit: Intra in gaudium domini tui. Quo
vult indicare, non propterea te maiorẽ ha
biturum mercedem, quia multorum fuisti
dispensator bonorum: sed illud apud Deũ
respicitur, illud ad præmium, mensurã &
differentiam coronarum tribuendarũ, in-
ter eos qui pariter vna sunt felicitate beati,
discernitur. Examinatur etiam vnusquisq;
qua dñi talenta dispẽsauerit charitate, qua
animi deuotione, & qua dño seruierit tum
fidelitate, tũ alacritate. Inde eñi orietur dif
ferentia p̃miorum, vnde disparitas genera
ta est meritoꝝ. Dicitur igitur illi q̃q;, vt in-
tret in gaudiũ dñi sui. Glorioso nanq; cer-
taminis cursu cõsummato, laborumq; prę
sentis vitę studijs atq; conatu finitis, gaudi
um dñi sui intrabit, qui licet quinq; homi
nũ milibus p̃dicauerit, vnã tamẽ duntaxat
animã fuerit lucratus, aut fortasse nullam,
nõ minus tamẽ sui studij, laborisq; ac cha-
ritatis, quam si multas cõuertisset animas,
meritum præmiumq; habebit. Siquidẽ mi
les qui strenue, fortiterq; pugnat, non qui
feliciter, commẽdatur. Postremo, de seruo
pigro

pigro adijcit, quomodo suum quoq; talẽtum, sed sine lucro is retulerit, nec absq; iniuria & contumelia domini se excusauerit: quem propter pigritiam atq; inutilitatem, quia laborare noluit (tametsi nulla mala de eo opera alia nunciẽtur) ad domini sui gloriam, proijci in tenebras exteriores iussit. A quibus tam internis, quam externis nos seruet dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM festo. Vera deuotio ad Deum, veraq; perfectio vitæ Christianæ, quare hoc calamitosissimo seculo sint tã in paruo precio ac vsu.

I

Domine prẹuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis. Psalmo vigesimo. Ad bonorum ac pie mœrentium consolationem, ad nonnullorum quoque excitationem filij charissimi tacere nequeo, qui fiat vt tanta fuerit olim deuotio, tanta perfectio, tam vehemens Dei amor, & tam frequens studium apud multos inueniebatur seruiendi Deo: hodie vero raro apud homines inuenitur sanctitas. Hoc, scio, nõ paucos vestrum contristat, qui licet bonæ sint voluntatis, nihil tamen inueniunt in seipsis huiusmodi, quod de pristinis sanctis & legũt, & mirantur. Cumque eadem imitari gestiant, si in se nihil, quod studium hoc feliciter promoueat, inueniant, nullum consilium, nullumque auxilium illis restare putant, adeo vt videatur eis (quamuis ita non sit) omnis conatus suus impendi frustra.

Possunt igitur dari rationes nonnullæ, quare non tanta hodie vt olim inueniatur sanctitas in mundo. Prima est, quod olim crebrius Deus ortum sanctorum mirificauerit, hoc est, in benedictionibus gratiarum præuenerit, vt Psalmista ait, quę in pueris, infantibus, aut etiam in necdum natis comperta sint signa quædam, quæ non solum supra ętatem, sed etiam supra naturam diuinæ gratiæ benedictionem, atque donorum Dei exuberantiam huiusmodi hominibus, aut à puero, aut in baptismo, quam cæteris, datam indicant esse cœlitus largiorem. Inter illos sunt Hieremias, Ioannes Baptista, sanctus Nicolaus, alijque item multi, quos legimus benedictionibus domini præuentos. Cæterũ, quot qui Deo soli inter electos noti, nobis incogniti, à pueritia, baptismi, quam semel receperunt gratiam, nunquam postea amiserunt? Verum vt de sancto Nicolao modo loquamur, cũ paulo ante natus esset infans, & baptizaretur, erectus stetit in pelui. Quis illũ hoc docuit, vt in sacramenti huius perceptione Deo reuerentiam faceret, atq; tanq̃ ad fidei confessionem se erigens, supra naturam ętatis vt Dei miles, staret? Deinde cũ quarta & sexta feria infantulus ieiunaret, semel tantum in die matris vbera sugens, num hoc humanæ prudentiæ, aut infantilis ingenij fuit? Haudquaquam: sed indicabant hęc signa illum adhuc infantem à spiritu regi. Itaq; qui huiusmodi sunt, qui domini benedictione pꝛeueniuntur, nihil mirũ est, vt anteceant alios in virtutum perfectione.

K

Secundũ est, quare hodie nõ tam perfecti, vt olim inueniuntur sancti. Quia idem zelus, eadem charitas, idem feruor, idemq; studium & conatus pro assequẽda perfectione nobis, vt olim, hodie non est. Omnia enim deficiunt, atq; à sua auita virtute degenerant. Nihil in ea nobilitate, integritateq; hodie, in qua olim, perseuerat. Quomodo ergo charitas multorum refrigescit, ita necesse est quoque virtutes alias extenuari. Solebant magnopere antiqui peccata, non modo magna lethaliaq;, verumetiam modica, leuissimaq;, quæ nos non vt peccata plangimus, sed honestates, ciuilitates, necessitatesq; arbitramur, imo vt ea, quæ caueri non possint: Ita, inquam, leuissima quæque planxerunt sancti, quomodo nos ne grauissima quidẽ delicta lugemus. Non enim illis ardenter Deum amãtibus videri poterat quicq̃ esse leue aut paruum, quod à Deo nõ probatũ iri haud ignorabant. Non videbatur esse peccatum aliquod illis veniale, sed grauius, dolorosi usq; plangebant, quam nos hodie lethale quoduis peccatum, quamlibet veniale aut exiguum illud foret. Hic feruor, hæc deuotio, qua minima, vel suspecta ne Deo fortasse non placeant, cauebant, & ad arduissima ac molestissima quæq; toleranda se offerebant, parauit Deo locum in illis, quem donis suis, virtutumq; perfectione multifaria illustraret. Hic feruor charitatis & deuotio si esset pariter in nobis, nihil eorum nobis negaret Christus, quæ illis est largitus ad profectũ. Verum, vt de sancto Nicolao

Marginalia (left): ...ui fodi... ...tu talẽ... ...in ter... ...pœna... ...unra. | ...tur ...ratio ...nõ in ...tur ...olim. | Psalm. 20
Marginalia (right): S. Nicolaus q̃ pacto pꝛeuentus fuit à Deo in benedictionibus diuinis. | Zelus spiritualis pꝛefectus q̃ sit hodie modicus. | Matth. 24 | Peccata quęlibet quanto luctu olim deplanxerint sancti

Sanctitas parentum sancti Nicolai quanta colao nonnihil dicamus, S. Nicolaus licet esset deo deuotissimus parētibus ortus (puta ex his qui post primam prolem Nicolaum coniugij sancti fructum, cœlebem deinceps ducebant vitam) mundum tamen mundiq; gaudia toto pectore respuit Dei amicus, mundo, carni & diabolo perpetuus hostis. Idcirco immaculatus ab hoc seculo vixit, orationi & pietatis operibus die ac nocte vacans. Nam orationi continue vacasse, vel inde eum liquet, quod legimus illum mane præ foribus templi excubias orationum seruasse. Siquidem vbi Smyrnæorum eligendus foret episcopus, & pro eadem re ieiunia, supplicationesque fierent (alio nanq; tunc modo episcopi eligebantur atque hodie) inter episcopos vni autoritate & pietate potiori à Deo dictum est, vt mane expectarent, & quem ante alios primo in oratione excubantem ad fores templi inuenirent, hunc ordinarent episcopum. Quem dum Nicolaum esse inuenissent, licet renitentem, ordinauerunt Smyrnæorum episcopum. Vixit autem episcopus ex innocente innocētior, ex simplice simplicior, ex sobrio abstinentior, & ex humili humilior factus. Quum enim singulis præfulgeret virtutibus, nescires qd in sanctissimo viro primum, aut tanquam potissimum foret mirādum, laudandumve. Erat totus pietati deditus. Vnde in cuiusdam domum qui ex inopia suas filias lupanaribus prostituere cogitarat, cum etiam nōdum foret episcopus, ter auri massam non paruam proiecit, quo filias dotaret, & honeste viueret paup. Captiuos multos inuocatus, liberauit. Nam licet absens corpore, in visione tamē ac spiritu tyrānis regibusq; apparēs, eos terruit, eos nisi innoxios absoluerēt, minabatur. Virū misericordiæ eum mundus agnouit, ideo illo adhuc superstite Deū homines afflicti p S. Nicolai merita, quę Christus ipse in eo & cum eo operabatur, inuocabant ac liberabātur. Quod vero Nicolaus sæpenumero dum Smyrnę foret in oratione cōstitutus, narratur alibi in locis remotissimis pericli tantibus adfuisse, aut pręcepisse, aut captos liberasse, non opinādus est corporis mole inde translatus, aut duobus, quod impossibile est, locis eodē simul tēpore interfuisse: sed credendus est corpore vno in loco fuisse: animo vero aut spiritu, seu mēte alibi interim fuisse, vbi angelo interim in spē Nicolai agēte & loquēte, creditus sit adfuisse Nicolaus, & formasse verba. Hoc nāq; modo etiā in veteri testamento sæpe audit dñs loqui, aut Mosi, aut alteri, quāuis non dñs Deus loquatur, sed angelus in persona dñi loquitur: Ego sum dñs Deus tuus. Ita hic credenda ac intelligēda sunt ꝗq;, si quæ huiusmodi in vitis legimus sctōrum: puta ꝗsdam sanctos corpore in oculis oīm vno in loco sedisse inter Missaꝝ solennia, & alio interim loco simul eodemq; tēpore adfuisse, vbi mortuū sepeliebant, aut captiuū redimebant, aut aliud quid simile inter pietatis opa faciebāt. Huiusmodi nāq; nō raro cōtigerunt S. Nicolao, q varijs ac multis visus est adesse in mari, in carceribus, aut inter alia pericula cōstitutis, ipsiusq; nomē, hoc est, Nicolai, vt intercessor apud Deum illis fieret, inuocātibus. Qui putādus tamē non est de loco in locū translatus, sed si alibi p consolationē & subuentionem adesse visus est, hoc credendū est p angelū in Nicolai specie factū. Eā tamen ob rem vir misericordiaꝝ vniuerso mundo est agnitus, prædicatorq; veritatis, Deo eius eruditiōi veræ ac sanctæ vitæ incōtaminatæ testimoniū signis & miraculis tā in vita, ꝗ in illius morte perhibēte. Siquidē post multos sanctos labores, post certamina, post lachrymas, post agones deniq; multos cōtra diabolū, contra mundūq; pro Christi gloria, pro animaꝝq; salute exantlatos. S. Nicolaus dū spm̄ Deo reddidisset, sepultusq; corpore fuisset, circa eius caput fons cœpit scaturire olei, ꝗ in vita misericordiæ virū fuisse illū Deus palā oībus fecerit, atq; in necessitatibus ac tribulationibus nostris se p illius interuētionem inuocādum doceret. Congruū nanq; est misericordiam à misericordissimo Deo, interuentione, aut intercessione viri misericordiaꝝ impetrari.

Deuotio sancti Nicolai quāta fuerit.

Episcopos eligendi qs mos olim seruari solitus.

S. Nicolai vita qbus fuerit virtutibus ornata.

L

Pietas & misericordia sancti Nicolai, quantæ.

Nicolaus absens q̄ nā modo p̄sens sentiebatur.

Exod. Leuit.

Fons olei circa sepulchrū S. Nicolai quid designet.

M

Tertiū est, cur pauciores modo, aut nō in tāta, vt olim, pfectione inueniuntur sancti. In initio nāq; nascētis Ecclesiæ, & post tēpora persecutionū multi sancti vixerunt episcopi, monachi plures, quos claritate signoꝝ, & mira sanctitate dñs illustrauit, cū hodie sctūs defecisse oīnis credatur. Quod tamē vt tunc ita fieret, necessariū erat, ꝗ intelligeretur fine martyrio posse ad sanctitatis perfectionē veniri: disceretur ꝗq; ꝗ foret vtile ac salubre, in statu monastico viuere: cuius institutor vna cū tot sanctis viris status huiusmodi professoribus atq; vitæ huiusce-

Psalm. Monastica vitam olim necessario p miracula nutritam

huiuscemodi alumnis, tam mira polleret excellentia sanctitatis. Itaq; cum in initio multi varijq; status Ecclesię testimonijs indigerent diuinis, quibus certum fieret huiusmodi statuũ obseruatores Dei fore amicos, Deus in singulis statibus licitis, ac bene viuendi ordinibus nonnullos sanctos varijs donis & miraculis reddidit illustres, quos posteri non in miraculis, sed in virtutibus imitandis, sequerentur. Cum igitur miracula non faciunt, sed ostendunt sanctum, quis dubitet his temporibus, cũ nullis sit miraculis nũc opus (satis nanq; confirmata tum miraculis, tum sanctorũ exemplis est om̃is religio) nec à Deo soleant absq; necessitate fieri: quis, inquam, dubitet esse in mundo multos adhuc sanctos, qui licet signis aut miraculis non fulgeant, vitiorum tamen mortificatione, aduersitatũ perpessione, plenissima suijpsius ad Deum resignatione, & in tentationum, pressurarumq; patientissima tolerantia creduntur placere Deo, & coram eodem, licet sine externa euidẽtiq; manifestatione testimonio vel sanctitatis inter sctõs annumerari? Verũ est igitur, hodie non admodum multos vt olim, nec admodum illustres cum testimonio signorum ac miraculorum, vt olim, inueniri sanctos. Non tamẽ vsq; adeo mundo deesse sanctos crediderim Dei secretos, qui licet non vsqueadeo alijs videãtur sancti, propterea quod sępe in miserijs hic magnis humiliati, indigni ac viliores alijs videantur hominibus, nec sibijpsis sint manifesti, vtpote in suã vilitatem, imperfectionemq; suos oculos semper habentes apertos: Deo tamẽ cogniti sunt, & tempore manifestationis ac reuelationis filiorum Dei ab alijs q̃q; cognoscentur fuisse, esseq; filij dilecti, & amici Dei. Hos dicere hodie q̃q; possemus sctõs, licet nõ in illa sint euidentia sanctitatis à Deo manifestati, vt priores antiqui. Veruntñ charissimi nostra sctitas, nostra pfectio, nostraq; mẽsura sit (q operanõ habemus virtutũ) in agnitiõe nostrę vilitatis, indignitatis, ac prauitatis, quę nos humiliet ac deprimat. Sit q̃q; in desiderijs atq; exercitijs cõtinuis virtutũ amorisq; diuini, quæ depressos nõ prosternant, sed ad spem expectationẽq; erectos roborent.

Duo autem sunt, quæ ad sanctitatẽ seu ad perfectionẽ multũ conferunt. Primum sagax prudensq; discussio ac inuestigatio occasionũ & circũstantiarum circa peccata nostra, quo deprehendamus, quid nobis fuerit causa ruinæ, quidve labẽdi occasio. Nisi em̃ hæc prudenter inuestigemus, nunquam emendabimus, sed ambulabimus vt cæci, qui nesciunt, nisi læsi, vbi impingant, festinamusq; lęti ad perditionẽ eũtes. Quid enim emendaremus, quando qd in nobis deforme, corrigendumve sit, nõ videmus? Sagacissimo igit conatu interiora nostra, motus, intentionesq; animorum nostrorũ exploremus, & quicquid in nobis deprehenderimus vitiosum, non relinquatur illud non eijciendum, non castigandũ, non mutandum: sed ilico tollatur, eradatur, atque sancta importunitate corrigatur. Nihil in nobisipsis dissimulemus, tametsi emendare nostris id viribus solis non valeamus: possumus tamẽ omnia quæ Deus nobis pręcepit auxilio diuino, quod nunquã requirentibus illud deest. Idcirco quod secũdo est necessarium, est opportuna, importuna, humilis, iugis, indeficiẽs, feruensque ad Deum oratio, qua perpetuos nos mendicos exhibeamus ante Deum. Solẽt alij mendici diuitibus, si crebro veniãt crebroq; petant, esse molesti. Deũ quantũlibet roges, quãtumlibet pro te & pro alijs illum, vt ita dicam, orando fatiges, fatigare nõ potes, nec illi molestus esse: sed quo frequentior es in oratione, q̃ sępius obsecras, quo plura petis, eo propterea magis places eidem. Neque enim dando fit pauperior, nec tribuendo laborat, nec audiendo grauatur, nec mendicitatem nostram fastidit: quin potius auaritia hæc sancta, virtutum spiritualiumq; bonorum nostra esuries, illum præcipue delectat. Quapropter in omni re qua tu pto te, vel pro alijs indiges, vbi humana vsus fueris industria, vbi ve non spreueris aut neglexeris naturæ auxilium, non alio, quam ad Deum curras atq; confugias. Hic omnium curarum & solicitudinum, hic omnium timorum & periculorum tuorum vnicum sit azylum, securum refugium, plena consolatio, adiutoriũ certum: nec de assiduitate accedendi, aut sæpius pro pluribus orãdi sit tibi verecundia: quin etiam inde maior fit tibi ad Deum fiducia. Quantum autem confidis, tantũ impetras. Vbicunq; igitur tibi deesse aliquid percipis, concitus ad Deum recurre, eiusq; ab eo consilium & auxilium implora. Hęc duo si diligenti exercitio frequentaueris, atq; in vsum consuetudinẽq; duxeris, pro-

C iij ficies

Miracula non faciunt, sed ostendunt sanctitatẽ.

Sanctitas multis secu hominum...

Sanctitas nostra...

Perfectioni attingendæ duo necessaria quæ.

Discussio sui homini proficere volenti necessaria quæ fit.

Mendicos quõ nos ante Deũ perpetuos exhibeamus.

Azylũ omnium periculorũ, tẽtationum, timorum & necessitatũ nostrarum vti Deum cõstituamus

O ficies q̃tidie ad meliora. Itaq; filij charissimi prouocet vos deuotio & innocẽtia S.Nicolai ad amorẽ virtutis. Incepit in infantia adhuc matris vbera sugẽs, ieiunare. Subtrahite q̃so vos pari modo vobisipsis supflua, & quædam delicata nõ necessaria. Obsecro aũt vos p dñm nostrũ Iesũ Christũ nõ pmittatis vos seduci à carnalib. Lutheranis, q ieiunia & castigationes carnis rident, idq; propterea, qa cũ vita eoꝝ tota in carne sit, ne vilis habeatur hæc atq; carnalis, si quẽpiam abstinentẽ viderint, papisticam mox calumniãtur, & opeꝝ suorum bonorum negociatorẽ nugantur, regniq; cœlorum mercatorem. Iterum rogo vos filij, nõ permittatis vos decipi. Christus quę carni sunt duriora elegit. Quod sancti ad vnum oẽs imitati sunt & docuerunt, maxime Paulus, monẽs vbiq; mortificationem membrorum nostroꝝ, crucifixionem corporis, mortificationem exutioneq; veteris hominis, abnegatiõem desiderioꝝ nostrorum, atq; secundum spiritum conuersationem sanctam internam, non carnalẽ. Christus q̃q; nonne abnegationẽ & crucis suæ acceptionem docet? Ideo dico, quomodo Christus quæ duriora carni erant, elegit, quõ sancti austera quoq; omnia omnes sibi intulerũt, sic tu fili saltem vitiosa, saltem superflua, saltem non necessaria tua desideria reseca & proscinde. Sub amissione eñ salutis meæ, vnicuiq; dico vestrum: Quoties vel minimum quid desideratum, atque à te cupitũ, optatumve, tibi negaueris, subtraxerisve, idq; Dei feceris amore, qui amarissima quæq; tolerauit, toties Christi vulneribus, quasi is qui medicinã aut vnctionem apponeret, cõsolationem adfers. Toties, inquam, pro bona hac voluntate, pro tui abnegatione, pro intentionis directione à Deo (qui propter Dei amorẽ, rem aliqui dilectã tibi interdixisti) coronã à Deo recipies ęternam. Quid dubitas? Nonne benedicto ore suo veritas dixit, cum qui calicem aquæ dederit frigidæ egenti, habiturum in cœlo mercedem? Quanto magis si rei cupitæ in te delectationem tibi negaueris, hancque Deo in sacrificium obtuleris, Deum tibi concilias, ac propitium, amicumque tibi facies? Vt igitur dixi, si necessaria vobis subtrahere non potestis, saltem subtrahatis superflua, innecessariaque vobis, vt eadem consecretis Deo. Fuit pręterea sanctissimus Nicolaus pudicus, sobrius, & in opera pietatis promptissimus & misericordissimus. Vos quoque caste, sobrie, ac pie viuatis in hoc seculo, & omnem humanitatem, omnem misericordiam, omnem charitatem in oẽs egenos ac pauperes dilatatione spiritus ac cordis vestri extẽdite. Iniuriam vobis putate fieri, si egenus aut miser quispiam sine vobis iuuetur ab homine alio. Te quisquis es debitorem omnibus crede, tibi derelictum esse pauperem æstima, cui tu subuenis. Quia diligit te dominus Deus tuus, ideo merendi, placendi ei atq; coronandi te, pro quibus bonis occasiones tibi mittit. Imitare igitur misericordiam sanctissimi Nicolai, vt inuenias tu quoq; misericordiam Christi, qui est cum patre & spiritu sancto benedictus in secula, Amen.

Abstinentia S.Nicolai quõ cuilibet imitanda sit.

Lutherani cur ieiunia castigationesq; carnis rideant.

Christum sanctosq; oẽs ea quę carni duriora sunt elegisse ac docuisse. Coloss.3 Galat.5 Ephe.4 Coloss.3 Titum 2 1.Pet.2 Lucæ 9 Mat.10.16 Luc.9.14

Desiderijs vitiosis & superfluis renuncia te quã sit Deo gratũ

Vulneribus Christi quõ medicina cõsolatioq; adhibeatur.

Matth.10 Marci 9

Titum 2

Misericordia S.Nicolai quõ imitanda.

IN SOLENNITATE CONCEPTIONIS GLOriosissimæ semper virginis Mariæ, lectio loco epistolæ ex Ecclesiastico capite vigesimo quarto.

IIII. EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitę & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me, & a generatiõibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & q operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ver-

A

Verba huius lectionis chariſſimi, quamuis de increata, æternaq; ſapientia ſcripta ſint & intelligantur, applicantur tamē per ſpiritualem ſignificationem, beatiſſimæ ſemper virgini Marię, idq; vſu & autoritate Eccleſiæ catholicæ, quæ non errat nec fallitur, quia doctorem ac rectorem ſui habat ſpiritum ſanctū, qui idē autor eſt totius ſacræ ſcripturę, cuius varia eſſe ſenſa multiplicesque intelligētias nemo neſcit, qui vel aliquid norit. Itaque & nos matris Eccleſiæ irrefragabili autoritate ſubnixi, ſanctosque patres diuinorum ſcriptorum interpretes vel tractatores ſecure ſectantes, licet hodie improbi quidā vel alioqui nimium rudes putēt quæ de Chriſto ſcribuntur, alijs applicari non debere, totā hanc lectionem matri virgini libenter applicabimus: ſiquidem & ſancta mater Eccleſia in diuinis officijs, multa de Chriſto ſcripta nedum matri, ſed & cæteris Chriſti membris ſcienter ſapienterque accomodare non dubitat, certa q̃ capiti conueniant, ea facile poſſe etiam mēbris adiungi, quamuis aliter capiti, aliter membris congruant. Si quis hac de re dubitat legat ſanctorum patrum monumenta, & illorum teſtimonijs verum nos dicere probabit. Sed his propter impios aut inſulſos quoſdam obiter præmiſſis, ad ipſius lectionis interpretationem nos accingamus. Dicit itaq; B. Maria, qua nullus omnino innocentia, ſanctitate puritateque ad æternam & increatam ſapientiam propius accedit: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Ego produxi fructū ſuauitatis Chriſtū Dei filiū, q ſuauitas eſt odoris, vtpote olfactū ſpūalem interiorem hōis ſuauiter recreās, potēter alliciēs, ac vehemēter oblectās. Quō em̄ fructū ſuauē, bonū ac viridē pfert vitis odorifera vel dū floret, vel dū vuas pducit, vel dū vino inebriat, ita ego ancilla dñi, ad hoc à Deo, eius mia me pueniēte, electa, Chriſtū, q flos eſt in incarnatiōe, botrus in paſſiōe torculari crucis expſſus, vinoq; inebriās cœlicę ſuauitatis, genui. Aut ita: Ego q̃ſi vitis fructificaui. i. fructū dedi, aut pduxi odoriferą ſuauemq;: qui fructus eſt odor bonæ famæ (qua euulgata ſum Dei vera eſſe mater) & innocentis vitæ meæ, diſpgens ſe circunquaq;, & neminem non excitās, qn ex tā ingenti bñficio intelligat potiſſima & p eminētiſſima gratiarę dona ppterea mihi diuinitus cōceſſa. Quis em̄ non videt quā ta ſit bonitas & mīa Dei, q matrem ſibi elegit, eā dignā fecit, tot tantiſq; gratijs eandem dotauit, propterea q̃d ex ea vellet naſci? Eſt em̄ locutionis modus quidā, q̃ & Paulus vtitur Corin. ſcribēs: Gratias Deo qui p nos odorē notitię ſuę manifeſtat. Et in Cāticis: Curremus in odore vnguētorę tuorę. Itaq; ego q̃ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris, aut ex bona fama, & virtute, aut quia odoriferum fructū Chriſtum peperi. Et flores mei fructus, honoris & honeſtatis. Florem pręcedere fructum nemo ignorat. Maria aūt hic dicit, flores quoq; ſuos eſſe quoſdam fructus ſanctiſſimæ & lucidiſſimæ cōtēplationis, affectiōes puriſſimas ac feruētiſſimas, venuſtiſſimos denique mores, actiōes ædificatorias, v̄ba ſapientiſſima: poſtremo, oīa ſigna motus ac geſtus virginalis verecundiæ in Maria beatiſſima virgine ita erant flores, vt nihilominus eſſent fructus quoque honoris & honeſtatis. Ita enim omnia in Deum erecta, ita Deo ſuauiter erāt placētia, ita deniq; ad Dei amorē, ad virtutū quoq; ſtudiū erant ſingula beatæ Mariæ conuerſa, ita vel minima quæq; erāt, ſiue in moribus, ſiue in v̄bis beatæ Mariæ ad Dei amorē excitatiua, ædificatoriaq;, vt merito ea, quę in alijs ſanctis dicerentur flores, In hac dicantur electiſſima Dei virgine fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei.

B

Ex Maria virgine tāquam ex origine virtutum hæc in nobis non generant, nec infunduntur (quia Dei ſolius hoc opus eſt) ſed qa ipſa hæc filijs Dei īpetrat, īpetrataq; diſpenſat, tanquam ea cui regnum miſericordiæ ſuæ Deus cōmiſit, vt ſit ipſa Dei nomine in omnes qui inuocant Deum, aut qui etiam inuocant ipſam propter Deum, tanquam Dei, eiuſque donorum diſpenſatrix, mater, hoc eſt, imperatrix pulchræ dilectiōis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Aut ita: Ego mater ſum pulchræ dilectionis. i. ego ſum mater ipſa eius, in q̃ eſt, & à q̃ pcedit pulchra dilectio. Ego ſum q̃ genui eū, in q̃ fons eſt & ſcaturigo pulchræ dilectionis. In me, ex collatione & ex autoritate filij mei eſt poteſtas impetrandi gratiam omnem vitæ & veritatis, hoc eſt, ſpiritualis, virtuoſęque vitæ. In me ex commiſſione eſt filij mei, tanq̃ in diſpē-

Marginal notes: Maria q[…] [illegible] ſuauitatis […] fructus ti. — Lucæ. — 2. Cor. 2 — Can. 1 — Flores B. Mariæ q̃ales fuerit fructus — Quō Maria intelligenda ſit pulchræ dilectiōis eſſe mater.

ſatrice, oĩs ſpes vitę & virtutis. Trãſite ab affectu rerũ mundanarũ, ad amorẽ virtutũ, & venite ad me oẽs qui cõcupiſtis me, id eſt, q ex deſiderio diligitis me, q meam interuentionem interceſſionemq; & opẽ deſideratis: & à generationibus meis implemini. Generationes ſuas beatiſſima virgo Maria, vocat operationes ſuas ſanctas, q̃ ex ea veluti fructus pdierũt, nos reficiẽtes. Spũs eñi meus ſup mel dulcis eſt in ſeipſo, ſuauis ac qetus, qm̃ guſtãtibus me, ac dona mihi à Deo collata participantibus mentẽ exhibeo affectuoſam, piã ac ſuauẽ. Et hæreditas mea. i. ſpũalia bona gratiarũ, q̃ Deũ amantibus hæreditas ſunt, qppe q terrena cõtẽnunt, hæc ſup mel & fauũ dulcia ſunt. Memoria mea nunq̃ pibit, ſed manebit in generatione ſeculorũ. Qui edũt me, adhuc eſuriẽt, & q bibũt me, adhuc ſitient. Hoc eſt, q guſtãt experiunturq; meam benignitatẽ, beneuolentiã, amorẽ, q experiunt meã, hoc eſt, eã p me tanq̃ p gratiarũ dominicarũ diſpenſatricẽ, elargitionẽ clementiſſimã, non ſatiabuntur, nec faſtidiũ bonorum diuinorum, ſed magis famẽ & ſitim habebũt. Qui meis exhortationibus atque conſilijs obtemperans, audit me ad timorem & amorem filij mei, tã verbo, q̃ exemplo inuitantem, non confundetur, ſed conſequetur ſalutem. Qui operant in me, id eſt, iuxta meã conuerſationem exẽplarẽ viuentes, nõ peccabunt in eo ſcilicet quod me imitãtur. Qui elucidant me, hoc eſt, qui gloriam meam, qui gratias & dona mihi à Deo collata alijs inſinuant ac manifeſtant, vitam æternam habebunt.

Generationes B. marię ſpiritaliter quæ ſint.

Hęreditas Deũ amantiũ quę ſit

EXEGESIS EVANGELIJ ſolennitatis eiuſdem Matthæi I.

C

FILIVS Dei, qui de honorandis parẽtibus legẽ tulit, matrẽ ſuam nedum in triũphãte, ſed etiã militãte eccleſia mirificeex altauit, reddiditq; eã ſumme venerabilẽ, multosq; p anni circulũ ſolẽnes dies in eius honorẽ fecit inſtitui & celebrari, idq; adeo, vt etiã diẽ cõceptionis eius nõ ſine nutu diuino colat Eccleſia catholica, nihil dubitans, q ſicut oĩpotẽs Deus facile potu
erit p ſua virtute, ita & optime nouerit pro
ſua ſapientia, & cõueniẽtiſſime ac libẽtiſſi-
me voluerit p ſua bonitate eã q̃ futura erat
Dei veri vera genetrix, p̃ cunctis creaturis
ſingulariter ac p̃cipue honorare, & ab oĩ o-
mnino p̃ſeruatã cuiuſlibet culpæ macula,
ſumus & excellentiſſimus decorare chariſ
matibus. Itaq; hodie feſtum agimus diẽ
conceptionis virginis ſacratæ, in quo Euã
gelium recitatur ex Matthæi primo cap.
deſumptum, quod nos modo exponemus

Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.

Scripturus generationem Ieſu Chriſti
Euangeliſta, librũ vocat generationis Euã
geliũ ſuũ, q̃uis non ſola generatio Chriſti,
verum etiã totius vitæ eius decurſus, paſ-
ſio ac reſurrectio deſcribat. Hoc aũt eã ob
rẽ feciſſe credit, q̊d caput principiumq; no
ſtræ redemptionis, noſtræq; ſalutis fuerit
incarnatio Chriſti. Iuſte igitur ab incarna-
tione, ſeu à Chriſti generatione liber Euã
gelij inſcribitur, quia oĩ admiratione ple-
niſſimũ eſt, q̊d Deus homo factus eſt. No-
minat aũt Chriſtum primo filiũ Dauid, q̃
Abrahæ, licet generatione & ordine Abra
ham prior fuerit, q̃ Dauid, qa vulgatiſſimũ
erat apud omnes, Chriſtũ ex ſemine Da-
uid eſſe naſciturũ. Vñ Phariſæos cum inter
rogaret dñs de Chriſto, cuius filius eſſet,
dicũt ei: Dauid. In oĩm itaq; ore verſabat,
Chriſtũ filiũ eſſe ex Dauid naſciturũ, adeo
vt mulier q̊q; Chananæa de finibus ſuis
egreſſa, dũ ſalutẽ poſceret filiæ ſuę, diceret:
Miſerere mei fili Dauid, qm̃ filia mea ma-
le à dæmonio vexatur. Pueri quoq; in tem
plo cantarent: O ſanna filio Dauid. Multo
nanque vicinior recentiorque erat pro-
miſſio Dauid, quam Abrahæ facta. His
autem ex omnibus certior, & præcipue
de Chriſto eſt facta promiſſio. Siquidem
Abrahæ dictum eſt: In ſemine tuo bene-
dicent omnes gentis. In ſemine non im-
mediate ex Abraham nato ſed deriuato,
& ex filia Abrahæ immaculatiſſima virgi
ne Maria nato. Porro, Dauidi promiſſus
eſt Chriſtus, quando dictum eſt illi: De fru
ctu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Dixi autem potiſſime his duobus promiſ-
ſionẽ factã, tanq̃ his qui opinatiſſimę p̃ cæ
teris fuerint ſanctitatis & dignitatis. Nam
Abraham primogenitus Thare fuit ſacer-
dos

Euangelium ſuum cur Matthæus librum vocet regenerationis Ieſu Chriſti.

Matt. 22 Chriſtus vti habitus fuerit ab oĩbus pene filius Dauid

Matt. 15

Matt. 21

Gen. 22

Pſal. 131

dos altissimi, non eo ritu, vt postea in lege scripta: sed quomodo sub lege naturæ eo tempore vsque ad Isaac perhibentur primogeniti fuisse sacerdotes benedictionẽ à patribus pro aliis præcipuam accipiẽtes. Hoc modo Abraham & Isaac in linea generationis domini sacerdotes fuerunt. Dauid vero rex præ aliis nominatur.

Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

D

Abraham Isaac genuit supernaturaliter ex Sara coniuge, ideo dicitur p repromissionem genitus Isaac. Fecunditatis nãque duplex habuit eius mater impedimentum. Erat natura sterilis: erat præterea iam ex senio infœcunda atq; inepta ad conceptum. Quocirca diuina effectum est virtute, vt fœcunda efficeretur Sara Isaac filium conceptura: q̃ clarius intelligeretur Christum figurare, quo grandiori miraculo fuisset conceptus. Hoc modo Iacob quoque ex sterili natus est. Scriptum namque est, quod Isaac ad præcandum dominum se contulerit pro vxore infœcunda, vt conciperet. Vnde Isaac, quem generauit Abraham, & Iacob quem Isaac genuerat, filii sunt non solum carnis, sed etiam repromissionis, nõ ob hoc tñ, quod hæreditatem terræ repromissionis (dicente domino ad Abraham, Tibi dabo terram hanc & semini tuo) susceperunt, quæ significabat cœlestem repromissionem, terram videlicet, viuentium, in qua bona dñi se visurũ S. ppheta quoq; credidit: sed etiã ob hoc filii promissionis vocantur, quod nõ tã vsu humano, q̃ dono cœlesti, q̃d geniti sint, puenerint. Isaac quoq; genuit Iacob. Et hic Iacob sacerdos fuisse creditur, indutus vestibus Esau valde bonis dum benedictionẽ à patre acciperet Esau primogeniti: cui si nõ vẽdidisset iura primogenituræ, debebãtur. Fuit autem Iacob vir simplex & innocens, visionem crebro habens angelorũ, qui nominis mutatione ab angelo sancto vocatus est Israel. Hic moriturus de Christo multa pphetauit, filiosq; suos benedicẽs, sanctissimũ vitæ finẽ habuit. Esau aũt nulla hic mentio fit, quia nihil erãt eius posteri cum Israelitarũ gente ac genere, e q̃ Christi gñationis linea deriuat, habituri cõmune. Quod genus in sequenti mox generatione exprimit, qñ dicit: Iacob autem genuit Iudam & fratres eius, duodecim. s. patriarchas. Iudas iste non primogenitus fuit, sed quartus filius Iacob, hic tamẽ fratribus suis præponit, propterea q̃d ex eius semine Christus fuerit natus. Habuit nihilominus tribus ex Iuda nata præ aliis hãc claritatem, q̃d ex ea reges orti sint, cultusque Dei deuotior perseuerauerit in tribu Iudæ, quam in reliquis tribubus. Gen. 29 — Iudæ tribus priuilegia vñ fluxerũt. — 3. Reg. 12

Iudas autẽ genuit Phares, & Zarã de Thamar. Phares aũt genuit Esrõ. Esrom aũt genuit Aram. Arã autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason.

B

Quomodo Iudæ Phares & Zarã peperit Thamar, liber indicat Geneseos. Narrat enim Thamar nurum Iudæ mutatis vestibus meretricẽ existimatã, & à socero cognitam concepisse. Quia cum Iudas dare nollet Selam filium suum Thamar in maritum, qui fratrum suorũ sine prolibus defunctorum semen suscitaret, Thamar in via, qua Iudam sciuit transiturum mutato habitu sedit (desiderabat eñ de sanctorũ semine prolẽ concipere.) Ille igitur nesciens hanc nurum suam esse, concubuit cũ ea & geminos hos generauit. Itaq; Thamar hos qdem ex fornicatione accepit, nõ tñ hæc nebula fornicationis claritatẽ gñationis obfuscat Christi, sed illustrat magis, & misericordissimã eius pdicat erga nos dignationem, q̃d nõ solũ p pctõribus incarnari, sed etiã de peccatoribus nasci dignatus est. Idcirco cum nullã vt Hieronymus ait, sanctarum posuisset mulierum in generatione Matthæus, non erubuit tñ noĩa earũ matrũ inserere, quas scriptura reprehẽdit. Nã vt ex posterioribus erit manifestum, Rahab q̃que ponit & Bethsabee, & Ruth Moabitis, q̃ mulier licet esset virtutis, alienigena tñ erat, q̃ in Ecclesiã dñi intrare etiã post decimã gñerationem lex prohibebat. Quapropter D. Chrysostomus ait: Si nudi tantum hominis genus describeretur, merito has Euãgelista reticuisset. Quia vero de incarnati mysterio Dei scribitur, non modo non tacere, verum etiam ostentare debemus. Venit enim non vt nostra effugeret opprobria, sed vt ea potius extingueret. Quare oĩa oppbria quæ ppter nos sustinuit, illũ nobis nõ modo nõ reddũt pbrosum, sed magis gloriosum ex mĩa.

Gen. 38 — Hierony. — Deut. 23 — Chrysost. — C — Esaiæ 53

Docet

Docet quoque in ipso Euangelij vestibu-
lo nobis non gloriandum in parentibus,
sed proprijs virtutibus. Itaque Iudas ge-
Gen.46 2.Para.2 nuit Phares. Hic Phares cum patre suo Iu-
da ingressus est Aegyptum, vbi genuit Es
rom. Esrom quoque ibidem genuit Arã,
& Aram Aminadab, Aminadab quoq; in
Aegypto genuit Naason. Sed vterq; tã pa-
Aminadab fidelitas & magnanimitas ter, q̃ filius cũ Mose Aegyptũ ingressus est.
Hic est Aminadab, de quo referunt Hebræi
quod mari rubro diuiso, cũ Moses ingre-
deretur, nemo aliarum tribuum mox se-
qui ausus fuerit, donec Aminadab cũ tri-
bu sua, in qua præcipuus erat, secutus sit,
deinde etiam aliæ tribus sint secutæ.

Naason aũt genuit Salmõ. Sal-
mon aũt genuit Booz de Rahab.
Booz autẽ genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Iesse.

Naason princeps fuit tribus Iudę, de
F quo in Numeris legimus, cuius soror Eli-
Num.7 Exod.6 sabeth vxor fuit Aarõ sacerdotis. Salmõ
aũt genuit Booz de Rahab: & Booz genu
it Obed ex Ruth. Hic ẽ Salmõ q cũ Iosue
ruth 4 Iosue 2 terrã intrauit p̃missiõis. Porro, Rahab me-
retrix erat vrbis Hiericho, q̃ exploratores à
Iosue 6 Iosue missos suscepit, & abscõdit, atq; p fe
nestrã domus q̃ hærebat muro, ex ciuitate
Hiericho, emisit. Deñ capta vrbe cũ p̃pin-
qs amicisq; suis oĩbus q̃tq̃t illa saluari vo
luit, & in domo sua cõtinuit, mãsit ex oĩ-
bus incolis oppidi illius salua. Hinc ad Iu
daismũ relicta gentilitate conuersa fuit, p
bataeque vitæ: ob quã rem à Salmone cre-
ditã desponsata. Sunt q Rahab meretricẽ
Rahab nõ fuisse meretricem. non fuisse putant, licet sic cognominata
fuerit. Aiũt eñi in Hebræo poni hospitatri
cẽ. De Booz in historia Ruth legit, vbi q̃d
Ruth 4 vir syncerus, iustus, castusq; ac timoratus
fuerit insinuatur. Ruth ṽo Moabitis aliũ
Ruth 2 habuerat maritũ filiũ Nohemi, q̃ Nohemi,
ob famẽ extra Iudæos ad alienigenas pe-
grinata fuerat. Ruth itaq; socrũ suã mari-
to defuncto diligens, eidemq; adhærens
reuertentẽ ad terrã Iudę comitata est. Ibiq;
cũ mulier esset virtutis, à Booz in vxorẽ o-
pulẽte ducta est. Erat aũt, vt dictũ est, alie-
nigena, vtpote Moabitis. Quare nõ tã pro
Deut.23 se, q̃ etiã contra se legẽ habuit dñi. Nã lex
Mosaica Ammonites & Moabites exclu
debat ab Ecclesia Iudæorũ penitus. Ex hac
parte nõ erat recipiẽda in societatẽ aut cõ

munionem filiorum Israel. Ex alia aũt par
te, quoniam ex terra Iudæ priorem habu-
erit maritum absque prole defunctum ei
hoc concedebatur. Lex enim prioris ma- Deut.25
riti fratrem aut propinquum in maritũ ad
suscitandum defuncti fratris aut propinq
semen concessit. Huic igitur lex iterũ suc-
currit, vt non solum in ecclesiam dñi intra
ret, sed etiam in consanguinitatẽ Christi,
vtpote q̃ secunda g̃natione genuerat Da-
uid regem. Est itaq; nõ solum in Ecclesiã
Iudæorũ ingressa, sed etiã mater regum esse Ruth cõtra legem vti mater regum & dñorũ esse ctasit
cta. Huius aũt gratiæ se fecit dignam, puta
vt tali nobilitaretur connubio, quia patri
am, cognatos, amicos, parentes & domũ
suam reliquit, ad Deum Israel cum sua so-
cru confugiens. De his duabus matribus Chrysost.
Rahab & Ruth Chrysostomus ait: Vides,
inquit, quia nõ frustra Rahab & Ruth E-
uangelista intulit mentionem: quarũ vnã
alienigenam, alteram etiam meretricem fu
isse constat: sed vt disceres idcirco venisse
Christum, vt mala nostra deleret oĩa. Nõ
enim quasi iudex, sed quasi medicus adue
nit. Sicut igitur illi de quibus secundũ car
nem natus est, coniuges suscepere meretri
ces: sic etiam ille fornicatricem hominum
naturam sibi copulauit.

Iesse autem genuit Dauid regẽ.
Dauid aũt rex genuit Salomonẽ ex
ea quæ fuit Vriæ. Salomõ autẽ ge
nuit Roboã. Roboã autẽ genuit
Abiã. Abia autem genuit Asa. A-
sa autem genuit Iosapat.

Supra dictum est Booz ex Ruth Moa- G
biti de Obed generasse: Obed vero Iesse,
qui Dauid genuit regem. Est autem Iesse Ruth 4
trinomius. Siquidem vocatus est Isai in 1. Reg.16 Iesse nomẽ triplex.
primo libro Regum, & vocatur hic Iesse, Esaiæ 11
de quo Esaias loquit propheta: Egrediet
virga de radice Iesse, & flos de radice eius
ascendet. Fuit alio quoq; nomine vocatus
Nahas. Hic itaq; genuit Dauid regẽ oĩm David regem Euangelica fuit se perfectione insignis
filiorum minimum. Dauid iste mira fu
it pietate in Deũ deuotus, vir Euangelica
pfectione insignis. Nam persequutori suo
ac hosti Sauli, cum illum in manus suas tra
didisset dominus, Dauid non semel peper 1.Reg.24
cit, vitam donauit, omni iniuria abstinu- 1.Reg.26
it, illum adorauit, humilimeq; honorauit,
se pulicem, canẽ mortuum ac perdicem
nominans. Imo postquã in duo crimina 2.Reg.11
gra-

grauia: labi permissus est, homicidij scilicet, & adulterij, & pœnitens Deo reconciliatus est, quantum humiliauit se erga blasphemum Semei, sibi, hoc est, Dauidi regi insultantem? Certe quamuis rex esset, nullam tamen maledicentiæ vicem in illũ retulit, sed ne militem quidem vlcisci regis iniuriam volentem permisit, sed eundẽ cõpescens: Dimitte, inquit, vt maledicat Dauid. Forsan dñs respiciet humilitatem meã, & reddet mihi benedictionẽ ꝓ maledictione hac hodierna. Deniq; Absolonem filium fugiens, cũ arcam dñi sacerdos sumere cum Dauid vellet, qua deuotissimus vir magis solaretur fugam suam: nõ est passus rex sanctus vt educeretur arca, sed dimitte, inquit, eã. Si ꝓpitius est mihi dominus, ostẽdet eã mihi iterũ. Quod si me reiecerit, dicẽs: Nõ places: dñs est, q̃d bonum in cõspectu suo videbit, faciat. Vide igitur quam humilis & mansuetus, quã pius & Deo deuotus vir fuerit, adeo vt dominus de eo dixisse legatur: Inueni virũ secundum cor meũ.

Hic itaque genuit Salomonem ex ea q̃ fuerat vxor Vriæ, hoc est, ex Bethsabee. Nõ tamen hic erat puer, qui ꝑ adulterium natus est Salomon (siquidem puer ille infans obijt) sed omnibus fuit filijs Dauid ex Bethsabee (vt quidã volũt) iunior. Post mortem nanq; Vriæ, Dauid Bethsabee accepit vxorem. Ex qua quatuor filios recepit, puta Sammaa, Sobab, Nathan & Salomonem. Fuit itaq; Salomon omniũ iunior, fratrem habens Nathan ex vtroq; parẽte per generationem carnis, nõ vt quidam mentiunt ꝑ adoptionẽ Dauidis, q illũ filiũ Vriæ cũ Bethsabee eius matre, dum coniugem sibi copularet eandem, in filiũ sumpsisset adoptiuum. Quin potius (vt Philo asserit, cuique Hieronymus consentit) Nathan frater fuit Salomonis ex vtroq; parẽte. Nam nisi fuisset, quõ Christus fuisset filius Dauid, posteritate Salomonis deficiẽte, quam Lucas ascendendo per lineã Nathan ducit vsque ad Dauid? Dauid nanq; cum primogenitus eius Amnon fuisset occisus, Absolon quoq; interemptus, subsecutaq; esset discordia filiorũ discertantiũ, in regno qs patri succederet, iurauit Dauid, hoc est, decreto firmauit, q̃d minimus ex Bethsabee post se regnare inciperet cũ sua posteritate, si quã haberet. Ea aũt deficiente, succederet posteritas Nathan qui ꝓximus natu fuerat Salomoni, vtpote præter Salomonem inter fratres suos ex matre Bethsabee iunior. Quod & Bethsabee Ibidem
Dauid postea promisit, se nõ reuocaturũ, quando Adoniam à præsumpto propterea regno deposuit, sic dicens: Sicut iuraui tibi per dominum. Per dominum, inquit, quo intelligas domino hoc iuramentum Dauidis placuisse, atque non ex amore carnali Bethsabee, sed ex beneplacito atq; cõstituto diuino emissum. Ergo sicut iuraui tibi, inquit, per dominum Deum Israel, ita fiet: vtpote id quod iuraui, & quod tu desideras impleri, vt Salomon filius tuus regnet super solio meo. Nam diuina iussione hoc gestum in Paralippomenon pri 1.Para. 18
mo libro Dauid testatur, dum moriturus principibus loquitur, dicens: Dominus elegit Salomonem filium meum, vt sederet sup soliũ meũ. Huius posteritas Salomo Salomõis posteritas q̃n defecerit
nis defuit in Ochozia, q filiũ naturalẽ nõ habuit. Itaq; Ochozias ex sola posteritate 4.Reg.11
relictus erat Salomonis. Quo non habente filium, eoque interempto Athalia conata est omne semen regium occidere, puta 4.Reg.11
quod ex linea Nathan fratris Salomonis supererat, & illius stirpi regiæq; dignitati in regno succedere debebat. Seruatus est tamẽ Elih, aut Eliakin ex Ahrasarim ex stir Ibidem
pe Nathan ortus: qui sic dicebatur, vtpote donati lege ac iure successionis in regno: & vocabantur filij ac fratres principis. Vide Breuiarium Philonis. Hic autem Elih, & Eliakim cognminatus est Ioas à Iozabeth sorore Ochoziæ. Nam persecutioni Athaliæ fuit subtractus, & seruatus. Hic primus (vt dixi) ex cathena seu linea Nathan filij Dauid descendens (non tamen putes illũ fuisse Nathan, qui ꝓpheta dicit & sacerdos, sed filiũ Dauid) rex Iudæ est institutus, iuxta decretũ Dauid. Itaq; Dauid genuit Salomonẽ, q regnauit sapiẽs, pius at 3.Reg.11
que deuotus Deo in principio: in fine tamẽ per mulieres deprauatum est cor eius. Ex 3.Reg.12
Salomone natus est Roboam, qui dure loquens plebi, atque cum austeritate imperans, decem tribus vt à se deficerent, ansam præbuit ex Roboam Abia: ex Abi: Asa: ex Asa vero Iosaphat natus est. Hi duo reges Asa & Iosaphat inter pios & bonos reges 3.Reg. 15 2.Par.14
numerantur, licet repræhensione non careant. 3.Reg. 15 3.Reg. 22

Iosaphat aũt genuit Iorã. Iorã aũt genuit Oziã. Ozias aũt genuit Ioathan

than. Ioathã aũt genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen.

H Iosaphat genuit Ioram virum prauũ, q
4. Reg. 8 filiam Achab & Iezabel pessimæ ac Gẽtilis
fœminæ accepit vxorem, q fratres suos occidit: nec Heliæ est increpationibus corre
2. Para. 21 ctus. Hic Iorã dicit hic genuisse Oziam, li
4. Reg. 21 cet secundum historiæ veritatem, vt Regũ
4. Reg. 12 libri testantur, genuerit immediate Ocho-
4. Reg. 14 ziam. Ochozias vero genuit Ioas. Et Ioas
genuit Amasiam, Amasias vero genuit
Oziam. Tres igitur reges intermedij ab
Hierony. Euangelista intermissi sunt. Cuius ratio-
Hilarius Ioannes nem Hieronymus, Hilarius & Chrysosto-
Chrysost. mus assignant, q̃d hoc propterea factũ sit,
4. Reg. 8 qa Ioram semini miscuit se impijssimę Iezabel, cuius filiam acceperat vxorem: ideo eius posteritas vsque ad quartã gñationem abijcit, ne in Christi sanctæ gñationis or-
2. Par. 26 dine collocetur. Hic Ozias tumidus, cũ sibi officium niteret vsurpare sacerdotũ, à Deo lepra in frõte pcussus est. Sentiẽs aũt leprã mox de templo festinauit exire, qa intelligebat dñi plagam: idcirco credit pœ
4. Reg. 15 nituisse. Genuit is aũt Ioathan, q patre viuente seorsum propter lepram, guberna-
4. Reg. 16 uit interea palatium vir iustus. Hic genuit
4. Reg. 18
2. Para. 33 Achaz, virum reprobum. Achaz aũt genuit Ezechiam virum optimum, religiosum
4. Re. 21 ac Deũ timentem, adeo vt de illo quartus Regũ liber dicat, quod nec ante, nec post eũ aliqs fuerit regum ei similis. Hic genuit
4. Reg. 20 Manassen. Postquam infirmus lecto decubuerat flens & dominũ orãs: (Nã orãti adiecit ei ad viuendũ dñs qndecim annos) interim genuit Manassen. Vñ volũt Ezechiã
Ezechias rex pp̃ter q̃ causã fleuerit non horrore mortis aut metu fleuisse, sed propterea tantũ, quod non relicto semine mori deberet, quo fieret vt e semine suo nõ nasceretur Christus, frustrarẽtque spe promissionis patribus olim à Deo factæ.

Manasses aũt genuit Amon. Amon aũt genuit Iosiam. Iosias autẽ genuit Iechoniam & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

I Manasses iste vir fuit flagitiosus, q̃uis

ex sancto patre genitus, & Hierusalẽ san-
guine repleuisse vsq; ad os scribit. Captus 4. Reg. 21
tñ à rege Assiriorum & in carcerẽ conie- 2. Pa. 33
ctus, inter vincula vehementer pœnituit,
Deumq;, inuocans liberat, & regno resti-
tuitur. Hic genuit Amon: qui patrẽ suũ in 4. Reg. 21
sceleribus, non in pœnitentia delictorum
est imitatus. Hic virũ sanctissimũ Iosiam ge 2. Para. 34
nuit. Siquidẽ cũ octo duntaxat esset anno 4. Reg. 22
rũ Iosias, cœpit quærere dñm. Sub hoc Hie
remias quoq; orsus est vaticinari. De hoc Hieremias q̃ tẽpore Iosiæ prophetare
Iosia Ecclesiasticus loquens, dicit: Memo
ria Iosiæ in compositione odoris, facta Eccl. 49
opus pigmentarij, in omniũ ore quasi mel
indulcorabit, & vt musica in conuiuio vi-
ni. Hic Iosias, inqt Matthęus, genuit Iecho 4. Reg. 23
niam & illius fratres in trãsmigratione Ba 2. Para. 36
bylonis, hoc est, imminẽte transmigratiõe
Iudæorũ in Chaldæam, cuius fuit regia ac
metropolis Babylon. Hic Iechonias filius
Iosiæ, pater est alterius Iechoniæ, qui post
transmigrationem genuit Salathiel. Vn- Hierony.
de, secundum Hieronymum, intermissa est
hic generatio, scriptorum vitio, quod ex
quarto Regum, & secundo Paralippome- 4. Reg. 23
non libris probatur. Vbi is, qui Iechonias 2. Para 36
nominatur, natus in transmigratione Ba-
bylonis vocatur Ioakim. Quapropter Hie Hierony.
ronymus, Sciamus, inqt, Iechoniã priorẽ
ipsum esse, quẽ & Ioakim: secundũ vero fi-
liũ, non patrẽ. Quorũ prior p k & m, hoc Iechoniam fuisse multino-
est, Ioakim: sequens vero, per ch, & n, hoc minum.
est Ioachin scribitur. Fuit itaq; Iechonias
idem, qui & Ioakim, qui filium genuit Ioa Ioachin.
chin post se regnantem. Hic tandem spon 4. Reg. 24
te se tradidit Nabuchodonosor, abductus
in Babylonem. Vbi contra iusiurandum, Hiere. 37. & 52
hoc est contra datam fidem Nabucho-
donosor, cum eum posuisset in carcerem,
post annos multos tandem à filio huius
magni Nabuchodonosor Euilmerodach
est liberatus & honoratus valde. Fuit autẽ Elich.
& aliud ei nomen, quo vocatus est Elich: Neri
sed post liberationem eius ex carcere, vo- Lucæ 3
catus est Neri, quomodo à Luca quoque
nominatur. Timebatur autem lucernã ex
stirpe Dauid extingui in Israel. Ideo dum
in carcere esset, æditus pro eo fertur & can
tatus Psalmus octuagesimus septimus:
Domine Deus salutis meæ. Dum vero es- Psal. 87
set liberatus, in gratiarum actionem, teste Philo.
Philone, æditus est & decantatus Psalmus
qui sequitur octuagesimus octauus: Mise Psal. 88
ricordias domini, &c̃. Cui ex carcere libe-
rato,

rato, mox datus est à Deo filius proprio nomine vocatus Mezisebeel, cognomē vero Salathiel, q genuit filium Barachiam, q dictus est à principatu Zorobabel, id est, princeps captiuitatis Babel. Hic Zorobabel genuit Resa quem Lucas nominat. Obseruandum enim est, q̄d fere oēs qui post Ioas primum regem ex linea Nathan deficiente stirpe Salomonis, atque ipse Ioas aut binomij aut trinomij fuere. Nā & hic in vicinioribus idem est qui Ioachin: & à Philone Elih: & Neri, tam à Philone, quā à Luca: & hic in Mattheo Iechonias nominatus est. Idem & Mesizebeel aut Mesizehel & Salathiel. Barachias quoque & Zorobabel idem est vir.

Zorobabel aūt genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

K

Deficiēte nobis scriptura sacra ac certissima historia, vnde ꝓbari possint hæ generationes, nihil à nobis dici potest, nisi q̄ modo Euangelista dicit, & intelligi voluit generationes has sibi inuicem fuisse succedentes. Scripsit enim his qui illo tempore viuebant, quibus ignotum non erat, qua linea quorumque nominibus Maria ex semine Dauid deduceretur. Hoc enim erat necessarium, si vere recteq; Christus natus ex semine Dauid deberet dici. Hoc, in quam necessarium est Mariam fuisse ex Dauidica stirpe natam. Alioqui Christus non esset filius Dauid. Neque enim satis foret Ioseph ex Dauid deductum, si non Maria quoq; fuerit filia Dauidis, ex qua sola Iesus Dei filius carnem suscepit. Itaq; minor fuit sollicitudo, quam vt clare scriberetur Mariæ genealogia: quandoquidē tunc, puta in initio fidei, nemini ex fidelibus erat hæc ignota.

Iacob autem genuit Ioseph virū Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Vt paulo ante dixi, satis probat hic & alijs Euangelicis testimonijs, Ioseph esse filium Dauid. Sed quid hoc ad Christum, q ex Ioseph non est natus? Oportebat igitur Mariæ genus deduci, quo vnde Christi veniret genealogia, constaret. Verum Hieronymus, omnesque alij tradunt consuetudinem non esse scripturarum, vt mulierꝝ generationis ordo contexatur. Ideo omissis aliorum opinionibus, quæ in varijs autoribus aliæ atque aliæ reperiuntur, vnius dicam opinionem, qui dicit, Matthæum carnalem generationem, naturalemq; descripsisse: Idcirco posuerit, ait, patrem naturalem Ioseph Iacob: cæterum, Lucas alio posuerit respectu patrem Ioseph Eli, seu Elih. Syris nanque & Egyptijs idem esse nomen volūt Elih, & Eliakin, & Ioachin. Dicit itaque autor ille testimonio vtens Philonis, Eli, siue Elih eundem fuisse quē & nos Ioachin patrem naturalem beatissimæ Mariæ dicimus virginis: dictum vero à Luca patrem Ioseph, non quidem secundum carnem, sed iuxta legem seu consuetudinem, quia Ioachin siue Eli pater Mariæ coniugis Ioseph. In eodem aut tibi attinet gradu pater coniugis tuæ, aliusve consanguineus, qui attinet tuæ coniugi. Pater itaque coniugis tuæ, pater est tuus. Si igit̄ Eli, qui idem est, quem nos vocamus Ioachin, propterea dictus est pater Ioseph à Luca quia ille pater fuit carnalis coniugis Ioseph beatæ Mariæ: tunc certum fit, quomodo Maria ex Dauid per Nathan descēderit, Ioseph vero per Salomonem: quorū vterque de tribu est Iudæ, & filius ex semine Dauid, Testatur autem Ambrosius q̄ que vere Christum descendisse per Nathā qui legitimus filius fuit naturalisq; Dauid ex Bethsabee, non sacerdos, sed cui vt principi eius quæ successoribus commissus erat ordo sacerdotum, haberetque respectum super eos, ne quid iniqui molirentur contra regem.

Matt. 1 Luc. 1. 2

Hierony.

Gñationē qualē Matthæus explicet in genealogia Christi.

Lucæ 3

Ambros.

SERMO IN EADEM solennitate. Quid originale sit peccatum, quantumve noceat: a quo beata est virgo Maria præseruata.

Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te, Canticorū IIII. Nemini verba hæc iustius applicant, quā beatissimæ virgini Ma- L

ni Mariæ. Quippe, quæ sola inter omnes creaturas tota pulchra est, sola ex oĩ parte cãdida, adeo vt nulla sit in ea macula. Legũtur igitur hodie merito de ea in illius laudem hæc verba. Siquidem hodie concepta est: quæ conceptio in omnibus hominibus alijs est immunda. Omnes enim concipimur filij iræ & in peccato originali: à quo nisi mundemur, non videbimus Deũ nec eius beatitudine perfruemur. Ab hoc tamen defectu singulari, diuinoque priuilegio exempta præseruataq; fuit beatissima virgo Maria, ne incederet. Et hæc ratio nobis est, & causa iucunditatis hodiernæ, qua illi decorem hunc, pulchritudinẽ, puritatemque post Deum excellentissimã gratulamur, Deoque pro hac re gratias agimus. Itaq; charissimi filij cũ nũc dicẽdũ nobis sit, cuiusmodi hoc fuerit beneficiũ, præseruari ab originali peccato diuinitus, ea propter quid originale peccatum sit, est primo inuestigandum. Quapropter sciendum, quod benedictus Deus hominẽ creauit rectum, quem secundum imaginem suam creans, secundum se etiam eundem vestituit virtute: quia inferiores animæ vires & concupiscentias omnes plene fecit obedire rationi. Ea propter si Adã non peccasset, nulla fuisset neq; in eo, neq; in aliq̃ homine concupiscentia praua, nulla rebellio carnis, nulla denique inordinata commotio sensualitatis aduersus spiritum, aut rationi contraria. Non fuisset denique in homine alicuius mali cogitatio, nulla alia voluntas qua læderet proximus, aut ex alio alius offenderetur nulla quoque repugnãtia membrorum. Ideo ex nuditate etiam nulla erat erubescentia, quia ibi inobedientiæ deerat turpitudo: neq; concupiscentię, vnde erubescentia posset generari, libido. Et quamuis nemo famem, sitimve sensisset nihilominus tamen suo quisq; tempore edens seruante hac originali iustitia, nec perturbationẽ sensisset, nec ægritudinem. Neminem vlla creatura læsisset, non aer, non ignis, non aqua, non bestia, aut quodcunq; aliud. Oĩa enim obedissent homini, & homo obedisset in oĩbus Deo.

Ephe. 2

Conceptionis festum celebrãdi rõq̃ nam sit.

Sapien. 2

Eccl. 17

Iustitia originalis primo homini data q̃ pclarũ fuerit donum

M Hoc itaq; p̃clarum donum originalis iustitiæ acceperat Adã, p se & p posteris suis. Quod quomodo pro se, suisq; successoribus cunctis accepit, ita præuaricando præceptum diuinum, pro se, pro suisq; omnibus iterum amisit, non aliter, quam si quis

Quanta bona per pc̃m originale homo amiserit

comitum immunitate aliqua aut priuilegio donatus fuerit pro se suisq; hæredibus. Sed si postea domino suo perfidus fuerit inuentus, amittit iterum pro se suisq; hæredibus priuileginm quo fuerat donatus. Quapropter peccatum transgressionis in Adam licet actuale fuerit peccatum, in nobis tamen illud non est actuale, sed originale, quod per generationem in nos, hoc est, de vno in vnum transfunditur, oẽsque illius efficiamur peccati, quantum ad priuationem originalis iustitię attinet, participes, q̃tquot humanæ sumus naturæ cõsortes. In hoc peccato concipimur omnes, vt Dauid testatur: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Est igitur originale peccatũ, defectus aut priuatio originalis iustitiæ, quã habere debet homo, & nõ habet: hoc est, quam natura humana quidem acceperat, sed demerito suo, hoc est, per primũ peccatum in natura humana commissum, iterũ amisit. Quotquot enim nascimur commuNi lege, nascimur filij iræ, non habẽtes originalem iustitiam, quam deberemus habere, vt puta in Adã nobis, hoc est, naturę humanæ datam. Itaq; nõ habere q̃d debemus habere idipsum dici potest originale peccatum. Quod licet ex priuatione sit originalis (vt dixi) iustitiæ, non tñ pc̃m originale hunc solum nominat defectum originalis iustitiæ, qua caremus, sed affectionem etiam nominat malam, pronitatẽ ad malum, peccandi libidinem, tarditatem, grauitatẽq; ad bonũ atq; cõcupiscentiaꝝ & vitioꝝ oĩm fontem, oĩmq; maloꝝ scaturiginẽ, q̃ in carne nostra latentia inde pmanant atq; pullulãt, ob originalis iustitię defectum, seu originale peccatũ. Quod q̃dem pc̃m nobis in baptismo ita remittitur, vt non imputet à Deo paruulo, aut alteri baptizato, q̃d iustitia careat originali, aut q̃d infirmitatem, rebellionemq; carnis, concupiscentiarumq; sentiat importunitatẽ. Quo fit vt non solum nihil damnationis propterea sit his, qui sunt in Christo Iesu baptizati, sed etiã gratiã Dei, innocentięq; recipiant vestẽ, submersis, deletisq; omnibus peccatis eorundẽ in baptismo. Ibi enim oẽs Christi redẽptiõis efficimur participes: Ibi filij adoptiõis efficimur Dei, filij gratiæ, filij lucis, mẽbra Christi, hæredes Dei. Non erga nobis in Christo baptizatis nocet: q̃d defectus in nobis maneat origina-lis

Psal. 50

pc̃m originale q̃d

Ephe. 2

Pc̃m originale q̃nam includat

Originale pc̃m quõ remittatur i baptismo

roma. 8

Baptismo q̃ bona cõferat

Ibidem Ephe. 5 Rom. 8

nalis iustitiæ, quem defectũ originale peccatũ vocamus q̃dve in ordinatarum cõcupiscentiarũ, vitiorũq; sentimus multitudinem, motuumq; indomitorum rebellionẽ quæ tñ nos à Deo separarent, si in pctõ illo originali, puta non baptizati, aut nõ in Christũ credentes moreremur. Secundo, sciendũ, ex pctõ originali nobis euenire grauia: Primũ est, obligatio ad dãnationẽ ppetuã. Quicunq; enĩ in pctõ mortuus fuerit originali, huic clausum est regnũ cœlorũ æternaq; damnatione separatur à Deo. Proinde Paulus, Eramus, inquit, natura filij irę, sicut cæteri. Porro, filij iræ qd sunt, nisi filij pditionis? Hoc malum tollitur nobis p baptismũ. Tollebatur quoq; in veteri lege per circũcisionẽ, & in lege naturę p sacrificia & per fidẽ. Nunq̃ enim defuit mũdo remedium cõtra originale pctm̃, q̃ efficerentur hoĩes filij gratiæ atq; amici Dei. Nullũ tñ erat ante Christi passionẽ remediũ, q̃d reconciliaret Deo naturam humanã nec beatæ virgini quidẽ (quæ sine pctõ concepta est originali, quia præseruata est ex dono Dei singulari ab originali peccato, quod, nisi præseruaretur, incidisset) nec cuius sanctorũ pateret regnũ cœlorũ, anteq̃ Christus debitum oẽ p Adam, pro nobis & pro vniuersa natura humana, in qua peccatum erat, soluisset. Non debet aũt cuipiã hoc iniustum videri. Siqdem si Adam nõ peccasset, profuisset nobis etiam omnibus ad seruandã originalem iustitiã, illius bona voluntas. Idcirco pari rõne nobis quoque obest peccantibus Adæ mala voluntas, non secus ac si exhæredato patre necesse est filium exhæredari. Habet aũt hoc locum in originali peccato tm̃. Siquidem de alijs peccatis actualibus non puniuntur filij pro parentum peccatis, neq; parentes pro filijs, nisi criminum sint eorũ participes: quia anima quæ peccatum commiserit in ipso morietur. Pater enim non portabit iniquitatem filij, neq; filius portabit iniquitatem patris. Verum, vt dixi, in originali peccato, hoc est, in exhæreditatiõe originalis iustitiæ, filij pati habẽt in parentibus. Secundũ malum, q̃d ex pctõ nobis relinquitur originali, concupiscentia est carnis aduersus spiritũ. Hæc etsi peccatum nõ sit, Iacobo tamẽteste, ex pctõ est, & ad pctm̃ prouocat, imo pctm̃, si ei consentiatur, gignit. Quo fit vt in scriptura non raro pctm̃ nominetur. Sic enim Paulus hunc carnis languorem, non semel pctm̃ vocat, Augustinus quoque concupiscentiã ait nobis dimitti, non vt nõ sit, sed vt non imputetur. Ex hac autem cõcupiscentia praua, oritur continua ad mortem vsque hæc nobis pugna quæ est inter carnem & spiritum, de qua Apostolus conqueritur dicens: Sentio aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem pcti. Et ad Galatas: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Hæc concupiscentia non tollitur nobis vsquequaq;, sed minuitur bene, & Dei gratiæ adiutorio cõfortamur, ne vim nobis possit inferre, nec sine voluntatis nostræ assensu nobis nocere.

Tertium est malum, ignorantia. In magna enim scientia creatus fuit Adam, omniumque rerum notitia plenus, quippe qui iuxta proprietates singulorum animalibus nomina posuit. Nos vero à sublimi scientia illa excidentes, parum nouimus. Nullam enim substantiam in propria essentia, sed ex accidentibus tantum cognouimus.

Quartum malum est, ex originali peccato manans, mors, & post mortem corruptio, incineratioque. Nam vt Sapiens ait. Non fecit mortem Deus, nec lætatur in pditione viuorum. Si ergo Deus non fecit mortẽ, vnde, nisi ex pctõ, venit? Inducit itaque originale pctm̃, non solum mortem, sed & pœnas, infirmitatesq;, famem, sitim, fatigationem, dolorem, tristitiamque inordinatam, & id genus incommoda multa: post mortem vero putrefactionem, & incinerationem, iuxta Dei maledictionẽ. Adæ datã, dicẽtis: Quia puluis es & in puluerẽ euerteris. Tertio, mirãdũ nõ est hominẽ baptizatũ, & à pctõ originali mũdatũ, concipere gignereve in pctõ originali: q̃a q̃d pater aut mater gignit, non est ex substantia gratiæ, sed ex substantia naturæ vitiatę. Quare hæres sicut efficitur per patrem naturæ (vt ita dicam) ita non potest esse aliter de lege communi, quam hæres naturæ vitiatæ. Quod enim caret pater originali pctõ per baptismum, est diuinæ gratiæ, quod vero ex eo nascitur filius est naturæ: Hoc autem locum habet (vt supra dixi) in solo originali peccato. Quomodo enim personalis virtus, probatasve patris non deriuatur in filium, ita nec iniquitas personalis, puta furtum aut homicidium,

Marginalia (left): Mala q̃ nobis ex originali eueniunt pctõ — Ephe.2 — Circuncisio legis et fuerit contra pec. originale, in lege naturæ sacrificia & fides — Ezech.18 — Ibidem — Concupiscentia cur dicatur Pec. originalis — Iacob.1 — Rom.7.8.

Marginalia (right): Gal.5 August. — Rom.7 — Gal.5 — Ignorãtia ex pctõ originis — Gen.2 — Mors & corruptio hoĩs vnde — Sapien.1 — Gen.3

Contra vero, si originalem iustitiam Adā tenuisset, hanc in omnem posteritatem trāsfudisset. Nunc vero quia amisit non sibi tātum, sed omnibus quoq; nobis, hoc est, vniuersæ posteritati suæ amisit. Generat igitur regeneratus in bapti[s]mo filiū in originali peccato, vt dixi, quia vt Augustinus ait, Iudæus circuncisus generat filium nō circuncisum. Et palea licet magno sit labore separata à grano tritici, si tñ in terrā pjici atur tritici granum, nō triticum pducit sine palea, sed cū palea. Sic aliud est, tam pater, quam mater per Dei gratiā, iuxta quā non ex illis nascitur proles, aliud est p naturam, iuxta quam generat prolē. Quarto, qā ex omnibus diuina bonitas elicit bonum, noluit p baptismū nos ita ab originali liberari peccato, vt nullæ huius in nobis molestiæ, nullæ reliquiæ manerent, sed, q̄ dixi mala superiora, primo excepto, in nobis reliquit ad virtutis exercitium, vt inde coronaremur à Deo: vnde astutia, inuidiaque serpentis sibi voluit nos subijcere, cœlestique priuare hæreditate. Quinto, sentiendum est firmiterq; tenendum, beatissimam virginem Mariam conceptam esse sine originali peccato. Sanctus nanque Ioānes baptista, S. Hieremias cōcepti qdē sunt ī originali pctō, sed ī vtero ante sunt purgati seu sanctificati, q̄ natį. Quare beatissimam Dei matrē singulari atq; maiori priuilegio decuit sanctitatis ac puritatis illustrari, nō vt purgaretur ab originali peccato, sed quæ ne contraheret illud, præseruaretur. Dixerat enim dominus de beatissima hac virgine serpēti, hoc est, diabolo: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuū & tu insidiaberis calcaneo eius. Quomodo beatissima hæc virgo contriuisset caput serpentis huius, si vel ad momentum serpenti, hoc est, diabolo per oiginale peccatū subiacuisset? Absit absit, vt beatissimam Dei matrem, ne ad momentum qdem filiā dicamus aliqñ fuisse diaboli, filiamq; iræ. Quomodo enim dici posset in matrem Dei ab ęterno electa, si aliquando diaboli fuisset ancilla? Non hoc passus est, in sua dilectissima matre Deus, Dei & virginis filius. Propterea B. Hieronymus de beatissima virgine loquens, ait: Nulli dubium est de matre domini, qa talis debuit esse, quæ non posset argui de peccato: qñqui dem ad ignominiā non modicā id vergeret Christi: qn potius dicebat maxime (vt verbis D. vtar Anselmi) ea sanctitate, ea puritate nitere hanc virginem, quæ Christum Dei filium conceptura erat & paritura, qua maior sub Deo non posset intelligi. Nequaquam igitur Dei mater, nequaq̄ regina cœlorum, angelorum dña, nec ea q̄ dæmonibus est terrori ac formidini, existimanda est in originali fuisse pctō cōcepta. Eua in sua creatione omnis maculæ expers fuit ac vitij. Num Eua inferiorē putabimus Mariā, vt illā dicamus sanctā, hāc dicamus in originali pctō conceptā? Aut q̄modo eā p̄ cæteris dicemus mulieribus benedictā, si eā cęteris æquamus? Quō est inq̄ p̄ oībus bñdicta Maria, si in pctō concepta est, aut si eius ortus, q̄ Eunę fuerit immūdior? Absit igitur, vt in Eua p̄feramus imaginem ac figuram veritati. Nihil enī nisi figura beatissimæ Marię fuit Eua. Sed quō quis dubitare possit de beatissima virgine ab initio & ante secula in Dei matrē electa, quin illius conceptio munda esset & sine peccato? An plus non valet gratia, quam natura? Sunt sanctorum, sunt quoque scripturæ sacræ sententiæ quædam generales, quod nemo nascatur, nemo viuat sine peccato. Esto, lex cōmunis est. An Deus non potuit, quē voluit à lege cōmuni eximere? An matrem suā non potuit priuilegio singulari honorare? Si eā in multis alijs exemit, quō hic eam neglexit? Naturæ vsitatum non est nec consentaneum, virginem concipere & parere: præstitum tamē hoc diuinitus est Mariæ. Nonne cunctis mulieribus dictum est à Deo, In dolore paries filios? Maria tamen peperit virgo, nec in partu dolorem, tristitiam ve sensit. Non ne homini dictum est, vniuersoque generi humano, Quia puluis es & in puluerem reuerteris? Maria tamen non sensit corruptionem. Eius nanque sacratissimum corpus non decuit incinerari, nec etiam putrefieri potuit, quæ neq; conceptu, neque partu est violata. Si igitur in alijs multis à cōmuni lege aliorum sanctorum est exempta & decorata priuilegio singulari, quare non etiam præseruata est à peccato originali præ alijs? Nihil enim Deus intermisit in ea, quod ad venerationem, ad cultū, ad honoremque spectaret suæ sanctissimę matris. Si igitur non præseruasset eam, hoc ideo esset, vel quia nollet, vel quia non posset, aut quia non congrueret. Nullum ho- rū

August.

Reliquiæ malæ quę nam remanserint ex originali pctō

P

Mariā sine originali pctō conceptā esse

Lucæ 1

Hiere. 1

Gen. 3

Nec ad momentū quidem beatam Mariam subiacuisse pctō originis

Hierony.

Anselm.

Genes.

Lucæ 1

Q

Euā fuisse figurā beatæ Mariæ virginis

1. Reg. 3

Mariā matrē suam quibus priuilegijs singularibus Deus honorauerit

Gen. 3

Ibidem

rum hic habet locum. Congruit maxime dignissimam omniũ creaturarũ, pximam post Christũ deũ, honore singulari atq; excellentiori affici. Decebat quoq; Christũ innocentissimam, immaculatissimamq; matrem habere. Congruebat eandem quoque (quibus potuit creatura modis ornari) virtutum, puritatisque excellentia, omniq; genere sanctitatis honorari à filio: q̃ tanta esset, vt non posset esse in creatura præstantior, nec sub Deo intelligi maior. Congruit igitur non solum hoc Christo, vt matrẽ suã seruaret mundã ac sanctã, verum etiam ita suæ matri facere debuit, ita voluit: & quod nostrum est constanter credere, ita fecit. Nos igit filij charissimi veneremur hanc virginem, ipsam diligamus, imitemurq; eius puritatẽ ac sanctitatẽ. Scimus eñ Christũ dixisse, dũ à quodã illi nunciaret, matrem ipsius & fratres foris stare: Qui sunt fratres mei, & quæ est mater mea? Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, hic meus frater & mater, & soror est. Si ergo qui voluntatem Dei faciunt, Christi sunt fratres, sorores & mater, videte quomodo non solum filij Mariæ efficimur, ipsius vitam imitando: nec filij tantum sumus Christi nos cõfirmando vitæ Christi: sed esse possumus etiam Christo & soror & frater & mater, si fecerimus quæ beneplacita sunt eius patri. Quo manifestum fit, Christum non tã amare coniunctionem sanguinis, quã voluntatis. Studeamus igitur virtutes beatissimę virginis imitari, & eiusdem quibus ipsa placuit Deo placere, puta humilitate p fundissima. Ipsa enim de excellentissimis, multifarijsq; donis Dei nihil sibi asscripsit nihil sibi arrogauit, sed liberam ab omni se gloriatione continuit, patientia mitissima & constanti. Ipsa enim patientissimã, mansuetissimamque se exhibuit, & ab omni rancore, & amaritudine alienam erga eos, qui filium suum persequebantur, aut crucifigebant se seruabat. Charitate denique & temperantia, paupertate quoq; spiritus, & virtute discretionis emicuit. In q̃bus omnibus se speculũ exhibuit sine macula, quod imitemur, in quo Christum cõtemplemur, in quo Christum laudemus, Christo gratias agamus, qui nobis huiusmodi matrem dedit, reginã misericordiæ pijssimam, clementissimamque: cui sit honor, laus, virtus & gloria in secula seculorum, Amen.

Virtutes B. Mariæ nobis imitandæque sint

IN FESTO SANCTI THOMAE APOSTOLI

Epistola beati Pauli apostoli ad Romanos VIII.

SCimus quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secũdum propositum vocati sunt sancti. Nan quos præsciuit, & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit, hos & vocauit. Et quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dextram Dei: qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neque vita, neq;

angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Rom. 8

IN festis quorundã apostolorum hæc non immerito legitur Epistola, in qua perfectissima charitas describitur, qua decebat apostolos, qui primitias habebãt spiritus, præeminere alijs. Itaq; dicit diuus Paulus apostolus: Scimus, per reuelationem, indubitataq; fide tenemus, quoniam diligentibus Deum charitate seu dilectione quæ domini custodit mandata intuitu placendi Deo, cooperantur in bonum omnia, ac cõuertuntur illis ad profectũ: adeo vt non solũ aduersa & tristia, verumetiã, si illos hallucinari ac deuiare aliqñ cõtingat, hoc ipsum illis proficiat in bonũ, qa humiliores inde redeunt, doctiores, prudentioresque & bonis actibus feruentiores deinceps insistunt. His scilicet, qui secundum propositum diuinæ prædestinationis, in quo perseuerabunt, tametsi aliquando ad tempus aberrent, redeunt tamen, vt propositum Dei in eis impleatur. Proposuit enim, hoc est, prædestinauit eos ad vitam venire: quod mutari non potest. Secundum hoc igitur propositũ, non secundum meritum, vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit saluandos, hos vt essent, prædestinauit quoq; conformes fieri imaginis filij eius. Hoc est, hos vt fierent imitatores Christi prædestinauit, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, & primatum tenens in collegio sanctorum. Itaq; quos ab æterno sciuit cõformes fieri imaginis filij sui, etiam prædestinauit, hoc est, per oppositam gratiam illos præparauit, vt verbo crederent prædicationis. Omnis prædestinatio, est etiam præscientia: nõ autem omnis præscientia est etiam prædestinatio. Prædestinatio enim diuina solorum est bonorum, quæ præparat ad gratiam: & est causa salutis nostræ. Prædestinat nanq; ei quæ est facturus. Præscientia vero est bonorum & maloꝝ. Præscit aũt Deus multa, quæ ipse non est facturus. Siquidem malorum ꝑscit damnationem, cuius tñ ipse damnationis nequaquam est causa. Igit quos præsciuit saluos fieri, hos prædestinauit: q̃s autem prædestinauit, hos & vocauit ad fidem, & gratiam suam ꝑ inspirationem & illuminationem internam, ꝑ prędicationem externam, ꝑ angelicam custodiam & directionem. Et q̃s vocauit, puta secundum suum propositum prædestinationis suæ, (sunt enim vocati alij quoq; qui ad tempus credunt ac diligunt, sed non electi, nec perseuerant) hos & iustificauit. Quomodo imperator quempiam diligẽs, si promouere ex plebeo genere illum vellet ad comitatum, daret illi ante opes, honores, officia, dignitates, qbus illũ dignũ tandem redderet comitatu illo, & propter quę comes futurus, idoneusq; æstimaret. Quę tamen oĩa prædicta, quibus dignus fieret comitatu, & ipsum comitatũ ab Imperatore suscepisset. Hoc modo, quos Deus prædestinauit & vocauit ad gloriã suã, hos & iustificauit, idoneosque facit ac dignos cœlesti præmio. Quapropter merita nostra ac præmia, dona sunt Dei: nec aliud in nobis Deus coronat, quam dona sua. Itaque quos vocauit, hos & iustificauit, peccata eis dimittens, & gratiã infundens. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit, id est, illos & magnos fecit, hic in sanctitate, & postea in gloria & fœlicitate ęterna. Iuxta diuum Augustinum, prædestinatio ꝑparatio est gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vocatio gratiam offert, & retrahit à peccato. Iustificatio gratiam confert. Magnificatio gratiam consumat in gloria. Quid ergo dicemus ad hæc tanta Dei nobis collata beneficia ac dona? Nunquid adhuc aliqua ex nobis habere putabimus? Haudquaquam: sed omnia ascribamus gratiæ. Si ergo Deus est, pro nobis, nos prædestinans, vocans, iustificans

Quõ Deũ diligentibus oĩa coopent in bonum

Propositũ Dei in saluatione hoim qui intelligendum.

Coll. 1

Prædestinatio qd sit

Præscientia q̃nam signet

De quonam ꝑdestinat vocatve ad gloriã.

B

Augusti.

ficans,& glorificans,quis contra nos erit? Itaq; Deo in his omnibus pro nobis constituto,quis nobis in his voluerit aduersari,paret se,si bellare potuerit cõtra Deum. Adeo nanq; is diligit nos,vt filio suo non adoptiuo,sed proprio ac naturali non pepercerit,sed in mortem pro nobis omnibus tradiderit illum.Quia ergo quod maximũ &sibi charissimũ est dedit nobis,quõ quicquam negare nobis poterit? imo quõ non omnia cum illo donauit? Quis accusabit, seu accusationem adferre poterit vllam aduersus electos Dei?puta vt priuare eos his, quæ Deus illis gratis donauit, possit. Nemo prorsus. Accusant quidem in hac vita proximi,damnant & puniunt prælati, sed nõ vt bonis æternis nos spolient: quin potius,vt ad bona æterna nos dignos reddãt ac parent. Diabolus quoq; accusat, sed nõ electis nocebit,qn beatitudinem vltimam assequantur.Quis ergo accusabit? Nunqd Deus?Non.Quia ille est qui iustificat,idcirco non accusare,sed accusatis solet misereri.Homo hic seipsum salubriter corã Deo & coram sacerdote accusat. Sed hæc accusatio non facit vt electum peccata grauent, sed vt deleantur, ac non sint. Nemine igitur accusante,quis est qui condẽnet?Num cõdemnabit electos Iesus Christus q mortuus est,imo qui & resurrexit,qui est ad dexteram Dei,qui etiam interpellat pro nobis?Minime.Neq; enim nos cupit cõdemnare,qui ad saluandos nos Deus homo factus ad nos venit,& pro nobis apud patrẽ interpellat. Interpellare Christi, est seipm coæterno patri hominem commonstrare. Ostẽdit enim patri in seipso, quid damnari in electis nolit.Nempe id quodsuſcipiendo liberauerit. Quum ergo nos Christus adeo diligat,quis nos separabit à charitate Christi,vt Christum non diligamus?Nemo. Num faciet hoc tribulatio corporis? Num angustia mentis?Minime.Num faciet hoc persecutio,vt relinquamus Christũ? An fames,an nuditas,an periculũ, an gladius?Hoc est,num pœna aliqua,aut persequutio,num mors,timorve mortis,à Christi nos charitate separabit? Et hoc dico, sicut scriptũ est de nobis, & hæc nostra vox est:Quoniam propter te mortificamur tota die,id est, propter te varijs pœnis afficimur, idcirco te non deserimus. Aestimati sumus sicut oues occisionis.Existimant enim nos sine vllo respectu misericordiæ nos debere occidi,cum nemini resistamus, sed parati simus in simplicitate nostra & mansuetudine nostra mori. Hæc omnia pro Christo patimur,sed non superamur. Quin potius in his omnibus superamus, victoresq; efficimur:nõ tamen propter vires nostras,sed propter eũ,qui dilexit nos. Dum enim illius amore inebriamur, sensum doloris amittimus. Si enim vere eius nos charitas rapuerit, si vere nos absorpserit,& nostrum in se affectũ abduxerit cruciatum corporis,& dolorẽ nos sentire non sinit. Certus sum eñ, quia neq; mors, seu moriẽdi timor,neq; vita,scilicet voluptuosa,quę appetitur,&in qua est amor delectatioq; viuẽdi,neq; angeli,neq; principatus, neq;virtutes iuxta distinctiones quascunque hierarcharum, ordinumq; beatorum spirituum,neq; quæ instant præsentia,neque quæ expectantur futura,neq; violẽtia aliqua,aut fortitudo, neq; altitudo,seu potentia seculi,neq; profundum astutiæ,prudentiæq; secularis,neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei,qui melior est omnibus:quæ charitas Dei patris erga nos manifestata est & exhibita in Christo Iesu domino nostro, quẽ tradidit pro nobis in mortem,nos per eum &in eo suæ cõstituens adoptionis filios.

Psal. 43

1. Mach. 2

Dolores nostros q̃ nã nõ sentire nos faciant.

Esaiæ 53

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem festi, Ioannis vigesimo.

Hoc præsens Euangelium in octauis Paschæ legitur,quoniã quod tunc gestũ fuit,narrat. Huic tamẽ festo cõgruit æque, quare etiam legitur hodie. Narrata nãq; apparitione prima, quæ Christi apostolis simul constitutis facta est in festo Paschæ, sequitur quod hodie legitur Euangelium de sancto Thoma. C

Thomas autem vnus ex duodecim,qui dicitur didymus, non erat cum eis,quando venit Iesus.

Vnus ex duodecim apostolis Thomas fuit.Siquidem duodecimum numerum tenere voluit apostolorum dominus Iesus.

Ioan. 6
Dicit nanq; : Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Duodecim
Iudas quō fuerit diabolus vocatus.
elegit Christus, sed Iudas diabolus fuit, participādo diaboli malitiam, non naturam. Fuit autem apostolus Iudas vere, & ad apostolatū à Christo electus, id est, institutus, atq; ex aliis discipulis desumptus, nō tamē prædestinatione adoptioneque filiorum à Deo fuit electus. In hac enim gratia Iudæ
Actor. 1
successit Matthias, qui duodecimū numerum impleuit, q adeptus est apostolatum, à quo præuaricatus est Iudas, & electionē adoptiuorū, quam haudquaq̄ Iudas creditur adeptus. Hoc ideo dico qm̄ numerus mansit apostolorum duodenarius, subrogato Matthia. Et hic ab Euāgelista dictus est Thomas vnus ex duodecim, licet tempore resurrectionis Christi, apostoli tantum fuerint vndecim: paulo post tamen resarcitus est in Matthia numerus duodenarius. Itaq; Thomas vnus ex duodecim qui
Didymus cur fuerit sic vocat⁹ Thomas apſus.
dicitur didymus, hoc est, (vt veteres ex Hebræo interpretati sunt) dubitator, licet recentiores quidam dicant geminum. Quo subindicat naturali fortasse vitio Thomā inclinatū, quo tardiuscule, nec facile credere aliis solebat. Permiserat aūt hic dn̄s illū naturali inclinationi non sine vitio succūbere ac vinci: sed hoc tamē non absq; dispēsatione singulari. Voluit enim dn̄s prædilectum sibi apostolum Thomam dubitare,
Dubitare cur dn̄s p miserit Thomam
ne nos dubitaremus: Aut si dubitemus, vera illius experiētia instruamur. Dubitauit enim ipse propter nos, & ea in quibus nos hæsitare possemus, ipse hæsitans explorauit, & de veritate nos certiores reddidit.
Beda. Gregori⁹.
Quamobrem, vt Beda ait, plus mihi Thomas qui dubitauit, profuit, q̄ Magdalena, quæ cito credidit. Igitur cum sero vna sab
Ioan. 20
batorum apostoli essent simul, foresq; essent clausę propter metū Iudęorum (quod contigit in dominicę resurrectionis) venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit: Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Discipulis itaq; viso domino gauisis, insufflando tradidit spiritum sanctum Christus. In quo consessu apostolorum, domino apparente, abfuit apostolus Thomas.

Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam

D

Ex præcedētibus fortasse oritur quæ
Lucæ 14
stio, quomodo hic Thomas dicatur absu-
isse, cum Lucas referat discipulos illos du-
os, qui in Emaus abierant, in sero rediisse
Hierosolymam, & vndecim simul ibi inue-
nisse: quibus narrauerunt quomodo dn̄m
cognouissent in fractione panis. Ergo illo
sero adfuit Thomas: qui nisi adfuisset, nō
simul fuisse dixisset Lucas vndecim, sed de
Augusti.
cem tantum. Cui obiectioni, iuxta Augu-
stinum respondetur, Thomam tunc adfu-
isse, quando adueniebant discipuli duo ex
Emaus redeuntes. Sed illis colloquētibus
dum abiret paululum, interim venit Iesus
ianuis clausis in medio discipulorum stās,
Thomas apſs cur abierit ex collegio apſorum
& dicens: Pax vobis. Non igitur absq; rati
one erat, quod Thomas abierat, vel domi-
no propter nos hoc permittente, quo ex il
lius dubitatione & certificatione nos eru-
diremur, stabiliremurque in veritate, vel
Thoma se indignum faciente, propter du-
ritiam & tarditatem credendi. Siquidem à
culpa excusatur Thomas, propter hāc duri
Marc. 16
tiā. Licet em̄ Christus aliis q̄q;, quādo ascē
surus erat in cœlū duritiā & incredulitatē
exprobrauerit, propterea q̄d his qui vide-
rant eum resurrexisse, nō crediderāt. Tho-
mā tamē hic singulariter, vt sequitur, argu
it, quādo post dies octo propter ipsum so-
lū apparēs sanandū ei dicit: Noli esse incre
Lucæ 14
dulus, sed fidelis: modeste illū arguens in-
credulitatis pteritę. Quocirca verisimile est
cum Thomas mulieres de sepulchro veni-
entes audisset, & Petrū sibi factam appari-
tionem narrantem, tertioq; discipulos ex
Emaus redeūtes, lōga tristitia ex passione
ac morte dn̄i perturbatus, oēs illorū sermo
nes pertesus, propterea q̄d rem nouā nec fa
faciliter (vt sibi videbatur) credendā narra
rent, abiuit ex loco q̄ simul erant discipuli.
Quo absente interim aliis simul residenti-
bus apparuit Iesus. Quod cum Thomę po
stea redeunti significarent discipuli, respō
dens, Nisi, inquit, videro fixuram clauorū,
&c̄. Vnde conjicitur, q̄d nunciatū illi clarē
fuerat, q̄d dominus ostenderat apostolis
Ibidem.
latus & manus, inuitādo eos ad tāgendū.
Videte, inquens, & palpate manus & pedes:
Quam-

Quamobrē Thomas respōdit: Nisi videro fixuram clauorum, & mittā digitū meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Et post dies octo, iterū erāt discipuli intus, & Thomas cū eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis.

E Vides hic benignitatem dñi Iesu, qui nobis oībus, ne de eius resurrectione dubitaremus, voluit succurrere. Atq; ideo prædilectum discipulum permisit (vt prædixi) in dubitationem venire. Quem tamen nequaquam in hac fluctuatiōe, seu duritia reliquit, sed propter illum rediēs, omnem de eius corde dubietatem sustulit. Nam post dies octo dominus redijt, cum iterum simul essent discipuli, & Thomas cum eis. Ianuis igitur clausis stans Iesus in medio discipulorum, dicit eis: Pax vobis. Quia vero Thomas cęteris fuit durior, ideo illum dominus præ alijs quoque humiliauit. Octo nanque dies illum emendare distulit, vt interea ab alijs apostolis instrueretur, idoneusque magis efficeretur ad credendum. Nam salutatis in vniuersum omnibus, mox Thomæ ostensurus, cuius gratia aduenisset (nempe vt illius desiderio acquiescens, sese tangendum præberet) fecit quod sequitur.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuā, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Ex ordine verborum indicat Thomæ, ad satisfaciendum ipsius desiderio sese venire, nec se latere verba, quę alijs dixerat discipulis: Nisi videro fixurā clauorum, &c. Quo simul Thomas vere agnosceret adesse Christum, quem frequēter audierat pharisæorum cogitationes arcanas, & secreta cordium reuelasse. Et vide benignitatē domini, pro vna anima aduenientis, & vulnera sua ostendentis. Aduerte quoque quod diebus nihilominus octo dominus resipiscentiam expectauit. Quo admonetur qui à Deo ad regimen sunt animarū constituti, quanta benignitate suorum exorbitantias ad tēpus dissimulent, donec præstita occasione, vtilius admoneantur. Prodest interdū homini tentato mox vbi periculū senti tur, moneri & corripi: interdū prodest ad aliquam morā dierum dissimulari. Quando enim delinquentis animus ad excedendum pronus paulatim ex mora iterum à peccandi voluntate deferuescit, vtilius est ipsum ad reditum iam se parantem expectare, vt tunc moneatur, quando id melius ferre potest. Si vero ex mora vulnus timetur ingrauescere, præsenti quantotius occurrendum est remedio. Natura igitur hominis peccatoris corripiendi exploranda est, an duriora in eo plus valeant verba, an benigna mansuetudo. Omnia igitur tentanda, & quod ex multis congruentius videtur remedium est apponendum, ita vt in omnibus Dei potissimum quæratur honor, & proximi salus atq; profectus.

Matth. Marci Lucæ

Delinquētis correptionem qnq; differendā certa ratione.

Naturam pctōris explorandā.

F Est autem hic aduertendum, non ociose factum, vt dominus in suo seruaret corpore vulnerū cicatrices. Erat enim primo hoc necessarium, ad adstruēdam veritatem resurrectionis. Hoc enim vehemēter testatur nos eodē corpore quo hic viuimus, q̄ delectamur aut patimur, resurgere, quando veritatē idētitatemq; sui corporis post resurrectionem ostendit Christus, & cicatricibus vulnerum, & tactu deuotorū. Non eñi Thomas solus tetigit, sed tetigerunt etiā mulieres deuotæ pedes eius. Hoc enim vno Thomā ad fidem adduxit, discipulos q̄q; alios in fide plene instruxit ac roborauit, q̄d scilicet ostēderit eis latus & manus. Et, vt Lucas habet, dixit discipulis suis: Videte manus meas & pedes. Secūdo seruauit vulnerū cicatrices, q̄ patri q̄d pro nobis esset passus ostenderet, easq; pro nobis patri offerret. De quo Ioannes ait in epistola: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Tertio, ad ostēdendam suæ dilectionis erga nos magnitudinē. Si eñi plagarū cicatrices, quas nostri tolerauerat amore voluit vel post resurrectionē seruare, quāto maiori cura nos nō vult p̄dere aut, nisi nos obedire noluerimus, nō amittere? Ad consolationē igitur nostrā, vehemēter hoc facit, q̄d suæ dilectionis, suæ passionis, suæ mortis, ipse q̄q; non obliuiscit: quādoquidē vulnerū & suæ passiōis signa suo in corpore seruat. Quocirca in Esaia loquitur: Ego tui non obliuiscar: ecce in manibus meis descripsi te. Quarto, vt nos ad redamandum se, ad confugiendum

Vulnerū cicatrices cur Christus post resurrectionem seruauerit.

Matth. 28 Ioan. 20

Lucæ 24

1. Ioan. 2

Esaiæ 49

endum ad se, ad cōmorandum quoq; in se prouocaret. Est enim ille probatica piscina, quinq; porticus habens, quinque scilicet vulnera, in quibus languidi immergimur sanguine eius à peccatis nostris lauandi, & ab omni sanādi infirmitate. Dilexit (inqt) nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, vt nos q̄q; illum redamemus, & stolas nostras lauemus in sanguine agni.

Ioan. 5 — Apocal. 1 — Apoc. 7

Quinto, ad electorum gloriam, & impiorum ignominiā & damnationem seruauit quinq; vulnera. In iudicio enim exhibebit hæc, ostendens, quid pro hominibus passus sit, & quam iuste hi qui grati fuerūt inde consolentur: qui vero ingrati, suppliciis inuoluantur.

Respondit Thomas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus.

Mox vbi dominus Thomam solum alloquebatur, credēdus est toto corpore cōtremuisse, credidisse perfecte, atq; in excellentissimam hanc confessionem prorupisse, Dn̄s meus, & Deus meus. Tanta nullius apostolorum confessio fuit aliorum. Quocirca, sicut prę aliis dubitauit & fide fuit tardior, ita in confessione quoq; aliis fuit sublimior. Et qui per dubitationem fuerat humiliatus, per deuotissimam confessionem, iterum est exaltatus. Tu, inquit, es dn̄s meus, magister meus, q me redemisti. Tu q̄q; es Deus meus, qui me creasti, q pro me carnem assumpsisti, quā vt me à morte liberares, cruci affixisti. Sunt qui putant Thomā pro reuerētia gloriosi corporis Christi exhorruisse tactum, & immersionem digitorum in cicatrices benedicti illius corporis, cuius putāt iudicium, quod dn̄s postea respōdit: Quia vidisti me Thoma credidisti. Nō enī dicit, qa tetigisti me, credidisti. Sed aliis videtur benigne dn̄m nobis consulere voluisse, vt pro nobis nō solum visu, sed etiam tactu gloriosum eius corpus ex mortuis resurgēs exploraretur. Vnde creditur Thomas ante tactū perfecte credidisse, tactū libenter pro reuerentia corporis benedicti subtrahere voluisse: verū propter dn̄i mandatū, non iam ex curiositate, sed ex deuotione & obedientia paruisse. Cognouit enim domini in hoc esse voluntatem: quare hac in re non sibi, iam nō dubitanti, sed plene credenti satisfacere habuit, quin potius Christo obedire.

Cōfessio D. Thomę cur fuerit p̄ aliorum apl'orum cōfessione gloriosior

Vulnera dn̄i gloriosa quāta cū reuerentia Thomas tetigerit.

Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

G

Quia vidisti me, quia sensisti, quia intellexisti me esse, qui pro te pependi in cruce, credidisti. Beati autem magis sunt illi, qui non viderunt, & crediderunt. Quia vidisti me, inquit, credidisti. Quomodo potuit Thomas credere quæ vidit? Quę enim videmus, non credimus, sed scimus. Sed dicendum est, aliud Thomam vidisse, aliud credidisse. Christum nanque vidit, corpus eius tetigit: dominum vero & Deum suum exclamans, id quod videre non potuit, puta Deum suum esse Christum, credidit. Corpus eius tetigit & cicatrices, quia sic Christus tangi voluit: quo apostolis omnibus, simulque nobis manifestaretur eundem resurrexisse, qui fuerat crucifixus, neminemque pro eo alium suspicemur suscitatum. Idcirco cum signis crucis resurrexit Christus, coramque discipulis manducauit. Quod signum permagni fecerūt apostoli in Actis, dicentes: Qui cum eo simul manducauimus & bibimus. Et Ioannes: Quod audiuimus, quod vidimus, q̄d præspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Dicit fortasse q̄s, quare Thomam dominus non solum à tactu corporis sui non prohibuit, sed ad tangendum etiam inuitauit, quum Mariam Magdalenam à tactu prohiberet, causam huius inferens, Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum. Quæ quidem ratio, non minus in Thoma locum habuit. Dicendum, Magdalenam idcirco prohibitam, quia præ lætitia cordis cogitabunda ac pręceps, vt solebat iuxta pristinam consuetudinem familiariter eum tangere: aut (vt quidam volunt) amplecti voluit, nihil de maiestate tunc ipsius cogitans sublime, aut magnum. Vnde quod illi dictum est, Nondum ascendi ad patrem meum, nō de corporali, gloriosaq; ascensione dominus dixit, sed loquebatur de ascensu suo per fidem veram in corde Mariæ. Hæc enī ascensio in cœlum ibi significat Christū sedere ad dexterā patris, hoc est, æqualē esse Deo patri. Hoc in illa subita perturbatione iuxta ac exultatione nondum capiebat B. Magdalena. Quærebat enī corpus eius sublatū, vt illius haberet curā. Quod nō fecisset si perfecte credidisset. At Thomas apostolus perfecte credidit, ideo tangere meruit. In illi

Thomas apl's grām dicatur vidisse & credidisse.

Lucæ 24. — Actor. 10 — 1. Ioan. 1

Ioan. 20 — Maria Magdalena cur fuerit prohibita tangere Christum

Ioan. 20

In illius enim corde ad patrem aſcenderat dominus,patri credebatur æqualis, quan do dicebat:Dñs meus,&Deus meus. De inde ad conſolationē futuroꝶ,Beati,inqt, qui nõ viderunt,&crediderũt.Quaſi dice ret:Nõ opus eſt,vt qſpiam cõqueratur, tri ſteturve,qđ me non viderit in carne reſur rexiſſe.Maior eſt enim horum fides, poti orq;,qui me non videntes crediderunt,at que hi ſunt propterea beatiores. Maximũ enim,aut inter maxima vnum,quo mereri nos facit Deus,eſt fides.Et videmus quo modo propter nos, ad vtilitatemque no ſtram Deus om̃ia abſcondit & reuelat per fidem.Parum hic,aut propemodum nihil ſcimus de futuris, ſed credimus ea tãtum: quod multo nobis eſt fructuoſius,quam ſcire.Scire enim quid habet laudis aut me riti,cuius habes experimentum? Porro,fi des difficultatem habet credendi quod nõ vides, quod non intelligis, quod denique non capis:ſed ideo credis, quia Deo ſum mo maximo & optimo te & tua cũcta ſub ijcis,captiuans intellectum tuum in obſe quium Chriſti.Niſi enim credere difficul tatem haberet,non tanti eſſet meriti fides. Iam vero quo maiorē habet difficultatem vt poſſit credi, minuſq; de perſuaſione hu mana,puta cum res ſit tam ardua,vt huma no non poſſit perſuaderi ingenio,niſi per fidem crederetur Dei verbo, eo magis eſt meritum fidei.Quam integram firmamq; nobis largiat̃ dominus noſter Ieſus Chri ſtus,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

[margin: ...ides ve ...a quam ...t meriti.]

[margin: 1.Cor.10 ...des ve ...a cura- ...ud Deũ ...tanti ...eriti.]

Euãgelium hoc idem reperies ſtu dioſe Lector,etiam elucidatũ cum egregio de pace multiplici Sermo ne in altera parte primi To mi de Tempore,ſcilicet, in octauis Paſchæ.

SERMO IN EODEM feſto. Cuiuſmodi fuerit fides in B. Thoma ſalutaris.

[margin: H ...]

Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Ioannis vigeſimo. Si Paulo cre dimus,ſine fide impoſſibile eſ ſe placere Deo,nõ debemus mi rari,ſi vel Thomæ ſancto apo ſtolo,vel noſtrum cuilibet pręcipiatur:No li incredulus eſſe,ſed fidelis. Hoc enim pręcipitur, quod adeo nobis extat neceſſari um, vt abſque illo ſaluari potuerit nemo. Eſt igitur fides omnibus neceſſaria,non ta mē quælibet fides ſaluare poteſt,ſed ea tan tum,quæ charitate ardet,& quæ per dile ctionem operatur. Si enim credis Chriſtũ propter te natum,propter te mortuũ,pro pter te reſurrexiſſe, & non obedieris eius voluntati, nec ea vitaueris, quæ prohibet, nõ poteſt hęc te fides ſaluare. Quare? Quia charitati non eſt coniuncta. Neque enim ſola fides tibi eſt neceſſaria, ſed etiam ſpes & charitas. Vnde ſi credis, & non diligis, nihil tibi blandiaris de fide: quia fides hęc abſque charitate mortua eſt,neque lucens neque ardens. Eſt enim ſimilis candelæ ar denti fides charitati coniuncta,quæ lucet, tibi viam oſtendens in tenebris, ne offen das. At vero,ſi candela exufflata fuerit,ma net primo quidem quaſi fauilla in lychno quędam ignea,ſed non calefacit,nec lucet, qua videas aut diſcernas. Ita fides, quam exufflat amor priuatus,aut mundanus,ex tinguitur, vt ibi non ſit fidei adiuncta cha ritas,ſed nuda fides tantum,quæ neque lu ceat, aut ardeat ad præbendum calorem. Hæc fides ocioſa eſt, mortua eſt, & infor mis,quæ ſtat cum peccato mortali. De hac dicit Iacobus in epiſtola. Quid pderit fra tres mei,ſi fidem quis dicat ſe habere,ope ra autem non habeat? Nunquid poterit fi des ſaluare eũ? Tu credis, quia vnus eſt De us. Bene facis. Et dæmones credunt,&con tremiſcunt: non tamen ex hac proficiũt ad ſalutem,quia non diligunt. Non diligen tes autem,nec operari poſſunt opera ad be atitudinem fructuoſa. Quomodo igitur corpus mortuum eſt,quod ſpiritu caret & vita,ita fides mortua eſt, quæ charitate ca ret in opera mouēte. Viuat igitur fides per charitatem,& charitas prodat operationē neceſſe eſt. Operationē hic voco actionem & conatum, ſiue in operatione bonorum operum, ſiue in abſtinentia malorum ope rum,ſiue in cõfeſſione ac luctu peccatorũ, ſiue in Dei laude,operumq; eius,ac benefi ciorum,gratiarumq; actione, ac confeſſio ne. Huiuſmodi fidem viuam,charita tiq; coniunctam,Chriſtus Thomam habe re voluit,qñ dixit: Noli eſſe incredulus,ſed fidelis. Quod intelligēs Thomas quoque, in actum fidei mox prorupit,hoc eſt,in cõ feſſionem,dicens: Dominus meus,&Deus meus. Deinde quoq; poſt domini aſcenſio nem

[margin: Fides ad ſalutē ne ceſſaria q̃. Galat.5]

[margin: Fides ve ra quõ can delæ ardē ti compa retur.]

[margin: Fidē verã q̃nam ex uffient.]

[margin: Iacobi 2]

[margin: Ibidem. Fides mor tua & in formis q̃ ſit.]

[margin: Fides vi ua quæ ſit]

[margin: I Cuiuſmõi fidē ſalutarē habue rit B Tho mas.]

nem ac spiritus sancti missionem, cũ Thomas esset in Cęsarea, illumq; dominus mitteret in Indiam: quamuis Indos ægre accederet: propter domini tamen voluntatem libẽter obediuit. Siquidem Christo illi apparente, & dicente: Rex Indiæ misit quæsitum architectũ. Quo volo, vt accedas. Cui Thomas. Quodcũque, inquit, domine volueris mitte me, prꝫterquam ad Indos: Cui cum respondisset dominus. Vade securus, quia ero tecum. (Nam cum Indos conuerterteris, cũ palma martyrij venies ad me.) Thomas quã totius respondit: Dominus meus es tu, & ego seruus tuus: fiat volũtas tua. Vide hic cuiusmodi in Thoma fuerit fides. Num vt ocio vacaret, neminiq; prodesset? Num vt duntaxat credens Iesum, iuxta suum affectum siue delectum deinceps viueret? Minime. Sed fuit in eo fides (vt dixi) vera, viuens, ardensq;, atq; impellens, qua credidit Deum, Deiq; filium dominũ Iesum. Hæc docuit illum, hæc illum excitauit, stimulauitq;, vt quem crederet Deũ ac Dei filium, adoraret vt Deũ, coleret vt Deum, honoraret, diligeretq; vt Deum, obtẽperaret quoq; vt Deo. Hæc fides vera fuit fides, & salutaris. Vide igitur iam in sancto Thoma, quomodo ipse credens Dei filio, obediuit. Vide ad quæ opera domino se resignauerit. Nempe ad exiliũ inter barbaros, ad famem, sitim, labores, derisiones, pœnas, & ad mortem. Hęc enim illi omnia euenerunt inter prædicandum. Hæc pertulit alacer & lætus, quia non solum fide, sed etiam charitate plenus erat. Gaudebat in tribulationibus, gaudebat pro nomine Iesu cõtumeliam pati, exultabat pro Christo mori: non ob aliud, quam, quia amabat eum, in quem credebat, in quem sperabat. Hoc porro desiderium moriendi pro Christo Thomæ non fuit nouum, sed quando hic Christum sequebatur in terris ambulãtem, nihilominus cum Christo cupiebat mori. Siquidem ęgrotante Lazaro, miserunt sorores duę Martha & Maria ad Iesum, nunciantes: Domine ecce quem amas, infirmatur. Itaq; domino dicente, Redeamus in Iudæam iterum, dixerunt apostoli, trepidantes: Domine, iam quęrebant te Iudæi lapidare, & tu iterum vadis illuc? Porro apostolus Thomas alios exhortãs, roborансque apostolos, Eamus, inquit, & nos, & moriamur cum illo. Quo quid aliud ostendit, quam propositum, voluntatemq; resignatam ad cõmoriendum Christo?

Obediẽtia fidei sancti Thomę qualis fuerit. — *Fides ardẽs quę sit* — *Obediẽtia S. Thomæ quã fuerit magna.* — *Actor. 5* — *Ioan. 11*

K

Secundo fuit in Thoma fides zelans. Nam hortabatur alios apostolos (vt dixi) ad cõmoriendum cum Christo. Non illi erat satis, vt Christo solus hunc deferret honorem. Cupiebat eum etiam ab alijs honorari, quomodo fidelis seruus domini sui debet zelari honorem & seruiẽtium fidelitatem. Ad quod cuncti tenẽtur Christiani: puta execrari, odisse & persequi irreuerentiam, probrum, contemptum, inobedientiamq; Dei, eiusdemque agnitionem, cultum, laudem, honorem ac gloriam procurare & promouere. Quod Psalmista faciẽs, dixit: Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Honorem Dei zelãs, eiusdem detestabatur in hoc irreuerentiam, quam ægre ferebat in malis: deinde illius honorem promouere quoq; cupiens, Docebo, inquit, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertent. Hoc modo sanctus Thomas quoque domini zelabatur honorem, Dolebat Indorꝫ animas à sui conditoris agnitione aberrare & perire. Dolebat diabolo honorem, qui Dei erat solius, offerri. Conabatur eas creatori suo adducere. Idcirco illis prædicans, Dei veri notitiam infudit. Nam abstinere à peccatis, credere in Christum, orareq; Deum in omni loco docuit. Biennio autem Indis prædicabat. Sed proh dolor, quanta vidit interea blasphemiarum portenta, quantas idololatriæ insanias, quot abominationes paganorum, & diabolica sacrificia? quæ omnia, quia ad Dei fiebant iniuriam, Thomas non potuit non animo vulnerari contuens. Hæc autem arguebat, hæc demoliebatur, hæc deprecabatur, & vt ad Christũ conuerterentur, obnixe etiam rogando, eos inuitabat. Hęccine fides est charitate zelans & ardens, quæ proximos pariter, non se tantum, saluari satagit. Pro hac re in laboribus continuis constitutus, docendo, palam prædicando, increpando, consolando, miracula faciendo, sanitatumque præstãdo beneficia, occupabatur.

Fides zelãs quę sit — *Zelum cuiusmodi ois Christianus pro Deo habere teneat.* — *Psalm. 118* — *Psal. 50* — *Zelo quãto B. Thomas honorẽ Dei, animarumq; salutẽ zelatus sit.*

L

Quid, quod pecuniam maximam ad cõstructionem palatij à rege Indorum sibi traditam Thomas in pauperes erogauit? Nonne regem diligens, ei qui terrenam cupiebat sibi domum ædificari, Thomas nobilissimam fabricauit domum nõ manu factam in cœlis? Vides, quam credulus fuerit, tenaxq; Euangelici cõsilij à Christo traditi, quo

Palatiũ quo pacto ædificauerit Indorũ regi B. Thomas in cœlis. — *Hebræ. 11*

quo Christus monuerat non thesaurizare nos super terram, vbi fur appropinquat, ærugo consumit, tineaq; demolitur: sed thesaurizate, inquit, vobis thesaurum in cœlis. Curabat igitur regi nobilius palatium, quam putarat ille, per pauperes ædificari, curabat pauperum manibus thesauros in cœlum portari, illuc regi ædificaturus præmittebat thesaurum, simulq; interea egenorum leuabat inopiã, in eadem re bis misericors, bis prouidus. Vbi estis vos diuites, qui palatia & paradisos vobis hic ædificatis? Quam diu possidebitis? an semper habitabitis super terram? Sed dicitis: Non habemus in his delectationem. Bona verba. Gratis ergo in lutum tot aureorũ milia proijcitis. Si non delectat vos fastus ille, & ædificiorum superbia, quare non de distis egenis pecuniã, qui reciperent vos in æterna tabernacula? Heu quomõ fallimini, & vosipsos fallitis. Aliter regi Thomas consultum voluit. Nam etiam ignoranti palatium in cœlo constituens, curauit. Aberat per id tẽporis rex Indiæ à regno Gundopherus vocatus. Atque ideo Thomę copia erat maior populo prædicandi, Ecclesias construendi, & ministros constituendi sacramentorum. Rediens autem rex, vbi nihil vidit ædificatum, Thomam simul ac Abianem præfectum, qui Thomam adduxerat, in carcerem coniecit, mente tractãs, quo genere eos mortis perimeret. Verum, interea frater regis moritur, atque post triduum nondum sepultus, à Deo resuscitatur, narrans quam augustum viderit palatium, quod regi fratri suo Thomas in cœlo construxisset: prædicansq; sanctitatem apostoli, fecit vt rex apostolum e vinculis educeret, veniamque humiliter ab apostolo peteret. Sanauit autem apostolus omes infirmos qui adducti fuerant, & multa hominum milia baptizabantur. Dixi igitur Thomam fidem habuisse zelantem. Cupiebat nanque Deo reddi honorem suum, cupiebat animas recuperare statum cœlestis paradisi, ad quem creatæ fuerant.

M Pari modo autem, quod hic laudamus in sancto Thoma, debemus imitari omes. Nemo enim nõ tenetur ex lege charitatis sui proximi salutem, bonum ac cõmodum zelari. Magnopere enim nobis curandum est, summoq; studio conãdum, vt nihil proximis nostris, quicqd in nobis est officij, obsequij, auxilij ve ad salutem eorum pertinentis negemus, nihil subtrahamus: sed in omni gñe misericordiæ succurramus proximis, quomodo Christus monet, dicens: Omni petenti te tribue: hoc est, quacunq; re indiguerit frater tuus, illam, si habes & communicare potes, mox impartire. Vide autem quam pulchre Thomas eos q̃q;, qui se honorauerant, zelo diuini honoris pro temporali honore illis æternæ salutis beneficia impetrauit: & iterum, quomodo eum, qui contumelia sanctum affecerat apostolum atque iniuria Deus vltus est. Vt discas Deum quicquid seruis suis viderit exhibitum aut coronare, aut punire, perinde ac si sibiipsi esset factum. Nam vbi Thomas apostolus à domino missus ex Cæsarea, vt supra dixerã, cum Abane Indiæ præfecto demigraret ad Indiã, in via venerunt Andronopolim: ibi tunc accidit, vt rex illius ciuitatis nuptias seruaret filio suo Dionysio, despõsata illi puella nobilissima Pelagia. Quibus nuptijs interesse rex præceperat omes. Itaq; cum ibi esset quoq; Abanes cum Thoma, puella quædã vnicuique laudes aut cõmendationem illius aliquam canebat. Erat aũt Hebræa, fortasse tũ captiua illuc abducta puella. Videns igitur hæc apostolum Thomam non manducantem, sed oculos in cœlum leuantem, intellexit illum adorare Deum cœli, virumq; esse Hebręum. Cantauit igitur, quod libentius illum sciuit auditurũ, ipsi in Hebræa lingua blandiens: Deus vnus qui fecit cœlum & terram, & fundauit maria. Quod audiens apostolus, attentius auscultauit. Vidẽs aũt quidam mensis præpositus, quia Thomas non manducaret, in maxillam apostolum percussit. Quamobrẽ nihil indignatus apostolus, nec meditatus vltionem, sed Deum pro illo rogauit, vt in hac vita, non in futura, mereretur propter hanc culpã puniri. Lucæ 6

N Prænunciauit igitur Hebræo sermone (quẽ puella intelligebat) se nõ discessurũ ante de hoc loco cõuiuij, q̃ canis manum hãc, qua fuerat pcussus, p locũ conuiuij circũferret. Quod protinus secutũ est. Illum enim pro aqua recente abeũtem leo offendens, occidit, & sanguinem lambuit. Cuius corpus canes lacerauerunt: quorũ vnus confestim cũ manu à cadauere auulsa aufugiens, conuiuiũ intrauit, & pcussoris circũtulit manũ. Puella aũt Hebræa, quę audierat apostolũ loquentẽ, vbi id euenisse, quõ ab apostolo fuerat prædictum, sensit, ad pedes apo-

des apostoli procidit, eiusq; laudes euulgauit. Porro rex illius ciuitatis apostolum rogauit, vt sponso sponsæque benediceret. Quod annuens apostolus, vtrumq; benedixit, & ad seruandam virginitatem hortatus est. Est quoq; illis sequenti nocte caste obdormientibus illata huiusmodi visio: Siquidem apparuit illis quasi rex gemmatus, eosq; circumplectens, & dicens: Apostolus meus benedixit vos, vt vitæ æternæ efficiamini participes. Post hæc iterũ illos cõueniẽs apostolus, ait: Rex meus in visione vobis locutus est, vultq; vt mea in vobis bñdictio fructificet. Habete carnis integritatem, quæ om̃ium est regina virtutum & fructus salutis perpetuæ. Virginitas soror est angelorum, victoria libidinũ, fidei trophæum, expugnatio dæmonum, æternorum securitas gaudiorum, & omnium bonorum possessio. Illis itaque baptizatis, & per discipulũ S. Thomæ illuc missum multis conuersis, Dionysius regis filius ibi episcopus factus est: qui sponsam suam Pelagiam sacro velamine consecrauit. Tertio, fuit in S. Thoma fides pertingẽs ad veram charitatem, perducensq; ad illum, quẽ credebat. Nam sicut Thomę fides nunq̃ fuit mortua, nec ociosa post domini ascensionem, nec dubia, ita operans quoq; per charitatem, nequaquam ociose, gratis, frustra aut inutiliter operabatur: sed hoc q̃d credidit, quod docuit, quod quęsiuit, ad q̃d anhelauit, aliosq; docuit & perduxit, hoc ipse assecutus est. Quid, inquis, est illud? Corona profecto regni cœlestis, vita immortalis, æternitas beata, quã aliis p̃dicauit aliisque ex ore dñi promisit, hanc ipse hodie apostolus & martyr gloriosus assecutus est. Nam vbi eos quos ad Deum conuersos baptizauerat, instruxerat ad pietatem, vnitatemq; ac pacem, tandẽ omnia repetens, eo modo q̃ Ephesios Paulus apostolus, docebat simul & admonuit, dicẽs: Obsecro vos in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate ac mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Quod re vera est præstare Christianũ, germaneq; Christũ imitari. Exhortatiõe igitur finita, concessit ad superiorem Indiã, cupiẽs ibi q̃q; dño populum lucrari: propter q̃d assecutus est etiam coronã martyrii. Vt em̃ ex diaboli faucibus gẽtem illam extraheret, morti vitam suam exposuit: sciens hanc esse Christi charitatem, vt quõ ipse pro nobis animã suam posuit, ita nos q̃q; p fratribus debeamus animas ponere. Pluris enim facere debemus animas fratrũ nostrorũ, q̃ corpora nostra. Quapropter vt illas à morte eripiamus, vltro (q̃d & Thomas fecit apostolus) vitã nostrã seu corpora nostra tradere nos decet in mortem. Igitur illuc vbi Thomas peruenit, magnam cito populi turbam, reginã quoq; ac eius sororem Migdoniam Charysii vxorem ad Christum conuertit. Quo nomine tam à rege, quam à Charysio multis pœnis affectus est. Primũ enim supra ferrum ignitum, seu super lameas ferreas candentes (vt in eius gestis legitur) stare iussus est, sed non læsus: deinde in fornacẽ ardẽtem coniectus, aut, sicut gesta eius habent, in thermas æstuantes. Postremo ad templum solis ductus, oratione ad Deum fusa, diabolo præcepit, vt idolum desereret, contereret & abscederet. Quod vbi factum est, sacerdotibus in furorem versis, ab vno illorũ gladio, seu quod Isidoro magis placet, lancea perfossus est. Hac itaque gloria, puta martyrii, apostolus coronatus transiuit ad Christum. Nos igitur eius gratulemur lætitiæ: quandoquidem superatis om̃ibus huius vitæ laboribus, pœnis & incommodis quibuscunq;, plenus nũc gaudio intrauit in gloriã à Christo illi donatã. Imitemur ergo nos eius deuotiõem, feruorem ac constantiã. Recolamus quanto fuerit robore Christi verbis mox in fide confirmatus, dicẽtis: Noli esse incredulus, sed fidelis. Quibus verbis vos quoq; o filii admonitos volo, vt articulos fidei, hoc est, Symbolum apostolorum expresse articulatimq; credatis. Ea vero quę in scriptura sancta habẽtur, & quæ credidit Ecclesia ad minus implicite credatis. Symbolum em̃ apostolorum nemini Christiano licet ignorare, nec ignorantẽ decet ad Eucharistiæ sanctæ accedere sacramentum, donec illud discat. Videant hic parẽtes quomodo instruant proles suas, oratiõem puta dñicam, angelicam salutationem, & fidei confessionẽ. Quod si neglexerint, grauissimã inde habebunt damnationem. Patrini q̃q; coram Deo reddent rationẽ, qui in baptismo pro infantibus baptizandis in fide spoponderunt, illorum nomine respondẽtes, credo, abrenuncio, &c̃. quo instituerint filios, q̃rũ in regeneratiõe hac spirituali facti sunt patres

Virginitas carnis quantũ sit laudata à S. Thoma apostolo.

Fides ptingẽs ad charitatem quæ sit.

Ephe. 4

1. Ioan. 3

Animæ proximorum pluris facie[n]dæ quam corporales.

Martyrium S. Thomæ ap[ost]oli quam fuerit horrificum.

Isidorus.

S. Thomas ap[ostol]us in q[ui]bus sit à nobis imitandus.

Ioan. 20

Credere quęnã cui libet teneatur Christianus.

Parentes q[uo]d proles suas docere debeant.

Patrinorum negligentia periculum quam infestet.

patres aut matres. Nam hoc ipsum manda tur quoq; in Iure canonico, vt patet de cõ secratiõe dist. 4. c. Vos: vbi sic dicitur: Vos ante omnia tam viros, quam mulieres, qui filios in baptismo suscepistis moneo, vt co gnoscatis vos fideiussores apud Deũ pro illis extitisse, quos de sacro fonte suscepistis. Ideo semper eos admonete, vt custodiant castitatem, iustitiam diligant, charitatem teneant: & ante omnia Symbolum apostolicum & orationem dominicam addiscant. Et vos ipsi tenete, & illis quos de sacro fonte accepistis, ostendite. Postremo, non putetis Deo tunc satisfactum, si corde credideritis, nisi (vbi opus fuerit) etiam ore cõfiteamini. Ad omnem enim Christianum necessario pertinet, paratum habere semper animum pro loco & tempore, fidem palam profiteri. Prius enim debet auferri vita, quæ potius est etiam amittenda, quam fides: & interrogatum de fide, tacere non licet. Qui enim interrogatur, Christianus an sit, si tacuerit, Christũ negat. Nunquam pariter licet tempore persequutionis fidem clam in corde tenere, & ore negare: sed recordari oportet Christi dicentis: Qui me erubuerit, id est, confiteri timuerit coram hominibus, hunc filius hominis erubescet coram patre & angelis Dei. Quod Deus à nobis auertat: sed in fide, spe & charitate perseuerantiam nobis concedat dominus noster Iesus Christus, in secula benedictus, Amen. Lucæ 9

IN SACRATISSIMA SOLENNITATE NAtiuitatis domini nostri Iesu Christi, epistola beati Pauli apostoli, ad Hebræos cap. primo.

VI.

MVltifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio suo, quẽ constituit hæredẽ vniuersorũ, per quem fecit & secula. Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabũtur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Sapien. 7 · psalm. 2 · 2. Reg. 7 · Deut. 32 · Psalm 96 · Psalm. 103 · Psalm. 44 · Psal. 101.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

TRiplicem esse domini natiuitatem scire oportet. Vnam, quæ est æterna ex Deo patre: alterã quæ temporaria est, ex virgine matre. Tertiam, quæ fit in hominis mente. Has tres natiuitates expedit non ignorare, quandoquidem in hac epistola de vna natiuitate, quandoq; interdũ de alia necesse est intelligantur verba apostoli, aut sacræ scripturæ, si recte omnia debeant intelligi. Dicit igitur Paulus apostolus: Multis varijsq; modis olim loquutus est do-

est dominus Deus patribus ac prophetis. Hoc est, per varia quidem genera loquendi patribus futura, aut salutis necessaria locutus est, interdum manifeste, interdum obscure, aliquando per figuras, aliquãdo nude, quandoque per angelum manifeste, & nunc iteꝝ per inspirationē: sed & aliquando blandiens, aliquãdo terrens. At, nouissime diebus istis, iam quando alia Dei non sequitur locutio, locutus est nobis in filio. Filius enim de seipso dicebat Iudæis: Verba quę ego loquor, à meipso non loquor.
Ioan,8
Locutus itaq; nobis est Deus in filio, quē ne vilem putemus, sciamus oportet hũc esse filium, quē pater hæredem cõstituit vniuersorum, secundũ humanam naturam adsumptam, iuxta quam etiã dñs est omnium
Acto.19
cõstitutus à patre: per quem, iuxta hoc, q̄d est verbum Dei, & eiusdem naturæ ac potestatis cum patre, fecit & secula, hoc est, omnia hæc visibilia & mutabilia. Qui filius patri coæternus & coæqualis, cũ sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, vtpote in quo perfecte resplendet tota perfectio patris, & similitudo, sicut Philippo Christus dicebat: Qui videt me, videt & patrē. Quã-
Ioan.14
tus enim est pater, tantus est & filius. Et qualis est pater, talis est etiã filius, puta coæternus, sicut est soli splendor coęuus, cõsubstantialis, eiusdemque virtutis & potentiæ. Qui portat omnia ne in nihilum reuertantur, sustentans, cõseruans ac gubernãs tam visibilia, quam inuisibilia, absq; suo labore: sed v̄bo virtutis suæ, hoc est, solo imperio suo, sola voluntate sua, quæ in eo virtus est & omnipotentia, & purgationē peccatorum faciens in sua passione, vbi à pec-
Apoc.1
catis nostris nos lauit in sanguine suo: qui nihilominus, iuxta hoc quod est Deus, peccata nobis dimittit, sedetq; ad dexterã patris, cui in maiestate parasti & ęqualis in excelsis, seu in cœlo empyreo: tãto melior angelis effectus, ac angelis, secundum humanitatē, prælatus per vnionē cũ verbo hypostaticã, qua ab initio suæ incarnationis tanquam dignior tãto angelis p̄latus est, quãto differentius excellentiusq; nomē, quod est super omne nomē, puta vt homo sit vo-
phil.2
ceturq; vnigenitus Dei filius ac verus Deus: q̄d nomē ex generatione habet æterna qua plenitudinē diuinitatis accepit à patre, quãuis, quantũ attinebat hic mortalitatē,
psal.8
passibilitatem ac sepulturã carnis, dicatur paulo minor angelis factus. Veruntamē propter vnitatē p̄sonæ vt eius intelligatur excellentia clarius, sequitur: Cui enim angeloꝝ aliq̄ñ dixit, q̄d filio dixit Christo suo vnigenito: Filius meus es tu, ego hodie, id est, in die æternitatis, vbi neq; p̄teritum est, neq; futuꝝ, genui te? Quãuis enim psal.2
àngeli per adoptionē gratiæ consummatę in scriptura vocētur filij Dei, vt est illud in Angeli vocenti filij Dei
Iob, Vbi eras, quando me laudarent astra matutina, & iubilarent om̄es filij Dei? non Iob.38
tamē ex Deo sunt geniti, sed à Deo creati. Soli igitur filio dicitur: Ego hodie genui te. Non dicit: Hodie gigno te, ne hodie videatur initium sumpsisse, ac Deus videatur recens: sed cum die æternitatis posuit præteritum, qa semper genuit. Et rursus pater 2.Reg.7
loquitur: Ego ero illi homini, cui vnietur meũ verbũ, hoc est, ego ero Christo in patrem, & ipse erit mihi in filiũ. Verbum ēm Ioan.1
caro factum, est in duabus naturis vna persona. Quasi Paulus dicere vellet: Antequã Dei filius homo fieret, promisit Deus eidē se fore homini in patrem. Et cum iterũ introducit primogenitũ suum in orbem terræ, id est, cum introducendũ promittit, seu prænunciat visibilem in carne adsumpta, Filius Dei modo dicatur vnigenitus & quomodo primogenitus
qui tũ erat in mundo inuisibilis (Secũdum diuinitatē nanq; est patri vnigenitus, quia fratres non habet: secundũ humanitatē vero primogenitus est, q̃m electoꝝ multoꝝ dignatus est esse frater) admonentur angeli adorare eum. Hoc aũt iuxta translationē septuaginta legitur in cantico Deuteronomij, hoc modo: Lætamini cœli simul cum Deut.32
eo, & adorēt eum oẽs angeli Dei. Inde ẽm citat verba: quandoquidē autoritas maior erat apud Hebræos translationis iuxta septuaginta. Et angelos quidem, hoc est, de psal.103
conditione angelorum loquēs, dicit: Qui facit angelos suos spũs, hoc est, eos q̄ sunt spiritus cœlestes, facit Dei angelos seu nũcios. Vt qui semper quidem spiritus sunt ex officio fiant angeli, id est, nũcij vocent. Et ministros suos flãmã ignis. Hoc est, eos spiritus qui ardent dei amore vt flãma ignis, puta Seraphin, facit ministros suos Deus pater siue Christus. Ad filium aũt pater loquitur per prophetam: Tronus tuus, id est, iudiciaria potestas, regia dignitas imo regnum tum (o Deus fili) stabit ac manebit in seculũ seculi, seu perpetuo. Virga regni tui, hoc est, sceptrum iudiciariæ potestatis, cēsura ac disciplina tua iudiciaria, est virga et regula æquitatis. Nec mirum. Dilexisti ēm

xisti em̃ iustitiam,omneq; bonum,& odi-
sti iniquitatem,ac omne malum. Quapro-
C pter non immerito vnxit te o Deus fili De
us tuus. Vnxit te secundũ humanam
naturam oleo exultationis,dono videlicet
& gratia spiritus sancti,conscientiã tuã ex
hilarantis:idq; præ participibus tuis:perfe
ctiore nimirũ vnctione q̃ vngit electos ali
os tibi cohæredes. Illi em̃ posteaq̃ cõcepti
sunt aut nati,vngũtur oleo spiritus sancti,
ac postq̃ in pctĩs fuerũt sanctificant. Chri-
stus vero q de spiritu sctõ cõceptus est, nõ
ante cõceptus est,deiñ vnctus:sed hoc ipm
cõcipi de spiritu sctõ & incarnari in vtero
virginis fuit à spiritu sctõ vngi. Prosequtur
aũt Paulus eius æternitatẽ insinuans: Et tu
dñe fili mi,in prĩcipio mũdi ac tẽporis,fun
dasti ac esse fecisti terrã, q eras ante oẽ prin
cipiũ,& ante om̃e tẽpus:& opa manuũ tua
rũ sunt cœli,vtpote virtute volũtatis ac ius
sionis tuæ facti. Ipsi peribũt,q̃tenus ad mo
dũ (vt ita dicã) essendi attinet, quẽ nunc ha
bẽt,& quantũ ad accidẽtia,nõ tñ quantum
ad substantiã. Tu aũt Christe pmanebis.
Et oẽs cœli veterascẽt sicut vestimentũ,q̃d
lõgæuitate deterius fit. Ita cœli,p̃sertim ae-
rij,quãtum ad accidẽtia veterascẽt, vt virtu
te,influẽtiaq; languescãt. Et æque faciliter
vt qs mutauerit amictũ,mutabis eos,à soli
to cursu,influxuq; cessabũt, & mutabũtur
in melius,sicut in Apocalypsi vidisse se Io-
annes testatur,dicẽs: Vidi cœlum nouum,
& terram nouã. Tu aũt idem es & immuta
bilis,quomodo in propheta dixisti: Ego
dñs,& non mutor. Itẽ: Ego sum,qui sum.
Et anni tui nõ deficiẽt. Anni tui non sicut
nostri anni sunt,q trãseunt & deficiẽt. Por
ro annus tuus stat, nec transit. Annus tu-
us dies est,q semper stat,semper lucet,nun
quam finitur,vtpote ipsa æternitas.

Vnctus quam dicatur Christus.

Apoca.21

Mala.3 Exodi 3 Anni Christi non deficiunt q.

EXEGESIS EVANGE lij in nocte sacratissima Natiuitatis dñi nostri Iesu Christi, quod legitur ad primam Missam, Lucæ II.

D HOc p̃sens Euangeliũ,
q̃d in nocte huius so
lennitatis in prima le
git Missa Lucas scri-
bit, Christi nobis na
tiuitatẽ explicãs & tẽ
pus. Et hoc iã nobis
explanandũ videtur,
Quare? Quia diei huic magis congruũ est,
clariusq; potest & enarrari & intelligi:ideo
prędicandum illud vobis duxi. Nam si Eu
angeliũ vobis dixero Ioannis,tãetsi tribus
diebus p̃dicauero, nõ tamen faciam, vt ita
intelligatis illud,vt ædificati recedatis do-
ctiores,deuotioresve. Itaq; dicit Lucas:

Exijt edictum a Cæsare Augusto,vt describeret vniuersus orbis.

Post longa multaq; Romanorum præ-
lia,post strages multas,post victorias deni
que crebras adeptas,tandem sub Octauia-
no Augusto,tãta est pax vniuerso orbi red
dita, vt vnus homo quiete vniuerso impe-
raret mundo,essetq; tempus,q̃d tam Esai- Esaiæ 2
as,q̃ Micheas prophetarat,dicens: Confla Mich.2
bunt gladios suos in vomeres, & lanceas
suas in falces. Non leuabit gens cõtra gen
tem gladium. Tanta,inquam,per orbẽ vni
uersum erat pax,tanta quies,vt describere-
tur vniuersus orbis,quo scire posset Augu
stus q̊t prouinciæ, q̊t ciuitates, q̊t pagi, q̊t
deniq; homines sibi forent subiecti. Hanc
aũt pacem dñs mũdo tunc cõcessit cũ ipse
vellet nasci,quo agnosceretur natus,q ter-
rena cœlestibus,homines Deo pacificaret,
reconciliaretq;. Nascebatur,inquam, hoc
pacis tempore,qui pacẽ amat,pacẽ quærit,
pacem p̃cipit,pacẽ largitur, in pace sola ha
bitat. Signa aũt pacis certissimũq; indiciũ
erat,q̃d totus describebatur orbis. Ob-
serua autẽ,q̃d ne ipsa quidẽ descriptio hæc
mysterio significationeque mystica vacat.
Quam D. Gregorius explicãs,Quid,inqt, Gregori.
est,quod nasciture dño mundus describi-
tur,nisi hoc q̃d aperte monstratur,quia il-
le apparebat in carne,q electos suos adscri
beret in ęternitate? Quotquot em̃ ab æter-
no sunt ad vitam p̃destinati æternam,mo-
do temporaliter à spiritu sancto cõsignan
tur,atq; in Dei familiam adscribuntur. De
quo Esaias dicit: Et erit,omnis qui relictus Esaiæ 4
fuerit in Sion,& residuus in Hierusalẽ san
ctus vocabitur,omnis qui scriptus est in vi
ta in Hierusalem. Et Daniel: In tempore il Daniel,12
lo saluabitur populus tuus, omnis qui in-
uentus fuerit scriptus in libro. De hac in-
scriptione Christus loquit apostolis,quan
do dicit: Gaudete & exultate,qa nomina ve Lucæ 10
stra scripta sunt in cœlo. Itaq; tempus illud
impletum erat,quo ablato sceptro de Iuda Gene.49
duceq; de stirpe eius, vbiq; dominantibus
Romanis,venturus erat Messias, q erat ex

Pacis tempore cur nasci Christus voluerit.

Descriptio hæc mystice quid.

pectatio gentium. Igitur edicto promulgato, præsidũ quilibet ex pagis, villis ac oppidis sibi subiectis subditos ad ciuitatẽ suam præcipuam, vnde erant nati, conuocabat, quo vnusquisq; Imperatori cẽsum solueret, Romanoque sese profiteretur subiectum imperio, descriptionesq; & pecuniæ ad Imperatorem mitterentur. Scire enĩ Augustus voluit, cuiusmodi tributum, q̃d tolerandum plebi foret, imponeret.

Hæc descriptio prima facta est sub præside Syriæ Cyrino.

E Prima omniũ descriptionũ, quæ toti us fuit orbis vniuersalis, anteq̃ nullo hoc modo fuerat alia prior, facta est sub præside Syriæ Cyrino, hoc est, dum hęc fieret descriptio prima, Cyrinus tũ p̃sidebat Syrię. vel ideo dicitur prima, qa in illa terra, hoc est, in Syria incipiebatur describi. Soluebat autem p̃fecto quilibet inscribendus seu inscriptus denarium, qui decem fertur nummos valuisse vsuales. Hic denarius decalogũ præceptorum Dei significat Deo p̃standum, ab his qui vocati sunt ad vnitatẽ, vnde excidimus. Ciuitas hæc nostra ẽ patria, puta regnum cœlorum quod amisimus, sed per Christũ reuocati sumus. Quod in propheta facturum se promiserat Deus dicẽs: Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducã vos in terram vestram.

Denarius Deo soluẽdus quid signet mystice.

Ezech. 36.

Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudęã ciuitatẽ Dauid, quę vocatur Bethleem, eo q̃ esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria desponsata sibi vxore prægnante.

Lucæ 1 Sicut Nazareth suę incarnatiõi, vbi Maria virgo illũ benedicta conciperet, ita Hierosolymam, vbi pateretur, & Bethleem, vbi nasceretur locum Christus elegit. Hic nanque in propheta etiam locus nominatur, quando dicitur: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Hæc prophetia vt impleretur, vide quo modo nesciens Octauianus Augustus diuinę dispensationi inseruierit. Edicto nanque euulgato accedente tempore partus Mariæ, data est occasio Ioseph & Mariæ

Mich. 5

veniendi in Bethleem. Erat enim Bethleem Iudęa, id est, Iudaica p̃tinens ad tribũ Iudę. Siquidẽ erat alia q̃q; ciuitas Bethleẽ in tribu Zabulon sita, ad cuius differentiam hic Euãgelista Bethleẽ vocat Iudæã, hoc est, Iudaicã, vt legatur hęc dictio Iudęa. Vocatur q̃q; ciuitas Dauid, q̃nquidem in ea natus est Dauid. Dicitur aũt Ioseph natus de tribu Iudæ, de domo & familia Dauid. Vnde liquet Mariã q̃q; de eadẽ tribu familia fuisse, propterea q̃d lex virum & vxorem eiusdẽ iubebat esse tribus, nec ex alia tribu, q̃ ex sua vir poterat accipere vxorẽ. Vocatur autẽ beatissima virgo Maria vxor Ioseph, quia quõ tũc putabatur Euãgelista refert. Erat aũt re vera B. Maria coniunx Ioseph. Verum nanq; inter Ioseph & Mariam fuit matrimonium, ad cuius veritatem opus non est vt interueniat copula carnalis.

Bethleem duplex.

1. Reg. 16

Num. 36

Vxor Ioseph cur vocetur Maria.

Factũ est aũt cũ essent ibi, impleti sunt dies Mariæ vt pareret. Et peperit filiũ suum primogenitum.

F Non dubium est sanctissimam virginem Mariam spiritu sancto plenã, prophetarumq; mysteria omnia clarius, q̃ hi qui prophetarant intellexisse. Vnde nõ ignorabat Michæã prophetã de Bethleem Ephrata loquentem, qn etiã spiritu sancto reuelante, nouerat se in Bethleẽ paritură. Impleti itaq; sunt dies vt Maria pareret, & sol iustitiæ post longam ignorantiæ noctẽ prodiret. Peperit igitur filium suum primogenitum. Peperit, inquã, non parturijt. Parturire enim, est cũ dolore ad partum se parare. De hac aũt virgine sacratissima propheta Esaias dicit: Antequam parturiret, peperit: hoc est, anteq̃ dolores sentiret pariendi, peperit masculũ. Quis vnquã audiuit tale, aut qs vidit huic simile? Siquidem in omni partu, alia partum p̃cedit parturitio. In hoc vero partu, partus p̃cedit parturitionẽ: imo parturitio nulla fuit, qa dolor omnis abfuit. Sciẽdum q̃q;, beatissimam virginem, quõ in partu fuit à dolore libera, ita infantem portans in vtero, nõ fuit grauata. Cõpatiendum tamen virgini teneræ, quæ itineris labore fatigabatur: cõpatiẽdum eius verecundiæ, qa itinere fatigata, hospitium q̃ reciperet, non inuenit. Erãt enĩ hospitiorũ loca occupata om̃ia, aut seruata ditioribus, & à qbus maior quæstus sperabatur. Videbant enim, vt creditur, qui hospitia locabant, parum sibi lucri accessurum ex his hospi-

Mich. 5

Parturire q̃d p̃prie signet.

Esaiæ 66

Cõpatiendũ cur sit B. Mariæ puerperæ.

hospitibus. Vide tñ tu quõ suos exercet Christus, eosq; charissimos humiliatione ac pauptate grauat. Vide qa nihil inde turbat Maria, nihil ægre fert. Nõ quærulatur, non iactat se, q̃d mũdi habeat dñm in vtero non dicit: Mihi bonum amplumq; debetur in terra hospitium, qa eum porto, q fecit cœlum & terrã. De huius pauptate dicit Chrysostomus: Quicunq; paup est, accipiat consolationem: Ioseph & Maria mater dñi non habebãt seruulum, nõ ancillã. De Galilęa, de Nazareth soli veniunt. Nõ habebãt iumentum. Ipsi sunt dñi & famuli. O rem nouã. Ingrediuntur in diuersorium, nõ ingrediuntur ciuitatẽ. Pauptas enĩ timida, inter diuites nõ audebat accedere. Itaq; cũ in stabulo, vbi asinus & bos erãt alligati ad p̃sepe, forent, & cõsolatiõe sese mutua ac plane diuina virginei coniuges sup pauptate sua consotarẽt, vterq; ad angulum oratiõis gratia secessit. Interea, dũ iam silentium teneret oĩa, & nox medium iter in cursu suo haberet, adfuit hora illa felicissima, & ab æterno benedicta, qua dignissima ac Dei mater peperit filiũ suũ primogenitũ, id est, ante quẽ nõ habuit filium, vt esset primus, non in ordine sequentium, nec post quẽ alij, sed ante quẽ nullus. Quo hæreticorũ elidit error atq; impietas dicentium B. Mariã plures habuisse filios, propterea quod Christus hic dicitur primogenitus.

Chrysost. Paupertas Mariæ & Ioseph in ...

Sap. 18

Christus quo dictus sit primogenitus

Et pãnis eum inuoluit & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio.

Maria vir...

G Sicut beatissima virgo Maria Deum sine carnali delectatione, cum spirituali vero ingenti lætitia concepit, constituta interim in sublimi contemplatione, ita gaudio spirituali internoq; tota refecta, ac deuotissima contemplatione, in Deum absorpta, in partu nigil doloris sensit. Virgo enim integra peperit, virgo etiam post partum inuiolata pmansit. Erat aũt tunc, vt nõnulli volunt, virgo beata in oratiõe genibus flexis, & subito ac q̃si in ictu oculi genuit infantẽ. Quẽ vbi ante se iacentẽ vidit, Deũ suũ verũ & hoĩem illico adorauit, pannis inuoluit, nullo vtens alieno obseqo. Nulla enĩ in hoc partu obstetrix fuit, nulla mulierculaȝ sedulitas fuit. Ipsa, vt Hieronymus ait, pãnis inuoluit infantẽ, ipsa mater & obstetrix. Ipsa puerũ reclinauit pannis inuolutũ in p̃sepi. Neq; enĩ ei locus erat in diuersorio. Cui? Creatori cœli & terræ, Deo oĩpotẽti nõ fuit locus in diuersorio. Vñ cogebat eius mater iuxta aĩalia habitare ac parere, puerumq; vt credit, ppter frigora in p̃sepe, & fortasse ante iumentorũ ora ponere. Locũ enĩ p puero q̃ illũ poneret nõ inuenit aptiorẽ. Posset ne hic pauperius qd, vilius qd, atq; humilius p Dei matre, p Dei filio excogitari? Accurrite diuites, & videte regis nostri diuitias. Intuemini fastũ & magnificentiã eius. Pergrite, in q̃ sitis vos ei similes. Certe si is q dicit se Christi esse, debeat, quõ ipse ambulauit, ambulare, tũc nimis estis ei dissimiles. Vita vestra cibi vestri, lecti, domus, vtensilia, serui, vestes, thesauri, & oĩa q̃ agitis, ex diametro Christo repugnãt infanti. An non erubescitis eius infantiã cõtemplari? Attẽdite, q̃ p vobis hæc sustinet. Imitemini illũ aut saltẽ an necessaria sibi velit suppeditari, interrogate. Dicã sciscitando p vobis infantẽ, Quid puer regis altissimi à diuitibus his cupis; qd postulas ab his, q habent omnia? Vis habere pannos holosericos quę diuitibus abundant? Num phialam cupis argenteam? Num cibos delicatos opipare præparatos? Nunquid pecunias? Aut vis tibi palatium ædificari? His enim omnibus abundant diuites. Nihil, inquit, terrenum, nihil temporale desidero. Hęc si mihi vultis dare, pauperibus date. Quicquid enim illis dederitis, mihi dedistis. Non in hunc ideo mundum veni, vt vos doceã terrenis abundare, aut amare diuitias, sed paupertatem, honores contemnere, carnẽ castigare, vtilitatem sanctamq; rusticitatem amplecti, modicis & vilibus contentos esse. Ego paupertatem in meipso consecrabo. Date mihi peccata vestra, & imponite dorso meo, ea scilicet, à quibus deinceps vultis abstinere, quæ vultis plangere, pro qbus pœnitere vultis: & ego pro his satisfaciam. Ego pro his sinam me flagellari, crucifigi, & occidi. Porro, si peccata habetis, quæ nõ plangitis, quæ nõ emendatis, q̃rum non pœnitemini, illa si retinueritis, retinebunt vos, & demergent in infernum. Contra hæc nõ erit redemptio. Ego quidem pro vobis patiar, at mea pœna, meaque satisfactio nihil proderit vobis, sed impœnitentes moriemini in peccatis vestris.

Hieron.

Pauptas & vilitas Christi nascẽtis q̃nta fuerit

1. Ioan. 2

Interrogatio p diuitibus ad infantulũ Iesum

Responsio pueri Iesu ad diuites

Et pastores erãt in regiõe eadẽ, vigilantes & custodientes vigilias noctis sup gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circum fulsit illos: & timuerunt timore magno.

H Pastores vigilabant sup gregẽ. Nõ vnus sed plures erant, q Christi possent natiuitati ferre testimoniũ. Illis igit Christus suã reuelari voluit infantiam. Vide aũt, quia sicut Christi sunt natiuitatis testes pastores ita prædicationi ac vitæ eiusdem apostoli piscatores prębuerunt testimonium, vtriq; illiterati & simplices, nec fallere docti. Vide præterea, q̃modo angelus non more solito apparet, quo patribus olim se erant soliti exhibere angeli. Siquidem hic apparẽt non solum in specie humana visibili, sed etiam cum lumine. Nam & claritas Dei, inqt Euangelista circumfulsit illos. Vbi similem apparitionem in veteri legisti testamẽto? Discreuit dominus à tempore legis tẽpus gratiæ: tempus in q̃ erat figura tantũ & vmbra futurorũ, à tẽpore in q̃ erat veritas & gratia. Decebat Dei filio hoĩ nato reuerentiã, q̃ olim maiorem erga naturam nostram exhiberi ab angelis, & nos non tanquam exules, abiectos, proscriptosq; seruos, sed vt Dei filios, cohęredesq; agnosci. Quod claritas Dei circumfulserit illos, intelligenda est lux diuinitus missa, q̃ aerem lucidum & clarũ iuxta illos reddidit, quo fierent idonei ad recipiendam internã illuminationem de Christi natiuitate, eo modo q̃ in Actis legitur apostolorum de Paulo: Subito circumfulsit eũ lux de cœlo. Sequitur nanq;, q̃d ex visione hac magno timore fuerint perculsi, quo parabantur ad recipiendam reuelationem.

Angelorũ apparitio in veteri nouoq; testamento dissimilis

Claritas pastores circũfulgens qualis fuerit.

Acto. 9

Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.

Officiũ boni spũs seruat angelus, cuius est illũ, cui apparet, timentẽ consolari. Incipit enim angelica visio cũ timore, sed magis magisq; continue videns, & serenior efficit. Cui cõtrario habet modo spũs malus, qa eius visio principio blandit, sed in obscuritatem ac tenebras inducens in terrorem q̃q; semp maiorẽ crescit. Ideo hic angelus videns pastores cõterritos, consolat eos, dicẽs: Nolite timere. Quin potius gaudete. Vñ? Ecce annũcio vobis gaudiũ magnum, q̃d tã gẽtibus, q̃ Iudæis omniq; erit populo. Euãgelizo, inqt vobis. Quibus vobis? Vobis paupibus, simplicibus, humilibus, vigilãtibus pastoribus. Videte filij. Angelus nõ ad molle stratum stetit Herodis, non Caiphæ, pontificibusq; nunciat Iudæorũ Christi natiuitatem. Multi erant diuites, qui tũc sumpta cœna delicata dormiebant in lectis suis: multi potẽtes & reges, quorum nulli Christi reuelata est natiuitas: sed pastoribus pauperibus, vigilantibusque duntaxat apparuit. Euangelizo, inquit, vobis. Quid? Gaudium magnum. De quo? Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Videsne quare hoc diuitibus non fuerat annunciandum, neque ambitiosis? Illis enim gaudio non est nũciari Christum esse natum: gauderent vero de thesauro adepto pecuniarum, de fortuna accidente, aut de honoribus. Hoc enim amantes gaudẽt dum assequuntur. Pauperibus igitur spiritu, humilibus, mundi amore vacuis, & in mundi respectu, aut æstimatione vilibus & abiectis, ad domini aduentum vigilantibus erat hoc gaudium euangelizandum, vtpote q de mundo gaudiũ nõ habent, ideo de Christi possunt gaudere natiuitate.

Spũs boni spũsq; mali visio q̃ modo discernatur.

Natiuitas Christi cur paupe rib' poti' q̃ diuitib' nunciata fuerit.

I Saluator mundi dicitur Christus, cui salua re congruit tanq̃ Deo, q per Esaiã dicit: Deus iustus & saluãs, nõ est p̃ter me. Et in Osee: Ego dñs Deus tuus, & saluator nõ est p̃ter me. Cõuenit ei q̃q; saluatorẽ dici, secũ dum quod est homo assumptus, queãdmodũ ad Ioseph patrem Iesu nutritiũ dictum est: Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum, à pctis eorũ. Quod Christus dñs noster q̃q; impleuit, quia passione sua nos redemit, atq; salutẽ sanguine nobis suo comparauit.

Saluator cur recte vocetur Christus. Esaiæ 45 Osee 13

Matt. 1

Apoc. 1

Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

Videte cuiusmodi signũ dicat angelus, per quod Christus agnosci debeat saluator. Nempe pauptatem. Adeo salutaris est paupertas, adeo est eius amor nobilis, vt

Paupertatis nobilitas quãta.

Christus

Bernard. Christus illam e cœlo veniens præ cunctis bonis mundi elegerit. Abundabat thesaurus hic in terris, sed nesciebatur pciũ eius q̃usq; Christus e cœlo veniens, & paupertatem in se transformans, hanc in se consecraret, & nobis amabilem faceret. Beati igitur paupes spiritu, hoc est, affectu, quibus terrenarum rerũ abest amor, quibus nulla adest cupiditas: quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. Est itaq; signũ paupertas Christi nobis in salutem, sed in signũ cui à multis contradicitur, puta ab omnibus mũdi amatoribus. Docuit enim hoc signo nos mundũ contẽnere. Sed quis huic signo nõ contradicit, nisi pauci electi?

Matt.5 pauperes spũ q sint

Luce 6

Paupertas Christi est signum cui à mul tis contra dicitur

Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiũ Deũ, & dicentiũ: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Copiosum angelorum agmen subito vno angelo loquẽte apparuit, cœlestis exercitus similitudinem habens: qd tñ nõ ad pugnam, sed ad Dei laudem ideo erat cõgregatum, q̃ Dei prędicaret maiestatem, & sapientiã, & potentiam, & bonitatem latentem in externo, viliq; apparentia infantis. Hunc, inquam, vt regem suum nobis manifestarent, collaudarent, nobisque gratularentur apparuere angeli. Vide autem quid dicant: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę volũtatis. Deo cui soli debetur gloriã tribuunt, hoĩbus vero, qua indigent maxime, pacem. Vide autem q̃d nõ hominibus quibuslibet, sed de his tñ, qui sunt bonę voluntatis. Nõ est enim pax impijs dicit dñs: sed pax multa diligentibus legẽ Dei. Seruemus igit nos pacẽ cũ Deo, eius obediendo voluntati: seruemus cum proximo, illum diligẽdo ac portando: seruemus nobiscum, in animi tranquillitate oĩa ferendo. Tunc Christum infantem digne possumus cum pastoribus audire natum, quærere & inuenire, nõ imperantem angelis, non signa facientẽ: sed in pſepi ante iumentorum ora iacentem, inuolutum pannis, humilem, mansuetum que corde, q cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Angeli cur christo nato apparuerint.

Esaie 48 Psal. 119 pax q̃ et cui bus q̃uo seruanda sit.

Matt. 11

SERMO IN EADEM solennitate. Vnde gaudendum sit. & quid docuerit, quove nos inuitauerit Christi natiuitas.

K

EVangelizo vobis gaudium magnum, q̃d erit omni populo: qa natus est vobis hodie saluator. Lucæ II. Nemo fratres filijque charissimi quouis onere aut molestia grauatus, non gaudet, si certa illi promittatur ab hoc onere liberatio. Qui enim tenebris est inclusus, gaudet redire ad lucem. Qui in infirmitate est, gaudet de aduentu medici. Qui captiuitate est detentus, gaudet adesse libertatem. Qui deniq; dãnatus est, gaudet de aduentu aut præsentia saluatoris. Hæc aliaque omnia nobis Christus fuit, quia & nos ediuerso fuimus omnia, puta captiui, cæci, infirmi, ad mortemq; damnati. Gaudete igitur omnes, inquit, angelus, quia natus est vobis hodie saluator, q ab oĩ vos molestia liberet. Est eñi cæcis lux, infirmis sanitas, captiuis redẽptio, dãnatis salus, vita mortuis. Nunciabat igit angelus his, q gaudere de hoc nouerant, q̃d natus esset Iesus, spes, salus, & redemptio omniũ. Nunciat autem angelus gaudiũ. Quapropter sciẽdum ex multis oriri, vt qs gaudeat. Primo, vt si quis rẽ diu affectatã assequat. Christi igit natiuitas cũ diu promissa fuerit mundo, cũ eius aduentus continue expectaretur, cum magnis deniq; postularetur gemitibus, non potuit non esse gaudio, vbi aduenit. Siquidem, vt Christus ait, Multi reges & principes & pphetę voluerunt videre, quæ vos vidistis, & nõ viderunt. Et, Abraham, inqt, desiderauit videre diem meũ: & vidit, subaudi in fide, & gauisus est. Clamabant quoq; sancti patres in lymbo: Dñe, inclina cœlos tuos, & descende. Et: Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes. Cum itaq; tantũ esset patrũ, tãq; æstuãs desideriũ vt veniret, quõ nõ potuit gaudiũ esse mũdo, nõ huic scilicet cuius filij sunt reprobi, atq; à filijs Dei diuisi: sed mundo. i. hic viuentibus in mũdo, de q̃ loqtur Ioannes, cum dicit: Sic Deus dilexit mundũ, vt daret filiũ suũ vnigenitũ, vt oĩsqui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quomodo, inq̃, non esset gaudiũ mũdo, quando venit? Magna igitur necessitas, quæ premebat mundum, qui cõsilio opeq; indigebat Christi, id fecit, vt magnũ pro eodem esset desideriũ, vt ve

Natiuitas Christi q̃ bona obtulerit

Gaudium oriri ex multis

Desideriũ patrũ antiq̃rum p aduentu Christi quantum. Lucæ 10 Ioan. 8

Psal. 17 Esaiæ 64

Ioan. 3

psal.110 veniret. Propterea exultabundus Psalmista canit: Redemptionem misit populo suo
Matth. 1 quia misit eum, qui saluum faceret populum suum à pctis eorum. Qui igitur tantopere desiderabatur, veniens necesse erat vt sui desiderabūdos gaudio magno reficeret.

L Similiter secundū gaudiū est magnum, vt cum qs liberatur à magno periculo.

In quanto periculo fuerit mūdus ante christi aduentum

In q̄ aūt piculo, dic mihi, fuit vniuersus mūdus? Profectò sub sentētia æternæ dānationis. Venisse itaq; eū q nos à iugo seruitutis diaboli, à iugoq; pctī, dānatione ppetua, ab oībusq; malis aliis, qbus inuoluti tenebamur liberet, nōne ad gaudiū hoc merito nos excitaret? Maxime profectò. Erat em̄ tūc nobiscū, queādmodū Esaias prophetauerat, dicens: Populus meus captiuus ductus est, & infernus dilatauit animā suā.

Esaiæ 5

Augusti. Haudquaquā igitur, Augustino teste, liberaret homo, nisi Deus fieret homo. Gaudiū igit erat de Christi natiuitate.

Honorem cuiusmodi assecutus sit homo ex christi incarnatiōe

Tertio, gaudium exhibet magnus honor assecutus. Quō putas assecuti sumus honorē ex incarnatiōe & natiuitate Christi? Maximū profectò, q̄ nec esse, nec euenire nobis posset maior. Siquidē dedit nobis, ait Ioannes, potestatē filios Dei fieri.

Ioan. 1
Rom. 8
Ephe. 2

Si autē filios, ergo &, secundum Apost. hæredes. Hæredes qdem Dei, cohæredes aūt Christi, imo & ciues & domesticos dei tam hic in Ecclesia, q̄ regni in patria.

Diligi à magno dn̄o quam gaudiosū.
Bernard.

Quarto, q̄d magnum generat gaudium ē, qn̄ qs à magno se dn̄o vehemēter cognoscit diligi. Nesciui inqt Bernardus, q̄ntum me Deus diligeret, nisi p me mori eligeret. Nasci autē idcirco voluit, qa mori p nobis voluit.

Augusti. Si em̄ teste Augustino, Deus pctōres nō amaret, de cœlis ad terrā nō descenderet.

Charitatē quantā ostenderit nobis christus

Vide autem, & diligentius hāc charitatem expende. Cum em̄ in sua esset potestate, in sua quoq; optione modum in q̄ nos redimere vellet, eligere, non alium eligere voluit, q̄ eum, q̄ maximam nobis ostenderet suam erga nos charitatē. Neq; enim hoc tantum eius charitatē nobis insinuat, quod nos redimere voluit, sed hoc quod modo, cum potuisset faciliori, nos redemit. Voluit enim ad nos venire humilis. Idcirco non elegit parentes potentes, aut iuxta fastum mundi nobiles, sed humiles & pauperes, ne quis timeret illum accedere.

Christus cur in stabulo vili voluerit nasci

Voluit enim non in castro, sed in stabulo nasci, quo doceret omnibus licere accessum, nulli aditum præcludi. Non est, vt causeris in magno illum palatio natum, q̄ ad illum introitus non pateat. In stabulo natus est, vili & pauperi loco, solus est, infans est, quē timere nō habes. Quo igitur te nō deterreret, sed inuitaret ad se, pauper & humilis natus est.

Natiuitas christi quā fuerit humiliata, & mirabilis

Quo deinde videres, quantum te amaret, quātumq; ad se imitandum pariter & ad diligendum te inuitaret, quo s. carnem contra petulantiā affligere humilis & mitis esse disceres in vili tugurio, in hyeme, in frigoribus, in nocte, quę paruulis teneris molestiora sunt, voluit nasci. Voluit te aduertere & cognoscere, q̄nta se maiestas propter te in tam grandem vilitatem humiliaret. Aeternus, vnius horę fieret homo: omnia implens, in præsepio iaceret: mundum regens, nihil in mundo p̄prium possideret: angelis imperans, vbera sugeret virginis, omnia pascens, in præsepio iaceret. Immortalis & impassibilis, fieret mortalis & passibilis?

Leo papa.

Esai. 8

Qui ora aperit mutorum, infans esset. Diues, cuius sunt omnia, pauper esset. Cui ministrant angeli, ignotus & sine hospitio esset. Quare hęc omnia filii? Vt charitatem suam ad vos mōstraret vobis, & ostenderet quanti vos faceret, quantumve ad se redamandum vos p̄uocare niteret. Ipse em̄ nobis factus est via sicut dicit: Ego sum via, veritas & vita p̄ q̄ ingredi nos oportet in regnum cœlorū.

Ioan. 14

M Ne igitur aliam quæramus viam, in seipso nobis ostendit, quæ sit via. Nē pe via humilitatis, patientiæ, paupertatis & simplicitatis, quam mundum mox ingressus, ante præmonstraret exemplo, quam prædicaret verbo. Imo quam in sua exhibuit natiuitate, p omnem tenuit vitā, vt in Psalmo dicit: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.

Via ad regnum cœlorū quā Christus in seipso ostēderit nobis

Psal. 87

Bernardus

Vnde sanctus loquitur Bernardus: Nascitur Dei filius, in cuius arbitrio erat quodcunque vellet tempus eligere. Christus elegit, q̄d molestius est, præsertim paruulo & paupis matris filio, q̄ vix pānos haberet ad inoluēdum, p̄sepe ad reclinādum. Et cum tāta esset necessitas, nullam audio vel pelliū fieri mentionem. Christus vtiq; q nō fallitur, elegit q̄d carni molestius est. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligendum. Et quisquis aliud doceat, vel suadeat, ab eo tanquam à seductore cauēdum. Et tū fratres, ipse est q promissus est olim per Esaiā prophetam paruulus sciens repbare malum

Esaiæ 7

malũ,& eligere bonũ. Malum ergo voluptas corporis est:bonum vero afflictio est. Siquidem & hanc elegit, & illam reprobauit puer sapiens,verbum infans. Itaque iã opere docet hic beatissimus infans Iesus Christus,vt fugiamus voluptatem,& agamus pœnitentiam:appropinquat enim regnum cœlorum,quod nemini patrũ sub lege nec ante legem dictũ est apppinquare. Sed huic tẽpori,& regni cœlorũ, & fugę seculi,& pœnitẽtiæ salutaris euangelizatio seruata est.Hæc dñi clamat p̃sepe,hæc stabulũ,hæc pãni,hæc manifestant infantilia mẽbra,hęc lachrymæ &vagitus annũciant infantis.Quare eñ carere voluit hospitio dñs Iesus,quare nõ erat ei in diuersorio locus?Nõ ob aliud pfecto, q̃ vt se ostẽderet terrena nõ q̃rere,nec amare. Docere te q̃q; voluit,de palatijs non cogitare, nõ supbe p̃sumptuoseq; ædificare,vilitate,contentũ manere.Ipse stabulum elegit,vt supbas destrueret ædes,hoc est,vt tu mũdi curiositatẽ,mundi sterneres gloriã, ædificiorũque contẽneres apparatũ.Ipse hospitium non habuit,vt tu illius misertus,cor tuũ illi tradas ad inhabitandũ.Quõ trades? Eijciendo malas inclinationes & desideria, vitia & passiões.Nihil eñ tã desiderat,q̃ cor mũdum.Solus nanq; vult habitare in te sine cõsortio alieõ. In aliena terra voluit nasci, vt tu cognoscas te aduenã & peregrinum in hoc seculo, & ab hoc seculo cõtẽdas amorẽ tuũ transferre ad cœlestia. In nocte voluit nasci,ne nimiũ te occupes in splendore mũdanæ gloriæ & secularis honestatis,sed animum geras simplicẽ, Christoq; absconditũ. Vide igit cõditiões natiuitatis eius, qbus mũdi p̃dicauit ac suasit contemptũ.Hæ eñ explicãt eius ad te charitatẽ,cũ tãti habitũ videris, cuius curam Christus habuit,&acerba molestiaq; infantulus Iesus tui amore, q̃ te sibi attraheret, tolerauit.Inde igit, sicut dixi, magnũ tibi oriri debet gaudiũ, q̃d ab immenso dño sis amatus.Recte igit ex Christi euãgelizat natiuitate gaudiũ magnũ futurũ.Sed qbus inquis,nũciat? Non eñ oĩbus est gaudio Christi natiuitas. Siquidem tribus Magis paulo post venientibus & dicentibus. Vbi est q natus est rex Iudæorũ? Herodes rex turbatus est,& oĩs Hierosolyma cũ illo.Fuit igit Christi natiuitas qbusdã fastidio nõnullis odio,multis q̃q; gaudio.Fastidio fuit his q terrena amãtes, cœlestia aut nõ appetũt,aut cõtẽnunt.Odio fuit his, q̃rũ gloriæ ambitiõi,aut cupiditati p Christũ aliqd depibat.Herodes nãq; suę metuebat gloriæ & regni:ideo Christũ psequebatur,timẽs aut sui expulsorẽ,aut regni inuasorẽ.Iudæorũ pharisæi Christũ psequebãt quia tãta eorũ erat auaritia,ambitio, iactãtia,tãtus vitiorũ horũ amor,vt Christi verba &eruditionẽ tanq̃ sibi molestã atq; cõtrariam psequerent. Illis igitur fuit solis gaudio, q vigilabant p gregis sui custodia,qbus Christus futurus erat instructio, redemptio,sctificatio, exemplarq; vitæ.Hi eñ Christo indigebant,Christũ reqrebãt, qa se suamq; inopiã attendebant. Quo nũciato aduenisse ad illius p̃sentiam gaudebant.Quocirca humiles,simplices,paupes spũ,vigilãtes cõtra diabolũ, pro sui custodia soliciti,Deumq; metuẽtes significabantur in his pastoribus,qbus Christi annunciatur natiuitas. Recte quidẽ simplicibus nunciatur Christi in mundum natiuitas, quandoquidẽ cũ simplicibus est sermocinatio eius.Ignorabant interea hãc natiuitatem Philosophi & mundi sapiẽtes, ignorabant pagani.Indigni erant,qbus nunciaretur,scribæ & pharisæi:& cunctis in mũdo potentibus,pastorum simplicitas antefertur. Vos estis charissimi,qbus hoc gaudiũ nũciat, q estis in luctu pctõrũ vestrorũ,q vigilatis in oratiõibus ad fores sapiẽtiæ q̃tidie.Vos q nõ habetis, vt diuites, hic cõsolationem vestram, non estis iusti & magni in oculis vestris,qbus dicit. Natus est nobis hodie saluator. Quomodo eñ nũciaretur natus saluator,q obstrepũt Euangelio, quod Christus verbo docuit, & opere monstrauit.Non loq̃r de his q cõtradicũt Euãgelio Lutheri. Vtinã oẽs contradicerent,q neq; verba sana docet etiam qñ Euangeliũ docet,qa nõ cũ Ecclesia & in sensu,quẽ spũs sctũs dedit Ecclesiæ Euãgelium docet,sed quõ ab alio spũ q̃dã q dissensionis,fraudis & seductiõis est artifex, accepit.Nec docet exemplo apostata & votifragus,sed seducit quõ ipse vltro seductus est ex odio Papæ:apud quẽ ferũt impetrare q̃ postulabat nõ potuisse, atq; nũc tã cõtra Papã,q̃ cõtra ea q̃ sibi negata sunt,p̃dicare.Itaq; his q Christi Euangelio, qui Christi Ecclesiæ obstrepũt, q Christi vitæ & moribus repugnãt,q Christo reipsa dicũt,Recede à nobis, sciẽtiã viarũ tuarũ nolumus,qñ nũciaret,Natus est vobis hodie sal-

Matt. 3 / Lucæ 3

Stabulum cur in sua natiuitate elegerit christus

Cor nostrum Deo tradendũ

Nasci cur voluerit Christus in aliena terra

Nocte cur ... voluerit Christus

N

Conditiones natiuitatis christi quid doceant

Matt. 2 / Natiuitas Christi quibus fuerit fastidio odio &

Natiuitas Christi q b⁹ fuerit gaudio

Simplici b⁹ cur nũciata chrĩsti fuerit natiuitas.

Prou. 3

O

Lucæ 2

Euãgeliũ cur nonrecte doceat à luthero

Odij Lutheri contra Papã origo quæ

Iob 21

saluator quandoquidem huiusmodi est eorum vita, vt Christus eos saluare nõ possit, qa saluari nolũt? Nõ qdẽ prius nolũt: sed vt pctã sua relinquãt, vt Christo obediant, tãti redemptionẽ Christi, q̃ illis pdesse possit, nõ faciũt. Nõ luxuriosis, auaris, nõ homicidis, nõ fornicarijs, nõ ebriosis Christi nunciat natiuitas: quin q talia
Gala. 5 agũt, regnũ Dei nõ cõsequent. Et in hoc Christi vilitugurio, nihil est q̃d auari aut gulosi cõcupiscant, nihil in tã sancta virginea est natiuitate, quod immundos oblectet. Sed vobis, inquã, nunciat, q iam cœpistis imitari, quod in Christo infante didicistis. Iam placet vobis, q̃d e cœlo veniens Dei filius suo exemplo vos docuit. Idcirco
Lucæ 2 euangelizo vobis gaudium magnum, qa
Esaiæ 66 natus est vobis hodie saluator. Gaudete gaudio magno, quia Deus Israel visitauit
Luc. 1 vos, oriẽs ex alto. Visitauit & fecit redemptionẽ plebi suæ. Visitauit vos vt pater, qui filios suos erudit, pascit, liberat, defendit & puidit eis hæreditatem. Hæc oĩa nobis
Ezech. 34 Lucæ 15 Christus fecit. Visitauit vt pastor, dispersas oues congregans, & perditam ouem suis humeris imponens, atq; domum reducens. Ad hoc enim venit in mundũ, inqt
Ioan. 11 Euãgelista, vt filios Dei, q erãt dispsi in mũdo, congregaret in vnũ. Visitauit vt medicus, qui languidos curaret. Oẽs enim era-
Esaiæ 1 mus infirmi. Omne nempe erat caput lan-
Esaiæ 53 guidũ, & omne cor mœrens. Venit igit vt suo nos liuore sanaret. Cæterum, vbi
P Christi nunciabat natiuitas ab angelo plena gaudio, subito comparuit lux cœlestis quoq;, q̃ testaret verba angeli, pastores inducens ad mirandum, & ad quærendum eũ, q nunciabat. Facta est aũt inqt, multitu
Lucæ 2 do cœlestis exercitus, laudantium Deum, & dicentiũ, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę volũtatis. Quo credendum insinuatur angelos aut singulos, aut de singulis choris aliquot descendisse, & magna reuerentia, magnaque lætitia ad videndum saluandumq; regẽ suum aduolasse. Stupebant eñ eius humilitatẽ nimiã, adorabant eius maiestatem, bonitatem eius collaudabant, officiosissimaque veneratione ad domini sui matrem se exhibebant. Vnde, vt dixi, nullum angelum fuisse, q nõ ideo veniret, vt Christũ Deũ & hoĩem salutaret, adoraret, eiq; gratularet, verisimile est. Quapp̃ter deceret quẽq; Christianũ ad hoc Christi tuguriũ, imo ad cœleste hoc palatiũ accedere, & videre regem Salomonem in diademate, q̃ corona
uit eum mater sua. Eamus igitur cum pastoribus Bethlem, & videamus regem nostrum, saluatoremq; nostrũ. Admiremur eius charitatẽ, & gratias illi, non labiorũ duntaxat motu, sed deuotissima effusione cordis agamus. Subijciamus nos eius seruituti & obedientiæ, qui tot ærumnis & pœnis nostri se amore subiecit. Adijciamus nonnihil præter solitum morem, ad pristinam eius seruitutem, vt post hac feruentiores, humiliores, mitiores, & in omni virtute inueniamur, quam olim, perfectiores. Si enim vetus nostra indeuotio, si insolita detinuerit nos consuetudo, nec p̃fectui nostro aliqd adiecerimus, qd Christi in nobis q̃so hodie operata est natiuitas? Præstemus igit ope ac veritate, vt etiam ab his q diligenter nos obseruãt q̃tumuis celare id voluerimus, nõ possit non percipi, vnde nobisipsis meliores sumus facti: id largiente nobis Iesu Christo Dei & virginis filio, qui cum patre & spiritu sancto est Deus vnus benedictus in secula, Amen.

Angelorũ circa cunas Christi frequentia & reuerentia.

Can. 3

Bethleem quò cũ pastoribus eũdum sit.

IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTOmartyris, loco epistolæ Lectio Actuum apostolorum caput VI. & VII.

VII STephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat pdigia & signa magna in populo. Surrexerũt autem quidam de synagoga, quę appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexãdrinorum, & eorum qui erãt in Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano. Et non poterant resistere sapiẽtiæ & spiritui, qui loquebatur. Audiẽtes aũt hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus
Acto. 7 in eũ, Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in

cœlum

cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetũ fecerunt vnanimiter in eũ. Et eijcientes eum extra ciuitatẽ, lapidabãt. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescẽtis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanũ inuocantẽ, & dicentem: Dñe Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAE LECTIONEM.

A Act.6

Ante hanc lectionem præmittit Lucas, ad sedandum murmur eorum qui ex gentibus erant conuersi discipulorum (hoc enim nomine tũc omnes Christiani vocabantur) septẽ ab apostolis esse diacones, q̃rum vnus erat Stephanus, constitutos. Verum, om issis reliquis de solo hic beatissimo prosequitur Stephano, dicens: Stephanus aũt plenus gratia & fortitudine. Idcirco autem à gratia & fortitudinis dono commendatur, quia strenum ac fortem militẽ in fide pro Christo (vt primũ dicebat martyrem) gessit. Itaq; Stephanus spiritu sancto cõfortatus, signa & prodigia magna, quæ diuinæ gratiæ ac fidei essent testimonia, faciebat in populo. Doctrinæ eñi Euãgelicæ in primitiua Ecclesia erant necessaria signa facienda ab apostolis & sanctis p̃dicatoribus, quæ eorum prædicationi adstipularentur. Ideo scriptum est in Marco: Illi autem, hoc est, apostoli, profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Insurrexerunt autem de quinque locis congregati Iudæi, pleni dolo & inuidia, disputantes cum Stephano, prædicationem eius, quæ erat, Iesum fuisse Messiã & Christum, confutare cupientes. At non valebant resistere sapientię Stephani, & spiritui sancto, qui loquebatur in ore illius. Implebat enim promissionem suam dñs: Ego aũt dabo vobis os & sapientiam, cui contradicere non poterunt oẽs aduersarij vestri. Reddidit enim de singulis sibi obiectis rationẽ Stephanus ac tandem vitia & duritiam eorum qui erant in consilio arguens, propterea q̃d spiritui sancto repugnarent, dixit: Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus vos spiritui sancto semper restitistis. Quem prophetarum non p̃sequuti sunt patres vestri? Et occiderũt eos, qui prænunciabant de aduẽtu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuistis. Hæc audientes, cordibus prę ira ac furore dissecabantur, & vt canes rabidi in eũ dentibus fremebant. Surda enim aure Salomonis legerant prouerbiũ: Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, videretq; sibi instare martyrium ac morti fore proximum, spiritu sancto confortatus, & mente & oculis intuens in cœlum, quia in terris præmebatur, vidit gloriam Dei. Vidit enim cuius amore pugnabat, stantẽ, & se pugnantem, quõ in Psalmo scriptum est, Salus autẽ iustorum à domino, & protector eorum in tempore tribulationis adiuuare paratum. Vidit (inquam) Iesum stantem à dextris Dei, tanquam ad subueniendũ paratum, & ait: Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantẽ à dextris virtutis Dei. Iustum autem erat, vt primus martyr in cõsolationem futurorum sequentium, quia vitam pro Christi amore statuit in terris, cœlos sibi videret apertos, & paratum præmium, ad quod sitiens accenderetur.

Discipuli hoc nomine dicti Christiani.

Signa in Ecclesia primitiua fuerint necessaria

Marc.16

Luce.21

Act.7

Prou. 18

Psal.36

B

Hoīs filius cur vocetur hic Christus.

Vide hic quod ad maiorem duritiæ Iudęorum confutationem non filium Dei, sed filium hominis Iesum nominat. Hunc enim quem vt hominem occiderant Iudæi, nolentes Deum credere, videre se dicit. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, quasi adeo essent religiosi (cũ tamen vehementer forent blasphemi) ne blasphemiam audirent. Continuerunt aures ad audiendum veritatem, qui eas ante ad Christi obturauerunt prædicationem. Itaque impetu in eum vnanimiter facto, eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Quomodo enim Christum extra ciuitatem

Marc.13

Heb.13

tem suam crucifixerunt, ita eius quoque te
Leuit.24 stem de ciuitate eĳciunt lapidandũ. Extra
castra nãq; iubebat lex lapidibus blasphe-
mũ obruendũ. Et testes iniq, q illũ de blas
phemia accusauerunt, vestimenta sua ad pe
des deponebant adolescentis, q̃ vocabatur
Ibidem Saulus. Horum enim manus secundũ le-
gem necessario erat in lapidando prima.
Ad quod expeditiores redderent, eiecerũt
vestimenta sua, ad pedes eadẽ ponẽtes Sau
Acto.9 li, q postea vas electionis factus, vocatus
Acto.13 est Paulus. Hic zelum quendam habuit p
Ioan.16 lege, putans se obsequium in hoc p̃stare
Deo, si p̃sequeretur Christianos. At tandẽ
ipse quoq; ad Christũ cõuersus, intellexit
2.Tim,1 se errasse, dicẽs se fuisse blasphemũ, & Deo
cõtumeliosum. Hoc igitur modo lapida-
bant Stephanũ inuocantem, & dicentem:
Domine Iesu accipe spiritum meũ. Corpus
hic amitto ac relinquo ad tẽpus, spiritum
tu meũ interim recipe. Positis aũt genibus:
oraturus p alĳs genua ponebat. Pro se enĩ
ipse non orauerat flexis genibus, quo cha
ritatẽ ostenderet, orandiq;, tam intentio-
nem, quam necessitatem pro alĳs maio-
rem: clamauit pro magnitudine affectus
voce magna dicens: Domine ne statuas,
id est, ne imputes illis hoc peccatum. Hoc
est, ignosce illis, quod lapidibus me impe-
tunt. Et cum hoc dixisset, feliciter obdor-
miuit, requiescens in domino, qui illius
animam inter brachia paternæ recipit cha
ritatis.

EXEGESIS EVANGE- lĳ eiusdem Festi. Matthæi XXIII.

C A Nte verba Euange-
lĳ huius festi, dñs
noster Iesus Chri-
stus Pharisæorũ &
scribarũ auaritiã, hy
pocrisim & ambitio
nẽ dure obiurgaue-
rat. Eo nanq; hęc lo
quente, pontifices cũ Iudæorum consilio
Iudæorũ tempore Christi quãta fuerit crudelitas in pios quosq; iam Christum interficere statuerant. Ni-
hil enim dominus Iesus à Iudæis aliud, q̃
quod sancti olim prophetæ, expectauit.
Iudæi namq;, vt viri sanguinum, neminẽ,
q illis diceret veritatem, sinebant viuere.
Multis sanguis innocens fusus fuit in Hi
Lucæ 19 erusalem. Quamobrem etiam dominus
fleuit etiam super Hierusalem, grauem
vindictam super illos venturam præmedi
tans, non à se, sed à Romanis paratam, q Iu
dæorum tentabant subiugare punireq; re-
bellionem: Deo tamen illam calamitatem
in peccatorum supplicium eis ordinante.
Dicit itaque apud Matthæum Euangeli-
stam Christus turbis Iudæorũ & principi
bus sacerdotum:

Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis & flagellabitis in synagogis vestris: & p̃sequemini de ciuitate in ciuitatem.

Prophetas, sapientes & scribas suos vo Prophetę in nouo testamẽto q fuerint.
cat apostolos & pręedicatores, quos post
resurrectionem suam dominus misit non
solũ Iudæis, sed etiã in mundũ vniuersum. Mar.16
Præcipue tñ, quod Paulus testatur & Pe- Acto.10
trus, Iudæis missi erant prædicare verbũ sa Acto.13
lutis. Vbi vero Iudæi illud repulerunt, in-
dignos, se re ipsa, hoc est, contẽptu & p̃se-
cutione exhibentes æternæ vitæ, conuersi
sunt ad gẽtes. Fuerunt aũt apostoli, alĳ itẽ
multi ex prædicatoribus sanctis prophetę
futura prædicentes, fuere sapientes, docen
tes legẽ Euangelicã, fuerunt scribæ, docto
res in lege veteri quoq; eruditi. Vnde do-
minum Iesum verum esse Christũ, atq; ar-
gumentis non leuibus Iudæos conuince-
bant. Siquidem de Ioanne Apostolo, qui
Apocalypsim scripsit & de Agabo, itẽ de Apoc.1
Paulo non dubium est, quin fuerint pro- Acto.11
phetæ. Taceo de pluribus alĳs, adeo vt pro Acto.20
pter pacem & quietem seruandam, Paulo
quoq; visum sit necessarium in epistola le- 1.Thes.5
gem dicere prophetiæ. Multi quoq; inter
Ecclesiæ culmina erant sapientes. Nã sapiẽ Apostoli ' ocs vt fuerint sapiẽtes
tes fuere omnes Apostoli, qui p diuinã in
spirationem, notitiam intelligentiamq; o-
mnium habuerunt scripturarum, iuxta il-
lud: Aperuit illis sensum, vt intelligerent Lucæ 24
scripturas. Scribæ vero & in lege humani- Acto.22
tus docti fuere Paulus, Gamaliel, Stepha- Acto.5
nus, Nathanael, Zena, Apollo, Nicode- Acto.6
mus. Hos aliosq; multos, inquit, Christus Ad Tit.3
ad p̃dicandũ, & ad cõuertẽdos vos mittã. Acto.18
At vos illis, quõ vestri olim patres fecere Ioan.3
prophetis ad se missis, facietis apostolis:
imo facietis deteriora, grauioraque, quan-
doquidem exemplum eorum quos ipsi
male egisse iudicatis, imitamini, nec vt de
beretis

beretis correcti aut illis facti dissimiles. Dicitis enim: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non communicassemus in sanguine prophetarum cum eis. Sed hæc ore tantum dicitis, quemadmodum in cordibus vestris peiora absconditis, maioremq; fouetis malitiam, quia peiora molimini. Ipsi enim seruos (quos in parabola vobis paulo ante dixeram) domini vineæ ad se, vt censum seu fructum suo dño reportarent, missos occiderunt. Vos autem vineę hærede filium domini (quod magis nefandum est) interficietis, atq; nomē eius conabimini extinguere. Nam eos quoq; q illũ diligunt, q confitentur occidetis, & flagellabitis in synagogis vestris, & psequimini de ciuitate in ciuitem. Stephanum nanq; Iudęi occiderunt, apostolos flagellauerũt, & lapidato Stephano persecutio magna facta est in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis. Præter enim apostolos, reliqui omnes dispersi sunt.

Matt.23 · Matt.21 · Mar.12 · Act.7 · Act.5 · Act.8

Vt veniat super vos oīs sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.

D Peccata parentum sup filios venire dicunt, non vt in illis puniāt, quia scriptũ est, Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatē filij, sed vt Chrysostomus vult, propter peccata parentum, aggrauantur peccata filiorum. Viderunt em̃ patres deliquisse, intellexerũt eos dominum ad iracundiam prouocasse & sibi iustitiam Dei malorum omniũ vindicem comparasse: eorum tamē nō sunt exemplo à peccatis deterriti. Inde est, vt vltio à Lamech maior exigeretur, q̃ à Cain, licet vt hic, ille fratrem suum non occiderit: sed propterea plus deliquit Lamech, q̃ Cain: quia Lamech ante se habuit, in q̃ Dei iram & peccatum Deo displicere didicit, nec tamē doctus exemplo, abstinuit. Hoc mō cũ scirent Iudæi, q̃ impium fuerit prophetas occidisse, adeo vt ad parabolam domini de vinea & colonis occisoribus martyrum interrogari meruissent, responderunt: Malos male perdet, & vineā suam locabit alijs, qui fructum illi reddant in tempore suo: contra seipsos sententiam proferentes. Cũ itaq; scirent, quam foret iniquum innocētes psequi, non debuerant hoc ipsi facere. Zachariam hunc, quem fuisse existimat Hieronymus filium Ioadæ, qui occisus est in vestibulo tēpli: sed idcirco Zachariæ magis, q̃ Ioadæ filium hic dictum, ad commēdandam patris sanctitatem. Barachias nāque sonat benedictum domini. Cuiusmodi fuit Ioada pontifex vir Deo charus, & non exigua virtute præditus. Potuit etiam binomius fuisse Ioada, q̃d regibus & pontificibus non infrequens fuit. Nõnulli Zachariam hunc patrem Ioannis baptistæ fuisse putant, propterea occisum, quod beatissimam virginem Mariam postq̃ peperit Christum, & ex humilitate quasi purganda veniret ad tēplum, idē Zacharias inter virgines stare voluit (erat enim in tēplo locus singularis virginibus deputatus) pro ea contra repugnantes certans. Sed de hac re nil certi habetur in scriptura.

Parentum peccata ī filios veniunt vt · Ezech.18 · Chrysost. · Gen.4 · Lamech cur grauius peccauit q̃ Cain · Matt.21

Zacharias hic qs fuerit. · 4.Reg.12 · 2.para.24 · Hierony.

Barachias qd interpretatur.

Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.

Duas generationes scriptura ponit, electorum & reproborum. De generatione iustorum legimus Hæc est generatio quęrentium dominũ. De gñatione praua scribit: Gñatio praua & exasperans. Vult itaq; dñs malos significari, quādo hic loquitur de generatione ista, super quam omnia mala venient. Cum illa enim vos, inquit, vtpote mali, vnũ corpus consistitis, & simul in pœnis eritis socij. Sicut em̃ electi in cœlo sibi gaudia cumulant, ita in inferno reprobi sibi alijsq; exaggerant pœnas. Terret itaq; nũc eos, q̃ à malo desistāt proposito, qui iam in Christi mortem conspirauerant, dicens omnia peccata priorum patrũ eoꝝ in illos reuoluenda. Hi enim (quō paulo ante dixi) qui cognoscunt alios, q ante se deliquerũt propter peccata punitos, nec inde docti cauent delicta, grauius quidē, si eadem admittant delicta, peccant. Vnde iustius quoq; fit, vt grauius puniantur, q̃ hi qui vltione diuina nondum castigatos agnoscentes, peccant. Vnde liquet diuturnitate temporis peccata fieri grauiora.

Generationes duę in scriptura · Psal.23 · Psal.77

peccata q̃nam fiant grauiora.

Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ cō-

gregat gallina pullos suos sub alas & noluisti.

E Geminatio verbi, affectũ diligẽtis ac miserentis exprimit. Dolet enim pijssimũ cor Iesu, quod toties tã q; multifariam conatus sit populum hunc duræ ceruicis reuocare, reducere ac saluare: sed frustra, cũ non fuerit qui vellet sequi quin etiam vocantem contempserunt, ac nuncios persecuti sunt. Ac si diceret: Hierusalem, Hierusalem vsqueq̃ non audis, mihi obstrepens? Misi ad te Esaiam, & serra illum secasti. Misi Hieremiam, & hunc lapidasti. Misi Ezechielem & excerebrasti illum. Hoc modo prophetas impie oẽs tradidisti. Quid vltra facere debeo, q̃d tibi nõ fecerim? Quõ sanabo te, q medicos oẽs psequeris? Sanctis meis non pepci, & tibi parcerem peccatrici. Illoꝝ vitã neglexi, ne mortẽ tuã viderẽ. Omnes in te medici spirituales defecerunt, & tu nihilominus curata nõ es. Si ad tuã gaudere voluissem mortem, nunq̃ ad te misissem prophetas. Si te pdere voluissem, non venissem ad te ipse. Ego igit̃ q̃d faciã, si tu
Deut.32 ipse viuere nõ vis? Quoties te, vt gallina suos pullos sub alas congregare volui? at no
Exod.6 luisti. Misi ad te Mosen & Aarõ, q de Pharaone te liberarent, ad me q; reducerent. Sed quantũ in omnibus dura fuisti cerui-
Iudic.2 ce, & mihi rebellis? Misi iudices, qui te liberarẽt: sed denuo semper à me auersa, ad peccata tua, & ad idolorum culturam rediisti.
1.Esdr.5 Reduxi te ex Babylone, sed spreuisti, abiecistiq; me post tergum tuũ. Hoc modo vsq; in præsentem horã ad vnius veri Dei cultũ in vnitatem fidei & dilectionis te congregare volui, immenso affectu ad modũ gallinæ, q̃ inter pennata aĩalia feruentiorẽ gerit ad pullos suos, q̃ reliqua, affectũ, vtpote p̃ amore & sollicitudine, q̃ habet ad pullos suos, languens, & vocẽ in raucedinẽ mutans: sed noluisti.

Gallina quantum feruorem habeat erga pullos suos

F Vides hic q̃ sit arbitriũ libeꝝ, cũ deus hoĩem saluare se nõ posse dicat, q̃a nolit ipse. Neminẽ eñ cogit sed libertatẽ hoĩ voluntatis relinq̃t, ne virtus non sit virtus, si homo recipe cogerẽt eã, aut si inuito daret̃ salus. Potest quidem Deus de nolẽte facere volentẽ: nolentẽ tñ nõ cogit.

Arbitriũ hoĩs q̃ sit liberum.

Vide etiã q̃ consolatoria vtatur similitudine, gallinæ se cõparans, q̃ nouimus inter volatilia feruẽtissimo, fidelissimoq; amore suos fouere pullos, q̃s ad pastũ ducit, à se paululũ distãtes aduocat, & voce sub alas, q̃ foueat eosdẽ, conuocãs congregat. Si quispiam pullum tãgere quęrat, tametsi ferrea indutus sit lorica, inuadit eũ, ne pullũ relinquat indefensum. Decet autem nos q̊q; Christi & Ecclesiæ matris vocem agnoscere, atq; sub illius alas cõfugere, si foueri cupimus, & in fide coalescere. Scito quoq; q̃d Hierusalẽ hic alloquens, carnalem illã putat, q̃ credere noluit, & q̃ spiritualẽ Hierusalẽ, id est, Ecclesiã hic militantẽ, hoc est, apostolos & credentes quoq; psecuta est. Aduerte p̃terea, q̃a non dicit ad Hierusalem, Quæ occidisti prophetas, de his q ante Christum fuerunt dũtaxat loquẽs, sed apostolos q̊q; & alios sanctos prædicatores post se psequendos, lapidandos, interficiendosq; sciens. Hierusalẽ, inq̃t, q occidis prophetas & cætera. Facturos igitur præuidet illos apostolis & sanctis, quod eorum patres fecerunt prophetis.

Gallinæ ad pullos suos fidelitas quãta.

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Causam desolationis huius iã indicauit, quia noluerunt non solum cognoscere tempus visitationis suæ, & audire Christum vel in seipso, vel in prophetis, vel in apostolis, sed tam dominum, quã seruos etiam occiderunt. Iusta igitur sequit̃ vindicta, vt relinquat̃ eis domus deserta. Quod in Psalmo quoq; p̃dictum est: Fiat habitatio eoꝝ deserta, & in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet. Hæc desolatio illis erat supuẽtura, sub obsidione Titi & Vespasiãi, & p exercitũ Romanoꝝ, q̃ vastata est ciuitas atq; depopulata, templũ q̊q; & ministerium sacerdotũ, vnctio, sacrificiũ, omniaq; arcana Iudæorũ penitus defecerunt, sicut in Daniele fuerat prophetatũ, dicente: Ciuitatem & sancturiũ dissipabit populus cũ duce vẽturo, & vsq; in finẽ pseuerabit desolatio. Et in Hieremia, Reliq domũ meam dimisi hæreditatem meã. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua: dedit cõtra me vocem.

Luc.13 — Psal.68 — Desolatio Hierusalẽ à Christo p̃dicta q̃n cõtigerit. — Dan.9 — Hiere.12

Dico eñ vobis: Non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

G Quod amodo se videndum dicit Christus, nõ intelligit ab hac hora, q̃ hęc loquebat̃ verba, sed post passionem, quæ prope instabat, post quam non erant ipsum visuri,

Apoc.1 suri, vsque dum dies adesset iudicij, qñ, iuxta Apocalypsin Ioannis, videbit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerunt. Aut intelligitur hoc futurũ post tẽpus illud Antichristi. 2.Thes.2 Hunc enim, spreto Chrsto Deo & Dei filio dño Iesu Iudæi recipiẽt. Sed vbi illũ dominus Iesus interfecerit spũ oris sui, Iudæi se videntes illo deceptos, & tunc q̃ Esaiæ 10 supfuerint, iuxta Esaiæ prophetiam, conuertentur ad Christum bñdicẽtes illũ in noĩe dñi, cõfitentesq; eũ verũ esse Messiã atque Christũ. Hierony. Quod pari modo, iuxta Hierony. de cõuersione cuiuscunq; Iudęi intelligit ad fidẽ Christi. Nisi em̃, ingt, pœnitẽtiam egeritis, & me verũ esse Messiã credideritis (q̃d est videre & bñdicere Christũ) cõfitentes me Christum Dei filium, faciẽ me am non videbitis. Aedificẽt nos hic charissimi in hoc Euangelio Christi charitas, Benignitas quanta Christus vsus fuerit erga Iudæos. longanimitas & misericordia. Quãta em̃ benignitate erga Iudæos vsus est ne damnaret: quorum tamen p̃sciuit duritiã. Hoc modo etiã nos misericorditer sustinet. Verũ q̃ diutius tolerans ad conuersionẽ nos tolerat, eo nõ cõuersos, postea grauius dãnat. Natura Dei q̃ sit. Chrysost. Inuitus em̃ cõpellitur dãnare pctõres. Eius em̃ natura nõ est dãnare, sed misereri & parcere. Quocirca vt Chrysostomus ait, quemadmodum in nobis contra naturã est bene agere (puta iã post lapsum naturę) sic Deo contra naturã est male facere aut pdere. Compelli Deum dicitur vt damnet aliquẽ. Verum dicet aliquis: Cum in potestate habeat dñs pdere & saluare, quis eũ inuitũ, vt damnaret compellit? Sed audi: Tu cõpellis, q nõ desideras, hoc est, nõ reqris misericordiam Dei. Sicut enim misericordiã q desiderãti negat, crudelis est, ita q nõ desiderãti p̃stat misericordiã, iniustus est. Sed dices: Quis nõ desideret misericordiã Dei? Misericordiam Dei q̃s desideret & q̃s non. Tu qui in peccatis pmanes. Desiderare em̃ misericordiã Dei, est cõuerti ad Deum. Ille em̃ Dei misericordiam desiderat, q eius metuit irã. Qui aũt nõ eius timet iram nõ desiderat misericordiam. Quapropter filij apertã nunc vobis diuinę misericordię ianuã cognoscite. Modo vos ad Christũ cõuertite, à mũdo auertamini, & Christo conformemini. Certi sitis, qa non repellet, sed recipiet vos, imo occurret vt mansuetissimus pater, vobis. In facultate em̃ nunc vestra constitutum est vt si vultis p Dei misericordiã, quæ vltro occurrit vobis, possitis saluari. Præstet ipse idem nobis voluntatem, spm̃ & auxiliũ se reuertentẽdi, q cõsilium suum prærogauit, idem dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM Festo. Quibus cœlum aperitur quibusq; clauditur.

LApidabant Stephanũ inuocãtem, & dicentem: Dñe, suscipe spm̃ meũ. Positis aũt genibus, clamauit voce magna dicens: Dñe ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisset, obdormiuit in dño. Acto. VII. H Heri dilectissimi solẽnitatẽ celebrauimus regis, hodie festiuã agimus memoriã militis. Heri natalẽ diẽ celebrauimus Christi, hodie passionem veneramur Stephani. Heri mundus recepit Christũ, hodie misit Stephanũ mundus in cœlũ. Heri Christus est natus, hodie Stephanus est mortuus. Sed hæc mors sctõrum, natiuitas sola ac vera censenda est, q̃ à miseria mortali, caduca, instabiliq; vita, piculis multis calamitosa, & q̃ mors cõtinua potius, q̃ vita dicenda foret sancti p mortem renascunt. Natiuitas sanctorũ vera censẽda q̃ sit. Prçciosa em̃ in conspectu dñi mors sanctorũ eius. Psal.115 Hac nãque ad felicitatem electorũ aïæ renascunt. Ingrediunt em̃ vitã, q̃ immortalis & sempiterna est, & mœrore caret. Itaq; heri recepit mundus Deum in infirmitate carnis latentem, hodie cœlum recepit hominem p tomartyrem in gloria triumphantẽ. Cuius vt nos passio ad deuotionem prouocet eam ex Actis apostolorum petamus.

Acto.6 Cõuersio sancti Stephani qñ acciderit. Primo igit dicendũ Stephanũ p Christi p̃dicationem venisse ad fidem, vnumq; ex septem fuisse diaconibus ab apostolis institutis. Acto.4 Quotquot em̃ credentium erant, si agros habebant, aut domos, aut aliud qd, illud vendebant, & p̃ciũ ad pedes apostolorum ponebãt. Nemo em̃ ibi habebat aliquid ppriũ, nec qcq̃ dicebat suũ, sed erant illis oïa coïa. Vnde liquet apostolos, tam spũalium, q̃ corporaliũ fuisse dispensatores bonorũ. Diuidebatur aũt singulis de bonis illis communibus ex fidelium donatione congregatis, quantum vnicuiq; opus erat. Et ad hoc quædam sanctæ erãt cõstitutæ viduæ ex genere Hebræorum, propterea quod ad huiusmodi hæ magis forent industriæ. Acto.6 Verũ hoc quidã ex Græcis qui ad fidem venerant, ægre ferentes, q̃ ipsorũ viduæ ad huiusmodi ministeriũ nõ

admitterentur,ac propterea contemptæ il
læ existimarentur : pro pace huius san-
ctæ ac magnæ congregationis, apostoli se
ptem instituerunt diaconos, viros plenos
spiritu sancto,qui huic temporaliũ admi-
strationi pessent.Spũalibus em̃ apostoli oc
cupati,& reductioni animarũ intenti ad su
um creatorem,per fidem aĩas inducere, pa
scereq; cupiebãt,ad tẽporalia aliis sibi (q̃d
apostolicum erat)substitutis.Vnus itaq; ex
septẽ fuit S.Stephanus , q huic ministerio
intendebat.Cũ vero p̃dicatione & disputa
tione versaret̃ assiduus inter Iudæos illos
qui periti erãt in lege,differendo continue
eos cõuincebat asseuerãs Iesum esse Chri-
stũ q p̃missus fuerat patribus,atq; verũ Mes
siã. Erat prçterea S.Stephanus clarus in

I Lucæ 21 operãdis miraculis & p̃digiis . Cui Chri-
stus,vt p̃miserat,dedit os & sapientiã , cui
nõ poterãt cõtradicere oẽs eius aduersarii.
Itaq; fidelibus primis discipulis (ita enim
Monachi quetũ vitam imitẽtur. vocabant)sub obediẽtia S.Petri, & aposto
lorũ viuẽtibus & oĩa in cõmuni habẽtibus
(q̃ hodie hi q dicunt monachi vitã illã a-
postolicã imitant)cũ Stephanũ in scriptu
ris Iudæi supare non possent,submiserunt
iniquos testes, qui dicerent Stephanum
blasphemasse templum & legem . Cõsilio
igitur ordinato,Stephanum ad respondẽ
dũ sibi statuerũt.Quibus Stephanus respõ
dens,vbi veritate se purgauerat,tandẽ illo-
rũ duritiam ac obstinationem arguens, p̃-
phetarũ illis p̃secutionẽ ac Christi mortẽ
Acto.7 exprobrauit.Seuere em̃ illis (sed nõ absq;
charitate hæc erat seueritas)loquebat, di-
cens:Dura ceruice & incircuncisi corde &
auribus,vos semp spiritui sc̃tõ restitistis.
Quem prophetarum non sunt p̃secuti pa-
tres vestri ? Et occiderũt eos q p̃nunciabãt
de aduentu iusti : cuius nũc vos p̃ditores
& homicidæ estis.Iuxta q̃ verba hic expen
dendũ est,q̃ varia sunt dona Dei. Alius mi
Dona Dei q̃ sint varia tis corde,sępenumero sua lenitate vehemẽ
ter ædificat:alius acerbioribus vtit̃ verbis,
& in spũ sc̃tõ loquẽs,obiurgat.Vnus tñ v-
trumq; hoc operat̃ spũs,spũs scilicet chari
tatis.Neq; em̃ minus hic loqtur spũs sc̃tus
ex Stephano,dũ zelo Dei seuere obstina-
tos obiurgat,quam loquebatur ex Petro,
qui plebi blandiens , eam ad conuersionẽ
Acto.3 trahebat.Nam Petrus vbi mitioribus ver
bis plebem ob Christi necem arguisset,
quam Stephanus,tandemetiam consolans
eos salubriter dixit:Et scio fratres , quia p

Ignorantiam fecistis.At Stephanus,Dura
inquit,ceruice,&c̃.Vtrobiq; tamẽ spũs san
ctus loquebatur,nec facile est p̃pterea quẽ
piam iudicari,cũ spũ sanctus multifariam
eos q̊s implet,regat,charitatisq; officia nõ
vniformiter administret,quemadmodum
nobis etiam in scriptura loqtur, nunc qdẽ
cõsolando,rursus vero cõminando & ter-
rendo. Non igitur obliuiscenda est K
parabola de Samaritano, q vulneratũ à la- Lucæ 10
tronibus spoliatũq; collegit,& curam illi-
us vulneribus adhibens , oleumq; & vinũ
infudit.Si itaq; ibi vnus medicus vni infir
mo nõ vnũ,sed ferme cõtraria,olei scilicet
& vini, cũ alterũ leniat , alterũ purget seu Medicamina q̃s bus diuersim applicanda Esaiæ 42 Matt.12
mordeat,adhibuit medicamina,quõ diuer
sis infirmis nõ ab vno medico , nõ alia at-
que alia sunt adhibẽda medicamina? Quã
uis dici possit,mitius qdem loquendũ fuis
se plebi,& iuxta institutionẽ Christi lignũ
fumigans nõ extinguendũ, nec fractũ ca-
lamũ cõquassandũ, q̊ respexisse credẽdus
est Petrus,q̃ doctis atq; in lege p̃itis,qui p
inuidiam magis q̃ per ignorantiam Chri
stũ fuerant persecuti,q̊ respexisse credit Ste
phanus.Illis em̃ q scienter & ex malitia pec
cauerant,duriorem censebat fore necessa-
riam obiurgationem,q̃ his q per ignoran
tiam deliq̃rant.Quãuis tñ Stephani obiur
gatio fuit seuerior, nihilominus in verbo
rũ seueritate magna simul seruata est chari
tas.Quod inde liquet:nam dum acrius Iu Acto.7
dæi in illum sçuirent,Stephanus inter lapi
des spm̃ traditurus pro eisdẽ genua flexit,
&,vt seqtur,pro illis orauit.Stephano ita-
que Iudæos obstinatos arguente, freme-
bant illi præ ira dẽtibus in eũ . Verũ inter
hæc cũ Stephanus in cœlum intenderet,&
illuc vbi erat mente dirigeret oculũ, vidit
cœlum aptum & Iesum stantẽ à dextris vir
tutis dei.Exclamauit igitur:Ecce video cœ
los apertos. Sæpius in scriptura legimus Matt.3 Marc.1 Lucæ 3
aptos cœlos.Nã Christo baptizato aperti
sunt cœli,& vox de cœlo facta est, dicens:
Hic est filius meus dilectus , in q̃ mihi cõ- Cœlũ baptizatis vt aperiatur
placuit.Significat aũt baptizatis aperiri cœ
los.Si em̃ anteq̃ peccarent,post baptismũ
morerent̃,mox ad Deum euolarẽt . In ba-
ptismo em̃ ab oĩbus nudati, ablutiq; sunt
pc̃tis,q̃ baptizatis plene oĩa remittunt.Si- pœnitẽtibus cœlum aperiri Acto.10
mili modo aperit̃ cœlum vere & p̃fecte pœ
nitẽtibus.Quod in Actis significat̃,vbi Pe
trus cœlum vidit aptum,& vas descẽdereq̃
si linteum,reptilibus plenum,Petroq; di-
ctum

ctū: Occide & manduca. Cui cū Petrus respōderet, se immundum nunq̄ comedisse: iterū illi dictum est. Quæ Deus mundauit, tu immundum ne dixeris. Et receptum est vas in cœlū. Animalia immūda ante pedes Petri, id est, ante sacerdotes se demittentia sunt pctōres, q ad pœnitentiā, & pctōrum suorū sese humiliāt confessionē corā sacerdote: vbi mundati recipiunt in cœlū. Si enī vt ait Ioannes, confiteamur pctā nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis pctā nostra, & mūdet nos ab oī iniqtate.

Veruntn̄ hoc de feruenti pœnitētia atq; pfecta intelligatur, oportet. Nisi enī pœnitentia q̄dā esset tepidorū, nō diceret Ioānes Baptista: Facite fructus dignos pœnitētiæ. Fructus digni pœnitētię, iuxta sententiā S. Gregorij, sunt, mortificatiōes desideriorū etiā licitorū, quemadmodum David pfecte pœnituit. Quippe q ante adulterij cōmittere non timuerat pctm̄, postea pœnitens, aquam ex cisterna in Bethleē concupitā ac sibi allatā bibere recusans, hanc dn̄o in sacrificiū, suum desideriū mortificādo, obtulit. Qui ergo multa illicita admisit, iustum est, vt multa q̄q; sibi p sui abnegationē licita subtrahat: & q̄ pluribus cōtra Dei voluntatē delectatiōibus seruiuit, eo plures iam consolationes vel licitas sibi subtrahat, q̄ veram pœnitentiam, fructusq; agat pœnitentiæ dignos. Et quantū se exaltauit quis in delictis, tm̄ se humiliet in cōtritione ac pœnitentia. Contra superbiam introducatur humiliatio: cōtra delectationes corporis, castigatio adhibeatur carnis: vt quanta fuerit culpa, tanta sit & pœna. Et sicut quis membra sua seruire exhibuit immunditiæ & iniquitati, ita nunc exhibeat seruire iustitiæ, in sanctificationem. Scriptum est q̄que: Secundum mensuram delicti erit plagarum modus. Et in Apocalypsi: Quātum glorificata est in delitijs anima peccatrix, tantum date illi luctum & tormentū. Hæc autē perfecta est pœnitentia, ab omni auertere se consolatione, quæ est in creatura, & ad Deum toto se corde conuertere.

Tertio hoc in loco legimus cœlum apertum, vt vidisse testatur se S. Stephanus: quo subindicat sanctis martyribus cœlū reserari, liberūq; patere ingressum. Nam Augustinus, Qui orat, inquit, pro martyre, iniuriam facit martyri. Impleuit enim perfectā charitatem, qua nemo, vt ait Christus, habet maiorem. Et hęc operit multitudinem peccatorum. Quarto legimus Ezechielem cœlos vidisse apertos, virum religiosum perfectum atq; consummatum. Applicatur autem à maioribus nostris professioni monachorum, quæ est sicut alter baptismus, q̄ iterum iuuentutem suam renouat homo, vetusti denuo renuncians peccati. Maxima sunt enim quę in professione sua ac voto offerūt monachi, seu religiosi: Obedientia, quæ plena est sui abnegatio, holocaustumq; Deo acceptissimum. Castitas ad cuius obseruantiam multa dura, carniq; afflictiua, in monachorum regulis ordinantur, puta non lineis vti ad carnem, sed lane is: apud Carthusienses vero cilicio, hoc est, ex pilis contexto hispido indusio: non comedere carnes: abstinere ab alijs multis delicatis: ieiunare, nocte media surgere, diu vigilare, genuflexionibus & laboribus deniq; multis carnem, ne contumax insolescat, domare. Volūtaria paupertas, qua sua omnia ac seipsos relinquūt, nullius rei ius dominiumve (quandoquidem sine vsu impossibile est necessariorū viuere) sibi seruantes. Huiuscemodi aūt professionē, statūve assumere & ex animo ferre, nescio q̄ sit martyrio inferius. Neq; enim non sunt, q leuius ac desideratius semel capitis ferrent trūcationem, quam tot tentationum assiduas pugnas, mortificationū agones, passionū ac vitiorū certamina, atq; charorū omnium abrenunciationē. Non ig[illegible] ob rē inique senserunt, q monasticā professionē secundum baptismū dixerūt. De hoc S. Bernardus fratribus de mōte Dei, hoc est, Carthusiensibus scribēs, Altissima, inquit, est professio vestra. Cœlos trāsit, par angelis ē, & angelicę similis puritati. Nō enī solū vouistis oēm sctitatē, sed oīs sctitatis pfectionē & oīs cōsummatiōis finē. Nō enī est vestrū circa coīa p̄cepta lāguere, neq; hoc solū attēdere, qd p̄cipiat Deus, sed qd velit: pbantes q̄ sit volūtas Dei bona & bn̄placēs, & pfecta. Aliorū enī est Deo seruire: vestrū adhęrere. Aliorū est Deū credere, scire, amare, reuereri: vestrū est sapere, intelligere, cognoscere & frui. Magnum ē hoc, arduum est hoc. Sed oīpotens & bonus est Deus, q in vobis est pius pmissor, fidelis redditor, & indefessus adiutor, q magno eius amore magna pfitentibus, & in fide & spe gratiæ eius maiora viribus suis aggredie̅tibus, & voluntatē & desideriū suggerit inidipm, & q voluntatis gratiā p̄rogauit, subrogabit etiā virtutē

Marginal notes (left): Act. 10 · 1. Ioan. 1 · Matt. 3 · Luc. 3 · Pœnitentiæ fructus qui sint. · Gregori. · 2. Reg. 11 · 2. Reg. 23 · Desideria mortificanda · Rom. 6 · Deut. 25 · Apoc. 18 · Pœnitentia perfecta quæ sit. · Act. 7 · Martyri in cœlum patet aditus. · August. · Ioan. 15 · Prou. 10 · Iacobi 5 · 1. Pet. 4

Marginal notes (right): Ezech. 3 · Professio religiosorum quā apte secundus appelletur baptismus. · Vota tria monastica quæ sint. · Castitati seruandæ exercitia congrua quæ. · Carthusianorū afflictiones q̄ spectent. · Paupertas religiosorū voluntaria quæ sit. · Martyrio cōparari statū monasticum. · Bernard. · Carthusianorū professio & institutum quam sit sublime et nobile. · Roma. 12

N ad prouētum. Hæc Bernardus. Sed de hoc satis. Stephano itaq; quod Iesum stantem cerneret à dextris virtutis Dei, dicēte, continuerunt hypocritæ aures suas, quasi blasphemiā tātam audire recusantes: in furorem, tumultumq; versi omnes, Stephanum eiecerunt extra ciuitatem lapidantes. Qui in passione sua bis orauit. Primo p se orans, petiuit suscipi à Christo spiritum suum. Deinde iterum orauit pro lapidatoribus suis. Pro se quidem orasse tantum legitur, pro lapidatoribus vero suis inter orandum etiã genua flexit. Quo manifestatur intentionē dilectionis, orandiq; animum quam diligētiori studio suis inimicis, atq; sibiipsi applicuerit. Imitator autem obedientissimus in hac re fuit magistri sui, à quo pro inimicis orãdi sumpsit exemplum, idipsum nobis quoque relinquens vt imitemur. Quocirca charissimi diligamus inimicos nostros, benefaciamus his, qui oderūt nos: oremus pro calumniantibus & persequentibus nos. Et quãuis in mandatis Dei Augustinus nil dicat esse mirabilius dilectione inimicorũ, non tamen adeo est graue aut molestũ, quin possit impleri. Sūt autem octo, quæ si attendantur, etiam facilitatem in hac dilectione præbent. Primũ, status miser, in quo constitutus est, qui te odit aut persequitur. Cui re vera condolēdum est, non inuidendum. Est enim in se mortuus. Quid vero tu irasceris mortuo? Dedecet prorsus vindictã expetere à mortuo aut ab insano. Secundum, est vtilitas iniuriæ illatæ. Nam iuxta illud Ecclesiastici, Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio erit iucunditatis. Nihil enim tibi aliud inimicus fabricat, nisi coronam & mercedem corã Deo. Tertium, quod inimicorum persecutio tibi fructuosior est, quam dilectio amicorum. Habere enim persecutores, facit te prudētem, vigilem, humilemq; cũ ediuerso amicorũ dilectio extollat, blandiatur, fallat, atq; non raro tibi imponat. Confert deinde ad vulnerum tuorum sanationem non parum. Vnde Augustinus ait, Ad dilectionem inimicorum vos moneo, quia ad sananda peccatorum vulnera nullum medicamētum vtilius esse cognosco. Christus quoq; vtilitatem dilectionis huius non tacens, dicit: Diligite inimicos vestros, & erit merces vestra magna. Quartum, quod hæc dilectio inimicorum nos nō solum Dei facit amicos,

Oratio S. Stephani q̃ spectet. *Lucæ 23.* *Matth.5* *August.* *Inimicorũ dilectio ex his octo cõsiderationibus fit facilis.* *Eccle.1* *Persequutio inimicorũ cur fructuosior sit q̃ dilectio amicorum.* *August.* *Matth.5*

sed etiam filios. Ideo Christus ait: Diligite inimicos vestros, & eritis filij altissimi. Quintum, quod hæc dilectio vehementer nos conformes reddit Deo. Quid enim diuinæ est bonitati cōformius, quam inimicis, indignis, atq; lædentibus esse benignum, atque placabilem? Sextum, q̄d dilectio tua in eo qui tibi inimicatur, inimicitias destruit, odium extinguit, in illoque odij vulnus magis, quam quoduis aliud remedium sanat. Quapropter hortatur Paulus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potum da illi. Sic enim faciēs, carbones ignitos congeres super caput eius. Septimũ, quod inimico nō potes reddere malũ aut nocere, quin tibi magis noceas. Malitia enim ante lædit suum autorē, quã eum, cui intentatur. Sæpenumero quoque aliena malitia eum, qui hanc tolerat, minime lædit, vel qa patiens est, vel quia contēnit: eum autem qui agit, non potest non lædere. Non igitur malum reddas pro malo, sed in bono vince malum. Octauum, quod tranquillitatem cordis, pacem conscientiæ, lætitiam spiritus, qua nihil dulcius, diligendo inimicum, seruas. Debet autem inimicus diligi communi charitate, qua diligit quis om̄em proximum. Porro, singulari motu dilectionis illum diligere, non est necessitatis: habere tamen animum debet quis paratum, si occurrerit necessitas, vt singulari etiam velit motu dilectionis illi fauere aut subuenire. Itaque inimicus tuus abs te diligendus est corde, vt non optes ei malum, sed optes ei salutem ęternam, eaq; quę ad hanc sunt necessaria, & faueas omnē prosperitatem, quæ illi expedit ad salutem. Iterum inimicus diligendus est ore, ne illi detrahas, ne diffames, ne ore lædas, derideas, aut contumeliam facias, sed pro illius ores salute. Tertio, diligendus est opere, vt caueas illum lædere cōtristare, molestus illi esse, omniaq; mēbra tua contineas ac sensus, ne quid ex te prodeat, quod tuo fuerit inimico iniuriosum, aut ei ad afflictionem siue animi, siue corporis. A beneficijs præterea generalibus nō licet illum tibi excludere aut separare, sed illi debes, quod omnibus debes. Postremo, quum sanctus Stephanus pro inimicis orasset, dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum, obdormiuit in domino. Sic vos quoque filij ad auaritiam, ad iræ æstum luxuriæ, ad superbiæ fastum, ad iræ odijq;

Lucæ 6 O *Roma.12* *Malitia s licuius vt suũ autorem lædat ac noceat.* *Roma.12* *Inimici q̃ li dilectione sint diligendi.* *Inimicus quō sit diligendus corde.* *Ore.* *Opere.* *Beneficio.* *Obdormiendũ quō mystice fit in dño.*

odijs faces obdormiatis, nō aliter, quam in domino, vt nihil eorum in vobis viuat, optantibus sanctimoniã seruare &pacem, &ad omnes charitatem in Christo Iesu domino nostro, qui est in secula benedictus, Amen.

IN FESTO BEATISSIMI THEOLOGI IOannis apostoli, Lectio epistolæ loco ex Ecclesiastico, capite decimoquinto.

VIII. QVI timet Deum, faciet bona:& qui continens est iustitiæ, apprehendet illam:& obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ, & intellectus & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, &non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesiæ aperiet os eius, & implebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ induet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, &nomine æterno hæreditabit illum, dominus Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Pro. 1. 9 Eccle. 1 Eccle. 40

CVm initium sit sapientię timor domini: sitq; quod Ecclesiasticus habet, is vt paradisus benedictionis, corona iustitiæ, plenitudoq; sapientiæ, recte sanctissimus apostolus & Euãgelista hic à timore laudatur Dei: non tamen à quouis timore, sed filiali ac sancto, quo filius suum, quem amat, patrem timet offendere, timet iratum reddere, timetq; aliquid de eius voluntate negligere. Est enim multiplex timor non æque laudãdus. Nam timor quidem est seruilis, q peccare metuit, ac cauet solo timore pœnę retractus, non virtutis neq; Dei amore. Hic ad salutem non sufficit, hic timor nec aliter laudatur, nisi q̊d ad conuersionẽ aliquo modo disponit, & ad vitanda assuefacit pctã. Stat enim hic timor cum peccato mortali. Hoc timore mulier metuit adultera alienum admittere virum, timens deprehendi à suo marito. De hoc tamen timore Hugo loquens, ita hortatur: Si amor Dei te tenere non potest, saltem te teneat ac terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrẽs, vermis corrodens, sulphur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala. Alius est timor humanus, quo malum ne despiciatur, ne displiceat, ne obiurgetur, aut ne temporale quid amittat propter homines tantũ vitatur. Hic timor peccandi difficultatem differre potest, peccandi voluntatem auferre non potest. Si tamen quis timeat hominem iuxta illud, quod sibi propter Deũ est timendus, puta superior, cui obedire debet, aut proximus, cuius offensionem, atq; tristitiam cauere debet, ne hominem offendendo, Deũ offendat: huiusmodi timor nō humanus, sed Dei vocat timor. Est tertius timor carnalis, quo sibi qs timet, vtpote molesta aut grauia, atq; sibi contraria horrens. Hic timor quando vitiosa cauet ac animę noxia bonus est: quando salutaria, perniciosus. Quartus timor filialis, sanctus, castus ac reuerentialis est erga Deum, permanẽs non solum in charitate, sed etiam in seculum seculi. De hoc hodie loqtur lectio hæc Ecclesiastici, dicens: Qui timet Deũ, faciet bona. Ociosus em̃ hic timor nō est, sed culpã declinat, Deiq; offensam, bona agens. Qui em̃ Deũ timet, nihil negligit. Et qui tenax seu continens est iustitiæ apprehẽdet ac assequetur illã. Similis est loquẽdi modus, vt illud in Euangelio: Beati q esuriũt & sitiũt iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Ita qui tenax est iustitiæ, maiorẽ assequetur iustitiã, vt iustus iustificet adhuc. Huiusmodi enim iustitiã quærẽti, obuiabit iustitia, quasi mater filio suo obuiat honorificata. Quo em̃ magis iustitiã & virtutẽ amat atque honorat, eo magis copiosiorq; ei aduenit, illãq; amplectitur iustitia. Cibabit illũ pane vitæ, q est Dei gratia, vnde & viuat spiritu, habet homo. Et intellectus sacrę scripturę, qui

Marginalia: Timor seruilis qui vitatur. — Hugo. — Timor humanus qs. — Timor carnalis quis — Timor filialis ac sanctus quis. Psalm. 18 — Eccle. 7 — Matth. 5 — Apoca. 22 — B

qui simili modo panis est, qa nō in solo pa
Deuter.8 Matth.4 ne viuit homo, sed in omni verbo, q̄d ,pce-
dit de ore Dei. Et aqua sapientiæ salutaris,
puta consolatione ac donis, quæ de spiri-
tu sancto emanant, potabit illum. De hac
aqua loquitur dominus Iesus, quando di-
Ioan.4 cit: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,
non sitiet in ęternum: sed aqua quam dabo
ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā ęter
nam. Et alio loco: Flumina fluent de vētre
Ioan.7 eius aquæ viuæ. Vbi Euāgelista idem Ioan
nes hoc exponens, ait: Hoc autem dixit de
spiritu, quem erant accepturi credentes in
eum. Ita q timet Deū, in eodē roborabitur,
nec passione cōcupiscētiave aliqua vitiosa
à rectitudine deflectet, ita vt pereat, sed De
us cōtinebit eū, ac cōseruabit, vt non patia
psal.126 tur ignominiā, nec cōfundetur, cū loquet
inimicis suis in porta. Hoc est, quādo vitæ
huius portā egredi, & inimicis suis accusa-
toribus respondere habuerit in morte aut
in vltimo iudicio, non cōfutabitur, sed do
minus exaltabit illū, glorificabitq; coram
proximis suis, & amicū commōstrabit. In-
terim aūt Deus os eius in medio Ecclesiæ
aperiet, quandoquidem dabit ei os & sapi-
Lucæ 21 entiam, ad docendum & ad conuincendos
eos, q sanæ audent doctrinæ resistere: im-
plebit enim eum spiritu sapientiæ & intel-
lectus. Et stola gloriæ vesteq; immortalita
tis induet eū. Iucunditatem mentis & con
prouer. 15 sciētiæ (secura em̄ mēs quasi iuge cōuiuiū)
& cordis exultationē thesaurizabit, hoc ē,
tanq̄ thesaurū cumulabit super eū quē præ
cipue tunc tanq̄ thesaurū inueniet congre
gatū, cum viuendi finis aduenerit: qn̄ scili
cet sua in cōsciētia nihil nisi Dei bona, gra
tiam & virtutes, quę illi Deus in merita &
in thesaurum donauit, atque eadem illi im
putans tunc coronabit. Denique nomen
æternum hæreditabit: quandoquidem in
psalm.111 memoria æterna erit iustus: & corpora qui
Eccle.44 dem sanctorum licet in pace sepulta sint,
viuent tamen nomina eorum in seculum
seculi. Itaque nomen quod nunquam per
ibit, puta quod vocetur, sit, agnoscatur-
que ab omnibus filius Dei, hæreditabit
illum, hoc est, in hæreditatem perpetuam
illi adsignabit dominus Deus noster.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi, Ioannis vigesimo primo.

Antequā ea quæ hoc die loco Euāgelij in Ecclesia recitant verba Simoni Petro diceret dn̄s noster Iesus Christus, scribit Ioānes post resurrectiōis dominicæ octauum diem abijsse Petrum cum sex alijs discipulis piscatum: sed nocte illa nihil ceperunt. Mane autē facto, stetit Iesus in littore, dicens: Pueri, nunquid pulmētarium habetis? Qui responderunt: Non. Mittite, inquit, illis ad dexteram nauigij rete, & inuenietis. Quo facto, tantam cœperunt piscium multitudinē, vt rete vix possent trahere præ multitudine piscium. Venientes autem ad littus, inuenerūt in terra prunas, piscemq; superpositum & panem. Quibus dn̄s, Venite, inquit, & prandete. Cum igitur suissent pransi, ter interrogauit dn̄s Petrum, an se, id est, Christum diligeret. Cui tertio respondenti, Etiam domine, tu scis, quia amo te, commisit oues suas, constituens eum vniuersæ Ecclesiæ pastorē, prædicensque illi passionem suā, qua Deum esset clarificaturus. His itaq; gestis, surgens dn̄s quasi abiturus de loco prandij, quæ hodiernum narrat Euangelium, dixit:

[Margin: Ioan.21]

[Margin: Petrus cōstituitur in pastorē vniuersali Ecclesię]

Dixit Iesus Simoni Petro: Sequere me.

[Margin: Cur petro soli dixerit Chrs: seq̄re me.]

Mirum quibusdam videtur, cur soli hic dixerit Petro, Sequere me, cum tamen alij sex discipuli similiter Christum vt magistrum sequerentur: nec solus Petrus, sed Christianus etiam vnusquisq; verus Christum sequatur oportet, quia Christum sibi audit, dicētem: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequatur me. Dicendum primo, Christum soli Petro tanquam principi atq; capiti Ecclesiæ post se atq; vicario instituto, dixisse: Sequere me, quo in illo omnes moneret Christianos se debere sequi, atq; sua vestigia imitari. Cōstituerat enim Petrum (vt dixi) ouiū suarum omnium pastorem, quem vt doceret q̄q; qua oues sibi cōmendatas via duceret, quove introducere conaretur, iubet illum Christus se seq, hoc est, post se gradi, ipsius vestigia imitādo, iubet q̄q; oues per eandem viam ducere, dicens: sequere me, tu scilicet, & quas tibi cōmisi oues, per vestigia mea (sicut me vidisti ambulantem)

[Margin: Matth.16 Lucæ 9]

C

bulantem) vt ambulent, instrue, duc & dirige. Alio modo de passione hoc credit intelligendum Augustinus. Nam quod paulo ante dixerat, Cum autem senueris, alius te cinget, & ducet te quo tu non vis, subaudi iuxta naturalem sensitiuum appetitum, dictum voluit de passione. Quod etiam alibi nonnullis qui præsentes erant accidit, qui propter Christum ducti sunt ad martyrium, & ad mortem. Quod vero soli hic dixit Petro, Sequere me, non solum ei passionem, sed passionis & mortis suæ quoq; similitudinem denunciat. Siquidem quomodo Christus, ita etiam est Petrus crucifixus. Iacobus vero, aut alij qui aderāt, etsi pro Christo sint mortui, non sunt tamen crucifixi. Huic intellectui, puta vt per sequelam passio intelligatur, adstipulantur verba Christi, quando cœna facta, Petro præsumēti se iturum cum eo in carcerem, atque illi commoriturum, dixit: Quo ego vado, non potes me sequi modo: hoc est, iam non commorieris mihi. Sequeris autem postea, id est, tempore alio adhuc futuro, per passionem mortis me sequeris, non solum passione, sed etiam mortis similitudine. Tertio quidam hæc verba intelligunt de prædicatione & regimine Ecclesiæ, ac si Petro diceret: Sequere me, hoc est, ego pro me te vicariū substituo, vt post me meas gerēs vices, præsis Ecclesiæ, & in prædicationis regiminisq; animarum officio sis mihi successor. Quapropter Theophylactus, Sequere me, inquit, qui educo te ad prædicationem, & totum orbem terrarum in manus tuas trado.

Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te?

D Quandō de seipso loquitur Ioannes Euangelista, non aliter se describit, quam discipulum illum, quem diligebat Iesus. Quo dubium non est, singularia illum dilectionis signa à Christo præ cæteris accepisse. Non autem hoc ita intelligendum est, vt hoc dixerit Ioannes quasi gloriando in hoc, quod maiori illū amore, quam cæteros dilexerit Christus, tāquam meliorem, aut Christi dilectione digniorem se æstimauerit, quia non est dictum, quod Ioannem diligebat ita Christus, quasi Ioanni plus gratiæ gratum facientis dominus, quam aliorum cuipiam dedisset. Neque enim de illa dilectione loquitur Ioannes, quæ est vestis nuptialis, puta charitas seu gratia Dei, cui in futura vita præmium respondebit essentiale, sed loquitur de familiari illa dilectione, qua se illi Christus exhibuit amicabiliorem, quam cæteris. Nam apostolorū quis in charitate fuerit maior, aut apud Christū nunc beatior, soli cōstat illi, qui ponderator est spirituū. Nos vtrunque scimus à Christo dilectum, Ioannem scilicet & Petrum, & à Christo vtrunq; honoratum. Siquidem Ioanni commendauit matrem suam, Petro cōmisit Ecclesiā. Scimus quoq; omnes Christo apostolos & discipulos dilectos. Veruntamen si quęratur, An Christus plus dilexerit Ioānem, q̄ Petrum, dicendū erit illud Sapientis: Ego dilgētes me diligo. Vnde sequi necesse est, dn̄m se plus diligētes, plus etiam diligere. Petrū vero constat ex interrogatione Christi, plus alijs dilexisse Christum. Neque enim Petrum Christus interrogasset, Simō Ioānis diligis me plus his? nisi ita quomodo interrogauit, fuisset. Quo nomine non potest negari Petrum plus alijs dilexisse Christum. Qui sicut plus dilexit Christū, ita iuxta regulam aliam, plus etiam dilectū credamus à Christo, oportet. E diuerso q̄que, quandoquidem Ioannes se vbiq; nominat discipulum, quem diligebat Iesus, necessario etiam sequatur necesse est, Ioannem singulariter præ alijs dilectū à Christo. Nisi enim ita fuisset, haudquaq̄ Ioānes hæc diceret. E Inter hęc dicendū est, iuxta mentem S. Thomæ, triplicem esse dilectionis differentiam: Prima, in familiaritatis exhibitione sita est. Hoc modo plus Ioannē Christus dilexit, quā Petrum. Secunda, ex collatione donorum dicenda est: & hoc modo Petrū magis dilexisse Christus credendus est, cui Ecclesiā cōmisit, & regni cœlorum tradidit claues. Tertia, pensatur ex præcordiali eius amore: hoc modo oēs dilexit. Cum dilexisset, ait Ioānes suos, vsin finem dilexit eos. Ad obiectiones vero diluendas supra positas, dicendū, quia Petrus dominum dilexit feruentius, & à domino diligebatur fortius: Ioannes vero amabat dulcius, & amabat familiarius. Potest quoque dici, quia maiorem in externa exhibitione dilectionem, blandioreq; solemus

Matth. 22 — Prouer. 16 — Ioan. 19 — Ioan. 21 — Ioannē an plus Christus dilexerit, quam Petrum. — Prouer. 8 — Lucæ 7 — Dilectiōis differētia triplex. — Matth. 16 — Ioan. 13

mus præferre erga iuuenes, erga mites, erga eos qui mansueta habent naturalia, erga senes, & erga castas virgines. Idcirco hoc modo familiariori, blandioriq; dilectione exhibuit erga Ioānem se dominus Iesus. Erant enim ferme hæc omnia in Ioanne. Fuit enim teneræ ætatis, vtpote omnium natu minor (vt creditur) vnius & viginti annorum. Secundo, quia à carnis se continuit delitijs, Christi amore. Putatur enim fuisse sponsus in Cana Galilææ, cuius Christus interfuit nuptijs. Tertio purissimus virgo fuit. Cui adstipulatur sanctus Hieronymus, dicens: Hic est Ioannes Euangelista, qui virgo est à Deo electus, quem nubere volentem, vocauit à nuptijs Deus. Inde igitur magis sibi amicum fecit Christum, iuxta illud Prouerbij: Qui cordis diligit munditiam, habebit amicum regem. Et illud Sapientiæ: Incorruptio facit proximum Deo. Maior enim (vt patrum est sententia) virtus est, castitatem seruare, quam dæmones expellere. Damascenus quoque, Quanto, inquit, angelus homine est superior, tāto virginalis castitas nuptijs est honorabilior. Quarto māsuetissimam habuit naturam, vtpote mitissimus & amabilis. Non tamen est tacendum, quod in hoc quod Ioannem Christus dilexisse dicitur, minime derogatur cęteris discipulis, quia & quibusq; sanctissimis & dilectissimis sæpenumero nequaquam maior exhibetur dilectionis familiaritas aut blandities, propterea quod de amicitia securi nō hæsitāt, nec familiaritate vberiori nō indigent. Nam matri suæ multo omnium dilectissimæ Christum minime legimus familiariter multum, aut blande locutum, quāuis de eius maxima dilectione erga illum dubitet nemo. Adeo nanque maturus, vbicunque matri, aut ei illa loquitur, inuenitur, vt ferme suspectus de duritia haberi possit, cum tamen Mariæ Magdalenæ magnam dilectionis exhibuerit familiaritatem, puta dum lachrymis eius lauātem pedes laudat: dum coram sorore Martha causante, quod se solam reliquerat ministrantem, illam excusat: dum Lazarum eius fratrem resuscitabat mortuum, & cum plorāte plorabat: dum super caput suum illā vnguentum effundentem, ab apostolis murmurantibus defendit, & dum in horto non inuento eius corpore in monumento se quærenti, apparuit. Sequitur:

S. Ioannis ætas, carnis castigatio, & virginea puritas. *Ioan. 2* *Hierony.* *Prouer. 22* *Sapien. 6* *Virginū excellētia quanta.* *Damasce.* *Ioan. 2* *Lucæ 2* *Lucæ 7* *Lucæ 10* *Ioan. 11* *Ioan. 12* *Ioan. 20*

F

Conuersus Petrus, hoc est, retrospiciens, quis illum sequeretur, vidit discipulum, quem diligebat Iesus quoque sequentem. Christo enim dicente Petro, Sequere me, continuo corporaliter sequebatur Christum Petrus. Petrum vero sequebatur Ioannes, cum quo præcipua illi semper fuit consuetudo. Secundum Augustinum neuter illorum intelligebat, cur dixerit Iesus. Sequere me. Sed quid huc attinet, inquis, quod Ioannes hic seipsum describens, meminerit, quod in cœna super domini pectus recubuerit, & innuente sibi Petro, dominum interrogauerit, dicens: Domine, quis est qui tradet te? Cur hanc rem hoc loco inserit? Sed respondens Chrysostomus, Non ab re factum est, inquit, sed vt ostendat Petri post negationem fiduciam. Qui enim tunc non est ausus (puta in cœna) Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegerat: hic commissa sibi fratrum cura, non modo alteri vicem suam non mandat, sed & ipse magistrum pro Ioanne interrogat: & Ioannes quidem tacet, ipse autem loquitur. Præterea & suam in eum manifestat dilectionem. Diligebat enim mirum in modum Ioannem Petrus.

August. *Ioan. 13* *Chrysost.* *Amor S. Petri erga S. Ioannē quantus fuerit.*

Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu: Domine, hic autem qd? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere.

Dilexerat Petrus Ioannem, & nūc quoque diligere non desijt. Cum itaque Christum loquentem audisset de sua passione, qua Christum esset sequuturus, videns Ioannem quoque sequi, interrogat dominum cupiens scire, quo fine ille ex hac esset vita migraturus, & an vitam quoque ipse foret positurus pro Christo. Erat autem Petrus ad interrogandum velocior, diligens illum, & non libenter ab eo volens diuidi. Sæpenumero enim se sociauerant, vt ex Euangelistis liquet, & ex Actis apostolorum. Respondit ei Iesus, Ita tamen, vt nihil ex eius disceret responsione, sed magis dubitaret. Voluit enim Petrum compescere, qui in huiusmodi interrogationes feruentius solebat prosilire, nosq; simul erudire, nihil curiosius pręter diuinam voluntatem inuestigandum. Quasi enim Petro diceret, ait dominus: Quid ad te ptinet scire, quid

Matth. 17. 13 & 16 *Marc. 5. 9* *Lucæ 8. 9* *Ioā. 13. 18* *Actor. 3*

re,quid ego illi prouiderim? Tuum nō est vltra,quam ad te pertinet,quantumuis illum diligas,percontari. Sic eum volo manere: Aut,vt quidam legunt: Si eū volo manere,quid ad te? Tu me sequere.

Exijt ergo sermo iste inter fratres,quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere,donec veniam,quid ad te? G

Ex his Christi verbis ambiguus mox ortus est intellectus. Nam & discipuli hæc verba ita intellexerunt,quasi dominus dixisset, Ioannem vsque ad finem mundi victurum, quando denuo veniret dominus ad iudicium,cuius secundi aduentus sæpe scriptura meminit. Veruntamen Ioannes ipse hoc Euangelium scribens, huic cōtra dicit opinioni,asseueratque à Christo non dictum,se non moriturum,sed māsurum, donec veniat. (Ioannē quomō Christus manere voluerit, opinio diuersorū varia.) Quamobrem de Ioanne multiplex fuit opinio,cur illum, aut quomodo dominus manere voluerit. Fuerunt enim quidam (vt Augustinus refert) q tradunt eum non mortuū, sed sub terra dormientem viuere. Ad q̄d credendū illos mouet,q̄d legitur post longam senectutem sano & vegeto corpore sepulchrum intrasse, nec eius interim inueniri corpus, nisi q̄d scaturigo ibi inuenitur pulueris,atq; ebullitio terræ: quod ex flatu quidam putant (vt ait) venire dormientis. Hi circa finem mūdi credunt illum à somno excitandum,atque pro Christo passurum. Verum,hoc credendum facile nō est,quia verisimile non est,dilectiorem discipulum tanto tempore à gloria differri vsque ad diem,puta iudicij,nec alio honore aut gaudio,quam somni quiete perfrui, quum interim minores alij sancti æterna fruantur beatitudine secundum animam. Sunt alij, qui putant Ioannem translatum in paradisum,& cum Enoch & Helia tempore Antichristi rediturum,atq; passurum. Verum huic contra dicit opinioni Apocalypsis eiusdē Ioānis, (Apoc.11) vbi de duobus tm̄ narrat testibus, amicis suis,q̄s contra Antichristū mittet Deus in hūc mundū: Dabo, inq̄t, duobus testibus meis,& prophetabūt diebus mille ducētis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuę, & duo candelabra in conspectu dn̄i terræ stantes. His si Ioannes additus fuisset tertius,non tacuisset idem apostolus. Hieronymus (Hierony.) nihil ambigit,qn Ioannes fuerit mortuus: quādoquidem in sepulchrum suum ipse Ioannes vltro descēderit, interim tam ab omni dolore mortis,quam à carnis corruptione alienus. Verū quo Deus eius corpus absconderit,quidve cum illo operatus sit,eidem cui omnia arcana nota sunt,committit. H Tertia opinio omnium est verisimilior,q̄d Ioānes mortis sibi adesse sentiens tempus,iuxta dominicam reuelationem sibi factam (id enim omnibus fecisse apostolis creditur,quod in cœna vltima eis videtur promisisse,se scilicet ante mortē visitaturum & ad se accepturum eos,quando dixit: Cum abiero & præparauero vobis locum,iterum veniam ad vos,& accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum,& vos sitis) (Ioan.14) non languorem sensit, non lecto decubuit, sed in foueā descendens,leniter ad modum obdormientis tradidit spiritum. (S. Ioannes euāgelista quo pacto mortuus fuerit.) Vnde sicut beatissimæ suæ matri propter mortis dolorem, quē sub cruce ipsius stās pertulit,dolorem mortis sustulit, ita creditur ex singulari priuilegio Ioanni dilectissimo suo discipulo,& beatissimæ virginis custodi,æque sub cruce tempore passionis (Ioan.19) suę in amarissimis doloribus stanti concessisse,vt moreretur quidem ipse,tamen à dolore mortis liber, & virginea eius caro à corruptione maneret singulari prærogatiua immunis,quantotiusq; corpore & anima assumeretur in cœlum. Siquidem in eius sepulchro nihil aliud est inuentum, (S. Ioannes vt corpore & anima sit glorificatus.) quam manna resudans. Magnum & singulare est hoc. Verum,si Ioannis integritas, virginitas,synceritas, charitas, mansuetudo,laborumque & vitæ diuturnitas atque sanctitas singularis attendatur,mirum nō videbitur, vt tantus apostolus,quem dominus prædixerat, donec veniat, mansurum, absque passione aut supplicio, quomodo alij apostoli sunt mortui,mortuum quidem,sed corpore & anima mox rursus glorificatum.

Hic est discipulus ille, qui testimoniū perhibet de his, & scripsit hæc: Et scimus,quia verum est testimonium eius. I

Euāgelistarum vltimus post alios omnes,Euangelium scripsit beatus Ioānes, cuius diuinæ doctrinæ testem seipm̄, imo & ve

& veritatem subscripsit, asserens veritate hæc omnia esse valiata, atq; super ipsa veritate fundata. Scripsit autem sub Nerua Imperatore, circa annum sexagesimum quintum ab ascensione domini, rogatus ab episcopis Asiæ, vt propter insurgentes hæreses circa diuinitatem Christi, scriberet Euangelium, quod diuinitatem enunciaret Christi. Triduano igitur ieiunio indicto, & cunctis pro eo orantibus, scripsit hoc Euangelium suum, vnde hæc legimus, q̃d tam sublimiter est exorsus, vt humano vix possit capi intellectu. Fuit autem scribentis cura & studium, vt quod alij Euangelistæ satis dixissent, ipse præteriens taceret: quod illi tacuissent, ipse reseraret. Sciuit autem tum per experientiã, tum per diuinam reuelationem, tum per alia argumenta se non deceptum, sed Deo hæc omnia inspirante scripsisse. Postremo Euangelij sui veritatem per magna miracula, soli Deo possibilia, per nomen Iesu adstruxit. Quę nos quoq; legentes discimus, Deum testimonium perhibuisse veritati Euangelij S. Ioannis. Quomodo enim Asiam conuertisset aliter, nisi Euangelij prędicasset veritatem? Cuius vtiq; prædicationem Deus miraculis & signis suam esse atq; Euangelicam cõprobauit. Nos igitur his credentes Christum diligamus, Christum confiteamur, Christum imitemur, eiusq; apostolum Ioannem, quem nũc in ęterna sua fouet gloria, Deus in personis trinus atque natura vnus ab omni creatura sempiterne benedicendus, Amen.

S. Ioannes quando scripserit suum Euangelium

S. Ioannis scribentis Euãgeliũ q̃uã cura fuerit.

SERMO IN EODEM Festo. Vt Christum Iesum per aduersa & prospera constanter sequi debeamus: & de quibusdam eximijs donis sancto Ioanni diuinitus collatis.

K

DIxit Iesus Simoni Petro: Sequere me. Ioannis XXI. Dominus noster Iesus Christus, qui vt nos oues errantes ad ouile nostrum, puta cœlestem paradisum reduceret (procul enim ab Hierusalem patria nostra recesseramus in Hiericho) humanam assumpserat naturam, multis modis adhortari non destitit humanum genus, vt relictis illis, quæ ab æterna excluderent vita, id est, vitijs, pœnitentiam agerent, & ad veras excolendas virtutes, quibus vita obtinetur æterna, sese conferrent. Ea enim sola ex causa venerat in hunc mundum, vt nos ad amissam beatitudinem reuocaret. Itaque & verbis nos abundantissime instruxit, & præterea etiam exemplis animauit. Parum enim erat immensæ illius charitati legem nobis præscribere, quam seruaremus, parum itidẽ iter ostendere quo pergeremus, nisi etiam ipse se itineris ducem nobis præberet. Hac de causa quanta fecerit, quanta perpessus sit, omnes Euangelij paginæ loquuntur. Nimirum id præcipuum illius desiderium, cura, studium fuit semper, vt quibuscũq; posset rationibus ad rectam nos reduceret viam, à qua nos nimium aberrasse non erat nescius, atque ab indignissima dæmonum & vitiorum seruitute abstractos & liberatos, in libertatem filiorũ Dei nos restitueret. Sæpius igitur monet nos, vt se sequamur. Cur hoc? Ipse est enim via: & nemo venit ad patrem nisi per ipsum. Et ne fortassis per deuia erraremus, nesciremusque quo sit pergendum itinere, in seipso nobis om̃igenarum expressit virtutum exempla, quibus si inhęrere velimus, non possimus vnquam duci in errorẽ, aut aberrare à vera salute, ad quã vt diximus, nos reuocare maximopere voluit. Inspicienda erga nobis est vita illius, & qua eam ratione transegerit considerandum, vt quæ eum sectatum fuisse: perspexerimus, nobis quoque imitanda, quæ vero fugijsse, cauenda ac fugiẽda sciamus. Eo nanq; hortantur nos ea quoque verba quæ iam paulo superius recitauimus, quibus ait ad Simonem Petrum, atq; adeo etiam ad vnumquẽlibet e religione Christianum: Sequere me: tanq̃ diceret: Exemplum dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Hoc est enĩ sequi Christũ, eius vitã imitari. Ab hac Christi imitatione nemo exceptus est. Atq; eã ob rem, vt nemo se posset excusare, tanq̃ humanas excedat vires, sequi dñm saluatorem, idem ipse vsq; adeo vitã suã in om̃ibus temperauit, vt q̃squis bona saltẽ voluntate p̃ditus est, facile illi se possit conformare, in illis pręsertim, quę ad obtinendã salutẽ sunt necessaria.

Quod idcirco dixerim, q̃ quædã cum gessisse constat, quæ tamẽ nolit exigere ab oĩbus, cuiusmodi est, q̃ om̃ino pauper vixit in hoc mũdo, atque id genus alia, quæ magis

Lucæ 10

Matth. 4 Lucæ 4

Christus cur in mundum venerit.

Ioan. 14

Ioan. 21
Ioan. 13

Actus quã nam Christus suos nobis imitabiles proposuit.

Zacha. 9
1. Cor. 1

magis in consilio esse voluit q̃ p̃cepto, humano scilicet condescendẽs infirmitati: interim nihilominus in seipso perfectionis nobis exẽpla p̃bens, vt sciamus quæ sit voluntas Dei non solũ bona, quæ est oĩbus necessaria, aut beneplacens, quæ ad proficientes pertinet, sed etiam perfecta, quã non nisi absolutæ virtutis, id est, perfecti homines sectantur & inquirunt. Porro quod in omnibus semper mundi rerumq; labentiũ contemptum, quod profundam humilitatem, admirandam mansuetudinem, promptissimam nedum erga Deum patrem, sed etiam erga matrem sanctissimam & beatũ patriarchum Iosephũ, atq; etiam alios homines obedientiam, itemq; fidissimã charitatem, beneuolentiam, fidem, patientiam, multasq; alias virtutes præ se tulit, id nimirum omnibus in commune proposuit imitandum. Hæ sunt enim veræ virtutes, sine quibus nemini patet aditus ad regna cœlorum: & de his intelligi debet, quod ait: Sequere me. Videat iam vnusquilibet vitã illius, & quibus ea fulserit virtutibus, easq; in se exprimere curet. Nec frangatur animo, si quædam, præsertim in initio sese offerat difficultas, sed de Dei sui ope ac pietate securus perseueret in hoc tã salutari proposito, & paulatim eo pertinget, vt quod prius durum ac molestũ experiebatur, postea iucundum ac suaue sentiat. Non enim potest mentiri veritas, quæ ait: Iugum meũ suaue est, & onus meũ leue. Verum non deerunt, qui in partem diuersam, studiaq; plane contraria Christum sequi instituentem illicere ac pertrahere conentur. Habemus enim omnes & singuli tres hostes capitales, qui noctes atq; dies magna importunitate ad suas partes nos inflectere, & à Christi imitatione abducere moliunt. Hostes isti caro sunt, & mundus ac diabolus. Hostes reuera pernitiales, & q innumeros traxerint in tartara. Caro quidem suis nos nititur irretire voluptatibus, fœdisq; cõcupiscentijs: mundus ostentat ac ingerit obtutibus nostris quæ auare ambiamus: diabolus animum quodam tumore ac elatione inflat, nec finit nos humilem Christum per placidissima humilitatis itinera seq. Ita iam habemus hic concupiscentiam carnis, cõcupiscentiam oculorũ, & superbiã vitæ: quæ vt sunt vitiorũ omniũ radices, ita perpetuo sese nobis ingerunt, & velut in animos nostros irrepere nitunt, hac vtiq; sententia, vt Christũ eiusq; gratiã à nobis excludant.

Roma. 12

Virtutes quãnam omnibus imitabiles Christus proposuit

Virtutes Christiformes q̃d si faciat suaues. Matth. 11

Hostes tres capitales nobis quinã sint.

Ioan. 2 Radices vitiorum omnium quæ sint.

Quod q̃a non latuit pijssimũ animarũ nostrarũ medicum, ne horũ præstigijs & fallacijs seduceremur, iussit vt se potius sequamur, certus videlicet nullã esse efficatiorẽ ijs resistẽdi eaq; superãdi rõnem, q̃ si ipsius vestigijs inhęreamus. Itaq; si blãditur caro, & suis nos oblectamẽtis illaqueare tẽtat, mox vertẽdus est animus ad exẽpla Christi Iesu cõsideranda, vt videamus, q̃ ille semp carnem suã licet innocẽtissimã multis afflixerit modis, puta ieiunijs, etiam diuturnis, p̃cibus admodũ prolixis, laboribus, fatigatiõibus, fame, siti, frigore, ęstu, nuditate, (Nã semp caput ac pedes nudus incessit) alijsq; similibus, atq; ex his si non oĩa, saltem quędã etiã nos ad edomandam carnis petulantiã assumamus. Absit em̃, vt quisq; ita sit stolidus, vt putet absq; vllo labore vel dolore posse se carnis vitia supare. M

Carni hosti q̃ resistendã sit.

Matth. 4 Marc. 1 Lucæ 4

Porro si mũdus vanis suis p̃missis euertere nos conet, opesq; nobis & amplas possessiones fallaciter ingerat, itidem ad Christũ, tanq̃ efficacissimũ aduersum quęuis venena antidotũ mentis oculi referẽdi sunt, vt inspiciamus, quãtopere oẽs vitę temporariæ etiã necessarias facultates ipse spreuerit, adeo vt nec tãtillũ quidẽ ex rebus p̃sentibus cõmodi habere cõsenserit, vbi caput suũ reclinaret. Qua re dubiũ non est, quin mũdi huius bona maxime contẽnenda declarare voluerit. Demũ si damnatus ille malorũ spirituũ cœtus animi fastu ac superbia nos inflare moliatur, vt ambiamus honores & põpas vitæ labentis ac momentaneæ, rursum ad Christũ Iesum spectãdum animi obtuens intendendi sunt, vt religiose ac sedulo intueamur, vt ipse olim cum se sciret rapiendũ à populo ad regni fastigia, plane refugerit, seseq; occultarit, totoq; vitæ suæ spatio semp abiectissimus & despectissimus vixerit, vt sua humilitate & nos fidissime instrueret, & dæmonẽ supbissimũ prorsus elideret ac cõfutaret. Itaq; semp in Christo Iesu tanq̃ optimo ac p̃clarissimo duce efficacissima inueniemus aduersus q̃uis vitia, in quæ nos iam memorati hostes pellicere velint, remedia, si tantũ non recusemus oculis cordis eius exẽpla fideliter ac studiose intueri, & imitanda suscipere.

Mũdus hostis quinã vincẽdus.

Matt. 8 Lucæ 9

Dæmõ hostis q̃nam superãdus

Ioan. 6

Cur em̃ alioq nos seq iuberet, nisi ipse p̃be nosset, in sua vita, tanq̃ in speculo clarissimo oĩigenas relucere virtutes, q̃bus nos contra omne vitiorum genus, qualia N

Matth. 4

g ij qualia

qualia ea sint, communire queamus? Vnde maximopere dolendum, & omni lachrymarum fonte plangendũ est ab oĩm fere Christianorum cordibus, eorum quę idem ipse benignissimus Saluator noster ꝓpter nos assumpsit, fecit & perpessus est, memoriam ita prorsus exclusam, vt nihil minus libeat, q̃ eorum vel tenuiter meminisse. Et tamen ipse dñs sciens ex quanta, quamq; incõprehensibili charitate & misericordia talia egisset ac pertulisset, quãtus item ad nos ex grata & pia illorum recordatione redeat fructus & vtilitas, præcelsissimũ sui corporis & sanguinis sacramentũ instituit, nobisq; cõficiendum & sumendũ dereliquit, in sui, vt ipse ait, cõmemorationem, vt scilicet in mensæ charitatis, ærumnosæ vitæ, acerbæ passionis, & ignominiosissimæ mortis ipsius perpetim memores essemus, atq; q̃tidianus tanti sacramenti vsus & aspectus horum nobis memoriam iugiter refricaret: ex ipsa autem frequenti & sedula eorum commemoratione primo quidẽ videremus, atque perspiceremus, quænam eligenda, quæve fugienda sint, deinde etiam ad ea siue amplectẽda, siue respuenda accederemur. Hoc enim præstat deuota & frequẽs vitæ & passionis Christi cõmemoratio, vt nõ solum quid vitium, quid virtus sit, inde perspicue intelligamus. Verũetiam paulatim magis ac magis vitiorum odio, & virtutum amore inflãmemur, atq; adeo etiã ad omnem diuinam capessendã gratiã apti, ac habiles reddamur. Nec poterit vnq̃ præstare id quod Christus hortatur & iubet, dũ vt se sequamur præcipit, quisquis illius vitæ & passionis vitam ducit immemorem. Quomodo eñ sequeris illum, cuius nõ habes vllã certam notitiam? Qui vero illum nosse queas, cuius res gestas ac vitæ ordinem, itemque exempla & vestigia contueri, & explorata habere non curas? Ergo vt idonei simus sectatores Christi, nõ nos pigeat identidem animo & cogitatione cõplecti ea, quæ ipse propter nos agere ac perpeti non est dedignatus. Et vt libẽtius his commemorandis operam demus, quãdo ita se offert occasio, placet hoc loco nouem recensere haud vulgares vtilitates, quas dominus Iesus cuidam amico suo per reuelatiõem indicauit assequi eum, qui eius passionẽ subinde ad memoriam reuocet. Prima vtilitas est, quod hoc ipso ab omnibus repurgatur vitiis, & quicquid neglexit, Christi meritis resarcitur, atque restituitur. Secunda, quod aduersum hostes suos vsque adeo corroboratur, vt eum superare non possint. Tertia, q̊d vires accipit ad quaslibet colendas virtutes, & quæuis bona exequenda opera. Quarta, quod quamlibet breui temporis spatio in ea commemoranda sese occupet, semper anima illius in Dei gratia renouatur. Quinta, quod deuote eam commemoranti, Christus ipse libẽter adest. Sexta, quod arcana, quæ Deus pater Christo manifesta reddidit, etiam ipsi libenter Christus reuelat. Septima, quod ante obitum ad perfectionis eum apicem Christus perducet, & vita functum cum amantissimis amicis suis remunerabitur. Octaua, quod nulli vnquam seriæ ac rationabili petitioni illius Christus negabit assensum. Nona, quod in morte Christus ei aderit, atq; ab hostibus defensum, de vita æterna certum ac securum efficiet. Has vtilitates quum dominus, vt iam diximus, cuidam excellentis meriti amico suo reuelaret, simul eidem conquestus est paucissimos inueniri, qui ipsius velint leuare onera, eiusque angustiis, doloribus & afflictionibus compati, & ad mentem reducere, quæ propter nos perpeti dignatus est, quum tamen certissimum sit, etiam neglecta & perdita omnia in præclarissimo passionis eius thesauro reperiri, restaurari, ac recuperari posse. Atque equidem affirmare nõ dubitem non aliam esse causam maiorem, cur Christianorum multo maxima pars vsq; adeo in omne vitiorum genus præceps ruat, nisi quod tantam Christi charitatẽ, quã nobis in assumpti hominis vita & passione abundantissime declarauit, nolunt reuocare ad memoriam, atque pro ea debitas Deo gratias agere. Multa hinc leguntur tremenda & metuenda in scriptis sanctorum virorum, atque etiam in Reuelationibus sacratissimæ illius viduæ Brigittę, quarum non est leuis apud pios omnes autoritas. Verum dum hæc de dominica passione agimus, videbimur fortassis dilectissimi, recessisse ab instituto. Sed quisquis rem bene perpenderit, nihil nos alienum attulisse sentiet. Cum enim dominus nos se sequi hortetur, id autem fieri non possit, nisi quæ ab illo nobis imitanda proposita sint nouerimus, eaque non nisi sedula eorum quæ pro nobis egit & perpessus est cõmemoratione discãtur, nihil

Tepor huius seculi Christianorum quanto lachrymarum fonte plangendus.

Passionis dñicæ frequens cõmemoratio qd frugis adferat.

O Passionem dñicã deuote meditatã nouẽ proferre vtilitates.

P Pctõrum multiplicationis hoc nostro seculo causa præcipua quæ sit.

D. Brigittæ librorum autoritas.

nihil à proposito fuit alienum ad commemorandam vitam & passionem illius vos adhortari. In ijs enim maxime elucent virtutes eius, ad quarum imitationem nos inuitat, dum ait: Sequere me. Quod paulo significantius sanctus Ioannes Euangelista his verbis expressit: Qui dicit se in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare. Cuius quidem admodum præcellentis apostoli & Euangelistę, quando festũ hodie diem colimus, committere nõ debemus, quin vestrę charitati ad honorem Dei vestramq; ædificationem de illius eximijs quibusdam virtutibus atq; prærogatiuis nonnihil proferamus. Cur enim sanctorũ ab Ecclesia solennitates celebrantur, nisi vt illorum res præclare gestæ virtutesq; & dona, quibus diuinitus aucti sunt, hominibus proponãtur, quo ea tum imitari, tum desiderare, quatenus fas est, studeant, atque eorum implorent patrocinium, & apud seuerissimum iudicem Deum eos sibi adiutores ac defensores parent? Difficillimum autem reuera fuerit, imo & impossibile huius præclarissimi apostoli merita pro dignitate extollere, atque eius virtutes congruis celebrare encomijs. Sed tamen propterea eas omnino ceu canes muti silentio præterire non debemus. Dicamus ergo inde vel parũ aliquid ad honorem Christi, & tanti apostoli venerationem. Certe dubium non est, quin in hunc vnum tot suæ gratiæ dona contulerit dominus Iesus, vt merito Christiani omnes singulari eum studio, amore & honore prosequi debeant. Et vt multa summatim perstringamus, fuit apostolus, & quidem ex præcipuis vnus: fuit Euangelista, imo princeps Euangelistarũ: fuit propheta, fuit martyr, fuit cõfessor, fuit virgo pudicissimus: in cœna supra pectus domini recubuit, dulcedine corporis & sanguinis eius ebriatus, haustumq; sapientiæ & gustum dulcedinis diuinæ percepit: fuit post mortem Christi peculiaris virginis matris custos & filius, fuit Christo inter apostolos longe charissimus, fuit eiusdem Christi consobrinus, fuit denique Christo patienti & morienti comes pene indiuiduus atque fidissimus. Vides quam multis sit decoratus ornamẽtis: quæ si particulatim fusius explicare ac pertractare velimus, quanta hic erit laudum eius materia, quam ingens campus? Sed fortassis onerosi essemus. In ipso Euangelio quod scripsit, in epistolis item & Apocalypsi sua nonne singulari quadam cœlestis gratiæ aspiratione vsus videtur? Quã cũcta illius verba p̃e ignea sunt, & diuinũ spirãtia amorem, vt de eo peculiariter dictũ videri possit: Ignitum eloquium tuum vehementer. Quantopere conatur tum Dei erga nos cõmendare nobis amorem, tum nostrum in Deum & proximum verbis mellifluis & vere aculeatis accendere? Quam dulcissimo vbiq; spiritu vtitur, vt vel ex hoc ipso agnoscas in eis castissimo pectore nil nisi amorem, benignitatem, dulcedinem, pietatem, misericordiam resedisse. Iam quid non venerationis habet, quod (sicut in Ecclesiastica refertur historia Eusebij Cæsariẽsis) quum iuuenem quendam cuidam cõmendasset Episcopo, isq; primo quidem diligẽtissime eius gessisset curã, sed postea remissius se gerens, iuueni tantorum quodammodo malorum præstitisset occasionem, vt flagitijs omnibus se manciparet, multisque sibi adiunctis, latrocinia crudelissime, ceu eorum princeps exerceret, idq; aliquãto post sacratissimus Christi apostolus resciisset ex ipso cui eum commendarat Episcopo, scidit vestimẽta sua, & cum ingenti gemitu feriens caput suum, ita ait ad Episcopum: Bonum te custodem animæ fratris dereliqui. Nec his contentus, mox iter arripuit ad montem, in quo iuuenis ferocissimus demorabatur: cumque ad eum venisset, & iuuenis agnito eo, actus pudore in fugam verteretur, D. Ioãnes ętatis oblitus, tantum salutem illius miseri cogitãs, eum insequitur, atq; post eum clamat: Quid fugis o fili patrẽ tuum? Quid fugis inermem senem? Miser hære: noli timere, adhuc habes spem vitæ. Ego Christo rationem reddam pro te, &c. His auditis substitit iuuenis: & vehementissimo animi dolore compunctus, apostoli pedibus prouolutus est. Sed & apostolus eius genibus prouolutus eius dexteram tanquam iam per pœnitentiam purgatam osculari cepit. Deinde ad Ecclesiam eum reduxit, & indefinẽter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam à Deo, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Nec prius abstitit, quam eum in omnibus emendatum etiam Ecclesię pręficeret. Si cui libet huius rei pleniorem habere notitiam, legat historiam Ecclesiasticam Eusebij

Ioan. 21
1. Ioan. 2
Solennitatis sanctorum celebrandi ratio quæ.
Ioannis Euangelistæ prærogatiua & sanctitas quanta.
Psalm. 118
Zelus animarũ quã[tus] pectori D. Ioannis apostoli insederit.

sebij Cæsariensis, libro III. cap. XXIII. Nos in compendium, quę ibi latius referuntur, contraximus. Quis hanc tantam apostoli iam senio grauati charitatem non toto animi affectu & summo studio exosculetur & prædicet? R Quis non omni amore & veneratione tam pijssimum senem prosequatur? Audiuit ouem raptam lupi tartari dentibus, nec sine vitę periculo eam recuperare licebat, & tamen intrepidus pergit ad ipsam latronum arcem, & quasi tota salus sua ex illa anima penderet, ita anxius eam nitebatur ad viam reducere, & ne peccatorum suorum magnitudine deterreretur, etiam se pro ea Christo rationem redditurum pollicebatur. O quam excellenter ipse egit, quod in sua docet epistola, ita dicēs: Et nos debemus pro fratribus animas ponere. (1. Ioan. 3) Agedum dilectissimi honoremus tam præcellentis meriti, tam flagrantis charitatis apostolū Dei, eiusq; suffragia apud Deum quotidianis precibus ambiamus. Nec dubitemus, quin propensissima volūtate nostri apud Deum curam sit habiturus iam beatus in cœlis, qui olim adhuc fragili indutus carne, tāta sollicitudine perditum iuuenem quæsiuit, inuentum reduxit, ac reducto veniam impetrauit. Nemo prorsus ambigat charissimi vnum ex præcipuis esse beneficijs Dei, vt quis erga illius sanctos, maxime tam illustres & eximios piæ deuotionis & amoris affectu pręditus sit. (Beneficiū Dei quale vt q's sanctorū venerationi deditus sit.) Esto Lutherus & eius asseclæ sanctorum inuocationem damnēt. Num propterea nos non debemus sanctos venerari, eorumque poscere suffragia? (Lutheranorum in sanctis impietas quanta.) O venenatam diaboli linguam, quæ per os Lutheri miseram ac rudem plebeculam intantum fascinauit, vt etiam idololatriæ crimen putent sanctis honorem exhibere. Et tamen pij omnes nihil dubitant clementissimum Deum innumeros à grauibus periculis, imo & ab ipsa æterna damnatione sæpius liberasse, eo tantum nomine, quod sanctos eius aliquo venerationis studio prosequuti fuerint. Hæc ita sunt manifesta, ec infinitis pene probata exemplis, vt superfluum sit pluribus inde agere. Gaudeant & gratias agant Deo, quotquot se alicuius sancti amore præditos sentiūt, nec quicquam curent dæmonis præstigia, quibus hodie innumeros à diuorum veneratione pœnitus abstraxit, non aliquo sanctorum damno, qui iam perfecta cum Deo beatitudine perfruūtur, sed ineffabili miserorū detrimento, qui cum Deū suis pctīs grauissime offendūt, etiā oēm sibi spem venię pcludūt dū amicos Dei cōtemnūt, q̄rum meritis & pcibus possent adiuuari apud Deū, queadmodū innumeris euenisse constat. Possem hoc loco etiā certa recitare bñficia, quæ Deus oīpotens speciatim per hūc B. Ioannem apostolū suū multis impertijt ip̄m pie inuocātibus, sed vitāda prolixitas est, & finis nostro sermoni imponēdus. Itaq; dilectissimi, vt ab initio dixi, sequamur Christum, & qcquid siue caro, siue mūdus, siue diabolus, q̄d ab illius voluntate discordet, nobis ingesserit, penitus contēnamus, atq; vt hac in parte firmiores simus muniamus nos sedula vitę & passionis eius cōmemoratiōe: & ne forte nostris vitijs Deus offensus gratiā suā nobis infundere nolit, q̄ hæc pstare possimus, hūc B. apostolū & Euangelistā p nobis apud Deū intercessorē adhibeamus: q̄d quidem facilime efficiemus, si q̄tidie aliqd ei veneratiōis impēderimus, deuotisq; eū pcibus pulsauerimus, vt suis pcib. Christi nobis gratiā cōciliet, q cum patre & spū sctō viuit & regnat deus in secula seculorū.

IN FESTO SANCTORVM INNOCENTVM martyrū, Lectio epistolæ loco, ex Apocaly. Ioannis apostoli, cap. XIIII.

IX. IN diebus illis, Vidi supra montē Sion agnū stantē, & cū eo centū quadraginta q̄tuor milia, habentes nomē eius, & nomē patris eius scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de cœlo, tanq̄ vocē aquarū multarū, & tanq̄ vocē tonitrui magni: & vocē quā audiui, sicut citharædorū citharizātium in citharis suis. Et cantabāt quasi canticū nouū ante sedē, & ante q̄tuor aīalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticū nisi illa centum quadraginta q̄tuor milia q empti sunt de terra. Hi sunt q cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines em̄ sunt. Hi

Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitię Deo, & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula sunt ante thronum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Qvandoquidem hodie sanctorum innocentum martyrũ, solennitatem celebramus, q Christo recens nato neq; intelligendo, neq; operando, sed tantum moriendo reddiderunt, atque eo genere martirij ab impio Herode coronati sunt, quod solo opere non voluntate suscipitur, congrue nimirũ præsens Lectio Epistolæ loco in Ecclesia recitatur, vtpote in qua mentio fit virginum simul & martyrũ, cuiusmodi hos beatissimos paruulos fuisse constat: tametsi ipsa Apocalypsis verba ad solas virgines possint accommodari. Ait ergo S. Ioannes: Vidi per spiritalem intelligentiã, aut imaginariam visionem, agnum stantem, de quo sacratissimus Christi Baptista Ioannes olim dixerat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: agnus vtiq; ob singularẽ innocentiam & mansuetudinẽ, qui peccatum nõ fecit, & corã tõdentibus se ministris diaboli, prsus obmutuit, ne vnũ saltẽ aspius verbũ pferẽs. Hũc ergo stantẽ vidi, tanq̃ paratũ ad ferẽdũ auxiliũ cũctis eius opẽ polcẽtibus, supra montẽ Siõ. i. vel militantẽ, vel triumphantẽ Ecclesiã. Vtriusq; enim rex & princeps atq; caput est Christus, sicut eius verbis in Psalmo dicitur: Ego aut constitutus sum rex ab eo sup Siõ montem sanctũ eius. Et cum eo centũ quadraginta quatuor milia, subaudi, stantes erant. Siquidẽ etiã sancti mortalibus auxilio sunt. Positus est autem hic numerus definitus p indefinito, quo sanctorũ illorum vniuersitas compræhenditur, de quibus hic agit. Per ipsa vero centum quadraginta quatuor milia intellige cunctorum martyrum agmina, qui carnis & mentis integritatem seruauerunt. Apud Deum enim illi maiori excellunt dignitate, quos martyrum simul & virginitas exornãt: q̃squidem pprius ad eũ accedũt, & q̃cunq; ierit, eũ sequũt, eo q̃d nõ mõ corporis integritate sed etiã ppessionis amaritudine ipm imitant. Aut si magis placet, de solis virginibus accipe. B Porro numerus iste magno haud vacat mysterio. Per centũ em̃ sepe q perfectum est in diuinis literis significatur.

Apo. 14 | 1.Pet. 2 / Esaie 53 | Psal. 2 | Martyrij simul cum carnis virginitate excellens sit munus | Numerus centenarii q̃d mystice significet

Quadragenarius quoque numerus vel decalogi & legis completione, vel alijs occultis rõnibus in mysterio est cõsecratus. Quaternarius itẽ vel ppter q̃tuor Euãgelia, vel q̃tuor paradisi flumena, vel q̃tuor paradisi virtutũ principaliũ exercitationẽ sacratus est. Millenarius denique etiam crebro tanquam absolutus ponitur. Vnde quod alibi Sanctus Ioannes in Apocalypsi dicit sanctos cum Christo mille annis regnaturos, non ita accipiendum est, vt qdẽ inepte senserũt, q post resurrectionẽ in terris tot annis sint regnaturi, sed q semp in oĩa futura secula seculorũ. Neq; otiose hic trãseundũ est, q ait hæc centũ q̃draginta q̃tuor milia supra mõtẽ Siõ stetisse. Cũ sint em̃ ipsi mõs Siõ, quõ stãt supra montẽ. Itaque hoc de ipsorũ excellẽtia intelligendũ est, q̃ aliorũ fideliũ sublimitatẽ transcendũt: aut certe q̃d etiã seipsos trãscẽderint. In carne em̃ pter carnẽ viuere, angelicæ potius dignitatis, q̃ humanæ fragilitatis est. Habentes nomẽ eius. i. fidẽ vñ appellant Christiani, & nomẽ, patris eius. i. fidẽ q̃ vocant filij Dei scriptũ p indeficientẽ pseuerãtiã in frõtibus suis, p publicã ac manifestã cõfessionẽ, q̃ nõ erubuerũt cõfiteri ea q̃ sunt ṽitatis fidei Christianæ q̃ filius Dei, vt à patre didicerat nos edocuit. Et audiui auribus internis vocẽ de cœlo siue triumphãtis, siue militantis Ecclesiæ tanquam vocem aquarum multarum vel quia multi erant, quorum audiebat vocem, vel quia ardentissime & totis viribus laudabant, Deum. Et vox quam audiui sicut citharędorum citharizantium in citharis suis. Nanq; & Deo sanctisque angelis eius gratissima, & mihi Ioanni eam audienti longe suauissima erãt

C Et cantabant quasi canticum nouum, .i. de incorrupta mentis & corporis integritate, & p Deo ppessis cruciatibus gaudebãt Nõ dicit, nouũ, sed q̃si nouũ. Nõdũ em̃ pfecta ẽ sctõrũ beatitudo, q̃ tũ cõplebit, cum corpora sua receperint, in quibus dumhic essent Deo & iustitiæ militarunt. Cantabant autem ante sedem Dei, id est, coram angelicis spiritibus, in quibus Deus residet, & ante quatuor animalia & seniores,

Quadragenarius numerus q̃d mystice significet | Millenarius numerus q̃d signet mystice Apoc. 20 | Hierony. | Roma. | Beatitudo sctorũ q̃n pficietur

id est, præcipuos sanctos, vel prædicatores & iudices. Et nemo poterat dicere canticũ nisi illa centum quadragintaquatuor milia. Nõ enim poterit de mentis & corporis incorrupta virginitate gaudere, nisi q ea ꝑditus fuerit, ne ipse quidem Apostoli-
1.Pet,1 ci ordinis princeps Petrus Apostolus, qui vxorem habuit. Qui empti sunt de terra, redempti pretioso sanguine agni immaculati, & a terrena concupiscentia eleuati, aut ab hominum carnalium numero selecti & segregati. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Ecce habes carnis integritatem. Hi sequuntur agnum quocunque ierit: habes & passiõis imitatiõem. Vel intellige de solis virginibus, qui mentis & corporis intemeratam seruauere castimoniam. Hi empti sunt ex omnibus, id est, tota hominum frequẽtia primitiæ Deo & agno, tanquam præcipue illis chari ob virginitatis ac passionis meritum, vel ob inuiolatũ corporis pudorem: & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Non enim potuerunt abduci vllo suppliciorum genere, vt dæmonũ idola mentirentur Deos esse, sed veritatem constantissime professi sunt. Quod ad nostros beatissimos innocentes martyres attinet, eos quidem certum est nullum vnquam mendacium protulisse. Sine macula sunt ante thronum Dei: qui tametsi originis maculam contraxerint, tamen vel circuncisione, vel sanguinis sui effusione penitus sunt expiati. O beatos & vere immaculatos paruulos, in quibus nihil hæsit vitij, qui ante pro Christo & Deo occisi sunt, quam vllam vel Christi vel Dei notitiam haberẽt, quos sibi Christus in hunc mundum editus martyrum suorum primitias consecrauit, & paruus adhuc paruulos
Matt.19 collegit, tanquam iamtum diceret: Sinite paruulos venire ad me talium est enim regnum cœlorum.

EXEGESIS EVANGElij in eodem festo. Matth. II.

D IN huius diei Euãgelio luculenter nobis describit tũ ipsiusdñi vixdũ nati eiusq; matris castissimæ matris durũ & miserabile exilium, quod ob declinandam Herodis reguli sæuitiã Rex cœli & terræ propter nos infirmus tolerare voluit: tũ beatissimorũ paruulorum crudelis ac inhumana necatio, quos idem Herodes humana quidem vsus calliditate, sed plusquam belluina feritate neci dedit eo consilio, quod se speraret inter cæteros etiam illum quem quærebat, sed ignorabat, infantem posse perimere. Atqui o quanta est humana versutia cõtra Dei cõsiliũ. Vnũ Christũ molit extinguere, & non solum Christo nihil nocet sed etiam illos quos se occidisse putauit, potius ad vitam misit coronandos. Inter hæc dilectissimi id primum debetis aduertere, quam tener dominus noster Iesus Christus huius mundi persecutiones & odia ac iniurias ceperit experiri, quam ab ipso matris vtero pro nostris peccatis Deo patri satisfacere innumeris perferendis incommodis, subeundis laboribus, tolerandis pœnis & cruciatibus sit exorsus. Verum ad ipsam iam Euangelij explanationem accedamus.

Angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens.

Posteaquã enim puerum Iesum in templo obtulerant parentes eius, iam redire parabant in Nazareth. Sub idem autem tẽ-
pus Deus misit angelum suum, qui diuini adhuc ignarum consilij sanctum Iose- Matt.1
phum admoneret, vt cum puero & matre eius secederet in Aegyptum. Factaque est hæc apparitio sub specie seu visione imaginaria. Solent enim in somnis fieri diuinæ reuelationes, quod tum sensus vacent, & phantasia quietior fit. Sæpius autẽ huic beatissimo patriarchæ Iosepho angelus domini apparuisse legitur, neque id immerito: quandoquidem præcellentis meriti virum eum fuisse multa declarant: vnde iam nonnihil obiter dicturi sumus. Et iustum quidem eum fuisse etiam ante natum saluatorem, Euangelista Matthæus testatur. Quod si attendas verissimo matrimonio iunctum eum fuisse sacratissimæ virgini Mariæ, qua nihil vnquam sanctius mundus habuit: quæque mox Deum paritura erat, nonne hoc ipso omnino persuadere tibi cogeris, nunquam id Deum permissurum fuisse, nisi illi tam singulari virgini & corporis ac animi pudicitia, & morum integritate

Reuelationes quã potissimũ fieri solitæ sint.

Matth.1 Iosephi excellentia quanta fuerit

tate & vitæ sanctimonia maxime consimilis fuisset, atq; ob id dignus planc, qui filij Dei nutritor & pater putatitius, tantæque virginis coniunx fieret? E Credamus ergo (nam id quoque ad Saluatoris nostri cedit honorẽ) hunc reuerendissimũ virũ virginitate purissima, humilitate pfundissima, tũ Dei tum pximi amore feruẽtissimo, contemplationis gratia haud vulgari salutis animarum zelo vehementissimo multisq; aliјs præclaris virtutibus & charismatibus instar sponsæ suæ sacratissimæ virginis Mariç præditum fuisse. Et quia diuinis abunde illustrata fulgoribus virgo beata eum sibi sponsum & virginitatis suç custodem ac vitæ solatium, itẽq; nutritiũ ex se nasciturі filij Dei diuinitus datum optime nouerat, omnemque interioris hoĩs eius statum non ignorabat, nihil ambigi potest, quin eum castissime & feruentissime dilexerit. Quomodo enim non posset non modo non vehementer amare, sed etiam præcipua in veneratione habere eũ, cui præ cunctis mortalibus id à Deo honoris delatũ cerneret, vt filij eius custos & nutritius esset? Quis vero cogitare sufficiat quã ignitas pro illo ad Deum preces sæpe fuderit, quantumq; ijsdem suis præcibus illi profuerit apud Deum? Si enim virginem sacratissimam omni gratia & virtute plenam fuisse credimus, qui fieri possit, vt cum continuis vtereĩ beatissimi Iosephi seruitijs, non rursum illi quicquid potuerit præstiterit, maxime apud Deum, feruentissime pro illo obsecrando, vt Deus in eo sua dona magis ac magis augmentaret? Nam nisi ita egisset, posset ingratitudinis argui, quæ ab ea semper longissime abfuit. Iam si diligenter perpẽdas tam diuturno eoq; ppetuo & admodũ familiari vsum tantæ virginis & ipsius quoque filij Dei cõtubernio, habes nimirũ rationem efficacissimã, qua etiam cogaris credere in omni virtute in dies mirifice eum profecisse ac summe perfectum fuisse. Si enim cum sancto sanctus & cum innocente innocens eris quomodo ille non sanctissimus & innocentissimus habendus est, qui cũ sanctissimis & innocẽtissimis puta matre Dei, & filio Dei, cui vsq; ad vltimũ spiritũ, vt pater officio, & nutritius beneficio cõuixit, assidue versatus est? F Porro si attendas eundem Dei filium eidem reuerendissimo viro & beatissimo patriarchæ semper prõptissime obtemperasse, ac ei ceu patri reuerenter detulisse, sæpius quam eũ dulcissime amplexatum, deosculatum consolatum fuisse (Hæc enim omnia pia mens libere secum cogitare potest) omnino sentias oportet, non potuisse non summo cum diuinitatis amore accendi, qui tanta tam stupenda & cunctis inaudita seculis in se experiretur beneficia Dei. Non enim fas est putare filium Dei non maximis eum affecisse beneficijs, cuius erga se perpetuam eamque ineffabilem curam, sollicitudinem, ministerium experiebatur. Quam etiam curam & sollicitudinem beata virgo manifeste in eo depræhendit, quando filium suum amiserat. Vnde postea eidem inuento sic ait: Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. O quid non doleret venerandus patriarcha amisisse se Deum ac dominum suum in quem vnum totum cordis, & spiritus sui amorem contulerat? Denique si omnipotens Deus ei quem ad aliquem statum vel officium eligit, etiam cuncta gratiæ suæ dona illi vel statui vel officio necessaria infundit, hunc autem beatissimum Iosephum ad tantam elegit dignitatem, vt filij sui patrẽ eum secum vellet haberi, efficax hinc ratio sumi potest, summis eum & præclarissimis virtutibus ornatum fuisse. Non enim decuisset talem ac tantum filium, patrem quamuis putatitium se indignum vel saltem minus dignum habere. Minus dignus autem videri poterat, si non omni virtute admodum præcellenter instructus atque decoratus fuisset. Sed hactenus de tanti patris sanctitate & præstantia singulari dictum sit satis. Vtinam cũ mereamur habere propitium apud Deum. Tali igitur tanque Illustri patriarchæ angelus domini in somnis apparuit. Sed cur non potius ipsi virgini & matri Saluatoris? Potest dici, quod Spiritus sanctus in hoc deferre voluit sancto Iosepho, vt qui à Deo ad id electus erat, vt tũ Saluatoris, tum matris virginis curam gereret, etiam diuinitus, qua id ratione fieri oporteret, edoceretur? Quid autem angelus sancto Iosepho mandauerat, sequentia verba declarant.

Amor inter sanctã Mariã & diuum Ioseph q̃ fuerit castissimus

Ioseph sanctitas q̃nta fuerit.

Psalm. 17

Conuersatio pueri Iesu cũ Ioseph q̃lis fuerit.

Lucæ 2

Matt. 2

Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.

O ve-

G O vere triste nuntiũ, ipsi qdem S. Ioseph graue, sed virgini matri, pſertim tã tenerae, tã verecundae longe grauissimum, idque non tam sua, quam infantuli Iesu, cuius vicem summe dolebat, causa. Surge inquit. Non licebat filio Dei in illa tam tenera aetate vel quietum somnum capere, iubetur sanctus Ioseph e somno surgere. Ergo non poterat Deus pater filiũ suũ tueri, nisi in tenebris fugientẽ? Sed nolebat parcere amãtissimo vnigenito suo vt nobis miseris, nobis pditis parceret. Vide in hoc ipso immẽsam erga nos charitatẽ dei, vt scias q̃ntũ illũ amare, quã illi gratus esse debeas. O quã verũ est, quod per prophetam quendam ipse dicit: Diligam eos spontanee: & per alium: In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans. Quomodo enim nos vnquam mereri potuissemus tantam erga nos benignitatem Dei, nisi quia ipse suapte spõte, ac gratuita bonitate sua talem se erga nos praebere voluit? Simul autem consideres hic velim, quam molestum fuerit tum matri virgineae, quae plus minus sextum decimum aetatis annum tum agebat, tum domino Saluatori adhuc tenerrimo infantulo, tum ipsi venerando seni Ioseph, tam longinquum & ignotum carpere iter. Vides nimirum, vt Saluator pĳssimus in ea aetate, quae omnis laboris & doloris summe impatiens est, laborem & dolorem molestissimum perpeti voluerit.

Osee 14
Hiere. 31
In qua suaetate christus pati coeperit

Attẽde singula curiosius. Ioseph admonitus ab angelo confestim surgit & matrẽ excitat. Illa totis concussa visceribus anxia & tremens arripit paruulũ Saluatorẽ & iter accelerat. Puer ita praeter solitum excitatus moestos aedit vagitus, non tam sua incommoda, quam nostra demerita lugens. Ad hoc enim venerat, & suis immeritis poenis & laboribus nostra peccata aboleret. Ita iam in tenebris incipiunt proficisci. Interim nulla hic fit mentio alicuius magni apparatus, non famulorum, non curruũ, non equorum, sed filius omnipotẽtis Dei cum paupercula virgine, & simplici sene iter ingreditur, relicta patria, relicta domo relictis notis & cognatis oĩbus. O vos q semper mollia quaeritis, & nihil vnq̃ molestiae perpeti vultis, huc quaeso oculos animumq; aduertite, & vel tanto admoniti exemplo discatis ꝓpriae salutis causa vel parũ aliqd ꝑpeti, cuius gratia Dei filius tanta perferre voluit. Vos delitias expetitis, easque indebitas: non enim decet in exilio voluptatibus operam dare, ille cũ omniũ esset dominus, & eo nomine omni commodo & quiete dignissimus, tamen dura & aspera amplexus est. Sed qd sibi vult, quod in Aegyptum dominus mittitur? Vt scilicet impleretur S. Esaiae vaticinium, qua ait. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti à facie eius: atque vt hoc ipso ostenderetur eum, quem impĳ Iudaei non essent recepturi à gentibus suscipiendum: quod etiam post eius mortem & ascensionem euidentissime impletum est, hodieq; impletur, quando innumeri in ignotis orbis partibus summa cũ auiditate Christi fidem amplectuntur, & Saluatorem mundi ingenti cum feruore excipiunt.

Fuga christi paupertima in Aegyptum q̃ fuerit
In Aegyptum quare Christus dilatus fuerit Esaie 19

Et esto ibi vsq; dum dicam tibi.

H Haec verba spiritali significatiõe nõ carent. Solet omnipotẽs Deus q̃nque seruis suis subtrahere oĩem deuotionem & gratiam sensiblem, omnem pium affectũ & illuminationem internam, & in tantis eos relinquere tenebris vt sibi videantur relicti à Deo, perinde ac si nullam illius vnq̃ notitiam habuerint. Interim etiam graues & horrendae saepe accedunt tentationes, quales cõmemorare forte nec expedit propter inexpertos. Isti ergo in Aegypto deuersantur, quamdiu tali in derelictione versantur. Sed quidam impatientes, dum diuinã sentiunt abesse consolationem, vanam & temporariam inordinate aucupantur. Tales seipsos liberare volunt, nec expectant donec diuinitus liberentur. Faciũt igitur contra hanc admonitionem angeli, imo spiritus sancti dicẽtis: Esto ibi vsq; dũ dicã tibi. Cum enim gratia sensibilis non arridet, sed tenebrae & torpor quidam hominem occupant, non debet ex vitae huius noxĳs oblectamentis remedium aut leuamentum quaerere, sed fideliter perseuerare Deo ac domino suo, semper in animo suo propositam sibi gerens illam Apostoli sententiam: Fidelis Deus, qui non patietur vos tẽtari supra id q̃d potestis, sed faciet etiã cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere: sicque aequanimiter praestolari, donec visum sit sancto spiritui ex eiusmodi eum tenebris educere, & reuocare in terram Israel vbi iam Deum & diuina cognoscat

Deus suos electos suo inde exponere q; diuersis afflictioib⁹
1. Cor. 10
Gratia sensibili sub tracta qd q̃que agere debeat.

gnoſcat & contempletur, ac ſolita gratię affluentia viſitetur, & pię deuotionis affectũ recuperet.

Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendũ eũ.

I Videmus hic dilectiſſimi, quantũ malum ſit execrãda ambitio. Herodes iſte homo, alienigena apud Iudęos dominium atque regnũ pter ordinẽ obtinuerat. Itaq; vbi didicit ex Magis natũ verũ Iudaici regni hæredẽ & ſucceſſorem, veritus ne ſi is à populo agnoſceret, ipſe tanq̃ regni inuaſor depelleret, mox animũ ad infantẽ illũ extinguendũ adiecit. Atq; ea de cauſa Magis pſuaſit, vt irent puerum exploratũ, ac deinde ſi qd certi cõperiſſent, ad ipſum referret, vt & ipſe puerũ adoraret, imo vero prorſus neci daret. Ita enim iam occupauerat quædã licet iniqua & indebita dominandi libido, vt contra fas & ius oẽ innoxiũ paruulum, q̃uis legitimum Iſraelitarũ principẽ extinguere ſit molitus. Quod vt facilius poſſet, ſimulatũ ſpondet obſequiũ, & cuius interitum animo iam conceperat, ei ſe ſupplicem fore cõfitet. Ita vt poſſit in regno perſeuerare inuictus, libenter Dei legem & præcepta cõtemnit. Quam pulchræ ſane in hoc ipſo hypocritarũ typum geſſit, qui cum nihil minus appetant, quã debitum pſtare cultum omnipotenti Deo, tamen vt humanã captẽt gratiam, & hominũ laudibus vehantur, opeſq; ſibi & honores accumulent, interim foris, quædã oſtẽtant recte facta & ſtudia pietatis, quæ, niſi eiuſcemodi iam dicta ſperarent, nunq̃ ſectarent. Verũ vt Herodes Chriſtum, quem falſo ſe adoraturum promiſerat, nunquã inuenit tametſi regnum retinuit, ita & hoc hypocritarum genus nunq̃ verã poteſt adipiſci ſalutẽ, cuius autor eſt Chriſtus Ieſus eo q̃d ficte tm̃ & ſimulate eã quærant, licet ſæpius quædam præſentis vitę momẽtanea proſperitate patiunt, ſed in exitiũ dũtaxat ſuũ. Caueamus ergo dilectiſſimi ambitiõis & hypocriſis execrãda flagitia. Honores & mũdi pſperos ſucceſſus deſpiciamus potius q̃ appetamus. Nã vana ſunt & periculis plena. Ita fiet vt non ſolũ nõ inuideamus, nec quicquam mali machinemur ijs, qbus hæc arrident, ſed potius miſereamur ac condoleamus, tanq̃ in maximis periculis cõſtitutis: noſq; fœlices iudicemus, vt quibus tantis malis carere liceat.

Obiter circa hęc Euãgelij ṽba monẽdi eſtis chariſſimi, vt ne qs frangaĩ ex vobis ſi dũ qppiã boni agere inſtituit, mox aduerſis affligat. Ecce em̃ ipſe dñs Ieſus Chriſtus vt nos ad pferenda huius vitæ mala corroboraret, ſtatim ab ipſo vitæ ſuæ exordio perſecutionibus fatigari voluit: vt ſcilicet ſua patientia nos ad malorũ tolerantiã puocaret. Semp enim oẽs conatus boni habent præſertim in initio difficultates & moleſtias multas: ſed propter eas deſiſtendum non eſt, imo vero tanto virilius perſeuerãdum. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8

Qui conſurgens, accepit puerũ & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur q̃d dictum eſt a domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.

K Habemus hic pfectiſſime obedientię exemplum. Poterat ſanctus Ioſeph reſpondere angelo: Puer tenerrimus eſt, & mater itidem tenera ac delicata puella: fortaſſis in itinere peæ labore deficiat: nec habemus vitæ ſuſtentandæ neceſſaria, & terra illa cultui dæmonũ dedita eſt. Sed his omnibus omiſſis ac tacitis, ſine vlla vel calcitratione vel dilatione ad iter ſe accingit. Diſcamus ergo & nos promptam exhibere obediẽtiam tum Deo, tũ ſuperioribus noſtris. Hæc em̃ ad eruditionem noſtram ſcripta ſunt, vt quicquid vel Deus, vel ſuperiores noſtri iuſſerint, ſciamus obediendum nobis eſſe, vel tolerabile etiãſi interdũ minus rationabile videat: Ipſa aũt obedientia quanto fuerit velocior, tanto ſemper & Deo gratior & nobis fructuoſior erit. Manſit autem S. Ioſeph in Aegypto cũ paruulo Dei filio eiuſq; pudiciſſima matre vſq; ad obitũ Herodis. Ergo ſane diuturnum fuit illud exilium. Poſſet hic pia fieri inquiſitio, quid interim egerint in Aegypto, vnde vixerint, quo hoſpitio vſi ſint: aliaque huiuſcemodi: ſed ſatius eſt, ea vnicuique ſecum ſtudioſe meditando relinquere. Habent enim piam & dulcẽ valde cõſideratio nem: nec fructu ſuo defraudabit, qſqs exilium domini ſui matriſq; eius ſanctiſſimæ li

Obedientię pfectę forma vbi diſcatur

Obedientia qb' & qñ pſtanda.

Ambitio ... mala ... (partially cut margin notes)

Simula ... hypo ... (partially cut margin notes)

mæ libenter erit meditatus. Homines mũdo dediti & fastidiosi talibus non capiuntur, quia vani sunt. Psal 61

Tunc Herodes videns quoniã illusus esset a Magis, & iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secũdum tempus quod exquisierat a Magis.

Matt. 2 Magi in somnis admoniti ne redirẽt ad Herodẽ, per aliam viã reuersi fuerant in regionem suam. Quod quidẽ principio Herodes ita interpretabať, vt putaret eos illusos, & eã ob rem nõ fuisse ausos redire ad ipsum. Postea vero q̃ rumor sparsim de illis q̃ circa dñi ortũ, ac pſentationẽ in templo euenerãt, dilatari cepit, puenitq; ad aures regis qd pastores, quid S. Simeõ & Anna de nato saluatore retulissent, persuasit sibi Magos, vt ipsum fallerent, rem ei certam iudicare noluisse. Quapropter ira inflammatus, communẽ in cunctos Bethlehemiticos & locorum circumadiacentium paruulos tyrannidem exercuit, & qui puerum suspectum nesciret, saltem inter alios vel incognitũ trucidaret. Quod tametsi non est assecutus, tamen tanta crudelitate vehementissime pijssimum cor paruuli saluatoris afflixit, totq; illud acerbissimi doloris confodit gladijs, quot infantes ppter ipsum occidit. Patiebať em̃ ipse in omnibus, illis tanquã membris suis, quorũ cruciatum & mortem sine maximo tormẽto sentire nõ potuit. Sed & parẽtibus atq; cognatis paruulorũ, maxime matribus ex aĩo condolebat. Neq; ab hoc tum dolore, tum condolentia virginem beatissimã immunem fuisse credendum est. Occidit aũt omnes pueros à bimatu & infra, id est, ab infantibus duorum annorũ vsq; ad vnius noctis. Non tamen statim post Magorum discessum eos occidit, sed iã anno euoluto, cum ab Augusto redisset. Quæ causa fuit, vt etiam in infantes maioris ætatis deseuiret. Possit sane pie credi hos beatissimos paruulos, qui singulari quadam prærogatiua pro ipsa Christi pſona, quod de nullo alio martyre legitur, occisi sunt, dũ alij martyres p fide & charitate Christi pempti sunt, haud vulgarẽ ob idipsum in cœlesti patria gloriã & beatitudinẽ adeptos. Cũ em̃ in patiendo Christi pſonam sustinuerint (nõ em̃ aliũ nisi ipsum Christum Herodes cupiebat interficere) citra absurditatem, absq; tñ temeraria assertione existimari licet, eos q̃q; pmiũ siue donũ q̃ddã pcellẽs ac eximiũ, q̃d eiuscedmodi ppessioni respondeat, pcepisse. Si huius rei quęris rationẽ, audi apostolũ dicentẽ: Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ aũt spũs, diuidens singulis ac distribuens dona sua provt vult. Christus ergo qui propter se illos occidi pmisit, nõ poterit etiam sua benignitate singulare quoddam eis conferre pmium? Nolli in eis exquirere merita, quos Christus sua gratia puenit. Paruulus editus in hanc lucem paruulos sibi asciuit, electos ante secula, tanquam flores quosdam cœlestes & infantiæ suæ sodales charissimos, qui sicut pro Christo primi occisi sunt, ita videntur etiam abunde redemptoris gratiam participasse.

Tyrannis Herodis impĳ quãta fuerit in paruulos.

Christus vti patiebať in pueris, p eone cidaris.

L Innocẽtes singulari martirij gloria subleuatos in cœlis

1. Cor. 12

Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos. Et noluit consolari, quia non sunt.

Probat sanctus Euangelista scripturæ autoritate lõge ante hoc beatissimorũ paruulorũ martyriũ esse pdictũ, sicut & alias fæpe scripturæ testimonia adhibet, idq; eo libentius, q̃d Euangelium suum Iudæis hebraice scriberet, quos putabat etiam diuinorum voluminum sententijs ad credẽdum promouendos. Quod autem dicit vocem in rama auditam, in excelso intelligẽdum est; Cũ em̃ multi occisi sint infantes, atq; parentes multi suis orbati liberis, cõmunis multorumclamor & planctus exortus est, qui etiam cœlos posset attingere. Porro quod Rachelem dicit plorasse filios suos, cum Bethleem sit in tribu Iuda, quæ ex Lia potius orta est, de locis adiacẽtibus, in quibus etiam multi occisi sunt, accipiendum est. Constat em̃ Rachelẽ haud procul à Bethleem sepultam: & ideo ratione sepulturæ mater eorum dicitur, qui illis in locis perempti sunt. Siue etiã quod tribus Iuda & Beniamin finitimæ sunt: q̃ atque ita dum non modo in Bethleem, ad

Gen. 35

Beniamin tribus vſq̄ ... ortum ha ... uerit

ad tribum Iuda pertinet, ſed in omnibus fi nibus eius, quos etiā tribus Beniamin quę ex Rachele duxit originem, attingit, occiſi dicuntur. Rachel ſuos ploraſſe fertur filios per Synecdochen. Et noluit conſolari, q̄a non ſunt, quod poteſt duplicem habere ſignificationem, vel quia non ſunt ſuperſtites, vel quia non ſunt extincti, ſed potius martirij beatitudinem adepti. Dubium autem nō eſt, quin dolor vehementiſſimus & qui nullam ferme conſolationem admitteret, illorum infantium matres inuaſerit. Sed Herodes impius diuinam non euaſit vltionem. Nam & ipſe ſuis liberis miſerabiliter orbatus eſt, & ſua manu ſe interemiſſet, ne fuiſſet à quodam præpeditus breui tamen poſtea obijt vt Ioſephus refert, ſuper omnes infeliciſſimus. Non enim dignus erat diuinam euadere vltionē, qui ſine vlla ratione innoxios paruulos tam immaniter trucidarat, & miſſum mundo ſaluatorem ante extinguere voluit, quam id cuius cauſa miſſus erat, id eſt, humani generis liberationem perfeciſſet.

Herodes crudelis in innocē tes q̄nā oc ciſus ſit

SERMO IN EADEM ſolennitate. Vt mūdi huius proſpera tanquam pernicioſa contemnēda, & aduerſa ceu ſaluberrima amplectenda ſint: & de paruulorū innocentia, ſimplicitate ac humilitate ſectanda.

M

SVrge, & accipe puerum & matrē eius, & fuge in Aegyptum. Matth. II. Quod dn̄s noſter Ieſus Chriſtus ab ipſo vitę ſuę exordio p̄ oībus delicijs & cōmodis temporarijs, incommoda, miſeriam, laborē & dolorē amplexus eſt, magno myſterio & ſaluberrima inſtitutione ac efficaciſſima perſuadendi ratione non vacat. Non multis opus eſt libris, vnde diſcamus quid præcipue placeat Deo, aut ſaluti noſtræ conducibilius ſit. Inſpiciamus tantum exempla Chriſti, & abūde inde de omnibus docebimur. Vis noſce quid potiſſimum ſequi, quid reſpuere debeas? Ipſa Chriſti infantia ſatis ſuperq; te docet. Elige non quæ Mundus habet in præcio: (hæc enim vana & miſera, imo & fallaciſſima ſunt) ſed ea potius quę mundus fugit & horret. Si ignoras ea, clamat tibi Chriſtus infantulus ad matris hubera pendens & dicēs: Noli amare voluptates, diuitias, honores, proſpera mundi & eiuſcemodi. Vide vt ego q̄ dominus omnium ſum, quicquid carni moleſtum eſt, extremam inopiam, mei contemptum, & mundi aduerſa propter te non ſolum redimendum, ſed etiam inſtituendum, amplector. Nec debes putare paruipendendū eſſe, exemplum meum. Cum enim Dei patris increata ſapientia ſim, non poſſum niſi quod optimum ſit agere: neq; erro plane, neq; fallor: ſed quæ me contemnere vides, ea reuera vilia ſunt, atq; ob id merito contemnenda: quę autem me eligere cernis ea omnino ſalutaria ſunt, atque ea re cum primis amplectenda. Hortatur mundus & verbis & exemplis pernitioſiſſimis, & mollia & ſuauia ſecteris, vt loquacitati, ſcurrilitati des operam, vt opes corradas, vt comeſſationibus & potationibus tempus tranſigas, vt honores & dignitates ambias: ſed ſi bene attendas, longe aliud te hortatur paupertas mea, ſtabulum vile & durum præſepium, graue moleſtumq; exiliū, vagitus & lachrimæ, taciturnitas, diuitiarum contemptio, ſobrietas & abſtinentia mea, ſumma humilitas mea, & oīs honoris faſtidium. Iſta dilectiſſimi in Chriſto adhuc infantulo nobis proponūt non tantum legenda, ſed etiam imitanda. Ipſe veritas eſt, ergo q̄cq̄d ab eo diſcordat vanū & fallax eſt: ipſe via eſt: deuium ergo & errore obnoxiū ſit oportet, quicq̄d ab ipſo abducit, ipſe deniq; vita eſt: exitiale eſt igitur quicquid ei repugnat. Si beatitudinem, ſi veram animarum noſtrarum ſalutem appetimus, iſti veritati, huic viæ, huic vitæ inhæreamus. Diſcamus mundum iſtum cōtemnere, ſi à Deo contemni nolumus. Quid eſt em̄ omnis huius mundi proſperitas, q̄d oblectamenta, quid voluptas, niſi vmbra quædam vaniſſima, niſi ſomnium inaniſſimum? Noli ęmulari, ait propheta, in malignantibus, neque zelaueris faciētes iniquitatem: quoniam tanq̄m fœnū velociter areſcent, & ſicut olera herbarum cito decident. Et Apoſtolus Ioannes, Ecce mundus trāſit, ait, & cōcupiſcentia eius. Et D. Ioānes Chryſoſtomus, Centum, inquit, ſi placet annos demus delitijs: adde & alios centū ſi libet: adde & decies centū, q̄d erit ex his ad æternitatē cōpenſatio? Nōne oē tēpus vitæ huius, q̄ delitijs frui videmur & indulgere vanitati, q̄ſi noctis vnius ſomnus ad

Infantia Chriſti q̄ preſtenos doceat q̄ ſacienda.

Prou. 8

Mund' q̄nam male doceat cō tra veram Chriſti in ſtitutionē

Ioan. 14

N

proſperitas mūdi q̄dnam ſit

Pſalm. 36

1. Ioan. 2

Chryſoſt.

nus ad æternitatis cõparationẽ videt. Sic
Iob 7 etiam D Iob, Parce, ait, mihi dñe: nihil enĩ
sunt dies mei. Atq; apud eundẽ etiã alibi di
Iob 20 cit: Laus impiorꝝ breuis est, & gaudiũ hy-
pocrytæ instar puncti. Si ascenderit vsq; in
cœlum superbia eius, & caput eius nubes
tetigerit: quasi sterquilinium in fine perde
tur, & qui eum viderant, dicent: Vbi est? Ve
lut somnium auolans non inueniet, tran-
siet sicut visio nocturna. Quid his verbis
possit dici efficacius? Sed hæc iam attende
re nolumus quando ea summa cũ vtilitate
attendunt. Itaq; velimus, nolimus tñ ea
attendemus, qñ iã eorꝝ consideratio plane
infrugifera erit. Interim mundi ꝓsperitas
& vanissima gaudia ac oblectamenta aui-
dissime appetunt tanq̃ ea finis noster sint,
ob quem conditi simus: & tamen etiam cũ
iam habentur, continenter præterfluunt,
1. Cor. 7 nec possunt vlla vi aut arte retineri. Præ-
terit enim figura huius mundi, præterit
quicquid temporarium est, & quo quisq;
maioribus se putat huius vitæ frui oble-
ctamentis, eo se inaniorem magisq; delu-
sum sentiet, vbi ad extrema peruentũ erit

Prospera hui⁹ mundi vt ichristus habere noluerit

O Itaq; sciens benignissimus Saluator
noster prosperos huius mundi successus
vt plurimum periculosos & pnitiales esse
hominibus, noluit vnquã quicq̃ habere ꝓ
sperum toto vitæ suæ spacio non quo sibi
timeret, sed vt nobis suo exemplo consu-
leret. Vnde factum est vt paulo post nati-
uitatem suam angelum mitteret ad S. Io-
seph, qui eum moneret secedere in Aegy-
ptum. Et reuera quid poterat illi tantillæ
Matt. 2 ætati accidere grauius? Tamen hoc non co
actus sed sponte sua suscepit, & aliq̃t annis
pertulit. Poterat omnibus bonis rebus, o-
mni honore & dignitate regia, delicijs q̃-
que saltem licitis & commodis perfrui: &
quidem nemo iustius. Quid enĩ vnq̃ pecca
ti admiserat, cuius causa aduersa ꝑpeti de-
beret? Sed hæc omnia contempsit & fasti-
diuit, vt nobis cõtemnenda & fastidienda
persuaderet. Ergo dilectissimi nõ quæra-
mus, præsertim immodice, huius labentis
vitæ prosperitatem. Multũ enim reuocat
animũ ab vtilissima futurorꝝ consideratio
Eccl. 7 ne de q̃ Sapiens qdem ait: Memorare no-
Voluptas ꝓsperitasq; seculi in q̃ multos præcipitẽt uissima tua, & in æternũ nõ peccabis. O q̃
multos, misere euertit, atq; in extremã mise
riã horrendamq; dãnationem adduxit re-
1. Reg. 15 rũ voluptatũq; affluẽtia, q si aduersis for-
2. Reg. 15 tunæ flatibus iactati fuissent, nunq̃ fortas-
sis in tot aĩæ ꝑicula incidissent. Exẽplo no
1. Reg. 1 bis sunt Saul, Absalõ, Salomõ, Ieroboã, at-
3. Reg. 4 que innumeri alij, q̃s ꝓspera fortunæ aura
Luc. in maxima impulit ꝑicula & in ipsã q̃q;, vt
veremur, tartari voraginẽ, quanq̃ de Sa-
lomõe dubiũ adhuc est seruatus ne sit an
ꝑierit. In Euãgelio secundũ Lucã diues q
dã introducit, indutus purpura & bysso &
splẽdide q̃tidie celebrãs cõuiuia: Sed post
momẽtaneas illas sui corporis voluptates
sepultus dicit in inferno. Cõtra vero mi-
ser qdã & mẽdicus Lazarus cõmemorat,
q etsi aliqd molestiæ sensit dũ viueret, po-
stea tñ receptus est in sinũ Abrahæ. Eqdẽ
facile crediderĩ diuitẽ illũ si Lazari penu-
ria & morbo laborasset, nunq̃ ad id calami
tatis ꝑuenturꝝ fuisse: atq; ediuerso Lazarꝝ
si diuitis esset fortunã exꝑtus, in idẽ dãna-
tionis ꝑiculum potuisse incidere. Hoc enĩ
Prosperitas huius mũdi qb⁹ malis sit obnoxia. ꝑter cætera mali habent secũdi ac læti hu-
ius temporariæ vitæ successus, q̃d sæpe etiã
bene firmos & robustos animos emolliũt
ac labefactant, atque sensim ita penitus
eneruant, vt oĩs virtutis ac pudoris obliti,
in q̃suis vitiorꝝ gurgites sese emergant. Ex
empla possunt ex scripturis peti. At-
q; sicut pessimos plerunq; exitus habet mũ
dana ꝓsperitas, & pauci ea bene vti noue-
rũt, fitq; plurimis male agẽdi & æternę dã
nationis occasio: ita ediuerso multis labo-
Aduersitates huius mũdi quã ta bona secũ adferãt rare aduersitatibus, multasq; adflictiones,
tentatiões, miserias ꝑpeti ac experiri tot se
cũ fructus & vtilitates aduehit, vt eas ne-
mo satis cape, nedũ explicare queat. Dãda
tñ opa est, vt æquanimiter ferant. Quod si
obmurmuret carnis infirmitas, id nihil ob
stat tm̃ voluntas & ratio superior patiẽs
sit. Libet hic cõmemorare primũ exem-
pla quædã, qbus quantũ ꝓsint aduersa ꝑ-
spicuũ fiat. Populus ille Israeliticus duræ
Iudic. 10 ceruicis q̃ties relicto vero Deo ad colẽdos
dæmones sese cõtulit, mox ab hostibus su
is grauiter afflictus fuit. In ipsa aũt afflicti
one cepit redire ad agnitionẽ pctĩ sui, cla-
mauitq; ad dñm, & relictis idolis, vni Deo
Esaiæ 28 Gen. 37 seruiuit, isq; eorꝝ misertus, ab hostibus e-
os liberauit. Qando illi vnq̃ ad sanã mentẽ
redissent, nisi vexatio dedisset intellectũ au
ditui? Ioseph filius Iacob patriarchę plus
vexatiõibus creuit etiã in solo peregrino,
puta apud Aegyptios, q̃ vnq̃ in paterna do
mo crescere potuisset, apud patres suos.
Sub Iosue duce populi Israel nunq̃ legiti-
dem populus ad adoranda dæmonũ simu
lachra

lachra, defecisse (nam continuis ferme bellis & laboribus vexabant) mox aūt vbi ceperunt otio & quiete perfrui, animum suū ad idololatriam adiecerunt: ex q̄ vno exēplo & aduersitatis vtilitas, & prosperitatis pericula satis possunt animaduerti. Manasses rex impijssimus, cum propter immanissima flagitia sua ductus esset captiuus in Babylonem, in ipsa captiuitate resipuit, & tanta dominum, quem prius contempserat, humilitate & instantia præcatus est, vt suo regno restitutus sit. Non oportet singulis recitandis immorari. Carptim tātum hinc inde quædam adferimus. Iudith vidua illa singularis & admirabilis, castitatis exemplum cū suos admoneret, inter cætera hæc quoq; ait: Memores esse debetis, quō pater noster Abraham tētatus est, & p multas tribulatiōes ꝓbatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & oēs q placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Quam prope adsit dominus afflictis, & tribulatis, etiā ex Daniele satis colligi licet, apud quē Nabuchodonosor rex legitur cū tribus socijs eiusdē Danielis in fornacem cōiectis quartum vidisse similem filio Dei. Idem ipse Nabuchodonosor rex felicitate nimia in intolerabilem erectus superbiam, tandē vsq; ad bestiarū cōditionē redactus & extreme humiliatus, recuperauit sensum, & multa laude persecutus est Deū cœli viuentē in secula seculoꝝ in quē prius blasphemus fuerat. Et hæc qdem ex veteri testamento desumpta sunt, pauca e plurimis. Possunt itidē multa ex nouo adferri, sed omissis oībus hoc tm̄ dicamus Ecclesiā & fidē Christi ac verā pietatem nulla re magis q̄ persecutionibus & vexationibus creuisse. Lapidato à Iudæis Stephano protomartyre, facta est persecutio magna in Ecclesia quæ erat Hierosolymis, ac omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apostolos: sed hac occasiōe lōge lateq; diuulgari cepit Euangeliū Christi. Sed hactenus quāta sit aduersitatis vtilitas exemplis declarasse sit satis: iam de eadem etiam alia ratione nonnihil dicamus. Libenter enim hac de re & loqui & audiri debemus: siquidem id potest prodesse multis, maxime qui afflicti sunt & aduersis casibus fatigant, q̄ꝝ grādis numerus est. Solet oīpotens Deus electos suos multis affligere incōmodis, & duris ac aspis castigare flagellis. Posset id videri ex odio ꝓficisci. Sed absit, vt benignissima dei natura talis sit. Cur igit eos p̄cipue flagellat, q tn̄ illius student voluntatē exeq, ac eius obedire mandatis? Non aliā vtiq; ob causam, nisi q a eos p̄cipue diligit. Ergo singularis dilectionis indicium acriora flagella sunt. Ita plane. Quē enim diligit Deus castigat: flagellat autē omnem filium quem recipit. Noli iudicia mansuetissimi & clementissimi creatoris ex teipso metiri. Tu forsitan neminem nisi iratus percuteres: ille suos non nisi summe diligens castigat. Imo vero etiam improbos & iniquos non nisi summo cū amore flagellat, hoc scilicet solum efficere cupiens, vt resipiscant. Et vt iam partim ex emplis probatum est, innumeri vexationibus ad rectā viā reducuntur, q si semper secundis vterent successibus, nunq̄ salui fierent. Vis aūt nosse, quomodo se gerat Deus erga eos quos vere & iuste odit? Audi eum per Psalmistam dicentem: Dimisi eos secundū desideria cordis eoꝝ, ibunt in adinuentionibus suis. Ergo illos summe odit, quos licet male viuentes flagellis affligere nō vult, sed in hoc mundo prospere agere permittit. Sed graue est aduersa perpeti. O quisquis ita dicis, vide obsecro quid dicas. Graue quidem est aduersa perpeti, sed humanę infirmitati. Verum audi qd p prophetam dominus polliceatur ei, q aduersitate laborat: Cum ipso sum inquit, in tribulatione, eripiā eū, & glorificabo eum. Esto iā carni molestū sit: nisi enim molestū foret, quæ virtus esset æquanimiter ꝑpeti? sed dn̄s ꝓpe est, vt eruat afflictos oēs, vt cū eis portet onera quibus præmuntur, imo vt ipse maximam oneris partem in se recipiat, & spiritui quandam addat fortitudinem, qua etsi non semp hylariter, tamen patiēter ferat, quicquid oneris quicquid molestiæ impositum erit. Carnis obmurmuratio nihil veræ patientiæ derogat: tantum si spiritus suo sit subditus creatori. Ait quidam eximius Theologus Deum se æque p̄bere in afflictionibus, sicut in venerabili sacramento. Facile id credi potest, si quis afflictionum multimodo fructus attendat. Afflictionibus omnipotens Deus tanquā aptissimis instrumentis vti solet ad expurgandam præparandamque hominis animam, vt gratiæ illius capax fiat: & quo sublimius quempiam euchere ac præclarioribus ornare virtutum & charismatum muneribus

[Margin notes: Iudic. 2 · 4. Reg. 21 · 2. Para. 33 · Iudith 8 · Gen. 12 · Gen. 26 · Gen. 30. 31 · Exod. 14 · Dan. 3 · Dan. 4 · Quod Ecclesia catholica semper per persecutiones creuit · Act. 8 · Amicos suos Deus affligere multis flagellis & pressuris · Heb. 12 · Iniqs cur Deus sub inde flagellet. · Psal. 80 · Quosnam Deus summo odio habere dicatur · Psal. 90 · In afflictionib. q̄ modo sei psum Deus p̄beat & exhibeat. · Afflictionū fruct. multiplex quis]

neribus constituit, eo solet durioribus & acerbioribus, tum externis, tum internis eum doloribus affligere. Ita si cunctos superiorum temporum sanctos aspiciamus, vt quique Deo fuere charissimi, & vitę sanctimonia praecellentius instructi, ita eos videbimus plura immanioraq; perpessos cruciamenta. Putas si in huiusmodi cruciatibus & afflictionibus non maxima inesset vtilitas, Deus benignissimus talibus amicos suos vexari permitteret? Minime vero. Non enim delectatur pœnis nostris: & tamē affligit nos, quia cupit nos maximis afficere beneficijs gratiæ suæ: sed ea capere non sumus idonei, nisi prius bene purgemur: nihil tamen tam efficax est ad purgādas & excoquendas animarum sordes, q̄ ignis tribulationum & vexationum temporalium. Quæ res multos permouit amicos Dei, præcipue martyres sanctos, vt ad immania quamuis tormenta haud aliter, quam ad epulas alacriter accurrerent, & quippiam se pati posse gratularentur. Sicut etiam de Apostolis S. Lucas refert, q̄d gaudentes ierint à conspectu concilij, quoniam digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam, imo & verbera pati. Nam flagellis tum cæsi erant. Huc etiam, vt scilicet aduersa libentibus animis perferantur, multum confert non tam ipsa considerare aduersa, quam amorem, benignitatem & beneuolentiam ea nobis irrogantis Dei. Nihil enim vnquam quicquā nobis in hac vita molestiæ vel doloris accidit, quin ex æterna & incomprehensibili Dei charitate proficiscatur. Dum igitur flagellis qualibuscunq; nos inuisit, cogitemus ex amantissimo & vere paterno corde eius xenia præclarissima nobis donari: & licet ipsa per se molesta & aspera sint, tamē contemplatione mittentis Dei paulatim dulcescent. Quanto autem plus habent amaritudinis diuinæ flagella misericordiæ, tanto maiori ex beneuolentia & dilectione ea manare prsus certissimi simus. Atq; vtinam ea essemus animi fortitudine & cōstantia p̄diti, vt afflictiones auidissime sitiremus, quemadmodum Saluator noster vnigenitus Dei filius nihil æq̄ tota vita sua appetijsse videt. Imo in ipso matris suę vtero crucē sibi tanq̄ sponsam gratissimā & electā ex millibus ardentissimo amore coniunxit, & vsq; ad vltimū vitæ articulū nullo q̄uis breuissimo tēporis spacio dereliqt.

Ignis tribulationū vti excoquat aias fideles
Acto. 5

S

Aduersa q̄ que quō leuia & iucūda fiant Dei amicis

Et vt nulla electoꝶ suoꝶ ætas à cruce immunis esset, statim post ortū suum innocētissimos paruulos grandi numero, id est, vt habet missa Aethyopica, quatuordecim milia, crudeliter extingui p̄misit, q̄ simul etiā tāto gloriosius coronarent. Quisqs igit in mēbris Christi appetit numerari, crucē amplectat, crucē semp & vbique ferat, à cruce nunq̄ se auelli patiat: mollia aūt & fallacia temporaliū vanitatū & oblectamentorū blandimenta & illecebras carnis, tanquā insidiosissimū diaboli laqueū semp fugiat quantū potēst. Sed ne beatissimoꝶ paruuloꝶ, Christi innocentiū martyꝶ solennitatem absq; fructu nostro celebrare videamur, debemus charissimi ex eis quædam nobis imitanda sumere. Neque est quod putemus in tantilla ætate defuisse virtutes, quas etiam viros imitari deceat. Nam hoc ipso q̄d paruuli fuere, summam in se nobis innocentiā, mansuetudinem, humilitatem simplicitatē, pluresq; alias virtutes exhibēt. Vnde etiam Christus ad beatā nos infantiam reducere cupiens, Nisi, inquit conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœloꝶ. Imitemur igitur primo paruuloꝶ innocentiā, ne cui vnquam noceamus. Nullus in animo rancor nulla maleuolentia, nulla nocendi libido, nullum odium resideat. Si quandoque subita subrepit iracundia, non retineatur: non hæreat animo, non erumpat in vindictam, sed mox sopita cōquiescat. Imitemur etiam humilitatem. Paruuli quāuis diuites non fastidiunt consortia paupeꝶ paruulorū, eadem facilitate iungunt infimæ sortis puerulis, vt maxime fortunatis: non se extollūt, non sunt ambitiosi, nō suas opes aut generis dignitatē iactitant, nō cupiūt alijs anteferri. Quid non in his est, q̄d oī Christiano maxime sit expetendū? Atq; hæc oīa vera p̄stat humilitas, q̄ virtus sicut est p̄cipue necessaria filijs gratiæ q̄ a Christo iubent discere q̄d sit mitis & humilis corde: ita pene apud Christianos oēs prsus sepulta & explosa videt. Si qs iā mūdi fastū sectari nolit, sed Christi humilitatē in se malit vtrunq; exprimere, nō aliter q̄ amēs qspiā aut barbarus irridet. Veꝶ tanto nos magis oportet tā eximiā excolere virtutē. Hoc ipsum enī argumēto est multū cā placere Deo, & inuisam esse diabolo, q̄d insipiētes & miseri filij seculi huius vsq; adeo eā cōtēptui habēt. Porro ad obtinēdā veram

Crux in cuiq; ferenda

Innocētia martyres q̄ imitandi sint

Matt. 18
Virtutes innocentiū q̄nam imitanda sint

Innocētia

Humilitas

Matt. 11

T

Humilitatem obtinendam quæ tam necessaria sint. ram humilitatem maxime cōducit agnitio sui vt agnoscas ꝓpriā vilitatē & fragilitatē: q̄ qsqs bene agnoscit, nō solū ea sibi imputat pctā, quantū qdem ad ipsum ptinet, in q̄ plapsus est, sed etiā in q̄ plabi potuisset & haud dubię plapsurus fuisset, nisi dei benignitate seruatus esset, nisi occasiōes & tētationes ipsi subtractæ essent, dicitq; cū

Bernardus D. Bernardo ex sentētia: Nisi qa dn̄s adiuuit me, paulo minus cecidisset in oē pctm̄

Psal. 93 aīa mea. Atq; hac cōsideratiōe nō se extollit, etiāsi se sentiat nō admodū grauiter peccasse. Sic em̄ hoc nō suæ virtutis, sed solius clemētiæ Dei: nec facile sibi tribuit innocentiā, sed potius mortaliū oīm miserrimū se confitetur. Nec opus est id vt simulate faciat. Nā reuera ita est: & esset sane miserrimus omniū, nisi diuinitus ꝓtectus foret.

Paradigma Sysois In vitis patrū de beatissimo abbate q̄dam Sysois vocabolo exemplū memorabile ꝓfundissimæ humilitatis legit, q̄d cū multis annis sanctissime & seuerissime vixisset, videretq; angelos veniētes q eius animā ducerent in cœlū, petierit spaciū sibi cōcedi, quo adhuc pœnitentiā ageret: & cum astantes fratres dicerent eum non habere opus pœnitētia, responderit nescire se si vel initium pœnitētiæ fecisset. Ecce quan

Humilitas vera vt homini sua bona semper abscondat, mala autē ob oculos ponat. tū ab eius oculis omnē anteactam perfectissimam vitā summa humilitas abscondit, quæ eū nō sinebat aspicere qd fecisset, sed qd esset ex seipso. Semp em̄ vera humilitas abscondit homini bona illius, tanq̄ quæ solius Dei sint: mala aūt, q̄ proprie nostra sunt semper ab oculos pōnit, nisi forte quandoque nimia animo obrepat pusillanimitas vel despatio, ꝑpter q̄ vtile sit & ex

4. Reg. 20 pediens recte facta sua ad memoriā reuocare, quemadmodū Ezechias rex in se mori turus putaret, flens dixit ad dn̄m: Memento quæso quō ambulauerim corā te in veritate, & in corde pfecto, & q̄d placitum est coram te fecerim. Hæc humilitatis virtus in

Humilitas beatissimæ Mariæ quantū deo placuerit. Psal. 44 tantū placuit Deo in beatissima sempque virgine Maria, vt illius specie ac pulchritudine captus, nimiūq; delectatus, vltra se cohibere nō posset, qn in ea & ex ea naturam humanā assumeret. Erāt qdē in illa sacratissima virgine plures aliæ imo & oīs generis virtutes etiā in summo gradu, & tñ nulla sic regē gloriæ illexisse & attraxisse videt, vt eius inæstimabilis humilitas. Potest hoc

Lucæ 1 ipsius venerandæ virginis testimonio comꝓbari. Respexit inquit, dn̄s humilitatē ancillæ suæ. Nō dicit virginitatē, q̄ in ea erat integerrima, nō charitatē, non sapientiam nō quasuis alias virtutes, sed tm̄ humilitatē. Et qd mirū, si tantā apud Deū gratiā nobis conciliauit humilitas, qn̄ superbia ex angelis dæmones, ex paradisi habitatoribus exules & dæmonū seruos fecit? Si em̄ Esaiæ 14 Gen. 3 tantum potuit nocere superbia, cur non multo amplius humilitas prodesset, cum superbia vel diabolicæ vel humanæ malitiæ vicium sit, humilitas autem donum gratiæ cœlestis? Sectemur hanc virtutē dilectissimi, vt nos q̄q; apud Deū gratiam inueniamus. Excelsus dn̄s, ait propheta, sed Psal. 137 humilia respicit, alta autem, id est, superbos à longe cognoscit. Atq; idem ipse superbis resistit, at humilibus dat gratiam. O q̄ multi simplices & idiotæ suæ humilitatis merito ad maximā euecti sunt Dei familiaritatē, vbi contra multi philosophi, multi etiam seculi sapiētes ob suā supbiam demersi sunt in cœnū stultissimarū opinionū & portētosarū hęresū, & q̄ magis horrēdū est, in ꝓfundissimā tartari abyssum. Sed pgamus nūc ad cæteras paruulorū virtutes cōmendādas, q̄ etsi plures sint q̄ vt hoc loco cōmode tractari q̄ant, ex ijs tñ vel vnā, nēpe simplicitatē vobis charissimi imitandā ꝓponemus. Hāc em̄ vt Christiani oēs sectarent, Christus ipse admonuit vbi ait: Estote simplices sicut colūbæ: q̄ virtus etiam in S. Iob diuino testimonio laudat, dicēte scriptura q̄d fuerit vir simplex. Hæc virtus ꝓcipue ornat oēs e religiōe Christianos, à qbus maxime abesse debet oīs duplicitas, oīs simulatio & hypocrisis, qppe q simplicissimæ veritati, i. dn̄o nostro Iesu Christo in baptismo nomē dedere. Absit igit, vt qs quā qcq̄ erga ꝓximū suū per fraudem, dolū, & calliditatem gerat, absit vt qsq̄ mendaciorū cuniculis fratres euertere velit. Sit in omnibus vera & Christiana simplicitas, q̄ syncere & ex aīo cunctis gratificari, prodesse & opitulari pro sua qsq; virili cupiamus neque tamē pro huiuscemodi studijs & officijs beneuolētię & charitatis, humanas captemus laudes: nam & id quoq; duplicitatis est, quam dn̄s cōdemnat, vbi ait: Nemo potest duobus dominis seruire: sed simplici corde vni Deo ac dn̄o nostro in omnibus placere appetamus. Ita nimirum vere paruuli erimus, & faciemus satis dominicæ adhortationi qua ait: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō in- trabi-

Prou. 29 Iacob. 4 1. Pet. 5 Humilitas simplex q̄nti meriti sit apud Deum

V Simplicitatis virtus quāti sit facienda

Matt. 10 Iob 1

Duplicitas q̄ displiceat Deo Matt. 6

Matt. 18

trahitis in regnum cœlorum. Iam finem sermoni nostro imponere liberet: sed quia superius multa de aduersitatū tolerātia ac vtilitate dicta sunt, q̄ddam hic exemplum memoratu dignissimum recitare placet, quod possit animos vestros ad aduersorum perpessionē vehementer accēdere. Neq; me putetis narrare fabulam, sed rem gestē, quam fide dignissimus D. Ioannes Cassianus Abbas in XVIII. Collatione patrum commemorat in hæc verba. Fœmina quædam haud obscuris orta maioribus, Alexandriæ degens in domo q̄ ipsi à parētibus fuerat derelicta, religiose dn̄o deseruiebat. Hæc igit̄ veniens ad beatæ memoriæ Athanasium Episcopū, p̄cabatur vt aliquam sibi alendam viduam daret, quæ ecclesiasticis sumptibus pascebat̄. Et vt petitionē eius verbis ipsius exprimamus, Da mihi, inq̄t, aliquam de sororibus, in qua repausem. Sacerdos igit̄ cum laudasset propositū fœminæ q̄d eam ad opus misericordiæ vidisset esse promptissimā, iussit ex omnibus eligi viduam, quæ & honestate morū grauitate ac disciplina omnibus præferretur, ne forte desiderium largitatis percipientis vitio vinceret̄, & q̄ mercedē q̄ret in egena, dānū fidei prauis eius offensa moribus pateret̄. Cui cū domū abductæ omnibus deseruiret obsequijs, virtutē modestię eius ac lenitatis experta, vidensq; se ab ipsa momentis singulis gratiarū actiōe pro officio humanitatis honorari, post dies paucos ad memoratū reuertit̄ sacerdotē, Rogaueram ingens, vt mihi dares q̄ ego reficerem & cui morigeris famularer obsequijs. Cūque ille necdū propositum fœminæ ac desideriū intelligens, æstimasset petitionē eius dissimulatione p̄positi fuisse neglectā, causasq; moræ illius non absq; animi sui commotione p̄grens, protinus agnouisset honestiorē ei cæteris viduā deputatam, occulte præcepit, vt ea illi q̄ esset cunctis nequior traderet̄: quæ scilicet vel iracundia, vel rixis, vel violentia, seu verbositate atq; etiam vanitate cūctas, q̄bus hæc vitia dominarēt̄, excederet. Quā cū multo facilius inuentā sibiq; traditā domi haberecepisset, atq; eadē ei diligētia q̄ priori illi viduæ vel etiā studiosius ministraret, hoc solū ab ea p̄ tantis obseq̄is recipiebat gratiæ, vt indignis iugiter afficeret̄ iniurijs, cōuitijsq; ab ea exprobrationibusq; cōtinuis vexaret̄ obijcientis ei & maledicis obtrectionibus increpantis, eo q̄d se non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum & contumeliam ab episcopo poposcisset magisq; se de requie ad laborem, q̄ de labore trāstulisset, ad requiem. Cū ergo assiduitas iurgiorū eousq; prorumperet, vt ne ab iniectione q̄dē manuū procax mulier tēperaret illa aūt humilioris obsequij ingeminaret officia, non furentē vincere renitendo, sed semetipsam humilius subijciēdo disceba, vt multimodis indignationibus lacessita, iurgantis insaniā humanitatis mā̄suetudine deliniret. Quibus ad plenū exercitijs cōfirmata, p̄fectamq; virtutē desideratæ patientiæ consecuta, ad memoratū sacerdotem, tam pro electionis illius iudicio, q̄ etiam pro beneficio exercitationis suæ gratias relatura perrexit, eo quod secundū desideriū suum tandem ei magistram patientiæ dignissimā prouidisset, cuius iniurijs iugibus vt q̄dam palestræ oleo q̄tidie roborata, ad summā aīi patientiam p̄ueniret. Tandem ingens, dedisti mihi in qua repausarem. Nā illa prior suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequijs. En dilectissimi quantopere fœmina hęc, vt eiusdem D. Ioannis Cassiani, ex q̄ ista descripsimus verbis vtar nō solū tentationū nō vitarit incursus, sed etiā molestiarū sibi occasiones procurarit. Vt igit̄ tādē finē nostro sermoni imponamus discamus obsecro vana mundi blādimenta flocci pendere, discamus pro Deo & amore Dei libēter aduersa p̄peti, certiq; blāda plerūq; fallacia, aduersa vero semp̄ salutaria sint. Imitemur beatissimorū innocentiū martyrum innocentiā, imitemur humilitatem, atq; eorū q̄ad possumus simplicitatem vere colūbinā sectemur non ita tñ vt sensibus sed malitia paruuli simus. Atq; vt ad hæc imo & ad virtutes oēs excolendas ac app̄hendēdas magis simus apti & instructi, vitemus immoderatam voluptatem quæ ex cibo potuque capitur, vitemus somni intemperantiam ac nimietatem, vitemus occupationes, & studia infrugifera, vitemus animi multiplicē distractionē ac dilacerationem, vitemus cōfabulationes & inaniloqa, vitemus oēm duplicitatē & hypocrisim, vitemus deniq; reliq̄s latē bētiū ac viliū appetitiōes. Hęc septē q̄sq̄s bñ vitauerit, facile virtutes oēs adipiscet̄ gratia & benignitate dn̄i nostri Iesu Christi, cui cū patre & sctō spū vnaest gloria ac indissimilis potestas p̄ īfinita secula seculorū, A.

Paradigma. (margin)

X (margin)

1. Cor. 14 (margin)

IN

IN FESTO CIRCVNCISIONIS DOMINI nostri Iesu Christi epistola B. Pauli Apostoli ad Titum tertio.

X

APparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauachrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ, In Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

POstquam Apostolus, quam vitiosi, mali, malignique fuimus ante conuersionē & viles, monstrauerat, qd ex gratia Dei iam simus, quid Christi nobis contulerit incarnatio, indicat hac lectione, dicens: Apparuit nobis benignitas Dei, misericordiæ suæ largitatē in nos effundens, simul ac humanitas saluatoris nostri Dei, puta à Christo Dei filio adsumpta, se nobis in sua natiuitate manifestans, nobis illuxit. Inde em̄ salus nobis orta est. Neque enim hæc venit ex operibus iustitię, quę fecimus nos: quia hęc nulla feceramus, vnde salus nobis proueniret, nec vn̄ meruissemus, vt salus nobis pueniret: sed ipse secūdum misericordiam suam nos iniquos ac perditos saluos effecit: & hoc per lauachrū, seu baptisma, quo sumus regenerati & innouati, veniente in nos spiritu sancto, per quem datur nobis remissio peccatorum.

Salui facti quō dicantur oms Christiani.

Vide tamen, quia hic alibiq; sæpius, vbi dicimur salui facti, nō, vt quidā, perperā intelligas de salute vltima, quę nobis promittitur: illam em̄ nōdum assecuti sumus, nisi in spe: quāuis hæc adeo (si tamen ipsi nos per peccata impedire, & per impœnitentiam à nobis Dei gratiam excludere noluerimus) est nobis certa, vt iam dicamur salui facti: quo intelligimus nos in statum, quo saluari possumus, perductos. Quod nisi ita intelligatur, nullus foret Christianorum, qui damnaretur: quod manifesto apparebit falsum. Multi enim à sinistris erunt, & plures, quam à dextris, iudicandi & reprobandi: inter quos non pauci erūt Christiani nomine ac fide per charitatē non viuente: quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Itaq; empti sumus precio magno, hoc est, sanguine immaculati agni Christi Iesu. Et hæc redemptio in baptismo nobis cōmunicata est: quia merito conuersationis & passionis suæ nos saluos à iugo diaboli, & à seruitute peccati fecit, vt iam (quomodo alibi dicitur) spe salui facti sumus, nondum re. Neque enim adeo sumus propter mutabilitatem arbitrij nostri securi, vt à salute nostra non valeamus denuo excidere. Quod tamen si ita cōtingat, ex culpa sola est nostra. Igitur per lauachrum regeneratiōis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos per varia dona abunde, hęc salus & redemptio nostra nobis operata est p Iesum Christū saluatorē nostrū, vt nō nostris meritis, sed ipsius gratia iustificati atq; à peccatis exuti per spē quoq; simus hæredes vitæ æternæ.

Matth. 25

1. Cor. 6

Matth. 22

1. Petri 1

Roma 8

Posse quēque Christianorū p culpam à salute excidere.

EXEGESIS EVANGELIJ in eodem Festo. Lucæ. II.

B

CHristo dn̄o nostro Dei filio incarnato, & nato ex Maria virgine, mansit exigua hæc familia, Ioseph puta & Maria cum infante in domo, vbi virgo pepererat. Voluit autem beatissima virgo per omnia subdere se legi, nec vlla gaudere, quātum legis attinet obseruantiam, prærogatiua. Eam ob rem, licet virgo conceperat absq; viro, filium virgo pepererat, quomodo tamen purificationis ritum suscepit, ita etiam ingressu templi & consuetudine hominum, legi obediens, abstinuit, puerumque circuncidi fecit: tametsi nullo pacto legi ad- Lucæ 2

Leuit. 12

ſtringebatur ipſa, ſed palam eximebatur, lege dicente: Mulier quæ ſuſcepto ſemine, & cæt. Quod prorſus erat à beatiſſima Dei matre virgine Maria alienum. Tamen, vt dixi, noluit apparere ſingularis, ſed ex humilitate ſe conformare cæteris. Ideo ab exordio noſtræ ſalutis, à natiuitate infantis, poſtquam conſummati ſunt dies octo (octauo enim die natiuitatis neceſſe erat circuncidi puerum) infans Dei & virginis filius circunciſus eſt. Quod Euangeliſta breuiter ſic refert:

Geneſ. 17 Leuit. 12

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer.

Gene. 17

Præceptum datum erat Abrahæ, vt Geneſeos habet liber, de circuncidendo om̃i maſculino. Ita enim dictum eſt illi: Ego ſta tuam pactum meum inter me & te, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te. Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circũcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis: eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. Vides igitur, quam erat neceſſaria circuncíſio ſub lege, & à tempore Abrahæ vſque ad Chriſtum.

Circũciſio cur in veteri lege fuerit neceſſaria.

Si interrogas, quare erat neceſſaria: dicendum, ideo, quia à Deo præcepta & inſtituta, non omni populo, ſed genti tantũ Hebrçorum: hoc eſt, Abrahç, filijs eius ac vniuerſç poſteritati eius, q̃diu genti eſſent Hebræorũ adunati. Si quçris, quare fuerit inſtituta circũciſio: dicendũ, in remediũ originalis peccati. Adam enĩ peccans atq; p̃cepti ſibi dati à Deo tranſgreſſor, originalẽ iuſtitiam in qua creatus fuerat, amiſit, & ſententiã damnationẽq; Dei, dicentis, In quacunque die comederis de ligno hoc, morte morieris, incidit, & ſeipſum vniuerſamq; ſuã poſteritatẽ immortalitate, hçreditateq; cœleſti priuauit. Huius enim originalis peccati, huiuſq; ſententiæ diuinæ latç ſup genus & poſteritatem Adæ, oẽs, quotquot ex ipſius ſemine naſcimur, participes efficimur.

Circũciſionem valuiſſe contra originale peccatum.

Gene, 2

C Veruntamen, miſericordia Dei noluit nos omnino perire, ſed cõtra hoc peccatũ originale remedia mundo nullo non tempore prouidit, ne perpetuo eſſemus dãnati: ſed in Chriſtũ, ſiue olim naſciturum ac promiſſum, ſiue iam natũ, quiſquis crederet, ſaluus eſſet. Eadem enim fides eſt omnium eorum, ſcilicet qui Chriſti p̃ceſſerunt incarnationẽ, & qui ſequuntur. In eũdem nempe redẽptorem pariter credimus q ante Chriſtũ & poſt Chriſtũ nati ſumus: niſi q̃d pro tempore veteris teſtamenti, patres illi crediderũt in venturũ, nos in eum qui iam venit. Huius fidei proteſtatio ſeu profeſſio quædã fuit ſub lege naturç ſacrificiũ aut Dei cultus. A tẽpore vero Abrahæ, & ſub lege ſcripta circunciſio: quç à tẽpore illo vſq; ad Chriſti paſſionẽ durabat: nunc vero ſub lege gratiæ baptiſmus. His remedijs liberamur ab originali peccato, quamuis nullum remedium ante baptiſmum inſtitutum, & antequam Chriſtus pro omnibus noſtris peccatis ſatisfecit, aperire nobis potuerit regnum cœlorum, ſicut hic dicit Beda in homelia: Scire debet fraternitas veſtra, quia idem ſalutiferæ curationis auxilium circunciſio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nũc baptiſmus reuelatæ gratiæ tẽpore agere conſueuit: excepto quod cœleſtis regni ianuã nec dũ intrare poterãt, donec adueniens benedictionẽ daret, qui legẽ dedit. Quod tamẽ ita intelligendũ non eſt, quod circunciſio, ſicut nec alia ſacramenta veteris legis, hominem iuſtificauerit (quia contrarium ad Romanos ſcribit Paulus) quod contulerit dederitve gratiam ex opere operato, ſeu ex virtute ſacramenti, ſed erat ſignũ & proteſtatio fidei iuſtificãtis. De his autem qui ſub lege vixerunt naturæ, teſtatur D. Gregorius, dicens: Quod apud nos iam valet aqua baptiſmi, hoc apud veteres potuit p infantibus fides (puta actus ille exterior, quo fidem proteſtabantur ſuam parentes pro puero) in adultis vero virtus ſacrificij & oblationis. Itaq; vt Beda teſtatur, vtraq; purificatio, circũciſionis videlicet in lege, & in Euangelio baptiſmatis tollendæ præuaricationis primæ gratiæ poſita eſt. Et ne cui ſeculi labentis ætati superni reſpectus munera deeſſent, illi quoque qui à mundi exordio, vſq; ad tempora datæ circunciſionis, vel poſt datam circunciſionem, de alijs nationibus placuerũt Deo, vel hoſtiarum oblationibus, vel ſola certæ fidei virtute ſuas Deo ſuoq; creatori animas cõmendantes,

Fides eadem omnium.

Remedia quæ iam fuerint contra originale peccatum.

Beda.

Pſalm. 44

Circũciſio nõ ac alia ſacramenta veteris legis iuſtificare non potuiſſe qu. quam. Roman. 3

Gregori⁹

Beda.

à primi

D

à primi reatus vinculis absoluere se curabant. Quod si quis dixerit, cum fides & oblatio, siue sacrificium sub lege etiam naturæ essent in remedium originalis peccati, quid opus fuit vt institueretur circuncisio? Dicendum, circuncisionem datam esse, non solum ad purgationem, & in remedium originalis pcti, sed etiam in signum distinctionis ab alijs nationibus, quo scilicet discerneretur hic populus Deo electus atq; peculiaris, ex quo Christus erat nasciturus, singulari sanctitate, præ alijs populis clarus Deoq; dilectus. Atq; ideo huic soli populo Hebræorum in signum distinctionis erat circũcisio danda. Sed, inquis, quare potius id tempore factum est Abrahæ? Quare non antea, aut post? Dicendum: Ante Abrahæ tempora non fuit necessarium, propterea quod tunc pene omnes erãt fideles, nec clara erat aliqua promissio de Christo. Abrahæ vero tempore cœpit idolatria & pctm̃ contra naturam. Abundare quoq; cœpit & crescere om̃is iniquitas. Quare tunc etiam recte promissio erat facienda de Christo nascituro, qui pctã mundaret, signum quoq; fidei ponendum erat contra infidelitatem, & signũ castitatis cõtra luxuriam: quę (vt dixi) cœperat abũdare. Huiusmodi itaq; Deus sibi populum segregare cupiens sanctum, ex quo nasceretur, Abrahæ dedit de circuncisione præceptum, in signum fœderis ac pacti sempiterni cum eo, & cum semine eius, hoc est, in signum nascituri Christi ex semine eius. Exhibuit autem Abrahæ benignitatem & dilectionem magnam Deus: atq; (vt ita dicam) singularem amicitiam ad Isaac filium eius: ad Iacob quoq; filium Isaac ostendit. A quorum sanctitate dum inciperẽt degenerare eorum filij & filiorum filij, tempore Mosis denuo vniuersum populum ex Abraham per Isaac & Iacob (ad quos facta erat repromissio) natum sibi segregauit, atque lege data restrinxit. Ante igitur quam legem daret, necesse erat gentem cui legem esset daturus, puta semen Abrahæ in Abraham adoptare, signoq; circuncisionis hãc (ui faciebat repromissionẽ de Christo nascituro) ab alijs distinguere. Circuncidebatur itaque solus hic populus peculiaris, aut ex Abraham genitus, aut ei familiaris: hoc est, vernaculus & emptitius, & q in Iudæorum voluit transire coloniam. Quia soli huic populo præceptum à Deo hoc datũ

[Left margin notes: ...rcũcisio ...ur data ...t Abrahæ. — Idolatria & pcctũ cõtra naturam quãdo ortum cœperint. — Gene.17 — Gene.18 Gene.22 — Gene.22 Gene.26 Gene.28 — Quinam olim circũcidebant. — Gene.17 Exodi 12]

fuit pro maribus, non p̃ fœminis. Eua enĩ si sola trãsgressa fuisset Dei p̃ceptum sine viro, mansisset Adæ & nobis omnibus originalis iustitia. Per Adam igitur mors in omnes intrauit, ideo singulari mares purgatione egebãt, dum mulieribus interim fides sufficeret.

E

Verum, obijcis fortasse, cur Christus voluit circũcidi, quum fuerit ab omni culpa alienus. Licet enim veritatem adsumpserit carnis, non tamen adsumpsit veritatem carnis pcti, sed similitudinem, sicut scriptum est: Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Si ergo Christus carnem habens, pctm̃ autem aut carnem pctĩ non habẽs voluit circuncidi, quæ illius circuncisionis ratio fuit? Dicendum, id factum fieriq; conuenisse: Primo, ad Iudaicæ perfidiæ confutationẽ. Futurũ enim erat, vt ipse (quemadmodum Apostolus ait) per semetipsum euangelizando minister foret circũcisionis propter veritatem Dei, & ad implendas promissiones patrũ. Ne ergo iustam prętendere possent occasionem Iudæi, ad refutandam illius doctrinam, aut rationem prætendere, quare Christum non reciperent, voluit circuncidi. Nisi enim circuncisus fuisset, dixissent, patribus dissimilẽ, nec de gente ipsum esse Iudæorum, aut semine Abrahæ, vnde Christus foret nasciturus: atq; idcirco nec Dauid esse filium, nec Christum. Vt igitur nihil illis relinqueretur, quo suæ malignitatis obumbrarent inuidiam, aut se excusarent, voluit circuncidi, & in se circuncisionem finire. Acceperat enim Abraham circuncisionem in signum fœderis inter Deum & se, & quod semini eius Deus daturus esset terram hãc promissionis, & in eius semine benedicerentur omnes gẽtes. Quod quid aliud fuit, quam quod ex eo foret nasciturus Christus, in quo omnes nos benediceremur, atq; per fidem filij Abrahæ facti, fratres vero Christi, per eundem possideremus portas inimicorum nostrorum, possideremus terram promissionis, quæ figurabat terrã viuentiũ, hoc est, cœlestẽ patriam. Credidit igitur Abraham Deo, scilicet in seminis promissione, quod esset sibi futurum, in quo benedicerentur oẽs gentes, & fidei suæ signum à Deo accepit, vt inter illum semenque eius & Deum esset fœdus sempiternum. Cuius tam fidei Abrahæ, quam fœderis diuini, signum erat circunci-

[Right margin notes: gene.3 — Mulieres quõ olim a pctõ originis purgabatur. Roma 5 Roma.5 — Christus cur circũcidi voluerit. — Ephe.2 — Circũcisionis Christi ratio triplex q. Roma.15 — gene.17 — gene.22 — gene.15 Galat.3]

F cuncisio. Quisquis igitur Abrahæ fidem imitans circuncidebatur, ipsa circuncisione se semen illud, hoc est, Christũ nasciturum expectare profitebatur. Circuncisio enim futuri seminis expectandi professio erat. Neq; enim de seminibus Abrahę promissio facta est, tanquam de multis, sed de semine vno, q est Christus. (Galat. 3) Hinc iam liquet, quare circuncisio iam abolita est, & per Christũ est finita: adeo vt si quis circũcideret se, Christum negaret, quia & Apostolus dicit: Si circuncidimini, Christus nihil vobis prodest. (Circũcisio cur in noua lege abdita sit, & illicita. Galat. 5) Loquebatur autem gentibus ad Christum conuersis. Sed quare Christus illis nõ prodesset? Quia circuncidendo se, testarentur se Christum expectare venturum, qui iam venit: quod est Christum negare. Nam si alius expectatur adhuc venturus Christus, fuisse Christus ille qui venit, negatur. Abolita igitur atque prorsus illicita est posthac circuncisio. Quod si Iudæi dicant, perpetuo circuncisionem mãsuram, propterea quod Abrahæ dixerit Deus: Statuam pactum meum inter me & te, & semen tuum post te in generationes suas fœdere sempiterno: & iterum, Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. (Genes. 17; Ibidem.) Sed respondendũ illis, circuncisionem non esse fœdus, sed signum fœderis, sicut dixit ad Abraham Deus eodem loco: Circuncidetis omne masculinum, &cæt. vt sit signum fœderis inter me & vos, & semen vestrum. (Ibidem.) Fœdus itaque Dei, siue pactum nobiscum manet, æternum perpetuumque. At signum fœderis nihil obstat mutari. Secundo, Christus voluit circuncidi, propter exemplum, & ad instructionem humilitatis. Qui enim natiuitatis suæ die paulo minus minoratus ab angelis, habitu inuentus est vt homo, hodie ab angelis multo magis minoratus est, non solum formam hominis, sed etiam formam exhibens peccatoris. (Philip. 2) Puerũ Iesum alloquẽs Bernardus, dicit: Ad quid tibi circuncisio necessaria, qui peccatum non commisisti nec contraxisti? Quod ipse non feceris, ætas manifestat: quod non cõtraxeris, multo certius probat patris diuinitas, & integritas matris. (Bernard. Humilitatẽ Christi quantam prorogarit in sua circũcisione. Nume. 6) Summus sacerdos es, quem nec super patre, nec super matre contaminandum prophetatum est in lege, potius quam mandatum. Est enim tibi pater ab æterno, sed Deus est, in quem peccatum non cadit. Est & mater ex tempore, sed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Super hæc omnia G circunciditur puer, agnus sine macula: & si non eguit, tamen voluit circũcidi. Nec vestigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Sed nõ sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum alligaturam, qui de vulneribus etiam interdum gloriamur. Quem nemo arguere potest de peccato, ipse peccati remedium, & verecundum pariter & austerum sine vlla necessitate suscepit. Nos econtrario inuerecundi ad obscœnitatem culpæ, erubescimus agere pœnitentiam (quod extremæ dementię est) male proni in vulnera, peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus est peccatorem se reputari: nos & esse volumus, & non æstimari. Itane sano opus est medicina, & non potius male habentibus? (Matth. 9) Sed Christus patienter quę non rapuit, exoluit, qui venit purgationem facere, non suscipere delictorum. (Psalm. 68; Hebr. 1) Sed dicis: Quid ni susciperet paruulus? Imo vero, qd ni susciperet humilis & mansuetus? (Esaiæ 53) Quid ni obmutesceret coram circuncidente, qui coram tundente obmutuit, coram crucifigente siluit? (Ibidem.) Alioquin non erat illi difficile carnem suam integram seruare, ne scinderetur, qui fecerat, ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Non erat difficile paruulo prohibere, ne caro illa circuncideretur, quando nec mortuo difficile fuit custodire, ne corrumperetur. Hoc igitur nos exemplo docere voluit, vt qui adeo sumus proni ad vulnera suscipienda, hoc est, ad delicta admittenda, tardi ad remedia, discamus pro remediis esse solliciti ad exuenda sanandaque delicta: quandoquidem ille, in quo peccatum non fuit, peccati remedium admisit. Tertio, vt doceret nos spiritualiter circuncidendos, voluit ipse corporaliter circuncidi. (Quõ spũaliter homo circũcidere se debeat.) Debemus enim circuncidi, tam interne, quam externe. Primo, quantum ad ea spectat, quæ extra nos sunt debemus circuncidi, resecando superflua: quod Christus docuit, dicẽs: Veruntamen quod superest, date eleemosynam. (Lucæ 11) Et Ioannes: Qui habet duas tunicas, det non habenti. (Lucæ 3) De duabus tunicis loquitur, quando alteram dare iubetur non habenti. Nam vnam habens, non habet qd inde tribuat. Si enim vna tunica diuiditur, nemo est qui vestitur. Et Ioannes apostolus:

stolus: Qui habuerit substantiam huius mundi,& viderit fratrem suum necesse habere,& clauserit viscera sua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo? Secundo debemus linguam nostram circuncidere à detractione,contentione,& ab ocioso sermone. Siquidem Christus dicit: De omni verbo ocioso reddendam hominibus rationem in die iudicij. Si ociose nobis loqui Christus non concedit,quid monachorum arguimus instituta, qui propter cauendum sermonem ociosum, silentium indicunt? Calumniator igitur est,qui quis reprehendit id,quod ne Euangelium transgrediatur,custoditur. Tertio,sensus nostros circuncidere debemus à vanitate. Prohibemur enim in scriptura oculos habere sublimes,vagosque. Nisi enim pudicos habeamus oculos & aures, non possumus castum habere cor. Quæ enim videmus, hæc meditamur & concupiscimus.Quæ autem quis nunquã vidit,nunquam etiam concupiscit. Quàobrem prudenter oculos suos circunciderat, qui dixit: Pepegi fœdus cum oculis meis,ne cogitarem de virgine. Breuiter, omnia in nobis debemus circuncidere,quæ nos coram Deo dehonestant.Quicquid eius oculis ingratum didicerimus,circuncidẽdum est nobis.Hæc circuncisio purgat, nosque commendat Deo.Huius circuncisionis alia, quæ est legalis & Abrahæ data, fuit figura,& significabat resurrectionem futuram,qua circuncidemur ab omni corruptione & defectu corporali.

Vocatum est nomen eius Iesus.

Nominis impositionem in circuncisione fieri traditio creditur habuisse antiqua à tempore Abrahæ, Idcirco hic quoque Christus nomen accepit,quod ab æterno habuit. Hoc est, nomen eius hodie euulgatum est,quod habet ęternum. Vocatum est enim nomen eius Iesus,id est, saluator. Hoc certe nomen, quo ad rem præcipue, diu est expectatum, diu desideratum, hodie est exhibitum.Olim enim longe erat à peccatoribus salus.Petebatur,sed non sentiebatur,vt prope esset dominus omnibus inuocantibus illum. Sentiebatur magis & vocabatur etiam Deus vltionum dominus,Deus iudicij, Deus exercituum,& huiusmodi:quibus nominibus satiatus Dauid petijt,dicẽs:Dic animæ meæ, salus tua ego sum.Quasi dicat: Satis sensimus te vindicem iniquitatum, Deum iudicij, dominum exercituum. Abscõde nunc nomina potestatis:audiamus nomen benignitatis. Sentiamus nomen bonitatis & salutis.Quod hodie impletum est,vt in epistola significatur hodierna: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Hoc est nomẽ quod impositum est à patre Deo, sicut in Esdra legitur: Reuelabitur filius meus Iesus cum his qui cum eo iucundabuntur. Et iterum:Et erit post annos hos, & occidetur filius meus Iesus, & conuertetur seculum. A prophetis quoque hoc nomẽ est cognitum. Vnde Abacuc dicit:Ego autem in domino gaudebo,& exultabo in Deo Iesu meo. Nomen denique hoc est,ab angelo reuelatum. Dictum nanq; fuit beatæ Mariæ per angelum: Vocabis nomen eius Iesum. Ad sanctum Ioseph quoque cum grauidam cerneret coniugem suã virginem Mariam,& turbaretur angelus dixit:Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nomen etiam hoc ab apostolis pręedicatum. Non est enim,inquit Petrus,aliud nomen sub cœlo datum hominibus,in quo oporteat nos saluos fieri. Est & hoc nomẽ ab om̃i creatura honoratum. In nomine enim Iesu omne genu flectitur cœlestium, terrestrium,& infernorum.

Quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur.

Antequam angelo consensisset beatissima Maria ad concipiendum filium Dei, reuelatum est ab angelo nomen hoc sanctum. Vbi sciendum, quando nomina ab hominibus imponebantur, plerunque ab euentu infantes nomina sortitos fuisse, vt Phares, qui ita vocatus est propter euentum diuisionis maceriei. Et Esau,quia rufus, & Gerson filius Mosi, quia pater eius aduena in terra erat aliena. Et Manasses filius Ioseph, & alij multi, quorum nominum rationem scriptura suis in locis explicat. At vero,quãdo Deus nomen imponit,

Margin notes: Ioan. 3 — Lingua quo sit circuncidenda — Matth. 12 — Ociosa quam vitanda — Sensus nostri quo circuncidendi sunt — Iob. 31 — Circuncisio mystica grata Deo — Gene. 17 — Nomina in circuncisione olim imponi solita — Psalm. 93 — Psal. 144 — Psalm. 33 — Psalm. 34 — Titum 3 — Abacuc 3 — Lucæ 1 — Matth. 1 — Actor. 4 — Philip. 2 — Lucæ 1 — Nomina quo olim imponebantur. — Gene. 38 — Gene. 25 — Exodi 2 — Gene. 41

nit, ex ipso nomine significat donum aliquod gratiæ ei, cui nomen imponitur, collatum. Sic Christo collatum est, vt saluaret omnes: idcirco vocatum est nomen eius
Matth.1 Iesus, vt Euangelista ait: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quapropter charissimi, quia scriptum est,
Ioel,2 Et erit, vt omnis q inuocauerit nomen domini saluus erit: inuocemus in hoc nomine, & petamus ea, quę nobis salutaria sunt. Neq; enim fieri potest, vt aliquid in huius nomine petentibus negetur ab eo, qui est benedictus Deus in secula, Amen.

SERMO IN EODEM Festo. Quid nobis sit Iesu nomen, & vnde efficiamur filij Dei.

K

Vocatum est nomen eius Iesus. Lucæ secundo. Duplex hodie nobis seruanda est Iesu memoria. Siquidem hodie primo
Effusio sanguinis Christi prima. sanguinem pro nobis suum adhuc infans tenellus fudit, circuncisus, matrique teneræ haud dubium compassionis vulnus acerbum inflixit, ipse vehementer dolens. Neque enim in eo locum habuit, quod de cæteris solet dici infantibus, quod minorem sentiant dolorem in principio suæ infantiæ, propterea quod minorem tunc habeant imaginationem. Certe hoc de Christo non potuit dici infante. Omnia enim in eo erant perfecta in primo puncto temporis, quo fuit in vtero virginis incarnatus. Hoc igitur primum est, quod Deo pro sanguinis eius effusione agere debemus gratias.

Nomen Iesu quantæ sit dulcedinis. Secũdum, quod saluificum sibi nomen imponi voluit. Nomen, quod tantæ foret dulcedinis, tanti amoris, tantæ reuerentiæ deniq;, vt nemini illud non gratum, nemini non consolatorium ac suaue sit. Quis enim vnquã dulce hoc nomen horruit? Cã-
Psalm.95 tate igitur & benedicite nomini eius, annũciate de die in diem salutare eius. Confite-
Psal.148 mini, inquam, & benedicite nomini eius, quia exaltatum est nomen eius solius. Ex-
Psalm.97 ultate domino quia venit, quoniam venit non iudicare, sed saluare terram. Bene autem simul refertur, infantem Christum circuncisum, & Iesum vocatum. Quod enim circunciditur, infirmitatem carnis demonstrat: quod Iesus vocatur, potestatem diui-
Osee 13 nitatis. Est enim nobis salus tantũ in Deo nostro. Nam vt sanctus dicit Bernardus, Bernard. magnum hic & mirabile est sacramentum. Circunciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista connexio? Circuncisio nempe saluandi magis, quam saluatoris esse videtur: & saluatorem circuncidere magis de- 1.Timo.2 cet, quam circuncidi. Sed agnosce mediatorem Dei & hominum, qui ab ipso suæ natiuitatis exordio, diuinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cuius fœcunditatis fructus sic accedit, vt nõ decidat flos virginitatis. Pannis inuol- Luce 2 uitur, sed ipsi panni angelicis laudibus honorantur. Absc̃oditur in præsepio, sed pro- Matth.2 ditur stella radiante de cœlo. Sic & circuncisio veritatem probat susceptæ humani- Philip.2 tatis, & nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis. Circunciditur tanquam verus Abrahæ filius: Iesus vocatur, tãquam filius Dei. Hoc autem nomen verbum Deus ex tunc habuit, ex quo caro vel homo factus est. Sed causa, cur facto homini tale nomen positum est, nõ ex natura humana, sed ex diuina virtute pendet. Vnde enim nos saluat, aut saluator noster est, nisi ex eo quod non homo tãtum, L sed & etiam Deus est? De hoc nomi- Cantic.1 ne in Canticis olim scriptum est: Oleum effusum nomen tuũ: aut, vt alia habet trãslatio, vnguentum effusum nomen tuum. Olei conditiones nomini Iesu peculiares. Tres conditiones sunt olei, huic nomini sancto peculiares. Lucet enim oleum, pascit & vngit. Dicitur autem lucere, quia fouet ignem. Nutrit carnẽ, idcirco cibus est, aut condimẽtum cibi. Doloremque lenit, atque ideo hoc nomen medicina est. Iam vide si non hæ conueniant nomini Iesu proprietates? Lucet nomen Iesu prædi- Nomẽ Iesu quõ sit lux. catum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Est itaque, vt dixi, primo lux. Quod autem lux sit, diuinus testatur Ber- Bernard. nardus, dicens: Vnde putas in toto orbe terrarum tanta & tam subita fidei lux, nisi de prædicato Iesu? Nonne in huius nomi- 1.Petr.2 nis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen suum? Quibus illuminatis, & in isto Psalm.35 lumine vidẽtibus lumẽ, dicat merito Apo- Ephe.5 stolus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Hoc denique est no- Apost. men, quod coram regibus & gentibus & filijs Israel portare iussus est idem Apostolus. Ob quã rem, nisi vt hoc illuminaretur nomine, quicunq; venerit in hũc mũdum? Ioan.1 Quibus illuminatis ꝙ̃ e diceret Apostolus: Fuistis

Fuistis aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino, Tenebræ ex vobis, lux autem in domino Iesu. Secũdo est nomen Iesu cibus. De quo loquens Bernardus: An nõ, toties cõfortaris, quoties Iesu recordaris? Quid æque, inquit, mentẽ cogitãtis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si nõ oleo isto infundatur. Insipidus est, si nõ hoc sale cõdiatur. Si scribas, nõ sapit mihi, nisi legero ibi, Iesum. Si disputes, aut conferas, non sapit mihi, nisi ibi sonuerit Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.

M Tertio, est nomẽ Iesu medicina. Siquidem per huius sancti nominis virtutem, remissionem accipimus peccatorũ. Quod sancto Ioseph angelus clare explicãs: Vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et Ioannes in epistola, Scribo vobis, inqt, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata in nomine eius. Et beatus Petrus, Huic, inqt, omnes prophetę testimonium perhibent, remissionem accipere peccatorum per nomen eius omnes qui credunt in eum. Nulla igitur confidentia iustior, quam à saluatore peccatorum remissionem petere, rogare à Iesu salutem. Hoc enim vere in nomine Iesu est petere, petere ea ꝓpter quę Christus ipse, qui hoc nomen sibi delegit, descẽdẽs de cœlis, venit in mundũ, propter nos incarnatus est, passus est, & mortuus est. Et quid est propter q̃d maxime venit in mundum? Nonne vt nos patri suo recõciliaret, saluosq; nos faceret à peccatis scilicet nostris? Est igitur nobis Christus medicina. Nihil enim, vt verbis vtar Bernardi, ita iræ impetum cohibet, superbiæ sedat tumorẽ, sanat liuoris vulnera, restringit luxurię fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim tẽperat auaritiæ, ac tocius indecoris fugat pruriginem. Non autem putemus in literis aut syllabis his consistere tantam virtutem, efficaciam, ac medicinam: sed in re, quæ literis significatur. Siquidem, cum nomino, inquit Bernardus, Iesum, hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordẽ, & omni deniq; honestate ac sanctitate cõspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanet & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi sonãt simul, cum insonuerit Iesus. Habes itaque in nomine Iesu vnde actus tuos corrigas, vel minus perfectos adimpleas: itemq; vnde sensus tuos aut serues ne corrumpãtur, aut, si corrumpantur, sanes. Secũdo, nobis hoc nomen est medicina, quia necessaria nobis impetrat ad salutem. Multis egemus omnes, sumusq; ante ostium domini quotidie mendicantes. Neq; enim peccatorum duntaxat remissio, vulnerumq; curatio est nobis necessaria, nec hac tantum re egemus vt purgemur: sed vt & reficiamur, sustentemur, confortemur, vt euitemus deniq; pericula & aduersa. In om̃ibus his ad virtutem nominis Iesu recurramus oportet. Sese enim dominus noster Iesus Christus quicquid à patre quæsierimus mediatorem salubriter vult agnosci, adeo vt neminem ad patrem venire, nisi per illum, nemo à patre quid possit impetrare, nisi per illum. Est igitur primo nomen hoc Iesus desolatis om̃ibus in refugium, est spes vera, vnicaq; pœnitentium. Nam quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Est deinde ægrotantibus & infirmis remedium, quod in Euangelio dicit dominus: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si quid mortiferum biberint, non eis nocebit: super egros manus imponent, & bene habebunt. Videsne quantas virtutes hoc nomen Iesus interpellatũ impetrat? Tertio, est pugnantibus omnibus in præsidiũ. Nam in Christi nomine, dixit sanctus Martinus, hostiũ cuneos transibo securus. Sancta Agatha quoq;, Si feras, inquit, adhibueris, audito Iesu nomine, mansuescũt. Et discipuli, ait Lucas, reuersi ad dominum, dixerunt: Domine in nomine tuo etiam dęmonia subijciuntur nobis. Non sunt autẽ subiecta dæmonia, nisi vincantur: non autem vincuntur, nisi in nomine domini Iesu Christi. Ipse enim fortem illũ armatum vincit, & omnia eius spolia distribuit. Hæc sciebat Dauid quoque, qui aduersum se venientem Goliam alloquẽs, dicebat: Tu venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum Dei Israel. Hoc modo nos q̃q; per inuocationem nominis domini oportet vincere, vt cũ Psalmista dicamus: In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Est enim, vt in Prouerbijs dicit Salomon, turris fortissima nomen domini, ad ipsam

i confu-

Marginalia (left): Ephe.5 — Bernard⁹. Nomẽ Iesu cibus — Nomẽ Iesu, quo sit medicina. — Actor.4 — Matth.1 — 1 Ioan.2 — Actor.10 — Quid sit in nomine Iesu petere. — Bernard⁹ — Idem. — Matth.11

Marginalia (right): Ioan.14 — Ioan.15 — N — Ioel.2 — Actor.2 — Marc.16 — S. Martin⁹ — S. Agatha. — Lucæ 10 — Lucæ 11 — 1.Reg.17 — Psalm. 43 — Prouer.18

confugiet iustus, & liberabitur. Quarto, hoc nomẽ benedictum patientibus est in solatium. Ibant, inquit Lucas, gaudentes apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et quid apostolus Paulus dicebat Agabo prophetæ? Ego inquit, non solum alligari, sed & mori paratus sum p nomine domini Iesu. Hæc autem aduersa & calamitosa, vt sunt carceres, mundi persecutiones, odia, pœnæ, & huiusmodi alia, alioqui molesta, quam tolerabilia & suauia facit amor Iesu? Quam dulcis fuit apostolis inter aduersa recordatio illa suauis verborum Christi: Hæc autem facient vobis propter nomen meum? Hoc est: persequentur vos, occident vos, propter nomẽ meum: hoc est, in odium nominis mei. Ipsi quidẽ hostes hęc mala inferent vobis, propter odium nominis mei: Vos autem hæc omnia ob amorẽ nominis mei sufferetis. Si impijs est gaudium, quod odio nominis mei vos persequuntur: sit vobis ediuerso quoque gaudium & consolatio, quod mei nomine patimini.

Actor.5

Nomen Iesu quõ sit patiẽtib' in solatiũ.

Actor.21

Ioan.16

O

Quid enĩ aliud fecit sanctos martyres exultare in pœnis, nisi quia nõ patiebantur vt scelesti, puta vt latrones, homicidæ & flagitiosi alij? sed patiebantur amore Iesu Christi: cuius amor omnia grauia & intolerabilia, faciebat leuia, imo & suauia ac desiderata. Esto, pœna sentiebatur vt pœna, dolor sit dolor martyribus: testimonium tamen altissimũ quod moriendo reddere se veritati cognoscebant & Christi nomini, Christi quoq; amor, cuius gratia & contemplatione hęc tolerabant, & securitas futuræ expectationis martyres tanta intus repleuit virtute, tãta gratia, tanto amore & tãta deuotione ac consolatione, vt non solum nõ grauia aut immania se cogitarent sustinere, sed propter desiderium placendi ac opus acceptũ offerendi Deo, nollent etiam his, alioqui tristibus doloribus ac pœnis, carere. Neque enim in ea, quæ patiebantur, animum figebant, sed in eum, cuius amore & intuitu sustinebant. Qui cum cordibus illorũ adeo esset charus, adeo preciosus, adeo suauis, nihil putabant sufficere, in eius honorem, & in ipsius gloriã quicquid paterent etiam: quia nihil se fecisse, nihil adhuc passos se esse arbitrabantur, nisi vniuersa quæ habebant, ac tandẽ vitam pro illius amore in mortẽ tradidissẽt.

Martyres sanctos qd fecerit exultare in pœnis.

Nomen Christi quam insuperabile robur indiderit martyrib'

Quinto, est nomẽ Iesu credentibus in honorẽ & fastigiũ. Siquidem dedit eis potestatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quid honoratius nominari, quid, vt ita dicã, etiam ambitiosius posset desiderari, quã esse filiũ Dei? Omnibus tamẽ data est facultas fieri filios Dei, his puta, qui credunt in nomine eius. Nolite excogitare o filij hoĩm, vt sitis potentes & magni in terra. Filij huius mũdi de terra sunt, & terrena loquuntur, terrena cogitant & terrena ambiunt: quia ibi est cor eorum, vbi est eorũ thesaurus. Quia enim terrena preciosũ æstimant thesaurũ, ideo hunc quærunt. Hunc si inueniunt, cũ gaudio & amore possident, cuius etiã amore, & Deũ, & omnia ipsius dona spernunt. Vos autem filij adoptionis non sic, thesaurũ supremum esse æstimate, esse filios Dei. Hunc desiderate, hũc quęrite, & amore huius mundana, caducaque omnia spernite, abijcite, conculcate. Hunc si obtinueritis, summopere & humilitate maxima custodite.

Ioan.1

Nomen Iesu vti credentibus sit in honorẽ & fastigium.

Ioan.1

Matth.6

Filios Dei constitui quantę sit nobilitatis.

P

Sexto, est nomẽ Iesu amãtibus in suspirium. Nam sponsa in Canticis ante quam diceret, Oleum effusum nomen tuum (puta quod tam esset odoriferum, vt abscondi non posset) dicebat: Trahe me post te: curremus simul in odore vnguẽtorum tuorum. Senserat eius nominis odoriferi fragrantiam, ideo non solum vt sequeretur, sed vt curreret etiam post illũ, precabatur, pellecta odore vnguẽtorum eius. Trahe me, inqt, post te. Inuitat me odor tuus, trahit me amor tui & desiderium, sed non adeo, vt curram. Iam quęso non solum afficiat, non solum alliciat, sed trahat me q̃q; tui amor, quo ego cum meis in amore sodalibus dicere possim: Curremus simul in odore vnguentorum tuorum. Hoc idem ne Esaias quidem propheta ignorabat, dicens: Domine nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Hoc est nomen quod beatus Ignatius martyr in corde suo scriptum circũferebat, sentiẽs in se illud inscriptũ cordi suo, propter amoris illius vehementiam. Quod quia in vita dixerat in se scriptum, post eius martyrium consummatũ, corpore exciso & aperto, in eius corde inuentũ est nomẽ dñi Iesu aureis literis scriptũ.

Nomẽ Iesu quõ sit amãtibus in suspiriũ.

Cantic.1

Ibidem.

Ibidem.

Esaiæ 26

S. Ignatij amor ad nomen Iesu quãtus fuerit.

Septimo, est gñaliter oĩbus orãtibus exauditionis suffragiũ. Neq; enĩ fallax est Christi promissio, dicentis: Amen amen dico vobis, quicqd petieritis patrem in noĩe meo, dabit vobis. Sed q̃a paulo ante

Nomen Iesu vti orãtib' sit exauditiõis suffragiũ.

Ioan 16

ante in superioribus cũ dicerẽ credentibus nomẽ esse Iesu in fastigiũ (siqdem dedit nobis oĩbus Deus potestatẽ filios Dei fieri) restat q̃rendum q sint per nomen Iesu exaltati, q ve sint q vocari debeãt filij Dei. Dicendũ primo, filios esse Dei, hosq; cognoscendos p fidei veritatem. In his eñi ipsis verbis hoc ostendit, qbus hãc potestatem dederit q̃nquidem sequitur: his qui credũt in noĩe eius. Quapropter pagani, idololatrę, Iudęi hæreticiq; oẽs, quia nõ sunt filij Dei, ab hęreditate Christi excludentur. Sine fide eñi impossibile est placere Deo. Qui eñi Ecclesiæ nõ est filius, non est etiam Dei, vt sunt scismatici oẽs & hæretici, qui à matre defecerunt, matri rebelles, ouibus stolidiores. Neq; eñi matris, quõ agni agnoscunt vocẽ (matrem Ecclesiã dico) quã vt Osee ait, spõsauit sibi in fide. Oẽs quoq; (Paulus dicit) filij Dei estis, per fidem in Christo Iesu, vtpote ex eadem matre geniti. Secundo, efficiuntur Dei filij, per cordis puritatem. Quod ex Leuitico colligitur, vbi dñs dicit: Immundũ ne tetigeritis, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios. Sanctus enim ẽ ipse pater & Deus noster, nosq; vult esse filios sanctos. Sancti, inquit, estote, q̃niã ego sanctus sum dñs Deus vester. Sanctum aũt esse, est à pctõ esse mundũ, pręsertim mortali. Et oĩs, ait Ioãnes, qui est ex Deo, nõ peccat sc; mortaliter. Caueamus igit pctã, fugiamus, odiamus, & pseqũmur eadẽ in nobis gemendo, flendo, vitia castigando, occasiones infirmitati nostræ subtrahendo & orando. Non est vnde excusemus nos, quasi à pctis non possimus abstinere, aut tentationes supare. Iubemur eñi in Euangelio petere & accipere. Quicquid igitur nobis deest virtutis aut auxilij, Hoc à Deo in nomine filij eius petamus, & dabitur nobis. Intra nos est quod retinet nos, quod minime ad radicem pertingentes studemus euellere. Est enim concupiscentia peccati in nobis radicata: huic blandimur, assentimus, hãc toleramus, dissimulamusque. Quam si strenue, seuereq; persequeremur diuino auxilio inuocato, citius liberaremur. Tertio, filij Dei efficimur per vitæ humilitatem. Præ alijs nanque omnibus virtutibus dominus Iesus humilitatem suam ac mititatem in exemplum nobis posuit, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quo exemplo vt disceremus nos fieri filij Dei, & verbo & opere inuitauit nos ad sui imitationem, quam præcipue in hoc sitã esse voluit, si fuerimus humiles & mites corde. Siquidem humilitatem vbiq; in vita ac moribus ptulit. Nam quasi Dei filium se ignoraret, quasi nesciret se regem angelorum, ad Ioannem venit baptizandus. Nullum remedium peccati à se voluit esse alienum. Vbiq; se depressit, vbiq; humiliauit. Idcirco post illam humiliationem sui audire meruit, voce cœlitus delapsa: Hic est filius meus dilectus. Quarto, filij Dei efficimur si pacem, si concordiam & charitatem cum proximis nostris seruemus. Quod dominus quoq; Iesus ipse confirmat, dicens: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Christus nanq; mediator noster pacem inter homines & Deum, pro nobis moriendo fecit: cuius signum præbuit, quando in cruce à terra eleuatus inter cœlum & terram medius pendens, mortem sustinuit. Simus ergo pacifici, vbiq; cauentes omnem occasionem delinquendi, & circuncidentes linguas nostras, ne quid à nobis prodeat, quod pacẽ aliorũ turbet, quod scandalizet, quod vnitatem scindat, aut vulneret charitatem. Qd' Apostolus quoq; monens ait: Quantum in vobis est, cum omnibus pacem habentes. Quinto, per misericordiam & pietatem filij Dei efficimur. Et ideo in Ecclesiastico scriptũ est: Pupillis esto misericors & eris velut altissimi filius. Christus quoq; idipsum iubens, Estote, inquit, misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Per misericordiam igitur diuinam naturam imitamur, atq; Dei filij efficimur.

Sexto, Dei filij efficimur, in flagellorum assiduitate, quæ à domino patimur. Ita eñi Hebræis hoc Paulus loquitur, dicens: Quẽ diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate: tanquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem nõ corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Videte igitur quanta sit hic consolatio mœrẽtium, gementiumque sub disciplina patris, Omnes à correctione eius esse vellemus liberi, cum tamen correctio ipsa signum est nobis, quod simus filij Dei. Expedit autem, nobisq; vtilissimum est, pro singulis excessibus hic castigari. Neque enim bis Deus punit: sed q̃d hic castigatũ est, parcitur in futuro. Siquidem

Hebr. 11 — Fides quę nam filios dei nos efficiat.
Osee 2 — Galat. 3
Puritas cordis q̃modo obtineda sit. — Leuit. 11
Leuit. 19
Sanctũ esse quid sit. — 1. Ioan. 3
Peccata sua qbus modis sint homini plequ'da.
Ioan. 16
Lucæ 11
Humilitas quõ faciat filios Dei.
Matth. 11

Imitatio Christi in q̃ pcipue sita.
matth. 3 — Ioan. 1
marci 1 — Lucæ 3
Concordia fraterna vt filios Dei efficiat.
matth. 5
1. Tim. 2
Pacificus quõ quis fiat.
Roma. 12
Misericordia vti nos filios Dei constituat.
Eccle. 4 — matth. 5 — Lucæ 6
Flagella Dei patienter ferre vt constituat filios Dei.
Hebræ. 12
Nahum 1

Prouer.3 dem in Prouerbijs legitur: Quem dñs dili git, corripit, & quasi pater in filio cõplacet Eccle.30 sibi. Et in Ecclesiastico: Qui diligit filium assiduat illi flagella. Videte igitur quãtam gratiam, quãtamq; charitatem fecit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Ex 1.Ioan.3 hibeamus igitur nos vt filios Dei, non vt Deum imitari velimus in potentia, in scientia, in gloria, in dominatione: sed in mi seratione, in innocentia, in puritate, in benignitate, in dilectione inimicorum, in lõganimitate, & huiusmodi virtutibus alijs, quibus sese nobis Christus pbuit in exem plum, qui cũ patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE APPARITIONIS DOmini nostri Iesu Christi, loco epistolæ lectio Esaiæ prophetæ, cap. LX.

XI. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide, oẽs isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gẽtium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Inter omnes prophetas clarius, fusiusq; de Christo & Ecclesia Esaias prophetat. Atq; ideo vbi de vocatione loquitur gentium, hodierna lectio desumpta est. Nam primitiæ gentium in fide, puta tres Magi hodie conuersi sunt ad Christum. Videns itaque propheta in spiritu Ecclesiam ex gentibus colligendam, Surge, inquit, Ecclesia militans Hierusalẽ. Ibi enim Ecclesia exordium sumpsit noui testamenti, & primitiæ credentium in fide ibi coaluerunt, quos Petrus coadunauit: quoniam salus ex Iudæis est. Nam ex Iudæis Christus, inde nati sunt apostoli atque discipuli domini. Inde quoque sunt nati, de quibus dixi, primi qui ad fidem sunt conuersi. Igitur, Hierusalem surge ab amore & curis terrenarum rerum, eleuare ad Deum & illuminare. Prope enim est cõsolatio tua, ad quam recipiendam te parare decet: quia venit lumen tuum, lumen illud oriens ex alto, quod ad te venit, illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes, hoc est, affectus tuos, in viam pacis. Hoc est lumen, de quo Christus conqueritur: Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis, q̃ lucẽ. Itaque venit tibi lumen tuum, tibi promissum: & gloria domini super te orta est. Viderũt pastores claritatem Dei se circumfulgentem. Viderunt Magi stellam se ad sequendum inuitantem, & locum pueri nati, qui est salus omnium, mõstrantem. Videbis tu quoque gloriam domini super te ortam, tunc quando illustrabit te eius potestas, diuinaque maiestas, ex cognitione scilicet secretorum cordium, & ex virtute signorum & miraculorũ. Quia ecce tenebræ, ignorantię, operient terram, & caligo populos. Apud omnes homines, qui sunt extra Ecclesiam, & qui non pertinent ad Hierusalem, sunt tenebræ & caligo. Super te autem orietur dominus. Tibi innotescet illius cognitio: & gloria maiestatis eius per opera diuinitatis manifestãdæ

[Margin notes: Hierusalẽ vti signet Ecclesiam — Actor.1.5 Ioan.4 — Luce 2 — Ioan.3 — Luce 2 — matth.2 — Tenebris operanti vtsint oẽs hoies extra Ecclesiæ vnitatem existentes.]

dæ in te videbitur. Tibi itaq; venit lumen, tibi missum est verbum salutis, puta ad sal uandas oues domus Israel. Tamen non sola tu Iudæa huius particeps eris, sed ambulabunt etiam gentes in lumine tuo. Conuertentur gẽtes quoq; ad Christum, ambulabũt vias iustitiæ post eum, & reges terræ in splendore ortus tui, id est, partici pes erunt gratiæ, & sapientiæ Christi. Hęc enim est lumen, de quo dicit Saluator ipse: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. De quo & Esaias idem dicit sub persona patris ad Christũ: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea ad vltimũ terræ. Itẽque: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione & vmbra mortis lux orta est eis. Puer enim natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, &c. Quapropter leua in circumitu oculos tuos, & vbique circumspice, & vide: omnes isti, tam ex Iudęa, quam ex gentibus ad Christum conuersi, congregati sunt, & ad constituendam Ecclesiam per fidem & charitatem adunati venerunt tibi, quia in Ecclesiæ vnitatem tibi incorporandi sunt. Filij tui licet per vniuersum orbẽ dispersi, tamen electi Dei de longe venient, vt tibi per fidem & charitatem incorporentur, & per fidei vnitatem socientur. De longe quidem venient, quia in regione dissimilitudinis constituti venient, vt filij fiant adoptiui: & qui fuerãt à Christo longe, fiant prope, accedant per fidem & illuminentur: & filiæ tuæ, infirmiores scilicet animæ, de latere, aut, vt alia litera habet, lac sugent, id est, consolatione fouebuntur spiritus sancti, & faciliori apostolorum indulgentiorique doctrina. Tunc videbis impleri ea, quæ dico: Nam afflues diuitijs gratiarum, donorumq; exuberantia locupletaberis: afflues denique multitudine filiorum conuertentium se ad Christum, adeo vt etiam admiretur & lætitia dilatetur cor tuum, quando conuersam ad te videris tam subito multitudinem insularum maris, quando ve brachium, fortitudoq; gentium, qui in potentia & æstimatione sunt mundi, venerit seu accesserit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij regionum Madian & Epha. Si secundum literam quęrimus hic sensum, ille est, vt tot homines in Hierusalem aduenturi dicãtur, vnde vel ex multitudine camelorum aut dromedariorũ quibus aduecti sunt, Hierusalem operiatur. Sed propheticus est modus loquendi, significans tãtam multitudinem in Ecclesiam, quę per vniuersum orbem vna est, ingressuram, fidemq; & Euangeliũ Christi suscepturam, quorum mores camelis et dromedarijs similes ante fuerant, vt Ecclesia videretur operiri magis, quam impleri. Vno nanq; sancto martyre pro fide Christi patiente, & gloriose tormenta ac bestias vincẽte, interim sæpenumero tria milia hominum conuertebantur, nec poterant tot occidi, quot Christus subito fecit inde renasci. Et ita in vniuerso mundo splẽdebat Euangelium, Christique fides, quo sancta Hierusalem, id est, Ecclesia domino extrueretur. Om̃es, id est, de singulis regionibus ex Saba venient aliqui, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes. Quod futurum tres hodie Magi præfigurarunt, qui ex gentibus primitiæ gentium in fide Christum quæsierunt, Christũ adorauerunt, Christoq; munera, aurum, thus & myrrham obtulerunt.

Cameli ac dromedarij mystice qui dicantur.

Matth. 2

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo. Matthæi secundo.

C

NON parum ad rem pertinebat, vt quum Euangelista scripturus Christi esset apparitionem Magorumq; aduẽtum, neque locum neq; tem tempus taceret. Multum quoq; fidei astipulatur, vbi rei quæ describitur, tam ad locum, quam ad tempus testimonia prophetarũ consentiunt. Quando enim Iudæorum magis confutari posset impietas, q̃ dum ex eorum libris, ex rerum euentu, ex prophetarum oraculis, & ex eorum tandem confessione probari potuit: vt quod confitentur ipsi, & alijs astruunt, ipsi credere nolunt? Sciebant ex prophetia Iacob tempus adesse Christi nascituri: puta cum iam ablatum foret sceptrum de Iuda, cũ tempus item hebdomadarum à Daniele p̃dictum, foret impletum. Quãobrem cum omnia iam viderent impleta, de Christi nascituri tempore non poterãt dubitare. Ad hæc autem non ignorabant

Gene. 49

Danie. 9

i iij locum

Mich.5

locum ex Michæa propheta. Quæ omnia tacite hic Euangelista indicat, cum dicit:

Cum natus esset Iesus in Bethlem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerũt Hierosolymam, dicentes.

Herodes Ascalonita quis fuerit.

Hic Herodes alienigena fuit, non de semine Israel, patre scilicet natus Idumæo, matre Arabe, à Romanis, quibus Iudæa facta est tributaria, Iudææ constitutus in regem. Hic alioqui Ascalonita vocatus est: cuius filius Herodes erat Antipas, qui decollauit Ioãnem, & Christo in passione in alba veste illusit.

Herodes Antipas qs fuerit. Matt.14 Marc.6 matth.27 Lucæ 23 Gene.49

Huius tẽpore (vt prophetia impleretur Iacob patriarchæ, dicentis: Nõ auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium) debuit nasci Christus. Debuit etiam nasci in Bethleem Iudæ, quomodo Michæas ante prophetauerat.

Mich.5

Vbi Iesu domino nostro nato, impleta quoq; alia est prophetia. Nam Iacob fratrem suum Esau in Mesopotamiam fugiens, & in eodem loco dormiens, q dicebatur Bethel, vidit per somnium scalam positam, cuius summitas pertingebat ad cœlum, angelosq; ascẽdentes & descendentes per eam. Quamobrem dixit: Quam terribilis est locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Reuera Christo ibidem nato, erat ibidem domus Dei. Corpus nanque eius de virgine sumptum, domus est Dei. Porta autem est & cœli, per quam intramus in cœlestem hęreditatem, idem Christus. Hęc porta primo hoc in loco nobis manifestatur. Siquidem hic Magi primi sunt ex gentibus, qui ad hanc domum accedunt.

Gene.28

D

Deuotio Magorum quanta fuerit.

Vide autem quanta sit Magorum deuotio. Mox vbi ex stella, quę illis apparuit, regem didicerũt natum, nullam facientes moram, adueniunt, vt suo aduentu, & gẽtilium futuram ad Christum deuotionem præsignarent, & impietatem confutarent Iudæorum. Illi enim exultabant propter natiuitatem Christi, hi dolebant. Sequitur enim paulo post omnẽ Hierosolymam cũ Herode ex Magorum aduentu & rei nouitate turbatam. Illi, inquam, regem quærebant alienum, hi spernebant suum. Illi rogabant vt ostẽderetur, hi quidem indicauerunt locũ, vbi esset inueniendus: sed nemo Iudæorum vel ex curiositate mouebatur, vt cum Magis ad quęrendum, ad contemplandumq; regem suum se fatigaret.

Vbi est qui natus est rex Iudæorum?

Quid facitis o Magi, quid facitis? Cur sic loquimini in terra aliena? An nescitis in Iudæa nullũ alium vocari regẽ, nisi quem Romanorum potestas constituit? Num ignoratis regem alium ibi adhuc viuẽtem? Qua temeritate audetis alium nominare regem, cum sciatis iustitiam legis, crudelitatemque tyranni, qui non sinat alium honorari regem, se in potestate regni constituto? Cur periculo tanto vos exponitis? Si regem, inquiunt, timeremus pręsentem ac temporalem, non inquireremus futurum ac cœlestem. Sed quid de periculo mortis, cui vos inuoluitis? nonne prudentius fuisset tacuisse? Si periculum timeremus mortis, ad hanc regionem nunquam aduenissemus. Videsne Magorum deuotionem, fidem atq; confidentiam? Nondum viderãt Christum, & parati iam erant mori pro Christo. Nondum Christum nouerant, & parati erant coram crudelissimo rege in illius præiudiciũ Christum confiteri, Christum adorare, Christum offerre munera.

Fides Magorum quanta fuerit.

E

Magi tres qui & quales fuerit. Chrysost.

Qui fuerunt, inquis, hi Magi? Fuerunt, inquit Chrysostomus, sapientes in Perside, quia eo tempore ibi regnabant sapientes. Hi enim, hoc est, eorum maiores audierant Balaam diuinatoris olim prophetiam, seu oraculum, de stella hac loquentis: Orietur stella ex Iacob, & exurget virga de Israel, & pcutiet duces Moab, &c. & erit Idumæa possessio eius. Propter hoc vaticinium, per sapientes successores obseruabatur aduentus, seu apparitio huius stellæ.

Nume.24

Stellæ tribus Mag.s appareñtis qualitas quæ

Verisimile est autem, stellam hanc apparuisse tanta singularitate ab alijs stellis distinctam, vt dubitare non possent, singularem maximi regis cuiuspiam ortum hanc significare. Neque enim de illis stellis erat vna, quæ ab initio fuerunt creatæ, sed ad Christi natiuitatem significandam esse cœpit, & peracto ministerio suo iterum desijt. Hanc enim vbi viderunt Magi & sapientes in dinoscendis astris periti, intellexerunt hanc regis Iudæorum ortum significare. Per hoc enim puer ille Iesus reges, seu Magos hos illuminabat, per quod erudiri & certiores fieri poterant. In hoc, inquam

Gene.1

inquam, eis loquebatur, eorum opinioni condescendens, in quo intelligebant. Nō enim tam facile credidissent angelo) si forte ad illos fuisset missus,) quam crediderunt stellę: Angelorum enim notitia apud illos fuisse minor credenda est, quam stellarum. Siue autem allocutione per stellā, siue illuminatione erga Magos Deus fuerit vsus, nihil refert, cum constet eos de ortu plene informatos noui regis Christi nihil dubitasse. Erant igitur certi Christum regem Iudæorum natum, licet vbi natus foret id nescirent: nisi quod suspicabantur magnum gloriosumq; regem in maxima, nobilissimaq; ciuitate, inter ditissimos, interq; peritissimos (maximi enim faciebāt ipsi sapientiam, cum nemo apud illos nisi sapientissimus regnaret) quærendum, inueniendumq;. Quapropter Hierosolymā primo accedunt, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Vides, quia non interrogant, an natus sit. De hac enim re non ambigunt, sed, Vbi, inquiunt, natus est?

Magi quō de ortu Christi fuerint certificati.

Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum.

F

Vidimus stellā eius natiuitatis ostensiuā, in oriente nos constituti, quam eius esse intelleximus. Deo enim vt dixi, eis inspirante, aut quocunque modo reuelante, crediderunt hanc esse stellam à Balaam vaticinatam: quam mox quoque deuote secuti sunt. Illis itaque Hierosolymam ingressis stella disparuit, quo Christi fieret natiuitas manifestior, & Iudæorū ignauia magis detestanda probaretur. Neq; enim interrogati, & de loco natiuitatis certa indicia scripturarum testimonia proferentes, excusare se de ignorātia poterant, q inquirentibus Christum, locum, vbi inueniret indicabant. Itaq; si voluissent, Dei admonitionē merito intellexissent, Magorum deuotione & exemplo inuitati, qui indicabant Iudæis tempus, ab ijsdem vero sciscitabantur locū natiuitatis Christi: quo citius, q̃d in salutem fiebat omnium, Christū scilicet esse natum euulgaretur. Quod Leo papa luculenter enunciat, dicēs: Ad omnium hominum spectat salutē, quod infantia mediatoris Dei & hominum iam vniuerso declarabatur mundo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Quamuis enim Israeliticam gentem, & ipsius gentis vnam familiam delegisset, de qua naturam vniuersæ humanitatis assumeret: noluit tamē intra maternæ habitationis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est pro oībus nasci. Tribus igitur Magis in regione orientis stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris, pulchriorq; syderibus, facile in se intuentium oculos, animosq; conuerteret: vt confestim aduerteretur, non esse ociosum, quod tam insolitum videbatur. Dedit ergo aspicientibus intellectum, qui præstitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum obtulit requisitus. Ideo absque dissimulatione ingenue Hierosolymis confitentur: Et venimus adorare eū. De longinquis adeo regionibus aduenimus, vt adoremus eūm. Vide hic, quomodo puer ad quem festinabant, non modo eos illuminabat, sed etiam, quo nullam metuerēt potestatem, quin libere voluntatem suam confiteri auderent, confortauit.

Num. 24.

Leo papa.

1. Tim. 2.

Srellę Magorū claritas quāta fuerit.

Audiēs autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

G

Nunquā non grandis potestas timori subiecta est. Erat aūt rex Herodes nō iniuria pauidus, quippe qui timore anxius, nec vnquam securus regnum suū tutabatur. Erat p̄terea execrabilis parricida, multi sanguinis effusi sibi male conscius, qui nec Hircano socero suo regi summo sacerdoti, nec vxori suę Hircani propinquę, nec proprijs ex eadem susceptis filijs pepercit, quos omnes aliosq; multos truculentus carnifex morte damnauit. Premit enim tyrannos, quoq; metus, quomodo eorum quidam dixisse fertur: Quem multi timēt, vt multos quoq; ipse timeat necesse est. Verum quam pulchre Herodi hymnus insultat Ecclesiasticus in hęc verba loquens: Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non eripit mortalia qui regna dat cœlestia. Attende præterea hic peruersam adulationem Iudæorum: quia vt refert Euangelista, turbata est oīs Hierosolyma cum illo. Vt quid enim turbantur propter natum sibi regem? fortasse respondet quispiam: Timebant (quoniam de Christo futuro, & iam, vt ferebatur, nato carnaliter sentiebant) ne duobus regibus inter se decertantibus, ipsi perturbationibus inuol-

Herodis crudelitas quāta fuerit.

Timoris Iudæorū causa quę fuerit.

uerentur. Timebant sane. At quæ est hæc ignauia, temporalem & malam inter peccandum pacem adeo præferre, vt malint impio Herodi subijci, quam à rege cœlitus veniente, cœlitusq; misso & nunciato, gubernari? Figurabatur quoq; in hac Herodis ciuitatisq; propter Magorum Christum quærentium aduentum turbatione, infantumq; cruenta perditione, turbatio futura Iudæorum, quando post Christi ascensionem apostolis prædicantibus, gentibusq; Christi Euangelium suscipiētibus Hierusalem, vniuersumq; Iudaicū regnū turbabatur atque tumultuabatur, quoniam apostolorum prædicationem extermi nare, Christiq; nomen conabantur persequēdo, fugando, occidendoque sanctos Dei prædicatores extinguere.

Turbatio hęc Iudęorum & Herodis qdfigurarit.

Acto. 9

Et conuocans oēs principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerūt ei: In Bethleē Iudæ. Sic eñ scriptū est p Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, ne quaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Mich. 5

Quando Herodem audimus ꝑpter Christi natiuitatem turbatū, nō potest ex pietate euenire, q̄d tam studiose de Christo nasciturο interrogat. Audiuit enim ex Magis natum regē Christum: ideo vult scire ex sacerdotibus summis & scribis, quorū erat regere, docereque populum, & explanare legem, vbi Christus nasceretur. Quæ, inquis, Herodi erat notitia de Christo? Intellexit eñ Magorum interrogationem, non de quouis rege, sed de maximo ac summo rege Christo, quem Iudæi expectabant. (Licet in hoc errabant, q̄d temporali potestate & in gloriosa maiestate illū regnaturū putabant.) Dicendum: Herodē proselytū fuisse Iudæorū, id est, ad Iudaismū cōuersum, sed imperfecte in lege institutū (q̄d actus eius & vita testant) ideo audierat Messiā venturum, quē suspicat hunc esse regem natū, quem Magi quærebant. Cupit igitur, vbi ille sit nasciturus, vbi veex pectandus, discere ex sacerdotibus & peritis in lege. Respondent illi quomodo legerunt in Michæa scriptum. Quid de scripturis tu intertogas Herodes? Si scripturis credis, cur iam acuis gladiū in puerum, meditans, illū quō possis perdere? Num poterit homo corrigere ne fiat, quod Deus, vt fieret, ordinauit & prędixit? Quod si scripturis non credis, quid de his, si iuxta mentem tuam vaniloquæ sunt, interrogas? Respondens Chrysostomus, Credebat, inqt, Herodes in malo, in bono non credebat: quoniam quidem quod inde nasciturus foret Christus, vt scripturæ dicebant, credebat: quoniam aūt aduersus illū agere nō poterat, quē Deus mittebat, non credebat: qa non suo consilio gubernabatur, sed vinculo diaboli trahebatur ligatus. Sic sunt omnes homines peccatores: in qbus diabolus operatur: credunt scripturis: & non credunt: quia hoc ipsum quod credunt: pfecte credere nō permittuntur. Siquidem oēs q Christiani sumus, & legimus & scimus, qa mundus consummandus est, & quia morituri sumus: & hoc ipsum tamen perfecte non credimus. Si eñ perfecte crederemus, sic viueremus, quasi post modicum transituri de hoc mundo, non quasi in æternum mansuri.

Herodē fuisse proselytū Iudęorum.

Chrysost.

Scripturis q̄modo credāt & quō nō credant peccatores.

Tūc Herodes clam vocatis Magis, diligenter ab eis didicit tēpus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleē, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

Duplici modo credibile audierat Herodes à sacerdotibus responsum. Primo, quia à sacerdotibus fuit dictum: deinde quia exemplo prophetico fuit comprobatum. Non tamen ad deuotionem flectitur nasciturі regis, sed ad malitiam interfectionis eius per dolum. Malus enim homo, q̄ Dei sunt intelligere potest, quæ Dei sunt autem agere non potest. Quapropter vide, quam insidiose ad se vocat Magos Herodes, nihil mali suspicantes. Explorat tempus, hoc est, diem apparitionis stellæ. Deinde diligentem inquisitionem de puero mandat. Tertio, renunciari sibi rem postulat, puta puerumne, ac vbi inuenerint. Quarto, quo dolus non sentiatur, adorare puerū se fingit, ac muneribus honorare, quem tamen gladio parabat occidere. De quo

Herodis insidiæ quæ in Christū puerū.

quo elegãter ſanctus Leo papa diſſerit, dicens: Audiens Herodes rex, Iudæorũ principem natum ſucceſſorem ſuſpicatus, expauit, & molitus necem ſalutis autori falſum ſpopondit obſequiũ. Quam felix foret, ſi Magorũ imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem q̊d diſponebat ad fraudẽ. O cæca ſtultæ æmulationis impietas, q̃ perturbandum putas tuo furore diuinum cõſiliũ. Dominus mundi tẽporale nõ quęrit regnum, qui præſtat æternum. Quid incõmutabilem diſpoſitarum rerũ ordinẽ vertere, & aliorũ facinus præoccupare diſponis? Mors Chriſti non eſt tẽporis tui. Ante condendum eſt Euangelium, ante p̃dicandum eſt Dei regnum, ante ſanitates donandæ, ante ſunt facienda miracula. Cur Herodes q̊d alieni eſt operis, tui vis eſſe criminis: & non habiturus effectum ſceleris, in ſolum te reatum præcipitas malæ volũtatis? Nihil hac molitione proficis, nihil p agis. Qui voluntate natus eſt, arbitrij ſui poteſtate morietur. Renunciate, inquit, mihi, vt & ego veniens adorem eum. Videte ſerpentinam vocem. Ex illorum enim erat numero vnus, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorũ. Simulat ſe adorare velle, quẽ necare decreuit. Quam miſera aũt (ait Bernardus) eſt ciuitas aut congregatio, in qua regnat Herodes, quoniã Herodianæ ſine dubio particeps erit malitiæ, & ad nouæ ſalutis ortũ Herodiana mouebitur turbatione. Nam Herodiana malitia & Babylonica crudelitas eſt, naſcentem velle extinguere religionem, & allidere paruulos Iſraelis. Si quid eñ ad ſalutem pertinẽs, ſi quid religionis oritur, quicunq; reſiſtit, quicũq; repugnat, plane cum Aegyptijs paruulos Iſraelitici germinis necare conatur: imo cum Herode naſcentem perſequitur ſaluatorem.

[Margin: ...o papa. / ...al. 25 / ...rnardo / Herodia... malitia ... Babylo... crude... my... que / ...od.]

Qui quũ audiſſent regẽ, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, vſque dum veniens, ſtaret ſupra vbi erat puer.

K

Viderat magnã Magorũ deuotionẽ Herodes erga Chriſtum: nec ſperabat eos blanditijs, nec minis, ſed nec auro poſſe corrumpi, vt in nati pueri necẽ conſentirent. Quia igitur aliud non potuit, deuotionem ipſe quoque ſimulabat, & reges innocentes abire dimiſit. Vide autem & ab initio quanta ſit pietas, quanta deuotio Magorũ, quanta fides gentium. Vna ſtella eos per alienas terras, vt in Chriſtum crederent, permouit: Iudæos vt crederent, nec ſol iuſtitiæ Chriſtus ipſe mouere potuit. Stella, inquit, antecedebat eos, puta Magos ab Hieruſalem recedẽtes. Hæc erat ſtella quã in oriente viderant, & quæ eios ducatu ſuo in Hieroſolymam duxerat: q̃ denique non longe ab Hieruſalem ſe, q̊ Magi interrogare cogerentur, ſubduxerat. Hæc euntibus verſus Bethleem Magis iterum præcedens ſociata eſt, donec ſtaret ſupra locũ, vbi puer erat. Quia em̃ loquendo nõ poterat, ſtãdo Chriſtum locumque eius indicabat. Noli autem mirari, quod ſtella ſeruit Magis Chriſtum quærentibus: mirare potius quod non vna ſtella tantum, ſed omnia etiam elementa tibi ſeruiunt delinquenti, Deiq; inimico.

[Margin: Pietas deuotio fideſq; Magorũ quãta.]

Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde.

Multum ex ſtellæ ducatu, quem ſe amiſiſſe putabant, exhilarati ſunt Magi. Videbant enim ſe haudquaq̃ deceptos, p̃ſertim cum etiã teſtimonia ſacerdotũ & ſcripturæ interim acceſſiſſent: vnde ad inueniendum regem, quem quærebant Chriſtum, certiores redderentur. Videtis quam ſapientes fuerunt hi tres viri. Nihil numinis tribuerunt ſtellæ: puerũ vt Deum adoraturi quærebãt. Stãt iuxta domũ, parãt munera: nec ſcandalizãtur de neglecto tanti regis apparatu. Nullã em̃ ibi curiam, non altum palatium, non ædes regales, nullos miniſtros, nec ſignum aliquod temporalis maieſtatis offendunt.

[Margin: Sapientia magorũ quanta]

Et intrãtes domũ inuenerunt puerum cũ Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum.

L

Mirũ fuit deuotionẽ tantorũ virorũ nõ perijſſe, cũ regẽ q̃rerẽt, inueniretq; nullo ſchemate regio inſignitum, non viderunt purpuram aut regium aliquid, ſed mirabilem inopiam & pauptatẽ. Viderũt domum vilem, & animalibus magis q̃ hominibus ad inhabitandum idoneam. Viderunt matrẽ eius, vix, vt Chryſoſtomus ait, tunicã vnã habentẽ, non ad ornamẽtum corporis, ſed ad tegimẽ nuditatis. Viderũt puerum vilibus pannis inuolutũ, & ſordidiori

[Margin: Chryſoſt.]

diori in præsepio positũ. Quamuis credẽdum potius sit, hac hora in gremio matris sedisse, atq; hospites tam deuotos blando atque amicabili contuitu oculorum benigne recepisse. Vide aũt quantæ fuerit reuerentiæ, ante puerum inopem mox procidere, & vt Deum adorare.

Infans Christ' q̃ modo Magos excepit

Et aptis thesauris suis, obtulerũt ei munera, aurũ, thus & myrrham. Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viã reuersi sunt in regionem suam.

Nunq̃ satis Magorum horum laudari potest deuotio. Siquidem non satis illis erat adorasse, sed etiam muneribus oblatis sese profitebantur, obtabantq; feruentissimo desiderio, puero huic vero regi ac Messiæ Iudæorum esse subiectos. Offerebãt munera, quibus iuxta mysticam significationem, puerum hunc agnoscebant Deũ, agnoscebant regem, agnoscebant mortalem. Oblatis aũt muneribus, commendatisq; animabus suis (neq; em̃ dubiũ est, hac præcipue hora summa exultatione, alacritateq; spirituali perunctos, sentiẽtes in puero hoc q̃d lingua non possent explicare, nec corde comprehendere) moniti sunt in somnis responso accepto, quippe qui solliciti fuerant, inter se consultantes, an ad Herodem sibi foret redeundũ, nõnihil sinistri suspicantes. Moniti igitur ne redirent, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Et nobis à regione similitudinis, ab innocentia, ab originali iustitia, qua olim excidimus, hallucinamurq; opus est redire in regionem nostram vtputa, cœlestem patriam, per aliã viã, quam per illam per quam excidimus, præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Munera Magorũ tria mystice quid

SERMO IN EODEM Festo. De Magorum deuotione, studio ac muneribus.

M

INtrantes domũ, inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius: & procidẽtes, adorauerũt eũ. Et aptis thesauris suis obtulerũt ei munera, aurũ thus & myrrhã. Matth. II. Memoriam apparitiõis dominicæ hodie agimus filij Charissimi, qua puer Iesus, & adhuc infans seipsum gentibus, hoc est, primitijs gentium se exhibuit. Itaque hos Magos Christum quærentes, ex Aethiopia aut Perside venisse multi volunt, quos tam lõgo itinere breui potuit tempore adducere puer Iesus. Fuisse autem horum aduentus occasionem Chrysostomus hanc ita narrat, dicens: Legi Magos istos ex libris Balaam diuinatoris appariturae huius stellæ scientiam accepisse: cuius diuinatio posita est in veteri testamento: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, & dominabitur omnium gentium. Audiui aliquos, inquit, iterum Chrysostomus, referentes de quadam scriptura, & si non certa, non tamen destruente fidem, sed potius delectante, quoniam erat quædam gens sita in ipso principio ipsius Orientis iuxta Oceanum, apud quos ferebatur quædam scriptura inscripta nomine Seth, de apparitura hac stella & muneribus ei huiusmodi offerendis, quæ per generationes studiosorum hominum patribus referentibus filijs suis habebatur deducta. Itaq; elegerunt seipsos duodecim, quidam ex ipsis studiosiores & amatores mysteriorum cœlestium: & posuerunt seipsos ad expectationem stellæ eiusdem. Et si quis moriebatur ex eis, filius eius aut aliquis propinquorum qui eiusdem voluntatis inueniebatur, in loco constituebatur defuncti. Dicebantur autem Magi in lingua eorum, quia in silentio & voce tacita Deum glorificabant. Hi ergo per singulos annos post messem trituratoriam ascendebant in montẽ aliquẽ positũ ibi, qui vocabatur lingua eorũ mõs Victorialis, habẽs in se quãdam speluncã in saxo, fontibus & electis arboribus amœnissimam: quem ascendentes & lauantes se, offerebant, & laudabant in silentio Deum tribus diebus. Et sic per singulas faciebãt generationes, expectantes semper ne forte in generatione sua stella illa beatitudinis oriretur, donec apparuit eis, descẽdẽs super montem illum Victorialem, habens in se formam quasi pueri paruuli, & super se similitudinem crucis. Et locuta est eis, docuitque eos, & pcepit eis vt proficiscerentur in Iudęã. Proficiscentibus aũt eis per biennium pręcedebat stella, & neq; esca, neq; potus defecit in peris eorum. Cętera autem quæ gesta referuntur ab eis in Euangelio compendiose posita sunt. Tamen

N

Magorũ patria q̃ erit

Chrysost.

Num. 24

Chrysost.

Magi vnde dicti sint

Mons Victorialis qs fuerit

Causa ꝓfectiõis Magorũ in Iudęam q̃ erit.

men cum reuersi fuissent, manserunt colentes & glorificantes Deum studiosius magis quàm primum, & prædicarunt omnibus in genere suo, & multos erudierunt. Deniq; cum post resurrectionem domini Thomas isset in prouinciam illam, adiuncti sunt ei, & baptizati ab eo facti sunt adiutores prædicationis illius. Hæc omnia Chrysostomus. Quæ ideo recensere volui, quia manifestum est, absq; ratione grãdiq; causa non accidisse, vt tres reges ex tã longinqua venirent terra, nisi diuina eos virtus pmouisset ad assumendam tam longam, difficilemque peregrinationem, ad pericula viarum sustinenda, ad quærendum ignotum regem adhuc puerum, ad adorandum infantem tanquã Deum cœlo, mundoq; imperantem. Quod autẽ nihil eos nisi fides & deuotio permouerit, inde perspicuum est, quia mox vbi adorauerant, vbi munera obtulerant, ad propria reuertuntur, nihil eiusmodi expectantes quod in curijs terrenorum solet regũ exhiberi, puta conuiuari, ad tempus commorari, gloriam exhibere, & etiam iactare. Nihil horum, inquam, hic fuit, sed oblatis muneribus mox redierunt. Sola fides & hæc magna valde, eos adduxit, sola reduxit. Quapropter Bernardus deuotissimus in horum fide delectatus, Cui, inqt, comparabimus, aut cui similes æstimabimus viros istos? Si latronis fidem, si Centurionis confessionem, considero, in eo superexcellere videntur isti, quod tunc mira cula multa fecerat, iam tunc à multis prædicatus fuerat, à multis adoratus. Attamẽ consideremus quid & illi dixerint. Clamabat latro de cruce: Domine memento mei dum veneris in regnum tuũ. Ergo ne per supplicium ille vadit in regnum? Quis indicauit tibi, quia oportebat pati Christũ, & sic intrare in gloriam suam? Tu quoque Centurio eum vnde nosti? Videns quod sic clamans expirasset: Vere, inquit, hic homo filius Dei erat. Mira res, & omnium admiratione digna. Propterea rogo vos, intuemini & videte, quàm occulta sit fides, quam Linceos habeat oculos diligentius considerate. Cognoscit Dei filium lactentem, cognoscit in ligno pendentem, cognoscit morientem. Siquidẽ latro in patibulo, Magi in stabulo cognoscũt. Quicquid illi sermonibus, hoc isti muneribus confitentur. Latro regẽ, Centurio Dei filium, simul & hominẽ pronunciat. Et hæc tria ipsoꝝ Magoꝝ munera indicãt.

Obseruemus hic quatuor studia Magoꝝ. O

Tria Magorũ studia cõsiderãda quæ sint.

Primũ est, qd studiose pscrutati fuerunt Christi ortum, vigilãtes qtannis, ne præteriret eos stella hæc, quam orituram credebãt. Vide iam si tanta in nobis sit deuotio fidelibus, quanta fuerit olim in gentibus, vt adeo simus studiosi ad pcipiendã Christi stellam seu Christum, hoc est, ad inquirendum eius beneplacitum. Fuit autem Magorum studium huiusmodi, vt digni essent qui inuenirent. Siquidem scrutabantur inuestigando, vigilando, orando. Inuestigabant oracula suorum prophetarũ licet paganorum, orabant vt inuenire discereque possent stellam. Vigilabant donec viderent. Hoc modo inuestigare & ex scripturis discere nos decet voluntatem Dei. Decet ꝑterea ad fores nos sapientiæ vigilare qtidie: deinde vigilare nos oportet in oratiõibus. Secundũ Magorũ fuit studiũ, qd qsierunt Christũ: & hoc trifariã qq; fecerunt. Siquidem quæsierũt eum fortiter, nullis laboribus nec itineris diuturnitate deterriti. Quæsierunt sapienter, quia astutia Herodis non sunt decepti. Quæsierunt dulciter, quia Herodes tantam in eis fidem deuotionemq; ad Christum inueniens, nequaquam audebat eos promissionibus vt corrumperet, tentare. Heu quam pauci hodie sunt fidelium, qui Deum quærant dulciter, vt nullis concupiscentijs tentationibusve ab integritate abducantur: cum vnusquisq;, vt Iacobus ait, à concupiscentia sua tentetur, abstractus & illectus. Tertiũ Magoꝝ fuit studium, quod syderis ductu præcedentis, vbi tandem Christum inuenerunt, procidentes ante eundẽ ipsum adorauerũt. Sic enĩ narrat Euangelista: Et intrãtes domũ, inuenerunt puerũ cũ Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eũ. Sup quo verbo sic exclamat deuotissimus Bernardus: Vnde hoc vobis o alienigenę? Neq; enĩ tãtam inuenimus fidem in Israel. Sic vos nõ offendit vilis habitatio stabuli, nõ paupes cunę psepij? Nõ vos paupis matris psentia, non lactentis infantia scandalizat? Quid facitis o Magi, qd facitis? Lactentẽ puerũ adoratis, in tugurio vili, in vilibus pãnis? Ergo ne Deus est iste? Deus certe in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius: & vos qritis eum in stabulo, in matris gremio?

Deuotio Magorũ quanta.

Prou. 8
1. Pet. 4

Quæsitus vii fuerit Christus à Magis trifariam.

Iacob. 1
P
Matt. 2

Bernard.
Matt. 8

Psal. 10

mio? Quartum Magorum erat studiũ, quod non solum procedentes adorauerũt Christum infantem, sed eidem etiam obtulerunt munera, illum honorantes atque cultum ei exhibentes. Quadruplex autẽ est munus q̃d Magi dño obtulerunt. Primo, est munus à corde, qa in eũ tã crediderunt, q̃ eundem dilexerunt. Quid aũt Deo offerre potuissent charius, q̃ corda sua, quibus se totos tradiderunt Christo, diligentes eũ? Secundo, est munus à lingua seu ab ore, q̃d est laus Christi, vt scriptũ est: Sacrificiũ laudis honorificabit me. Deũ eñ verũ cõfessi sunt. Tertio, est munus à manu: & hoc modo obtulerunt Magi dño, aurũ thus & myrrhã. De hac offerendi ratione exclamat beatissimus Bernardus dicens: Quid facitis Magi, q̃d aurũ offertis? Ergo rex est ipse? Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum despicabilem tam sua ætate, quam paupertate suorum? Nõne timendum erat fratres, quod scandalizarẽtur viri isti, & illusos se crederent, cum tã indigna viderent? A regia ciuitate, vbi regẽ quærendum coniectabantur, ad Bethleemvillam paruulam diriguntur. Ingrediuntur stabulum, inueniunt inuolutum pãnis infantulum. Non illis sordet stabulũ, non pannis offenduntur, nõ scandalizantur lactantis infantia. Procidunt, venerantur vt regem, adorant vt Deum. Sed profecto qui illos abduxit, ipse & instruxit: & qui per stellam foris admonuit ipse in occulto cordis edocuit. Quarto, est munus ab obsequio. Hoc obtulerunt Magi, & quãdo longo illo itinere fatigati sunt, ad puerum venientes, & quando procidentes adorauerunt eum. Quid enim aliud fuit ante Christum procedere, quàm se totum in eius obsequium obedientiamque tradere? Magi igitur ante dominum procidérunt, quia seipsos in eius obsequium atq; seruitium totos expenderunt. Restat nunc vt nos quoq; ad Christum ambulemus, Christum adoremus, Christoq; offeramus munera. Esaias olim de gentibus Deo loquens, dicebat: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Ambulemus nos in lumine Dei, ductu scilicet gratiæ eius, quæ nobis est lumen ad dirigendos gressus nostros in semitis mandatorum Dei. Ad ambulandum autem ad cœlestem illum paradisum, quatuor lumina sunt nobis necessaria, quæ veluti quatuor nos candelæ præcedãt. Prouidit igitur nobis benignissimus dominus de quadruplici lumine habitantibus in tenebris, & in regiõe vmbrę mortis. Est eñ lumen naturæ, lumen doctrinæ, lumen exemplare, & lumen gratiæ seu illustrationis diuinæ. De primo lumine est illud Psalmi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Omnibus nobis hoc lumen rationis naturaliter inditũ est, vt cognoscamus bonum & malum, honestum & inhonestum, quod decet & q̃d dedecet. Possumus hoc lumen sequentes (tametsi illud nobis haud quaquam sufficiat ad salutem) nos disponere aut parare ad lumen diuinæ gratiæ suscipiendũ, puta, vt in nobis non inueniatur obex gratiæ. Siquidem ethnicus aut paganus si dãnatur, non nisi iuste damnatur, propterea q̃d lumine hoc naturæ nõ fuit recte vsus. Si enim recte vteretur, & ad Deum (quem lumine potest rationis agnoscere) se conuerteret, non posset fieri, quin per media illuminaretur à Deo, & ad salutem perueniret. Aliud est lumen doctrinæ siue eruditionis, vt quod lucet in scriptura, quomodo Psalmus dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen semitis meis. Et iterum: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. Tertium est lumen exẽpli, vbi quis opere docet quid fugiendum, quid amplectendum ve sit. Et hoc lumẽ efficax qdem est, sed nõ sufficit absq; lumine gratiæ. Quartum igitur lumen diuinæ est gratiæ necessariũ. Hoc lumen in homine tanto radiat clarius, quanto fuerit hominis cor purius. Quàm multi enim sunt qui docti prædicare sciunt, & dare consilia alijs: sibi ipsis tñ nihil consulere nouerunt, sed ambulãt in tenebris, nec sciunt quo vadant. Vides sæpenumero doctos multos sed indeuotos, cũ ediuerso offendas simplices, illiteratos, sapientissimos ac spiritu deuotos. Quare? quia lumen gratię sua negligentia aut nõ habent, aut minus habent. Quapropter omnes quantum sufficeret, sumus rationis capaces: videmus quoq; exempla bona, præterea sumus instituti salutari doctrina, & tamen hæc omnia, quia ad Deum non conuerti-

Munus q̃druplex Christo oblatum à Magis

Munus à lingua. Psal. 49

Munus à manu q̃d.

Bernard.

Mun. ab obseqo

Procidere ante christũ infantẽ qd fuerit

Q

Esaiæ 60

Ambulare in lumine Dei qd sit

Psal. 118

Lumina quatuor homini necessaria quæ

Psal. 4

Lumẽ naturale homini inditũ qd sit

Ethnici & pagani cur iuste damnẽtur

Lumen doctrinæ siue necessariũ homini

Psal. 118

Ibidem

Lumen exempli q̃d nam sit

R

Lumen diuinæ gratiæ q̃ sit necessariũ homini

Ioan. 12

Doctiores cur sæpe minus deuoti ac illuminati Dei gratia.

uertimus,nec applicamus, grauiter delinquimus,nos ipsos negligentes. Omnibus enim his q̃ diu vtimur ad luminis superni, hoc est,ad gratiæ extinctionẽ, non potest nobis inesse salus. Quid,inqs,faciã,vt di uino illustrer lumine? Deponere omnia peccata p confessionẽ,animumq; posthac delinquendi nullo vnquam tempore admittere,peccãdi occasiones fugere,ob nullius hominis amorem,ob nullius cõmodi, nulliusve rei desiderium aut fauorem à Dei voluntate declinare. Nisi hoc, abstinendi scilicet à peccato,declinandi peccatorum occasiones,tam propositum q̃ studium in te firmum sit ac cõstans, vana est correctioris vitæ quæuis promissio. Non adeo grauius & laboriosa est res bonæ voluntati vitam malam deserere,& ad meliora se mutare. Adsit bona voluntas, & sentiuntur cuncta leuia, Age tantũ vt velis,& vere velis te ad meliora conuertere. Verum audio vestrum quosdam dicentes. Voluntatem habeo bonam, instituo propositum sanctum,& dum ab aliјs sequestratus sum,vtcunq; recte me habeo. At vbi inter homines viuere cogor, cogor quoq; acquiescere aliјs,meq;,nisi malim offendere, aut derideri atq; contemni,præsentibus cõmunem conformemq; reddere. Itaq; quãuis bona mihi sit voluntas,impedior. Si enim nõ acquiesco amicis,male audio. Quid dicis? Quos habes amicos,qbus placere magis appetis,quàm Deo? An pluris facies hominis amicitiam,q̃ Dei? Nunquid, ne male audias ab homine,offendas Deũ? Nũqd vtilior tibi est amicitia hominis,q Dei? aut potuis deseres Deum illo contempto, ne contristes hominem Deo dilecto? Nimis stulte loqueris. Quæ tu cognoscis Deo placita,virtuosa,saluti tuæ necessaria, propter hominem deseres? Quæ Deum offendunt quæ tibi noxia sunt,quæ dedecẽt, propter hominis fauorem, & ad Dei iniuriam facies? Si te rogaret amicus,vt tibi eruas oculum,num facies? Si vt pecces, animæq; tuę vulnus infligas homo inuitat,nunquid ne illũ contristes,acquiesces? Stulta hęc est excusatio:propter homines, & ne deridearis aut male audias, cogi ad peccandũ. Audi quid apostoli fecerunt. Ibant aũt,inquit Lucas,gaudentes à conspectu concilіј,quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Exulta & gaude tu quoq; si propter virtutem continentiæ, si propter temperantiam sobrius & castus viuis,& si propter quamuis virtutem aliam, vt placeas Deo, aut ne offendas Deum,aliquid agis aut caues,propter quod sperneris,aut propter quod male audis, exulta & gaude, quia pro Christo & pro virtute hoc pateris. Qui enim propter iustitiã patiuntur,beati. Et quis tibi nocebit, si boni ęmulator fueris? Grauate fers si despiceris. Audi consilium. Despice teipsum primus, nec te dignum iudices, qui hominum habeas fauorem. Hominum gratiam contemne,ne Dei gratia priueris. Nihil tua interfit quid de te homines loquantur, modo Deo placeas. Quid animæ tuæ conferat aut noxium sit attende: & quid de te homines cogitent aut loquantur, contemne. Vecordia est duntaxat tua,qui voluntate inconstans es,qui parui facis Dei gratiam & amicitiam. Ideo leuiter transgrederis: cedis vno verbo. Et quia homines mollem, inconstantem leuemque te cognoscunt,quem,vbi in animo etiam boni aliquid habueris,sciunt ad verba hominum mutabilem,ideo magis inconstantem reddunt,nec propositi tui te esse sinunt tenacẽ. Cęterum,propone & constans serua tuum propositum,puta non vorare, non inebriari,non compotare,nihil impudicũ agere aut loqui,non choreis aut spectaculis interesse: quis quæso te inuitum ab hoc proposito abstrahet? Si tentaris ab homine vt à proposito sancto tuo recedas, noli vacillare tu, sed pertinax etiam, bis terve omnes qui offendi volũt, offende: & quã totius illorũ blãditiјs aut minus etiã nõ acquiescas,vt tandẽ nemo molestus tibi sit, nemo non laudet etiam te. Habet enim etiã apud inimicos semper tam virtus,q̃ veritas laudem. Nam ab omnino reprobis quid timendum est? Profecto prorsus nihil. His nãq; si acquieueris,perdẽt te: si nõ acquieueris,detestabuntur te. Verum hoc nõ ad ignominiam tibi cedet,sed ad laudẽ. Quid enim illi digne laudẽt aut vituperant? Cęci sunt, & iudicio carent. Contra illorũ odia Christus te consolatur,dicẽs: Beati eritis cum vos oderint homines, & psecuti vos fuerint,& eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum,propter filium hominis. Gaudete & exultate,quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Itemq;: Nolite mirari, q̃a odit vos mundus. Si de mũdo essetis, mũdus quod suũ erat in vobis diligeret. Sed

Matt.5
1.Pet.2

Iudicia hoim q̃ nihili sint facienda vt Deo obe diatur.

Propositũ bonũ q̃ sit mordicus tenendũ.

Reprobi hoies q̃ nõ sint timendi.

Matt.5

1.Ioan.3
Ioan.15

De mūdo quam esse dicantur. quia de mundo non estis, ideo odit vos mundus. Quis est de mundo? Profecto q terrena sapit, qui secundum carnem viuit, qui non obedit spiritui Dei. Hi sunt mundus. Hi sunt à qbus omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiētur. (2.Tim.3) Itaq; si hominibus huiusmodi placere vis, non poteris placere Deo. Si etiam huiusmodi placeres, id est, placere affectares, Christi seruus non esses. (Gal.1) Hæc prima cō conuersionis tentatio est, odia ac hominum contemptum in Dei seruitio pati. Veruntamen noli tu ad modum harundinis vento agitari. Constans perseuera in tuo bono proposito, præsertim, cui sacra consentit scriptura, & maioris tui aut Ecclesiæ autoritas: quid vero de te loquantur sentiantve homines, contemne. Postremo vt vnde digressus sum, redeam, cū sanctis Magis Christum quęre, Christum inueni, ante Christum procide, Christum adora, Christo offer munera, aurum charitatis, thus deuotionis, & myrrham abnegationis, ac mortificationis. Quod nobis omnibus largiatur mellifluus amabilissimusque puer dominus Iesus Christus, in secula benedictus, Amen.

Tentatio prima cō uersionis quam sit. Matt.11

IN FESTO SANCTI MAGNIQVE ANTONII Abbatis ac confessoris. Lectio loco Epistolæ, ex libro Sapie. Ca. X.

XII IVstum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus, & cōpleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit, & honestum fecit illū. Custodiuit illū ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hoc venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferet illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A TOt nobis eximiæ sanctitatis proponunt exempla, tot incentiua virtutum, vt durissimus quisq; possit corde compungi, & excusso rigidi ac mundo huic dediti pectoris sui torpore, inflāmari fortiter ad quærendum, colendum & amandum Deū. Quod si obrepat pusillanimitas tanq̄ ardua res sit seruire Deo, tamen animari potest exemplis hominum mortalium, quorū certe eadē nobiscū secundū carnē cōditionis ratio, eadē infirmitas fuit, q nihilominus diuina freti ope in tantā excreuere sanitatē, vt nemo satis mirari queat. Si illi potuerunt, nos itidem nō poterimus? Si illis deus auxilio fuit, vt possent, nobis etiam nō erit? Aut forte illi dormiēdo & otiādo suas sunt adepti virtutes, & Deus illis stertētibus suā impertijt gratiam? Imo vero bonus dn̄s, qui nihil sic optat, quam nos sublimes in gratia & gloria efficere, dabit nobis propensissima liberalitate quicquid adminiculo nobis esse queat, ad apprehendēdam iustitiam: sed conatus noster adsito portet, vt quæramus, petamus, pulsemus. (Lucæ 11) Ad hoc incitamur exēplo beatissimi Christi confessoris, cuius nunc festū colimus, cuiq̄ aptissime accōmodari possunt verba Lectionis hodiernæ Epistolæ desumptæ ex libro Sapientię, quibus dicit: Iustum deduxit dominus, tum continua suæ gratiæ aspiratione, tum angelica inspiratione, tū etiam scripturæ diuinæ institutione multiplici, per vias rectas, vias virtutum: & iustitiæ: quæ rectæ sunt, quia hominem, re- (1.Cor.13) cta perducunt ad creatorem, eumque rectum & iustum efficiunt, alienum a vitiorum obliquitate: & ostendit illi, siue per specu-

Viæ rectæ quænam dicantur.

ſpeculum in ænigmate, ſiue per manifeſtã viſionem, ſiue per crebras & fœlices deguſtationes, regnum Dei, quod eſt patria omnium filiorum Dei, qui modo quotidie in hoc miſero calamitoſi ſeculi huius exilio ſuſpirant, dicentes patri ſuo cœleſti: Adueniat regnum tuum, quod paraſti nobis à mundi conſtitutione, vt educti e ſqualore carceris huius videamus faciem tuam, & tibi feliciſſime copulemur. Dedit etiam illi ſcientiam ſanctorum, vt caperet ſcripturæ myſteria, & illuminatis oculis cordis Deũ ac diuina perſpiceret, perſpectaq; amaret. Hoc enim præſtat ſalutaris ſcientia, quam non habent mali, vt mundus & quicquid mundi eſt, id eſt, vitia, voluptates, vanitates magis magisq; vertantur in nauſeam, & ſummum bonum, id eſt, Deus & quicquid ad illũ pertinet, vt ſunt virtutes, &c̃ expetatur ac inquiratur. Honeſtauit illum ac celebrẽ fecit, in laboribus pñs, qui cederent ad honorẽ Dei & ſalutẽ animarum, & compleuit labores illius, atq; ad finem perduxit, reddens illis mercedem nũquã defiturã. Bonorũ enĩ glorioſus eſt fructus. Hæc tamen labor ipſe perpetuus eſt, ſed breuis, vt ſit tolerabilis: merces autem ſempiterna eſt, vt non deficiamus benefacientes, ſed moleſtiam quam parit laboris difficultas, præmñ contemplatio mitiget & q̃ tędio laſſeſcimus, ſpe glorię recreemur. A: qui labores impiorum nunq̃ complentur, quia tranſeunt de laboribus ad labores: de laboribus ſcilicet iniqtatis ad labores miſeriæ ſemp duraturæ: q vtinã ꝓ ſua ſalute tertiã laborũ partẽ inſumerent, quã modo pro rebus perituris infatigabiliter impendunt, certe nedum pœnas euaderẽt, ſed etiam ad maximam pertingerent ſanctitatem. In fraude circumueniẽtiũ illũ, dæmonũ & hominũ peſtiferorũ, adfuit ꝑ ſalutaris conſilñ inſpirationẽ, ꝑ promptam & celerem liberationem: & honeſtũ fecit illum, ita vt ab omnibus prædicetur, & magno in pretio ac veneratione habeatur. Solet enĩ Deus ſeruis ſuis in bonum conuertere, quæ aduerſum eos inimici viſibiles ac inuiſibiles inſidioſe machinãtur. Cuſtodiuit illum ab inimicis, ne quod ab eis animæ detrimentum pateret: & à ſeductoribus tũ dæmonibus, tũ hoĩbus, tutauit ac ſeruauit illũ, ne vel dæmonũ fallacio ſis inſtinctibus, vel hominum impꝛbis cõſiliis ſeduceret. Quod ſane maximũ eſt beneficium Dei, ſeruari ſcilicet ab fraudibus & dolis hoſtium viſibilium & inuiſibilium. Multi enim ſeductores exierũt in mundũ, & euertunt plurimos, vti nos q̃tidie experimur. Et certamen forte dedit illi, multas ei duras & acres ſinens euenire tentationes mundi, carnis, & dæmonis, idque non in perniciem, ſed ſalutem illius, vt vinceret, & poſt victoriam glorioſius coronaretur, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia Chriſtus Ieſus dominus noſter, cui nihil poteſt reſiſtere. Hæc venditum iuſtum Ioſeph à fratribus ſuis non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum, eripiens eum de morte quam ei machinati erant, deſcenditque cum illo in foueam ſiue ciſternam in quam ſubmiſerunt eum, & in vinculis carceris non dereliquit eũ, donec afferret illi ſceptrum & principatũ regni Aegyptñ, & potentiã aduerſus eos qui eum per calumniam deprimebant. Habent enim pñ omnes ſuos calumniatores, qui cum veritate non poſſint, mendacñs eos perſequantur & calumnientur: verum non niſi in confuſionem ſui. Bonis enim aliorum malitia nihil officit, ſed Deo diſponente in bonũ vertitur. Et mendaces oſtendit re ipſa, qui maculauerunt illũ falſis & iniqs obtrectatiõibus, & dedit illi claritatẽ æternã. Sic & dominus Deus hunc ſanctum ſuum multis modis defendit aduerſus hominum calumnias, & mirifice exaltauit, & nunc tam in militanti quã triumphanti Eccclefia maximam illi cõtulit nominis & exiſtimationis claritatem.

Matt. 5 / Luce 11 / Matt. 15 — Scientia ſanctorũ quæ ſit — B — Matt. 10 — Sapien. 3 — 1.Theſ. 3 — 2.Tim. 3 — Gen. 37

EXEGESIS EVANGElñ eiuſdem Feſti. Matthæi XIX.

Ante huius Euangelñ verba locutus fuiſſe dñs legitur, de diuitibus, quã ſit illis difficile ſaluari. Nempe, q ſuas ſolent amare diuitias atq; terrena negocia, nunq̃ non ſuis in cordibus inquieti ac ſolliciti, quomodo ſuas augeant diuitias, quomodo non minuantur. Inter quæ, ſi quid calamitoſum triſteve illis occurrerit, vt terreni lucri quid amittant, mille telis perfodiuntur. Sunt igitur diuitiæ dulce quidem vene- C

Diuitię ve ſint dulce venenum.

num,sed inquietum malum, quamuis & apud illos plerumq; ipsa quoq; inquietudo ametur. Dicebat autem dñs facilius camelum transire per foramen acus, q̃ diuitem, puta suas diuitias amantē, atq; diuitijs suis auare incubantē, intrare in regnũ cœlorũ. Qua cõparatione pculsi apostoli, dño dixerunt: Quis poterit saluus fieri. Ac si diceret: In vniuersum mundus post terrena abijt, & caducarũ rerũ cõcupiscentia, quasi laqueis qbusdã totus irretitus est. Quis euadet? Nunqd oẽs in interitũ ibũt? Rẽspõdit dñs: Quod impossibile est apud hoĩes, possibibile est apud Deũ. Quasi impossibile dicit esse hoĩbus ab amore diuitiarũ sese extricare: q̃uis id vt fiat possibile sit apud deũ. Huic enĩ oĩa cedũt: huic oĩa puia sunt & q̃cunq; vult ea, flectit. Nõ deest ei consiliũ, qn diuitum quorundam custodiat corda, ne ex diuitijs inflentur, ne alios despiciãt hoĩes, ne amẽt terrena nimiũ, ne auare retineãt, sed in subsidiũ diuidãt egenorũ, neve etiã pdigę sumptuoseq; ad mũdi fastũ consumant. Veruntamen quã rarus sit huiusmodi scriptura enunciat, dicens: Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ nõ abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ? Hac itaq; sententiæ Christi moderatione audita circa diuites, Petrus nõ animo gloriandi, sed humiliter inuestigandi sciscitatur quid propterea sibi apostolisque reliquis sit futuri præmij (quandoquidē cum diuitibus ita res agitur) vtpote qui terrena simul omnia dereliquerunt. Itaq; dicit Euãgelista Matthæus:

Matt. 19 Marc. 10 Lucæ 18 — Matt. 19 — Ibidem. — Ecc. 15

Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?

Grandis, inqt Hieronymus fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat: & tñ confidenter loquens, ait: Dimisimus oĩa. Chrysostomus quoque, Quænam sunt, inquit, hæc omnia, quæ te dicis beatissime Petre reliquisse? Arundinem vilissimam rethia, vniuersorũque piscatorum artificium: hæc tu omnia vocas? Ita, inquit: sed nõ ambitione quadam, aut inani gloria: verũ, vt pauperũ plebē hac interrogatione introducam. Nam quoniam à domino dictum est, Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & distribue pauperibus: & habebis in cœlo thesaurum: ne quis pauperum opinetur non posse ad pfectionē se peruenire, cũ nõ habeat, quæ paupibus offerat, quæsiuit. Petrus, vt tu discas, nihil te minus propter inopiam habiturũ. Hæc ille. Videautem, quia interrogando, ad Christi sententiam alludit dicentis iuueni, qui multas possidebat diuitias: Vende omnia & da pauperibus, & sequere me. Vtrumq; enim apostoli fecerant. Siqdem terrena oĩa dimiserant, & Christũ sunt secuti. Sed quæ inqs, adhuc oĩa reliquerant? Oĩa, pfecto q̃ habuerunt, & quæ habere potuerunt. Omnia relinquit, qui nihil sibi retinet, Omnia relinquit, q non solũ terrena oĩa, sed etiã habēdi à se abdicat animũ. Plus itaque S. Petrus, & nõnulli alij apostoli reliquerũt, q, licet pauca possiderẽt, ea tñ oĩa reliquerunt, nihil sibi asseruantes, q̃ alij qdam, q multa relinquentes distribuerũt pauperibus: nihilominus etiã nõnulla sibi interea reseruãtes. Hoc modo vidua illa euãgelica, duo sola habens minuta, & eadē in gazophylatium offerens, laudata est à dño, quod plus alijs oĩbus obtulerit: propterea, quod alij oẽs de abundantia sua obtulerint, ipsa vero totum simul quod habuit, obtulit. Et sequuti sumus inquit, te. Hoc potissimum est, qd Christo placet. Nihil enĩ nos cõmendaret Deo facultatibus terrenis nudari, pauperē agere vitã, cũ penuria & sobrietate necessarijs vti, nisi id fieret ppterea vt illi placeat. Nihil inq̃ cõduceret nobis ad salutē, nisi aĩo ac mẽte quoq; sequmur Christũ vitæ eius vestigia, virtutũq; actus, quos nobis pręmonstrauit, imitãdo. Quid ergo erit nobis præmij? Fecimus q̃d iussisti. Optime igitur magister, pijssime cõsolator, qui nihil relinquis irremuneratũ: omnia relinquentes, vnum te elegimus, q sufficis nobis. In te nanque habemus omnia.

Marc. 10 Lucæ 18 — D — Matt. 19 — Matt. 19 — Apostoli quam cito reliquerint Christi fili iecuti. — Marc. 12 Lucæ 21 — Seq. Christũ q̃ sit gloriosũ & cõmendabile.

Hieronym. Matt. 4 — Chrysost. — Matt. 19

Iesus autem dixit eis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Hic, inquit, erit honor vobis, hoc premium

mium,qui reliquistis oĩa,quiq; me perseueranter estis secuti(ne Iudã quoque ac reliquos,qui perfectionis aliquando specimen p̃buerunt,ac laudatæ vitæ habuerunt initia nõ pseuerantiã,putetis adnumerandos.) At vos non soli apostoli, sed quicunque estis me secuti, hic in terris imitando vestigia humilitatis,ac pauptatis meæ:propterea q̃d non erubuissetis p contemptũ& probra,p tribulationes & aduersa , p ignẽ & aquã me seq,hoc honore vos dignabor, vt in regeneratione,resurrectionis scilicet futurę,cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, blãdus & amabilis bonis,malis terribilis:cũ,inq̃,sederit iudex discussurus singulorũ merita,& vnumquemq; secũdum opera sua iudicaturus,tunc vos assidebitis illi sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.Iudicabitis,inquit eos ex collatiõe vestræ fidei, q̃nquidem illis non credentibus,vos credidistis . Vos igit illis eritis in speculũ gloriæ,& in terrorem damnationis:quia videbunt in vobis, quã insensati vestram vitam olim putauerint insaniã:nunc vero inter filios Dei , & iudicis assessoris constitutos.Tũc gementes,agnoscent stupore horribili , & dicẽt: Hi sunt,q̃s aliq̃n habuimus in derisum, & in similitudinem improperij:quorũ vitę finem(puta in gladio,in cruce,in flammis,in aquis)existimauimus sine honore.Nos vero(cũ illorũ vię essent pulchrę,& semitę pacincę)lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimusque vias difficiles, quæ nos duxerũt ad tenebras sempiternas. Hoc itaque modo vos iudicabitis eos , cum securitatem & gloriã vestrã videbũt:suã vero infœlicitatẽ ærũnosam sero pœnitẽtes, semetipsos condemnabunt, q̃d nõ crediderunt vobiscum in me terrena cœlestibus p̃ferẽtes.Ideo nãq; dicẽt: Quid pfuit nobis supbia nostra,& diuitiarũ iactantia qd cõtulit nobis?&c̃.Aut ita:Vos assessores mei eritis dũ sedero in potestate iudiciaria : qa æq̃tatẽ & iustitiã meã diuinã contẽplantes laudabitis,& sententiã approbabitis iudicãtes impios,& à se æterna dãnatione eos repellentis. Obseruandum tñ hic in futuro nouissimo die,q̃ , iuxta Ioelis vaticiniũ, dñs aduocabit iudicandos oẽs,dicẽs,Ascẽdãt & cõsurgant gẽtes in vallẽ Iosaphat:qa ibi sedebo,vt iudicẽ oẽs gẽtes in circũitu, in quadruplici erũt differẽtia iudices.Beatissima eñ Trinitas Deus iudicabit oẽs,vt pote cuius est summa p̃cipuaq; autoritas iudicandi,quantũ igit ad autoritatem attinet,præcipuã Dei est iudicare . Secundo, Christus homo vt autoritatis huius executor,per prolationem sententiæ iudicabit, vt ipse testat dicẽs:Pater nõ iudicabit quẽquã sed oẽ iudiciũ dedit filio.Tertio,apostoli veriq; pfecti,vt iudicis assessores iudicabũt,hoc est,iudicis laudabũt sententiã. Quarto,dicunt iudicare minus mali peiores.Hoc modo Niniuitę regina Saba,&Sodomite,Christo asserente,incredulos, eosque qui grauius deliquerant,quasi his iustiores comparatione innocentioris vitæ iudicabunt.

Trinitas. Christus. Ioan.5 Apostoli, viriq; perfecti. Minº mali vt iudicabunt homines peiores Matt.12 Lucæ 11 Matt.10

Apoc.20 Prou.1

Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres,aut sorores,aut patrem, aut matrem,aut vxorem,aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet,& vitam æternam possidebit.

Duo hic sermo postulat.Vnũ,q̃d est oĩa relinq̃re.Aduerte tñ qd sit q̃d dicit, relinquere.Neq; enim dicit qui oĩa amittit ,sed qui relinquit,Relinquere est sponte carere habitis,tametsi eadem seruare possis. Hoc modo,si fur,si grando,si miles , aut fortuna mala tua aliqua tibi tollat,& tu noueris de necessitate facere virtutẽ,vt sponte & absq; tristitia feras,quod tibi res tua sublata est:iam illam magis reliquisti, quam amisisti.Amittere quid potes inuitus , relinquere potes nõ inuitus.Relinquẽti igitur, hoc est, vltro deserenti qd Christus centuplũ promittit se restauraturum,q̃uis (vt dixi) contingat sæpe,vt alij quod relinquas,tibi auferunt. Vbi si resignatus animo fueris æque ad nõ habendũ,vt ad habendũ,foris quidẽ amittis,animo vero relinqs. Atque ideo Iob sanctus,cũ ei ablata forent oĩa,dici potuit cuncta reliquisse,quia de illorum amissione nõ tristior fuit: nõ maledixit, non murmurauit,nec stultum quid ex impatiẽtia contra Deũ locutus est:sed si bona inquit,de manu domini accepimus, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, dominus abstulit.Sit nomẽ dñi benedictũ.

Relinquere qd sit qdq; amittere

Iob 1.2.3

Ibidem

Secundũ est,vt q̃d relinqs,pter Deum, relinquas non more philosophorum quorundam, quibus rerum temporaliũ cura fuit grauis:quare bona temporalia abiecerunt,vt magis liberiusq; deinde possent

Philosophi qdã q̃re temporalia reliquerint sua,

Philosophari. Hic itaq; q vxorẽ, aut agrũ aut charũ qduis aliud relinqt, ait Christus, vt animo iã illud non requirat, non diligat, sed sibi subtrahat, aut subtractũ esse cõsentiat propter Deũ, hic ꝑ vna re centuplũ accipiet: non eandẽ rẽ centies recipiet, sed pro terrenis cœlestia, pro tẽporalibus ęterna, pro carnalibus spiritualia, quæ suo genere meliora sunt, ꝓstãtiora vtilioraq; plus quæ tẽporalia excedũt, q̃ centuplũ excedit simplũ. Itaq; tẽporalia ꝓpter Deũ relinquẽda sunt. Obseruandũ tñ, ne aut prolibus aut parentibus, qbus debes necessaria vnde viuant, subtrahas sub specie pietatis. Pietatis enim maxime est, parẽtes pauperes enutrire, plesq; ad honestatẽ, donec seipsas nutrire possint, educare. Quod haudquaq̃ relinquendũ est, vtpote à dño p̃ceptũ. Vide aũt, qa dñs nõ solũ cẽtuplũ se redditurũ ꝓmittit in hac vita, sed post hãc vitã nihilo minus vitã pollicet̃ æternã. Laudatissima igit̃ est pauptas, q̃ ꝓpter Deũ oĩa reliquit, quæ nihil possidet, nihil habere etiã possidendũ q̃rit, vsu necessariorũ cõtenta. Nemo tñ, q fortasse ꝓpter Deum se pauperẽ fecit, aut pauperẽ se gerit, alios despiciat iudicet ve, q opes habẽt terrenas. Quõ eñ nõ oẽs pauperes sunt beati, vt illorũ sit regnũ cœlorũ, ita nõ cuncti diuites à laude meritoq; sunt paupertatis alieni. Pauperes eñ q̃s beatos Euangeliũ vocat, quibusq; à dño regnum promittit̃ cœlorum, sunt pauperes spiritu cuiusmodi diuites esse possunt. Siquidem census non facit semper tumidũ aut inflatũ sed animus. Multos quoq; diuites & fuisse cõstat, & esse, q opes terrenas habẽt tanq̃ nõ habeãt, q de illarũ possessione nõ gaudẽt, q ad nil aliud has habent, q̃ vt Christo in obsequm, cultum, amorẽ atq; proximis in subsidiũ eas impẽdãt. Hoc modo Abrahã, Isaac, Iacob, Loth, Iob: multique scĩ in nouo testamento diuites fuerũt, cuiusmodi fuere Ioseph ab Arimathia, Martha, Sabina, Syluester, Gregorius, Leo sanctiq; põtifices alij multi, q diuitias non q̃s auare retinerẽt, sed q̃s paupibus large erogarẽt, habuerũt. Hoc modo Ecclesia bona tẽporalia abũdãter accepit, vt ex his q̃dã in ministrorũ Ecclesię necessariũ vsum cõuerteret: reliq̃ vero, q̃ supeslent in pupillorũ ac viduarũ, in pauperũq; oĩm & afflictorũ cõsolationẽ alimoniãq; expẽderet. Diceret qs fortasse: Cur tãta Christus ꝓmisit relinquẽtibus terrena, atq; tẽporalia? Dicẽdũ ex terrenorũ sollicitudine, actiõe, affectioneq; implicari animũ, vt totus neq̃at cõuerti adhærereve Deo, quãobrẽ expedit, & necessarium est, à curis occupatiõibusq; terrenis liberũ habere animũ, quem Deo cõiũgat. Placet aũt maxime Deo, offerri sibi cor mũdũ, pacatũ & liberũ, q̃d totũ solus ipse inhabitet ac possideat. Itaq; apostoli oĩa reliq̃rũt: Primo, qa nõ tã res tẽporales, q̃ habẽdi animũ, amorẽ, cupiditatẽ sollicitudineq; tẽporaliũ abiecerũt iuxta dñi cõsiliũ: Nisi qs renũciauerit oĩbus, quę possidet, nõ potest meus esse discipulus. Renũciare aũt, vt dixi, qs potest diuitijs cuius status, officiũ est & necessitas, vt tẽporalia agat, si, iuxta cõsiliũ eas apostoli tractat, vt pote q eas habet tanq̃ nõ habẽs. Secũdo reliq̃rũt apostoli mũdi amorẽ: quõ oĩbus q̃q; nobis dicit̃: Nolite diligere mũdũ, neq; ea q̃ in mũdo sũt. Quisqs diligit mũdũ, nõ est charitas patris in illo. Itẽ: Qui vult amicus esse seculi huius, inimicus dei cõstituet̃. Si igit̃ Deo placere, Deo acceptus esse, Dei fieri amicus cupis, & Christi discipulus, oĩa relinq̃s oportet: nõ vt prius nihil habeas, sed vt nulli rei ꝑ amorẽ inhęreas. Iã vide tu q̃ sit relinq̃ndũ. Id nãq; ego tibi dicere nõ sufficio. Interroga iteriora aĩ tui, medullas cordis tui: hoc est, cogitationũ, affectionũ & intẽtionũ tuarũ, & expẽde qd extra deũ diligas, hoc abijce, hoc relinque. Eã obrẽ apostoli reliquerũt (q̃d secũdo ordine fuerat dicendũ) oĩa à Dei amore retrahentia. Quod tibi q̃q; ꝑsuadeas necessariũ, si vllo modo ad ꝑfectionem anhelas. Oportet eñ oĩa, quæ ꝓter Christũ te afficiunt, in te moriant̃, vt quõ Paulus de seipso loquẽs, dicebat, ita dicere vere possis: Viuo aũt iã nõ ego: viuit vero in me Christus, hoc est: Ego q ꝑsecutor fui Christi & blasphemus, tumidus atq; supbus, viuo iã nõ vt viuebã. His eñ vicijs oĩbus, qbus viuebã, sum mortuus. Christus aũt in me viuit, qa aliud nihil in me viuere sentio nisi Christũ. Oĩs enim cogitatio mea, oĩs affectio, oĩs q̃stio, oĩs intentio mea Christus est. Tertio, reliq̃rũt apostoli ea etiã, q̃ mediãt inter hoiem & Deũ. Sunt eñ quædã, quæ licita qdem sunt, & licite diligunt̃, ac sine pctõ: amor tñ illorũ si immoderatus est, impedit Dei amorẽ: quia se mediũ ponit inter Deum & mentem hominis, quo minus eo tempore, dũ fertur erga creaturam, ferri potest in Deum. Huiusmodi est amor erga parentes, amicos

Centuplũ accipere q intelligendum sit

Pietas erga parentes pauperes & proles vt ex hibenda sit

Paupertas voluntaria q̃ sit res laudatissima.

Pauperi b'qbus nã ꝓmittat regnũ cœlorum

Diuitijs posse laudabiliter vti

Gen. 13
Gen. 25
Ge. 30. 36.
Iob 1
matt. 27
Ioan. 11

Ecclesia cur bona possideat tẽporalia

Relinque re oĩa cur Christus consulue rit.

Apostoli quę oĩa reliquerint. Christi mort Lucæ 14

1. Cor. 7

G

1. Ioan. 2

Iacob. 4

Relinquẽda oĩa q̃ modo nobis sint.

mortificãda q̃nam in nobis potissimũ sint.

Gala. 2
1. Tim. 1
Viuens q̃ modo S. Paul' mortu' fuerit

Amores q̃nam Dei extinguat amor temporalium.

amicos, vxorē, & huiusmodi, quos in scriptura iubemur diligere: si tamen amor immoderatus est, facit mediū inter Deū & animā, vt minus libere ferri possit mēs hoīs in Deū. Propterea Christus dicebat: Si qs venit ad me, & nō odit patrē suū, & matrē suam, nō pōt meus esse discipulus. Deniq; adolescēti vocato, vt se sequeretur, rogāti, vt primū pmitteret sepelire patrem suū, Christus rñdit: Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu vero vade, & annūcia regnū Dei. Est ergo in amore licito, etiā sæpenumero nōnihil, qd impediat amorē Dei: ideo qa vel nimiū est, vel inordinatū est. Quarto, reliqrunt apostoli oia animę piculosa. Id em̄ in q periculū est, nec tuta securitas, nemo sapiens cauere nō debet. Scriptū nanq; est: Qui amat periculū pibit in illo. Multa sūt, quę gnatim pcepta non sunt seruis Dei, vt faciant, aut euitēt. Veruntñ, vbi periculum sibi qs metuit, o ccasioneq; delinquēdi ibi, quātum potest, cauere debet. Carnē comedere, vinūq; bibere, & alia multa corporis solatia Christus nō prohibuit. Quare? Potest em̄ his qs necessario, & tanq re necessaria, nō tanq sola re delectabili vti, nec (quia nō ad voluptatē, sed ad corporis vtitur necessitatē) Deo propterea displicere. Idcirco nō erat prohibendū. Alius ibi laqueos parari sibi ab inimico attēdit, nec harū rerum sentit necessitatem, caueat periculū, discrete abstineat, memorq; sit verbi Apostoli: Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne forte cū aliis prędicauero, ipse reprobus efficiar. Declinandę igitur societates, fugienda colloquia, relinquendæ sunt occasiones. Cōsilium hoc Arsenius quōdam sibi ccelitus dari audiuit: in q reuera perfectionis summa latet: Fuge, tace, quiesce. Occasiones & pericula fuge, linguam cohibe, & ab omni cura, occupatione, implicationeq; animi cor liberum & quietū serua. Quod nobis omnibus largiatur dominus Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

SERMO IN EODEM Festo. De monasticæ religionis cōmendatione, & de nouem illius cōmodis siue vtilitatibus.

QVi non renunciat omibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus, Lucæ XIIII. Quando quidē dilectissimi festū agimus diem magni & S. patris Antonij, qui oīm monachorum dux est, & signifer eximius, qui innumerabiles ad vitæ monasticæ capessendū institutum suo & exemplo & sermone pmouit, nō ab re fuerit de monasticæ religionis cōmendatione apud vos agere: maxime qa hoc infelicissimo seculo ex vltimis inferorū latebris pestilētes quidam prodiere, q & scriptis & verbis & factis etiā illā vsq; adeo impugnarūt, nec impugnare desinunt, vt iam multis locis summo contemptu laboret. Quod ipsum sane vel maxime argumēto esse potest monasticā religionē, & Deo gratissimā, & dęmōibus summæ inuisam, & hoībus cūprimis salutiferam esse. Nam semp optima quęq; infestissimos sentiūt hostes & persecutores, impellēte nimirū diabolo membra sua, hoīes impios, vt qd ipsi asseq vel nō volunt, vel non valent, penitus extinguere ac profligare nitantur, si possint, aut certe conuitiis & calūniis, probrisq; & aliis multis indignis modis insectentur ac lacerent. Ita actū est cum vita monastica, quā diabolus nimiū sibi inimicā & aduersam diu multūq; expertus, vel ob id solū, quod innumeri per eā seruati sint hodieq; seruentur, licet rumpantur ilia hæreticis membris illius, excitauit quorundam & ingenia & linguas & manus, quibus, quoad possent, rem optimā & nunquā digne cōmendatam acerbissime & pertinacissime insectarentur. Et res certe ipsis cessit haud incōmode, iacentq; nūc multis locis cœnobia vel penitus destructa & euersa, vel oī habitatore destituta, paucosq; hodie inuenire est, qui ad amplectendū aliqd institutum monasticū magnopere aspirent. Quod licet partim hoīm tepore ac psentium oblectamentorum studio & amore accidat, tamē non minimā huic malo ansam pbuere scripta qrundam, qbus monasticē & cœnobiticā vitam turpiter irrident & iuuentutem in illius cōtemptum ac odium extimulāt, vt parum illis fuerit proprium excussisse cucullum, quem semel susceperant, nisi & alios omnes inde auertant.

Ex his est Desiderius ille Erasmus Roterodamus, quē mundus in tertiū vsq; cœlū euehit iudicio suo, vtinā & Christi Iesu, q, vt cætera illius scripta ptermittamus, Colloquia edidit, teneræ ac simplici iuuentuti destinata ac elaborata, quibus petulanter admodum aliquot locis in monachos & vitam monasticam incurrit, ridens suo

Religionē monasticā probari esse à Deo.

Monastică institutum q persequatur diabolus per se & per suos.

Religio cœnobitica cur hodie tot habeat osores.

Colloqa & scripta Erasmi quantum damni attulerint monasticę religioni.

Left margin notes: ...dia... ...phe. / ...ce 14 / Math. / Luca. / Periculo animæ quantope cauendum sit / 1. Cor. 9. / Occasiões peccandi quantope fugiēdę. / Arsenii.

more quod tamen teste conscientia sua, q̃ literis quibusdã propria manu scriptis declarat, potius commendare debuerat. De quo viro, quia nimium multis placet, quãquam & non paucis viris grauibus & Deum valde amantibus, nec vulgariter eruditis multum displicet ob petulantissimam mordendi libidinem, quam ille ex monachorum & Theologorum odio contraxisse videtur, nos hic multis agere nolumus. Habet iudicium suũ: si recte scripsit & bene vixit, iam felix est: sin aliter, infelicissimus est. Videant qui tãtum illi tribuunt, qua id conscientia faciant. Itaq; vt dixi, nos de illo nihil admodũ hic dicturi sumus, ne stulti & scioli putent nos affectu non ratione duci: tamen committere nõ possumus, qn quid de illius Colloquijs senserit vir extra oẽm controuersiã & pius & eruditissimus Albertus ille Pighius, hic cõmemoremus.

I Albertus Pighius quid de Colloquijs sentiat Erasmi.

Ait ergo Pighius iste (qui non monachus fuit, sed Præpositus Traiectẽsis, tãtæ apud eruditos opiniõis, vt qdam eũ alterũ Albertũ Magnũ appellẽt) libro II. Ecclesiasticæ Hierarchię, ca. VIII. Dialogis Erasmi (vt dicã ingenue q̃d sentio) nihil ad noxã religionis excogitari potuit à diabolo efficacius, nõ solũ ob vnũ hoc, de q̃ nunc agitur (tametsi hoc ipm satis graue & magnũ sit) sed ob eiusdem impietatis plurima, quę illic sub cõpositæ & elegantis orationis lenocinio mira verboꝝ festiuitate ætati ꝓpinat incautę, melle oblitũ sc; venenũ lethale, & animę topicum. Quo semel imbuta recẽs testa, adq̃s sit vsus valitura in posteꝝ, q̊s deinceps ꝓmittat fructus ꝑoccupata semel eiusmodi seminibus noxijs indoles tenera, qs non videat? Meo sane iudicio minus læderẽt vniuersi blasphemiaꝝ libri ter execrãdi illius Lutheri, qbus ex ꝓfesso, & apto Marte exporrectaq; frõte cõuellit vniuersa dogmata hactenus recepta catholicæ Christi Ecclesiæ, si legant à viris, quibus vel tantillum est iudicij (quamuis pene nullis nõ sit periculosa eiusmodi lectio, quæ fere affricat contagionis & scabiei aliquid, & noxios aliquos scrupulos relinquit in animis legentium, vt de certis discant ambigere) minus inquam læderẽt vniuersa hæc lecta ijs, quibus est rationis & iudicij aliquid, quã dialogi eiusmodi lecti pueris & illi cui scripti sunt ætati teneræ: ex quibus religione soluti eorum animi, qua maxime ætatem eam constringi oportuit, discant deinceps de rebus diuinis, de Ecclesiasticis dogmatibus & institutis libere iudicare ac ꝓnunciare, pro suo quisq; captu & ingenio: discant floccipendere, contemnere, deridere. Ex qua semente, quam messem factura propediem sit Christi Ecclesia quis non intelligit? Vtinam non solum pontificio, sed etiam Imperiali edicto, & anathemate exularent perpetuo à ludis literarijs omnibus, &c. Hæc Albertus ille Pighius vere pius de Colloquijs Erasmi, quem homines tanti faciunt, quanti vix vel Apostolum Paulum, vel Augustinum & Hieronymũ: cum tñ scripta eius aliq̃t locis insignes habeãt errores, q̃d potest doctoꝝ viroꝝ, atque adeo Parisiensis Vniuersitatis iudicio probari. Quę nos hoc loco ob id cõmemorare volumus, vt nouerint maxime studiosi adolescẽtes nõ nimiũ esse fidendũ dictis scriptisve Erasmi, ꝑsertim vbi ea vituperat, quę semꝑ apud bonos oẽs cõstat plurimũ & autoritatis & laudis habuisse: ex quibus est ea de q̃ agimus, monastica religio. De q̃ Erasmi iudicio posthabito & neglecto, (Nõ eñ potuit apostata monachus laudare q̃d ipse deseruerat) audiamus, q̃d viri sanctissimi, & sancto spiritu pleni de eadẽ senserint. Ii ergo vna sententia, quia vno spiritu religioni monasticæ præter alia multa encomia, nouem tribuunt vtilitates, quas nos hic tractare statuimus, maxime ob excitandã iuuentutem ad illius amorẽ, quam impij hoĩes summo studio ad illius odium inflãmare conati sunt. Aiunt igitur: K

In religione monastica homo viuit purius, Cadit rarius, Surgit velocius, Incedit cautius, Quiescit securius, Irroratur frequentius, Purgatur citius, Moritur cõfidentius, Præmium habet copiosius.

Primum id hic commonendi estis charissimi, sicut qui aliquãdiu monachum religiosum & instituti monastici sedulũ ac strenuũ egit cultorẽ facile, propria doctus experiẽtia, credit verissimã esse hãc sanctorum patrum sententiam: ita q expertus nõ sit, vix posse huic fidem accõmodare: maxime si oculos intendat suos in plerosque monachos proh dolor dissolute viuentes, & nihil monasticæ grauitatis prę se ferentes, quales passim multi satis visunt. Talis enim

Colloq. Erasmi plꝰ cõtinere, q̃ Lutheri quædam scripta impietatis.

enim cum nec ipse expertus sit, & complures ex monachis ita cernat viuere, vt pene nihil horum in eis inesse videatur, ad recte sentiendum de sanctissima vitæ monasticę professione adduci vix potest. Et tamen nouem isthæc iam enumerata tam certum est religioni monasticæ bene obseruatæ inesse, eiusque cultores pios ac integros felicissime experiri, vt prope nihil sit certius. Vnde etiam ab ipso statim nascentis Ecclesiæ exordio monachorum instituta sunt inchoata, agente id nimirum spiritu sancto, & animarum saluti prouidissima benignitate, & benignissima prouidentia consulente, vt haberent omnes, qui cuperent expeditius militare Deo, & laqueos innumeros fallacissimi dæmonis, & impurissimi huius mundi euadere, quo tanquā ad asylum & animarum tutissimum portum cōfugerent. Legat qui exactius nosse hæc volet, Philonis librum, quem inscripsit de vita cōtemplatiua supplicum, & videbit rem esse antiquissimum, & saluberrimo prorsusq; diuino consilio & Dei nutu ac voluntate institutam monachorum viuendi rationem. Et tamen audent homines leuissimi irridere, carpere, reijcere, quod ab ipsis inde apostolorum temporibus per omnium ætates temporum semper à sanctissimis & eruditissimis viris summa laude celebratū est, vtpote propria plerisque doctis experientia, quid ea vita commodi, quid vtilitates haberet. Prima igitur, vt ante dictum est religionis monasticæ vel cœnobiticę vtilitas est, quod in ea homo viuit purius. Vnde hoc probamus? Certissimis rationibus. Cum enim, teste Ioanne apostolo, omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ sit, sub quibus omne vitiorum genus continetur: vtique consequens est ibi purius vitam trāsigi, vbi isthæc tria studiosius & perfectius profligātur. Id autē fieri in monastica vita satis vel inde liquet, quod monachi omnes, qui tamen regulam, vt vocent, siue institutum ab Ecclesia approbatum & confirmatum sectantur aduersum tria hęc vitiorum omnium capita tribus sese votis cōmuniūt, e diametro cum ijsdem pugnantibus, eaq; funditus extirpantibus. Nanq; vt carnis domēt cōcupiscentiam, promittunt perpetuā castitatem: vt oculoꝝ cupiditate vacēt, promittūt voluntariam paupertatem, denique vt superbię pestilentissimū profligēt virus, obedientiā pollicētur. Quare aūt sacramēto vel voto solenni se astringūt, nisi vt nō liceat vnq̃ resilire à sancto proposito, nec post missum ad aratrum manum retrospicere, quod nefas est, & hominē Dei regno ineptū efficit: Est eīm homo ex naturę corruptione mirum in modū instabilis & procliuis in omne malū. Quamobrē consultissime sane à patribus sancitum est, vt post integri anni probationē professionē solennem faciāt, qui monachi fieri velint, vt vel hoc ipso intelligant, quiduis potius perferendū sibi esse, q̄ ad vomitum reuertātur. Quis autem verbis vllis possit explicare satis, quantam conferant animi puritatem tria isthęc vota bene obseruata? De virginibus scribit Apostolus: Virgo cogitat quæ dn̄i sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Idem contra de illis, q in matrimonio viuunt, sic habet: Qui cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Quapropter idē Apostolus voluit omnes homines esse sui similes, id est, absq; coniugio: non tamen est ausus imperare, ne laqueum inijceret sese continere nolentibus, aut nimium pronis in libidinem at tamen absq; vlla hęsitatione pręfert castitatem matrimonio. Qui nō potest capere tantum donum, agnoscat imperfectiōem suam, & saltem alios patiatur angelicam in terris imitari puritatem. Nō inuideat alijs, q̄d ipse assequi non potest. Si dulcius est ipsi miserę carnis vinci ac subdi voluptatibus, & contra animæ dignitatem vilis ancillæ seruum emptitium fieri, non prohibeat alios ad sanctæ religionis castra confugere, vbi ab omnibus ex professo caste viuitur, vbi nefas est q̄cquam admittere q̄d violet carnis ingritatem: vbi deniq; grauissima multantur pœna, si q voti sui transgressores possint conuinci. Quod si q hodie in tantā lapsi sint deformitatē, vt publice in cœnobijs incontinenter viuant, illi q̄dem monachorum loco habendi sunt, nec propter eos plurimi innocentes condemnandi, q magno studio & acri contētione nituntur reddere dn̄o quod polliciti sunt, carnem suam vigilijs, ieiunijs, oratiōibus, alijs q̄ sanctis exercitijs in seruitutem redigentes, ne lasciuiat aduersus spiritū. Nanque & hac de causa huiusmodi piæ & vtilissimæ exercitationes in cœnobijs vsitantur & excoluntur, vt possit spiritus ple-

Religio monastica quādo & à q̃ instituta fuit.

Purius vi uitur in religione monastica.

1. Ioan. 2

Tria vota monastica cōtra tria quę mūdi vitiorum capita sunt.

Lucæ 9

Voto solē ni cur sese astringant monasticę vitæ professores.

1. Cor. 7

Ibidem

Ibidem

Castitas in cœnobijs q seruetur

1. Cor. 9

Exercitationes cōtra carnis voluptates in cœnobijs q̄ spectent.

L

pleno iure suo corpori dñari. Quas certe q cunq; negligũt, vt nũc ꝓh dolor ab hoibus mũdanis plus satis negligunt, nõ possunt cõtinenter viuere. Itaq; purius viuit in reli gione ab angelicæ puritatis ex professo su sceptã imitationẽ. Qd' si dicas, multos etiã in mundo caste viuere, equidẽ quibusdam id cõtingere nõ negauerim, sed tã paucos illos esse res ipsa loquit, vt illoꝝ exemplo nemo debeat velle inter infinitas peccandi occasiones hærere in mũdo, vbi innumeri ꝗtidie ruũt in turpissima carnis flagitia, eo potissimum noĩe, ꝗd inter occasiones ver- sent: quas si rescinderent & fugerent, atq; ab hoĩm consortio abstracti, sanctoꝝ mo nachoꝝ cõtuberniis sese iungerent, facilli me, Deo propitio, non solũ eiusmodi non admitterent scelera, sed etiã purissime viue rent. Sed ne simus prolixi nimium, omis so castitatis voto videamus paucis quid pu ritatis ꝓstet homini pauptatis ꝓfessio. Cre scit amor nũmi, ait quidã quantum ipsa pe cunia crescit. Et qui volunt diuites fieri, te ste Apostolo, incidunt in laqueos diaboli. Eodéq; autore: Cupiditas radix oĩm malo rũ est. Ergo semel oẽ habendi & acquirẽdi ius à se abdicasse, nihilq; oĩno habere velle id est, vitia simul oĩa radicitus euulsisse, si i- ta fiat vt oportet. Qui reliquerit domũ, aut agros propter nomẽ meum, ait dñs Iesus, cẽtuplum accipiet, id est, mirabiles interio ris hoĩs consolationes & pectoris suauissi mã trãquillitatem cordisq; puritatẽ: quam nihil æque inficit, vt cupiditas, quę misero rum corda mortalium in mundo degenti- um pernitiosissime deuastat.

Paupertas monastica qui seruã da quanta que laude extollẽda.
1. Tim. 6
Ibidem.
Matth. 19

M Iam si ad obedientiam veniamus, velimusq; æque p pendere iudicio, ꝗ̃ illa totius mali fontem, quę est volũtas propria, in hoĩe ꝓrsus ob- turet, non poterimus quicꝗ̃ ambigere, qui verissimũ sit, longe purius hoĩem in cœno bio, ꝗ̃ in mũdi strepitu viuere. Vbi eñ cuiq; quiduis agẽdi, ac omittẽdi manet potestas ibi fieri nõ põt, quin multa sæpe mala ꝑpe trẽt. Animus eñ hoĩs, ꝓsertim in virtuti- bus paꝝ exercitati, ꝓceps fertur in vitia, ni- si freno ꝗdam contineat, vbi ꝟo non suo, sed alieno licet arbitratu viuere, illic sane peccari vix potest, nisi quis relicto alterius, suo malit duci arbitrio. Non vacat his sin- gulis diutius immorari, tametsi esset mate- ria copiosissima. Id nimirum ex iam dictis potest esse ꝑspicuum, tãta in religione mo- nastica vitam purius transigi, quanto illic minus licet oĩum capitibus vitiorum es- se deditum. Et quia difficile ac permolestũ est carni & sanguini carere carnis volupta tibus, mundi facultates spernere, superbi- am humilitate premere, ea re miseri qui- dam primo ipsi cucullum excussere, & ad Aegypti ollas reuersi sunt: deinde propria perditione minime contenti, etiam alios quotquot possent, nisi sunt, ad similia pro uocare. Quos tamen pii & Deo dediti spre uerunt penitus: impii vero & stolidi qui- dam non nisi in perniciem suam, & sui si- milium sequuti sunt.

Obedientia cœnobitica quã su os seruito res faciat felices.
Animus humanus quam sit in vitia ꝓ cliuis.
Discretio nis monasticę vitæ quæ nã quibusdã occasionem præbuerint.

Altera religionis monasticæ vtilitas est, quod in ea homo ca dit rarius. Et hoc itidem ea ex causa, quod rariores habeat peccandi occasiones, & plu ra bene agendi incitamenta. Fit nonnun- quam vt diabolo tentante & vexante, inci- piat quispiam ad peccandum fieri procliui or. Qui si in mũdo verset, vbi rarissima cer nunt virtutis exẽpla, plurima vero, quæ ad oẽm improbitatẽ nedum illiciãt, sed etiam impellant, diabolo tentanti cito obsequit, & perit miser prauis alioꝝ exemplis euer- sus. Si autem sit in cœnobio bene reforma to, habet viros virtutis, ad quos confugi- at, quoꝝ & monitis & exemplis ad resistẽ- dum diaboli suggestionibus accendatur. Nemo facile crediderit, ꝗ̃ magnũ sit ad per sistendum in bono adiumentum cõuictus & cõsuetudo hoĩm Deũ timentiũ. Testat hoc Psalmista: Cũ sancto, inquit, sanctus eris. Neq; sane dubitari põt permultos ad- huc in diuersis diuersoꝝ ordinũ cœnobiis viros religiosos Deũq; apprime amãtes re periri. Mundus aũt totus in maligno posi tus est, adeo vt iam virtutis sit improbos i- mitari: vitiis ꝟo sectari bonos. Quis illic diu possit ꝓstare fortiter, nisi magna & rara ani mi fortitudine ꝑditus? Sed aiunt scioli qui dã, maioris esse virtutis inter malos vixisse bñ, ꝗ̃ inter bonos, & ignauię speciẽ esse, oc casiones peccãdi fugere. Quid dicitis misc- ri? Nõne hac rõne infiniti pereũt, ꝗd nolũt prauoꝝ consortia fugere? Ipse D. Ioannes Baptista, quamuis in Dei gratia confirma- tus, tamen etiam sanctissimos parentes su- os fugit, ne scilicet vel tenuissimam ex ho- minum congressu maculam contraheret. Et vos illo sanctiores & fortiores in me- dia hominum frequentia viuetis, & viuen- dum cẽsetis. Sed absit vt stultitiam vestram imitari velint, qui Deo placere cupiant. Sint certe vestri similes, qui malunt homi- nibus

Caderent rius quinã contingat in cœno- biis.
Hominũ proborũ conuictus & con sue tudo quan tum pręstet ad iu menti ad bene vi uendum.
Psalm. 17
1. Ioan. 5
Consortia prauoꝝ quantum noceãt in cautis.
Matt. 3. 11
marci 1
Lucæ 1. 3

nibus placere, q̃ Deo, mũdo seruire potius, q̃ Deo. Tertia religiõis monasticę vtilitas est, q̃ in ea hõ surgit velocius. Id p̃o nemo in dubiũ reuocare poterit, nisi qui nesciat, q̃ frequens ac prope cõtinua sit in cœnobijs sacræ scripturę lectio, q̃ modo terrẽdo, modo consolando, modo promittendo incitat lapsos ad resurgendum. Accedit eo tum superiorum, tum fratrum crebra ac feruẽs exhortatio, etsi necesse sit etiam seuera castigatio. Non enim facile impune peccatur in monasterijs bene institutis, vt etiam si quis velit, non possit diu iacere in vitijs. Dulcissima porro illa necessitas est, quæ cogit hominem manere in officio, & recte ingredi. Cæterum qui in mũdo viuũt raro admodũ scripta diuina percipiũt, & pene neminẽ habẽt, q ad corrigendũ perperã admissa hortet. Plerięq; vero ex ijs, qui docti habentur, eo dũtaxat scripturas sacras & sanctoꝝ patrũ scripta lectitãt, vt hoĩbus sese venditẽt, & auras populares captẽt: qbus ea re plus nocet cognitio scripturaꝝ, q̃ prosit, quando nosse duntaxat illos volũt ob gloriolæ desiderium, non aũt p̃stare q̃d docẽt. Quod hoĩm genus vt plurimũ superbũ ac tumidũ est, & diuinę gratię minime capax. Quo fit, vt sępe ingrauiabãtur vitia, atq; adeo in hęreses, vnde vix vnq̃ emergũt. Non eñ ferunt se admoneri aut corrigi, q̃d sibi sapiẽtissimi videantur.

Quarta religionis vtilitas est, q̃d in ea homo incedit cautius. Cũ eñ nõ suo sed alieno, id est, superioꝝ suoꝝ, qbus ꝑpter Deũ voluntatẽ permisit suã, viuat arbitrio, vbiq; tutus, vbiq; securus est, nec potest vlli patere periculo, Christi gratiã eum protegẽte, cuius amore sese hoĩbus submisit. Nõ eñ potest cõmittere Christus ꝓ bonitate sua, qu eiusmodi hoĩem tum per superiores, tũ per alios magis expertes, tũ etiã propria experientia abunde instituat ac erudiat, quõ caute debeat ingredi, ne vsquã inimici fraudibus ac nexibus implicetur. Qui vero in mundo viuunt, quicq̃d libet aut agunt aut omittunt, atq; eo ipso innumera cõtrahũt animæ vulnera: & si quandoq; velint seruire Deo & pie viuere, rarissime ad bonã perueniunt frugem, eo q facilime eos decipere potest malus spũs, vt vel plus, vel minus quam oportet agãt, & aut destruant sese nimietate, aut inertia negligant & tepescant: q̃nquidẽ suo ducunt iudicio, nec alioꝝ cõsilijs sese submittũt, q̃d est reuera periculosissimũ. Vix eñ potest fieri, vt qs ꝓpria ductus volũtate ad verã ꝑtingat sanctitatẽ.

Voluntati propriæ inniti q̃ sit oĩm malorum fentina & damnationis causa.

Felix aĩa, quę Christi illustrata lumine, & eiusdẽ docta spũ, nõ vult sibi relinq, nec suo ꝑmitti iudicio, sed magis duci alieno: nec ꝑfidit ingenio aut sapientię suæ, sed exemplo filij Dei subdita est homini propter Deũ. Quæ res monachos in religione facit cautissime ingredi, & innumera ꝑicula euadere, qbus inuoluuntur, q ipsos se sibi duces cõstituunt, putantq; felicius esse suapte voluntate, quam sub alterius obediẽtia viuere: tanq̃ illud liberũ, istud coactitium sit. Sed errant. Nihil eñ gratius Deo, q̃, omni propria calcata voluntate, ex alterius præscripto viuere, nec sibi velle licere quicqd libitũ sit, sed id duntaxat quod is, cui se submisit, imperarit. Posset hoc innumeris scripturæ diuinę & sanctoꝝ patrũ testimonijs confirmari, nisi breuitati studeremus.

O 1. Petri 2 Ingredi caute quã nam faci ant cœnobium.

Quinta monasticę vitę vtilitas est, q̃d illius cultor qescit securius. Quid eñ illius possit inturbare quietẽ, qui oẽm oĩno temporaliũ reꝝ curã vanãq; solicitudinẽ abiecit, qui nõ est sollicitus in crastinũ, q nesciens qua hora dñs suus vẽturus sit, sic exigit omnem diẽ, tanq̃ hodie venturus sit? Quid vero hac qete suauius, quidve securius, corpore qdem in mundo degere, sed animo iã in cœlis versari, nolle quicq̃ curare temporarium tanq̃ indignũ, q̃ animus immortalis, & ad sublimia vocatus, occupetur ac distineatur, atq; iugiter in serenę conscientię amœnissimo thalamo ac tranqllissimo sinu qescere, & oẽm cogitatiõem, amorem, studiũ, intẽtionem, desideriũ suũ in vno illo summo & vero bono defigere, illo vnice delectari: horrere qcqd pacẽ turbat pectoris, vt Deus pacis ꝑpetim in ipso cõmorari delectet? In mũdo aũt q̃ sint perturbata & tumultuosa oĩa qs nõ videat? Quis ibi vnq̃ possit p̃a mentis qete perfrui, vbi tot pene sunt ꝑturbatores, q̃t conciues vel cõuicto res? Ea ex causa etiã philosophos q̃sdã legimus hoĩm fugisse frequentiã, & ad loca solitaria secessisse, q̃ liberius possent vacare sapiẽtię. Vsq; adeo res ipsa loqtur, vix quenq̃ posse inter hoĩes animi tranqllitatẽ asseq.

Quietis in cœnobijs causæ quæ sint.

Matth. 6 Lucæ 12

In mundo non posse veram inueniri quietem.

Sexta monasticę vitę vtilitas est, q̃d rore cœlestis gratiæ & diuinæ cõsolationis illius sectator crebrius ꝑfundit. Hoc ipẽ dñs ꝓmittere dignatus est in Euãgelio vbi ait: Oĩs q reliqrit patrẽ, aut matrẽ, aut fratres, aut sorores, aut vxorẽ, aut filos, aut agros, pro

Rore cœlestis consolationis perfundi monastices veros professores. Matth. 19

propter nomen meum, centuplum accipiet, id est, vt Sancti doctores exponunt, pro carnalibus & temporalibus quæ contempsit, spiritalia recipiet, vt spiritalibus foueatur delectationibus, qui carnales repudiauit. Iam ante probauimus in religione purius vitam transigi. Vbi autem puritas cordis est, ibi gratia continere se non potest, quin vbertim ac continenter in ipsam influat. Quantum autem eiusmodi supernæ gratiæ, diuinæq; dulcedinis & supernæ cōsolationis mellifluus ros omnem mundi voluptatem, gaudium, consolationes excedat, nemo vnquam digne exprimere poterit. Et tamen plures inuenias licet, qui monachos putent miseros, eo quod multa huius mundi oblectamēta abijciant, nec fruantur voluptatibus temporarijs, quasi nō multo felicius sit vel vnam cœlestis roris guttulam percipere, quam omnibus labentis vitæ oblectamentis in vnum cōflatis pfrui. Secura mens, ait Salomon, quasi iuge conuiuium. Qui autem mūdi vanitatibus & voluptatibus dediti sunt, ij nunquā quicquam diuinæ suauitatis sentire merentur, & viuunt vitam longe miserrimam, post breuissima oblectamēta pœnas æternas luituri. Ducunt in bonis dies suos, ait S. Iob, & in puncto ad inferna descendunt.

Seculo deditı hoïes cur monachos existiment infelices ipsi multo infelicissimi

prouer. 15

Iob 21

P

Religiosi cœnobij quinā cito purgētur à maculis culparum.

Septima religionis monasticæ vtilitas est, quod sui cultorē citius purgat. Habet enim plurima tum interna, tum externa, tum spiritalia, tum corporalia exercitia quibus anima mirum in modum purgat. Vt sunt verbi causa, Orationes, Ieiunia, Vigiliæ, Corporis castigationes, freques Cō fessio, ac pene quotidiana Eucharistiæ sūptio: pluraq; alia, quibus facilime puritas obtinetur. Quæ certe ita rara visūtur apud homines in mūdo hærentes, vt prope nullus talibus occupari dignetur. Et tamē maxima sæpe & innumera committunt peccata: vnde merito ad eiusmodi remedia studiosius confugere deberent. Sed addunt libentius iniquitati iniquitates: quia ipsi se iam purgare nolunt, necesse est flāmis sulphureis semper arsuris sine fine exurātur, nec sic tamen vnquam expurgandi. Quanto rectius faciunt qui timore diuini iudicij, & Christi amore confugiunt ad pœnitentiæ officinam, videlicet religionem monasticam, vt illic ipsi vltro castigent, quod in Deum perperam se admisisse norunt, & sordentium maculas animarum pœnitentiæ lauacro & continuis lachrymis, alijsq; ante dictis exercitijs citius eluant, expient, aboleantq;.

Liberius viuēdo in mundo q̄ mala contrahātur.

Octaua monasticæ vitæ vtilitas est, quod illius alumni confidentius moriuntur. Mortem nō faciūt terribilem, nisi peccati conscientia. Vbi igitur peccatum ex conscientia profligatum est, & animus Deo puri amoris integra consensione, & purissima adhæsione vnitus, quid illic terroris omnium licet terribilium terribilissima mors adferre queat? Qui in hac vita sic semper degunt, vt exules & peregrini, nec hic se putant habere manentem ciuitatem, sed futuram inquirūt, qui hic nolunt risu, iocis, ludis, atq; alijs mundi vanitatibus & voluptatibus dissolui: sed aut propriam, aut alienam plangunt iniquitatem, dicuntq; cum Propheta: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et: Quādo veniam, & apparebo ante faciem Dei? Qui bus deniq; viuere Christus est & mori lucrum, quid illi mortē timeant. Et licet nulla res maiorem in morte prestet fiduciam, quam sanguis & mors agni immaculati, Christi Iesu redemptoris, tamen plurimū etiam bonæ spei, & sanctæ confidentię ingerit vitę bene transactæ cōscientia.

Monachi veri vit cōfidēter mortē excipiant.

Mors ēquā nā tantū terribilē hominē.

Heb. 13

psalm. 119

Psal. 41

Philip. 1

Fiduciam quanā maiorē præstant ho[...]

Q

Matth. 11

Atque ita necesse est, vt qui in religione Deo strenue seruierit, iugumq; Domini suaue & onus leue fortiter tulerit, votaque sua debite persoluerit, ex ipsa recte trāsactæ vitæ conscientia, non solum non trepidet, sed etiā magnopere aspiret, securusque pergat ad mortem. Non enim est alia ad Deum videndum ac fruendum via, nisi corporis dissolutio. Quam fœlix mens, q̄ vbi moriendū est, Christo se vixisse, Christiq; vestigia sectatam gratulari potest, & spretis mūdi inanissimis gaudijs, cū Christo & sanctis omnibus gaudet se per arctā salutis viam, & angustam portam ingressā esse. Nona deniq; vitæ monasticæ vtilitas est, quod illius cultor copiosius à Deo recipit præmium. Vnusquisq; mercedem accipiet, ait Apostolus, secundum suum laborem. Et qui parce seminat, parce & metet. Si ergo, quod nemo negare potest, in religiosis cænobijs plures maioresq; pro Deo & virtute labores suscipiuntur, quam ab hominibus in Mundo viuentibus, idq; fere semper ex obedientia, non propria voluntate, qua vtplurimum ducuntur etiam qui bene viuunt in mundo, quis illis audeat maius negare præmium apud Deum?

Matth. 7

Lucæ 13

Præmium q̄ magnū cū recipit vere religiosus post mortem.

1. Cor. 3

2. Cor. 9

Certe

Certe æquiſſimus humanarum actionum examinator, ac iuſtiſſimus remunerator, nec minimum aliquid ipſius amore geſtũ vel toleratum, ſua mercede fraudabit. Ergo dilectiſſimi cognitis hiſce ſanctæ religionis monaſticæ cõmodis, in eam quęſo curam incũbite, vt ne vos vnquam illius odio ab ſceleſtis hominibus inflammari patiamini: & ſi qui vobis filij aut filię ſunt, quos delectet ſeruire Chriſto, & inſtitutũ aliquod monaſticum amplecti, illos non ſolum non impediatis, quod faciunt multi ſummo cum periculo ac pernicie ſua, & prolium ſuarum, ſed etiam adiumento illis ſitis, vt tam ſalutare animi propoſitum poſſint exequi. Quod certe vobis ſummã apud Deum conciliabit gratiam, & in ipſo mortis articulo non paruam præſtabit fiduciam, quod ſcilicet proles habeatis, quarum precibus apud Deum vos iuuari poſſe non dubitetis. Tales enim plurimũ pro ſuis parentibus orant, & ſæpe illis obtinẽt à Deo, quod nunquam ipſi impetraſſent, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

Parentes probos non debere pueros impedire ab ingreſſu religionis

IN FESTO S. FABIANI ET SEBASTIANI martyrum, Epiſtola beati Pauli Apoſtoli, ad Hebræos cap. vndecimo.

XIII.

SAncti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, inuenti ſunt in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

ILluſtres martyrũ triumphos, & roſei partas effuſione ſanguinis victorias gratulabunda celebrat Chriſti Eccleſia in laudẽ Dei, vt & ſuæ ſatisfaciat deuotioni & ſanctorũ tum exẽplis incitetur, tam meritis ac pcibus adiuuetur ad eorũ ſectãda veſtigia, quibus certe ingredi nemo poteſt, niſi magna Dei ac diuinę gratiæ ſuffultus ope. Recitat aũt eadẽ S. Eccleſia mater noſtra in martyrũ natalitijs lectionem admodum congruam, ex D. Pauli ad Hebræos epiſtola extractam, vbi graphice S. Apoſtolus militum Chriſti & amicorũ Dei certamina, labores, pericula, cruciatus afflictiones, vexationesq; depingit: nõ aliam ſane ob cauſam, niſi vt q ad illarũ quando q; cõſortium & certã beatitudinẽ pertingere cupiũt, prius nouerint eodẽ ex calice ſibi potandum eſſe, vnde & illi biberunt vt exhauſto paſſionũ & afflictionũ poculo, q̃ ceu amara quadã, ſed purgatoria potione penitus ab omi fere repurgẽtur: deinde ad pleniſſimã ſempiternę vitæ ſalutẽ ac incolumitatẽ prouehant. Non eñ coronabit, niſi q legitime certauerit: nec decet ſub capite ſpinis cõpuncto & coronato, membrũ eſſe molle ac delicatum. Ait ergo S. Apoſtolus: Sãcti martyres alijq; amici Dei per fidẽ in Deum regna expugnarunt, vt Ioſue & Dauid, pluresq;. Itẽ tempore gratiæ pluresq; ſancti vicerũt regna, etiã ampliſſima, qñ ea ad Chriſti fidẽ traduxerunt, & Chriſtianę religioni ſubdidere: vel etiã qñ omnia tormen

2. Tim. 2

Ioſ. 6. 8. 10

Diuorum martyrũ certamina & triumphos nobis ob oculos cõſtituuntur

tormẽtorum genera à gentibus illata pro
Christi fide superarunt. Operati sunt & ex
ecuti iustitiam, vt fidem suam sanctis ope-
operibus testarentur esse germanam atque
religiosam, non qualis est eorum, qui se
dicunt nosse Deum, factis autem negant,
Titum 1 qui Christum & Euangelium ore iacti-
tant, sed vita ac moribus persequũtur. San
cti autem vt essent imitatores Dei, sicut fi-
Ephe.5 lij charissimi, iustitiam Deo gratissimam
coluerunt, peccata fugiendo, & semper re-
cte ac iuste agendo, præceptisq; Dei & con
silijs obtemperando: atque ita adepti sunt
repromissiones, id est, consecuti ea quę De
us pollicitus est sibi ex animo seruiẽtibus.
Siquidem bonorum operum gloriosus
est fructus. Et iusti omnes, qui hic vitam
Sapien.3 Matt.13 agunt Deo placitam, fulgebũt sicut sol in
regno patris sui. Impij autem, qui hic no-
lunt diuinæ gratiæ cooperari, sed suis in-
dulgent affectibus, mittentur in tenebras
Matt.8.13. & 25 exteriores: vbi erit fletus & stridor denti-
um. Præterea sancti obturauerunt ora leo
Iudic.14 num vt Sampson, Dauid & Daniel, & mul
1.Reg.17 ti martyres Christi, qui signo crucis edito,
Dan.6.14. immanissimos leonum impetus fregerũt.
Leonum ora obturare quid mystice significet. At si ad mysticum respicias sensum, obtu-
rarunt sancti ora leonum, quando dæmo
num pestiferis persuasionibus viriliter re-
stiterunt, atq; eos ex simulachris responsa
reddere prohibuerunt. Extinxerunt quo-
que impetum ignis, siue corporaliter nul-
lam ex flammarum incendio sentiẽdo mo
lestiam, siue spiritaliter vitioꝶ æstum com
primendo, vt etsi sentirent acres vitiorum
impugnationes, non tamen ex consensu
vrerentur. Effugerunt aciem gladij, quan-
doque ex rationis præscripto, vbi nulla e-
rat spes alios lucrifaciendi, impiorum per-
3.Reg.19 sequutiones declinando, quod fecit Heli-
as & multi alij, non timore mortis, sed qa
sic ex instinctu spũs sancti aliter Deo pla-
cere vel nũdum adesse tunc vel tempus vel
genus martyrij sui videbant. Vel certe, quẽ
admodum vetustus & communior textus
habet, Effugauerunt aciem gladij, hoc est,
hostium faciem habentium gladios acu-
tos: vel, exercitum accinctum gladio, in fu
gam dederunt, vt fecerunt in veteri testa-
mento frequenter Iosue, Gedeon, Dauid,
Machabæi, alijque complures: in nouo au
tem testamento hoc ipsum fecerunt pene
innumeri Catholici Imperatores, reges &
principes. Conualuerunt de infirmi

tate diuina virtute etiam post immanissi-
mos cruciatus pristinæ restituti incolumi-
tati: quod multis martyribus euenisse cer-
tum est. Fortes facti sunt in bello, tam ex-
terno contra hostes visibiles, quam spirita
li contra vitiorum & dæmonum impugna
tiones. Nunquam enim desunt pijs certa- Electis nunquam desunt certamina
mina, quibus probentur, vtrum Deo fide
les sint nec ne. Castra verterũt exterorum,
nõ solum hostes corporeos in fugam ver-
tendo, sed etiam inimicas dæmonis, car-
nis & mundi acies penitus profligando.
Acceperũt mulieres de resurrectione mor
tuos suos, excitatos meritis & precibus san
ctorum vtriusque testamenti. Alij disten-
ti sunt, & in eculeis dire torti, nec tamẽ pœ
nas euadere voluerunt: quod quidem po-
tuissent, si impijs consentire voluissent, vt
quandoque ad æternæ vitæ capessendam
hæreditatem possent resurgere. Non enim
volebant breuibus licet duris subterfugi-
endis doloribus amittere cœlestis patriæ
nunquam desituram beatitudinem, & ęter
nos mereri cruciatus. Alij vero ludibria &
verbera experti sunt, insuper & vincula &
carceres, instigãte maligno spiritu vasa sua
homines impios, vt varijs tormentorum
generibus sanctos à Deo abstraherent. La
pidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt varijs mo Iob 7
dis, tam blandis, quam asperis. Nihil est e-
nim aliud vita hominis, quam tentatio su-
per terram: & necesse est diuersas perpeti
tentationes eos, qui volunt cum Christo
per omnia tentato & probato in cœlesti-
bus triumphare. In occisione gladij mor-
tui sunt, libentissime Dei amore vitam con
temnentes temporariam, tantum ne age-
rent contra præcepta Dei. Satius est enim
vitam amittere, quam impie viuere. Cir-
cumierunt in melotis, id est, pellibus ouil
lis: itemque caprinis pellibus, sicut & san- Matth.3
ctus Ioannes Baptista camelorum pilis te- Marc.1
gebatur. Sancti enim norunt hic se exules
degere ob pctã: itaq; cõtemnũt molles cor
poris voluptates, & aspera tanq̃ exilio ma Matth.11
gis cõgrua amplectunt. Qui aũt mollibus
vestiunt, in domibus regũ sunt, id est, mun
do huic militãt potius, q̃ Christo. Atq; in-
sup in summa hic reꝶ oim inopia sancti vi
xerũt, multis pssi angustijs, & vehemẽtissi-
me foris ac intus afflicti: qbus tñ dignus
nõ erat mũdus ob eoꝶ eximiã sctitatẽ. Et
hodie beati pdicant, qbus oĩa ad votũ suc-
cedũt, qbus nihil occurrit aduersi, sed læta
& iu-

&iucunda eueniunt omnia. Verum hic falluntur miseri. Tanto enim quisq; Christo dissimilior est & amicis illius, quanto hic magis affluit præsentis vitæ voluptatibus. Sed & in solitudinibus errarunt sancti, persecutorum rabiem fugientes, atq; inibi vitam miseram, quod ad carnem attinet, agẽtes & domino nocte ac die studiosissime famulantes: vagãtes in montibus, & in speluncis atq; cauernis terræ sese abscondentes, vt liberius cœlestia meditarentur. Et hi omnes testimonio fidei probati ac fideles inuenti sunt in Christo Iesu domino nostro, pro cuius amore & fide libenter oẽm præsentis vitæ miseriam tolerabant, vt in eius membris possent annumerari. Et nũc post breues exilij perpessos labores, viuũt felices cum Christo: contra vero persequutores eorum, & impij omnes huius mundi voluptatibus dediti, ptrusi sunt in ignẽ æternum, & illic semper male habeant, qui hic noluerunt exiguos pro Christo & pietate labores perpeti.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi. Lucæ vigesimoprimo.

C

DOminus noster Iesus Christus omniũ martyrum caput & princeps, ac signifer filij charissimi, in huius diei Euangelio suis martyribus prædicit primo quidem calamitates, bella, aliaque huius mundi mala: deinde persequutiones, quas ipsi pro eius nomine perpeterẽtur, vti eos ad mundi ac omnium rerum mundanarum contemptum accendat, & ad mala mundi, & hominum impiorum iniurias fortiter perferendas bene instructos & animatos reddat. Minus enim feriunt iacula præuisa. Vbi animaduertimus pijssimi Saluatoris erga electos suos summam charitatem ac beneuolentiam, qua ferre non potuit, vt improuisi ab hostibus impeterentur: sed longe ante voluit esse præmonitos, vt sese commodius præparare, & animos suos aduersum impendẽtes inimicorum insultus confirmare possent. Ait ergo:

Gregorius.

Quum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet primum hęc fieri: sed nondum statim finis.

Mundus iste, id est, homines mũdo huic dediti nunquam possunt quiescere, nunquam vera pace & tranquillitate gaudere. Quare hoc? Quia contempto aut posthabito Deo, spretisque bonis cœlestibus, totos sese ad terrena conquirenda, ad opes cumulandas, ad capessendos honores trãsferunt. Inde ergo necesse est varijs eos flagrare cupiditatibus: quæ quum sint inexplebiles, innumeras vitiorum perturbationes in miseris excitant: sicque fit vt quoties alij vident se ab alijs vel diuitijs, vel potentia, vel honoribus superari, torqueantur inuidia, cupiantque & nitantur illis se exæquare, imo etiam excellere. Hinc iam oriuntur bella inter reges & principes: & seditiones in ciuibus: dumque putant felices se fore, si suis cupiditatibus obsequentes, victoria potiantur, non intelligunt miseri, se ea ratione non ad felicitatem propius accedere, sed multo longius ab ea remoueri. Qui si forte sua contenti viuerent, discerentque vitijs & cupiditatibus suis dominari, iam plane in humanis rebus pacata essent omnia. Sed quia impij semper vt mare feruent, varijs exagitati perturbationibus, necesse est crebra ac pene perpetua in terris bella existere, seditionesque grassari, vt se mutuo affligant, vexent, perturbent, qui ab illo summæ pacis ac suauissimæ tranquillitatis fonte Deo sese abiungunt, & cordibus ac animis terrę affigunt.

Bella & seditiones vnde oriantur.

Esaiæ 57

Itaque dominus hortatur martyres suos, vt auditis prælijs, quæ sunt hostium, & seditionibus, quæ sunt ciuium, non terreantur. Oportet enim Deo ob hominum castiganda flagitia iuste id permittente, hæc primum fieri: sed nondum statim finis, donec sit mundi finis, & impij pacis inimici in carcerem tartareum simul omnes demergantur, atque illic summo odio & acerbissima animorum dissensione sese mutuo sine fine affligant: electique omnes illis ablatis, summa & æterna ac imperturbabili pace fruantur cum Deo patre & creatore suo. Siquidem tum demum, non ante, finis erit bellorum ac seditionũ & malorum omnium. Atq; hęc non minima ratio

Mundũ cõtemnendi ac fugiendi ratio quæ.

tio est mundum contemnendi, quod semper calamitatibus ac tumultibus plenus sit: quod tamen proh dolor cæcus hominum mentes ab illius amore auellere non potest.

Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terremotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames: terroresq; de cœlo, & signa magna erunt.

D

His verbis Dominus, quod prius generalius dixerat, specialius exprimit. Et re uera nos hodieque experimur hæc ipsa omnia, quæ tũ à Domino prædicta sunt. Cõtinuis Ecclesia bellicis cladibus affligitur, & Christiani in Christianos plusquã leonina feritate in currunt, & quasi non satis multos habeat Ecclesia hostes exteros, intestinis atteritur bellis, vt nihil iã aliud superesse videatur, nisi, vt ipse Dominus ait, regnum in seipsum diuisum penitus desoletur. (Matth.12, Lucæ 11) Verum inter hæc pij omnes animis in Deum erectis, consolari sese debent, q̃d mala isthæc nõ solum non æterna, sed nec diuturna sint futura. Seminent interim in lachrymis, & euntes eant ac lugeant cum sanctis omnibus, postea in gaudio messuri. (Psal.125) Si qua patiantur temporalis substantiæ detrimenta, ferant vt poterunt, certi se aliã habere hæreditatem, quam nullus eripere queat. Hæc autem omnia, quæ hic Dominus commemorat, puta bella, terremotus, pestilẽtia, fames &c̃, nihil sunt aliud, q̃ amantissimæ optimi creatoris commonitiones, & verę paternæ castigationes, quibus id solum optat efficere, vt tamen quãdoq; calcatis vitijs resipiscamus, & suæ voluntati morem geramus. Alioqui sane nõ delectatur miserijs & afflictiõibus nostris. (Tob.3) Sed quia videt psperis successibus nos nimium seduci, & ad perpetranda mala plus satis procliues reddi, subinde affligi nos sinit, vt ad animum redeamus, & mores nostros corrigamus. (Electos suos cur Deus in mũdo affligi permittat) Vbi autem nihil proficiũt temporaria illius flagella, necesse est ira sempiterna absque vlla misericordia sẽtiatur: idque tanto durius, quanto maior benignitas & clementia nobis prærogata est. Sic olim populum Israeliticum in idololatriæ crimen pronissimum crebris (Iudic.10) hostium incursibus, diuersisque morbis & calamitatibus premi sinebat: & quoties sese emendassent, parcebat oppressis. At vbi tandem in sua malitia perseuerabant, obstinati, abiecit eos penitus: & ita vsque hodie electus ille populus prorsus est alienus à Deo, & vbique contemptui habetur. Timeant ergo quicunque flagellis Dei non erudiuntur ad iustitiam, ne & ipsis similia eueniant. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. (Psal.11) Libenter parcit pœnitentibus, sed obduratos punit acerbissime. Quod autem hic dicitur de terroribus & signis magnis futuris e cœlo, & nos itidem frequenter experti sumus, atque vtinam cum aliquo fructu nostro. Quicquid agat Deus, quantumuis terreat, quãlibet diras intentet minas, nos semper ijdem sumus: & sicut olim Hierosolymitæ licet horrendas easque frequentes nõ multo post occisum saluatorem cernerent visiones, plenas terroris & comminationis, nihilo secius corrigi noluerunt, donec per Romanorum exercitum deleti sunt & in seruitutem redacti: ita & nos præfractis animis in eodem semper vitiorum luto hęremus, nec ad pœnitentiam compungimur, quamuis dure castigati, donec furor Domini totum in nos sese effundat, mergatque nos in pœnas sempiternas. Et quæ potest maior esse insania, quam re ipsa manifestam Dei iram in dies experiri, & tamen quasi nihil ad nos pertineat, animis dissolutis negligere ac floccipendere.

Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges, & præsides propter nomen meum.

B

Hic iam Dominus martyribus suis predicit mala ipsis euentura. Atque hæc innumeros propter Christi nomen perpessos nouimus, idque tanto mentis vigore, tanta animi constantia; vt nullis vnquam modis potuerint à Christi confessione separari: imo vero haud secus ad ista, quam suauissimas epulas permultos properasse legimus, vtique ob ingentem nominis Christi amorem, qui eos faciebat cuncta mortis discrimina omnigenosque

que cruciatus & persecutiones tyrannorum pro nihilo ducere vt Christum lucrifacerent. O peræpretium fuerit ædificationis causa vnum hic proferre exemplum viri nobilis ac illustris, nempe Gordij centurionis, de quo D. Basylius Magnus ad populum in signem habuit concionem, vbi inter cætera sic de eo ait: Tantum abfuit, vt intentatas horreret pœnas, vt eas vltro in se prouocaret, supplicijque moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus, membra frustatim cædantur. Denique quodcunque volueritis de me supplicium sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quanto enim mihi plus tormentorum ac cesserit, tanto plus referam præmiorum. Res enim in hac vita aduersæ, nobis apud Deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille ac cicatrices patimur, in resurrectione splendido induentur amictu. Pro contumelia atque ignominia, palmas coronasque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradisi spacia læti vagabimur. Pro accusatione demum ac iniqua condemnatione, gloriam & Deo & angelis referimus. Minæ vestræ mihi semina sunt diuina, vnde inmortalitatem perpetuaque gaudia metam. Damnum profecto me facere videor, si sæpe varijsque modis extingui, variaque pro Christo pati supplicia nequeo. Hæc ibi.

Basylius. Gordius Centurio martyrar dissimus.

Eiusmodi vero in sanctis martyribus constantiam & suppliciorum contemptũ fecit amor Christi. Cum enim scirent se non ob scelera sua, sed propter nomen Domini Iesu pœnis affici, promptissima alacritate festinabant ad mortem, certi nimirum se, tamen breui volentes, nolentes, mori oportere. Si ergo illi id, quo nihil est homini charius, id est, vitam ipsam pro Christo, ne illum offenderent, perdidere, quanto nos magis viles debemus voluptates contemnere, ne contra Dei præcepta agamus?

Amor Christi quantum in sanctis martyribus fecerit tormentorũ contemptum.

Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quẽadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.

F

Martyribus Christi impiorum persecutio fuit in testimonium eximiæ ac insuperabilis charitatis eorum erga Deum. Facile est enim confiteri Christum, vbi nihil inde periculi metuitur: sed si non possis absque vitæ & rerum omnium iactura Christi nomen profiteri, ac nihilominus libera voce & syncero corde veritatem profitearis, id sane magni est amoris argumentum. Ita martyribus Christi inuicta animi fortitudo, quæ nullis potuit frangi tormentis, quo minus Christum confiterentur, cessit in virtutis testimonium, vt vel ex eoipso certum testatumque habeamus haud vulgari eos Christum amore esse persequutos. Fuit etiam eis in testimonium, quia ob Christi fidem persequutiones & mortem perferendo, martyres, id est, testes Christi effecti sunt. Et quia non sua, sed Christi causa hæc perferebant, sequutos eos voluit esse dominus, monuitque ne anxie secum perquirerent, quid hostibus respõsi darent, pollicens se eis tantam præstiturum sapientiam & eloquentiam, cui nemo posset resistere. Vbi rursus maxima elucet Dei benignitas erga suos electos. Omnem eis aufert formidinis materiam, quando nec id eis curæ esse finit, quemadmodum respondeant aduersarijs, siue ethnicis, siue Iudæis, siue hæreticis, vel alijs Dei ac iustitiæ inimicis. Atque id apertissimis pius dominus argumentis sæpe declarauit, quando etiam plane idiotis, aut teneris virginibus tantam indidit sapientiam, vt nedum à nemine potuerint superari, sed etiam ab illis victi sint quotquot eis resisterent. De beato Stephano prothomartyre aperte dicit scriptura, quod hostes eius non potuerint resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Beatus ille homo, quem Christus inhabitat, & tanquam instrumento quodam pro suę arbitrio voluntatis vtitur, loquẽs per eum, & efficiens omnia opera illius.

Persequutio impiorũ quõ fuerit sanctis in testimonium.

Actor. 6.

Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peri-

peribit.

G

Id vero tormentorum genus omnium longe acerbissimum est, quod ab amicis & sanguinis affinitate coniunctis infertur. Hic enim natura vim quādam patitur, & cum dolore corporis etiam animi diros sentit cruciatus, dum ab ipsis, vt ita dicam, visceribus suis summa crudelitate torquetur. Propterea etiam ipse dominus Iesus proditoris sui iniquitatem tanto ferebat grauius, quanto illum sibi magis habebat intimum ac familiarem, & in apostolorum numerum asciuerat. Testatur hoc illa vox Psalmi ex persona Christi: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, &c. Itemq; illa: Homo pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Sed hoc ipsum debet consolari omēs, qui à suis propinquis infestātur, quod norunt dominum suum ab singulari discipulo proditum, idq; pro vilissimo precio. Quod autē hic dominus addit: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, reuera impletum est, & hodieque impletur, si quis olim Christum esset confessus, haud secus quam blasphemus & execrabilis vbiq; tractabatur: & hodie qui Christi nomen vita & moribus exprimunt, id est, qui Christi vestigiis ingrediuntur, apud omnes ludibrio habentur, & multa mala ferre coguntur ab impiis & stolidis hominibus, hoc solo nomine, quod dominum Iesum imitantur, quod eius nomen iuste & pie & sobrie viuendo sanctificare cupiunt. Verum sint bono animo, nec frangantur hominum vexationibus. Audiant promittentem dominum, capillus de capite vestro non peribit. Sæuierunt olim in sanctos martyres Pagani, Iudæi, Hæretici, ac alij inimici Dei. Sed quātum obsecro nocuerunt illis? Corpus occiderunt. Atqui corpus ipsum in extremo die longe gloriosius, prorsusque impassibile & immortale excitabatur, tanto maiori fruiturum beatitudine & splendore ac decore, quanto hic durius & indignius tractatum est. Nihil ergo perit sanctis martyribus. Itidemque nihil poterunt nocere piis persecutiones malorum, quandoquidē dominus Deus omnia eis in summam mutabit gloriam.

[Margin: Tormēto rū genus maximū quodnam sit.]
[Margin: Psalm. 54]
[Margin: Psalm. 40]
[Margin: Matth. 26 Marc. 14 Lucæ 22 Ioan. 13]
[Margin: Hodie q̄q; pios q̄q; persecutionem pati ab impiis.]
[Margin: Titum 2]
[Margin: Persecutiones malorū vt nihil noceāt piis Dei q; amicis.]

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Ergo si vel totus hic mundus, & omnes pariter dæmones in vnum aliquem insurgant, tantum sit patiens, & quicquid ab illis infertur, tranquille & placide ferat, & nullum omnino detrimentum patietur. Sed quamuis corpus forte extinguatur, ac penitus in cineres redigatur, tamen animā nemo illi eripere poterit, ob patientiæ meritum, quæ hominem efficit dominum ac possessorem sui. Qui autem impatiens est, dupliciter miser est, quia & præsentia & futura mala perpeti cogitur.

[Margin: Impatientia quanta mala adducat secum.]

SERMO IN EODEM Festo. De commendatione patientiæ, & quam vitanda sit impatientia, & de laudibus sanctorum martyrum.

H

IN patientia vestra possidebi-
tis animas vestras. Lucæ vige
simo primo. In mundo hoc
pressuram habebitis, ait do-
minus discipulis suis. Et om
nes qui volunt pie viuere in Christo, perse
cutionem patientur, vtiq; ab impiis & dæ-
monibus, quibus pietas omnis crux est &
tormentum. Necesse est igitur, vt quisquis
instituit seruire & adhærere Deo, stet iuxta
Sapientis consilium, in timore, & non su-
is præfidat viribus, sed in Deo spem suam
omnem reponat: atque ita præparet ani-
mam suam ad tentationem modo hanc,
modo illam: quia donec corpus erit con-
iunctum animæ, & præstituta diuinitus
vitæ huius spacia necdū absoluta fuerint,
nunquam deerunt tentationes siue dæmo
num, siue carnis, siue mundi: quas vincere
non poterit, nisi aduersa omnia in Deo,
& cum Deo, & propter Deum fortiter per
ferendo. Id autem præstat homini Patien-
tiæ virtus, quam frustra quispiam sibi ex
seipso pollicetur: quia donum Dei est, vt
pulchre ait Propheta Dauid: Veruntamen
Deo subiecta esto anima mea: quoniam
ab ipso patientia mea. Ne quis sibi ina-
niter placeat, tanquam suis viribus quic-
quam vel minimum possit perpeti secun-
dum Deum & ex virtute. Quod idcirco ad
diderim, ne patientiam tribuamus duris,
& sceleratis, atque à Deo alienis homini-
bus

[Margin: Ioan. 16]
[Margin: 2. Tim. 3]
[Margin: Eccle. 2]
[Margin: Tentationes omnes vincendi quis solus modus sit.]
[Margin: Psal. 61]

bus:qui etsi ferunt quandoque corporis dolores, cæteraque molesta & aspera, non est tamen ea patientia vera, vtpote quæ nunquam vera esse potest, nisi sit in causa iusta, atque Dei contemplatione & amore suscipiatur, & ab ipso Deo infundatur. Cum igitur ita, vt dictum est, nunquam nobis desint tentationes & molestiæ, communiendus est animus patientiæ clipeo, quo securus possit omnes tentationum ac impugnationum quarumlibet ictus & iacula excipere. Nam si patientia simus destituti, non potest fieri, vt ad cœlestis patriæ pertingamus beatitudinem, cum necesse sit per multas tribulationes nos introire in regnum Dei. Debet autem nos ad comparandam seruandamque patientiam ipse virtutis splendor & dignitas excitare. Namque veris esse præditum virtutibus, id sane incomparabiles & inamissibiles est thesauros possidere. Cætera omnia, quæ in humanis habentur, cum ipso homine occubente deficiunt: sola virtus æternum perseuerat.

I

Apud Homerum Vlysses cũ e naufragio nudus euasisset, ac reginæ Phæacensiũ verecundus occurrisset, vestis loco virtutis ornamenta suscepit: qua re tantum effecit apud Phæacenses omnes, vt cõtemptis illi voluptatibus, qbus plus nimio dediti fuerant, ad Vlyssis exemplum sese componerent, nihilque se magis optarent, quam Vlyssem esse, quamuis nudum & e naufragio seruatum. Ex quo id licet colligi, virtutem ante omnia colendam esse, quæ nec naufragantem quidem deserat, sed etiam exteris & ignotis maxime reddat honoratum ac venerabilem. Vnde etiam illa est memorabilis Diui Basylij Magni sententia: Alia quidem omnia non magis possidentium, quam quorumlibet sunt, velut in talorum ludo huc illuc transposita. Virtus autem sola possessio immortalis atque immobilis, & viuenti & morienti permanens. Quo pertinet etiam illa Solonis ad diuites sententia. Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias, quod virtus firma sit: diuitias vero alius alias ac aliter interdum habet. Ergo vt dixi, ad cõparandam patientiam vel solus virtutis amor & decor inuitare nos debet. Est autem patientia, vt eam Diuus Gregorius Papa describit, aliena mala æquanimiter perpeti, & contra eum qui irrogat mala, nullo dolore morderi. Potest & sic describi, quatenus est virtus infusa diuinitus: Patientia virtus est, quæ dolorem vel tristitiam animi moderatur, & aduersitatem, atque afflictionem omnem æquanimiter toleret ob honorem Dei, & futuram beatitudinem. Solet enim ex rebus iniuisis & contrarijs quædam nasci tristitia mala, nedũ animæ, sed & corpori vehementer perniciosa, hominemque ad omnes rationis actiones exequendas ad contemplationem diuinorum, & ad virtutis studium reddens ineptum ac inhabilem, vitam quoq; ipsam obrumpens, & corporis constitutionem perturbans. Hanc igitur vsque adeo perniciosam siue passionem siue perturbationem. Patientia profligat, id præstans homini vt ob amorem Dei & spem cœlestis gloriæ res aduersas magno ferat animo, nec præsentibus malis frangatur, quia dura sunt, sed sese consoletur, quod diuturna esse non possint. Merces autem patientiæ sempiterna & immensa est. Plurimam autem facit ad placide ferendas afflictiones, vt cogitemus eas nihil esse aliud, quàm munuscula quædam & nũtios omnipotentis Dei, quibus nos optat inuisere: & si quidẽ eas hilariter excipiamus, ipse vna aduenit, & totum se nobis ob sui amorem libenter aduersa ferentibus impendit haud secus, quam in ipso venerabili Eucharistiæ sacramento. Testatur hoc Psalmista, dicẽs ex persona Dei: Cum ipso, nempe afflicto sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Solent milites strenui quoad possunt ducis aut regis sui fortia facta imitari, & tanto se beatiores credere, quanto illi sint similiores. Et nos igiť vt Christo regi ac Imperatori nostro vtrumq; possumus conformes effici, libenter debemus dura & acerba pati. Talibus enim plena fuit omnis illius vita, & ab illo, quo in matris vtero conceptus est puncto, vsquead spiritus extremi in cruce exhalationem, nunquam vel ad momentum liber à doloribus fuit etiam immanissimis. Si cruciat afflictiones molestia (sumus enim homines corporis infirmitate circundati, non angeli) consoletur certissimum diuino misericordiæ auxilium, quod nunq̃ deest pro Deo patientibus, & doloris acerbitatem mitiget futuræ beatitudinis infinita dulcedo, vbi Deus absterget omnẽ lachrymam ab oculis nostris, & cessabit oĩs

K

Patientia vera quæ ... & sola ...

Act. 14. Virtutes vere q fœlicitate habet ... effici...

Homerus

Basilius

Solonis sententia memorabilis

Corporis patientia ... sit.

Tristitia q̃nam & corpori & animæ nocius

Patientiæ ppriũ qd

Aduersitates vtsint munuscula q̃dam ac indicia Dei erga suos amicos amoris

Psal. 9.

Christũ à cõceptu in matris vtero vsq; ad crucis mortem semp doluisse ac passum fuisse.

Esaiæ 25 Apoc. 21

luctus & dolor, lætitiaque sempiterna perfruemur. Patiens perpessio vestis nuptialis fuit domini Iesu, quando in crucis altari sanctam sibi despondit Ecclesiam, atque eadem veste omnem suam familiam iam inde à mundi exordio induit. Libenter enim sancti omnes quælibet dura & inuisa perpessi sunt, quando Dei filium talia aut toleraturum, aut tolerasse perspexerunt. Quis enim audiat sub spinoso, id est, spinis transfixo capite delicias & mollitiem appetere? Quid vero admirationis habet, si puluis & cinis æquanimiter molesta ferat, quando dominus maiestatis in ea, quam non aliqua sua necessitate, sed nostri amore suscepit, forma serui, nunquam voluit vel ad momentum esse liber à pœnis. Quod nimirum animas sanctas vehementissime permouere solet, vt nolint vnquam saltem aliqua carere cruce, vt possint domino suo vel vtrumque conformes effici. Atque adeo ipsi dominicæ passione summo iure id omnis debet Christianus, vt sit patiens. Nã si patiẽs esse nolit, nimium se ingratum esse declarat erga Deum ac dominum suum, qui ipsius causa tanta passus est, quanta mens nulla capere potest. Quid autem fœdius, quid detestabilius, quid Christiano homine indignius, quam videre Deum turpissimam crucis mortem, non sua, sed hominis causa non modo libenter, sed etiam summo cum desiderio perpeti: & tamen nihil velle sentire asperum, nihil iniucundum, nihil graue experiri: sed semper secundis blandientis fortunæ flatibus, ac prosperis successibus perfrui? Heccine est per arctam viam & angustam portam ingredi? Multi adeo sunt ad omnem, quamuis leuissimam, iniuriam aut molestiam impatientes, vt ne verbulum vnum ferre velint: cum tamen ipsi alios sæpe dire affligant? Sed tales tam longe absunt à Christi similitudine, vt propemodum Christiani dici non debeant. Sicut autem libenter & moderate ferre omnem iniuriam signum est hominis secundum animam bene constituti ac reformati. & qui priuatum amorem ac superbiæ spiritum in seipso extinxerit: ita impatientiæ sanies ex pessimo philautiæ & elationis vlcere scatet, hominemque & Deo, ac sanctis omnibus inuisum plane que dissimilem, & cunctis quibuscum viuit

Nuptialis vestis Christi vt fuerit crucis patiẽs perpessio.

Eccle. 10

Patiendi aduersa ꝗ nam sanctas permoue rint.

Matt. 7 Lucæ 13

L

Impatientia vnde ꝑcipue ortũ habeat.

grauem ac onerosum efficit. Qui enim impatiens est, facile vndecumque & ex quacumque occasione perturbatur, multisque vanis, & falsis agitatur suspicionibus, & vix vnquam potest suauiter & comiter cum hominibus conuersari.

Qui si ab hoc morbo curari velit, discat semper propriam frangere voluntatem, & in omnibus licitis ac honestis non solum Dei, sed cunctorum etiam mortalium sese voluntati conformet & accommodet. Id vero non poterit nisi ex animo humilis esse conetur. Superbus enim aut omnino non potest, aut nõ nisi simulate potest sese alijs submittere. Qui autem filij Dei humilitatem amplectitur, is cum eodem dicit ex sententia: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Et sicut ille non modo Deo patri, sed etiam virgini matri cunctisque hominibus quantum fas erat, morem gessit, ita & ipse nititur omnibus obtemperare, vbi id ratio dictat, mauultque semper alterius exequi, quam propriam voluntatem. Inde porro fit, vt semper summa pace gaudeat semper patiens, nunquam vero impatiens sit. Cum enim voluntatem suam diuinæ ac hominum submiserit voluntati, nihil potest aduersum vel molestum experiri, quia quicquid ipsi eueniat tanquam ex diuina voluntate profectum suscipit, cui se totũ conformauit. Et reuera nihil dulcius, nihil tutius, nihil iucundius, quam ita in omnibus diuinæ esse conformem voluntati. Id namque inconcussam præstat patientiam. Sed quid mirum, si Christiani homines, quibus certa est æternæ beatitudinis proposita spes, placide & leniter ferant aspera quæq;, quando multos veræ religionis ignaros legimus patiẽtissimos fuisse? Socrates philosophus ictu calcis à quodã percussus, patienter tulit. Quod cum alij ægre ferrent, monerentque, vt se vlcisceretur, ait: Si meus me asinus percussisset, num in quadrupedem recalcitrare deberem? Eiusdem Socratis faciem cum quidam vehementi impetu cæderet nihil commotus Philosophus, furentem debacchari & iram satiare permisit, donec totus ex plagis intumesceret. Impleuit nimirum ethnicus ille, quod dominus in Euangelio ait: Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe illi & alteram. Possent & alia plura

Impatientia morbus quo curetur

Ioann. 6

Homini omni ex to ꝓpria voluntate ꝓpria quid

Socratis patientia qualis fuerit.

Matt. 5 Lucæ 6

lia plura adferri exempla, sed nihil opus est. Pudeat ergo Christianos nihil velle perpeti, quando ad tolerandas iniurias fortes fuere homines à Deo alieni. Qui impatiens est, ait Salomon exaltat stultitiam suam. Nihil enim stultius, nihil tam à ratione & omni prudentia remotum, quam impatienter ferre aduersa, cum tamen ferre necesse sit: Siquidem & aduersitas eo ipso fit acerbior, & præterquam quod premiũ omne amittitur, etiam pœna sempiterna cumulatur. Multum autem quamuis molestas aduersitates mitigat animi voluntaria perpessio: sicut etiam minimas afflictiones animus obmurmurans & recalcitrans vehementer exaggerat. Itaque martyres sancti, vt se veros Christi sectatores, & strenuos milites probarent, promptissimo animi feruore, & in superabili mentis fortitudine quicquid humana crudelitas infligere potuit pertulere, fidelibus oculis aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Nec putabant condignas esse passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis quando videbant oportuisse pati etiam ipsum dominum Iesum, et ita intrare in gloriam suam. Non enim minimum ad tolerandum fortiter aduersitates temporarias adiumentum est dominũ Iesum contemplari tam indigna, tam varia, tam horrenda, tam prorsus in humana supplicia patientem. Quod non ignorãtes sancti martyres, vt sua mitius ferrent vulnera, Christi vulnera attentissimi cordibus intuebantur, atque inde sugebant vires & robur, sufficerent ad omnes hostium afflictiones tolerandas. Versabantur nimirum tota deuotione in vulneribus Christi, & iugi meditatione in illis demorabantur: atque inde illis martyriĵ tolerantia, inde illis magna fiducia apud altissimum. Hoc enim & ipse dominus pro nobis in cruce toto corpore vulneratus optat, hoc expetit, hoc efflagitat, vt ipsum aspiciamus tam dire sauciatum, tam immaniter excruciatum, vt dum illius conspicimus vulnera, animis erigamur, & ad tolerandum fortiores reddamur. Non enim sentiet sua, quisquis Christi vulnera fideliter intuebitur. Vnde etiam D. Bernardus ait: Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, nõ modo fortiter, sed & alacriter sacrum e carne sua, circumspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus IESV, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus scrutans ea, ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petræ duruerit? Sed neq; hoc mirum, si exul à corpore, dolores non sentiat corporis. Neq; hoc facit stupor, sed amor, submittitur eñ sensus, non amittit. Nec deest dolor sed superat, sed contemnit. Ergo ex petra martyris fortitudo: inde plane potens ad bibendum calicem domini. Hæc Bernardus.

Prou. 14 — Hebr. 12 — Rom. 8 — Lucæ 24 — Martyres Christi vnde hauriunt suã mustitiam tolerantiæ & passionis.

Fortitudo martyrum insuperabilis vti ex Christi vulnerib⁹ & passiõe.

Est & aliud, quod nõ vulgariter sctõs martyres inter ipsa tormenta animabat, & consolabatur, spes certa futuræ beatitudinis, ad q̃ se nouerãt tãto gloriosius & fœlicius euolaturos, quanto exq̃sitiora pro Christo supplicia paterent. Et nos dilectissimi in his inuictos illos regis æterni athletas imitari debemus, vt inter aduersos labentis vitæ casus, tum Christi patientis, tũ promissæ nobis beatitudinis contemplatione animos nostros confirmemus. Ecce beatos prædicamus, & tota vbique sancta Ecclesia colit ac veneratur eos, qui pro Christi amore passi sunt. Vbique vox laudis, vox congratulationis, vox gratiarum actionis resonat, lætaque hodie psallit Ecclesia, inuitans omnes nos ad cantica laudis, & ad commemoranda piĵs & iucundis animis martyrum certamina, coronas & victorias. Sanctorum, inquit, in hymno quodam, meritis inclyta gaudia pangamus socĭĵ, gestaq; fortia. Nã gliscit animis promere cãtibus victorũ genus optimũ. Hi sunt q̃s retinẽs mundus inhorruit: ipsum nã sterili flore per aridum spreuerunt penitus, teque secuti sunt rex Christe bone cœlitus. Hi pro te furias atq; ferocia calcarũt hominũ sæuaq; verbera. Cessit his lacerãs fortiter vngula, nec carpsit penetralia. Cæduntur gladĭĵs more bidentiũ. Non murmur resonat, nec quærimonia: sed corde tacito, mens bene conscia, conseruat patiẽtiam. Quæ vox, q̃ poterit lingua retexere, q̃ tu martyribus munera præparas? Rubri nam fluido sanguine, laureis ditantur bene fulgidis. De his fortissimis martyribus

Martyrũ Christi triumphos quantã celebritate veneretur Ecclesia catholica.

Leo papa. ribus quodam sermone scribit B. Leo Papa in hũc modũ: Cũ oĩm dilectissimi summa virtutũ, & totius plenitudo iustitiæ, de illo amore nascat: q̃ Deus ꝓximusq; diligitur: in nullis profecto hic amor sublimius excellere, clariusq; fulgere, q̃ in beatissimis martyribus inuenitur: q dño nostro Iesu Christo ꝓ oĩbus hoĩbus mortuo, tã ꝓpinqui sunt imitatiõne charitatis, q̃ similitudine passionis. Et paulo post: Ad erudiendum Dei populum, nullorum est vtilior forma, q̃ martyrũ. Sit eloquẽtia facilis ad exhortandũ, sit ratio efficax ad suadendũ: validiora tñ sunt exẽpla, q̃ verba: & plenius est opere docere, q̃ voce. Hæc ille. Ergo charissimi, gaudeamus in dño, & laudes gratesq; illi agamus, quod suis martyribus & robur indidit, vt vincerẽt, & victores gloriosissime coronauit. Discamus illo rum exemplis mitissima lenitate ob amorẽ Christi pro nobis in cruce mortui, & futuræ gloriæ beatitudine aspera quæque ꝑpeti, vt & Christo compatiamur morienti, & cum illo semper regnemus in cœlis coronati. Impatientiæ impetus quoad possumus freno timoris Dei cohibeamus, ne & meritum perdamus quod præstatur æquanimiter patientibus, & pœnas ęternas incurramus. Adest omnibus nobis certissimum diuinæ gratiæ auxilium, & sicut fidelis Deus non patietur nos tentari supra id quod possumus, ita bonæ voluntatis studium adhibentibus ipse præsto erit, eripietque ex malis omnibus, & in suum translatos regnum, immensis donabit gaudijs, Iesus Christus, spes & corona pro se certantium, qui cum patre & spiritu sancto viuit Deus: per omnia secula seculoꝝ, Amẽ. 1.Cor.10

Ex triumphis sanctorũ martyrũ quid discere quisque debeat ad imitandum

IN FESTO BEATÆ AGNETIS VIRGINIS ET martyris Epistola Beati Pauli Apostoli, secunda ad Corinthios decimo & vndecimo.

XIIII. FRatres, Qui gloriatur, in domino glorietur. Nõ ẽm qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Vtinã sustineretis modicũ quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Æmulor ẽm vos Dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

2.Cor.11

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A QVomodo in potestate euãgelicæ ꝑdicatiõis à Deo accepta, q̃ modove in domo Dei q̃uis alio sit gloriandũ si qs gloriari velit, docet hic Apostolus, dicens: Qui gloriatur in aliquo dono aut gratia sibi data in eo, cuius est gratia hæc aut donum, nõ in se, à quo, præter peccatum, nihil habet, glorietur. Neque enim fieri potest vt is, qui suam gloriam quærit, in domino glorietur. Quod enim sibi vsurpat, hoc non potest tribuere Deo. Et qui seipsum commendat aut spectabilẽ cupit reddi in hoc, q̃d opus Dei facit, puta, docẽs, ꝑdicans, aut potestatẽ euãgelicam à Deo sibi collatã ostẽdẽs, non est probatus, seu iustus habitus corã Deo & prudentibus viris, sed quem Deus cõmendat testimonio miraculorum gratiaq; sanctæ conuersationis. Illũ aũt cõmendat, approbat aut dignum iudicat, quem vt donum à se acceptum prædicet, mittit. Est autem regula laudandi, vt nemo seipsum (quod insipientiæ est) laudet, sed laudetur ab alio, sicut scriptum est: Laudet te alienus & non os tuum. Contra hanc tamen, aut aliam similem eiusmodi regulam non agitur, si non iuxta verba regulæ, sed iuxta illius intentionem quid fiat. Quapropter sancti fide seipsis, laudes dicant, aut vnde æstimationis laudisve quid illos sequatur, narrent aut faciant non in suam, sed in Dei hoc gloriam faciunt. Ideo à superbia manent incontaminati. Quamobrem cum Paulus nonnihil laudis de se propter Corinthiorum ædificationem instructionemq; dicere cogeretur, præmisit: Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, puta vt me laudẽ paululũ, non ꝓpter me, sed ꝓpter vos, q ædificandi estis ex me, idq; ad gloriam Dei. Si ergo insipientiæ est, ferte quæso modicum insipientiæ, imo supportate me,

Gloriãdi ver' mod' quis sit.

Laudãdi regula vt ra q̃ fit. Prou.27

2.Cor.11

tate me. Aemulor enim vos, id est, casto amore vos diligo, & pro custodia vestri zelor, non mea nec priuata aliqua affectione, sed Dei æmulatione vos diligēs. Quod hinc liquet: Despondi enim vos vni viro Christo iudici, assignare sponsam incōtaminatam. Siquidem fideles oēs charitate cōnexi sunt vna Christi sponsa, vnaq; virgo per fidei synceram integritatem. Quo modo enim virginitas corporis, integritas est carnis: ita virginitas cordis, fides est incorrupta, ac syncera.

...deles o...nes vti ...cantur ...irgo & ...ū spōsa

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo, Matthæi XXV.

B

DOminus noster Iesus Christus, fratres charissimi, ob oculos nostros cōstituit in hac p̄sentis Euāgelij lectione similitudinem, seu parabolā, qua nos docet nō suf ficere hoc ad salutē, vt pctā & mala declinemus, sed hoc q̄q; necessarium fore, vt iustis bonisq; insudemus operibus. In qbus tñ necdum securi sumus, q̄uis bona nulla, vt sint æternę vitę meritoria, operari nos possumus, nisi Dei gratia in nobis & nobis cū operāte. Possumus enim & opa bona operari sine gratia Dei gratū faciēte, q̄ qdem virtutum ac bonorum habeant operum speciē, non tñ integritatem ac veritatem: quemadmodum pomum sepenumero foris iudicatur pulchrum ac bonum, quod tamen intus putridū inuenit, & vermibus corruptū. Dicit itaq; dominus apud Matthæum:

Simile est regnum cœlorum decem virgnibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiā sponso & sponsæ.

Præsens Ecclesia in hoc inquit similis est decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & spōsæ. Quemadmodum iam cœperam dicere, vt opera bona vere sint bona quę Deo placeant opus est, vti Dei gratia sint nobis cooperāte facta: deinde vt absit quoq; oīs cōditio mala, seu circunstantia: postremo, vt intentio Deo placendi ad operandum nos moueat: non priuatus aut mūdi amor, necesse est. Alibi peccatoribus minatur, & quæ pœna illos maneat p̄dicit: hic vero eos, qui iusta se putant agere, quam caute quamque prudenter hæc agere debeant, præmonet dicens. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. Cuius enim rei gratia dicit virginibus? Quare non hominibus parabolam accommodat quibuslibet? nisi quia virginitas præclarum habet laudis titulum in Ecclesia? Eius namque grande est præconium, magna dignitas, ingēs in obseruādo labor. Veruntñ, si hęc oīa viceris, & virginitatem continendiq; studium non in Deum retuleris, nihil fecisse te credas. Sed quomodo tu Deū ignorasti, quō cuius hoc esset donum, & in cuius obsequium honoremq; sacrificandū nesciuisti, ita ipse q̄q; (vt non multo post sequetur) tametsi virgo fueris, te ignorat. Quamuis enim virginitatem dn̄s vehemēter laudauerit, q̄uis eunuchos q̄ p̄pter regnū se castrant cœlorū p̄dicauerit, tamq̄ sublimem virtutē, puta virginitatē, p̄ illius ardua nobilitate non oībus mandauerit, sed q potest capere, capiat dixerit, cōmiseritq; fidelium hanc voluntati: Paulus q̄q; laudauerit qdem virginitatē, adhortatusq; fuerit ad illius obseruantiā, præceptū tñ neq; ex se, neq; ex domini iussu p̄seruanda illa dederit, propterea quod tantę sit existimationis, vt à paucissimis qui sub gratia, seu sub lege gratiæ viuebāt vix recte digneq; coli potuerit: nō tñ omnino adeo est tuta, nec secura, qn sub illius p̄fessione inueniant, q à regno excludantur cœlorum. Quia igitur res magna sublimisque erat virginitas, maiorisque in Ecclesia existimationis, ne quis, illa seruata, quasi nullo indigens, in alijs esset negligentior, parabolam non de quibusuis, sed de virginibus, quarum eminentia maior & preclarior esset opinio, proposuit dominus. Si enim per oleum, lętitiam conscientiæ synceritatemq; sanctæ deuotiōis intelligimus aūt misericordiā (q̄ virtus si defuerit non iuuabit virginitas in Christiano) lāpades lumina vult esse, quæ manibus gestantur, quibus fides significātur & opera. Omnes enim ad iudiciū dn̄i essent accessuri, fidem nostram, nobis cū adferemus, & opa. Sicut scriptura dicit: Opa eñ illorū sequunt eos. Sed dicit: qs quō mali

Opus bonū vti sit deo acceptū q̄nā necessaria Matt. 19

Virginitas q̄ p̄clara sit virtus

Virginitati qd necessariū sit

Matth. 19

1. Cor. 7

C

Oleo qd mystice significetur.

Lāpades mystice qd insinuerit.

Apoc. 14

mali bona adferent opera (dicendum, neminem adeo esse malum, qui non aliqua habeat bona, licet non sint tam bona, vt p̄mio coronentur æterno. Sunt igitur bona, quibus oleum deest syncerae deuotionis, quia amore studioq; placendi Deo, non sunt facta. Hæc tamen opera nihilominus lampades sunt, quæ manibus gestātur. Itaq; acceptis lampadibus suis, hoc est, externis operibus, quæ hoīes hic videre potuerunt, & charitate ardentia putare, exierunt de suis habitaculis obuiam sponso & sponsæ. Obuiabimus omnes Christo sponso & sponsæ, id est, Ecclesiæ triūphanti nos, qui sumus Ecclesia militans: vt congregati simus, vna efficiamur Ecclesia atq; sponsa Dei. Aut vt, secundum Augustinum, hoc modo obuiare sponsę dicamur, velut oībus in Ecclesiā cōcurrētibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis, constet ea, quæ dicitur mater.

Obuiare sponso q̄d mystice

Augusti.

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secū. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

D

Fatuæ virgines q̄ intelligant.

Fatuitatem hic, pro imprudentia accipimus. Quia fatuæ sunt virgines, quę opera & studia sua nescierunt ordinare ad rectū debitumq; finē. Hoc modo, q ęternis terrena præfert, stultus est, ac insipiēs. Qui item non ob Dei honorem vitamq; æternā, sed aut p̄pter honores tēporales, aut p̄pter laudes humanas bona opera agit, stultus est. Quinq; igit̄ ex ijs virginibus erāt fatuę vtpote, quę acceptis lāpadibus, nō sumpserunt oleum secū: hoc est, quæ fidei & operibus, neque spiritualem deuotionis lætitiam internam, neq; conscientiæ synceritatem coniunxerunt. Quisqs enim lætitiā internā, nō habet, qa Deo placet, nō habet, ait Augustinus oleū secū. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lāpadibus: hoc est, testimonium syncerę cōscientiæ bonū curarunt habere. Siue oleū conscientiæ dicat serenitatem synceritatēque, siue lætitiam spiritualem, qua quis in opere bono gaudet propter Deum, puta quod speret illud Deo placere. Vtrunque

Augusti. Virgines prudentes quæ intelligantur

ex charitate oritur, atque emanat: idcirco non perperam quis in oleo intelligere potest charitatem.

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit exite obuiam ei.

B

Moram facit dominus veniendo ad iudicium. Et hęc ipsa mora, tēpus est in termedium ab ascensione sua, vsq; ad finē mūdi, q̄ interim oēs dormiūt somno mortis in sepulchris: inde ad vltimum domini aduentū resuscitandi. Eam enim ob rem, qa à dn̄o resuscitabimur oēs, magis dormire nos scriptura dicit, quam mori. Media autem nocte, hoc est nullo sciente, inopinato & ex improuiso. (Hora enim qua non putatis, inquit filius hominis veniet.) Itaq; media nocte, ecce clamor factus est. In voce enim Archangeli & in tuba Dei, descendet filius hominis, cui pater dedit omne iudicium: & tunc qui mortui sunt, resurgent: aut, sicut dicitur hic, qui dormierunt, exibunt Christo obuiam. Hic enim clamor tunc sonabit. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Perpendite filij, quam tristis erit hæc vox multis, quam gaudiosa vero ac iucunda alijs. Qui enim graui pondere erunt delictorum oppressi, quomodo non erit illis hæc vox tristitiæ & luctui? q vero ad beatitudinem resurgent æternam, quomodo non ad hanc vocem exultabūt? In memoria enim æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.

Morā dn̄i gnam intelligatur

Dormire quō dicitur mortui

Lucæ 12

1. Thess. 4

Ioan. 5

Ecce sponsus venit quibus tristitiæ quibus vel lętitiæ erit.

Psal. 111

Tunc surrexerunt omnes virgines illę, & ornauerunt lampades suas.

Omnes quidem resurgemus in ictu oculi, ad vocem angeli, & in nouissima tuba portantes opera nostra, hoc est, tam merita, quam demerita nostra nobiscum. Ornare igitur lampades, est reassumere opera nostra, atque ad reddendam se rationē parare. Surrexerunt itaq; omnes, tam iusti, quam peccatores. Surgent iusti de pulueribus, & tumulis ad recipiendam coronam æternam: Surgent ab expectatione longa & spe, ad recipiendam veritatem. Surgent quoque reprobi à somno negligentiæ. Incipient enim tunc timere, incipient in-

1. Cor. 15
1. Thes. 4
Lāpades ornare q̄d mystice sit.

ent instantis periculi timore resipiscere, incipiet suā fatuitatē detestari & plāgere, Tūc intelligēt,qa nihil est, q̄d vixerūt in mūdo. Tūc,inq̄,incipiēt videre & sapere,qñ illis nihil cōmodi,sed ꝓbri & doloris plurimū adferet. Ornare igit̄ lāpades suas est dispicere opera sua ac dījudicare. Tunc enim tā boni q̄ mali interrogabunt cōsciētias suas. Boni qdē q in prudentibus virginibus significant̄, inuestigabūt in se ne qc quā appareat corā Deo, q̄d esset despicabile reꝑhensibile ve, nō aliter q̄ spōsa occurrēs spōso sup venturo, festinat se cōponere, ne qd in ea, spōso displiceat. Mali vero, in fatuis virginibus significati, pariter se inuestigabūt, si qd in cōsciētijs inuenerint suis, q̄ Deo possent placere. Quo nō inuēto, se ipsos accusabūt, & dījudicabūt apud se. Filij, vtinā modo sempq; in vita nos judicaremus, quō tunc nos iudicabimus, in Deū nunquam peccaremus. Modo itaq; pœnitētiæ maxima foret vtilitas, cum post mortem nihil omnino tunc sit profutura.

F — In extremo iudicio quō boni & mali diuersi mode suas examinabunt conscientias

Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, qa lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis. Ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Fatuæ virgines, reprobiq; oēs, cū nihil in suis cōsciētijs inueniāt, quo se aduersus iudicis irā tueri possint, aliena auxilia implorant: sed hoc quoque frustra. Neque enim tunc tempus est quærēdi, aut operādi, aut medicandi: Sed est tempus metendi, mercedēq; recipiendi laboꝝ. Date, inqūt, nobis de oleo vestro. Succurrite nobis de lætitia cōsciētiæ vestræ, aut de charitate vestra qua lucēt & ardēt lāpades vestræ: qa lāpades nostræ extingunt̄ hoc est, qa fides & opa nostra carētia lumine charitatis, extinguunt̄. Extinguunt̄ lāpades hoīs, qñ fides deficit, ac despat. Queādmodū eñ q sibi bene cōscius est magnanimiter ac cōfidenter agit, ita qui mali sibi conscius est, formidat semp. Mali igitur cū in se fidē & opera conspiciunt à lumine gratiæ aliena obscurat̄ eoꝝ spes & cōsciētia. Cęterum q̄d fatuæ rogāt sapiētes sibi cōmunicari oleum, innuit, malos optare vndiq; sibi subuenire ꝑsertim siq incerti sint, qd de eis iu

Lāpas hominis quō extinguuntur

dicabit dn̄s: vtpote q ante ꝓlationē sententiæ verent dānari. Veꝝ qd respōderūt sapientes: Ne forte nō sufficiat nobis & vobis. Adeo terribile futuꝝ, inqut, est iudiciū, vt nulla sibi cōsciētia cōfidat. Si eñ stellæ, nō sunt mūdę in cōspectu eius: Si iustus vix saluabitur, qs gloriabit̄ mūdū se habere cor? Quod si nemo de se hoc q̄at ꝑmittere, quō tūc ad excusandū alienū pc̄m̄, potest reo assistere? Tātus igit̄ tūc omniū erit timor, vt nemo speret se iustū inueniendū: sed adhuc timeat, neforte nō iustus existat. Dicūt igit̄: Nihil est, q̄d supabundet ex meritis nostris: plura potius deficiēt, q̄ sua liberalissima mīa Deus adījciet, q̄ circa minime hęc sufficiēt vtrisq;. Ite potius ad vēdentes, & emite vobis. Ite ad sacerdotes, & pœnitentiā agite, pc̄tāq; vestra pauperū misericordijs redimite. Hoc consiliū dabāt, q̄d solū dari debuit, si tēpus adhuc fuisset miserēdi, & si prodesse tunc potuisset. Secūdū Augustinū, insultādo hæc dixerūt. Ite nūc, & videte, q̄ vos adiuuent, q vobis laudes in vita vēdere cōsueuerūt, & in errorē vos mittere, vt coram hominibus non coram Deo præsumeretis gloriari.

Iudicij extremi horror quātus erit

Iob 25
1.Petr.4
Proue.20

G — Timor quātus eīm erit in extremo iudicio.

Dan.4

Augustī.

Et dū irēt emere venit spōsus. Et q̄ paratæ erāt, intrauerūt cū eo ad nuptias: & clausa est ianua.

Nō est putandū, q̄d tūc, qñ separata aīa est à corpore, pœnitēdi merēdive tēpus sit. Ideo nō refert̄ etiā (quod oleū emerint, licet ad emendū iuerint: hoc est, huc, illucq; prę angustia se verterint, tremendæ sententiæ pœnarumq; meditātes euasionē (q̄d fiet in morte singulis, q̄ ad animā: in iudicio vero extremo vniuersis, q̄ ad corpus & animā) Quādiu eñ corpori cōiūcta est aīa, adhuc pœnitētiæ gratiæq; diuinę, & misericordię locus patet, nisi q̄d rarissime, q illuc tantis per differūt pœnitentiā, vix recte pœnitere credēdi sunt, ꝑpter nimiā ꝑturbationē, angustiā tēporis grauē metū exulceratāq; cōscientiā. Pœnitēt qdem, sed metu mortis dānationisq; nō odio peccati. Si eñ diutius viuere possent, nihil de pristina vita illis adeo displiceret, vt emēdarēt. His igit̄ ad nuptias cū spōso intrātibus, qui oleum habebant in lampadibus: illis vero qui iuerunt oleum emere euntibus, regni cœlorum interim clausa est ianua. Non est in parabolis quærenda per omnia ad veritatem cuius est parabola similitudo. Nam vt di-

Pœnitere differētes quāto piculo se exponant.

In parabolis qd potissimum spectandū sit.

m xi pro

æ,pro futuro iudicio nemo ab alio petet
merita,aut suffragia:nemo quoq; ad com-
paranda plura merita est abiturus. Siqui-
dem neque precum,neq; laborum, aut vir
tutum quærendarum tunc erit locus: sed
intelligenda est ratio,quare hæc dicāt. Hic
Sens⁹ huius parabolæ quis sit præcipuus — namq; sensus est parabolę:q̄d opa sine cha
ritate facta,non lucent,quandoquidē sola
fides,quæ per dilectionem operat̄, fulge-
bit.Non ergo in huiusmodi lampadibus
Gal. 5 — est oleum.Deinde vult nobis palam esse,
post hanc vitam si quis pro auxilio quem-
piam vellet inuocare, aut si redire ad ope-
randum bona vellet, non ei hoc concedi.

Nouissime veniūt & reliquę vir
gines,dicētes: Dñe,dñe,api nobis.
At ille respōdens,ait:Nescio vos.

I Clausa fuit ianua ingressis his, q ad
nuptias vocati & electi erāt,qa post nouis-
simū diē,cōsummato tēpore & cuiuscūq;
vita,q̄ à Deo vnicuiq; ad bona merēda est
cōcessa,nō patebit aditus regni cœlorum.
Idcirco,quod fatuæ virgines,tūc ad ianuā
pulsantes, introduci petunt, indicat qui-
dē,q̄d malis infernalibus carere vellēt &in
troitū ad beatitudinem peterent: at nemo
illis aperuit,sed responsum est illis à dño:
Nescio vos.Vocatis me,dñe,dñe.Quid aūt
Lucæ 6 Matt. 7 — me vocatis domine,dñe,quādo ea q̄ facien
da cognoscebatis,renuistis facere? Nescio
vos:non vos vt filios agnosco, non vt fili
Nulli post hanc vitā sperandū beatitudinē q tam hic neglexerit. — os adoptiōis habeo.Stat itaq; firma immu
tabilisq; Christi sentētia:Post clausam ia-
nuā post pactū iudiciū, imo post vitā exa-
ctā,nulli,nisi in hac vita salutē reparandā.

Vigilate itaq; , quia nescitis diē
neque horam.

Verba sunt Christi post parabolā ad vi
gilandū nos hortantis,Causam namq; vi
Lucæ 12 Marc 13 — gilaꝺ inducit,dicens: Quia nescitis diem
neq; horam.Cum ignoretis,inquit, quan
do dominus vester venturus sit, ideo sem-
per interim vigilate,vt quacunq; hora pul-
sauerit,confestim illis aperiatis. Quod no
bis largiatur dominus noster Iesus Chri-
stus,in secula benedictus,Amen.

SERMO IN EODEM
Festo. De laudibus sanctę vir
ginitatis, quid eadem sit q-
que seruari debeat: quæ
deniq; verę virgines vi
tare debeant.

Ecce sponsus venit exite obuiā — K
ei. Matthæi XXV. Virginis sa-
cratissimæ Agnetis festū cele-
brantes diem,gratias agere de-
bemus Deo charissimi,quod alioqui natu
ra & sexu fragilē tanto suæ gratiæ firmauit
robore,vt pœnas oēs atq; ipsam adeo mor
tē non solū nō timuerit,sed læto, etiam &
alacri animo perpessa sit. Donum hoc fu-
it gratiæ diuinæ,quæ mira operatur in ele
ctis Dei,quam etsi non omnes æque ma-
gnam experimur, tamen si in aliȷs eam di-
ligimus , atq; pro ea Deo laudes gratesq;
agimus,nos quoque illius reddimur parti
cipes:qñquidem charitas q̄ singuloꝝ sunt
ppria,omnibus facit esse cōmunia. Quod
propterea libentius vos admonere debui,
vt etsi in vobis nō omnes virginitatis glo-
riam,quam in hac virgine veneramur, a-
gnoscitis, non propterea sitis abiecti ani-
mo,quod vos eam non sitis adepti, sed eo
magis accendamini ad laudandum Deū,
qui eam huic dulcissimæ sponsæ suæ con-
tulit,atq; eo ipso vos q̄q; tanti doni partici
pes sitis.Est eñ virginitas pura ac intemc- — Virginitas q̄ sit p̄cellēs munus Dei
rata munus haud vulgare p̄potentis Dei,
q̄d paucis cōtingit:qa pauci sunt, q carnis
suæ voluptatibus obluctari velint. Cuius
laudes arrectis & licentibus animis audire
debent etiam qui illa carent,vt se hoc ipso
declarēt in aliȷs amare, quod ipsi minime
habeāt.Id eñ maxime decet Christianos — Gratulandum q sit bonis aliorum.
omnes,vt aliorum bonis ex animo cōgra
tularentur: & vbicūq; Dei gratiam agno-
scunt,Deū laudent , & pio mentis affectu
sese erigant ad laudandum Deum, ex q̄ tā
quam fonte primario bona quæuis in
creaturas quaslibet promanant. Ergo di
lectissimi promptis quæso animis nos au
scultate de virginitatis laude dicturos: de
qua vt diceremus,ipsa nos solēnitas tantæ
virginis admonuit. Primo quidem admo
nendi sunt quotquot virginitatis bonū se
se retinere norunt,vt meminerint se thesau
rū hūc tanq̄ in Chrystallinis gestare vasis,
qbus,vtpote fragilibus,magna est cura ad
hibēda,ne frāgant.Ita sane & ipsis ījdē so — Virginitas quāta sit cura custodienda
licite nauanda est opera,ne p̄clara virgini-
tatis rosa vel lilium in eis corrumpatur are
scat,effundatur,amittatur,deturpetur, in-
tereat:maxime cum huic virtuti præ cæte-
ris quid-

tis quiddam peculiare coniunctum & inditum sit. Humilitas quidem, patientia, charitas, & id genus aliæ virtutes si amittant recuperari possunt: atqui virginitas semel amissa nulla potest ratione restaurari. Quã obrem studio maiori cõnitendũ eis est, & cautius pspiciendũ, vt eã seruare possint.

Virginitatem amissam non posse recuperari

L Sed est sane q̃d laborẽ hũc & solicitudinẽ ipsis suauẽ & iucũdã & potest & debet efficere, q̃ñ virginitas ob Dei amorem cõseruata spõsa est, vel spõsam efficit summi ac ppotentis Dei. Noui equidem animos iuueniles amoris exptes esse nõ posse: neq; id ab eis exigo vt amorẽ omnẽ abijciãt. Imo vero hortor & admoneo, vt eo cordis sui cõferãt amorem, vbi amor tutissimus, castissimus, purissimus est, atq; vbi honestũ, laudabile ac meritoriũ est amare. Id aũt ita fiet, si Deũ toto ac integro corde diligant, si illum solum quærant, illum vnũ concupiscant, illum solum spectent, illi vni adhæreant, illi denique soli placere nitantur. Talis amor securus, beatus & iucundus est. Hoc amore præditæ animæ nihil difficile est valefacere omnibus, quæ in mundo sunt: nec molestũ illi est laborẽ omnẽ, & qcqd certaminis, qcqd aduersitatis summus atq; charissimus illius amicus & spõsus ei euenire pmittit perpeti: imo aliquam vicissim amoris ac fidelitatis declarandæ occasionẽ sese nactã gratulat erga illũ qui ipsum prior dilexit, etiam non amãtem, imo nec eum cognoscẽtem. Neq; etiã eiusmodi anima mortem ipsam grauate vel anxia cum formidine, sed magno cum desiderio excipit, spõsoq; suo longe dulcissimo cupide pergit obuiam certa nimirũ spũs sui: & propriæ conscientiæ attestatione posse se illi cũ amore & desiderio occurrere: atq; etiã longe maiori cũ fidelitate & charitate ex gratia ab illo se suscipi: neq; nescia est nõ aliud patere ostiũ, per q̃d ad suum possit proficisci sponsum, nisi mortis ipsius. Nõ ergo molestum illi est mori: adeoque maxime eam delectat domini illum sermonem vel auditu, percipere vel mente reuoluere, qui est apud Matthæum: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Et reuera quisnam tandem putatis sermonis huius dulcedinem digne possit exprimere, Ecce sponsus venit exite obuiam ei? Quid namoro sentit cor amantis animæ, quid inquã sentit, qd experitur, dũ audit. Ecce spõsus venit exite obuiã ei? Quid possit spõsæ referri dulcius, qd ab ea iucũdius pcipi, q̃ spõsum illius aduẽtare? Quod tñ de ea dictũ sit spõsa, q̃ spõsum amet suũ, q̃ illi fidẽ seruet, q̃ ita vt dignũ est, sponsi sui aduentum auide ac medullitus suspiret. Nam si secus se habeat, si alium quemlibet ardentius diligat, si erga sponsum infidam se pbuerit, nimirum illi gratum non possit esse nuntium de adueniente sponso: potius metum ac terrorẽ, quã gaudium illi adferet aduentus sponsi. Fateor quidẽ, sermonẽ hũc & nũtiũ suauissimũ cunctis Deum amantibus, Deoq; fidẽ seruãtibus ingeri, maxime tñ ad virgines ptinet q̃ñquidem tota illa parabola vnde hæc verba excerpta sunt, de virginibus alijs quidem prudentibus, alijs aũt fatuis agit. Virgines igitur sponsa sunt, vt Apostolus ad Corinthios affirmat. Sponsus vero est dominus Iesus. O pcipuam virginitatis pstantiam ac nobilitatẽ, q̃ spõsum habere Dei filiũ meretur. O pclara virginitas, q̃ cũ sis integra, nihilominus adeo fœcunda es: Fructus qdẽ nõ alius te decet, neq; partus vllus tibi possibilis est, nisi q̃ Deũ sine dolore ædas. O sancta virginitas, q̃ doloris non paris filios, sed ples fructusq; semp mãsuros. Tãta est celsitudo tua o pdicanda virginitas, vt Christus te pcipere noluerit, sed tñ cõmendarit. Non em̃ tantæ virtutem excellentiæ omnibus imperatam esse voluit, sed ijs dũtaxat, q̃s ipse ex speciali gratia eo eligeret, qq; libẽtibus aĩs eã amplecti vellent. Vñ cũ de triplici Eunuchorũ genere ageret ita inquit: Sũt eunuchi, q de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, q facti sunt ab hoĩbus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt ppter regnũ cœlorũ. Vbi mox subdit: Qui potest capere, capiat: tanq̃ diceret. Sublimis valde est, & supnaturalis atq; angelica vita in carne degere, & carnis inquinamenta nescire. Vsq; adeo id arduum est, vt passim omnibus in cõmune pcipere nõ ausim: tamen qui potest capere, capiat. Aio igit, o sancta virginitas, q̃ in sacratissimo Christi corpore, in dignissima illius genitrice Maria, & in pcursore ac baptista illius Ioãne dedicata es. Quid hic ego cõmemorẽ sctũ dñi apostolũ Ioãnẽ, quẽ Christus p cæteris apostolis tanq̃ virginitatis participẽ charum habuit, & suæ matri de cruce commendauit? Quid plures alios strenuos Christi milites, sctõs Cõfessores & Dei amicos recenseã, q postea q̃ ad Deũ se-

Virgines illum amore tras ferre debent. Matt.22 Lucæ 10

1.Ioan.4

Anima amãs quõ suo sposo obuiam pcedat

Matt.25

Quidnam singulariter amantem animam consoletur.

M

1.Cor.7 Sponsum vt se dignet dñs noster Iesus Christus vocari

Virginitas vti voce fæcunda efficiat

Matth.

Virginitatem cur Christus nõ pceperit

Virginitas in qb9 dedicata fuerit. Ioan.13 Ioan.19

se conuerterant aut virginitatem, aut per
petuam castitatem seruarunt? quando
in ipso sexu muliebri tot nobis suppe-
tunt præclara egregiaque virgineæ inte-
gritatis exempla, ita vt pleræque durissi-
mos maluerunt cruciatus perpeti, quam
viri contactu impudico fœdari? Quod si
impurus aliquis Epicuri de grege porcus
mihi obijciat (vt solent libidinum manci-
pia hæretici nostri) præcepisse dominum
Gen.9 Noe filijs eius, vt crescerent, & multi-
plicati, replerent terram (quod vtique
ad fœcunditatem, non celibem vitam
pertinet) ille idem attendat velim alia
tunc atque nunc fuisse tempora: atque
pro diuersitate & mutatione temporum
non eadem, sed diuersa nobis præcepta,
& institutiones promulgari. Quis enim
non aduertat illis Noe temporibus qui-
bus totus mundus, id est, creaturæ omnes
vitæ participes diluuio interierant, pau-
cissimis, nempe octo hominibus in arca
Noe seruatis, merito id præceptum esse
à Deo, vt crescerent & multiplicarentur,
quando totus orbis mortalibus vacuus
Matt.3 Lucæ 3 erat? Nunc vero hisce extremis tempori-
bus, qbus scriptura ait, securim ad radicē ar
boris positam esse, id est, quando Mundus
prope interitui est & fini proximus, quo
etiam spectant illa Apostoli verba, in
1.Cor.10 quos fines seculorum deuenerunt, idem
ipse Apostolus prædicat ac præcipit ma-
trimonio iunctis, vt qui vxorem habe-
ant, sint tanquam non habentes. Præte-
rit enim, inquit, figura huius mundi.

1.Cor.7 N

Ecquid vero dubij habere potest virgi-
nitatis custodia quando Christus ipse,
eiusque reuerenda parens, & Sanctus Io-
annes atque etiam sanctissimi quique mo
do in cœlis degentes, virgines perman-
serunt? Vtique si aliud vitæ genus, puta
matrimonium aut fœcunditas prolium
Deo gratius fuisset, id Christus amplexus
esset, & suo nobis exemplo commendas-
set. Ne quis tamen putet in veteri Testa-
mento minus Deo fuisse gratam virgi-
nitatem (licet non perinde tum culta ac ce
lebrata fuerit) legimus apud Esaiam do-
minum dicentem: Eunuchis, qui custodi-
erint sabbata mea, & elegerint quæ ego vo
lui, & tinuerint fœdus meum, dabo eis
in domo mea, & in muris meis locum, &
nomen meliusà filijs & filiabus, nomē sem
piternum dabo eis, quod non peribit. Qui

Virginitatem etiam in veteri testamēto fuisse Deo gratissimam Esaiæ 56

bus verbis consolatur Eunuchos ne sint
pusillo aut abiecto animo, tanquam qui
in prolibus nomen suum ad posteros non
transmittant, pollicens illis, quamuis ob
cœlibem vitam nullis relictis prolibus ve-
lut extincti videantur, æternum sese datu-
rum nomen, multo beatius, fœcundius,
vtilius ac durabilius, quam ex filiorum suc
cessione sibi conciliare possint. Helias ipse 4.Reg.
nonne sub lege vixit? Et quis nesciat rap-
tum illum in paradisum, & nec dum mor-
tis soluisse debitum, cum tamen virgo per
manserit? qua re id licet intelligi, virginita
tem nunquam mori apud Deum. Sed
ne multis sanctorum enumerandis exem
plis prolixior sim, id vos dilectissimi cer-
tum persuasumque habetote, virginita-
tem omnibus seculis singulari apud De-
um gratia & amicitia flagrasse: tametsi à
mundi exordio, & post diluuium homi-
nes magis procreandis liberis, & mundo
argumentando operam dederint, non qui
quidem libidinis causa, aut ob carnis ex-
plendas voluptates, sed quod sperarēt plu
rimi ex suo semine posse Christum nasci,
aut certe plurimum gauderent, si quem sui
generis superstitem relinquerent, qui Chri
stum corporalibus oculis videret: vel eti-
am quando verus Dei cultus apud solos
Iudæos extabat, porro apud alios omnes
idololatria versabatur, quod optarent Dei
populum, atque eo ipso Dei cultum ma-
gnis augeri incrementis. Atque ita so-
lus posteritatis amor causa illis fuit matri-
monium contrahendi. Quanquam nec i-
psa sane virginitas infœcunda est, vtpote
quæ cœlo fructus pareat æternum victu-
ros, sicut ex matrimonio fructus terræ na-
scuntur. Atqui certum est terræ generatio
nem quandoque finem habituram: sed ge
neratio cœlestis perennis est. Siquidem cō
iugium desinet: at virginitas perpetuo per-
seuerat, sicut ipse dominus ait: In cœlis ne-
que nubent, neque nubentur, sed sunt si-
cut angeli Dei. Ex quo id etiam potest es-
se perspicuum, virgines castas & intemera
tas, nō terrenā sed cœlestē & angelicā in ter
ris vitā agere. Præter hæc vero neutiq̄ negli-
gēter cōsiderādū venit, vtile cū primis atq;
congruū & cōdecens fuisse vt præclarissi-
mæ, elegātissimæ, gratissimæ, suauissimæ,
celsissimęq; atq; angelicæ virtutis nempe vir
ginitatis seruādæ magistra dux atq; autor
fieret virgo lōge oīm integerrima, dignis-
sima

Virginitatem omnibus seculis Deo singulari modo placuisse.

Patres antiqui quando mouerit ad matrimonium contrahendum

Virginitas vt sit perpetue duratura Matt.22 Lucæ 20

O

ſima atq; illuſtriſſima, Dei genetrix Maria: cur id ſeruatum fuit priuilegij, vt ipſa tanquam omnium ſanctiſſima, formam ac ſpecimen ſiue ſpeculum ſe præberet ſacratiſſimæ ac minimæ vulgaris & inuſitatę cæleſtisq; virtutis, ſuo ipſam in corpore dedicans, & voto offerrens Deo. Vnde etiam paſſim nunc offerunt virgines Deo, ſicut ſcriptum eſt, poſt eam, id eſt, quæ illius imitentur exemplũ. Quã ſane tanq̃ magiſtrã ſuam dignum eſt virgines omnes imitandam ſuſcipere: atque magnopere lætari, quod filius Dei non niſi virginem matrem habere voluerit: attendere etiam quãto Deus honore affecerit ſexum fœmineum præ virili, quando ex fœmina re vera naſci dignatus eſt. Neque enim id vlli datum eſt viro, vt ſit aut dicatur verus Dei pater, namque Chriſtus ex viri ſemine genitus non eſt: Atqui virgini id reipſa conceſſum eſt & prę ſtitum, ad totius fœminei ſexus decus & honorem, vt ſit & dicatur vera Dei genitrix. Agnoſcant igitur q̊tq̊t ſe virgines eſſe norunt, tantã Dei benignitatẽ, & ſint gratæ virginis filio, pudeatq; eas vllum aliũ vel reſpicere vir̃, aut ſpõſum admittere, præter ipſum ſolum q̃d tamen maxime curandum eſt illis, quę virginitatis votum ędidere: quibus nulla ratione committendum eſt, vt vel tenuiſſimo mentis aſſenſu vnquam quicquam velint, quod animi vel corporis poſſit integritatem inficere. Debent etiam parentes ſummo ſtudio proles educare ſuas, & ab infantia timoris diuini fræno quodam cõtinere, vt nihil niſi ſanctũ, niſi caſtũ, niſi pudicũ vel oculis, vel auribus hauriant, vt cũ ipſis ætatis incremẽtis magis magiſq; in oĩmoda mẽtis & corporis puritate adoleſcãt: & q̃d alij magno labore aſſeq habẽt, illis tanquam naturale ſit ob longam aſſuefactionẽ & caſtiſſimã educationẽ. Væ aũt atque iterum væ parẽtibus illis, qui ſuis & dictis, & factis ꝓles ſuas ad turpia ꝓuocãt illisq; ꝑditiſſimis exẽplis ſuis autores ſunt ad perpetrãda mala, q̃bus deberẽt eſſe cauſa ſalutis. Atq;, vt ſermoni finem imponamus, id vos dilectiſſimi ſummopere oratos velim, ſi quempiam ex illis, qui veſtræ curæ commiſſi ſunt, ſiue ſint filij aut filiæ, aut alias ſanguine coniuncti, ad virginitatis cuſtodiam aſpirare cernatis, vti ne qua ratione illũ à tam ſancto propoſito auocetis: ſed potius bene currenti calcar adhibeatis, vt veſtris adhortationibus feruentior efficiatur. Non patiamini vnquam pro libus veſtris maxime dum adhuc in ætate tenera ſunt, familares eſſe ſiue famulos, ſiue ancillas, aut quoſlibet alios, qui verbis aut moribus impudici ſint, ne ab illis diſcant, quod poſtea vix vnquam poſſint dediſcere. Chriſtus Ieſus ſponſus & corona virginum omnium noſtrum cordibus ſanctæ caſtitatis aſpiret amorem, vt pro illius deſiderio fœdas omnes carnis deſpiciamus voluptates, tanto copioſioribus olim in cœleſti paradiſo delicijs perfruituri, cum ſanctis omnibus. Quod ipſe nobis præſtare dignetur, qui cũ Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti viuit & regnat in ſecula benedictus, Amen.

[Margin:] giſtra dux ſit ac ſpeculum omnium virginum

[Margin:] Pſal. 44

[Margin:] Honore quanto deus affecerit fœmineũ ſexũ ꝑ incarnationẽ ex virgine

[Margin:] P Virginitas voto firmata q̃nto ſtudio cuſtodienda

[Margin:] Parentes vti cooperentẽ ad cuſtodiã virginitatis? in ſuis ꝓlibus.

[Margin:] Proles ad virginitatis cuſtodiam vti ſint à parentibus iuuandi.

IN FESTO SANCTI VINCENTII MARtyris Epiſtolæ loco Lectio Eſaiæ prophetæ Capite quadrageſimo quarto

XV

HÆc dicit dominus creans te Iacob, & formans te Iſrael. Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cum tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dominus Deus tuus, ſanctus Iſrael ſaluator tuus. Dedi ꝓpitiationẽ tuã Ægyptũ, Æthyopiã & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, &

dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum, dicit dominus omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Magna est sctõrũ martyrũ cõstãtia, qua minas & tormenta impiorum pinde vt leuẽ quẽdam auræ flatũ cõtẽpserunt, & diuino armati præsidio casti timoris, & inuicti amoris Dei picula nõ attenderunt, non carnificum truces vultus & inmanem crudelitatem, non corporis & membrorum omnium dissipationem: non denique acerbissimam mortis pœnã alicuius pensi habuerũt: sed fidelibus aĩs in autorẽ fidei & consummatorẽ Iesum aspiciẽtes, id vnũ curarũt, vt p illius honore nullos subterfugerẽt cruciatus, nulla sibi putarent tormenta declinanda, quẽ priorẽ causa salutis suę sci rẽt tãta ptulisse, quãta mẽs nulla quæat capere. Atq; vt in duris corporis afflictionibus essent patientes, ac mitissima lenitate furentem hostium tyrannidẽ eliderẽt, nõ dubiũ est, qn sacrorũ voluminum sentẽtijs sese animarint, quales certe plurimæ sunt in vtroque Testamento: cuiusmodi etiam haud vulgares habet isthæc psens Esaiæ lectio, qua dñs martyrem suum confortans, ita eũ alloquit: Hęc dicit dñs rex omnipotens, cuius nutu cũcta disponunt, creãs te Iacob vitiorum supplantatorẽ, & formans te Israel Dei contemplatorem, quales fuere sancti martyres, qui vsqueadeo in se vitia passim presserunt, vt maluerint vitam amittere, quam vel in vllum consentire peccatum: & Deum per fidem hic contemplati sunt, sicut Apostolus ait, per speculum in ænigmate. Atq; recte vtroque hoc nomine Christi martyr appellatur nempe Iacob & Israel, quandoquidem non potest esse idoneus martyr Christi, qui nesciat dominari vitijs, & Deum per fidem vel vtcumque contemplari. Quomodo enim pro Christo mori poterit, q vitijs subiacet, & Deum ignorat? Tali ergo dicit dominus: Noli timere hominum minas, pœnas, corporis dolores momentaneos. Fidelis sum, non potero sustinere, vt vltra vires affligaris quia redemi te, non corruptibilibus auro vel argento sed ptioso sanguine meo & vocaui te nomine tuo, quod ex omni æternitate scriptum habui in libro vitæ. Nouit eñ dñs q sunt eius. Ita dixit & Moysi, Noui te ex nomine. Impios autẽ nescit,

Heb. 12.

Martyres sancti vt vitã maluerint amittere q̃ peccata consentire

1. Cor. 13

Martyres Vt mystice vocent Iacob & Israel.

1. Pet. 1

Phil. 4

2. Cor. 2

Exod. 33

quia eos tanquã spurios à sua hæreditate prsus excludit vel nec vnquã illorũ, meminisse dignatur: dicetq; illis in extremo die, Amẽ dico vobis, nescio vos. Suis aũt dicit. Meus es tu nõ solũ creatiõe, & redẽptione, sed etiam voluntatis omnimoda cõsensione, & æterna prædestinatione. Nihil ergo timeas, quia cum sis meus, non potero nõ tui curã agere. Insurgant licet creaturæ omnes aduersum te, tamen qa meus es, qd tibi officere poterunt? Cum transieris p aquas temporalium afflictionum, & multimodarum perpessionum, vexationum, tentationũ, tecũ ero, te corroborãs, & flumina inũdantiũ malorũ nõ operiẽt neq; obruẽt te mea virtute munitũ. Impugnaberis quidẽ sed non expugnaberis: senties acres tẽtationes foris & intus, sed nõ cõsenties meę gratiæ psidio vallatus.

Mat. 7

Mat. 11

B Cum ambulaueris in igne feruentiũ persecutionũ, acerrimarum impugnationũ & angustiarũ, nõ cõbureris, nec aliqd senties detrimenti sicut nec tres illi pueri in camino ardẽti: & flãma vitiorũ non ardebit in te, sed potius ignis amoris mei, q facile oĩa te supare faciet & cũctis hostibus & tẽtatiõibus efficiet supiorẽ. Sed & ipso corporeo igni si traditus fueris, nõ cõbureris, si id tuę & aliorũ saluti pdesse poterit. Ita multi martyres etiã flãmas illæsi euaserũt. Et qd mirũ, si id p̄stet dñs martyribus suis, qñ etiã bruta animantia q̃dã in igni viuere dicũt? Quia ego dñs Deus tuus sctũs Israel, Israelis .i. electorũ oĩm sanctificator, tuusq; saluator, dedi ppitiationẽ tuã Aegyptũ, Aethyopiã, & Saba p te: qñquidẽ tuo exẽplo, tua cõstãtia, tua insupabili & inuicta charitate multi peccatorũ tenebris & erroribus implicati, q per has gẽtes significãt, ad me cõuertent, neq; ppitiũ habebũt idq; totũ in te redũdabit, eritq; in augmentũ gloriæ ac meritorũ tuorũ. Ex q̊ honorabilis factus es in oculis meis & iudicio meo ob præclarissima merita tua, & gloriosus ob indeuictã pseuerantiam, q̃ sola coronat, ego dilexi te, amore gratuito & immẽso. Et dabo hoĩes p te, & populos p aĩa tua, ita vt q̃uis crudeles tyrãni ob fidẽ meã te penitus extinguere, & memoriã tui prsus oẽm delere moliãt, nõ solũ tñ id non possint, sed etiam velint nolint videre

Dan. 3

Aegyptus Aethyopia, & Saba qd mystice significent.

Mat. 10

dere cogatur plurimos per te venire ad agnitionem & confessionem nominis mei, & pro te vno multos exurgere, q meam fidē amplectātur. Noli ergo timere, qm̄ ego tecum sum, paratus p̄stare tibi virtutē & sapientiā cui nō possint resistere oēs aduersarij tui. Itaque mea ope fretus noli timere. Nō tu tuis pugnabis viribus, sed meis. Caro quidem infirma est, hostes multi & crudeles valde: sed noli timere, quonia ego tecum sum: tantum cura, vt & tuipse mecum sis, gratiam meam non repellendo, sed ea digne vtendo. O verbum consolatorium, quod merito attendere debeant om̄es qui afflictionibus premūtur, vt certissima Dei sui præsentia & adiutorio erecti, spe bona perseuerent in bono.

Lucæ 21

Matth. 10

EXEGESIS EVANGELIJ huius Festi. Lucæ nono.

C

NAtura hoīs in primis parentibus, tanquam in sua radice vitiata, semp in malum pcliuis est, adeo vt, nisi diuina gratia retrahatur, nihil sit tam nefarium, tā execrabile, quod non facile perpetratura sit. Itaq; semper acriter decertādum nobis est contra nosipsos, quia hostem domesticum quotidie circumferimus, nempe carnē nostram: & multa sane vigilantia ac solicitudine vtendū, ne qua ex parte vincantur. Non est quod pollicearis tibi o homo Christiane requiē, & iucūdos dies in hoc exilio. Væ vobis, ait Christus, qui ridetis, quia plorabitis & flebitis. Totus corruptus es ac deprauatus, non licet tibi obtemperare desiderijs carnis tuæ, quæ militant aduersus animā tuam. Laborandū est iugiter, & multa adhibenda industria, vt profligatis vitijs, possis ad veram reformari innocētiam. Noli inaniter iactitare Christum pro te satisfecisse. Proderit tibi illius satisfactio, si monitis eius morem gesseris. Vis scire, qd à te exigat? Audi vel præsens Euangelium.

Lucæ 6

1. Petri 2

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Ecce habes, quo te verum Euāgelicum declarare queas. Quid dicis Christo seruatori tuo, domine, domine, & non facis quę præcipit? Olim Iudæi gloriabantur in templo domini. Sed qd illis hoc profuit? Propheta Hieremias loquatur: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini est. Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Sic ergo nec tibi proderit Christi satisfactio, nisi facias quę ille exigit à te. Exigit autem, vt si ipsius velis esse sectator & discipulus, abneges temetipsum. Quid est abnegare se metipsum? Propriam voluntatem & priuatum amorē funditus extirpare. Hoc opus, hic labor est: & tu audes tanq̄ iam securus gloriari, & tuis indulgere voluptátib9? Abnega teipsum, noli secundum carnem viuere, sed spiritu mortifica carnis desideria, odito propriam voluntatem, & vbicunq; te ipsum inueneris, teipsum desere. Noli aspirare ad honores & dignitates, noli carnis oblectamenta captare, noli cumulandis inhiare opibus, sed abnega teipsum, & eiusmodi perniciosa desideria in altari cordis tui concremata ceu hostiā gratissimā offeras Deo tuo. Deinde etiam tolle crucem tuam, non vno duntaxat die, sed quotidie, donec spiritus in te vllus reliquus erit. Tolle, inquam, crucem tuam, vt aut ipse sponte te affligas per voluntariā pœnitentiam, sine qua nulli salus esse potest post pctā mortifera à baptismo ppetrata, aut flagella Dei patienter feras. Id autem difficile tibi nō erit, vbi teipsum abnegaueris. Quisquis em̄ crucem grauiter fert, necdum sese abnegauit: etiamdum in eo propria viuit volūtas: quę si extincta esset, crux nulla grauate sentiretur. Si autem ipse Deus & dominus noster crucem tulit longe acerbissimam, quid miri est, si seruus crucem ferat? Certe qui diuino bene sunt imbuti amore, mollia potius fugiunt, & crucem charius amplectūtur. Per crucem ad palmam pertingitur. Christianus dici vis? Tolle crucem tuam quotidie, & sequere Christum ad montem Caluarię, propriam crucem deportantem. Sine cruce vix poteris saluus fieri. Porro & teipm̄ abnegando, & tollendo crucē tuam sequere dominum tuum, vt nihil horum agas studio placendi hominibus, aut humanā aucupādo gloriolā, sed vt placeas patri tuo qui in cœlis est. Si enim aliud spe

Matth. 7
Lucæ 6

Hieremi. 7

Abnegare seipm̄ qd nam sit.

Roman. 8
Coloss. 3

Crucē tollere quotidie qd sit.

Crucē ferre quā sit necessariū saluando.

Matth. 23

Seq. Christum quid sit.

Ioan.5.8. & 10

D

ctes, non sequeris Christum, qui nõ quæsiuit gloriam suã, sed patris. Ergo om̃i Christiano id necessario incũbit, vt in omnibus, quæ Dei & Ecclesię p̃ceptis repugnãt, & quę ad salutem exiguntur, sese abneget, frangatq; voluntatem suã, & tollat crucem pœnitentiæ, atq; Christum per arctam salutis viam sequatur. Hęc est totius Euãgelij summa. Quisquis aliud docet, nõ habet Christi spiritũ, sed est Antichristus, & ob hoc ipsum haud aliter, q̃ cacodæmõ respuendus. Sed difficile est naturam in vitia procliuē edomare, difficile est carere voluptatibus, difficile est Christum sequi. Verum id est: sed credenti omnia sunt possibilia, & amanti nihil est difficile. Non vult Deus vt nostris hæc præstemus viribus, sed suã nobis opem pollicetur. Tantum non desit conatus noster, & gratia nullo negocio perficiet, quod nobis esset impossibile. Difficile est aurum cæteraque metalla e terræ visceribus elicere, difficile est mille subire vitę discrimina pro distrahendis siue comparandis mercibus: denique nihil ferme est in rebus humanis, quod non habeat quandam adiunctam difficultatem: & tamen nemo est qui non difficultatem contemnat, vbi se sperat lucri quippiam reportaturum: sicque fit, vt q̃d in seipso difficile videtur, fiat ex Dei gratia & amore facillimum.

Volũtatis propriæ abnegatio q̃ sit omni Christiano necessarium.

Galat.1

Marc.9

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illã. Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.

Hæc sententia damnantur studia hominũ sese amantium, qui aspera quæq; fugiunt, atq; in delitijs corpora sua paulopost in putredinem abitura sollicite enutriunt, & quasi ad hoc nati simus, vt hic semper viuamus, omnia sibi præsentis vitę commoda & oblectamēta adhibent: nihil vnquam perpeti volentes. Ieiunia, orationes, vigilias, vitæ quãdam seueritatem, solitudinem, silentiũ, corporis castigationes velut mortem ipsam fugiunt: contra vero quicquid potest esse voluptati, & consolationi maximopere expetunt & amplectuntur. Sed audiant tales, quid dominus dicat. Qui voluerit animam suam saluam facere, id est, indulgere affectibus suis, & secundum carnē viuere, perdet animã suam, & flammis nunquam extinguendis reddet obnoxiã. Qui

Galat.5

vero perdiderit exiguo hoc vitæ momentaneæ spacio animam suã, obluctando prauis illius desiderijs, & diuinæ legi obtemperando, saluam faciet illam in vitam æternam. Eligat nunc quisq; quod volet. Aut hic breui tempore cum Christo & electis om̃ibus abstineat à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, & seminet in lachrymis, vt postea cum gaudio metat: aut hic molliter & delicate viuat cũ impijs, & reprobis omnibus, vt postea fine fine tormentis ineffabilibus excrucietur. Vix enim cuiquam contingere potest, vt hic floreat & gaudeat in hoc mundo, & postea cœlestibus gaudijs perfruatur. Vtinã hęc domini verba attēderet Euangelici nostri, nõ sic habenas laxarent vitijs suis. Verum, nouit dominus qui sunt eius. Habeãt qui volunt temporarias voluptates: qui autem Deum timent, prospera mundi despiciant, & in lachrymis mittant semina bonarum actionum, lugeant sua & mundi peccata, mollitiem omnem aspernentur, & cũ Christo moriantur in cruce.

Anima v... si sapienti... sit p̄ceca.

E

1.Petri 2

Psalm.

Gregori.

2.Tim.2

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimētum sui faciat?

Cõmunis est hic hoĩm error, vt tum demũ felices se arbitrentur si illis oĩa ex sententia eueniãt, si ad magnos honores & dignitates prouehant, si floreant in hoc mũdo, si affluant bonis huius vitę: nec volunt æquo perpendere iudicio, quam multa his adiũcta sint animę pericula: q̃ multi in his misere pereant, q̃ deniq; difficile, ne dicam impossibile, sit fortunę simul & gratiæ donis abũdare. Et tñ si vel oĩa vnus aliq̃s mũdi huius bona obtineat, q̃d prodest, si cum suæ animæ iactura id fiat? Fit sæpius, vt quidam infimæ conditionis, aut certe nõ multum fortunati, paulatim iucundos quosdã fortunæ flatus experiantur, & ex abiectis fiant gratiosi ac sublimes. Isti iã se felices putant: à cæteris item prædicantur. Interim quantum illis accedit temporariæ prosperitatis, tanto etiam ipsi sibi plus indulgent, & quasi diuinæ sit gratiæ argumentum affluere bonis & voluptatibus tēporalibus, totos sese quieti & oblectamentis tradũt. Rident, comessantur, potant, exultant, & vitam, vt ipsi putãt, suauissimam transigũt. Sed

Felicitas fallax quę sit.

Sed non est hoc abnegare seipsum, & tollere crucē suam, & sequi dñm Iesum, & perdere animā suā. Si sic semper victuri essemus, possent tales felices dici. At nunc infelices merito censendi sunt: quia exilium pro patria amplectuntur: & cum sint in carcere teterrimo inter hostes inexpiabili odio ipsos prosequentes cōstituti, ita securi & hilares sunt, tanquam nullum impendeat periculum. Verum si vel totum lucretur mundū, quid illis proderit, cum seipsos perdant suis obsequendo voluptatibus, & Christum contemnendo? Olim quidem sub persecutione impiorum, qui Christianos affligebāt, quibusdam magna proponebantur pręmia, si à Christo deficerent: puta honores, delitię, dignitates, diuitię, largissimę possessiones, quibus nonnulli deliniti, cōsentiebant impijs: & felices quidem eos iudicauit mundus: sed quid illis profuit momētanea prosperitas, qui animas suas æternæ damnationi obnoxias reddiderēt? Felicissimi sane fuissent, si spretis vanis pollicitationibus, Deo ac dño suo adhęsissent. At illi mala cupidine irretiti, Christum verecundabantur confiteri, & falsa Deorum simulachra adorabant. Sed quo tādem fructu? Audiamus infallibilis iudicis sententiā.

Quam ho dis vivu tur pericu losissime.

F

Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc & filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.

Rom. 10

Non satis est semper corde credere, sed etiam ore oportet cōfiteri, vbi id exigit aut honor Dei, aut vtilitas & salus proximi. Quod si tum aliquis vel hominum fauore delinitus, vel terroribus fractus malit à Christo deficere & eius fidē negare, quam ingenue confiteri ac prædicare, is etsi magna acquirat lucra temporaria, tamen miserrimus est, quia Deum perdidit, & animam suam ęternis ignibus addixit. Atque vbi extremus venerit iudicij dies, Christus Iesus illum coram omnibus creaturis & ipso cœlesti patre suo confundet, & summa cum ignominia tanquam alienum & apostatam à se repellet. Possunt autem hæc domini verba etiam ad illos referri, qui ne irrideantur, aut illudanē ac vexētur ab improbis, sæpenumero cōtra conscientiā suā in res illicitas cōsentiunt, & dū volūt hoībus placere, aut ijsdē displicere timent, à iustitia deflectūt, & peccant in Deū suū. Qui sane hoc ipso stultissime agūt: & iusto Dei iudicio sępe accidit, vt hoībus, quibus se in malo cōformare student, magis displiceāt, prorsusq; derisui & contēptui sint. Sed etsi ea re magnā sibi hoīm comparare queant gratiā, semper tamē pferendus est Deus, & ob nullius, vel amorem, vel odiū, quicquā iniquum admittendū est. Alioq; si propter hoīes velimus Deū postponere, ipse itidē in iudicio suonos inter suos minime agnoscet. Verum vt id hoībus persuadeatur, difficillimum fuerit. Innumera est multitudo eoꝝ, qui ne hoīm vexatiōibus infestarent, relicta iustitia, ad diaboli & impietatis castra se transtulerūt, & paucissimos hodie reperias licet, q nō libenter Deū offendāt potius, q̄ ab hoībus irrideantur, aut hominū odio laborēt. Qui aūt Deū ex animo diligunt, neutiquā quicq̄ agunt cōtra iustitiam, etiamsi sibi inimicos capiendos esse sciant mortales oēs: nec putant sibi cuiusq̄ vel ambiēdam esse gratiam, vel odium formidandum cum pietatis iactura ac detrimento. Semper ante oculos obuersant suos diem illū extremę seueritatis, q̄ dñs venturus est in maiestate sua, & patris, & angeloꝝ, & vt illius tunc mereantur gratia perfui, & iram subterfugere, iam libenter humanam oēm, quatenus Deo & iustitiæ inimicus est, cōtemnunt fauorē, & malunt apud oēs inexpiabili laborare odio, q̄ à Deo & iustitia discedere. Sed ne tā arduis propositis præceptis, infirmorum animi discipulorum frangerentur, desperarentq; Christi fidem vnquam posse increscere & perseuerare, iam dominus sententiam subiūgit consolationis plenam, ita dicens:

Placere hoibus studētes quæ retributio sequuntur.

In eos qui ne hominibus displiceant, Deum offendunt.

G

Matth. 25

Dico autem vobis vere: Sūt aliqui hic stantes, q non gustabūt mortē, donec videant regnum Dei.

Passuri quidem estis plurima ꝑpter nomen meū, & totus in vos mūdus insurget, omnis dæmonum turba debacchabitur, sed tamen omnis eorum conatus mea virtute & sapientia sic elidetur, vt etiam quidam ex vobis vsq; eo victuri sint, vt Ecclesiam meam videant mirifice augmentatam, atq; lōge lateq; propagatā: nec solum non extingui posse fidem meam, & Euangelium impiorum persecutione, sed etiam maiori

maioribus inde incrementis augescere. Quanquam possunt etiam hęc de Petro & Iacobo & Ioanne accipi, qui Christi gloriam in monte Thabor conspexere. *Matth. 17* Et verã quidẽ hanc fuisse domini policitationem, ex sacris literis perspicue declaratur. Creuit enim mirum in modũ Ecclesia, adhuc apostolis viuentibus: & licet persecutionibus laboraret, tamen quia nihil potest Dei consilium & voluntatem impedire, nulla inde detrimẽta sustinuit, sed gloriosius est sublimata. *Ecclesia q bus modis olim creuerit.* Vanus est enim & inutilis, siue hominum, siue dæmonum conatus aduersus Deum, qui sua virtute facile premit & eneruat vires omnium ipsi repugnãtium: siquidem omnipotẽs est. Qua ex re magna nobis prębstatur consolatio, vt sicut certi sumus Ecclesiam nullis persecutionibus potuisse extingui, sed magis magisq; profecisse: ita & nos domini adiutorio communiti speremus ex hominum ac malorũ spirituum impugnationibus non solum nihil accepturos incõmodi, sed etiam, modo velimus, maiorẽ gratiæ & gloria augmenta capturos.

SERMO IN EODEM Festo. De tolerandis afflictionibus: & de earundem multiplici vtilitate.

H

PEr multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Actuũ XIIII. Charissimi fratres in omnibus vitis sanctorum, imo & in vita sancti sanctorũ domini nostri Iesu Christi legitur, quanta aduersa, quantas tribulationes & infirmitates, quãtas deniq; persecutiones sustinuerũt, ita vt de nullo sentiendum sit, quod ad vitam æternam peruenerit sine tribulatione: quia via tribulationis est sola & vnica via, quæ ducit ad vitam: quam instituit & ambulauit dominus noster Iesus Christus, & princeps o͂mibus militibus suis ostendit, sicut principes militiæ. Vnde etiã quãdo sancta mater Ecclesia aliquem vult sanctorũ cathalogo ascribere examinat vitam eius, & interrogat præcipue de patientia, vtrum & quõ sustinuerit tribulatiões & labores huius vitæ: qa ꝑ certissimo habet scd'm Apostolũ, q̃d nemo coronabit, nisi q legitime certauerit. *Sanctorũ cathalogo quẽ adscribantur sancti.* *2.Tim.2* Porro, cũ videamus q̃d mali homines vt plurimũ prosperant in hoc mundo, sancti vero multas sustinent tentationes & pressuras, possumus non inconuenienter causam huius perquirere. Licet enim non dubitemus quin iudicia Dei sint iusta & vera, quamuis nobis occulta, tamen possemus interrogare & admirari cum sancto Hieremia, qui cum Deo disputans, dicit: *Hieremi.* Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui præuaricantur, & male agunt. Plantasti eos, & radicẽ miserunt: producunt & faciunt fructum, scilicet in temporalibus bonis. Prope es tu ori eorũ (scilicet vt exaudias eos, quicquid pro temporalibus te petũt) & longe à corde eorum, scilicet quia non contristas eos, & nõ punis. Et tamẽ cõtra S. apostolus tuus Paulus dicit: *2.Tim.3* Oẽs qui pie volũt viuere in Christo, ꝑsecutionẽ patientur. Et tu met dicis in Apocalypsi: *Apoc.3* Ego q̃s amo, arguo, & castigo. Reserа nobis dñe mirabilium iudiciorũ tuorũ secretum. Nam eos qui te diligũt affligis, & qui te odiũt foues, & cõcedis eis prospera.

Charissimi fratres, licet dñs noster & oĩpotẽs Deus sit erga nos, vt misericordissimus pater, est tamẽ etiã verax & iustus, & ita exhibet misericordiam, q̃d tñ non declinat à iustitia. *Psalm.11* Sicut ergo ad bonitatem eius spectat, vti nullum bonum maneat irremuneratum: ita ad iustitiã eius pertinet, vt nullum malum maneat impunitum. *Iob 14* Constat autem quod nemo ita bonus & iustus est in hac vita, qui nõ habeat aliqua etiã mala, saltem parua: teste Ioãne in epistola sua: *1.Ioan.1* Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sic iterum nemo ita malus est in hac vita, qui non faciat etiam aliqua bona, licet modica & insufficientia ad futuram beatitudinẽ. Quomodo insufficiẽtia? Quia sine charitate, vel extra charitatem sunt facta. Aut si in charitate aliqua facta sunt, non tamen in charitate ꝑmanserunt: & ideo caruerunt præmio infinito. Fructus enĩ boni operis (secũdum Gregorium) perseuerantia est. *Gregori. Fruct' boni operis quis sit* Ne tamen illa licet parua irremunerata maneãt, dat Deus talibus hominibus temporalem mercedem, scilicet bona temporalia, honores, fortitudinem & sanitatem corporis, gratiam & fauorem corã hominibus, bonam fortunam & prosperitatem in agẽgis, & similia: peccata autem illorũ reseruãtur in futurum punienda: quia non sunt digni, vt hic corripiantur à domino. *Bona in malis hominibus quõ Deus remuneret* Hic potest se quisq; considerare cuiuscunque

que sit status, & timere si prospera sibi eueniant, ne forte sibi retribuatur in præsenti: quia, vt dicit beatus Gregorius. Continuus successus temporalium, est certum futuræ calamitatis inditium. Seneca quoque licet gentilis esset, dixit: Nihil infelicius eo, cui nunquam accidit aliquid aduersi: male enim de eo iudicauerunt dij. Et sanctus Augustinus, inquit, nullam plagam maiorem esse à Deo, quam quando Deus non defendit hominem à peccato. Et hoc fit quando non corrigit hominem, sed sinit eum agere secundum desideria cordis sui, donec veniat tempus, quando completa est iniquitas illius. Tunc enim sustinebit horrendum iudicium. De talibus ponit comparationem sanctus Bernardus, inquiens: Qui in delitijs mundi transit huius vitæ curriculum, similis est latroni, qui per florida prata trahitur ad suspendium. Vterque enim transit per delectabilia, sed finis malus est. Exemplum habetis in vita sancti Ambrosij, qui quum Romam pergeret, & ad quendam hospitem magnæ potentiæ & temporalis felicitatis diuertisset, interrogauit de statu suo. Qui respondit: Domine, satis bonus fuit semper felix & gloriosus meus status. Ecce enim diuitijs infinitis abundo, seruos & famulas quam plures habeo, copiosam turbam filiorum & nepotum possideo, & omnia semper ad vota habui, nec vnquam mihi aliquid aduersi accidit, vel quod contristaret aduenit. Quod audiens sanctus Ambrosius, vehementer obstupuit, & his qui cum eo erant in comitatu, dixit: Surgite, & hinc quā totius fugiamus, quia dominus non est in loco isto. Quum ergo fugerent, & aliquantulum processissent, subito terra se aperuit, & illum hominem cum omnibus quæ ad illum pertinebant, ita absorbuit, vt nullum inde vestigium remaneret. Quod cernens sanctissimus episcopus Ambrosius, dixit: Ecce fratres quam misericorditer dominus parcit, quum hic aduersa tribuit: & quam seuere irascitur, quum semper prospera largitur. Et hoc est dictum de malis, cur prospere habeant in hac vita, & Deus dissimulat peccata eorum, id est, ita se gerat, quasi non videret: sed in fine apparebit bene, quando retribuetur eis, tunc gaudium peccatorum vertetur in perpetuum mœrorem. Sic econtrario iusti & boni homines nō possunt viuere sine paruis peccatis, vt scilicet nunquam peccent: quia licet possimus à singulis abstinere, scilicet ab illo vel illo, &c. sed non ab omnibus. Sicut enim nullus est cibus, à quo homo nō possit abstinere & viuere: quia si non comedit hoc, tunc comedit aliud: sed non potest abstinere ab omni, scilicet vt nihil comedat. Sic boni homines possunt abstinere à quocunque peccato seorsum considerato, sed non ab omni: quia si cauēt ab vno, tunc cadunt in aliud: & quando pugnant aut defendunt se contra vnam malam cogitationem vel affectionem, interim subintrat alia. Et hoc est dictum de paruis venialibus, quia de mortalibus peccatis per gratiā Dei potest quis abstinere ab omnibus & singulis.

Nemo necesse posse viuere sine oī pctō qīn telligendum.

K Hæc igitur peccata quamuis parua sint ex suo genere, non tamen dimittūtur impunita: aut si magna fuerunt vt mortalia, & per contritionem & confessionem sunt dimissa quantum ad culpam, sed non ex toto dimittuntur quantum ad pœnam: sed oportet, vt satis fiat, vel hic, vel in futuro. Cum ergo sacerdos nimis paruam imponit pœnitentiæ mulctam, & nos etiam nihil adijcimus, tunc Deus vel diuina iustitia supplet quicquid non est purgatum & limatum: quia non possumus intrare in regnum cœlorum, nisi simus purgati, limati & mundati ab omni macula peccati, ita vt simus puriores ac clariores sole. Et hæc est singularis gratia, quam dat Deus dilectis suis amicis, q̄d purgat eos in p̄senti, & non in futuro: qa illa futura pœna in purgatorio est nimis acerba & ineffabiliter molesta ac aspera: & homo quādiu est adhuc in foro misericordię, & in statu merendi, potest cum vno vero cordis gemitu, aut tōsione pectoris tm̄ delere, quantū aliqua aīa post mortem multis diebus aut annis in purgatorio, qa est iā in iudicio iustitiæ, vbi oportet solui oīa, vsq; ad minimū quadrantē, vel punctū, sine dimissione. Et etiā alia causa est: qa quicqd homo facit vel patitur in hac vita ꝑ pctīs suis, est voluntariū & multū delet: sed post hāc vitā est inuolūtarium & coactitiū. Vt vero sancti recipiāt purgationē pro pctīs paruis, & reprobi remunerationē, sit nobis exēpli loco parabola, q̄ dn̄s posuit in Euāgelio de diuite epulone, & paupere Lazaro. Dicatis mihi nūc, qn̄ videbatur Lazarus iacens in platea, & tam pauper, quod nec haberet de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & quod canes lin-

Electorū suorū pctā quō Deus hic puniat

Matth. 5

Lucæ 16

Left margin notes: Gregorius. Seneca. Augustin. Bernard. Ambrosius.

nes lingebant eum, quis tunc cogitasset, quod tam magnus esset amicus Dei? quis veneratus fuisset eum tãquam futurum ciuem cœli? Quis quæso putasset nobilem ibi latere margaritam, id est, tam preciosam animam in sacco putrido corporis vlceribus pleni? Rursus quando diues processit in publicum cum ingenti pompa ac fastu, quis illum delitiis & honoribus plenum contempsisset, tanquam inimicum Dei, & socium dæmoniorum futurum? In fine tamen patuit Deum aliter atq; homines iudicare, sicuti scriptum est: Mortuus est Lazarus, & portatus ab angelis in sinũ Abrahæ. Ecce quantus honor fit pauperi, & despecto Lazaro. Notate, quia ciuis est cœli. Quid ei iam nocet contemptus? Mortuus est aũt & diues, ac sepultus in inferno. Ecce quanta desolatio & miseria.

L Vbi sunt nunc honores, vbi epulæ delicatæ, vbi tenera & preciosa vestimenta, vel cæteræ pompæ? Ecce quando vterque fuit in vita, quis nõ potius optasset diuitias diuitis, quam mendicitatem & infirmitatem Lazari? Sed nunc quando iudicatum est de vtroque, quis non magis commendat paupertatem Lazari, quam velit cum diuite esse? Quid fuit illi dictum posteaquam petiuit guttã aquæ sibi porrigi à Lazaro, quem despexerat in vita, quomodo fuit ei respõ-

Lucæ 16 sum? Recordare quia bona recepisti in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc vero hic consolatur, tu autem cruciaris. Ex quibus verbis innuitur, quod diues ille etiam pauca bona fecerat, pro quibus in hac vita fuit remuneratus: & similiter Lazarus aliqua parua peccata habuit, quorum purgationem recepit in hac vita. Sed tamen quãtum dilectus fuerit Deo etiam inter flagella sacra scriptura monstrat, cum scriptum sit: Erat diues quidam, &c̃. postea subiungit: Mendicus quidam nomine Lazarus. Certe apud nos solent magis sciri & scribi nomina diuitum quam pauperum. Quis enim illum & illum diuitem non sciat? Sed quis de illo vel illo paupere interrogat? Si

Nom? Lazari cur Euangelium exprimit, & expliciõis tacet. transit diues interrogatur: sed pauper nec respicitur. Quare ergo Christus in Euangelio non nominat diuitem, sed mendici describit vocabulum, nisi quia illum nouit ex nomine, cuius vitam nouit ex approbatione? Propterea dicet reprobis in iu-

Matth. 25 Lucæ 13 dicio: Discedite a me operarii iniquitatis, quia non noui vos. Quid est, nõ noui vos? Id est, non accepto vos, non approbo vos, non volo vos: quia in vita nullam notitiam vel familiaritatem cõtraxistis mecum, non fuistis me alloquuti, sed pactum fecistis cum mundo, & consilium cum diabolo. Ex his iam dictis intelligitis illã causam, quare sancti multa patiantur & premantur in hac vita: Primo, scilicet ratione culpæ delendæ, & suæ purgationis. Secundo, ratione suæ coronationis, & gloriosæ remunerationis, siue maioris gloriæ promerendæ: quia sicut prius dixi secundum Apostolum, Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et ideo quos Deus altius vult coronare in cœlo, illos solet hic diutius & acrius limare & præmere in tribulationibus: sicut metallum, quanto magis & diutius atteritur & limatur, tãto amplius splendescit. Quum autem nemo (sicut dicit Augustinus) possit coronari, nisi qui vicerit, & nemo queat vincere, nisi qui certauerit, nec certare valeat, nisi qs habuerit tentationes & tribulationes, ergo hinc consequens fit, quod nemo coronabitur, nisi qui habeat tentationes & tribulationes. Certamen vero nostrum, quo pugnamus, est patientia, qua vincamus nosmetipsos. Vnde dicit Hieronymus: Non nisi per patientiam impletur quod dicitur: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: quia secundum Gregorium, ad sublime præmium non peruenitur, nisi per magnos labores. Et sanctus Hieronymus, impossibile est, inquit, vt quis præsentibus fruatur bonis & futuris, vt transeat à delitiis ad delitias. Et diuus Gregorius ait: Non potestis hic gaudere cum seculo, & postea regnare cum Christo. Et diuus Paulus ait: Si compatimur, & conregnabimus. Latro qui Christo socius fuit in passione, fuit & ipsi eodem die socius indiuiduus in paradisi consolatione. Dominus Iesus non habet duos cœlos, scilicet hic & in futuro: alias iniuriam fecisset sanctis martyribus, cæterisque sanctis omnibus, qui dilexerunt eum, ipsique placuerunt: qui omnes, sancta Iudith attestante, per multas tribulationes transierunt fideles.

M Oportet nos semper considerare, quod hæc via despectionis & tribulationis est via & porta ad regnum cœlorum, per quam ipse Christus dominus ingressus est, & omnes qui volunt eum sequi, oportet eadem via ingredi. Quid quæso scriptum

Electos De affligi ob causas diuersas. 2. Timot. 2 Augustin. Coronari nemo in cœlis, nisi fuerit tribulatus in terris. Hieron. Matth. 11 Gregori. Hieron. Gregori. Rom. 8 Luc. 23 Iudith 8 Tribulationum via porta signum cœlorum.

Lucæ 24 ptum est de Christo, qui fuit sine peccato: Oportebat Christum pati, &cæt. Licet Christus etiamsi non esset passus, nihilominus intrasset in gloriam suam: tamen decebat vt non potestate, sed merito acciperet sui corporis glorificationem, in hoc quod faceret gratissimum & acceptissimũ opus Deo, moriendo pro salute omnium. Bernardus. Super ista verba dicit sanctus Bernardus: Si oportuit Christum pati, & ita intrare in regnum suum, quomodo nos miseri intrabimus in regnum non nostrum, nisi prius patiamur? Gregorius. Et sanctus Gregorius, Si ipse hinc sine flagello (inquit) nõ exit, qui sine peccato venit, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? Idem. Sed inter hęc considerandum est, quod ipse Gregorius dicit: Quid illic sunt passuri quos Deus reprobat, si hic sic cruciat quos amat? aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi sunt, si sic eorum vita prémitur, qui ipso iudice teste, laudantur? Afflictio num multiplex vtilitas. Tertio, sancti tribulantur in hac vita ratione suæ vtilitatis. Sunt autem multæ vtilitates tribulationum. Tribulatio cor obstinatũ emolliat. Prima, quia mollit cor obstinatum in malo. Sũt enim multi homines viuẽtes in peccatis, & quia viuunt in delitijs, prosperitatibus & commodis corporis secundum propriam voluntatẽ, ideo sic obdurantur in peccatis, vt non possint ea abijcere: & quandiu nihil sentiunt aduersi, putant se impune semper acturos omnia, & nihil cogitant de futura retributione. Prosperitates tẽpo rales cur Deus aliquib' subtrahat. Sed tamen dominus etiam inexhaustum misericordiæ suæ fontem permittit interdũ fluere ad tales, subtrahendo eis prosperitates temporales, & sanitates, & honores, & cætera quæ sunt eis occasio peccati: ita vt ad talem deuoluantur statum, quod amplius non libet eis peccare, vel quod non possunt: & tunc faciunt ex necessitate virtutem. Oseę 2. Hinc est quod dominus per Prophetam Osee dicit ad animam peccatricem: Sæpiam viam tuam spinis, id est, impediam propositum tuum malum tribulationibus, vt non possis perficere voluntatem tuam. Gregorius. Et sanctus Gregorius dicit: Mala quæ nos hic præmunt, ad Deũ ire compellunt. 4. Par. 33 4. Reg. 21 Exemplum habetis in Manasse rege Iudæ, qui super omnes reges, qui ante eum fuerunt in Hierusalem, peccauit in idololatria, & effusione sanguinis, & omni iniquitate: & quam diu fuit in prosperitate sua non agnouit peccatum suum, nec emollitus est ad timorem Dei: sed postquam captus à rege Assyriorum, ductus fuit in Babylonem, & vinctus in carcere, tunc demum illa tribulatio emolliuit cor ipsius, quod recognouit peccata sua, & clamauit ad dominum: & confitendo peccata sua, & orando pro liberatione, & humiliando se, exaudiuit eum dominus & liberauit eum. 2. Par. 33 Postea emendauit vitam suam, & cessauit à peccatis. 2. Par. 36 Simile exemplum habetis in parabola de filio prodigo, qui patrimonium suum accepit, & profectus in longinquam regionem, quam diu fuit in prosperitate, tam diu mansit in iniquitate: sed postea quando nihil amplius habuit, redijt ad se, emollitus per inopiam siue penuriam, ac recognouit se, dicens: Lucæ 15 Reuertar ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum amplius dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Ibidem. Illuminatur ergo homo per tribulationem, quod venit ad cognitionem sui, & se peccasse erubescit. N Sũt enim multi agentes in prosperitate, non cognoscẽtes peccata sua, quia obcæcatum habent intellectum per peccatum, quod non intelligunt se peccare, hoc est, non aduertunt vel non curant: tamen quando eueniunt eis aduersa, tunc recognoscunt sibi hæc propter peccata sua euenire. Pctã sua cur qdam agnoscere nolint. Exemplum habetis in superbissimo rege Antiocho, qui Iudæos voluit omnes delere, & eorum legem, & templum, & ciuitatem in cumulum lapidum redigere: 1. Mac. 1. 6 sed punitus à Deo in infirmitate maxima, sua recognouit peccata, & glorificauit Deum, & promisit se Iudæum futurum, & multa bona facturum, si superuixisset. 2. Mach. 9 Nonne recolitis historiam in Genesi, quomodo filij Iacob vendiderunt fratrem suum Ioseph in Aegyptum ex inuidia, & dixerunt patri, quod fera deuorasset eum: Gene. 37 qui tamen diuina prouidentia factus fuit princeps totius Aegypti, secundus à Pharaone, sicuti ad longum tradit historia. Gene. 40 Gene. 41 Orta tãdem fame super terram, venerũt fratres ipsius Ioseph in Aegyptum ad emenda alimenta, & non cognouerunt eum: Gene. 42 sed ipse probe cognouit illos. Breuiter Ioseph volens eis in memoriam reducere peccatum, quod in ipsum admiserant, dixit eos exploratores esse, & tenuit vnum captiuum ex eis: Gene. 43 & postea quãdo iterũ redierũt, iussit in saccis eo- Gene. 44

rum abscondi ciphum, & furti eos accusauit. Hoc vero totum fecit non vt vindicaret se de fratribus suis, sed ex volūtate Dei & zelo iustitiæ, vt peccatum eorum puniretur. Cumq; hac essent angustia constricti, collegerunt sese, & peccatum suum vexatione erudti agnoscentes, dixerunt inter se: Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum Ioseph, videntes angustiam animæ eius cum deprecaretur nos, & non audiuimus: ideo veniunt nobis hæc mala. Ecce tantū tempus effluxerat, quod hoc peccatum fecerant, nec leguntur pœnituisse, vel cum dolore cōmemorasse, aut retractasse, sed quando fuere afflicti, recordati sunt iustum esse Deum, & quod eos affligeret, eo q̄d afflixissent fratrem suum, & didicerunt ex ipsa angustia, quomodo male vexassent Ioseph.

Iosephcur afflixerit fratres suos in Aegypto.

Gene. 42

Secundo, per tribulationem præseruatur homo à vitijs: quia quotidie experientia discimus, vt sanctus quisq;, si non habeat flagellum custodiēs ipsum, prolabatur facile ad vitia. Et hæc maxima causa est, qua re sancti ita dilexerūt esse in infirmitatibus & tribulationibus, quia cognouerunt per huiusmodi se custodiri & refrenari à peccatis. Exemplū habetis in vita sancti Thomæ, & de sancta Catherina Senensi, quę vsqueadeo sitiuit cruces & afflictiōes, vt sine illis nollet viuere.

Per tribulationem hoiem seruari à vitijs.

Sancti cur in aduersitatib[us] gaudere soleant.

O

Tertio, quia per tribulationem sæpe liberatur homo à tentationibus carnis: quia per illam refrenatur concupiscentia, sicut supra exemplum habuistis de filio prodigo, quod consumpta substantia, quando cœpit famē pati & paupertatem, ab eo discessit desiderium luxuriæ. Et in vitis patrum habetis exemplum, quomodo quidam tentatus spiritu fornicationis, nulla ratione potuit liberari: tādem Abbas illius præcepit monachis fratribus suis vt vexarēt eum, & molestias & iniurias facerent ei, & nihilominus accusarent, quod ipse alijs talia fecisset. Tandem interrogatus, vt haberet erga tentationem fornicationis, respondit: Mihi viuere non licet, hoc est, alius me hic vexat, alius illic; & fornicari libeat? Quarto, quia per tribulationem mens dispersa per exteriora, cogitur redire ad se. Deus enim ita se gerit perinde vt mater, quæ abstrahit filium à lacte: quia quando nō inuenit homo, quod ipsum delectet foris cogitur redire & quęrere pacem intra se cum Deo: quia si tribulationes nō essent, homines in delitijs cōstituti, obliuiscerentur Dei. Quapropter dicit Gregorius: Electis suis Deus iter asperum facit, ne dum delectentur in via, obliuiscantur eorum, quæ sunt in patria. Exemplum habetis de Salomone, qui in delitijs semper vixit: & quum esset sapientissimus, ad tantam stultitiam deuolutus est, vt idola coleret, victus amore mulierum. Causam huius assignat sanctus Gregorius, dicens: Cor Salomonis idcirco funditus sapientia deseruit, quando ipsum nulla disciplina exterius custodiuit. Et contra sanctus Paulus de seipso dicit: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hinc est quod sancti in tantum diligunt affligi, quandoquidem reipsa experiuntur, sicut prosperitas est ruinæ occasio, ita per afflictiones hominem incitari ad consulēdum saluti suæ, & virtutes excolendas, Deumque timendum.

Tribulationem à carnis tentationibus liberari.

Tribulatione mentem cuiusque reuocari ad Deum.

Gregori.

3. Reg. 11

Gregori. Salomon cur penitus sit ca deiectus idolatriam

2. Corin.

Quinto, facit hominem seipsum cognoscere. Multi enim sunt, qui tempore pacis putāt se valde perfectos & patientes esse, & proponunt ardua: sed veniens leuis aura aduersitatis dissipat totum quod proposuerunt, atque ita apparet, vix vnum verbum tolerare posse, quibus videbatur quod vellent & possent pro Christo mori. Similitudinem habetis in milite vel pugnatore, qui non potest scire vires suas & robur, quandiu non pugnat. Sic electi discunt sæpe & experiuntur infirmitatem spiritus, & paupertatem in tentationibus, quod videlicet sunt vsqueadeo pauperes, vt nō possint vnā vincere cogitationem, sicque fiunt humiles. Et ideo dicitur in Ecclesiastico: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.

Tribulatione quisque venire ad sui agnitionem.

Eccle. 27

P

Sexto, facit hominem de se diffidere, & spem ponere in Deo, & quęrere auxilium ab illo. Vnde dicit David de seipso in Psalmo: Ad dominū cum tribularer clamaui. Exemplum habetis in libro II. Paralipomenon de Iosaphat rege Iuda, qui quum viderat magnam multitudinem inimicorum venire contra se, à qua se non poterat humano subsidio defendere, clamauit ad dominum, & dixit: Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum

Tribulatione quisque de suis diffidere viribus

Psalm. 119

2. Para. 20

lum residui habemus, vt oculos nostros ad te dirigamus. Septimo, adducit diui nam consolationem, sicut in Psalmo Dauid dicit: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et dominus dixit ad discipulos suos: In mũdo pressuram habebitis: mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et sanctus Augustinus ait: Vbi nulla est tentatio, ibi nulla est deuotio. Sed putatis aliquem esse qui nullam habeat tentationem, quum scriptum sit: Tentatio est vita hominis super terram? Haud dubio nemo est sine tentatione. Sed ille dicitur esse sine tentatione, qui tentationem suam non agnoscit. Et hæc est tentatio periculosissima, & perniciosissima, quando scilicet homo non cognoscit se tentari: quia tunc etiam non resistit, sed cadit de vno malo in aliud, & obcæcatus est adeo, vt nesciat quo tendat, aut quid faciat. Et in hanc tentationem digni sunt, vel permittuntur incidere, qui à paruis peccatis non volunt, nec proponunt abstinere, quum facile possint: quia cogitant, quod parua sint: ideo dominus permittit eos sic obcæcari, vt cadant tandem in magna, nec sentiant. Tales similes sunt illi, qui dominum suum non vult quidem occidere, tamen vult ei dare multas alapas, persuasum habens, quod propter has non morietur dominus. Octauo, auget magnum gloriam tribulatio in futuro: quia, sicut prædixi, vt nullum malum manet impunitum, ita nullum bonum irremuneratum. Sed dicit aliquis: Ego multa peccata feci, & tanta, quod nec pro vno sufficio satis & dolere: quomodo ergo possum mereri præmium? quia quicquid facio non sufficit ad soluendum debitum. Debetur ergo adhuc mihi etiam præmium? Respondendum: Verum est, quod omnia opera nostra non sufficiant secundum se, vel ad delendum debitum, vel promerendum præmium: sed tamẽ virtute passionis Christi, quæ est infinita possumus aliqua mereri & delere, quia sumus membra Christi, quam diu sumus ei vniti per charitatem: & ideo meritum eius est meritum meum. Sed ad quęstionem, quod omnia nostra transeant ad solutionem debiti, & per consequens nihil ad acquisitionem glorię, dicendum, tantam esse Dei bonitatem, vt pro vnoquoq; opere bono facto in charitate reddat duplex præmium. Vnum est essentiale vel substantiale, & est gaudium, quod consistit in visione iucunda & fruitione Dei, in quo est perfecta beatitudo, & secundum illud attenditur magis charitas & bona voluntas, ex qua factum est opus: sicut qui facit ex maiori charitate, habet tale maius præmium, quam qui facit idem opus ex minori. Vnde intelligitur, quod non respiciat quantum, sed ex quanto. Aliud est gaudium accidentale, de aliquo bono creato, vel de remissione debiti, id est, pœnæ, vel collatione donorum Dei. Et in hoc non solum attenditur charitas: ex qua, sed etiam operatio, scilicet quanta, & quam pœnosa: & secũdum hoc percipit homo etiam prẹmium, id est, absolutionem à grauiori pœna, licet etiam charitas in hoc attendatur. Si tamẽ nõ haberet peccata, datur ei aliquid aliud, id est, deuotio, gaudium in conscientia, vel tale meritum conuertitur ad thesaurum Ecclesiæ, vbi sunt merita sanctorum & Christi, quæ supererogarunt quam necesse fuit: & inde datur illis, qui propria non habent merita: sicut patet in indulgentijs, quas facit Papa. Et ideo patet, quod in vno, eodemque opere & peccati pœna aliqua dimittitur, & aliquid premij in futuro meretur. Vnde potest recte dici, quod is, qui habuit multa peccata viuens in pœnitentia facit multa opera bona, venit ad maiorem gloriam, quam aliquis iustus, qui pauca fecit peccata, & etiam pauca bona opera fecit: quia, sicut iam audistis, per bona opera simul delentur peccata & datur aliqua gloria. Et ideo dictum est etiam in Euangelio: Maius esse gaudium angelis Dei super vno peccatore, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigẽt pœnitentia. Quod est intelligendum de peccatore, qui feruenter pœnitet & operatur bona, & de iusto, qui contentus iustitia sua, nõ feruenter operatur bona. Nam, sicut dicit Gregorius: Sunt etiam aliqui iusti, qui deflent parua peccata, & faciunt pœnitentiam, sicut magni peccatores: & de illis non intelligitur dictum Euangelij, nec illis comparandi sunt peccatores: quia etiam iusti licet non sic peccauerint, æque tamen pœnitent. Quicquid tamen patimur vel operamur, multum iuuat intentio, vt scilicet ex charitate omnia procedant. Debemus

Tribulatione hoies acquirere consolationes. Psalm. 93. Ioan. 16. Augustin. Iob 7. Sine tentatione quis nam esse dicatur. Tentatio periculosissima omniũ quę sit. Tribulatione acquirere quęq; gloriã magnam in cœlo. Iob 14. Opera nostra q̃ pa[ssioni]s Christi fiant meritoria p̃mij & gloriæ. Pro opere bono dari duplex p̃mium. Essentiale gaudium quod. Gaudium accidẽtale quod sit. Meritum vnius applicari alteri. Lucæ 15. Gregori[us]

Intentio qualis in quis opere habenda.

bemus ergo, si volumus multum placere Deo, in omni opere talem habere intentionem, vt scilicet non faciamus ad euadendam pœnam, sicut faciunt serui, qui timēt dominum, nec solum ad merendum præmium, sicut mercenarij qui pro mercede laborant, sed solum ad placendum Deo: qa scilicet si vult, facimus, si non vult, non facimus. Et hoc est filiorum verorum, vt scilicet, quod si etiam non esset damnatio & pœna, nec retributio, nihilominus ad placendum Deo facerent bene. Quod nobis concedat dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

IN FESTO CONVERSIONIS BEATI PAVli Apostoli, lectio loco epistolæ, Actuum apostolorum capite nono.

XVI. SAulus aūt adhuc spirans minarū, & cædis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si

Galat. 1

quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem. Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicētem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi qđ te oporteat facere. Viri aūt illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem vidētes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerūt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum in visu dominus, Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum, Surge & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudę Saulum nomine, Tharsensem, ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus vt visum recipiat) Respōdit autem Ananias: Domine, audiui a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem a principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit, Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius

1. Cor. 15
2. Cor. 12

tanquam

tanquam squamæ, & visu m recepit, & surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus * in synagogas, prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud, & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. al. in synagogis.

PARAPHRASIS IN EANDEM lectionem epistolæ.

A QVAM ineffabilis sit misericordia Dei erga mortalium genus si vsquam alibi, in hac præcipue lectione plane aduerti potest. O quam bene, quam vere, quam perite dixit Propheta: Iudicia tua abyssus multa. Et hic idem Apostolus, de quo iam lectio recitata est, O altitudo diuitiarum, inquit, sapientiæ & scientæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis vnquã credidisset hominem vsq; adeo seruorum, imo & membrorum Christi sanguinem sitientem, atque illius crudeliter fundendi causa exteras quoque regiones eum autoritate petentem, tam subito, tam præter solitum, tam excellenter ad tantam gratiam peruẽturum fuisse? O vere bonus es tu domine, & natura tua non nisi mœrissima & benignissima bonitas est. Ideo benefacis & gratificaris etiam indignis, præuenis immeritos, reuocas auersos, blandiris odientibus te, & hostes tuos summa beneuolentia, & omni pietate prosequeris. Venite omnes, qui amantissimo patre vestro Deo Optimo Maximo relicto, vitijs totos vos deditis, & iam spem omnem resurgendi pene abiecistis. Aspicite insigne diuinæ miserationis exemplum, auribus cordis & corporis haurite historiam vere iucundam & salutarem quæ vobis licet desperatis animum possit addere vt respiretis, ac resipiscatis, itemque modum ostendere, vti resurgere debeatis. Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini. Toto pectore inexpiabile conceperat odium. Saulus in discipulos domini, ideoque non nisi iram & minas spirabat. Et licet necdum grandi admodum ætate esset, tamen iam tum maximo feruebat zelo paternæ legis etiam supra multos coætaneos suos, vt ipse de se Galatis scribit: Quo incitatus zelo non contentus erat Hierosolymis intolerabilem exercuisse inhumanitatem ac crudelitatem in fideles, sed etiam procul ad extera loca ire instituebat, vt scilicet Christianum dogma penitus deleret. Interim ardebat & furebat, & velut indignatione ebrius, nihil nisi Christianorum internecionem meditabatur. Et vt maiori esset suffultus autoritate, accessit ad principem sacerdotum, non quidem vocatus, sed ipse vltro se ingerens. Ergo sane ipse erat de illorum numero, de quibus dominus Iesus prædixerat: Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et de quibus ipse Paulus ait: Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Quam bene, quam recte se moueri putabat, nec tamen propterea non erat impius, & blasphemus, & persequutor vltra modum, quibus nominibus ipse se appellat. Nemo igitur nimium sibi præfidat, quantumuis bono zelo duci se putet. Multis modis humanum iudicium falli potest: atque ideo nihil tutius, quam non altum sapere, sed timere. Petijt autem Saulus Epistolas à Pontifice in Damascum B

Marginalia: Psalm. 35; Roma. 11; Galat. 1; Ioan. 16; Rom. 10; 1. Tim. 1; Roman. 11; Roma. 12

ad synagogas, vt si quos inueniret huius
viæ viros ac mulieres, id est, si quos de-
prehendisset credere in Christum, vin-
ctos perduceret in Hierusalem, vbi in eos
seuerius animaduerteretur. Et hæc qui-
dem mens atque voluntas Sauli erat: iam-
que ibat & fremedat, & tanquam culex
vnus aduersus elephantem sese armabat.
Sed quid nititur humana temeritas, & mi-
serandæ potius, quam formidandę carnis
infirmitas, aduersus maiestatē, veri & sum
mi Dei? Et quum iter faceret, lætus & se-
curus, contigit vt appropinquaret Damas
co. Eo vsque sustinuit eum patientia Dei.
Sed prope est vt superbia tumentis animi
diuina virtute præmatur. Et subito circun
fulsit eum lux de cœlo, quam viderunt co
mites itineris illius, vt alibi dicitur ab ipso
Actor. 22 Paulo, & cadens in terram, vel vi cœlesti
prostratus, vel ipse vltro se humi abijciēs,
audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Sau-
le, quid me persequeris? Vere deprehen-
sus es Saule. Adhuc ne tumet contra De-
Bernard[9]. um spiritus tuus? Quid iam facturus aut
dicturus es? O homo tu quis es qui re-
Iob 15 sistas Deo? Saule, Saule, quid me perse-
queris? Vide erga electos charitatem Dei.
Nihil in sua persona patiebatur Christus,
Christus vti in suis membris patiatur. & tamen dicit se à Saulo persequutionem
pati. Vsqueadeo sibi fieri iudicabat, quod
membris eius infligebatur. Et quid mi-
rum si tantopere diligebat eos, quorum
in se naturam receperat, & pro quibus re-
dimendis sanguinem fuderat? Quod vti-
nam attenderent fabricatores hæresum,
aut qui alios suis, vel verbis, vel scriptis,
vel pernitiosis exemplis trahunt in vitia.
Hæretici quinam Christum persequantur. Tales enim reuera Christum dirissime per
sequuntur, & quamuis noceant illis quos
peruertunt, sibijpsis tamen nocet grauis-
sime. Nam quot per eos seducti fuerint,
tot ipsi pœnis & tormentis subiacebunt.
Sed hæc stulti & miseri non curant, quam
diu præsentis licet vitæ prosperitate per-
frui: at vbi ad extrema ventum erit, tum
demum sciēt quid egerint. Et dixit Sau
lus: Quis es domine? Merito dicitur eum
lux circūfulsisse, non intus illustrasse. Non
dum enim cognouit eum, cuius audiebat
vocem. Et dominus: Ego sum, inquit, Ie-
sus Nazarenus, quem tu persequeris. Vere
tremenda vox, si dominus vltionem po-
tius, quam clementiam in Saulum exerce-
re voluisset. At quia sciebat Saulum nō ob
stinata animi malitia, sed ignorantia pec-
care, eum his verbis ad sui cognitionē per
ducere voluit, vt cognito illo quem igno-
rans persequebatur in membris eius, tan-
to deinceps esset ad eum cæteris annunci-
andum feruentior ac studiosior, quāto er
ga se maiorē illius esset expertus benigni-
tatem. Durum est, inquit, tibi cōtra stimu
lum calcitrare. Si quid nocere potest stimu
lo tua quamuis importuna calcitratio, etiā
mihi resistere poteris. Si autem nulla est vir
tus hominis contra Deum agnosce salua
torem tuum, ne si illi pertinaciter resistere
volueris, deterius pereas. Et tremens cor-
pore, ac stupens animo, dixit: Domine, qd Psalm. 76
me vis facere? O mutatio dexteræ excelsi.
Quā facile efficacissima sancti spiritus gra
tia ex pessimis optimos potest efficere. V-
no eodemq; fere momento Saulus & sum
mam animo impietatem meditabatur, &
perfectissime ad Christum conuersus est. Psalm. 118
Domine, inquit, quid me vis facere? Erra- Psalm. 56 & 107
ui sicut ouis quæ perijt, sed iam paratū cor
meum Deus ad agendum quicquid voles,
paratum etiam cor meum ad perferēda o-
mnia. Tantum indica seruo tuo voluntatē
tuam. Nihil recuso, nihil excipio: tantum
dic quid me velis facere. Hæc est perfectæ Cōuersionis vera forma quæ sit.
conuersionis, & integræ obedientiæ for-
ma. Quisquis ita conuertitur, is facile pec-
catorum omnium veniam obtinet. Talis
conuersio his deploratis ac egelidis tem-
poribus rara nimis est. Ait autē do C
minus ad eum: Surge & ingredere ciuita-
tem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat fa-
cere. Cur non per seipsum dominus eum
docuit, quod tamen nullo negocio potu-
isset? Vt saluberrimo exemplo instituere- Christum docere suam voluntatem per homines.
mur, neminem subterfugere debere, q̄ mi
nus ab homine discat ea quæ salutis sunt:
atque etiam vt intelligeremus, non perse-
ipsum tantum, sed & per homines doce-
re nos Christum voluntatem suā: vbi ma-
xime refelluntur hæretici, qui nihil quicq̄
momenti habere volunt, quod non ipsis
canonicæ scripturæ libris expresse conti-
neatur, quę est reuera insignis tum imperi
tia, tum stoliditas, ac impudentia. Viri aūt
qui comitabantur cū eo, stabāt stupefacti,
audientes quidē vocē, non Christi, sed ipsi Actor. 22
us Pauli, queādmodum idem ipse affirmat
Apostolus alibi: Stupebāt enim cui nā dice
ret Paulus: Quis es dn̄e, &: Quid me vis fa
cere? cū tamen neminem viderēt. Surrexit
autem

Gregor.

autem Saulus de terra. Iam prostratus erat impius persecutor, & surrexit optimus prædicator: apertisque oculis nihil videbat. Nimia enim lucis illius claritas aciem oculorum eius penitus destrinxerat. Sed multo felicius Paulus excæcatur vt postea melius videat, quam olim protoparentum nostrorum oculi aperti fuere. Hi enim cum ante bene vidissent, postea male videre ceperunt, interioribus oculis occæcatis: Paulus vero corporeo visu aliquamdiu priuatus oculis cordis optime videre cœpit. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascũ. Ita erāt viribus ex nimio terrore & præsentia Dei destitutus, vt nō posset nisi alieno fultus auxilio ingredi. Erat tribus diebus nō vidēs, & nō mādducans neq; bibēs. O quam felix erat isthæc cæcitas. Non videbat oculis carnis lucem hanc corpoream, quam etiam animantes rationis expertes conspiciũt: sed reuelata facie & simplici mentis oculo Dei gloriam contemplabatur. Creditur enim hoc triduo raptus vsq; in tertiũ cœlũ, & Deum per essentiam vidisse audisseque arcana verba, quæ non licet homini loqui. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias, ex Iudæo fidelis effectus & apud Iudæos celebris opinionis, & vt habetur in Actis apostolorum. Et dixit ad illum in visu dominus: Anania. Nominis appellatio, magnæ familiaritatis indicium est. Et ille ait: Ecce ego domine: iube quicqd visum erit: pręsto sum, vt imperio tuo morem geram. Sic Samuelem puerum docuit senex Heli domino per visionem eũ vocanti, dicere: Loquere domine: quia audit seruus tuus. Et dominus ad illum. Surge, vade in vicum qui vocatur, Rectus, & quęre in domo Iudæ Saulũ nomine Tharsensem, sic dictum à Tharso Ciliciæ, vnde traxerat originē. Ecce enim orat. Iā à Christo intimis præcibus gratiā mēdicat, exemplũ præbens omnibus q se à peccatis ad iustitiam conuertunt, vt diuini auxilij implorent opem, quo possint in bono persistere, quod maxime necessarium est recens conuersis, qui vt plurimum ob peccandi cōsuetudinem & naturā vitijs corruptā facile in pctā recidũt, nisi cœlestis gratiæ adminiculo fulciant. Et vidit, visione imaginaria ex Christi reuelatiōe virũ, Ananiā noīe, intro

[Margin: Gen. 3 — Quo tēpore diuus Paulus raptus fuerit in tertium cœlũ. 2. Cor. 12 — Acto. 22 — 1. Reg. 3 — Acto. 9. 22]

euntē & imponentē sibi manus, vt visum recipiat. Ante enim quam Ananias venisset ad Paulũ, iā illius aduentũ & quicquid acturus esset Paulus pręuidit. Respōdit autem Ananias: Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Ecce quam celebrem fecerat Paulum persecutionis immanitas. Et hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: Vade, quoniā vas electionis mihi est iste. Sic ipse Apostolus ait in magna domo vasa alia apta esse in honorē quæ sunt vasa electionis, alia in contumeliam. Dicitur aũt vas electionis, vt intelligas singularis cuiusdam gratiæ prærogatiua electum Paulum, in quo vt prius delictum, ita postmodum omnis gratia abundauit. Vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Pręclare hoc impleuit Apostolus, ita vt ob gētium multarum cōuersionem. Magister & doctor gentiũ rectissime dicatur. Ego enim ostendā illi quāta oporteat eum pro nomine meo pati. Iam raptus erat in tertium cœlum, & miris perfruitus delicijs paradisi, & hic multa illi pferenda denunciantur. Quod quidem nō est negligenter prætereundum Paucissimi ad magnam pertingunt gratiam absque magnis præcedentibus vexationibus pugnis certaminibus, impugnationibus dæmonum, carnis & mundi. Quibus autem talis præstatur gratia sine huiusmodi præparamentis, illi plerumque postea duros experiuntur labores & dolores, ne ex cōcessa gratia subrigantur animis & superbia intumescant. Hoc de seipso manifestissime Apostolus affirmat, vbi ait. Et ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Porro si qui nec ante, nec post gratiæ præsertim magnę perceptionem molestis tentationibus aut vexationibus fatigantur, illi vel ob hoc merito de se exiliter ac tenuiter sentire & possunt & debent, quod etiamnum nimis infirmi sint, atque eam ob rem non ausit Deus permittere, vt acriter impugnentur, ne penitus deficiant & ruant in profundum vitiorum. Multos enim Deus non finit molestis vexari tentationibus, sed semper dulcedinis suæ lacte

[Margin: D — 2. Tim. 2 — Vas electionis cur dictus fuerit Paulus apostolus — 2. Tim. 1 — 2. Cor. 12 — Ad magnā hoīes prępararī gratiā per magnas aduersitates & vexationes — 2. Cor. 12 — Quosnam De⁹ nō sinit vexari molestis tentationibus]

lacte souet ac nutrit,& gratia sensibili atque internis consolationibus afficit, non quod magna sint sanctitate & perfectione præditi, sed quod bene nouit eos, si aliter ipsis eueniret, haudquaquam in bono diu perseueraturos. Et abijt Ananias, & introiuit in domũ, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas oculis externis, & implearis spiritu sancto, tinctus aquis salutaribus baptismi. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Vbi sic ait Beda venerabilis: Serpentis corpus squamis tegitur. Iudæi serpentes sunt & genimina viperarum, quorum perfidiam Saulus secutus, quasi pelle serpentis oculos cordis texerat: sed cadentibus squamis sub manu Ananiæ, monstratur in facie, quod lumen recepit in mente. Squamas autem istas dicunt quidam fuisse maculas albas & duras instar squamarum, quibus piscium corpora teguntur, quas Saulus ex lucis apparentis nimietate contraxerit. Et surgens baptizatus est, totusque secundum veterem hominem consepultus Christo in baptismo, nouumque indutus hominem in iustitia & sanctitate veritatis. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Iam vehementer corpus illius confectum & exhaustum erat illis visionibus internis, & triduano ieiunio. Itaque cibo sumpto, recreatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo, statim post baptismum ingressus in synagogas prædicabat Iesum, cuius nomen vsque adeo paulo ante persecutus erat, quoniam hic est filius Dei, non adoptiuus, sed consubstantialis & eiusdem cum patre naturæ. Nota hic quã non erubuerit Paulus id quod perperam prius asseruerat nunc publice recantare, malueritque aliquam sustinere verecundiam ob sententiæ mutationem, quam veritatem agnitam vel impugnare, vel non ad omnium notitiam perducere. Quod vtinam imitari voluissent quidam tum superiorum tum nostrorum quoque temporum viri seculari sapientia tumidi, qui perniciosissimis scriptis suis multa in orbem Christianum mala se inuexisse non erant nescij, & tamen admoniti ab alijs pertina-

Beda.
Iudęi cur dicti sint serpentes

Squamæ in oculis Apostoli qd fuerint

Ephe.5

E

citer suos errores tueri quã humiliter corrigere maluerunt: quos tamen mundus ho
die vsq; in cœlum euehit, licet omnibus
vere pijs imo & ipsi Deo Opt. Max. omni
stercore penis sordeant. Stupebant aũt om
nes qui audiebant & dicebant: Nonne hic
est qui expugnabat in Hierusalem eos q
inuocabãt nomẽ istud domini Iesu: Et huc
ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad
principes sacerdotum. Saulus autem mul-
to magis conualescebat, vulgi atq; homi-
num sermonibus & iudicijs contemptis,
vt ei placeret, cuius ineffabilem erat confe
cutus misericordiam: & cõfundebat aper-
tissimis & certissimis scripturę testimonijs
Iudæos q habitabant Damasci, affirmans
quoniam Iesus Nazarenus Hierosolymis
crucifixus est Christus promissus patri-
bus, mundi Saluator, per cuius mortẽ im-
meritam à merita damnatione redimendũ
esset totum genus humanum. Hoc ex-
emplo armati quotquot ex Dei gratia
vitam suam in melius mutare instituunt,
discant hominum ludibria & iudicia
floccipendere, imo quo se senserint ma-
gis retrahi & impugnari ab huius mun-
di sectatoribus, eo conualescant magis, &
perseuerent fortiter vsque in finem ob ho
norem & amorem Saluatoris sui, qui pro
ipsis sanguinem suum fundere & crucis i-
gnominiam perferre dignatus est confusi
one contempta.

Vitam in melius cõuerturis gd agere debeat

Hebr.12

EXEGESIS EVANGELIJ IN EODEM FESTO. MATTHÆI XIX.

F

EVangeliũ huius diei licet verbis breue sit, sed cœlesti consolatione refertũ est, qua possint haud mediocriter exhilarari corda eorum q p̃lentis vitæ bona siue facultates & qcqd, id est, quod homini quo minus Christo perfecte adhæreat, possit esse impedimento, contemnũt & abijciunt, vt Christum expeditius sequantur, qui tantã propter nos rerũ omniũ penuriã amplexus est, vt nõ haberet, vbi caput suũ reclinaret. Et si qs bene ppẽdat videbit huius Euangelij di-

Matt.8
Lucæ9

gelij dictis permotos eos qui primi domino crediderũt, vt omni proprietate relecta, in commune sua omnia distribuerẽt, vel facerent omnibus communia: quod tametsi postea apud populum Christianum abijt in desuetudinem, tamen constanter in hanc vsque diem seruatur in cũctis bene reformatis monasterijs, vtpote in quibus nulli quicquam licet habere proprij, sed bona quæ habent æquabiliter in vsus omnium distribuuntur, quantum cuiusque necessitas, & monasticæ vitæ ratio exigit. Et quia beatissimus Christi Apostolus Paulus ad eorum pertinebat numerum, qui sua omnia reliquerant, & Christum secuti erant, commode satis hac die per Euangelium istud legitur, vbi Petrus ex persona omnium Apostolorum ita dicit ad Christum:

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis?

Quibus id verbis in primum cuiquam mirum videri possit, quod Petrus alioqui reuera pauper se reliquisse omnia tam libere profitetur. Sed vt diximus non in sua duntaxat, sed etiam cæterorum persona Apostolorum hæc protulit. Constat autẽ inter Apostolos quosdam fuisse diuites, vt Matthæum, & Bartholomæum, qui iure dicere poterant se cuncta reliquisse. Sed & Petrus ipse etsi pauca reliquerat, nihil tamen sibi ex omnibus quæ habuerat fecit reliquum, cum rebus possessis omnem simul habendi & acquirendi spem cupiditatemq; deserens, quod est reuera non vulgaris perfectionis, si Christi contemplatione id fiat, non ob mundi hominumque captandam gloriam, aut aliud quiddam à charitate alienum, quibus Philosophi permoti videntur, qui opes suas penitus abiecerunt. A quibus vt Apostolorum cæterorumque Christifidelium erga contemnendas opes & alia quæ mundi sunt studium discerneretur, adiecit D. Petrus, & ait: Et secuti sumus te: id est, non solum tui amore nos rebus cunctis nudauimus, sed etiã vestigia virtutesq; tuas atq; præcepta sectati sumus. Id Philosophorum gentilium nemo vnquam præstitit. Circa hunc locũ Diuus Hieronymus ita ait. Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter. Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, iũgit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Hæc ille. Nemo putet hunc mundi & rerum omnium contemptum in Apostolis paruipendendum esse. Vocati à Christo, etiam cum nullum adhuc vidissent miraculum, nullam futuræ beatitudinis pollicitationem accepissent, libenter non solum facultates & bona temporaria, sed etiam cognatos omnes reliquerunt. Nos qui tot prouocati exẽplis, tot firmati pollicitationibus, tot comminationibus deterriti sumus, neque sic adhuc nisi ægerrime ab rerum præsentium amore auellimur, & non solum eo adduci non possumus, vt ꝓpter Christum & futuram beatitudinem vilia & caduca huius vitæ commoda despiciamus sed vix paucissimis e nobis persuaderi potest vlla ratione, vt saltem nihil inique, nihil præter fas & iustitiam acquiramus, rebus concessis non nimium nec nimis impie abutamur. Felix sane fuit illa primitiuæ Ecclesiæ conditio, quando facultates omnium in commune conferebantur, & paucorum administratione ac procuratione singulis necessaria præbebantur, cæteris interim liberius cœlestium contemplationi, orationi, alijsq; pijs studijs noctes atque dies vacantibus. Sed qa hodie eo adhortari passim omnes non expedit (non enim ea hominum perfectio est, id vt sustinere queant) maximopere tamen admonendi sunt Christiani omnes vt bonis à Deo concessis non ad iactantiam, non ad voluptatem, sed tantum ad necessitatem vtantur. Etsi ante aduentum Christi etiam quidam sancti patres diuitijs abundasse leguntur, tamen postquam per Christum iam nobis cœlestis patriæ inæstimabiles diuitię promissę sunt, & cœlum iam patefactum omnino stultissimũ est temporarijs auare conquirendis diuitijs nauare operam. Qui enim ijs inhiant, vix fidem adhibere videntur pollicitationibus Christi. Si enim credunt non habere nos hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirere, cur opes tanto studio corradunt? cur non potius necessarijs rebus contenti sunt? Sed volunt scilicet prouidere prolibus suis. O si illis bene prouidere volũt, contemnendarum potius q̃ accumulanda

Marginalia: Act. 4 — Matt. 9 — Matt. 4 — Philosophus reliquisse diuitias q̃ intelligendum — Hieron. — G — Acto. 4 — Diuitijs q̃nam vtẽdum sit — Heb. 13 — Prolibus de quibus prouidendum sit

lādarum opus eis exemplum relinquant. Audiant Christum dicentē. Nolite soliciti esse in crastinum. Multi proles suas diuites facere voluerunt, sed interim & seipsos & proles suas traxerūt in tartara, vbi summa rerum omnium penuria est. Verissime namque dicit Apostolus. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Vnde etiam idem statim præmiserat. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Quod si omnino volunt & sibi & prolibus suis bene consulere, sequantur eiusdem Apostoli consilium ita scribentis Timothæo: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abūde ad fruēdum. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et tamen etiam cū diuitijs suis bene vsi fuerint, sciant beatiores eos esse, qui cum Apostolis dicere possunt Christo: Ecce nos propter te reliquimus omnia. Nisi enim id se haberet, frustra dominus Iesus diuiti illi adolescenti præcepta domini etiam inter diuitias obseruanti dixisset, vt si quidem perfectus esse vellet, iret & venderet omnia sua, & daret pauperibus, & sic pauperem Christum ipse quoque pauper sequeretur. Et ne quis putet nihil obesse diuitias, attēdat hūc ipsum adolescentē hac dñi ad hortatione vsq; adeo animū deiectū esse, vt abiret tristis: siquidē multas habebat possessiones, quæ eius animam tanto sibi amore deuinxerant, vt Christi, id est, ipsius filij Dei sectatorem & comitem, quo illi nihil poterat contingere fœlicius se præstare non posset. Itaque non ignorans filius Dei ægre diuitias sine multis vitijs possideri, vitam egit pauperrimam, non vt sibi, sed nobis suo exemplo consuleret: & quos in suam asciuit disciplinam itidem pauperes esse, nihilque proprij habere voluit: atque interim etiam terribilibus quibusdam sententijs contra diuites vsus est, vt est illa, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorū. Et: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum, Item illa. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Cuius simile quiddam legitur in Amos propheta: Vę vobis qui opulenti estis in Sion. Et quia Apostoli spretis facultatibus Christi paupertatem imitabantur, recte dicit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te pauperem pauperes, nudi nudum: quanquam non de sola paupertate, sed etiam cæteris virtutibus Christi quas Apostoli in se exprimere nitebantur, hæc verba accipienda sunt. Quid ergo erit nobis? id est, quid propterea gratiæ ac beneficij præstabis nobis? Hæc præcontatio nonnihil imperfectionis præ se ferre videtur. Et reuera Apostolos ante domini mortem & aliquamdiu postea non omnino perfectos fuisse certum est. Non debebat Petrus exigere præmium, nam id mercenariorum est: sed amore liberali seruire Christo. Multos hodie mercenarios inuenire est etiam inter illos, qui alioqui pie & honeste viuere videntur: quorum tamen admodum obliquus & impurus est amor: quandoquidem in omnibus quæ recte faciunt fere semper ad seipsos reflectuntur, & quandiu gratia sensibilis aut consolationes arrident, libenter seruiunt Christo: Ast vbi gratia nonnihil se abscondit, & ipsi quibusdam aduersis casibus aut tentationibus & molestijs diuexantur, facile Christo nuncium remittunt. Non enim amant neq; spectant pure Christum, sed seipsos: tametsi id ipsum nō putent. Vitium istud communissimum est, & paucos inuenies, qui puro amore semper ferantur in dilectum Deum. Et licet plerique sentiant multum se affici erga Deum, at tamen fieri potest vt amor ille non nisi naturalis sit, non autem gratuitus, atque ideo nec meritorius quidem.

Matt.6 — 1.Tim.6 — 1.Tim.6 — Matt.16 — Matt.19 — Lucæ 18 — Paupertatē cur adeo Christus delegerat aliisq; cō suluerit — Matth.19 — Lucæ 18 — Marc.10 — Lucæ 6 — Amos 6 — Apostolis ante spiritus sancti aduentū nonnihil imperfectionis inhæsisse — Mercenarios seruos Christi quantus hodie sit numerus

Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel.

Hæc

H

Hæc verba quibus dominus ait, vos qui secuti estis me in regeneratione &cæt. ancipitem habent significationem, propter variam distinctionem. Diuus Hilarius ita distinguit. Vos qui sequuti estis me in regeneratione: & exponit, id est, in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione. Sed Diuus Hieronymus hæc verba, In regeneratione, nectit consequentibus, cui astipulatur etiam D. Augustinus libro de ciuitate Dei, & Diuus Chrysostomus, & Gregorius, & alij quidam. Isthęc enim sententia rectior est. Absit enim vt qui baptisma & fidem Christi consecuti sunt, oẽs cum eo iudicaturi credantur. Nam innumeri licet baptizati fuerint & crediderint, tamen quia fidem bonis operibus non sunt persequuti, neque seruauerunt ea quę Christo in baptismo polliciti fuere, iam apud inferos dire puniuntur. Sed neque indifferenter cunctis credentibus, etiam illis qui recte vixerint dictũ putandum est, quod eam cuius Christus hic meminit, iudiciariam potestatem sint habituri in extremo iudicij die: quando quidem ea solis perfectis & apostolicis viris promittitur, q etiam multorum electorum iustitiam trãscenderint: quos hic dominus sub Apostolorum duodenario tanquam perfecto numero vult intelligi: quemadmodum etiam vbi consequenter duodecim tribus Israel commemorat, non Iudæos tantum, sed etiam vniuersitatem humani generis designat. Vides hic quantam gloriam sibi parant, qui Christum perfectæ sequuntur. Recte nimirum ait Sapiens quidam: Gloria magna est sequi dominum. Tales enim non solum impios omnes, sed etiam electos multos iudicabunt: atque insuper incomparabili in cœlis gloria & beatitudine supra multos alios perfruentur. Sed nemo sese decipiat, vt tum se putet sequutum esse Saluatorem, cum eum credit morte sua nostra peccata expiasse. Hęc enim perfectę iustitiæ non nisi particula quædam est, quæ si sola sufficeret, frustra Saluator noster tot nobis virtutes alias in se imitandas proposuisset frustra charitatem, frustra humilitatem, frustra mansuetudinem, patientiam, iustitiam, misericordiam, aliasque innumeras virtutes tãtopere nobis commendasset: frustra deniq; dixisset Apostolis iã iamq; in cœlum ascensurus. Eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos in noĩe Patris, & Filij, & spiritus sc̃ti: docentes eos nõ credere duntaxat, sed etiã seruare oĩa quæcunq; mandaui vobis. Quod vtinam diligenter perpenderent Euangelici nostrorũ temporum, qui primo quidẽ & maxime seipsos, deinde etiam miseram plebeculã misere euertunt, solam fidẽ eis vsq; ad nauseã ingerentes, cæteris virtutibus tanq̃ superfluis aut neglectis, aut reiectis. O stulti & miseri quem fallitis? Num semper victuri estis? An non breui velitis nolitis rapiendi estis ad tribunal æquissimi iudicis, qui vnicuiq; reddet secundum opera illius? Stulti cur non vel flammæ tartareę vos perterrẽt vt tandem desinatis euertere ac perdere animas tum vestras, tum aliorũ, quas Christus Iesus redemit sanguine suo? Sed his omissis, exponamus verba Saluatoris, quę iã cõmemorauimus. Ait ergo: Amẽ dico vobis, q̃d vos q secuti estis me, q virtutum mearũ pfectionem imitati estis, nõ cõtenti languere circa cõmunia, & quæ ad salutẽ necessaria sunt, nec solum p̃cepta, sed etiã cõsilia mea executi estis, in regeneratione, id est, vbi mortalia hæc corpora e terrę puluere excitata immortalitate donabunt atque in meliorem cõditionẽ transferent, cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, quod erit in extremo die, quando vnicuilibet restituet pro meritis singulorum, sedebitis & vos super sedes duodecim, id est, locis præcipuis, iudicantes duodecim tribus Israel, imo etiam iudicandos omnes. Hic enim vterq; numerus duodenarius, sicut iã dictũ est, non ad apostolos, neq; ad Iudæos tantum, sed ad perfectos & iudicãdos oẽs referri debet: quãquã potest & de Apostolis intelligi & Iudæis, vt propterea Iudæos Apostoli iudicaturi sint, quod ipsis credentibus, Iudæi perplures credere noluerint. Sed quia multos illic iudicaturos ex scripturis colligitur, dicamus ex sententia Theologorum, quomodo singuli iudicaturi sunt. Iudicabit primum tota Trinitas vnus Deus per autoritatem: iudicabit Christus quatenus homo per executionem. Vnde dicitur: Pater nõ iudicabit quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Iudicabunt Apostoli & viri perfecti per assessoriam dignitatem: cæteri electi per approbationem: nimis mali per cõparationem, quemadmodum regina Saba, Niniuitæ, Sodomitæ Iudæos in sua malitia obstinatos iudicaturi dicuntur.

[Margin notes: Hilarius. — Hierony. — Augustin. — Chrysost. Gregor. — Gloria quanta sit sequi dñm. Eccl. 23 — Matth. 28 — Lutherani euangelici qualiter alios doceant — Psal. 61 Apoc. 22 — Iudicium extremũ p q̃s nam futurum. Ioan. 5 — Matth. 12 Marc. 10 Lucæ 11]

Et

Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.

I Quid hic dicturi sunt nostrorũ tẽporum Epicurei hæretici, qui non putant recte factis à Deo mercedem restitui, neque ijs vitam nos æternã mereri posse? Nõne hic manifeste promittit Deus sua relinquentibus centuplum & vitam æternam? Sed nimirum Lutherus eiusq; apostoli & euangelistæ quãdoquidem vulgi animos sibi conciliare volebant, quicquid carni & veteri homini molestum est non solum nõ consulere, sed etiam tanquam superuacaneum, imo & superstitiosum ac impium dãnare debuere, vt tanto facilius in omnium gratiã sese insinuarent. Neq; sane hic eorũ conatus eis, vt ipsi volunt infœliciter cecidit. Nam tanto plures sibi adiunxere, quãto magis fauere carnis desiderijs, magisq; ijs repugnantia rejicere visi sunt. Sed vos dilectissimi aliter instituti estis. Nostis enĩ omnes veteris & noui testamenti paginas bona opera commendare, ijsque præmia polliceri: nec mouere vos debet si homines voluptatum amatores magis quam Dei quicquid virtutis est damnent, quæ autem vitia fouent, laudibus vehant. Ex abundantia enim cordis os loquit, & quæ cuique cordi sunt aut displicent ea libenter aut laudare, aut vituperare solet. Interim habeant ipsi quicquid carni libet, quicquid sensibus plausibile est: veniet, veniet ille dies, quando non nisi quicquid maxime nolent in omnem æternitatem sine vlla misericordia patientur. Breuis voluptas, in qua se modo efferunt, vertetur in æternam amaritudinem, & inimici crucis Christi non nisi acerbissimos eosque semper mansuros sentient cruciatus. Verum nos Christi potius quam illorum dictis fidem adhibeamus. Ait enim: Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores &c. quibus non modo ad facultatum, sed etiam consanguineorum contemptum nos prouocat. Quod si quis dicat, non obesse isthæc cuique, si non sit affectus illigatus respondendum est, affectum ægerrime vinci posse, quamdiu hæc retinentur. Namq; diuitiarum appetitio vel amor non tã multa possidendo, quam cuncta deserendo vincitur. Esto fuerint nonnulli, qui multa sine vllo affectu possederint, sed ediuerso innumerabiles sunt, qui habendi cupiditatẽ ex rebus possessis, licet non ita multis contraxerint, ac deinde cupiditate acquirendi plura inflammati, nullis quantumuis largis opibus exatiari quiuerint. Nihil itaque consultius rerũ labentium amorem penitus extirpare volenti, quam labentia cuncta despicere ac relinquere. Nam si quis id assequi se posse putet opes cumulando, is sane nihil aliud molitur, quam incendiũ oleo infuso extinguere. Verũ vt ita cũcta deserantur, Dominus humanæ infirmitati compatiens, noluit esse in præcepto, nisi forte ex aliqua certa ratione, sed tñ in consilio. Atque ea ex causa non dixit diuiti illi adolescenti. Volo vt simpliciter relinquas omnia: sed adiunxit conditionis particulam. Si vis perfectus esse. Impedit igitur perfectionem possessio facultatum: & tamen pijssimus saluator nõ exigit carũ renuntiationẽ sub præcepto, contentus videlicet indicasse hominibus, quid tutius, quid perfectius, quid Deo gratius sit. Quod si cui non placet quod perfectum est sectari (neque enim omnium est ea animi fortitudo vt possint) malitque res suas seruare sibi, non peccat vtique: tamen semper sit memor illius admonitiõis Apostolicæ: Præterit figura huius mundi. Reliquum est, vt & qui emũt sint tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtant, & quod ipse Christus ait. Quod superest, date eleemosynam & omnia mũda sunt vobis. Hoc est, vt paucis multa complectamur, facultatibus suis vtatur religiose, benigne, modeste, vt se meminerit esse in hoc mundo peregrinũ, patriamque inquirere debere: sit item liberalis in pauperes & faciat sibi amicos de mammona iniquitatis. Nam plerisque pꝛ pterea Deus mundi huius bona tribuit, vt beneficiẽtia in pauperes Dei gratiã emereãtur: & certe non desunt exempla quorundam, qui rebus quidem locupletes fuerint sed tanta eas liberalitate tum in seruorum Dei, tum pauperum vsus elargiti sint, vt aliena potius quam sua distribuisse videantur. Qui vero iam opibus abundant, & tamen non desinunt res augere suas, illi re uera multis se periculis exponunt: nec facile

Opa bona hic approbari à Christo

Luthærarorũ hęreticorũ intentio cuiusmodi sit in concionibus & operib. carnis

2.Tim.3

Matt.12 Lucæ 6

Lutheranorũ merces post hanc vitã qualis

Amor diuitiarum ... di' ... [illegible]

Matt.19

1.Cor.7

Lucæ 11

Facultatibus ... [illegible]

Lucæ 16.

Opes augere ... periculosum

cile potest fieri, vt vnquam vera pectoris pace gaudeant, quandoquidem curis & solicitudinibus innumeris distrahuntur ac discerpuntur, quibus etiamsi quid habeant gratiæ vel charitatis, facile præfocatur. Nota est enim illa parabola domini Saluatoris de seminante semen suum quam ipse exponens, ait, semen quod inter spinas cecidit, eos significare qui verbum Dei audiunt quidem, sed solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbũ, & sine fructu efficitur. Sed ne simus prolixi nimium, iam omissis istis videamus quid sibi velit dominus ĳs verbis, quibus ait: qui reliquerit fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios propter nomen meum. Quæ quidem non parum austera videntur, maxime animis infirmis, quibus durum nimis est auelli à carne & sanguine. Atque eam ob rem piĳssimus Saluator non hic seuero vsus est pce pto, sed tamen præmium grande proposu it, si quis hac in parte vincere sese velit. Verissimum est enim quod D. Gregorius ait affectus carnales intententionem mentis diuerberare, eiusque obscurare aciem. Fit sæpenumero, vt vel parentes, vel fratres, aut sorores, aut cæteri cognati si quem viderint e suis spernere quæ mundi sunt, & vni Deo vacare, mentis puritati nauare operam, & præsentibus contemptis bonis, futura inquirere, totis neruis in id incumbant, vt eum à tam salutari conatu reuocent, & ad mundi amorem ac studium illiciant. Sed hac in parte contemnendi prorsus sunt etiam sub præcepto, hactenus scilicet non propter eos recedamus à voluntate Dei præcepto nos obligante. Quandoque vero non nos retrahere de industria moliuntur à bono, sed inordinato quodam ac sensuali nõ tamen præceptis Dei contrario eis amore afficimur, ita vt libeat nobis semper adesse eis, & ægre diuellamur ab eis, tametsi sen timus impediri nos à melioribus bonis.

Lucæ 8
Matt. 13 Marc. 4
K
Matt. 19
Amor parentum & cognatorum quam vincendus
Gregorius
Amor parentũ qd male ingeratur.

Hic igitur consilĳ est relictis illis, ad Christum crucifixum confugere, & eius amore, qui propter nos omni consolatione destitutus, miser ac miserabilis in cruce animam fudit, eiusmodi carnales affectus salubriter mortificare. Quod vt libentius faceremus, Christus liberalissimus remunerator etiam centuplum in præsenti, & vitam æternam in futuro seculo nobis promittere dignatus est. Et alibi ipse ait: Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam: & nurũ aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius: vt intelligamus libenter nos contemnere debere licet consanguineos & cognatos, quando saluti nostræ ipsi sæpe præcipue aduersantur, atque ob id nobis maxime sunt inimici. Quod autem dominus dicit, centuplum accipiat, intelligendum est de internis charismatibus, quæ Deus benignissimus copiosissime largiri solet cunctis isthæc visibilia cõtemnentibus: quibus sæpe tanta præstantur à Deo, vt si cuncta mundi huius bona in vnum conflentur, nulla tamen ratione cum ĳs conferri possint. Sed hæc homines sensibus dediti neq; intelligũt neq; pcipiunt, ideoq; in has externas plane viles rerũ sensibiliũ voluptates sese effundũt. Deniq; addit dñs: Et vitam æternam possi debit. O stulti filĳ hominum vsqueq̃ graui corde? vt qd diligitis vanitatem & quęritis mendacium? Si veram fœlicitatem expetitis, ecce vita æterna vobis hic promttitur! Iã accurrite, facite q̃d hortat ipse q est vita æterna, & vere fœlices eritis.

Matt. 10 Lucæ 12
Quãta Deus retribuat ꝑpter ipsum omnia relinquentibus carnalia.
Psal. 4

SERMO IN EODEM

Festo. De sancti Pauli conuersione plane miraculosa, atque diuina: quomodoque nos a vitĳs ad dñm cõuerti debeamus. & quænã ad veram conuersionem pertineant.

L

Vrgens autem Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat, Ad manus autem illum trahẽtes, introduxerũt Damascũ Acto. IX.

Non otiosum est filĳ, quod præter morem, Ecclesia huius Apostoli Pauli (quidem vere apostolus fuit, nõ minus habẽs, nec minus, sed fortasse multoplus in Ecclesia laborans ceteris apostolis quamuis ex apostolorum numero non fuerit denario) conuersionem ducit festiuam. Fuit enim reuera vas electionis qui Iesu nomen

Acto. 9

gala. 1 Côuersio S. pauli q̃ vtilis fuerit ecclesiæ.

corã gẽtibus & regibus portauit. Accepit euangeliũ, q̃d p̃dicauit, nõ ab hoĩe, nec ab hoĩe didicit, sed p reuelationẽ à Deo. Vtilissima igit supra omnẽ modũ Sauli huius (ita eñ ante cõuersionẽ vocabat) cõuersio Ecclesiç fuit. Fuit q̃q; diuinæ bonitatis, & sapientiæ mirabiliter ostensiua. Fuit p̃terea misericordiæ eius in eũ, qui dedita opera erat in studio actuq; ecclesiam persequendi constitutus, suauiter declaratiua. Postremo, fuit nobis omnibus pœnitendi forma exẽplaris, atq; ad Deũ p̃fecte nos conuertendi regula. Gaudet q̃q; de eius conuersione ecclesia. Siquidem magnus ecclesiæ hostis & persecutor, mutatus est in amicũ & in apostolũ Iesu Christi. Nõ tantũ nocuit ecclesiæ (tametsi vehemẽter aduersaret) p̃secutor, quantũ cõuersus postea profuit p̃fissimus prædicator. Persequebatur aũt Dei ecclesiam in incredulitate zelator legis, quã p Christi fidẽ p̃rsus relinqui, & perire metuebat. Erat enim de illis, de quibus dominus dicit: Veniet hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Putabat itaq; Paulus bene se agere, si tutaretur legem, cuius seruandç propugnandæque gratia, omnia destrueret contraria, cuiusmodi secta erat Christianorum. Quæ vbi inualesceret, de lege & gente Iudæorum actum esse sentiebat. Hanc igitur quantum valuit persequens, exterminare moliebatur. Veruntamen, qa vir fuit bonus & zelosus, & per ignorantiam peccabat, propterea quod credebat se ad hanc obligari defensionẽ & zelũ legis, misericordiã (q̃d ipse quoq; fatetur) à dño cõsecutus est. Neq; eñ tã grãde eius fuit peccatum, quã pharisæorum & tyrannorũ q̃rundam, q Christi fidem ex malitia & odio p̃secuti sunt, nõ amore zeloue legis, q̃ ne ipsi qdem obseruabãt. Et hæc de eius cõuersatiõe, q̃ ante cõuersionẽ habuit dicta sint. Deinde cuiusmodi in cõuersiõe, & post conuersionẽ fuerit dicendũ. In itinere erat ad Damascũ, in volũtate ac studio malo, ad persequendos Chrystianos cõstitutus. Quare dicendum, Pauli conuersionẽ, fuisse potentem, miraculosam, ac plane diuinam. Siquidem circũfulsit illũ lux de cœlo, quæ terruit atq; mutauit de impio faciens piũ, de sup̃bo humilẽ, de minaci atque crudeli lupo, mansuetũ agnũ. Vide eñ q̃ cito fuit mutatus & cõuersus ex p̃secutore dicẽs: Dñe qd me vis facere? Circũfulserat eñ illũ lux de cœlo, audieratq; vocẽ sibi dicẽtẽ: Saule, Saule, qd me p̃sequeris? Illustrabatur cœlesti fulgore vel à foris, intus adhuc luminis incapax. Vere deprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus, nõ est vlla facultas negandi. In manibus sunt literæ crudelissimæ legationis. autoritatis excrandæ, potestatis iniquæ. Quis, oro, innocentum non formidaret istius persecutoris animositatem? Quis furenti, liganti, trahẽti, p̃cutienti non expauesceret obuiare. Saulo? Proh dolor adhuc aspersũ sanguinẽ p̃tomartyris Stephani gestabat in vestibus, adhuc sc̃tĩ lãbebat cruorẽ, & tñ adhuc sitiebat. Tenuerat lapidãtiũ vestiméta, saxa porrexerat oĩmq; manibus lapidauerat, & nihilominus sceleribus istis grauiora addere p̃ctã durabat. Talia porro illo agẽti pluraq; moliẽti multo execrabilia, ingẽti lumine p̃fusus affuit dñs Iesus, voceq; tonãti illũ affatus est dicẽs: Quid agis Saule? Cur sc̃tis meis necẽ adeo crudeliter intẽtas? Vt qd nomẽ meũ diuinum conaris extinguere? Desine oro patrare eiusmodi. Sufficiat tibi q̃d hactenus p̃tinaciter nimis p̃egisti. Exue te lupo, & agni formã induere. Verũ hęc paucis de sc̃ti Pauli apostoli conuersatiõe plus satis superba & crudeli, cõuersioneq; plane omni admiratione digna, egisse sufficiat. At quõ omnis Christi actio nostra est instructio, ita etiã ex sc̃õrum vita, & gestis cõuenit sugere semper aliquid quod in nostrã trahamus instructionem. Quare opęp̃cium duximus hic paulo fusius tractare de vera cõuersiõe cuiusq; veri Christiani hoĩs, quæ nã videlicet ea esse fierique debeat, q̃q; sit ad salutẽ (q̃nquidẽ oẽs declinauerũt, nec est q faciat bonũ) necessaria, iuxta illud Sapiẽtis cuiusdã: Ne tardas cõuerti ad dñm & ne differas de die in diẽ. Subito eñ veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ disp̃det te. Cũ igit nihil sit hoĩ formidandũ magis, q̃ vel momentũ vnũ viuere extra gratiã & in ira Dei, nihil vsq; adeo admiratiõe plenũ est, q̃ audere quẽq̃ cõsentire in q̃dcunq; p̃cm̃ mortiferũ, quale illud sit. Id eñ certissime priuat hominẽ gratia & charitate Dei, & efficit inimicum Dei, Deoq; odibilem, & dignũ cruciatibus sempiternis inferorũ. Etsi ẽtusq; hodie est mortaliũ, q vel alicuius rẽi habeat violare legẽ Dei, cuius trãsgressio peccatũ cõstituit, q̃usquisq; est, q nõ ita licenter ac intẽperãter q̃buslibet passim vitiis ac ice

Ioan. 16

1. Timo. 1

Ibidem.

Cõuersio S. pauli vtilis fuerit potens, miraculosa ac diuina. Acto. 9

Bernard.

Acto. 7

gregori.

Psalm. 13

Eccle. 5

M

ac ſceleribus ſeſe implicet & obſtringat, ac ſi non modo nulla conſtituta ſupplicia, ſed magná etiam præmia flagitijs propoſita ſint: Videt hoc omnipotens, magnus tremendus & iuſtus Deus, videt ab toto ferme hominum genere tam impudenter, tam indigne contemni ſe ac negligi, & tacet: imo etiam ſæpe multa ſinit euenire proſpera impijs ac peccatoribus. Sed audiant iſti Apoſtolum dicentem: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Audiant item & diligenter animaduertant eam quam ſuperius cõmemorauimus Eccleſiaſtici ſententiam: Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictæ diſperdet te. Totus iam mundus per præceps ruit in vitia, & timor Dei nullus eſt in hominibus. Editur, bibitur, luditur, garritur, flagitia alia ſuper alia admittuntur. Et reuera iam dies mali ſunt. Quis vnquam credidiſſet populum Chriſtianum tot, tanque eximijs Dei beneficijs affectum ad tã tam Dei obliuionem, incuriam & contemptum deuolutum iri? Extiterunt quidẽ noſtris temporibus, qui ſe Euangelicos iactitent, & corruptos Eccleſię mores reformare ſe velle polliceantur, ſed ſi rem penitius inſpiceas, nihil aliud quam ſeipſos, ſuam carnem, ſuas voluptates, ſua oblectamenta quærunt: homines corrupti mente & reprobi circa fidem: quorum Deus vẽter eſt, qui terrena ſapiunt, animales, ſpiritũ non habentes, ſine affectione, ſine fœdere, ſine pace, voluptatum amatores magis quam Dei: qui dicunt hominibus impie agentibus, pax, pax, cum tamen veriſſime ſcriptura dicat, non eſſe pacem impijs. Non ergo reformare in melius, ſed bonos etiam mores potius corrumpere, & omnia humana ac diuina miſcere conantur. Ita iam vbiq; iacet pietas, dominatur iniquitas, Deus ſumme verendus contemnitur & quantumcumque minetur gehennam ſolo auditu nimis terribilem, tamen non eſt quia faciat bonum. Adeo nunc omnes declinauerunt non à malo ad bonum, ſed à bono ad malum, à iuſtitia ad iniquitatem, à virtute ad vitia. Et quod acrius dolendum eſt, etiam illi qui miſeræ ac rudi plebeculæ bene ac beate viuendi exempla præferre deberent, magis hi ſimul confregerunt iugũ, ruperũt vincula. Incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones Dei peſſime: & non dixerunt in corde ſuo, Metuamus dominum Deum noſtrum. O vere dolendam humani generis, maxime plebis Chriſtianæ, quam Princeps Apoſtolorum genus electum, regale ſacerdotium, populum acquiſitionis appellat, conditionem. O miſerandam & expauendam humanorum pectorũ duritiam & excæcationem. Itaque ſpiritus ſanctus, cui in diuinis perſonis proprie tribuitur charitas, vehementiſſime ſitiens hominum errantium ſalutem & conuerſionem, vtiliſſimum & efficax valde hodie nobis perfectæ conuerſionis in ſancta Eccleſia proponit exemplum, quo poſſint quantumuis ſceleſti peccatores moueri ad agendum pœnitentiam. Ipſius enim ſanctiſpiritus inſtinctu effectum eſt, vt hodie beatiſſimi Apoſtoli conuerſionem celebremus, in quo ſicut immanis iniquitas & færa crudelitas, ita nihilominus inæſtimabilis abundauit gratia, & ſingularis miſericordia Chriſti. Ibat animo frendens & furibundus ad vinctos etiam ex longinquis regionibus pertrahendos Chriſticolas Hieruſalem ad principes ſacerdotum, Hoc eſt, Chriſtum dominum in membris crucifigere, trucidare, extinguere moliebatur: & in ipſo itinere diuinitus correctus totum ſe ad eum promptiſſime & perfectiſſime conuertit, quem crudeliſſime perſequebatur. Non igitur patiamur chariſſimi tantum exemplum fruſtra nobis propoſitum: ſed reſipiſcamus etiam nos & conuertamur ad dominum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: non permittamus tantam Deum nobis conciliandi præterfluere oportunitatem. Audiamus non corporis tantum, ſed & cordis auribus admonitionem ſpiritusſancti, quam in initio & Eccleſiaſtico recitaui, hanc videlicet: Non tardas conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Iam agedum conuertamur omnes, proſternamur cum Apoſtolo in iniquitatibus noſtris, & reſurgamus cum eodem in vitæ nouitatem. Quid prodeſt obſecro hærere in vitijs? quid prodeſt vo-

Marginalia (left): Rom. 2 — Pſalm. 61, Apoc. 22 — Eccle. 5 — Mundus q buſtiã vitiis modo deſeruiat — Ephe. 5 — Lutherani euãgelici quibus medijs reformare nitantur chriſtianorũ mores. — 1. Tim. 6 — 2. Timo. 3 — Phil. 3 — Iudæ. 1 — 2. Tim. 3 — Hiere. 6 — Eſaiæ 48 — Lutheranismi fructus quis — 1. Cor. 15 — Matth. 24 — Rom. 3 — Pſal. 13. 52

Marginalia (right): Hiere. 2 — Deut. 32 — Hiere. 5 — 1. Pet. 2 — N — Gratia ſpiritus ſcti quanta in cõuerſiõe Pauli apoſtoli claruerit — Ioelis 2 — 2. Cor. 6 — Eccl. 5 — Rom. 6

luptatibus & vanitatibus tempora non
nisi agendæ pœnitentiæ indulta miserabi-
liter transfigere: Et si quædã est in vitijs vo-
luptas & delectatio, tamen præterquam
quod illicita & pernitiosa est, etiam celer-
rime fugit, hominemque prorsus miserũ
relinqt, in Deo aũt Optimo Maximo non
modo summa & infinita, sed eadem etiam
stabilis, casta, firma, honestissima ac suauis-
psalm. 30 sima delectatio est. Quam magna, inquit,
Propheta, multitudo dulcedinis tuæ do-
mine, quam abscondisti timentibus te. Ad
ipsum ergo totius veræ voluptatis & de-
lectatiõis fontem inexhaustum dilectissi-
O mi toto corde conuertamur. Quod
si quis scire cupiat, qua ratione se debeat
conuertere, id iam explicabimus. Omni-
potens Deus, rex & pater noster ex immẽ
so amore certas quasdam nobis præfixit
leges omnino rationabiles & quæ nõ ex-
cedunt vires nostras diuinæ gratiæ, quæ
nulli petẽti denegatur, ope subnixas, quas
si seruemus, æternam nobis pollicetur bea
titudinem: si violemus, supplicia minatur
Bifariam hoies at trahi, siue ad bonũ siue ad malum æque æterna. Sciebat enim duabus potis-
simum rebus ad aliquid adduci homines
siue fugiendum, siue appetendum, puta
vel amore voluptatis, vel timore pœnarũ.
Ne igitur aut temporarijs delectationi-
bus illecti, aut vitę huius cruciamentis per
territi à legum illus obseruatione discede-
remus, ediuerso æternas delectationes pro
mittere, & nunquam finienda supplicia mi
nari dignatus est. Cæterum vbi quis aut p
priæ carnis infirmitate, aut mundi vanita-
te, aut diaboli insidijs eo perducitur, vt
plus moueatur aut bonis aut malis tempo
ralibus quam æternis, malitque transgre-
di legem & præcepta Dei, quam vel bonis
istis carere, vel malis affici, is iam misere
auertitur à Deo, summo & vero bono, ca-
ducaque & vana ac prope nulla, & quorũ
finis mors est, infelix & insanus præfer-
re non erubescit æterni patris amori &
& honori summoque cum dedecore & i-
gnominia contra natalium suorum digni
tatem ac nobilitatem per amorem inordi-
natum his imfimis rebus sese subijcit, qui
bus tamen omnibus à Deo prelatus est. Et
quia eo ipso peccati demerito spirituali gu
stu intus priuatur totum se in præsentes
rerum labentium voluptates cupiditates-
que demergit, tanquam vento sese exatia
re quærens, cum tamen nec corpus volu-
ptate nec cor cupiditate satietur. Hu
ic tali si vnquam seruari debeat, conuersio P
necessaria est, Auersus est à Deo, id est, à Cõuersio vera cui nã necessaria sit
vera vita, vera felicitate, vera voluptate, &
in creaturas defluxit, quarum amor immo
deratus non nisi mortem, miseriam, cruci
atum adducit. Necesse est igitur, vt relictis
creaturis, reuertatur ad creatorem. Sed nõ Cõuersio qbusnam difficilis sit.
tam facilis est conuersio, quam fuit propẽ
sa auersio: eorum autem difficillima est cõ
uersio, qui prauæ consuetudinis mole de-
primuntur. Sunt enim in peccatis gradus
quidam. Alij peccant solo cogitationis cõ Gradus in peccatis qsdã esse
sensu, alij operis perpetratione, alij iniqua Prou. 18
consuetudine, alij contemptu. Impius e-
nim cum in profundum venerit peccato-
rum, contemnit. Hi posteriores duo ægerrime cõuertuntur. Et tamen nisi conuertã
tur, nulla eis salutis spes reliqua esse po- Conuertere se volens ad deum qd facere debeat.
test. Quid igitur agendum est tum ijs, tum
alijs conuerti volentibus? Principio qui-
dem confugiendum est ad implorandum
auxilium & misericordiam Dei. Nam abs
que gratia cœlesti nemo vnquam vere con
uersus est. Hoc inuocato auxilio, magno
& firmo animo secum constituent valefa
cere omnibus quibus offendatur Deus, &
libẽter amplecti & aggredi ea, quibus eius
gratia sibi conciliare queant. Sed hic prin-
cipio labor & dolor sentietur, isque tanto
molestior, quanto diutius vitijs inseruitũ
est: Itaque sæpius animo frangi, ac non-
nunquam relabi continget ijs qui non sa-
tis forti & constanti animo sunt. Verum
etsi interdum labi contingat, non tamen
desperabunt, sed rursus ad Christi poscen
dam opem, suumque renouandum pro-
positum & conatum sese conuertent. Non
deerit misericordia Christi viriliter decer
tantibus: imo vero etiam pro sua benigni-
tate tentationes & impugnationes aduer-
sæ partis mitigabit, ac temperabit, & sicut
Apostolus dicit, non patietur eos tentari 1. Cor. 10
supra id puod poterunt, sed faciet etiam
cum tentatione prouentum vt possint su- Q
stinere. Cæterum vt recto quodam
ordine in sua ad Deum conuersione vtan
tur (ordo enim vbiq; maxime seruãdus est
vtpote sine quo nullum virtututis exerci-
um potest aut laudabile, aut frugiferum, In cõuersione ad Deum septem quæ nam seruanda sint.
aut diuturnum esse) septem quædam hic
proponemus, in quibus sese excitare debe
bunt. Quod si fecerint, nihil eorũ omisis-
se videbuntur, quæ ad veram conuersionẽ
perti

pertineant. Primo quidem peccata sua præterita ad memoriam reuocare studebunt. Hoc maxime necessarium est. Hic tamen obseruandum est, vti ne nimiam faciant moram in illis recogitandis peccatis quæ adiunctam habent fœdam delectationem, cuiusmodi sunt peccata venerea. Alioqui fieri poterit vt memoria talium immoderata cogitatione refricata praua excitet desideria, quibus animus inflammatus, rursus in eadem prolabatur. In hac peccatorum commemoratione profundissima est adhibenda humilitas, qua in tantum sese abijciant coram Deo, vt se omnium indignissimos ex animo fateantur: quæ humilitas quanto fuerit demissior, tanto facilius veniam apud Deum & gratiam impetrabit. Secundo amaram de admissis peccatis cordis contritionem & dolorem assument. Magna res est vera contritio. Solent stulti homines quandam sibi in peccatis suis impunitatem polliceri, atque ita secum cogitare: Quid necesse est, vt dum adhuc ætas viget, voluptatibus renũciemus? Licebit in ipso mortis articulo impetrare veniam. Et interim proponunt sibi latronem, qui in cruce veniam meruit: itemque nõnullos alios, qui in extremis gratiã adepti sunt. Sed si attendere vellent quam pauci bene moriantur, qui dum incolumes sunt, Deum ac salutem suam negligunt: deinde etiam quam nõ sit in nostro arbitrio situm, vt nos peccasse vere doleamus, non tam misere sibi ipsis imponerent. Esto interim multis qui semper improbe vixerint, tantum concedatur vitæ spacium, vt ante obitum confiteantur, & sacramentis ecclesiæ muniantur, num propterea certum est eos bene obijsse? Bene moritur, quisquis vere dolet vnquam se peccasse. Sed hic dolor non est sine charitate. Charitas autem præcipuum Dei donum est, quod raro præstatur sero pœnitentibus. Ergo dum adhuc vita incolumis est hanc veræ contritionis gratiam lachrymis, præcibus, votis ac suspirijs à Deo petamus. Eius enim donum est, quanquam etiam multa sunt, quæ diligenter considerata animos nostros eo permouere quæant, vt nos peccasse pœniteat, de quibus iam nimis prolixũ foret latius agere. Hoc paucis dici potest veram contritionem tantam habere vim & efficaciam, vt etiam facile peccata simul omnia pœnamque delere possit atqui nihilominus confessio semper facienda est, vt etiam Ecclesiæ iudicio satisfiat.

Humilitas q̃nam Deũ facilius recõciliet

Lucæ 23

Quisnam bene moriatur.

Contritio veraq̃ sit præcellens donũ Dei.

Contritio vera quantam habeat efficaciam

R

Tertio igitur peccata sua fideliter, humiliter & integre confitebuntur. In confessionem omnia mundantur. Non frustra Deus dedit claues Ecclesiæ suæ quibus voluit cœlum patefieri pœnitentibus & peccata sua integre confitentibus. Sed iam quidam existunt, qui putent peccatorum licet mortalium enumerationem non esse necessariam. Sed quo spiritu hæc dicunt? Suo videlicet. Homines stulti & scioli volunt opiniones ex suo parum sano natas cerebro totius Ecclesiæ iudicio anteferri, valeant deliri isti cum somnijs suis. Norunt Christifideles vel propria edocti experientia, quantam pectoris pacem adferat, vera ac pura confessio. Necessaria plane etiam ipsa est ad veram conuersionem o quam pauci hodie bene confitentur imo quam pauci bene confiteri norunt. Qui confessiones recipiunt, quandoq; ita sunt rudes aut negligentes, vt de eis verissime dici possit illud Saluatoris: Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Quidam etiam eorum adeo sunt incurij vt penitus non curent instituere eos & examinare, querum confessiones auscultant, etiamsi animaduertant eos non recte confiteri. Ideo sine numero ruũt hisce tẽporibus homines in tartara. Quãobrem qui cõfiteri volunt, eiuscemodi sibi virum eligant, qui non minus religiosus quam doctus sit. Quarto etiam satisfactioni, quæ est tertia pœnitentiæ pars, operam dabũt. Id vero ita est conuersioni necessarium, vt sine ea nemo recte conuersus dici queat. Hic curandum est, vt pro ratione culparum etiam studeant satisfacere. Si multa & magna admisere peccata, maior q̃q; exigitur satisfactio. Nemo sibi imponat nimium sibi blandiens de diuina misericordia. Quicqd hic expiatum non erit, postea nimis dire expiabitur. Christus quidem abũde satisfecisset pro nobis, sed oportet nos illius gratiæ & satisfactioni cooperari. Vtinam hac in parte diligentius magisque serio admonerentur homines tum in priuatis confessionibus, tum concionibus publicis, vt pro peccatis suis dignos studerent pœnitentiæ fructus facere, & iniurias summi Dei, quas accipit ex peccatis nostris, in seipsos castigare. Sed non patitur sermonis augustia hic cũcta perstringere.

Cõfessio pctõrum q̃ sit necessaria

Matt. 15
Lucæ 6

Cõfessionari⁹ qualis cuique sit seligẽdus

S Quinto vt vehementius doleant de peccatis suis, maioremque erga Deum cõcipiant gratitudinem, beneficia Dei attẽte considerabunt. Quis enim non acriter doleat eum se vel semel offendisse, à quo se ꝑspicit tot tamq; pręclaris affectũ beneficijs vt ea nec numerari nec digne põderari queant? Præter priuata autem beneficia, quæ innumera singulis præstantur à Deo, sunt quædam generalia, puta creationis, q̃ nos ex mera & summa charitate fecit ad imaginem suam, vt ipsius beatitudinis simus participes: item incarnationis, passiõis & mortis, quod solum si bene ruminetur possit ad quamuis ferrea emollienda corda sufficere: adhæc pręseruationis, quo ab innumeris nos seruauit corporis & animæ malis, præsertim horrenda damnatione æterna, qua innumeri iam puniunt, minus atque nos peccauerint. Hæc aliaque stupẽda Dei beneficia cum ingenti suæ ingratitudinis detestatione, & diuinæ benignitatis admiratione recogitabunt. Sexto alacriter, feruenter, fideliter ac perpetim Deũ laudabunt. Id plane exigit tanta erga nos diuinæ pietatis multitudo. Et quisqs Deum creatorem, redemptorem, conseruatorem suum non laudabat, omni bruto deterior ac vilior est. Itaq; ad hoc ipsum veræ cõuersioni necessariũ est. Septimo quoad poterunt ne recidant in peccata cauebunt fortiter in bono perseuerabunt. Sola enim ꝑseuerantia coronabitur. Multi bene inchoant, sed pauci perseuerant. Non potest autem vera dici conuersio, vbi perseuerantia deest. Quod si quandoq; ex infirmitate labi contingat, curent saltem vt ilico resurgãt: & si millies ciderint, millies resurgãt nec vnquam iaceant in vitijs: sicq; perseuerent vsque in finem. In his septem qsquis bene se exercitauerit, veræ cõuersionis fructu nõ fraudabitur. Itaq; dilectissimi dum adhuc licet, resipiscamus cum Paulo. Habeant sibi corui cras suum: nos hodie potius conuertamur. Habemus patrem clementissimũ in cœlis, q nihil magis optat, quã conuersionem, salutem ac beatitudinẽ nostram, dominum nostrum Iesum Christũ, cum patre & sancto spiritu viuentem & regnantem in secula seculorum, Amen.

Beneficia quanta De⁹ moralibus cõtulit

Beneficiorum Dei generaliũ catalogus quidam Gen. 1. a

Matth.

IN SOLENNITATE PVRIFICATIONIS IMmaculatę semperque virginis Marię, Lectio Malachię prophetæ, loco Epistolæ Malachiæ III.

XVII HÆc dicit dominus: Ecce, ego mitto angelum meũ, & præparabit viã ante faciẽ meam. Et statim veniet ad tẽplum suũ dominator quem vos quęritis, & angelus testamenti quẽ vos vultis. Ecce venit, dicit dn̄s exercituum. Et qs poterit cogitare diẽ aduẽtus eius? Et qs stabit ad videndũ eũ? Ipse eñ quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Leui, & * colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, dicit dominus omnipotens.

Matt. 11 Marc. 1 Lucæ 1 Luc. 7 Psal. 131

* conflabit.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A QVã pulchræ isthęc lectio hodiernæ celebritati cõueniat, ita est cuiuis ꝑspicuũ, vt id declarare nihil sit necesse. Loquitur enim per prophetam suum Malachiam filius Dei: Ecce ego mitto angelum meum, nempe Ioannem Baptistam (ita enim hęc verba exponit ipse Saluator apud Matthæum & ꝑparabit viã ante faciẽ meam, adhortãdo homines vt dignos agant fructus pœnitentiæ, vt vitijs repudiatis, virtutibus animę suę domiciliũ decẽter exornẽt, vt sic libeat mihi in ipsum ingredi, in eoq; cõmorari. Nãq; in maleuolã animã non in-

Matt. 11

Sapien. 1

non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: vel sua doctrina & baptismo Iudæos ad meæ doctrinæ & baptismatis receptionẽ aptos ac habiles reddendo. Dicitur aũt Ioannes angelus, ratione ministerij, quia nuncius & pcursor Christi fuit, de quo apud Ioannẽ legitur: Fuit homo missus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. Et statim, id est, paulo post ortum Ioãnis, veniet ad templũ suũ dñator quẽ vos quæritis, id est, ipse ego veniam ad templum offerendus iuxta legem à parentibus meis. Non enim veni soluere legem, sed implere. Et angelus testamenti, quẽ vos vultis: quidem ipse Christus Iesus est, autor & institutor noui testamẽti, & magni cõsilij angelus, qui oĩa quęcunque audiuit à patre nota fecit nobis, & nomen patris sui annunciauit fidelibus suis. Quod autẽ dicit, Quẽ vos quęritis, & quẽ vos vultis, de bonis omnibus, & iustis à mundi exordio accipiendum est. Illi enim Christi aduẽtum summopere desiderarũt, de quibus dicit saluator in Euãgelio: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quę vos videtis, & nõ viderũt. Ecce venit, dicit, dominus exercitum, cui præsto sunt innumerabiles legiones angelorũ, cui millia milliũ ministrant, & decies millies centena millia assistunt.

Angelus vt dictus sit Ioãnes Baptista. Ioan.1 | Leuit.12 | Matth.5 | Esaiæ 9 Ioan.15 | Lucæ 10 | Dan.7

B Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Etenim diabolum non potentia, sed humilitate & patientia debellaturus, mitis ac humilis veniet, nõ regio stipatus exercitu, non seculari fastu tumidus, sed sicut Zacharias ait, pauper, id est, humilis & vilis, quantum ad humanum iudicium attinet: ideoque à paucissimis cognoscetur. Nam diuinitatis maiestatem in serui forma occultabit. Et quis stabit ad videndum eum? Multi enim vbi viderunt dominum Iesum tam humilem ac simplicem ducere vitam, eum penitus despexerunt, nec eum aliquo in precio habere voluerunt. Alij etiam eo quod eorum vitia acriter reprehenderet, inexpiabili eum odio prosequebantur, ita vt eis etiam grauis esset ad videndũ. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, Vt igni purgatur aurum & herba fullonum vestes mundantur: ita dominus Iesus ignitis sermonibus suis, multos purgauit à vitijs, & ad meliorem mentem animique puritatem reduxit. Et sedebit conflans, excoquens igni amoris sui, ignitoque eloquio suo sordes peccatorum: & emundans in se credentes quasi argentum quod igni purgatur, & purgabit filios Leui, vt quemadmodum scriptum est, iudicium incipiat à domo Dei. Per filios Leui sacerdotes & templi ministri accipiuntur, qui sæpe maioribus inquinantur sordibus, quam homines laici ac vulgares. Quo enim status dignior, eo vita mala scelerátior ac impurior. Hos igitur dominus quandoque duris permittit vexationibus affligi, vt eiusmodi flagellis correcti, suis monitis & exemplis alios ad Dei timorem & amorem reducant, quos sua improbitate & pessimis exemplis auertũt à Deo. Atque vtinam vel vexatio daret intellectum auditui. Et conflabit eos quasi aurum & argẽtum, vt impleatur Esaiæ sermo, dicentis: Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam. Et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, non sicut multi faciunt, qui pollutis manibus regem gloriæ & totius puritatis autorem tractare & offerre non verentur: quæ res vel præcipua istarum perturbationum & scandalorum causa est. O resipiscant tandem qui tales sunt, & non sint miseræ plebeculæ in ruinam & laqueum mortis. Alioqui timendum est, vt ira Dei intolerabilis sæuiat in nos. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, id est, oblatio sacramẽti altaris, quod Hierosolymis primo constat esse institutum, sicut dies seculi & sicut anni antiqui, id est, longe magis, quam vnquam antea. Hebraismus enim est. Veteris enim legis sacrificia hactenus placebant Deo, quatenus pijs ac deuotis animis offerebantur: sed nostrum sacrificium in seipso sanctum est, nec potest non placere Deo: quãquam ministri illud offerẽtes ob vitã indignam sæpe vehementer displiceant.

Zacha.9 | Sapien.1 | 1.Petri 4 | Leui filij qui mystice sint. | Esaiæ 28 | Esaiæ 1

EXEGESIS EVANGELIJ IN EADEM SOLENNITATE Lucæ II.

C MAgnæ humilitatis exemplũ nobis ob oculos statuit Euangelium diei huius, tum in ipsa virgine matre, tum in vnigenito filio Dei. Autor legis ceu peccator

cator quispiam legi se subijcit, & mater intemerata, quæ absque viri commixtione conceperat, atque ea re lege nō tenebatur, legis præscriptum studiosissime exequitur. Qua de re pulcherrime dicit diuus Ber-
Bernard. nardus: Qui sine peccato est, non dedignatur peccator reputari. Itemq;: Putas non poterat animus virginis commoueri ac dicere: Quid mihi opus est purificatiōe? Cur abstineam ab ingressu templi, cuius vterus nesciens virum, factus est templum spiritus sancti? Cur non ingrediar templū, quę peperi templi dominum? Nihil in hoc con-
Hebræ.1 ceptu, nihil in partu impurū fuit, nihil illicitum, nihil purgādum: nimirū cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorū. Quid in me legalis purificet obseruatio, quę purissima facta sum ipso partu immaculato? Vere o beata virgo, vere non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nūquid filio tuo opus erat circuncisione? Esto inter mulieres tanquam vna earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum. Ergo his maxime confunditur superbia nostra, qui cum reuera miseri ac vitijs pleni simus, tamen non solum non ferimus tales ab alijs nos haberi, sed sæpe etiam iusti & sancti videri volumus. Non sic humilis Deus, non sic humilis mater Dei. Sed videamus ipsa Euangelij verba.

Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legē Mosi, tulerunt Iesum in Hierusalē, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluā, sanctum domino vocabitur.

Leuit.12 Diuina lege præceptum fuit, vt mulier si suscepto semine peperisset masculū, immūda esset septem diebus, quibus nedum à templi ingressu & tactu sacrorum, sed etiam ab hominum consortio excluderetur. Octauo autem die puer circuncideretur, atque tum liceret matri hominum quidem vti consortio, sed tamen adhuc triginta tribus diebus à templi introitu abstineret. Sin vero fœminam peperisset, dies tam quo ad hominum consortium, quam templi accessum duplicarentur. Deinde expletis diebus purificationis, templum ingressa, si diues esset, agnū, sin pauper, duos turtures, aut duos pullos columbarum offerret. Et ista lex generatim ad omnes recens natas proles pertinebat: præter quam alia erat specialis, quæ sola primogenita, tam iumentorum, quam hominum complectebatur, vt, quandoqui- Exod.13 Psalm.78 & 104
dem dominus cuncta Aegypti primoge- Be
nita occiderat, ea illi consecrarentur.
ata igitur Dei genitrix semperq; virgo ta-
metsi ipsius Mosi verbis ab hac priori le-
ge excepta fuit (Non enim concepit susce
pto semine: quæ verba ob illius reueren-
tiam Moses ex sancti spiritus instinctu ad
iecit: alioqui superfluo adiuncta videren-
tur) nihilominus libenter passa fuit, velut
immundam, tam ab hominum consor-
tio, quam templi aditu se arceri, manēs in-
terim in paruo illo & vili Bethlehemitico
tugurio cū filio suo lōge amantissimo, cu
ius vnius præsentia omniū hominū cōsue
tudine longe illi & suauior & gratior fuit.
Sed & ipse filius Dei tanquam vnus ex cæ
teris vt peccator, vt seruus, vt pauper redi-
mi voluit. Nā postq̄ impleti sunt dies pur-
gationis Mariæ secundū legem Mosi, tule
runt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum
domino. Vides quantopere oēm singula- Purificationis legē cur beata Maria ser uauerit.
ritatem, om̄em ostentationem filius Dei,
& mater eius fugerint. Sed q̄re voluit ma-
ter Dei & suæ purificationis & filij pręsen
tationis obseruare legem, cum vterq; ab ea
immunis esset? Multis videlicet ex causis:
quas quia omnes enarrare longum foret,
dicamus vel paucas. Fecit igitur hoc, tū ne
Iudæis vllam vel scandali, vel calumnian-
di materiam præberet: tum ne legem diui-
nitus datam contēptui habere ac neglige-
re videretur: tū ne gratiā Dei sibi p̄stitam,
& vix paucissimis cognitam, tanq̄ humanę
laudis auida, omnibus ostentare credere-
tur: tum vt perfectæ obediētiæ ac humilita
tis nobis præstaret exemplum: tum vt dia-
bolo diuinę incarnationis mysteriū peni-
tus occultaretur. Si quis plures velit nosse
causas, legat scripta doctorū. Tulerunt, in
quit, Iesum in Hierusalem, vt sisterēt eum
domino, id est, offerrent ac præsentarent:
& quia primogenitus erat, etiā redimerēt,
sicut Euangelista subdit:

Et vt darent hostiam secundū q̊d
dictum est in lege domini, par tur
turū aut duos pullos colūbarum.

O rem omni admiratione prosequendam. In templo præsentatur is, qui pios omnes suum sibi templum efficit: quinque siclis vt seruus redimitur, cuius ditioni ac imperio totum subiacet vniuersum: offertur pro eo sacrificium, quo velut peccator expietur, qui cunctorum peccata expurgauit: à matre virgine paruulus gestatur, qui immensus & omnipotēs omnia portat & sustentat verbo virtutis suæ: non diuitum sed pauperum oblatione vtitur, qui solus est diues, qui per Salomonem dicit: Mecū sunt diuitiæ & gloria. Tenet puella suum & omnium creatorem, nutrit suum & omnium nutritorem: portat ad templū suum & omnium rectorem. Sed quærat merito aliquis: Cum certum sit Magos inter cetera munera etiam aurum, & quidem vt tātos decebat viros, haud exiguum domino obtulisse, quid causæ est, vt virgo beata agnum offerre noluerit, turtures vel pullos columbæ instar pauperum obtulisse contenta? Si habuit vnde agnum emeret, & noluit, videtur fraudem fecisse sacerdoti: sin vero non habuit, vbi Magorum aurum reliquit? Sed virgo piissima amatrix summa paupertatis, intelligēs certissima sancti spiritus inspiratione mentem ac propositum filij, quomodo paupertatem maxime amaret, & toto vitæ suæ spacio amplecti statuisset, vt erat in proximos, maxime inopes & miseros longe piissima, totum illum thesaurum per sanctum Ioseph creditur statim in pauperum solatium distribuisse. Si dicas: Vnde ergo victura erat cum domino saluatore & sancto Iosepho? Nos respondemus, Occupet eiuscemodi sollicitudo eorum animos, qui nesciunt diuinæ se cōmittere prouidentiæ, qui non audent confidere Deo quod posteaquam corpus & animam dedit libentissime sit etiam vitæ necessaria præstiturus. Beata aūt & gloriosa virgo, quæ totam spem suam contulerat in Deum, non poterat nec tenuissimam in animum suum inanis curę aut pusillanimitatis cogitationē admittere. Quā obrem pro filij nutu ac voluntate cuncta dispersit in miseros, malens nudari auro, quam pietate ac misericordia. Curam autem omnem sui in Deum reiecit, conuenienter illi admonitioni Propheticæ acquiescēs: Iacta super dn̄m curam tuam, & ipse te enutriet. Nouerat nanq; etiā alibi eundē dixisse Prophetā: Non vidi iustū derelictū nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Animaduertāt hæc diuites auari, qui semper metuunt, ne nō satis multa relinquāt prolibus suis om̄e fortassis patrimonium suum comessando, potādo, luxuriando absumpturis, & nec tenuem ipsis gratiā habituris, atq; interim pauperes & miseros crudelissime negligunt.

Hebr.1 · Prouer.8 · Matth.2 · Aurū trium Magorū in paupe res fuisse expēsum. · Psalm.54 · Psalm.36

Et ecce homo erat in Hierusalē, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurū se mortem, nisi prius videret Christum domini.

E

Hic porro commemorat Euangelista senem iustum & sanctum, dignum qui videret Christum domini, & qui nato saluatori redderet testimonium. Dicitque eum fuisse iustum & timoratum: iustum quidem non modo ob iustitiam, quatenus ea virtus particularis est, qua redditur cuique quod suum est: sed etiam quatenus est virtus communis seu generalis, virtutes omnes in se complectens, quam Augustinus definiens, ait eam esse, qua Deus, proximusque diligitur. Fuit etiam timoratus, non eo timore, quo metuūt homines ne bonis temporarijs priuentur, ne vitam amittant temporalem, ne temporale patiantur incommodum: quæ omnia ad mundanum, aut seruilem timorem pertinent, quem perfecta charitas foras mittit. Non enim est fidelis domino suo, sed proprijs duntaxat lucris ducitur, quod est à vera charitate maxime alienum, quæ non quęrit quæ sua sunt, sed tendit in alterum. Nō ergo ex hoc timore laudatur sanctus Simeon, vt qui magis in vitio est, quam in virtute: sed illo casto & syncero, qualis est filiorum, qui plus veretur iniuriam & offensam Dei, quam quoduis proprium incommodum, de quo scriptura dicit: Qui timet Deum, nihil negligit. Et: Timor dn̄i sanctus permanens in seculū seculi. Expectās consolationē Israel. Hoc proprie in hominibus sanctis charitas efficit, vt multorum optēt salutem. Ita beatus iste senex, non

Simeon cur fuerit iustus. · Iustitia qd · August. · Simeon vt fuerit timoratus. · 1.Ioan.4 · 1.Cor.13 · Timor syncerus & castus quis. · Eccle.7 psalm.18

non sui duntaxat, verum totius Israel, om
nium videlicet electorum consolationē ac
liberationē, quæ in Christi aduentu p̄stan
da erat, expectabat idq; ardentissimo desi-
derio, & q̄tidianis perpetuisq; p̄cibus, qui
bus intantum placuit Deo, vt etiā iucūdissi
ma illius reuelatione de aduētu saluatoris
certior effectus sit. Et spiritus sanctus erat
in eo: à quo etiā responsum acceperat, non
visurum se mortem, nisi prius videret Chri
stum domini. Beatus plane ille homo, cu-
ius habitator est spiritus sanctus. Non po
test ille non sanctis feruere desiderijs, & in
animum suum aduentum optare saluato-
ris. Olim sancti homines, grauissimi hu-
ius exilij & miserandæ captiuitatis pertæ-
si, vehementissime Christi nasciturі p̄senti
am suspirabant. Sic Dauid sanctus: Osten
de, inquit, nobis domine faciem tuam, &
salui erimus. Itemque: Ostende nobis do-
mine misericordiam tuam, & salutare tuū
da nobis. Et Esaias propheta: Vtinam, ait,
cœlos disrumperes, & descenderes. Talis
erat & hic venerandus & amabilis senex Si
meon, quem dubium nō est quotidie igni
tis precibus dominum vt veniret, pulsasse.
De talibus dicit S. Bernardus: Ardorē desi
derij patrum suspirantium Christi in car-
ne præsentiam frequētissime cogitās, com
pūgor & confundor in memetipso: & nūc
vix cōtineo lachrymas, ita pudet me tepo-
ris torporisque miserabiliū tempoꝝ hoꝝ.
Cui nāq; nostrum tm̄ ingerit gaudiū gra-
tiæ huius exhibitio, quantū veteribus san
ctis accēderat desiderium promissio: Lege
hinc plura apud ipsum Bernardum Sermo
ne II. in Cantica canticorum. Hodie mise-
ri magis aurum & argentum, id est, lutum,
aut corporis voluptates, id est, porcorum
siliquas, aut honores & fastus seculi, hoc
est, vanitates & insanias falsas, & diaboli
pompas appetimus, quam Christum eius
que gratiam. Verum non nisi nosipsos fal
limus. Sequitur:

Desideriū quale fuerit antiq̄orum patrū pro aduētu Christi

Psalm. 79

Psalm. 84

Esaiæ 64

Bernard.

Et venit in spiritu in templum. & cum inducerent puerum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum.

F Ne sanctus & venerabilis senex frau-
daretur desiderio suo, eodem tēpore, quo
Christus ferebatur in templum, intus ad-
monitus est à spiritu sancto, vt iret ad tem
plum. Ita factum est, vt eodem reuelāte spi
ritu cognosceret puerū qui illuc adduceba
tur, esse mundi saluatorem, cuius conspe-
ctum ipsi promiserat spiritus sanctus. Ac-
currit itaq;, & feruēti desiderio petijt à ma
tre præberi sibi infantulū, quē vbi pia ma-
ter præbuit, accepit eum lætus in vlnas su-
as, nō vtiq; sine maxima humilitate, deuo
tione & reuerētia. Magna profecto huius
senis charitas fuit. Nō enim dubitabat De
um ac dominum suum esse quē sic am-
plectebatur: vnde merito poterat horrore,
timore ac tremore concuti: sed amor præ-
stitit fiduciā, vt securus pijs stringeret am
plexibus, quem super se etiam angelicæ po
testates verentur. Hanc fiduciam non præ
stat fides sterilis ac bonis operibus vacua,
sed feruens & perfecta charitas, quæ vbiq;
& semper & in omnibus domini Dei sui vo
luntatem diligentissime exequitur, idque
non ob aliud, nisi quia nouit ita velle eum
quem diligit. Sequitur:

Simeonis charitas quanta fuerit.

Et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Iam adeptus erat, quod sperauerat, q̄d
totis animæ visceribus concupierat, quod
tot annis tam anxius expectarat: ideoque
nihil iam superesse arbitrans, cur diutius
viuendum sibi putaret, pijssimo & trāquil
lissimo animi affectu exclamauit: Nunc di
mittis seruum tuum domine, secundum
verbum tuum in pace. Vidi Christum sa-
lutare tuum, vidi Deum ac dominum me-
um, quem semper videre concupiui, vidi
eum, qui est summa vnica & vera pax ani-
mi, tranquillitas mentis: ergo iam dimitti
cupio, sicut pollicitus es, in pace, vt in ipso
obdormiam & requiescam, quem vlnis te-
neo, qui, vt dixi, vera pax est omnium ele-
ctorum. Quid mihi iam vlterius cum hu-
ius miseræ vitæ perturbationibus? quid
mihi cum hac vita misera, mille periculo-
rum, tentationum, vexationū procellis ex-
posita? Dimitte me in pace, vt anima mea
ab huius

Psalm. 4

ab huius exilij erepta ergastulo ad sinũ Abrahę feliciter quietura trãseat, donec peractus omnibus, quæ ad salutem nostram pertinent, Christus filius tuus me ex in feris eductum cum iustis om̃ibus in cœlum secum abducat, id est, supernam Hierusalem, visionem pacis sempiternæ. Ad

G

Pacẽ verã quinã præpediant.

hanc pacẽ quisquis pertingere appetit, expurget se à vitijs, quæ sola impedimento sunt, ne vera pace perfruamur. Quia, inqt, viderũt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omium populorum: Lumen ad reuelationem gẽtium, & gloriam plebis tuæ Israel. Salutare Dei Christum esse vel ex hoc loco satis intelligitur. Eum Simeon sanctus vbi vidit, iam prẹter eum nihil optat videre amplius. Fastidit omnia quæ mundus habet, postquam Deum Dei filium vidit. Quid enim possit in rebus creatis libere ei, qui om̃ium creatorem vidit? Itaque quod multi vilissima præsentis vitæ bona & res caducas charas habent, inde potissimum fit, quod summi boni nullum adhuc gustum perceperunt. Quod si vel tenuiter gustassent, sentirent nimirum eius comparatione merito contemnenda esse, quæcunq; mundus suis offert amicis, sicut verissime dicit Papa Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro. Quod autem ait: Quod parasti ante faciem omnium populoꝝ, lumen ad reuelationem gentium, manifeste indicat dominũ toto humano generi saluatorem venisse. Ipse est enim lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. Væ autem illis, qui suis peccatis aditum præcludunt huic luci, quo minus eorum pectora illustrare queat: de quibus dicit Euangelista: Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehenderunt, id est, admittere noluerunt. Qui enim peccat, lucem excludit, nec sinit gratiæ lumen in se operari. O si homines vitijs dediti aduertere vellent, quantum bonũ à se excludant, quanta luce se priuent, quantis immergant tenebris internis, horrerẽt sane, & minus essent procliues in vitia: Dominus Iesus verum lumen est, remoueatur quicquid illi obicem ponit, & confestim gratiæ suæ splendoribus totos nos collustrabit. Sed quur dicit sanctus Simeon, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel? An ne etiam Iudęos Christus illuminauit? an ne etiam toti humano generi magnam attulit gloriam, quod Dei filius homo fieri voluit? Missus plane erat dominus ad oues quæ perierant domus Israel, & illis illuminandis quantam nauauerit operam, Euangelica scripta declarant. Sed quia paucissimi eius lucem recipere voluerant, ad gentes gratia eius translata est. Vnde Esaias dicit ex persona Dei: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Dicitur ergo lumen gentium, quia post eius aduentum gentes dæmonum cultui deditæ ad vnius Dei viui & veri agnitionem conuersæ sunt, & Iudæi in sua cæcitate permanserunt. Gloriam autem plebis Israel eum vocat, quod illi populo maximam attulerit dignitatẽ, quod Dei filius ex ipso carnem sumere voluit: quod idem ad totum humanum genus referri potest, cui id non vulgarem aduexit gloriam, quod Dei filius homo fieri dignatus est. Rogemus nunc dominum dilectissimi, vt dum adhuc in hoc exilio degimus veram pectoris & conscientiæ pacem, cunctis vitijs & perturbationibus exclusis ac sopitis adipisci, Christum veram salutem interioribus oculis, vel per speculum & in enigmate conspicere, atque eius luce, ne erroribus & mendacijs fallamur, illustrari, atque ipsum tandem, qui certa gloria est plebis suæ in cœlesti patria felicissime possidere, atque in eius populo, id est, veris Israelitis adnumerari mereamur, Amen.

Amare im modice tẽporalia vnde contingat.

Gregorii

Ioan. 1

Ibidem.

Lumẽ veriti quis sit dominus Iesus.

Matth. 15

Esaiæ 55

1. Cor. 13

SERMO IN EADEM Solennitate. Vt Christi ac matris eius humilitatem & obedientiam imitari debeamus.

H

Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Lucæ secundo. Etsi dubium non est dilectissimi totam domini Saluatoris vitam omnigenis claruisse virtutibus, nullam tamen fere tam studiose, ac solicite in seipso expressisse, nobisque colendam tradidisse videtur, atque veram & profundam humilitatem. Vnde ipse ait: Discite à me, non fabricare cœlos, non excitare mortuos, nõ mortalium omni-

Matth. 11

Vita Chriſti tota vt fuerit mera humilitas.

ominum efferri ac celebrari encomiis: ſed quia mitis ſum & humilis corde, videlicet vt & vos beatæ humilitatis, & placidę mãſuetudinis gratiam adipiſci conemini. Inſpiciamus ſi placet totam Chriſti mortalẽ vitam, & in ea vbiq; humilitatẽ præcipue eminere conſpiciemus. Naſcitur in exteris locis procul à paterna domo, ex virgine humili ac paupere, in vili & fœtenti ſta bulo, reponitur in prçſepio, circunciditur vt peccati reus, offertur in templo ac redimitur vt vnus è cæteris, qui eſt verẽdus ſu per omnes, Herodis inſaniam ſentiens, fũ git in Aegyptum tanquam ſibi ab illo ho muncione metuat, quem ſolo nutu extin guere poterat: vſq; ad annum tricesimum latet incognitus, vilibus cum S. Ioſeph operibus intentus, deniq; vbi mundo prædicare exorſus eſt, tam manifeſte ineffabilem vbiq; humilitatem præ ſe tulit, vt omnino ſuperuacaneum ſit id declarare velle.

Lucæ 2

Matth. 2

Bernard. Philip. 2

Quæ omnia breuiter complexus D. Bernardus, ait: Exinaniuit Chriſtus ſemetipſum formam ſerui accipiens: filius erat, & factus eſt tanquam ſeruus. Nec ſolum for mam ſerui accepit, vt ſubeſſet, ſed etiã mali ſerui vt vapularet, & ſerui peccati, vt pœnam ſolueret, cum culpã non haberet.

Humilitas B. Mariæ quãta fuerit.

Ita iam habemus filii Dei admirandam humilitatem: videamus etiam quam ea vir tus in eius matre digniſſima effulſerit. No uerat virgo ſupernis ſplendoribus abunde illuſtrata ſolum humilitatẽ reddere ho minem Deo ſuo fidelem, eidem aſcribere bona omnia, ſibi vero nõ niſi mala, eamq; nec inſoleſcere in pſperis, nec deiici in aduerſis: ideoq; ſummo ſtudio eam amplexa eſt. Vnde, tametſi ab æterno patre tam ſin gulariter eſſet electa, ab ipſo Dei filio in matrem aſſumpta, à Sancto ſpiritu totius gratię plenitudine inundata, ab angelo of ficioſiſſime ſalutata, multiſq; aliis eximiis ac inauditis affecta donis Dei, nihilominus tanquam horum nihil ipſi præſtitum eſſet, in profundiſſimæ humilitatis abyſſũ ſeſe ſemper Dei erit, gratias quidem agens Deo corde ardentiſſimo pro beneficiis illius, ſed eorum nihil ſibi tribuens. Quod in ea admirans S. Bernardus, in hæc verba prorumpit: Quæ eſt iſta tam ſublimis humilitas, quæ honori cædere non nouit, in ſoleſcere gloria neſcit? Dei mater eligitur, & ancillam ſe nominat. Non eſt magnum eſſe humilem in abiectione: magna prorſus & rara virtus humilitas honorata. Et eſt reuera nimis ſtupẽdum, quod virgo ſacratiſſima, Dei mater veneranda inter tot præclara virtutum chariſmata, tot diuino rum prærogatiuas munerum, tantam tam que excellentem vitæ ſanctimoniam aliaq; multa nulli vnquam tam ſublimiter cõ ceſſa non ſolum non eſt erecta in ſuperbiam, ſed nec tenuiſſimum elatiõis motum ſenſit vnquam: imo vero quanto præſtan tioribus omnipotentis Dei beneficiis augebatur, tanto ſe ſemper humilius abiecit, omnibus illis ex animo indignam ſe iudi cans. Vbi facile aduerti poteſt, quantum vicerit animi conſtantia & fortitudine, ac profunda humilitate primũ illum ac præ cipuum angelum, qui cũ nõ eſſet tam ſublimi affectus honore, vt mater Dei, (Nihil enim ſub Deo maioris eſt dignitatis, quã eſſe matrem Dei) tamẽ ex naturali pulchri tudine ac decore ſuo tam intolerãdam cõ cepit ſuperbiam, vt irreuocabili benigniſſimi creatoris ſententia detruſus ſit in infi mum tartari lacum, ſemper illic ſine fine cruciandus.

Bernard.

Lucæ 1

Eſaie 14

Cognitionem quã lucidam habuerit beata Virgo Maria de Deo & de ſe ipſa

Iam vero ſi quis diligen tius ſcire velit, quanta fuerit in Dei matre humilitas, cogitet ſi poteſt quanta in eius mẽte sereniſſima, ac lucidiſſima, tum Dei, tum ſuiipſius cognitio fuerit. Quæ quanto eſt maior in homine, tanto etiam humi litas demiſſior ſit neceſſe eſt. Nemo me pu tet de nuda illa Dei ac ſui cognitione dice re, quę poteſt eſſe etiam in malis ac impiis: ſed de illa potius, quæ à ſancto ſpiritu ſupernaturaliter infunditur: qua vſqueadeo beatæ ſemper virginis Mariæ animam cõſtat impletam fuiſſe, vt à nemine ſatis queat compræhendi. Itaq; frequentiſſimis diuinæ lucis perfuſa fulgoribus, atque in di uinitatis creberrime & altiſſime demerſa abyſſum, maximam & ineffabilem diuinæ maieſtatis ac celſitudinis, ſuæq; paruitatis notitiam adipiſcebatur: Inde vero intantum ſeſe deiecit, ac omnino nihilipendit, vt Dei erga ſe benignitatem ac liberalitatem vehementiſſime admiraretur, eaque ſe indigniſſimam toto corde ſentiret. Sed & ipſe ſapientiſſimus Deus quandoquidem eam ſupra omnem puram creaturam tam in donis gratiæ gratum facientis, quã gra tiæ gratis datæ euehere ac exaltare conſtituerat pro ſuo erga ipſam ſingulari ac ardentiſſimo amore, vt eorum omnium donorum, & chariſmatum eſſet capaciſſima,

ad eaq;

ad eaq; suscipienda cum primis habilis ac idonea, principio perfectissimam & profundissimam ei præstitit humilitatem: qua indies in ea mirifice excrescente, simul etiam alia omnia supernorum charismatum dona cumulabantur. Vt enim ad conuallium concaua vbertim pluuiatilis vnda confluit: & quo conualles sunt profundiores, eo copiosiorem possunt vndam capere, largioresq; in eis aquæ colliguntur: ita in animas humiles diuina gratia propensissime illabitur, eaq; tanto copiosior, quãto sunt humiliores.

Profectũ quantũ fecerit B. Maria in humilitate vera.

Quis aũt cogitatione complecti queat, quãtum in humilitate virgo sacratissima profectum fecerit, quando veri Dei filium, cuius summam maiestatem optime nouerat, tam humiliter, tam modeste, tam obedienter quotidie secum victitare perspexit, cuius exemplis non poterat non vehementissime inflammari? sicut dubium non est, qui nvt obediẽtissima & summe docilis Christi filij sui discipula, perfectissime ab eodem didicerit, ac executa sit semper, quod ipse dicebat: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sed quid nos multis de sanctissimæ virginis humilitate agimus, quæ nunquam potuit, sed nec poterit vllo explicari sermone?

Matth.11

K

Obediẽtia Christi quanta fuerit.

Videamus nunc paucis & filij eius & ipsius obedientiam. De se quidẽ ipse filius dicit: Nõ descendi de cœlo vt faciam voluntatẽ meam, sed eius q misit me patris. Ecce habes obedientiam erga patrem. Lucas autẽ Euangelista quodam loco de ipso sic refert: Descendit Iesus cum parẽtibus suis in Nazareth, & erat subditus illis. En habes obedientiam erga parentes: sed obedientiam talem, quam aures humanę sine stupore & tremore vix possint percipere. Quid est enim subditum esse Deum hominibus, omnipotentem infirmis, regem regum & dominum dñorum, pauperculis & simplicibus, creatorẽ creaturis, immortalẽ mortalibus? Neq; solũ parentibus suis obediuit, sed etiã mortalibus cunctis quantum in ipso fuit. Quis vnq̃ aliud petijt ab eo, & passus est repulsam. Atq; quod magis mirandum, etiam ipsi vilissimo dęmoni se submisit catenus, quod se permisit ab illo in templi pinnaculũ, & in montẽ excelsum duci.

Ioan.5

Lucæ 2

Apoca.19

Matth.4 Lucæ 4

Obediẽtia B. Mariæ quanta fuerit.

Quã vero bñdicta mater eius hãc Deo gratissimã virtutẽ semp excoluerit, vel ex hoc solo perspicue liquet, q̃d nunq̃ in tota vita sua vel tenuissimo pctõ offenderit Deum: adeo semp summe sollicita fuit, ne qd admitteret, q̃ vel parũ displiceret Deo ac dño suo: potestq; rectissime illi aptari versus ille Psalmi I. In lege dñi voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Neq; cõtenta fuit languere circa cõmunia, & pcepta dũtaxat obseruare, sed quicqd cognouit præcipue placere Deo, id semp studiosissime executa est. Imo etiã ea, ad quę non erat astricta, perfecte seruare voluit humilitatis & obedientiæ causa: cuiusmodi est, q̃d purificatiõis seruauit legẽ, cũ nullas cõtraxisset sordes, à qbus esset expurganda.

Psalm.1

Lucæ 2

Merito igitur huic pstantissimę virgini ac reuerendissimę dñæ nostrę subijcitur ac obtemperat creatura omnis cœlestis & terrestris, & quæcunq; cœli ac terræ ambitu continentur: quãdoquidem ipsa perfectissime Deo semper subiecta fuit. Sed qd prodest dilectissimi, vt has filij Dei matrisque eius virtutes cõmemoremus, nisi etiã pro modulo nostro eas imitari studeamus? Didicimus humilitatem humilis Dei, didicimus humilitatem matris Dei, didicimus et vtriusq; obedientiam, quæ virtus ex humilitate proficiscitur (nõ enim potest esse vere obediens, nisi qui humilis sit, nec potest non obedire, qui humilitate præditus est) discamus ergo & nos esse humiles, discamus esse morigeri ac obedientes. Vtraque virtus ad salutẽ prorsus necessaria est.

Omis creatura vti merito subijciat B. Mariæ.

Humilitatẽ B. Bernardus definit, quod sit virtus, qua quis verissima sui cognitione sibi vilescit. Idemq; ait quod verus humilis nõ vult humilis prædicari, sed vilis reputari. Quod est cõtra hypocritas, q foris humilitatem simulant, cum animo superbi ac tumidi sint. Quod vt caueamus, D. Hieronymus pulchre admonet, vbi ait: Humilitatẽ sequere, nõ quæ ostenditur atq; simulatur gestu corporis, ac ficta voce verborũ, sed quæ puro cordis affectu exprimitur. Aliud est enim virtutem habere, aliud virtutis similitudinẽ. Illa multo deformior est superbia, q̃ sub quibusdã humilitatis signis latet. Nescio eñ quõ turpiora sunt vitia, cum virtutũ specie celantur. Hæc ille.

Humilitas qd sit. Bernard.

Hieron.

L

Ad veram humilitatẽ quæ nã promoueat.

Ad verã aũt humilitatem obtinendam multũ prodest bene pspecta habere, atque ob oculos reuocare vitia qbus Deũ offendimus, itemq; perturbationes siue passiones malas qbus impliciti sumus. Nõ enim facile erigemur in supbiam, si bene attẽdere volemus q̃ viles simus in cõspectu Dei

P ob

ob peccata & vitia nostra, qbus tamē plus
satis abundamus. Nihil nanq; Deo peius
fœtet, atq; pctm̄: & hoc proprie nostrū est.
Si qua vero bona in nobis sunt, ea non no
stra, sed Dei sunt. Nihil igit̄ omnino in no
bis est, nisi q̄d pessime fœteat, de illis loq̄r,
quę vere nostra sunt. Vnde igitur superbia
intumescimus? Si de ingenij p̄stantia, si de
pulchritudine corporis, si de viribus, si de
diuitijs, si de quantumuis excellenti erudi
tione, si deniq; q̄d maius est, de virtutibus
ac charismatibus diuinitus infusis. Hęc o-
mnia aliena sunt, nostra nō sunt. Quicqd
in his boni est, quicquid laude dignū est,
ex totius boni fonte in nos deriuatū est,
non ex nobisipsis profectum. Qua igitur
fronte inde superbimus? Si extolli animo
placet, extollamur de innumeris sceleri-
bus, vitijs & peccatis nostris: hæc enim no
stra sunt. Atqui ex his erigi in superbiam,
nihil aliud est, q̄ in furorem & insaniā ver-
ti. Deinde nō parum quoq; adiuuat ad
humilitatis capessendam gratiam, conside
rare vilitatem conditionis nostræ quantū
ad ipsum corpus attinet, de qua D. Bernar
dus scribens, Si diligenter, inquit, conside
res, quid per os & nares, cæterosq; corpo-
ris meatus egreditur, vilius sterquilinium
nunquā vidisti. Itemq;: Nihil est aliud ho-
mo, nisi saccus stercorum, cibus & esca ver
mium, post hominē vermis, post vermem
fœtor & horror. Et sic in non hominē ver
titur om̄is homo. Quid ergo superbis ho
mo puluis & cinis? cuius conceptus culpa
nasci miseria, viuere pœna, & mori est an-
gustia. Idē Bernardus sermone XXXVIII.
in Cātica canticoꝝ sententia vtitur memo
rabili, qua nō hęc duo tm̄, sed etiā alia quę
dā, quæ animū vehemēter humiliāt, cōple
xus est, ita dicēs: Quō non humiliabit ani-
ma in vera cognitiōe suipsius, cū se perce
perit peccatis oneratā, mole mortalis cor-
poris aggrauatā, terrenis curis circundatā,
carnaliū desiderioꝝ fere infectā, cæcā, cur-
uam, infirmā, implicatā multis erroribus,
mille periculis expositam, mille timoribus
trepidā, mille difficultatibus anxiā, mille
suspitionibus obnoxiam, mille necessitati
bus ærūnosam, procliuē ad vitia, & inuali-
dā ad virtutes? Hæc ille. Magnū p̄terea
ad cōsequendam humilitatē pręstat adiu-
mentum inspicere sanctoꝝ exempla. Hoc
eñ id efficit in nobis, vt dū aliorum p̄cla-
ra cōspicimus gesta ac merita, nosipsos nō

Rationē meritam nullā habere homines cur superbire possunt.

Bernard.

Eccle. 10

Bernard.

solū nō extollere audeamus, sed etiam de-
spicere ac deprimere cogamur. Quid est e-
nim vita nostra ad multoꝝ cū Christo in
cœlis beatā nūc vitā degentiū collata? Hac
de re sic dicit B. Gregorius: Necesse est, qui
in virtute humilitatis p̄ficere desiderat, vt
exēpla sanctoꝝ viroꝝ cōspiciat, atq; in eo
rū cōparatione se pensans, se pctōrem esse
dep̄hendat. Hoc adminiculo vel remedio
vti debēt, qui dum boni quippiam agunt,
aut quędā in se Dei dona animaduertunt,
ventum superbiæ patiūtur. Credo equidē
si quis p̄cedentium sanctoꝝ facta ęquo p-
pēdat iudicio, magis ipsum etiā ex quibus
libet quantumuis p̄claris factis suis rubo-
re posse suffundi, quam efferri animo. Ve-
rum vt dicit S. Papa Gregorius, hæc repro
bi nesciunt: quia mētis oculū semper in in
fimis premunt. Quia & si quandoq; in via
domini veniunt, non ad meliorū vestigia
intuēda, sed ad prauorum exempla vertū-
tur. Neq; eoꝝ considerant vitam, qbus se
humiliando postponāt, sed qbus se super-
biendo præferant. Deteriores nanq; cōspi
ciunt, quibus se meliores esse glorientur.

Possent & alia multa, quibus obtine
atur humilitas, adduci, sed tempus nō pa-
titur. De hac virtute, puta q̄ ea necessaria sit
etiam illis, qui iam virtutibus acquirendis
nauant operam, pulcherrime dicit Grego
rius Papa: Perit omne quod agitur, si non
solicite in humilitate custodiatur. Qui eñ
virtutes sine humilitate congregat, quasi
pulverem in ventum portat. Ergo dilectis
simi studeamus humilitati, sine qua nihil
Deo gratū esse potest, quantūcunq; excel-
lens sit. Si grandem nitimur & sublimem
virtutum structuram conficere, fundamē
ti loco altissimam ponamus humilitatem:
quę quāto fuerit profundior, tanto firmi-
us, magisq; diuturnū erit totū cæterarum
virtutum ædificium. Et si nonnihil labo-
rare oporteat, labor ipse contemnatur vir-
tutis amore. Digna est enim hæc præclara
humilitatis virtus, vt eius adipiscendæ cau
sa labor nullus subterfugiatur. Tot tamq;
eximios effectus habet: de quibus non est
iam singillatim agendum. Deinde vbi hu-
militatem adepti erimus, virtutes aliæ sua
sponte succedent: imprimisq; vera tum er
ga Deum, tum prælatos, tum alios, maxi-
me quibus parendum est, obedientia, quæ
vt diximus, ex humilitate nascitur, nec ni-
si in humilibus vera ac Deo grata esse pōt,
nec

Gregor.

Idem.

M

Idem.

Fundam. tū veri spiritualis ædificii quodnam sit.

Obedientiam nasci ex humilitate.

nec vnquã abest ab humilibus. Quisquis autem illis quibus debet morẽ gerere non vult, is hoc ipso superbum se esse declarat. Erga Deum quidem summa ac præcipua semper exhibenda est obedientia, vt quicquid ille siue iussit siue vetuit, ne pro ipsa quidem vita amittenda vnquam aut omittatur, aut fiat. Erga prælatos quoq; & Ecclesiæ proceres integra ac syncera obedientia præstanda est, nec dubitet quisquam quin contemptus illis irrogatus in Deum redundet. Sic enim ipse Dominus ait: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Et ne quis putet ob malam ipsorum vitam non eis esse obtemperandum, Dominus manifesto ait ad discipulos suos: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera vero illorum nolite facere. Istud difficile non est humilibus, qui neminem cõtemnunt, neminem iudicant, sed se solos omnium vilissimos ex animo putant, atq; indiscriminatim quibusuis superioribus suis obediunt, modo ne manifestam præcipiant iniquitatem.

Obedisti autem quibus nam debemus.

Lucæ 10

Obediendũ etiã malis etiã prælatis. Matth. 18

N Lutherani nostri spiritu nõ humilitatis sed elationis pleni nolunt Romanę sedis antistiti, atq; alijs catholicis Episcopis & superioribus suis obtemperare. Putant enim se nullã eis debere obedientiam. Sed quo authore? Luthero scilicet, excucullato monacho, qui ipse primo votum obedientiæ monasticũ omni pudore simul cum habitu religioso reiecto fregit, ac deinde etiam Romano pontifici atq; adeo toti Ecclesiæ se opposuit. Nec sua damnatione contentus, quoscunq; potuit: ad eandem prouocauit. Quæ libentissime innumera hominum carnalium & mundo huic deditorũ turba secta est. Nimium enim delectabat eos hodie que delectat carnis gaudere libertate, quæ est dirissima seruitus, nec vlli parere superiori potestati. Cuius rei præclarum habent exemplũ in ipso lucifero, qui indigne ferens se Deo subiectũ esse debere, tale cõcepit consiliũ: Ascendã, inquit, super altitudinẽ nubium, similis ero altissimo. Sed qd euenit misero? Id quod statim apud Esaiã, vnde hæc eius verba desumpta sunt, sequitur: Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Timeant hæc filij propriæ voluntatis, filij desertores, filij inobedientiæ, qui ab catholicæ Ecclesiæ capitibus & membris sese vltro abiungunt, nec per humile ostium quod est Christus, intrare volunt in regnum cœlorum, sed per deuia aberrare malunt cum principe tenebrarum, qui nunquam aduersus miseros mortales fortior est, quã cum eos à Christianæ humilitatis obedientia sese subducere, ac propriæ voluntatis libidini obsequi cernit. Quod vtiq; neq; Christus, neq; eius veneranda genitrix suis nos exemplis docuerunt: qui vt maximum obedientiæ meritum nobis demonstrarent, etiam in illis obedire voluerunt, in quibus erant ab omni lege immunes. Quos nos dilectissimi imitari decet, & eorum potius, quam superbi dæmonis vestigijs ingredi. Nihil est Christianæ pietatis humilitate sublimius, nihil submissa obedientia gloriosius. Posteaquã ex paradisi sedibus ob superbiam & inobedientiã detrusi sumus, nõ alia, qua ad eas reuerti liceat, quam humilitatis & obedientiæ, nobis relicta via est. Hanc teneamus, in hac perseueremus. Non nos delectet libertas carnis, cuius finis est dæmonum seruitus sempiterna apud inferos, sed Christi suaue iugum & onus leue mansuetissimis humeris excipiamus. Humiliemur dum in hac misera vita vel potius morte sumus cum domino Iesu & eius pijssima matre, vt exaltemur in die visitationis, quando veniet dominus exaltare humiles, & humiliare superbos, quãdo pauperes spiritu, id est, humiles obtinebunt regna cœlorũ, & superbi cum eo qui est rex super oẽs filios superbiæ, demergẽtur in flammas pice ac sulphure semper arsuras apud chaos tartarorum, iustam illis vindictam reddente domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia verendus & benedictus in secula, Amen.

Lutheri rebellio in prælatos Ecclesiæ quanta.

Obedientia Lutheranorũ qualis sit.

Esaiæ 14

Esaiæ 14

Matth. 10

Humilitatẽ & obedientiam solam viam esse ad regnum cœlorum.

Matth. 11

1. Petr. 5

Lucæ 1

Matth. 5

Iob 41

SERMO II. IN EAdem Solennitate. Templum triplex, in quod Christus mystice offerri debeat, quodnam sit: quas item virtutes in sui purificatione idem Christus & dignissima ipsius mater nos docuerint.

O

Suscepimus Deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui. Psalmo XLVII. Charissimi fratres sancta mater Ecclesia peragens solennitatem hodiernam, solennitatẽ Christi, solennitatem etiã beatæ & perpetuę virginis Marię, excitat filios suos ad deuotionem & gratiarũ actionem dño Deo patri pro natiuitate filij sui in carne, pro circuncisione eiusdem, & pro præsentatione seu oblatione illius in templũ, & pro illius manifestatione, quæ hodie clarior fuit, quam in eius natiuitate vel apparitione. Nam in natiuitate solis pastoribus, in apparitione magis, hodie vero apparuit omnibus fidelibus cum testimonio solenni iusti Simeonis, & deuotissimę viduæ S. Annæ. Idcirco statuit mater nostra sancta Eccesią in principio Missę prępalligata verba cãtari hodie:

Psalm. 47 Suscepimus Deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui. Quæ verba tripliciter possunt intelligi, secundum quod tẽplum tripliciter potest accipi: scilicet literaliter pro templo materiali, vel mystice pro beata virgine Maria: siue moraliter ꝓ nobisipsis.

Templum triplex ꝙ qui intelligendum

Primo, literaliter & secundum historiam accipitur templum pro materiali templo Salomonis, in q̃ hodie suscepimus misericordiam Dei, id est, Iesum Christũ dñm nostrũ,

Ioan. 3 qui nõ venit iudicare mundũ, sed saluare, qui semetipsũ hodie Deo patri obtulit, & seipsũ redemit, & obtulit hostiã pro pctõ. Non tamen se redemit quasi obnoxiũ peccato, vel in aliquo debitorem: sed redemit nos in seipso: quia nos corpus vnum multi sumus in ipso.

Christus quõ seipsũ redemerit

Ephe. 4

Hanc porro oblationẽ & præsentationem Christi in templũ materiale docet hodie Euãgelica hystoria, in qua breuiter tangitur quõ Christus Dei et virginis filius voluit in templum offerri. Sed dicitis: quare voluit in templũ offerri? Interrogo & vos: quare voluit nasci? quare voluit circũcidi? quare voluit & postea crucifigi, & tandem mori? Omnia charissimi propter nos fecit. Nam sicut non habuit necesse, propter se, scilicet crucifigi aut mori, ita non fuit ei etiam necessarium in templum præsentari aut nasci. Nobis necessarium fuit, nobis vtile fuit, nõ solum ad redemptionem nostram, sed etiam ad instructionem nostram. Talia enim sunt opera, & passiones Christi, tam fructuosa, quod non solum prosunt, sed etiam erudiunt. Profuit quidem hæc obseruantia legis,

Christus cur voluerit hodie offerri in templo.

Opa & passiones vt nõ solum ꝓsint, sed & erudiãt

S. Thom. Nã vt sanctus Thomas dicit, Christus voluit sub lege fieri, & præcepta legis seruare, quum tamen esset autor legis, vt eos qui sub lege erant redimeret, & vt iustificatio legis in suis mẽbris impleretur. Galat. 4

P

Duplex enim præceptum in lege de prole nata traditum erat. Vnum quidem generale, quo ad omẽs, vt scilicet completis diebus purificationis matris, offerretur sacrificiũ pro filio vel filia. Et hoc sacrificiũ erat ad expiationẽ peccati, in quo erat proles concepta & nata, & etiam ad consecrationem quandam ipsius pueri: & idcirco offerebatur aliquid in holocaustum, & aliquid pro peccato.

Quatuor purificã dis lex scripserit. Leuit. 12

Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis, tam in hominibus, quam in iumentis. Sibi enim deputauerat Deus omne primogenitum filiorũ Israel, pro eo quod ad liberationem populi Israel pcusserat primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis.

Exodi 13 Leuit. 12 Numer. 3 Exodi 13

Quia igitur Christus natus erat ex muliere, & erat primogenitus, & voluit sub lege fieri, idcirco hæc duo seruauit, quod scilicet fuit in templũ præsentatus, & pro eo oblatũ sacrificiũ scilicet, par turturũ vel duo pulli columbarũ. Et quia erat etiam primogenitus, ideo fuit redemptus quinq; siclis.

In hac aũt præsentatione habemus tria magna documenta, siue exempla trium magnarũ virtutum, tam ex parte domini Iesu, quã ex parte beatæ virginis Marię.

Præsentatio Christi in templũ ꝓ quas virtutes nos docet.

Primum exemplum vel documentum fuit, magnę humilitatis. Primo in Maria virgine: quæ licet virgo conceperat, virgo, & clauso ventre, & sine dolore genuerat, nec cæteris defectibus & incõuenientijs muliebribus, quæ euenire parientibus solent, subiacuerat, tamen ex humilitate voluit se assimilare cæteris corruptis mulieribus. Nam abstinuit per septem dies à consortio hominum, tãquam immunda, & triginta tribus diebus ab ingressu templi, & alia seruauit, quæ in lege habebantur, ac si indiguisset tali purificatione.

Humilitas in purificatione B. Mariæ quãta fuerit.

Leuit. 12

Seruauit bene illud dictum sancti Gregorij, dicentis: Bonarum est mentium ibi culpam agnoscere, vbi nulla est culpa. Gregorij

Et illud sancti Bernardi: Verus humilis non vult humilis prædicari, sed vilis reputari. Bernard.

Secundo, magna humilitas apparuit Iesu Christi, quod voluit pro se hostiam offerri pro peccato, ac si fuisset conceptus & natus in peccato, à quo oportuit

Humilitas Christi in sua ꝓsentatiõe quanta fuerit.

cum

R

eum expiari. Sed bone Iesu quid habes expiari? Vnde contraxisti peccatum? Non à patre, quia pater tuus Deus est, in quem nō cadit peccatum. Et tu Deus es ex Deo: non tamen duo dij, sed cum patre & spiritu sancto vnus es Deus. Nam secundum carnem non habes patrem, sed tantum matrem, sed virgo est, tota pulchra, & macula non est in ea. Non concepit libidine, sed fide. Accessit ad eam spiritus sanctus, & de purissimis guttulis sanguinis eius formauit tibi corpus in vtero virginali, & virginem intactam & clausam reliquit, sicut inuenit. Non est ergo in te peccatum, qui est speculum sine macula, imago Dei patris, & figura substantiæ eius. Nos sumus qui expiamur à peccato in te, quia membra tua sumus. Tu caput es. Sanum quidem est caput, verum membra infirma sunt, à capite, id est, à te sananda.

Cant. 4

Sapien. 8 Hebræ. 1

Q

Paupertas Christi et eius matris quanta fuerit in eorum purificatione. Leuit. 12

Secundo, exhibuit exemplum magnæ paupertatis, quia voluit offerre pauperum hostiam, id est, par turturum, vel duos pullos columbarum. Nam soli diuites offerebant agnum. Non autem est mirum, quod etiam hic seruauit paupertatem, quam in tota vita sua semper elegit. Nam quum in sua optione esset eligere tempus, locum, modum, & conditionem, & parentes de quibus vellet nasci, elegit, quod mundo esset abiectius & despectius, & carni pœnalius. Nam parentes pauperes, locum despectum, derelictum, & magis ignotum elegit, tempus quod esset pœnalius infanti, scilicet, propter frigora. Vnde voluit nasci in tempore magis contrario infanti, scilicet hyeme, & de nocte. O bone Iesu, quum sis creator omnium, & tuæ sint diuitiæ & gloria, quare præ omnibus diuitijs elegisti paupertatem? Si bonum est, quod elegisti, quare non omnes eligunt hoc bonum? quare filij hominum, filij huius seculi sic quærunt diuitias, sic quærunt magnificari super terram, exaltari super homines? quum tale exemplum à te non viderunt, qui es summa sapientia. Certe si hoc bonum esset, tu ipse hoc elegisses. Sed quia non elegisti, vel tu errasti, vel ipsi errant. Sed quis dicere potest te errasse, qui es sapientia summa & æterna? Ergo quia non errasti, nec errare potes eligendo paupertatem, sequitur quod totus mundus errat, qui quærit & colligit perituras diuitias.

Leo Papa.

Prouer. 8 Paupertatem quur Christus omnibus prætulerit diuitijs.

Mundus totus cur sit in errore constitutus.

Obedientiæ exemplum quale Christus & eius mater nobis reliquerit in sua purificatione Leuit. 12

Tertio, exhibuit exemplum magnæ obedientiæ, quia seruauit beata virgo cum filio legem, ad quam non tenebatur. Notate verba legis, & videte si beata Maria debuit illi subijci. Dixit dominus ad Mosen: Hæc dices filijs Israel: Mulier si suscepto semine, peperit masculum, immunda erit septem diebus. Quid necesse fuisset addere, suscepto semine, nisi Moses à domino illuminatus, cognouisset Mariæ virgineum partum sine semine? quia nisi cognouisset, superfluum fuisset addere, suscepto semine. Nam nulla alia mulierum concepit sine suscepto semine. Vnde nisi voluisset excipere Mariam, superflua fuisset talis loquutio. Nam talis est eiusmodi locutio, ac si vobis diceretur: Quicunque fregerit silētium lingua, recipiet disciplinam. Quid est necesse addere, lingua? Non enim frangitur silentium manibus vel pedibus. Sic non fuisset necesse dicere: Mulier quæ suscepto semine parit, quia omnes de semine pariunt viri. Sed Moses ex inspiratione diuina noluit blasphemiam irrogare in matrem domini, vt diceret: Omnis mulier quæ parit, immunda erit: sed propter ipsam excipiendam à tali lege, dixit: Mulier quæ suscepto semine parit, immūda est. Sic non peperit Maria: ideo hæc lex non tangebat eam, nec tenebatur eam seruare. Attamen propter obedientiam (quę facit, plus quam tenetur) voluit seruare legem istam. Hic iam licet vobis cogitare, & vobisipsis formare hystoriam, quomodo scilicet, & cum quanta deuotione beata virgo Maria & Ioseph cum puero Iesu ascenderint de Bethlehem in Hierosolymam. Non sunt omnia scripta gesta saluatoris, nisi quæ maxime necessaria fuerunt fidei: quia Deus voluit vt in talibus nos exercitaremus, cogitando quomodo facta sint. Indubium tamen est, quin beata virgo maximam deuotionem habuit & gaudium, quod Dei filium & suum baiulauit in templum, & obtulit Deo patri, & redemit ipsum quinque siclis. Intellexit quoque, quod hoc pręsignatio quędam erat, quod videlicet Christus filius suus se postmodum in perfecta ætate oblaturus erat Deo patri in cruce pro peccatis totius mūdi, & redempturus omnes homines quinq; vulneribus suis. Interea autē venit ille sanctus

Mariā parientē & se purificantē exceptam fuisse à lege Mosi.

Gesta & verba omnia Christi cur non sint scripta.

Deuotio & gaudiū B. Mariæ in filij oblatione quanta.

ctus Simeon, de quo audistis in Euange-
Simeō vt venerit in spiritu in templum.
lio. Venit autē in spiritu in templum, hoc
est, ex reuelatione spiritus sancti, qui reue
lauit præsentiam Mariæ, cum filio Chri-
sto & vero Messia, & dixit: Ecce Simeon
completum est desiderium tuum. Ecce iā
videbis Messiam tibi promissum. Vade igi
tur cito ad templum, & ibi eum reperies,
& brachijs tuis eundem accipies, & deuo-
S
te adorabis. Cogitate nunc, cum
quanto gaudio, cum quanto feruore san-
ctus ille senex properauit ad templum: cō
Deuotio simeonis ad Christū in tantem quanta.
siderate cum quanta reuerentia Saluato-
rem mundi adorauit, cum quanta fiducia
ipsum de manibus beatæ virginis accepit,
quæ illum benignissime & libentissime ei-
dem dedit: cum quanta item dulcedine &
amore illum inter brachia ad pectus su-
um strinxit, & osculatus est. Credendum
est, quod hæc vel similia verba potuit di-
Oratio Simeonis ad Christum infantem.
cere: O benedicte puer, tu es creator me-
us, tu es Deus meus, tu es redemptor me-
us, tu es redēptio Israel, & expectatio gen-
tium, tu desiderium patrum nostrorum,
tu prophetarum oraculum. Istæ sunt ma-
nus, quæ fabricauerunt vniuersum mun-
dum. Isti sunt pedes quorum scabellum
adoratur. Isti sunt oculi contemplantes
bonos & malos, quibus nihil est abscon-
ditum. Nunc lætus moriar, quia videre te
merui. Nunc ergo dimitte me exire de hoc
seculo, vt tam felix & bonum nuncium
deferam patribus in lymbo, qui te expe-
ctant. Dimitte me cum gaudio mori, ne
cum tristitia postea videam te à populo
nostro reprobari, crucifigi, & inter duos
Prophetia & concio Simeonis. Lucæ 2
latrones mori. Tunc conuertit se ad cir
cumstantes & prædicauit, quia ipse erat
Christus, & quod positus est (sicut in Eu-
angelio habetur) in ruinam, & resurrecti-
onem multorum in Israel, & in signum,
cui contradicetur. Et ad Mariam: Tuam,
inquit, animam pertransibit gladius. Vbi
prædixit ei filij passionem, & eius scilicet,
matris compassionem. Postea in gratia
Canticū Simeonis.
rum actionem cantauit canticum, quod
hodie cantatur in receptione candelarum:
Nunc dimittis seruum tuum domine, se-
cundum verbum tuum, id est, secundum
Annę vi duę & prophetissę cōmendatio.
promissum tuum, in pace, & cæt. Adue
niebat etiam sancta Anna, non mater bea
tæ Mariæ, sed prophetissa, filia Phanuel,

Lucæ 2
quam laudat Euangelium. Hæc vixerat se-
ptem annis cum viro suo à virginitate sua.
Et hæc vidua erat vsque ad annos octo-
ginta quatuor, quæ non recedebat de tem
plo ieiunijs & obsecrationibus, seruiens
Deo die ac nocte. Et hæc ipsa hora super
ueniens confitebatur domino, & loque-
batur de illo omnibus, qui expectabant
redemptionem Israel. Et quum omnia
peracta erant secundum legem domini,
rediit Maria cum Ioseph & puero in Ga-
lilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Iuit
etiam Simeon domum laudans, & benedi
cens Deum. Et quum ad domum suam
peruenisset, genibus flexis in terram, ma-
Mors S. Simeonis.
nibusque & oculis in cœlum eleuatis gra-
tias agens Deo de tanto mysterio sibi re-
T
uelato, feliciter reddidit spiritum.

Cogitate inter hæc, quantum gau-
Hostiam q̄ præcellentem hodie obtulerit B. Maria in templo.
dium habuit beata Maria quum hæc om-
nia tam miranda aspiceret: quantum ga-
uisa fuit, quod obtulit Deo gratissimam
hostiam scilicet, filium suum: & idcirco pla
cauit eum mūdo. Non fuit talis hostia ob
lata ab initio mundi. Quantum gauisa fu-
it, q̄d filius suus ita agnoscebatur, & p̄dica
batur Christus à viris & mulieribus tā mi-
rabiliter ad Dei gloriam. Habebat tamen
dolorem mixtum cum gaudio, quando
Cōpassio B. Mariæ mixta cū gaudio.
audiuit mentionem fieri de passione filij,
sicut Simeon prædixit: licet ipsamet meli-
us sciret ex scripturis & reuelationibus,
quam Simeon: tamen ex verbis Simeonis
in memoriam reducebatur magis. Se-
cundo dixi, quod verba thematis possunt
mystice intelligi, vt per templum intelliga
tur beata virgo Maria sic: Suscepimus De
us misericordiam tuam in medio templi
tui, id est, in beata virgine, quæ est templū
Dei, non solum ob hoc, quia Deus in ea
etiam corporaliter habitauit: sed etiam p-
Templū vti significet B. virginē Mariā.
pter multas conditiones conuenientes cū
templo. Nam sicut ad templum confugi-
unt omnes, diuersas petitiones & vota of
ferentes Deo: sic ad beatam Mariam speci
aliter omnes deuoti currunt, qui habēt ali
qua vota offerre Deo, quæ citius volūt im
petrare. Et sicut templū, id est, Ecclesia ha-
bet priuilegium, vt rei qui illuc confugiūt
sint immunes ab omni violentia, & iudex
non potest contra eos agere: sic confugiē-
tes ad beatam Mariam, immunes sunt à vi
olen

olentia dæmoniorum, & suspēdunt sentētiā iudicis Dei quousque beata virgo ipsum placauerit: quia Deus neminem damnat, qui sub alas confugerit Beatæ Mariæ. Propterea dico quod ipsa est templum misericordiæ. Quis fugit ad hoc templum, id est, ad Beatam Mariam, & non munitus est? Quis inuocauit eam pro misericordia, & exauditus non est? Quis clamauit ad eam in tribulatione, & consolatus non est? Quis habuit fiduciam in illa, & deceptus est? Quis commisit se illi, & derelictus est? A solis ortu vsque ad occasum non est qui se abscondat à calore misericordiæ & pietatis eius. Ipsa est potentissima & beneuolentissima reconciliatrix omnium pœnitentium peccatorum. Per ipsam venimus ad Dei gratiam, quotquot venimus. Sicut piscibus ponitur in hamo esca, vt intrent & capiantur: sic dominus Deus (sicut reuelauit Sanctæ Catharinæ de Senis) beatam MARIAM posuit escam miseris & desperatis peccatoribus, vt intrent hamum pœnitentiæ. Multi sunt, vt innumerabiles peccatores, indurati & desperati in peccatis, qui considerantes sua scelera & Dei iustitiam & seueritatem, non audent se conuertere & intrare hamum pœnitentiæ: quos tamen feliciter & misericorditer Deus decipit, capit, & imponit eis escam, id est, recordationem mansuetudinis, pietatis & dulcedinis MARIAE: & ad illam accedunt, ad illam mordent, & capiuntur: quia acquirunt amorem ad illam incipiunt ei seruire, & paulatim cognitionem & confidentiam de Deo, & sic incipit displicere eis vita ipsorum: quia beata domina non cessat, donec deuotos suos reconciliet cum Deo.

Templū misericordiæ cur vera sit B. maria.

B. maria vt sit refugiū tutū oim peccatorū.

Catharina senēsis. B. maria vt sit esca desperatis hoibus

V Deus & dominus noster Iesus Christus est iustus & misericors, & fecit quasi quandam diuisionem cum matre sua. Reseruauit sibi iustitiam, & matrē suā pfecit super misericordiam, fecitque eam thesaurariam & dispensatricem. Quare non seruauit sibi talem dispensationem? quare commisit matri? Quia scit omnes indigere misericordia, omnes clamare pro misericordia: quia omnes sumus miseri. Nemo autem clamat ad Deum pro iustitia. Quare? Quia omnes sunt rei, malefactores, sibique male cōscij. Omnes autem, vt dixi, clamant & quærunt misericordiam, & idcirco dispensationem misericordiæ commisit non viro, sed mulieri pijssimæ, beneuolentissimæ, largissimæ, dulcissimæ, amicabilissimæ, ad quam omnes bene audent accedere, quia neminem spernit, nemini improperat delicta, sed compatitur, excusat, & omnia vertit in melius, tantum vt se peccator peccatorem agnoscat. Et ideo confidenter accedamus ad eam pro misericordia, quia hoc est officium eius, commissio eius, vt subueniat pœnitentibus. Ad hoc enim est ipsa electa, & facta mater Dei, vt per eam peccatores inueniant gratiam. Et ipsamet dixit ad quendam suum deuotum, quod peccatores sunt gloria sua. Quare? Quia sicut Christus non fuit incarnatus & passus, nisi propter peccatores (sicut ipsemet dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus) sic beata virgo MARIA non fuisset mater Dei, si non fuissent peccatores. Quia si nullus fuisset peccator, non fuisset opus Deum incarnari. Et si non fuisset DEVS incarnatus, ipsa non fuisset mater DEI quod est maxima gloria eius. Ergo propter peccatores venit ei ille supremus honor, quo non potest maior esse post Deum, id est, esse DEVM. Ideo hoc officium non negligit, sed nec cessat, donec Deum recōciliet omnibus deuotis suis pœnitentiam facientientibus.

Christus cur matrē suā fecerit dispēsatricē sup regnū miæ.

Pctōres cur sint gloria beatæ mariæ Matt. 9

ibidem

X Tertio potest accipi templum pro anima hominis deuota, secundum quod dicit apostolus: Nescitis, quia templum Dei estis vos? Et iterum. Nescitis quia mēbra vestra templū sunt spiritus sancti qui in vobis est? Sumus igitur templum Dei, si in gratia Dei sumus si charitatem Dei habemus & proximi. Et in hoc templo suscipimus misericordiam Dei & domini nostri Iesu Christi per renouationem feruentioris charitatis, si nobis insunt illæ conditiones quæ scribuntur de sancto Simeone, qui figuram gessit nostri. Primum quod de eo scribitur, est interpretatio nominis. Simeon enim interpretatur audiens tristitiam. Ille ergo audit tristitiam, qui compatitur super afflictione pximi, q tristitiā fratris sui reputat suā, q portat patiēter onera & defectus pximi sui. Tales sunt misericordes cōpatiētes, & re-

Templū vt signet hois cuiusq animā 1. cor. 3 1. cor. 6

Simeō qd signet

&recipiunt dominum in corde suo. Se-
cundo scribitur de eo, quod fuit in Hieru
Hierusalẽ qd sonet. salem. Hierusalem interpretatur visio pa-
cis. Qui ergo dominum vult habere in
corde suo, oportet vt habeat pacem in cor
de suo: quia in pace factus est locus eius, vt
Psalm. 75 dicit Psalmista. Si vis habere pacem in cor
pacem pe ctori quæ nam pstẽt Iob 27 de tuo, serua mandata Dei, redde ei vota
tua, vt non reprehendat te cor tuum in o-
mni conuersatione tua. Serua obedienti-
am & reuerentiam superioribus tuis, con-
cordiam & charitatem cum fratribus. No
li intromittere te cum hijs quæ ad te non
pertinent & quæ tibi non sunt commissa.
Noli alios curiose obseruare: secreta eorũ
Psal. 37 Obseruatio aliorũ curiosa q̃ mala generet. & defectus studeas potius nescire & non
videre, quam scire: vt sis tanquam mutus
& surdus & cæcus: quia si volueris alios
obseruare, incident tibi suspitiones, ama-
re cogitationes, temeraria iudicia, quæ cõ
muniter erronea sunt, & continuo mino-
ratur charitas, cum minus bene sentis de
proximo tuo. Per hoc tamen non debet
intelligi, quin aperta & maiora peccata
debeamus corripere, imo tenemur, serua-
tis conditionibus debitis, vel denuncia-
re hijs, qui habent corrigere quando spe-
ratur de emendatione, alias tutius est, vel
tempus expectare, vel pro eis ex charitate
Y orare. Tertio dicitur, quod fuit iustus.
Iustus qs dicatur Tob. 4 Matth. 7 Ille dicitur iustus, qui reddit vnicuique q̃d
suum est, qui facit proximo suo, sicut vel-
let sibi fieri: & quæ odit sibi fieri, alteri nõ
facit. Non detrahit, quia non vult sibi de-
trahi. Non despicit proximum, quia non
vult sperni. Non facit iniuriam, quia iniu-
Timor domini q acquiratur Psal. 121 Prou. 1 Esaiæ 66 riam sibi fieri non vult. Quartum est,
quod fuit timoratus: quia initium sapien-
tiæ timor domini: & timorẽ Dei comitat
humilitas, cum qua libenter habitat domi
nus iuxta illud: Super quem requiescet spi
ritus meus, nisi super humilem & quietum
& trementem sermones meos? Quin-
Cõsolatio q̃nam sola q̃renda sit tum est, quod expectabat consolationem
Israel, consolationem spiritualem & diui-
nam. Qui Christum vult in templo sui cor
dis recipere, necesse est vt non querat hu-
humanam & mundanam consolationem
Bernard. quæ repellit diuinam, iuxta illud D. Ber-
nardi: Delicata est diuina cõsolatio, & nõ
Spũi sctõ vti locus paretur datur admittentibus alienam, Qui ergo
hæc quinq; pręmissa in se habet, necesse se-
quitur, vt habeat etiam sextum, quod se-
quitur. Et spiritus sanctus erat in eo.

Nunc ergo charissimi, mundemus templa
nostra, id est, corda nostra, vt in his recipe
re mereamur dominum nostrum Iesum
Christum. Studeamus obtinere ab intra in
spiritu, quod foris ostẽdimus signo. Quid
est hoc? Quando accedimus ad gradum al Accẽ ad altare q̃d signet. Candela q̃ significet christum
taris accipientes cãdelam, repræsentamus;
quod recipimus Christum sicut S. Symeõ.
Per candelam enim significatur Christus.
Per ceram mundam, caro eius, quæ est si-
ne viri semine ex Maria virgine operatio-
ne spiritus sancti formata. Per lichnum e- Lichn' ci dela q̃ mystice significet.
ius anima, & per ignem diuinitas. Hæc
tria fuerunt in Christo. Accedamus ergo
non ex consuetudine quadam, sed cũ fer-
uore & spirituali meditatione, desideran-
tes & orantes dominum, vt dignetur se da
re nobis. Cũ aũt denuo offerimus cereum,
offeramus candelam, id est, Christum ite-
rum cum spirituali meditatiõe. Offeramus
eum patri cœlesti eius in remissionem om
nium peccatorum nostrorum, in suppletio
nem omnium negligentiarum, & in gra-
tiarum actionem omnium beneficiorum
nobis exhibitorum, vt, sicut sanctus Syme
on, mereamur in pace dormire & eternali-
ter cum eo gaudere. Quod præstet nobis
idem dominus noster Iesus Christus, qui
cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat
Deus, benedictus in seculorum sacula, A-
men.

IN FESTO SANCTÆ Agathæ virginis ac martyris spõ sæque Christi: paraphrasim in Epistolam & Exegesin in Euangelium quære supra in festo Diui Barbaræ virginis & martyris.

SERMO IN EODEM Festo. De seruanda mentis & corporis integritate.

XVIIII A

ECce sponsus venit exite obui-
am ei. Matthæi vigesimo quin-
te. Inter cætera omnipotentis
Dei miracula, non postremum
obtinet locum dilectissimi, quod virgi-
nes quasdam non solũ diuitijs, nobilitate
generis multisq; alijs bonis vitę huius illu
stres,

ftres,sed etiam ætate pariter ac sexu fragiles fecit pro sui amore primum quidem contemnere facultates omnes & quicquid in mundo habere potuissent,deinde etiam corpora sua tormẽtis omnibus summa cum alacritate expendere.Quis em̃ nõ obstupescat teterrimas & solo auditu horribiles tyrannoꝝ carnificinas pmptissimis animis & iucũdis vultibus subijsse puellas nobiles,nutritas in delicijs, q̃ ex ipsa sexus infirmitate pene ad omnẽ folij strepitũ trepidare solent? Verum hic manifestã Dei virtutem agnoscimus & prædicamus, & quoad possumus benignissimi creatoris immẽsæ pietati gratias agimus, q̃d ob sui nominis ꝓpagandam gloriã,suamq; potẽtiam declarandam illustres ac tenerrimas virgines in tm̃ cœlestis gratiæ suæ firmauit robore,vt nulla ꝑsequentium crudelitate potuerint à fidei catholicæ integritate,à veritatis professione,ab vnitate Ecclesiæ, ab indiuidua electorum omnium charitate seperari.Quarũ certe ꝑclarissimis exemplis nos vtilissime instituimur,ne quicq̃ vnq̃ veritati,iustitiæ,Ecclesiasticæ vnitati,fidei synceritati,& Dei ac proximi charitati ita præponamus,vt ab his nos abduci aut auelli patiamur.Ad hoc animat nos vel maxime virginis huius sacratissimæ Agathæ cuius hodie solennitate lætamur, inuicta constãtia,quæ Tyranni blandas ꝓmissiones iuxta ac terribiles comminationes derisit,malens Christo Iesu fortiter inhærere etiã cũ reꝝ oĩm atq; ipsius etiam florentissimæ iuuentutis dispendio,quã vel summa cũ felicitate ꝑsentis vitæ ab illo discedere. In qua nimirũ admiranda virgine multa suppetunt,quæ possint merito summe commendari,sed nos ex pluribus eius virtutibus integerrimã animi &corporis illius virginitatem,& virgineam integritatem paucis ita suscipimus prædicandam, vt plurimos optemus ad tãtæ virtutis amorem ac studiũ ꝓuocare. Esto impurissima lutheranorum fex,hoĩes mente & corpore corrupti & Epicuri potius q̃ Christi sectatores nobis obganniant,cupiantq; omnes sui similes,,id est, voluptatũ mancipia efficere. Quoꝝ neq; exẽplis,neq; verbis quisq̃ debet cõmoueri.Nam quod aiunt virginitatem aut continentiã esse seruatu impossibilem,idq; cõfirmãt verbis illis Sapiẽtis:Sciui,q̃d aliter nõ possem esse cõtinẽs,nisi Deus det,nihil habet roboris.Quis em̃ nesci- 1.Tim.4 2.Tim.3 Sapien.8

at q virginitatẽ seruãt nõ suis viribus, sed dei adiutorio id agere?Et vt nemo potest esse ab Dei ope cõtinẽs, ita nec humilis, nec patiẽs,nec mitis,nec vlla oĩno vera qs virtute potest esse ꝑditus. Atq cũ absq; Deo nil possumus,nũ ꝑpterea cõsequẽs vt cũcta nobis esse impossibilia? Ipse dñs ait. Sine me nihil potestis:sed idẽ rursus affirmat, Quæ apud homines impossibilia sunt,possibilia sunt apud Deũ. Cuius simile est illud Apostoli:Gratia Dei sum id q̃d sum.Itemq; illud:Oĩa possum in eo q me cõfortat. Nõ est igit cõsequens virginitatem aut cõtinentiã nobis esse impossibilẽ,eoq̃d absq; Dei auxilio nobis impossibilis aut imperfecta sit.Cui vero vnq̃ Deus virtutes negauit?Cui vnquam noluit ferre suppetias?quando etiã ipse ꝑcipit vt oremus, seseq; daturũ pollicetur?Ille ergo cuius egemus adiutorio,& petere nos iubet, & certissime promittit, qa veritas est sese, ꝑces nostras exauditurũ.Verba illius hæc sunt: Amẽ dico vobis,qcqd petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Quibus igit ea à Deo volũtas ꝑstita est,vt velint permanere virgines,ij,teste Apostolo, beatiores sunt. Qui em̃ cũ vxore est,solicitus est quæ sunt mundi,quõ placeat vxori:& diuisus est, ac mẽte distractus ob curas multijuges.Qui sine vxore est, solicitus est quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo:sicque animo erga Deũ collecto & vnito ꝑmanet. Attamẽ nemo ꝑfidat se ex seipso aut habere aut seruare posse virginitatem vel cõtinentiam: maximeq; caueant qui virgines sunt ne nitãtur sibiipsis,ne sibi nimium tribuant virium,ne se iactitent, sed timeant semper & omnes peccandi vitent occasiones: deniq; cœlestis gratiæ auxilium perpetuis sibi ꝑcibus concilient.Tũ vero non dubitent,qn Deus sit opem laturus,si tamen pia cum fiducia & perseuerantia petant. Ita nimirum sentient sibi possibile permanere virgines, aut continentes,vti id innumeris vtriusq; sexus,& fuit, & est etiamnum possibile.Et quid de hoc Christianis cõmemorare attinet,quando etiam apud Ethnicos plures nouimus honestas matronas, diuturnam continentiam,& plurimas virgines perpetuam carnis retinuisse integritatem,adeo vt ante Christum natum etiam extiterint multæ,quæ voto fuerint obstrictæ ad seruandã virginitatẽ,itemq; inclusæ? Quarum etiã erãt immanissima si votum dæmo

Ioan.15 Matt.19 1.Cor.15 Phil.4 virginitatẽ cũ Dei gratia fore seruatu possibilẽ. Matth.6 Marc.11 Lucæ 11 Ioan.16 Ioan.14 Ioan.16 1.Cor.7 Virgines vt oẽm suam in conditorẽ cõiiciant possibilitatẽ. B Virginitatẽ etiam apud Ethnicos fuisse possibilem & voto firmatam

dæmoni pstitũ violassent supplicia & terribile mortis genus. Quę tñ hoc loco exẽpla referre supfluũ fuerit, qñquidẽ eiusmodi vel cõtinentia vel virginitas nullã neq; laudẽ, neq; gloriã, neq; coronã aut pmium habet apud Deũ, eo q̃d ob Dei nomẽ & gloriam in recta & vera fide minime seruata sit. Et abũde quidem cuilibet sufficere possunt sacræ historiæ Ecclesiæ catholicæ, vbi plurima pponunt sanctæ virginitatis exẽpla, etiã in tenerrimis ac ditissimis & nobilissimis puellis, quarũ pplures suam Deo obtulerunt virginitatẽ, neq; vllis siue ignis, siue aquæ, siue eculei, siue gladij tormentis, nõ auulsione vberum, nõ totius corporis dissipatione, aut etiã denudatione, quæ castis virginibus sæpe molestior est quã alij cruciatus, non deniq; violentæ mortis acerbitate eo adduci potuere, vt à virginitatis pposito discederẽt, & extra amantissimũ spõsum suũ Christũ Iesum, cui se dediderant, vllum alium virum amoris aut voluptatis causa admitterent. Vsque adeo fortis erat in eis Dei dilectio, imo ipsa morte fortior. Harũ exẽpla & res gestas, quarũ iã noĩa scripta sunt in cœlis, quæq; annuã in Ecclesia eamq; honorificã obtinere memoriam ob oculos versare debent qbus est virginitatis studiũ, vt eas imitent.

Virginũ q̃rũdam cõstantia q̃nta in tormẽtis horribilibus.

Matth. 5
Cant. 8

C

Porro carnales & impuros hęreticos, votifragos monachos & moniales sinãt lutherũ suũ, eiusque similes sectari: nec eorũ dictis offendãt quorũ vita non est cõsona spiritui, neq; Euãgelio, aut verbo Dei, q̃uis ore multa garriant de scripturis, & etiã literis qbusdam verbũ Dei suis gerãt assutũ manicis aut vestibus. At vita illorũ nõ nisi carnalis libertas, erga sanctã Ecclesiam catholicã præfracta inobedientia, Dei contẽptus, & puersa ac cõtorta scripturæ sacræ interptatio est. Sed illos modo ptermittimus, sentiẽt, sentient ppediem seuerũ districtumq; Dei iudicium.

In votifragos desertores monast. ę religiõis carnales

Cæterum, hortamur & obsecramus oẽs in dño Iesu, q virgines sunt, ne tm̃ thesaurum, virginitatẽ loqr, adeo sibi patiant vilescere, vt p vilissima ac momentanea delectatione illũ velint amittere. Si qbus alijs mũdo huic deditis nõ libet cõtinẽter viuere, sinãt illos inire matrimoniũ, à q̃ vix anno absoluto se cupiant absolutos, vbi multa ferre habeant iurgia, vbi semp necesse sit timere pellicem aut adulteriũ, vbi longe maiora pluraq; experiant fastidia, q̃ gaudia, vbi deniq; innumeras cogant experiri calamitates, & curis angi ppetuis.

Miserias quantas habeat cõiugalitas annexas

Virginitas sponsum habet immortalẽ, oĩpotentẽ, nobilissimũ, pulcherrimũ, nunq̃ defecturum aut interiturũ, cuius pulchritudo & amabilitas nunq̃ imminuit, cum q̃ & ipsa manet immarcessibilis, & ęternis pfruetur gaudijs. Sponsus iste nunq̃ senescit, nunq̃ discedit, nisi ipse prior derelinquatur. Ipse prior dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, & annulo fidei & charitatis despõdit sibi, & mortẽ nostra causa ppessus est.

Sponsum qualẽ habet virginitas ista.

1. Ioan. 4
Apoc. 1

Absit igit, vt qui virginitatem suam dño dedicarunt, doleant si cõsanguineos aut cognatos suos videant gẽmis, auro & argẽto, p̃clarisq; monilibus ac ornamentis fulgere, imo luto & stercore obuolui, se vero mundo despectos viuere. Illi de terra sunt, & terrenã aucupant gloriã, lutoq; sese ornãt, deturpant ppe dixerim: q̃d totũ vanũ & caducũ est.

Virginitas quam contẽnere debeat spõsi cõtẽplatiõ.

D

Vos aũt (virgines alloq̃r) meliorem partẽ elegistis, portio vestra neutiq̃ de terra est. Niteãt illi in oculis hoĩm: vos potius curetis, vt in oculis dñi humilitate, castimonia, mãsuetudine & diuina charitate fulgeatis. Hæ vestræ gẽmæ, hæc vestra monilia & margaritæ sunt. Nihil vos pmoueat, q̃d illos hic cernitis celebrare nuptias & iucundos dies ducere: neq; eorũ optetis similes effici. Nõ vos mœror cõtrahat, tanq̃ sine nuptijs, sine spõso vel sponsa, sine tripudio & gaudio sitis. Tẽporaria miserorũ gaudia cõspicitis, sed qd obsecro D. Iob ait de illis, qui absq; Dei timore exultant? Tenent timpanũ & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducũt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descendũt. Ecce hęc merces eorũ, q sine timore Dei lætant.

Lucæ 10

Ornamenta virginũ quæ sint.

Iob 21

Quãuis aũt nõnullos repire liceat Deũ timẽtes, atq; etiã in ipso cõiugio multi fortassis degãt, q tñ in morẽ pecorũ nõ totos sese in libidinem abijciant, sed metuant dominũ, eidemq; per amorem potius, q̃ cõiugi deuincti sint: at nihilominus, qui virginitatẽ suam dño dedicarunt, ob carnis integritatẽ & munditiã præ illis qui in matrimonio vixerint singulari eaq; splendida fulgebũt corona, non nisi virginibus pstanda: q̃d tñ de Illis dictũ sit virginibus, qui virginitatẽ custodiunt ob honorem Dei, secumq; firmiter statuunt perpetuo virgines permanere, propter Deum. Qui vero sic manẽt virgines, vt oportunitatẽ & felicem aliquã conditionẽ sibi obtingere cupiãt q̃ possint inire coniugium, nec fixum habent perseuera

Virginitas quali gaudij corona in cœlo donabitur

Virgini tas gnam mini' placet Deo

uerare in virginitate, ij etiamsi moriantur virgines, non tamen habent virginum coronam aureolam, eo quod ita decesserint ex hac vita, vt si eius grata se offerret conditio, matrimonium cõtrahere voluerint, si manerent superstites.

E

Cæterũ qui vel in cœnobio vel extra cœnobium fixã habẽt volũtatẽ causa amoris Christi in virginitate pseuerandi, ij si pbe se gerãt, cœlestẽ etiã in terris agũt vitã: adeoq; angelica natura virginibus veris tã familiaris & amicabilis est, vt fratres suis sororibus. Quod eñ angeli ex natura obtinẽt absq; carne & sanguine, virgines ex Dei gratia in carne possidẽt: atq; eo ipso maior est victoria virginum, q̃ angelorũ. Vnde etiã delectat angelos adesse virginibus, vtpote in qbus sibi gratissimam inueniunt puritatem, etiamsi id ipsi non sentiant modo tamen caste & pudice sese gerant. Caste aũt sese gerũt, si nulli sensuũ aut carnis volũtati cõsentiãt. Porro si qd in somnis aut vigilia inuitis eueniat, nihil cõscientiam aut animã lædit quãdoquidem nihil inquinare eos potest, nisi q̃d volẽtes siue agãt, siue patiant. Quicqd aũt volũtati cõtrariũ est, nõ delectet id qdem, etiãsi inuiti delectationem sentiant, sed est animi crux quædã. Et reuera virginitatẽ pbe tueri martyrij genus est, Atq; ea re si rite decertẽt virgines, vt iã diximus, habẽt coronã aureolã instar martyrũ. Siqdẽ hostẽ quendã in expiabilẽ ppetuo circũferunt, puta carnẽ suã: quã si iuxta Pauli doctrinã ita possint vincere ac mortificare vt secũdũ spm̃ nõ secũdũ carnẽ viuãt, magnã sane cõsecuti sũt victoriã, digniq; sũt p̃ alijs nõ virginibus, coronã recipe singularẽ, eo q̃d multas suparit tẽtatiões, sintq; sibijpsis mortui pter Christũ, sicut & Christus illorũ causa mortuus est. Nimirũ Christus ipse spõsus virginũ virgines amat, expectatq; eos vt in suũ & ipsorũ regnũ eos introducat. Cũ eñ castæ animæ sint spõsæ Christi, certũ est etiam reginas eas esse, & consortes regni ac regiæ dignitatis illius. Igit cu randũ est virginibus, vt nullis sese cogitatiõibus, desiderijs, imaginatiõibus fœdis carnaliũ nuptiarũ, oblectamentorũ aut gaudiorũ cõmaculari sinãt: sed certũ habeãt, q hic mõ etiã summis vident pollere honoribus, eos vbi in regnũ suũ ad spõsum suum venerint, vix famuli loco se habituros. Nõ est eñ vlla cœlestiũ & terrenorũ cõparatio. Quod altũ est hoĩbus in mũdo, vile est apud deũ: & q̃d mũdus despectui habet, deo charius est.

Virginem esse vere quanta sit dignitas

Caste sese gerere qd sit.

Virginitatem tueri vt sit martyrium quoddam

1. Cor. 10

Virgines esse Christi spõsas & reginas

Virginib' quœnã cauenda

Lucæ 16

F

Tẽporales nuptiæ & gaudia plerumq; in tristes desinũt exitus: & licet initio magnã p̃ se ferãt iucunditatẽ: tñ paulo post multis pmiscent curis & angoribus, & gaudia vana vndiquaq; conqsita cito euanescũt. Virginũ aũt nuptiæ nõ aut duos, aut sex vel octo dies, sed æternũ durabunt, accipientq; coronam immarcessibilem, gaudium immortale, nuptias nunq̃ desituras, & castissimo diuinoq; cœlestis sponsi amplexu sine vlla separationis metu pfruentur. Abstergetq; Deus, vt ait scriptura, omnẽ lachrymã ab oculis eorũ, nec dolor amplius erit siue cordis, siue corporis, neq; luctus vllus: sed lætitia sempiterna super capita eorũ, qua cuncta eorũ explebuntur desideria, licet modo id cõprehendere nequeant, dicente Esaia & Apostolo, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc pro sanctæ virginitatis laude diximus charissimi, vt qui ea præditi sunt, tantum donum omni studio & cura asseruare nitantur: qui vero eam in se non agnoscunt, congratulentur habentibus, vt quod in se non habent, per charitatem possideant in alijs præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Nuptiæ seculares q̃n tis sint myserijs innexæ

Nuptiæ virginũ q̃ quanque sint felices

Esaiæ 25 Apoc. 21

Esaiæ 35 Psal. 102

Esaiæ 64 1. Cor. 2

XIX

IN FESTO S. MATHIÆ APOSTOLI, EPIstolæ loco Lectio Actuum Apostolorum, Cap. I.

Psal. 40 Ioan. 18

Matt. 27

IN diebus illis. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. (Erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quã prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda q fuit dux eorũ, q cõprehẽderũt Iesum q cõnumeratus erat in nobis, & sortitus erat ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrum de mercede iniqtatis: & suspẽsus crepuit medius, & diffusa

fusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitanti-
bus Hierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Hacelde-
Psal. 68 psal. 108 mach, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum,
Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episco-
alter, patũ eius accipiat * alius. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt
congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus
Iesus, incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est
a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et sta-
tuerunt duos: Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est
Iustus, & Mathiam. Et orantes, dixerunt: Tu domine, qui corda nosti
omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum
ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abi-
ret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiã,
& annumeratus est cum vndecim Apostolis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A DOminus noster Iesus Christus duodecim sibi Apostolos elegerat ex cũctis discipulis suis, nõ absq; grãdi mysterio vnus tantã gratiã contempsit, atq; auaritiæ insania correptus, beatissimo sanctorum Apostolorum collegio indignum se fecit, ne tamen propositum domini, quo Apostolus duodenario voluit numero constare, illius improbitate ac exorbitatiõe impediretur, statim post suam ascensionem discipulos excitauit, ac instigauit, vt in impij Iudę locum alium subrogarent. Huius rei gestę historiam præsens lectio complectitur. In il-
Acto. 1 lis eñ diebus, quibus post Christi ascensum Hierosolymis in cænaculo discipuli & credẽtes sese ob Iudæorũ metũ cõtinebant. Petrus tanquam Christi vicarius, & cæteris ab ipso Christo prelatus, exurgens in medio fratrũ, id est, eorũ q vnã Christi fidẽ amplexi p baptismum renati, atq; per eiusdem regenerationis gratiã vere fratres, nõ tã carne, quã spiritu effecti erãt: qui eodem in loco circiter centum ac viginti collecti fuisse scribũtur, ita dixit: Viri fratres, oportet implere scripturam, quam prædixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda.
Lucæ 24 Iam Christus eis sensum apperuerat, vt intelligerent scripturas: quamobrem vt voluntas Dei suum haberet effectum, Petrus diuinitus permotus proponit in communi vt in Iudæ locum alius substituatur, qui idoneus sit testis resurrectionis dominicę. Interim quædã intermiscet de Iuda, ducẽ

eum vocans eorum qui comprehenderunt matt. 26 marc. 14
Iesum, quod & Euãgelica tastatur historia,
aitq; connumeratum eum fuisse in ipsis, &
sortitum sortem ministerij illius, nempe
Apostolatus, non quod sortito illi obtige
rit ea dignitas. (Est namq; electus à Chri Matt. 10
sto) sed sortem pro parte vult intelligi, tan
quã qui in Apostolicæ gratiæ & officij par
tem à Saluatore ascitus & admissus fuerit.
Et hic, inquit, possedit agrum de mercede Lucæ 22
iniquitatis. Nam illo prætio, quo dominũ
vendiderat, ager ille emptus est. Atq; ita
tametsi Iudas non fuit possessor agri illius
(cessit enim in sepultorum peregrinorũ) Matt. 27
tamen eius pecunia comparatus est, quam
rectissime S. Lucas mercedem iniquitatis Merces iniqtatis quę fuerit
appellat, quod pro execrabili pditionis sce
lere ei à pontificibus numerata fit. Et su-
spensus crepuit medius, & diffusa sunt o- Matt. 26
mnia viscera eius. Non enim congruum
fuisset, vt illa impijssima anima ex ore q̊d
Christus deosculatus erat, exiret: & visce-
ra quæ proditionem conceperant iure in
terram effusa sunt. O breue auaritiæ gau-
dium, o dignũ auari proditoris suppliciũ.
B Et notũ factũ est oĩbus habitãtibus
Hierusalem, ita vt appellaretur ager lingua Marc. 14
eorum, Haceldemach, hoc est ager sangui
nis qa p̃tio sanguinis Christi emptus. Scri Psal. 68
ptũ eñ in libro Psalmorũ: Fiat cõmoratio
eorũ deserta, & nõ sit q inhabitet in ea: q̊d
sumptum est ex Psalmo LXVIII. & refer-
tur ad omnes Christi persecutores, puta
Iudæos, quorum vrbes post Christi pas-
sionem

Psal.108 sione à Romanis vastatæ sunt, & ipsi Iudęi procul abducti. Quod autem sequetur. Et episcopatum eius accipiat alius, ex Psalmo CVIII. desumptum est, & manifeste remoto Iuda Matthię promotionem significat. Apostoli enim Episcopi fuere, & eorum successores hodie Episcopi vocantur, sicut functio ipsa vel officiũ, Episcopatus. His de Iuda interpositis, iam suum, imo sanctispiritus explicat consilium. Oportet, inquiens, ex his viris qui nobiscum sunt cõgregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, nobiscũque vixit familiariter, incipiens à baptismate Ioannis, hoc est, postquam Ioannis baptismo tinctus est, vsque in diem qua assumptus est à nobis in cœlum, qui fuit à resurrectione dies quadragesimus, testem resurrectionis eius, quæ vt paucissimis erat cognita, ita maiori indigebat testimonio, vt populis persuaderetur, nobiscum fieri vnum ex istis. Ergo perspicuum fit ex hoc loco, Mathiam cum primis domino Iesu adhæsisse: quod non parum illi adfert laudis & dignitatis. Et statuerunt duos, quos digniores & aptiores iudicabant eosq; vt D. Clemens autor est, ex numero septuaginta duorũ discipulorũ: Ioseph q vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus ob eximiam & apud omnes peruulgatã eius vitæ sanctitatem &, Matthiam. Et orantes dixerunt, vtilissimo scilicet exemplo hominum instruentes vitam, vt in omnibus, maxime grauibus rebus discamus precibus opem & auxilium poscere à Deo. Quod quia hodie aut omnino nõ fit, aut trepide, frigide, & negligenter fit, idcirco tanta est rerum confusio ac perturbatio. Tu domine qui corda nosti omniũ, ostẽde quem elegeris ex his duobus, quos, quidẽ nos idoneos putamus: sed vtrum tu magis probes incertum habemus. Itaque præcamur vt certo aliquo iudicio declares quem ex his malis accipere locum ministerij & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum, id est, Iudæ apostatæ succederet: quanquam potest & de Iuda intelligi, qui in locum suũ abijt, iusto Dei iudicio relegatus in tartara, qui est locus omnium reproborum. Et dederunt sortes eis. Hoc hodie imitari nõ licet. Sed nec Apostoli post Sanctispiritus aduentum sortibus vsi leguntur. Et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Ergo licet nihil hic in commendationem Matthiæ dictum sit, hoc ipsum tamen abunde ad illius laudem satis esse potest, quod Ioseph Iusto, qui fuit Christi consanguineus, prę latus est, & in Apostolorum ordinem diuinitus relatus.

Episcopale munus vnde sumptum.

Ioan.1 Matt.3 Lucæ 3

Mathiã apostolũ fuisse Christi discipulum S. Clemens

Sortibus vti nũ licitum sit.

EXEGESIM EVANGElij. Confiteor tibi dn̄e pater cœli & terræ & c̄. quod quædam Ecclesiæ hodie legunt, quære in prima parte primi tomi, scilicet in dominica sexta post Christi Natiuitaem.

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo, secundum morem quarundam Ecclesiarum Ioannes XV.

C

Benignissimus & amantissimus humani generis Saluator, sicut ad nos redimẽdos non nisi purissimo ac gratuito prosus amore adductus fuit, ita vt nobis q̊que charitatem vel maxime commendatã redderet, sæpius diuersis Euangelij locis ad eam nos adhortatur, idque adeo vt in Dei ac proximi dilectione totam legis & prophetarum vim & summam contineri affirmet. In eo autem sermone reuera dulci ac mellifluo, quem post cænam habuit, tanquam vltimum vale dicens omnibus, quos hic relicturus erat, electis suis, ad minus tribus vicibus fraternæ charitatis præceptum iterauit: & quidem bis in eodem ipso capite, vnde Euangelium, quod hic tractandum suscepimus, excerptum est. Ait enĩ dn̄s Iesus pastor bonus, cõfirmare ac instruere cupiens oues suas, iam iamq; relinquendis discipulis suis, & in eius etiam omnibus nobis.

Matt.22 Marc.12 Lucæ 10

Ioan.13 Ioan.14 Ioan.15

Ioan.10

Hoc est præceptum meũ, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos:

Non ab re dominus Iesus tam solicite, tam serio hoc diligẽdorum fratrum prẹceptum inculcauit. Nã si hoc solum obseruet

Amoris proximorũ fructus quis

summa pax & consensio erit hominū ne-
dum ad Deū, sed etiam inter ipsos. Cessa-
bunt mox furta, latrocinia, adulteria, aua-
ritia, ambitio, fraus, iniuriæ, bella, lites, cō-
tentiones, sectæ, inuidiæ & quicq̄d est alio
1.Cor.13 rum vitiorū: ita vt verissime dixerit Aposto
lus: Charitas malum nō operatur. Et: Qui
Roma.13 diligit proximum, legem impleuit. Sci-
ens hoc magister bonus, qui est totius fōs
dilectionis, imo & charitas ipsa, tanquam
optimum & saluberrimum, imo & plenis-
simum salutis compendiū, fraternæ chari-
tatis præceptum identidem suis fidelibus
p̄scripsit, idq; adeo etiam ad inimicos extē
di voluit, vt neget suorum peccatorum ve-
niam quenquam impetraturum apud De
um, q nō omnē ex corde iniuriam dona-
uerit ipsi nocentibus atq; ipsum offenden-
Matth.5 tibus. Hoc est inquit præceptum meū, vt
Matth.15 diligatis inuicem. Sed nunquid quauis
ratione proximos dilexisse satis est? Mini-
me. Multi enim se mutuo etiam ardenter
amant, & tamen hoc charitatis præceptum
non implent. Itaq; vt quemadmodū diligē
di sint proximi certū haberemus, formam
nobis verę dilectionis expressit, dum mox
Christusq nam nos dilexerit. adiecit, sicut dilexi vos. Quibus verbis om
nis amor carnalis, sensualis & quouis mo-
do vitiosus excluditur. Dilexit nos Chri-
stus amore castissimo, syncerissimo, atq;, pu
rissimo: idq; eo tantum fine, vt beatitudi-
nem adipiscamur. Ita nimirū & nos fratres
diligere debemus, vt nobiscū ptingant ad
cōspectum Dei, quæ est vita æterna. Et qui
sic diligit proximū, nōpotest illi vnq̄ autor
aut suasor, aut adiutor esse ad ppetrandum
quodlibet peccatum: imo vero quantū in
ipso est verbis, factis, studio ac voluntate e-
um ad recte pieq; viuendum inuitat, exci-
tat & aduitat. Qui vero aut proximos in
vitia illiciunt ac pertrahunt, aut eos à vir-
tutis ac honesti studio abducere & abster-
rere nituntur, illi à vera charitate adhuc ni-
mium distant. Vera charitas omne malum
Charitatis verę opus q̄d proximi p̄sertim culpæ ex aīo dolet & im-
pedire conat: gaudetq; & lætat illius bonis
maxime quæ eum efficiāt gratū Deo, cuiu-
smodi sunt veræ ac diuinitus infusę virtu-
tes. Habemus huius locupletem testē Apo
1.Cor.13 stolum, ita dicentem: Charitas nō gaudet
super iniquitate: congaudet autem verita
ti. Simul autem notandum, non dicere do
Fides sine charitate q̄d mōstri minum, Hoc est præceptum meum, vt cre-
datis in me, sed, vt diligatis inuicem. Nam

credere quis potest, vt tamen omnibus vi-
tijs plenus sit. Diligere autem non potest,
in quo vel vnum hæret vitium mortiferū.
Siquidem peccatum mortiferum charita-
tem penitus extinguit. Ergo dominus Ie-
sus breue quidem præceptum, sed tamen
quod abunde ad salutem sufficeret, datu-
rus fidelibus suis, dilectionem potius quā
fidem in præcepto reliquit, eo quod fides
etiam grandis valde esse possit in homine,
qui tamen omni gratia gratum faciente
vacuus sit, cunctisque sit addictus flagitijs
atque eo ipso à salute & beatitudine remo
tissimus: charitas autē ea, quam dominus
præcipit, non solum peccata in hominis
pectore morari non sinat, sed etiam virtu-
tes alias omnes secum aduehat & abducat,
faciatque hominem Deo gratissimum, &
beatitudinis capacem. Vnde curādum no-
bis est dilectissimi, vt fides nostra semper
cum vera charitate coniuncta sit, vti ea quę
per fidem agenda omittendaque didici-
cimus, ex charitate feruenter ac studiose ex
equamur. Sequitur:

Maiorem hac dilectionem ne-
mo habet, * vt animam suā ponat aliquā vt
quis pro amicis suis.

D

Aliquā hæc verba obscuritatem p̄
se ferre videtur, nisi recte intelligant. Quis
enim dubitet maioris esse charitatis animā
ponere pro hostibus, quam pro amicis su
is? Sed hic amicorum nomine dominus e- Amicorū noīe q̄ hic signentur
tiam inimicos voluit intelligi. Nam & i- Roma.11
pse mortuus est, non vtiq; pro amicis sed
inimicis suis: nempe pro peccatoribus. Er
go inimici potius amici vocandi sunt, ex-
emplo Saluatoris. Et sic reuera se res ha-
bet. Inimici sæpius plus conferunt nobis
quam amici. Diligere amicum etiam na- Inimici quantū nobis p̄sint.
turæ facile est. Inimicum vero diligere si-
cut maioris est laboris & gratiæ, ita et me-
riti excellentioris. Vnde si quis multum
se de inimico suo vlcisci vellet, non posset
melius, quam eum ardenter amando, il-
li benefaciendo, & omnigenis beneuo-
lentiæ ac humanitatis officijs eum pro-
sequendo. Hac nanque ratione maxima
sibi virtutum ac meritorum compararet
lucra eximiamque in cœlis gloriam: at-
que eo ipso maxime inimici animum cru
ciaret. Quisquis enim aliquem odio ha-
bet, quod est proprium inimicorum bo-
nis illi

nis illius maxime inuidet, eaq; inuidentia misere torquetur. Contra qui tum egregie putant vltos se esse de hostibus suis, cũ eos itidem odia prosequunt aut par pari referunt, illi nimiũ falluntur. Esto interim grauissimis eos damnis afficiant temporarijs: sed sibiipsis multo atrocius ac perniciosius nocent, dum perdunt & occidunt animas suas, seseq; æternæ damnationis reos efficiunt. Sed vt ad domini dicta redeamus, quotusquisq; hodie est, qui vel pani cis, nedum inimicis animã morti obijcere velit? Et tamen D. Ioannes ait: In hoc cognouimus charitatẽ Dei, q̃niã ille animã suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Sed qñ illi positu ri essent animas pro fratribus, qui cũ habeant substantiã huius mundi, & vident fratrem suũ necessitatem habere, tamen claudunt viscera sua ab eo? O quam longe ij ab sunt à Christianæ charitatis synceritate. Talibus hominibus plenus est orbis terrarum. Quam multi sæpe pauperes fame ac nuditate moriuntur, & nemo est qui vel pereunti dari velit. Interim nihilominus volunt se Christianos & dici & haberi, cũ tñ esse nolint. Istis olim dicturus est Christus terribiliter: Ite maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & nõ dedistis mihi manducare &c. Hij plane non faciunt, q̃d Christus toties p̃cepit, vt diligamus inuicem. Sed sicut ipsi modo nolunt misericordes, pios ac liberales se præstare de rebus quas diuinitus perceperunt, egenis ac miseris fratribus suis Christianis: ita & ipsi quandoq; nullũ apud Deũ misericordiæ locum obtinebunt. Qui autem vere diligit is nedũ liberaliter de bonis temporalibus gratificatur ac impertit fratribus inopia oppressis, sed etiam dũ ita res postulat, libenter quoq; pro fratrũ salute mortis discrimini se obijcit. Sequitur.

1. Ioan. 3

Ibidem

Matt. 25

Ioa. 13. 14. 15.

Dilectiõis fraternæ indicia q.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

E

Vide ad quantum honoris fastigiũ hominũ genus diuina benignitas euexerit vt eos etiam amicos suos vocet. Nouimus quantæ dignitatis semp fuerit in regũ ac principum mũdi huius amicitiam admitti, atque inter eorũ amicos numerari. Quãtæ igitur gloriæ, quãtæ p̃stantiæ est esse amicum Dei? Et huc Christiani omnes pertingere possunt, nec quisquam hinc omnino excluditur. Omnibus ea offertur gratia, vt si velint, possint esse amici Dei. Non tamen absq; vllo certamine, ne tantus honos contemptui pateat. Dictum est enim: Vos amici mei estis, sed si feceritis quę ego præcipio vobis. Ergo amicitia, pręceptorũ executione obtinetur. Præcepta autem omnia vt bene impleantur, hoc opus, hic labor est. Ita semper nos diuina scriptura ad bene agendum hortatur, ne quis sterili fide cõtentus esse velit. Sed quid hic dicemus, tam paucos inueniri, qui pro obtinenda summi ac præpotentis Dei amicitia, qua vix vlla dignitas possit esse maior, aliquid laboris suscipere velint, quando tamen videmus innumeros vel pro mulierculæ cuiusdam aut hominis in dignitate constituti captanda gratia nullos subterfugere labores, nulla declinare pericula? Et tamen q amicitia fruitur hominis, quantumcumq; vel chari, vel potentis, non potest diu eadem frui. Qui vero amicũ habet Deum, non est quod vereatur, ne amicitia illa quandoq; finem accipiat, cum sit stabilis & sempiterna, nisi ipse vltro se auertat, & spõte labatur in vitia, quibus amicitia Dei dirimitur ac dissipatur. Quamobrem danda opera est Christianis omnibus, vt humiliter studeant diuinis parere mandatis, facere quæ præcipit Deus, fugere ac deuitare quæ vetat, amplecti virtutes quibus delectatur Deus, execrari ac repudiare vitia, quibus offenditur: vt sic possint eius potiri amicitia, gratia confirmari, donis augeri, atq; cum ipso deniq; sempiterna frui beatitudine: qua vtique non nisi amici Dei fruentur, qui eius præcepta seruauerint.

Amicitiæ Dei quã sit præstantia

Amicitia quam obtineatur

Amicitia Dei q. dissoluatur

Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius, Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis.

Isthæc verba cum dominus diceret discipulis suis, adhuc valde erant imperfecti & infirmi, idque adeo vt paulo post cuncti etiam à domino profugerent, eo solo relicto in manibus furentium inimicorum. Ergo melius hæc verba de futuro, quam præsenti tempore accipiuntur. Non enim timore illo penitus caruisse vi-

Matt. 26

Lucæ 24

se videntur Apostoli, qui seruorum proprie est, donec essent induti virtute ex alto & spiritus amoris timorem omnem vitiosum prorsus exclusisset. Quo facto ex seruis amici intimi effecti sunt, conscij secretorum Dei. Seruus autem nescit quid faciat dominus eius. Qui enim solo ductus timore seruili, Deo obtemperat ac famulatur, vix vnq̃ diuino illustratur lumine, nulla Dei secreta percipit q́; occultas & cōpēdiarias ad Deum pertingendi vias nunquam diuinitus edocetur. Non enim dignus est, cui isthæc à Deo reuelentur. Nā

Timor seruilis quāta mala efficiat

tametsi præstat quandam Deo seruitutem tamen coactus id facit metu pœnæ, non honesti ac virtutis & ipsius Dei amore impulsus. Vnde etiamsi solus agat & patiatur omnia quæ mortales omnes vnquam egerint & passi sint quamdiu tamen solo timore seruili ducitur, nihil illis omnibus meretur. Siquidem extra charitatem viuit, sine qua meritū nullum esse potest. Amicis autem secreta communicantur, si tamē fideles sint, de quibus hic agitur, multaque eis præstantur, quæ seruis nulla ratione cōtingunt. Sunt enim & amici infideles: propter quos monent nedum diuina, sed etiā Philosophorum scripta probandos esse amicos.

F

Amici veri q sint.

Amici veri sunt, qui Deo non pœnæ formidine, non proprij quæstus aut lucri causa, sed ex amore seruiūt. Sed plenum admirationis est, quod dominus adiungit: Quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis: nisi quia de futuro tempore hæc accipienda sunt: vt etiam Augustinus exponit.

Augustin. Nota quinam oia Christus fecerit suis discipulis.

Aut si de præsenti tempore placeat accipi, ea omnia nota fecisse suis intelligatur, quæ & ipsis & Ecclesiæ forent necessaria, quod tamen in Pentecoste demum impletum est. In futura autem vita non dubium est quin omnia reuelata sint Apostolis, imo & beatis omnibus, pro cuiusque tamen mensura: quandoqudem ibi præsentem Dei contemplantur vultum, & in eo ceu lucidissimo speculo omnia. Ad quam nos vitam aspirare semper debemus, atque præ eius amore & desiderio libenter contemnere bona caduca & labentia, vt tantæ felicitatis mereamur esse participes.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis.

His verbis commendatur gratia Dei, qua præuenti sumus, vt crederemus ei, qui præuenit nos, speraremus quæ pollicitus est, & totum amorē nostrum in ipsum vnum ceu summum bonum conferremus. Quis enim crederet Deo, speraret in Deū, amaret Deum, nisi eius gratia præuentus? Totum hoc gratiæ est, vt ne quis sibi præfidat. Verum, solet hic pios quosdam admodum vexare malus spiritus, tanquam ipso non pertineant ad numerum electorum, atq; inexplicabilibus diuinæ prædestinationis perplexitatibus mētes eorū vsq; adeo sæpe pturbat, inuoluit ac deijcit, vt penè nullā inueniāt salutis obtinēdæ viā. Talibus enī susurrijs ppetuo ad aures cordis eorum perstrepit: Quid necesse est vt Deo seruiatis? Si electi estis non peribitis, quantumcunq; male viuatis. Sin vero electi nō estis, non poteritis esse salui, etiamsi sanctissime viuatis. Ergo ne & hic & in futura vita miseri sitis, missa facite pœnitentiæ opera, & iucundos ducite dies, animumq; voluptatibus & bonis huius vitæ, dum licet oblectetis.

Tentatio oīm periculosissima quā sit

G

Sed hic scutum fidei arripiendum est, quo tela nequissimi ignea extinguantur. Credimus Deum non esse personarum acceptorem, sed ex æquo omnibus offerre gratiam suam, omnium desiderare salutem, omnes & singulos ex summo & infinito amore creasse ea sola causa, vt essent æterno beati: nec posse vnquam in illius benignissimam naturam vllam cadere iniustitiam, sed vsq; adeo singulorum cupere, velle ac amare salutem, vt etiam paratissimus sit denuo potius omnia perpeti, quæ olim perpessus est, quam ex sua parte sinat aliquem perire. Hæc plane certissima sunt, & qui aliter sentit de Deo, iniuriam facit benignitati & charitati illius summæ ac immensæ.

Ephe. 6

Deut. 10
2. Para. 19
Eccl. 15
Rom. 2
Acto. 10

Igitur nihil tutius, quam sub huiuscemodi periculosis tentationibus non concertare nec disputare cum diabolo, quantumuis multa etiam ex scripturis ingerente argumenta: sed simpliciter persuadere sibi Deum nihil posse male facere, atq; eo ipso contentum esse & proijcere

Aduersus tentationē sidā remediū.

ijcere se totum plena cum fiducia in abyssum diuinæ misericordiæ, & relinquere diabolo commenta & fallacissima argumenta illius. Viuo ego, dicit dominus Deus, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ergo quisqs non conuertitur & perit, suapte sponte perit. Sed his omissis, videamus cætera Euangelij verba. Et posui vos, inqt, vt eatis & fructum afferatis. Quamdiu in hoc exilio versamur, nō nisi in itinere positi sumus. Porro alij in ipso itinere subsistunt, contenti videlicet præsentibus bonis, noluntq; proficisci ad patriam, eo quod via nonnihil difficilis sit. Verum dominus posuit nos vt eamus, semper tendendo ad patriā, nusquam in hoc mundo residendo vel hærēdo, sed cuncta fortiter pertranseundo, sicque fructum afferamus bonorum operū, quibus & nobis & proximis prosimus. Hæc enim creauit Deus vt ambulemus in eis. Et fructus vester maneat. Qui diuitias qui honores, qui voluptates, & alia mundi huius bona conquirunt & expetunt, ea quærunt, quæ tamen diuturna esse nō possunt. Qui autem bonis operibus, verisque virtutibus accumulādis nauāt operam, fructus immarcescibiles ac semper duraturos parat sibi. O stulti filij hominum vsqueq̊ graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Facite fructus qui semper maneant. Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. In nomine Saluatoris patrem petere nihil est aliud, quam ea petere, quæ salutaria sint: hoc est gratiam & veras virtutes, & quæ ad eas obtinendas conducant. Qui alia petit, etsi exauditur interdum, non tamen petit in nomine Iesu præstaretque illi non exaudiri: siquidem in suam perniciem exauditur.

Ezech. 18

Psalm. 4

Petere in nõie Saluatoris qd sit.

SERMO IN EODEM Festo, De seruanda fraterna charitate, vitādisque illis, quæ ei contraria sunt: & quædam de laudibus S. Mathię Apostoli.

Eccle. 13
Ambros.

HOC est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Ioannes decimo quinto. Si omne animal diligit simile sibi, si nihil tam est secundum naturā, quā iuuare consortem naturæ, (quod vtique diligere est) nonne mirum videri possit, q̃d scriptura diuina toties nobis fratrum siue proximorum diligendorum præceptum ob oculos ponit? Quid enim opus est diuino nos ad id præcepto adigi, ad quod ipsa natura hortatur? Sed vsqueadeo per peccatum in hominibus natura vitiata est, & voluntas corrupta, vt multa velit ipsi q̃que naturæ maxime contraria, multa nolit naturæ summe consentanea. Eam ob rem data nobis diuinitus præcepta multa sunt, quæ vel solius naturæ instinctu seruanda forent, vt si ea ipsa, id est, natura minus nos permoueat, ad agenda vel omittenda ea quæ vel agere vel omittere conuenit, saltem diuinæ legis autoritas, & summi legislatoris Dei maiestas nos impellat. Sic itidem de diligendis proximis benignissimus humani generis parens præceptum ædidit, cum tamen sola ad id natura extimulet: sed ne vnquam id negligere audeamus, præceptū suū expssit, vt si lex naturæ minus sit efficax ad continendos nos in officio, lex scripta, & à Deo promulgata omnibusque proposita ac denuntiata & cum æternæ damnationis manifesta comminatione coniuncta compellat nos. Et tamen nec sic quidem duritia cordis humani permoueri potest ad fraternæ charitatis studium, ad quod tum natura, tum lex diuina tam serio nos inuitat & cogit. Iubet natura, dictat ratio, præcipit rex regum & dominus dominantium, vt diligamus prximos, & tamen ex tanta hominum numerositate vix paucissimos inuenies, qui proximos ament.

Matth. 22
Lucæ 10

Ad dilectionem pximi quæ nos extimulent
Deut. 6
Matt. 22
Lucæ 10

Multi quidem diligunt proximos, sed vt Diuus Gregorius ait, per affectum cognationis & carnis: qui amor nisi infusa diuinitus charitate ornatus sit, nihil meretur, nec sufficit ad obtinendam beatitudinem. Alij proximos turpiter, alij flagitiose alij ficte, alij propter seipsos tantum, alij alijs iniquis amant modis: paucissimi vere & secundum Deum. Itaque non satisfaciunt menti ipsius legislatoris: qui non simpliciter iussit diligi fratres, sed sicut ipse dilexit nos. Quam multi hodie cupiunt ac nituntur proles suas multis augere opibus, ad honores & dignitates euehere, putanq; se tum maxime eas diligere, cum hęc studiosissime eis comparant, sed non sic

Gregori⁹.

Diligere pximos vitiose multifariam
Ioan. 3

Christus dilexit suos, qui eos potius ad amplectendam inopiam, ad honores contemnendos, ad mundi aduersa perferenda, ad dolores tolerandos exemplo & verbis suis hortatus est. Qui ergo his contraria suis cupiunt ac parant, non diligunt eos sicut Christus dilexit nos: ergo nec diligunt, quia non vere, sed pernitiose diligunt.

I

Rationes p(ro)ximos diligendi varia quæ

Sunt autem multa, quamobrem merito proximos amore prosequi debeamus. Primum quidē est ipsa voluntas Dei, id iubentis, cuius voluntas nobis ita chara esse debet, vt quicquid eum aut velle, aut nolle, didicerimus, id semper & vbique integro cordis affectu tanquam pij ac obedientes filij, Patrem nostrum cœlestem offendere aut iniuria afficere summe verentes, vel facere vel cauere nitamur. Certum est enim nullam posse domino Deo maiorem iniuriam ac contumeliam irrogare, quam si eius voluntas contemnatur. Pij autem filij nulla ratione committere possunt, vt amantissimum ac fidissimum parentem suum, quales erga nos omnes est Deus, contumelia aut molestia afficiāt. Qui vero id facere non curāt, non sunt vtique boni filij, sed oīs humanitatis ac pudoris expertes. Ipse sane immensus, ineffabilis, omnino gratuitus & vehementissimus in nos Dei amor ac beneuolentia, qua summe cupit, sitit efficit, procurat salutem nostram ac omne bonum, vel sola abunde meretur, vt omnibus eius iussis libentissime ac studiosissime pareamus. Iussit autem nedū in hodierno Euāgelio sed etiā alijs multis locis, vt dictū est, vt inuicē diligamus: Diliges, ingens, proximū tuū sicut teipsum, hoc est, diliges in proximo tuo, quod diligis in teipso, scilicet naturam, imaginem & similitudinem Dei, non vitia illius, vel sicut teipsum, id est, opere & veritate, non solum verbo aut signo: vel sicut teipsum, non quia frater vel cognatus, sed quia homo, tecum in cœlesti patria glorificandus.

Deut. 6
Leuit. 19
Matt. 22
Marc. 12
Lucæ 10
Rom. 13

Præceptū dilectiōis fraternæ gnam intelligēdū.

Exponunt autem Theologi hanc particulam, sicut, quod non de æqualitate, sed similitudine amoris accipienda sit. Nam plus vtique debet homo amare seipsum quā p(ro)ximum: sicut etiam commune testatur dictum illud: Charitas incipit à seipsa. Charitas aūt hoīs erga seipsum nisi sit spiritualis & rectæ rationi consentiens, nō est laudabilis: imo nec charitas est, sed odium potius. Quæ vero spiritualis & bene ordi-
nata charitas est, ea corpus quidem pro-
pter animam, animam vero propter Deū
amat, cuncta referes in Deū; corpusq; & a-
nimam eo tm̄ diliges, vt possint seruire
Deo. Porro, seipsum amare non pro

K

pter Deum, sed propter se solum, vel pro-
pter aliquam mortalem creaturam, nō est
spiritalis & rationalis, sed sensualis & car-
nalis amor quo præditi sunt illi, quos A-
postolus commemorat, dicens: In diebus
nouissimis in stabunt tēpora periculosa, &
erunt homines seipsos amantes. Qui amor
priuatus, improbus, iniquus dicitur, estq;
fons & radix ac origo vitiorum omniū: q
nisi pessundet, crescit vsq; ad contemptum
Dei. Eo igit nulla ratione proseq nos debe
re. Sed qa dictū est magis, nos ipsos q̄ p(ro)xi-
mos diligere debere, nū corpus p(ro)priū aut
nostras facultates quā p(ro)ximorū aīas dili-
gere debemus? Minime. Cuius breuē ac fa
cilē rationē D. August. reddit primo lib. de
doctrina Christiana dicēs: Amplius alius
homo diligēdus est, q̄ propriū corpus no
strum: qa potest nobiscū Deo frui, q̄d nō
potest corpus. Secunda ratio, cur p(ro)ximi
diligendi sint, est ipsius charitatis, qua ali-
os diligimus, dignitas præstantia & vtili-
tas. Certum est enim inter virtutes præci-
puum locum charitatem obtinere, vt quæ
regina decor, & forma est virtutum omni
um de qua pulcherrimam texit sententi-
am Diuus Augustinus sermone quodam
in hæc varba: In charitate, pauper est diues,
sine charitate vero diues est pauper. Hęc in
aduersis tolerat, in prosperis temperat: in
duris passionibus fortis est, in bonis ope
ribus hilaris in tentatione tutissima, in ho
spitalitate latissima, inter bonos fratres læ
tissima, inter falsos patientissima. Charitas
inter opprobria secura est, inter odia bene
fica, inter iras placida, inter insidias inno-
cens, in iniquitate gemens, in veritate re-
spirans, in virtute congratulans. Itemque
Diuinarum, inquit, scripturarum multipli
cem abundantiam, latissimamque doctri-
nam sine vllo errore comprehendit, & si-
ne vllo labore custodit, cuius cor plenum
est charitate, dicente Apostolo: Plenitu-
do legis est charitas. Quæ vtique non ad
Dei tantum, sed etiam proximi dilectio-
nem referenda sunt, cum eodem Augu-
stino teste, non alia sit charitas, qua diligi-
mus Deum, quā, qua & p(ro)ximū. Itaque libē
ter fratribus amor impēdēdus est, q̄ñ tot

Amor priuatus sit pernitiosus
2.Tim.3

Augustin.

Augustin.

charitatis encomia quantū.

Rom.13

Augustin.

tamque

tamque præclaros effectus charitas habet. Tertia ratio est, quia omnes membra sumus vnius corporis mystici Christi Iesu. Quod sane vehementissime & potest, & debet nos mouere ad fraternum amorem. Si enim membra alia alijs compatiuntur, itemque inseruiunt & congratulantur, nimirum etiam nos fratribus & condolere miseris, & congratulari recte habentibus debemus: quæ præcipua sunt veræ charitatis argumenta, & paucis reuera insunt. Quarta ratio est, quia ex vno patre Deo, itemq; vno patre mortali, nempe Adamo prognati sumus. Vnde apud Malachiam dicitur: Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum? Si Deus est pater omnium nostrum, sicut reuera est, quisquis fratres vel proximos suos non diligit, Deum summa iniuria afficit: quandoquidem non amat eos, quos ipse suos filios habere dignatur. Contemptus enim quo filij afficiuntur, redundat in patrem. Neque est quod quisquam minus amandos putet proximos, quod forte abiecti & pauperes sint. Esto rebus huius mundi careant, sed ditissimum patrem habent, Deum. Noli attendere in eis rerum præsentium inopiam, sed cogita patrem eos tecum habere Deum: qui etsi tibi maiores præstitit labentis vitæ facultates, illis tamẽ fortassis pro temporali penuria, summam bonorum omnium affluentiam in cœlis reposuit: tibi vero præsentes mundi opes pro quibusdam benefactis tuis præmij loco restituit: deinde vbi obieris, in tartara, vbi summa est paupertas & miseria, te relegaturus. Neque etiam minus propterea amandi sunt fratres, quod quibusdam culpis obnoxij sint. Vitia quidẽ odio prosequenda sunt, sed semper mente retinendum, secundum naturam & gratiam non aliam illorum atq; nostram esse originem. Ita nimirũ in illis persequi ac detestari debemus vitia, sed amare ac beneuolentia prosequi, quod Deum habent patrem, & ad regni illius hæreditatem capessendam conditi sunt, non minus atque nos. Huc pertinet, quod omnes secundum animam ad imaginem & similitudinem omnipotentis Dei facti sumus: quæ res maximam cõfert nobis dignitatem. Huius contemplatione permoti complures sancti homines, præcipue sancti apostoli, totos se cum animabus Deo lucrandis impenderunt, nihil neque laboris, neque doloris subterfugientes, quo possent seruare animas Dei similitudine insignitas. Et quia vehementer amabant Deum, non poterant eius imaginem non vehementer amare. Ex ijs vnus, nempe feruentissimus salutis animarum zelator Paulus Apostolus: Ego, inquit, libenter impendam, & super impendar ipse pro animabus vestris. Itemque: Omnibus omnia factus sum, vt omnes faciam saluos. Consideremus dilectissimi etiam nos hanc in hominibus similitudinẽ Dei, & ex animo diligamus, quos tanto honore Deus extulit. O si animarũ dum à Deo creantur, pulchritudinem, splendorem, dignitatem, gloriam conspicere possemus, summa nos caperet admiratio, & in sui amorem vel inuitos nos raperent. Sed hæc nolunt homines attendere, sola externa animaduertũt, animas non intuentur, suosque potius affectus, quam verum iudicium sequuntur. Sicque fit, vt proximos aut minus, aut penitus nihil ament. Quæ est dolenda cæcitas. Siquidem id efficit, vt inter homines tam pene nulla sit charitas. Non enim potest amari incognitũ. Quisquis autem Dei in hominibus similitudinem, & quæ illis inde præstatur nobilitatem, probe agnoscit, magnum vtique habet fraterni amoris incitamentũ. Quinta ratio est, quod ex mutua dilectione aduersum dæmonum impugnationes & tentamenta non mediocriter homines communiũtur, sicut ex odio & dissensione hominũ dæmonibus aduersum eos vires augentur. Eam ob rem nihil ita efficere moliuntur tetri spiritus in hominibus, quam vt à se inuicem dissentiant. Inde enim norunt sequi odia, inimicitias, bella, homicidia. Vbi autem isthæc grassantur mala, certum est illic alios pro alijs non orare. Vbi vero preces non fiunt aliorum pro alijs, ibi necesse est dæmones præualere: quandoquidem diuino non proteguntur auxilio, vtpote quod precibus implorare nolunt. Contra vero, qui se mutuo prosequuntur amore, etiam mutuis sese precibus adiuuant, & ipsis dæmonibus terrori sunt, atque horrori, cum & scriptura testetur, si duo cõsenserint super terrã, quic-

1.Cor.12

L

Malac.1

Ratio cur nullũ hominem despicere debeamus.

Ob culpã suam non minus proximum amandum esse.

Amare ac odisse in proximo quæ debeamus.

Gene.1

2.Cor.12

1.Cor.9

Animarũ præstantiæ pulchritudo quanta.

M

Dæmones quam & cur in hominib' extinguant charitatẽ.

Preces quomodo mutuo pro se fundant hoĩes quã taq; eodẽ efficaciæ sint.

quid petierint eos impetraturos à Deo.

Sunt præterea & aliæ rationes, quibus ad fraternam dilectionem excitemur: sed breuitati studendum est. Quod si quispiam iam dictas bene perpenderit, poterit inde satis superque inflammari. Quod si nihil esset aliud præter solum Dei præceptū, solam Dei voluntatem, ea nobis nimis quam sufficere deberet. Nemo ergo post-
Charitati fraternæ quænam aduersentur. hac suo in pectore permittat residere odium, inuidiam, suspiciones malas, temeraria iudicia, displicentias, atque id genus alia mortis semina, quæ charitati fraternæ prorsus aduersantur, sed simus memores semper verborum illorum, quibus Apo-
Col. 3 stolus fideles hortatur, dicens: Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatē, modestiam, patientiam: supportātes inuicem, & donātes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelā. Sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vin-
N culum perfectionis. Et vt firmiorem
Amorē tēporalium rerum extinguere Dei & proximi charitatem. atque inuiolabilem erga proximos charitatem retinere possimus, discamus nihil amare, nihil appetere, nihil aucupari rerum temporalium. Siquidē harum amor & studium fraternum amorem facile extinguit. Nam si quis appetat bona temporaria, nō potest non sæpe inuidia morderi aduersum eos, quos ea haberi nouit. Hac ex causa Christus Dei sapientia noluit apostolis
Mat. 10. 19 Luc. 9. 10 & 14. & discipulis suis permittere, vt quicquam haberent proprii, quo tanto purius & studiosius totos se animabus conuertendis applicarent. Nouerat enim cupiditatem es-
1. Tim. 6 se charitatis venenum, atque radicem ma-
Cupiditas quibus fomētis crescat. lorum omniū. Cupiditas autem ex facultatibus plerunque nasci aut augeri solet, sicut ille ait: Crescit amor nummi, quātum ipsa pecunia crescit. Inde legimus, quod in primis Ecclesiæ nascentis initiis erant cre-
Actor. 4 dentibus omnia communia, nec quisquā dicebat aliquid suum. Et quamdiu ille rerum cōtemptus perseuerauit, fides & pietas maximis augmentabantur incrementis. Vbi autem cœpit inualescere meum & tuum, & amor ad mundi res vanas translatus est, fides elanguit, & pietas penitus eneruata est. Deniq; eo res rediit, vt multi pro frusto panis etiam vitam proximis eripiant. Apostolorum vero omnium, vt eorū qui illos secuti sunt, vnum hoc charitatis propositum fuit, neque rerum præsentium, neque quietis, neque vitæ mortalis vllam habere rationem, dum consuleretur saluti proximorum. Talis nimirum fuit Matthi- Matthiæ apl'i perfectio, & zelatio pro animarū salute quāta.
as apostolus, cuius hodie festa celebramus. Enimuero primo quidem relictis omnibus, sequutus est Christum, pauper pauperem, ac deinde post eius ascensionē, quum in partitione prouinciarum Iudæa illi obtigisset, quibus potuit modis conatus est populum illum durę ceruicis ad fidem, religionemque Christianam traducere, nihil veritus Pharisæorum insidias, & tyrannidem pontificum, tantum vt animas Christo lucrifaceret, pro quibus eundem nouerat fudisse sanguinem suum.

De hoc apostolo in Chronicis quibus- Matthiæ apl'i progenies ac propago quæ.
dam scriptum fertur, quod fuerit de tribu Iuda, ciuitateque Bethlehem, illustri natus prosapia, in lege & prophetis à pueritia eruditus, lasciuiamq; deuitans, pueriles annos morum grauitate ornarit: in prosperis non elatus, in aduersis constans ac intrepidus: corde mundus, animo prudens, consilio prouidus, in soluendis scripturarum quæstionibus acutus fuerit. In quibus nos eum virtutibus imitari debemus. Neque dubium est, quin ad eorum numerum referri debeat, in quorum persona A- Rom. 8
postolus dicit: Nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, dona summa ac præcipua sancti spiritus adepti. Et de quibus Pro- Psalm. 44
pheta ait: Constitues eos principes super omnem terram. Itemque: Mihi autem ni- Psalm. 138
mis honorati sunt amici tui Deus, nimis cōfortatus est principatus eorum. Magna quidem & mira legūtur de sanctis veteris testamenti, sed iis omnibus secure apostoli pręponuntur, vtpote qui spiritum Apostoli cunctis veteris testamenti sanctis pferantur.
sanctum largissime & abundantissime perceperunt, & vbi prophetæ vix Iudaicum populum ad credendū Deo inducere potuerunt, ipsi totum pene mūdum ad Christum conuerterunt. Et licet cum summo vitæ discrimine tum temporis Christi fides prædicaretur, adeo vt apostoli fere omnes martyrio consumpti sint, nihilominus constantissime ac studiosissime in prędicando pseuerabant. Inde factū est, vt Pōtifex Iudæorum Matthiā apostolū lapidibus Matthiæ apl'i martyrii qualis fuerit. Philip. 1
obruere iusserit. Sed cui viuere Christus erat, & mori lucrū, fortiter mortē excipere

ma

maluit, quam vel fugere, vel, negato Christo, impie viuere. O si nos dilectissimi hanc eius constantiam, fortitudinem & erga Deum fidelitatem imitari vellemus. Nos proh dolor sæpe nullo mortis proposito periculo, nulla vi adhibita, sed sola cupiditate, carnisque illecebris deuicti, relinquimus Deum, relinquimus iustitiam, & in præsentia diuinæ maiestatis turpiter ac indigne nos gerimus. Quid faceremus, si mortis immineret periculum? Nonne perspicue declaramus facile nos et Christum, & omnem Christianam religionem abiuraturos, potius quam mortem pateremur? Quare autem voluit omnipotens Deus apostolorum suorum, aliorumque innumerabilium martyrum preciosam mortem & gloriosos triũphos in Ecclesia celebrari atque commemorari, nisi vt eorum prouocati exemplis, eorum accensi virtutum ac fidei & charitatis æmulatione, quiduis potius perpeti velimus, quam peccare in dominum Deum nostrum? Non parua res est, trãsgredi legem Dei. Nihil debet homo Christianus æque vereri, horrere ac fugere, quam agere quicquam contra Deum. Hoc nobis loquuntur tormenta apostolorom & martyrum certamina. Sanctus Matthias apostolus ne à semel agnita veritate recederet, durissimum mortis genus alacriter sustinuit, nec vlla suppliciorum immanitate eo adduci potuit, vt peccaret in Deum. Et nos ita sumus ad peccandum faciles, ac si nullius momenti sit Deum offendisse. Cõtemplemur obsecro sanctorum gesta, & quanta animi magnitudine etiam immanissimos tulere cruciatus, tantum ne diuinæ legis essent præuaricatores. Resistamus proprijs concupiscentijs, ac dæmonum impugnationibus. Quod si molestum videtur, carere propter Deum præsentibus oblectamentis, & nonnihil laboris ac doloris in Christi seruitio, & pro vitijs extirpandis, ac virtutibus obtinendis experiri, longe tamen molestius erit pro vanissimis, ac breuissimis carnis voluptatibus postea sempiternos inferni ignes sine vlla spe euadendi perpeti, & cum dæmonibus in stagno pice ac sulphure semp ardẽ-[?]furo torqueri, torreri, assari, excarnificari, & ineffabilibus in omnem æternitatem doloribus ac pœnis in cunctis corporis membris, atque singulis animæ viribus excruciari. Vbi iam sunt impij omes, qui ante nos, spreto Deo, suis voluptatibus serui ere? Quid iam illis prodest apud inferos hic semper molliter, delicate, voluptuose vixisse. O si possemus vel ad exiguum spacium videre miserias, quas modo patiuntur, semperq; pati cogentur, fortassis melius nobis prospiceremus. Quantum hic in delitijs fuere, tantum iam illic sentiunt luctum & tormentum. Sed hæc nisi Deus vestris in cordibus operetur, nos sermone nostro parum proficimus. Tam multa dicuntur, leguntur, audiuntur, horrenda, tremenda, pauenda, & tamen nos semper ijdem permanemus, semper eodem in luto hæremus. Quod vtinam videat, & pro sua ineffabili benignitate misereſcat Deus ac dominus noster, qui, ne inæternum periremus, animam suam posuit pro nobis, nihilque expectat magis, quam vt à vitijs auersi, & ad ipsum conuersi, faciamus quæ præcepit nobis, sicque mereamur esse amici sui, & quicquid petierimus in suo nomine impetremus, ad laudem & gloriam ipsius, Amen.

Sanctorũ festiuitates celebrandi ab Ecclesia ratio quę.

Horrere gehennam supernũ debeat vere Christianus.

Apoc. 21

Apoca. 18

Ioan 10

Ioan. 15

IN FESTO SANCTI Gregorij Papæ require omnia supra, in Festo scilicet, Nicolai Episcopi.

IN FESTO SANCTI Benedicti Abbatis & confessoris, epistolæ huius Festi Paraphrasin require supra in Festo Sancti Antonij Abbatis.

EXEGESIS EVANGElij eiusdem festi. Lucæ duodecimo.

XX.

QVVM multa sint aduersus vitia valde efficacia & opportuna remedia, nullum tamen fere tantam videtur habere vim & energiã, vt incertissima mortis hora. Ad eam prouidendam hortatur

tatur nos dominus in Euangelio diei istius. Quid enim tam stultum, tam temerarium, tam impium esse queat, quam quum certus sis te breui euocandum ex hac vita & rapiendum ad tribunal æquissimi iudicis, tamen nihilominus ea perpetrare, quæ te faciant æternę damnationi obnoxium, & reum iudicij æterni?

A Ergo vel sola mortis ambiguæ sedula & seria cogitatio potest hominem abunde inducere, ac permouere ad deserendam seculi iniquitatem, & sectandam iustitiam. Videmus, & certissima discimus experientia, innumeros in ipso ætatis flore, in ipso fortunæ arridentis prosperimo flatu rapi sub ito ex hac luce: & quia sceleribus obstricti sunt, nec spacium pœnitēdi eis præstitum est, mergi in inexplicabiles & immanissimos semperque duraturos cruciatus inferorum. Quæso non potest hoc totis nos concurrere visceribus, vt non audeamus vel ad momentum iacere in quouis mortifero crimine, ne & nobis eueniat tā horrendus & inopinatus exitus? Sed quid agimus, quando plerosque sic fascinat peccandi fallax & cæca libido, ac amarissima dulcedo, vt nolint quicquam vnquam cogitare de vitæ huius breuitate: sed adeo totos se dent præsentibus gaudijs & voluptatibus, quasi in ijs semper sint victuri? Videant illi obsecro, & animum aduertāt ad amantissima Saluatoris consilia & præcepta, audiantque cordis & corporis auribus ipsum fidelissime admonentem atque dicentem:

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Lumbos præcingere quid sit. Lūbos restringere est voluptates molles ac fallaces studio continentiæ edomare ac pessum premere, non sic viuere vt libet carni & sanguini, sed vt ratio dictat, & Deus præcipit: in carne quidem viuere, sed non secundum carnem militare, sed facta carnis spiritu mortificare. (2. Cor. 10 Col. 3) Quod est angelicam imitari puritatem, & templum spiritus sancti ab omni spurcitie seruare immaculatum. Hæc continentia vsqueadeo etiam illis qui in matrimonio degunt necessaria est, vt non liceat illis nisi propriam nosse coniugem, & in ipso vsu matrimonij non voluptatem spectare carnis, sed prolium quæ Deo seruiant, & hæredes cœli effici mereantur, procreationem. (Continentia in matrimonio q̄ seruāda.) Maxime vero decet homines semper & vbique à se carnis voluptates abijcere, & honestatem amplecti, vt quemadmodum ratione à bestijs secernuntur, sic vitam quoque suam ab illarum consuetudine auocent. Illæ nanque prono impetu sensuum appetitionibus obsequuntur, quia nesciunt turpitudinem ab honestate discernere: nos vero qui rationis lumine pollemus, tam debemus virtutis ac honesti tenaces esse, vt nihil admittamus vnquam, quod adiunctam habeat peccati turpitudinem.

B Quod si sensus voluptatis quædam insania titillat, si alia ad manum non habentur remedia, cogitandus est ignis tartareus, qui dirissime semper vret impios, libidinis ignem hic neutiquam restinguentes, vt sic ignis igni extinguatur, & flamma flammam superet. (Tentationes q̄m vincendæ sint.) Ita habebimus lumbos præcinctos. Sed non sufficit abstinuisse à malis, nisi etiam bene agamus. Vnde porro iubet dominus, vt sint lucernæ ardētes in manibus nostris: quod nihil est aliud, quam vt semper proximis nostris optima exempla præferamus, in quibus sit lumen veritatis, & ardor charitatis, vt suo lumine proximos quid fugiendum, quid sectandum sit doceant: & suo ardore ad peccati odium, & virtutis amorem inflamment. (Lucernas ardentes manibus tenere q̄d sit mystice.) Efficacissima nanque illa sunt exempla, quæ lucent pariter ac ardent.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quādo reuertatur a nuptijs: vt quum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Serui qui domi resident, & expectant domini reditum, non possunt certam nosse horam. Itaque om̄e temporis punctum suspectum habere coguntur. Ita plane decet & Christianum quemlibet omnem vitæ præsentis horam tanquam vltimam habere suspectam, atque ea re semper boni quippiam agere, & summe vitare om̄e peccatum, vt possit omni momēto paratus occurrere redeunti dño suo Iesu Christo. (Vitæ hui' om̄e tempus q̄m suspectū habere debeamus.) Redibit em̄ ille ad nos vbi moriendū fuerit,

& pro

&pro meritis nos aut punict, aut coronabit. Non poteſt autem confeſtim illi aperire, quiſquis adhuc à vitijs perfecte purgatus non eſt. Nam quam diu adhuc aliquid vitij hæret in animo, quod non ſatis diſpliceat, neceſſe eſt eiuſmodi homo cunctanter aperiat domino pulſanti, & ad aduentum illius trepidet. Confeſtim ergo aperiunt, qui modo ſua mortificant vitia, & externum atque internum hominem ſuum ſollicite reformant, vitijsque funditus mortui ſunt: quales ſunt homines perfecti, qui vitam habent in patientia, & mortem in deſiderio. Facile autem ex his verbis domini Ieſu licet intelligi, quantopere nos velit omnia quę mundi ſunt deſpicere, curas, ſollicitudines & occupationes omnes nō neceſſarias ad beatam conſequendam vitam abijcere, & id ſolum perpetuo agere & curare, vt quandocunque redire volet, nos prorſus ad iter expediti ſimus. Quorſum ergo attinet diuitijs cumulundis nauare operam, honores ambire, terrenis occupationibus implicari, quando hęc omnia nos auocant & abſtrahunt ab expectatione ſaluatoris? O quam multi fallunt ſeſe, dum obliti ſalutis ſuæ, ſectantur inania. O homo Chriſtiane in cœlis tua eſt hæreditas, & tu terram colis? Iam iamque dominus tuus tecum rationem poſiturus adueniet, & tu aliena tractas?

Quinā domino redeunti aperiant confeſtum.

Matth. 25

Beati ſerui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes.

Vigilare qui... cant.

Qui in vitijs iacet, in tenebris eſt. Ergo qui in gratia & charitate poſiti ſunt, illi vigilant. Itaque beati ſerui illi, qui iniquitatis tenebras à ſe ſollicite repellunt, & diuinæ gratiæ lucem magis ac magis in ſe augere nituntur, idque ſemper virtutum actionibus incumbendo, & ſuæ ſaluti perpetim inuigilando, vt quicquid obſcurum ac tenebroſum eſt, ex ſe profligēt, nulla ratione ſe patiantur à deſidia & torpore ſuperari, ſed tanquam fideles ac ſtrenui ſerui in exequendis mandatis domini ſui iugiter vigilent, dicentes cum Propheta: Oculi mei ſemper ad dominum. Itemque: Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum. Et quis nō merito vigilet, quando, vt ait diuus Petrus apoſtolus, aduerſarius noſter diabolus tā quam leo rugiens circumit, quærens quē deuoret? Nunquam dormit diabolus: ergo ſemper vigilet ſeruus Chriſti, ne incurrat in dentes ſæui leonis illius. Vndiq; tela volant, omni ex parte imminent nobis pericula multa, tentationibus varijs & inſidioſis nunquam non impetimur: niſi ergo vigilemus, fieri non poteſt, quin grauiter vulneremur. Eamobrem admonet nos propheta, vt ſoliciti ambulemus cum Deo noſtro, non vt inſipientes & ſtolidi, qui non vident, aut non curant ſua diſcrimina, ſed vt ſapientes, ne per incuriam & diſſolutionem ab hoſtibus capiamur.

Pſalm. 24

Pſalm. 122

1. Petri 5

Mich. 6

Ephe. 5

Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere: & tranſiens miniſtrabit illis.

Solent homines magnis propoſitis præmijs effici alacriores. Ea de cauſa dominus Ieſus cupiens nos ad amplectenda, & exequenda præcepta ac monita ſua promptos & ſtrenuos reddere, maximam pollicetur nobis mercedem: nempe vt poſt huius miſeræ vitæ excubias, vigilias & labores, in regno cœlorum feliciſſime quieſcamus. Si enim quandiu hic viuimus, ipſi fideliter & ex animo ſeruierimus, neque nos laboris moleſtia frangi, aut illecebroſis abduci voluptatibus permiſerimus, potius eligentes cum ipſo domino noſtro perſeuerare fortiter in cruce, & in via veritatis ac iuſtitiæ, etiamſi multa propterea ſint aduerſa ſuſtinenda, nimirum vbi tempus aduenerit, quo ex præcepto Imperatoris noſtri ex caſtris militiæ temporalis ad ſuperna cœli palatia euocandi ſumus, tum per ſeipſum præcinget ac præparabit ſeſe ad remunerandos nos pro regia maieſtate & opulentia, & faciet nos diſcumbere, id eſt, ſumma & ineffabili quiete refici, tanto felicius & glorioſius, quanto hic duriores & crebriores illius cauſa labores perpeſſi erimus. Et tranſiens, id eſt, ſingulos quoſque iucundiſſime viſitans, miniſtrabit nobis ſeipſum totum. Ipſe eſt enī pręmium noſtrum, ipſe tota beatitudo noſtra. Quæ vero mens capere, nedum lingua explicare ſufficiat, quid felicitatis, quid gloriæ, quid gaudij, contineat quod dicitur, Miniſtrabit illis?

Diſcūbere quidnam myſtice ſit

Bea-

Beati quibus tu ministrabis domine Iesu.
Psalm. 26 O homo Christiane viriliter age, & confortetur cor tuum, & noli deficere in laboribus & doloribus vitæ huius momentaneæ: sustine dominum Iesum: quia ecce veniet, & ministrabit seipsum tibi, vt sis totus plenus Deo, id est, omni bono. Væ miseris, quos talia promissa non alliciunt ad recte agendum.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

D Ne quis desperare possit, eo quod ætatem in vitijs detriuerit, diuina misericordia omnibus spem præbet veniæ, si tãtum velint resipiscere. Peccasti in pueritia: malum quidem id est, quia sacramentum militiæ tuæ violasti, & fidem domino tuo præstitam non seruasti, atque adeo vero domino tuo cõtempto, ad castra vilissimi & crudelissimi hostis illius diaboli transfugisti. Sed noli desperare. Rex tuus paratus est in gratiam te recipere, si vel in adolescentia, tanquam secunda vigilia probe te gesseris. Quod si iam multos habes ætatis annos, eosque male exegisti, maior est illa iniuria regis tui, tot annis militasse te inimico suo: verum adhuc reuertere, & priorem infidelitatem maiori studio ac fide compensa, et haudquaquam abijciet te dominus tuus. Noli tertiam senescentis ætatis vigiliã negligere: teipsum pœnitentiæ lamentis affice: placa lachrymis iram Imperatoris tui,
Psalm. 94 præueni faciem eius in confessione, illius benignitatem profunda humilitate & cõtinuis obsecrationibus tibi cõcilia: & quãto fuisti sceleratior, tanto sis deinceps ad omnem regis tui exequendam volũtatem studiosior. Crede mihi, si sic egeris, breui inter amicos suos te annumerabit, omniũ iniuriarum prorsus oblitus. Videmus hic immensam Dei bonitatem, hominum improbos mores & duras iniquitates tam benigne tolerantem, tam paratam remittere. Sed nemo illius clementia abutatur. Misericordissimus est: at si te non emẽdaueris, iustissimum experieris.

Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet.

Aptissima similitudine puocat nos ad præueniendam incertam mortis horã, ne nobis improuisis superueniat, quemadmodum fur solet, tum maxime domibus suffodiendis incumbere, quando nihil minus timetur. Quod si semper vigilet paterfamilias, non potest aliquod furis damnũ metuere. Ita & nos si semper præparati simus ad mortem, nihil est quod ex ipsa nobis formidemus. Sed quare voluit dominus nescire nos illam tam metuendam horam? Vt semper soliciti simus, nec vnquam vana securitate dissoluamur. Ergo dilectissimi semper nobis ob oculos versetur illa certo certius venturæ mortis hora, atque eius contemplatione vilescat nobis mundus cum omnibus nugis suis, virtus & pro Deo suscepti labores dulcescant. Ecce adest præ foribus iudex, iam sententia data est vt emigremus. Cur ergo vanis nos damus gaudijs? cur animum præsentibus rebus implicamus? Moriamur dum adhuc viuere licet, vt mors ipsa irruens, non terrori nobis sit, sed gaudio & desiderio. Moriamur quotidie huic mundo, moriamur vitijs & cõcupiscentijs nostris, & nulla erit nobis ex corporis morte formidanda iactura. Qui vero nolunt sibi consulere dum licet, sed ita viuunt, tanquam mors nulla sequatur, illis filius hominis terribilis adueniet dum minime putabunt, & raptis ad tribunal suum summa cum seueritate exprobrabit, dicens: Stulti & miseri, quare non audistis benignissimam admonitionem meam, ne tam imparati venire tis ad cõspectum meum? Vbi iam sunt voluptates, quibus, me cõtempto, totos vos dedidistis? Ite nunc maledicti in ignem æternum, & qui noluistis vitijs emori, nũc sine fine moriamini in stagno pice & sulphure semper arsuro.

E — Horam mortis cur dominus nobis voluerit fore incognitam. — Iacob. 5 — Moriendũ quibusnã sit dum viuimus. — Matth. 25

SERMO IN EODEM Festo. De charitate & iustitia duplici: omium operum nostrorum quis scopus fore debeat, & de sanctorum exemplis imitandis.

Placu-

PLacuit Deo,& inuentus est iu-
stus. Ecclesiastici XLIIII. Cha-
rissimi fratres Euãgelica histo-
ria, omnis sacra scriptura, imo
veritas ipsa dominus noster Iesus Chri-
stus docet nos omnem perfectionem no-
stram consistere in charitate, quę omnium
obseruãtiam mandatorum in se includit,
omnem virtutem in se continet. Hæc autẽ
charitas, etsi vna virtus sit & vnum donũ,
est tamen gemina, quia per duo præcepta
mandatur, & duo (vt ita dicam) habet ob-
iecta, scilicet Deum, & proximum. Quis-
quis igitur diligit Deum, non luxuriatur,
non maledicit, nõ est ebriosus, nõ est com
messator vel compotator: sed est castus, ve
rax, sobrius. Quare? Quia quicquid pręci-
pit, aut vult ille quem diligit, libenter q̊q;
facit illa qui diligit: & quicquid prohibet
dilectus, ab eo abstinet is qui diligit: quia
nonvult offendere illum, quem diligit, sed
contendit illi placere: quia si non curat of
fendere, iam vtique non diligit. Similiter
est de proximi dilectiõe. Huius porro cha
ritatis, quantum ad eius vtramq; partem,
perfectio in præalligatis verbis clarius ex
primitur, quando sanctus iste pater Bene-
dictus, cuius festum diem hodie celebrem
ducimus commendatur ab eo quod placu
it Deo, & quod inuentus est iustus. In eo
enim quod dicitur placuisse Deo, designa
tur perfecta charitas ad Deum, quæ est, vt
faciamus voluntatem Dei. Hanc aũt facit
ille, qui diligit Deum: & qui diligit & facit
beneplacitum Dei, placet vtiq; Deo. Ille ve
ro Deo nõ placet, qui voluntatẽ eius non
facit. Vnde dñs Iesus quosdam in Euange
lio reprehẽdens: Quid me, inquit, vocatis
dñe, dñe, & non facitis quæ dico? Ergo pla
cuit Deo, hoc est, dilexit Deum, fecit quæ
Deo sunt placita: & inuentus est iustus (in
telligendũ est vtiq; ad proximũ) qa nõ pos
sumus esse iusti ad Deũ, vt reddamus Deo
q̊d suũ est (nam hæc est iustitia & sic descri
bitur, ꝙ reddit vnicuiq; ꝙ suũ est) quicqd
facimus, adhuc inutiles corã Deo & debi-
tores manemus. Quid enim possumus fa-
cere, in q̊ possimus satisfacere tãtæ eius no
bis charitati p̃rogatæ, tãtæ liberalitati ex-
hibitæ, tãtis bñficijs acceptis, tãtis ꝓmissio
nibus cõsequendis, cũ nihil sine ipso pos-
sumus facere? In ipso ẽm viuimus, moue-
mur & sumus inqt Apostolus. Quid retri
buã dño, inquit Psalmista, pro oĩbus quæ

Charitas cũ vna sit virtus cur duplex dicatur.

Matth. 7
Lucæ 6

Iustitia quid sit.
Lucæ 17

Ioan. 15
Actor. 17
Psalm. 115

retribuit mihi? Nunq̃ possum satisfacere ꝓ
culpis & pctĩs iam abolẽdis, qñ satisfaciã
pro bñficijs acceptis, qñ merebor & dignũ
me faciã pro accipiendis? Ergo nõ possu
mus iusti esse corã Deo. i. retribuere & red
dere ei, sicut debemus. Sed ipse qa videt im
possibilitatẽ nostrã, de paruo cõtentus est.
Sufficit nanq; ei vt faciamus ꝙ possumus,
& quę ipse vult. Ergo cũ fecerimus q̊d pos
sumus, & desideramus adhuc multa, & oĩa
quę debemus facere, ꝑficere, ipse nihil req
rit vltra posse nostrũ: sed iustificabit nos, et
dabit oĩa gratis, ita vt in hoc q̊ placemus ei
de eius dono est. Quapꝑter ꝑ hoc q̊d G
dicitur: Inuentus est iustus, intelligitur ad
proximũ: qa proximo fecit, & ad eũ se ha-
buit, sicut debuit, & iustũ fuit. Et ꝑ hoc de
signatur charitas, quã habuit ad proximũ.
Et videte q̃ discrete sacra scriptura loqtur,
& modũ huius p̃cepti indicat, quẽ debea-
mus seruare. Instruimur nanq; ex cõmen-
datione huius S. patris Benedicti, quõ de-
beamus placere Deo, & iusti esse erga pro-
ximũ. Iam dixi, q̊d nõ possumus iusti esse
erga Deũ, vt reddamus oĩa quę debemus
ei, & retribuamus ꝓ his q̃ accepimus, sed vt
placeamus. Non possumus aũt ei placere,
nisi fuerimus boni & virtuosi: & ideo secu
re totũ studiũ nostrũ ad hoc cõuertere de
bemus, vt ei placeamus. Hoc porro studiũ
est charitas & ex charitate. Nõ tñ sic mone
mur vt placeamus proximo: qa hoc nõ re
quirit ad dilectionẽ proximi, vt ei placea-
mus semp: qa si deberemus ei semp place-
re, oporteret vt voluntati eius cõformare-
mus nos. Nũc aũt, qa proximi nostri volũ
tas nõ est semp syncera & bona, vt illi con-
sentiamus & obediamus: & ideo possumus
boni esse, proximũ diligere, & tñ nõ place-
re ei. Exẽpli gratia: Quia si ipse malus est,
nõ amans bonũ, cupiens q̊d non est scd'm
Deũ, si vellemus ei in hoc placere, vt assen-
tiremus ei, iã nõ essemus boni, neq; ipsum,
neq; Deũ diligẽtes. Quod si voluntati eius
prauę resistimus, eũq; corripimus, reuera
diligimus eũ, licet ei nõ placeamus. Vnde
latrones sibimetipsis cõplacent, suntq; sę-
penumero eiusdẽ voluntatis voti, & tñ nõ
diligunt, scilicet ea dilectione, quã dñs prę
cipit: quia quando dñs mandauit dilectio
nẽ proximi, dedit etiã formã dilectiõis, di
cẽs: Hoc est p̃ceptum meũ, vt diligatis inui
cẽ, sicut dilex vos. Ita nõ diligunt se hoĩes
mali, latrones, incesti, & potatores, sicut

Benedicti sancti iustitia quanta fuerit.

Placere quomodo possumus Deo.

Placere ꝓximo quãdo debeamus.

Ioan. 13
Ioan. 15

Mali quō se diligāt.

Christus: qa non in bono, nō in Deo, nō ad beatitudinē æternā, sed in diabolo & ad æternā damnationē sese diligunt. Ergo nō iubemur semp & oīni proximo placere, sed iusti esse erga proximū, id est, vt faciamus ei sicut faciendum est, & sicut vellemus nobis fieri, ꝓcuremus ei salutē & bona animę (etiāsi ipse talia nō reqrat) & negemus ei saluti eius cōtraria, etiā si ipse cōcupiscat. Pertinet tñ etiam ad iustitiā, vt in his quę licita sunt, q̃ Deum nō offendunt, & nostram salutē nō impediūt nec ꝓximi, placeamus ꝓximo, faciamus eius voluntatē, q̃ramus eius pacē & consolationē. Hæc ergo dixi, q̃ ostenderē, quam cōuenienter describat̃ dilectio Dei p hoc, q̃d placemus: qa quāto plus diligimus, tanto plus placemus, & ecōtra. Dilectio ỽo proximi describit̃ per hoc q̃d est esse iustum. Dixi ergo charissimi fratres, quō S. pater Benedictus cōmendetur in ꝑdictis verbis (scilicet, placuit Deo, & inuētus est iustus) à ꝑfectione charitatis, quæ est ꝑfectio & cōsummatio oīm virtutum. Placuit etenīm Deo, nec potuisset ei placere, nisi oīa fecisset, quæ illi sunt beneplacita. Fuit nāq; iustus ad proximū, nec fuisset, nisi oīnia fecisset proximo, quę debuit facere, & quę sibiípsi vellet fieri. Verū, vt hęc quæ dicimus lucidius capiantur, paulo altius repetēda, fusiusq; explicanda sunt. Et primo qdem vt ab hoc S. patre Benedicto sumamus exēplum, q vti iam recitatū est, placuit Deo, & inuentus est iustus. Ita nos qq; oīa quæ facimus vel cauemus, finem ponamus, scilicet ad beneplacendū Deo: Vt videlicet in q̃uis opere si qs interrogaret nos, quare faciamus, respondere possimus veraciter, vt placeā Deo. Qui sic facit, oīa scilicet dirigendo in Deum & faciendo ad beneplacendū Deo, semp in oīnibus meret̃, etiam his quę alias nō essent meritoria. Et hoc est principale q̃d Deus inspicit & ei gratū est, scilicet desideriū ei placēdi, & studium in aliq̃ illi gratificandi: qui tñ operibus nostris non ęget, nec ipse nos inspicit, nisi propter hanc bonam voluntatē: quia sic facere, est charitatē habere & ex charitate opari. Et si proximus finis & immediatus non sit in Deum, si tamē sit ordinatus in Deum p media aliqua, ita q̃d vltimus finis est in Deum directe, oēs medij fines reputantur in Deum, & omnia intermedia opa facta sunt meritoria sibi inuicem ordinata. Sumamus huius rei exemplum, q̃ clarius q̃d intendimus, explicemus: Est aliqs finis immediatus, in quem referi proxime intentio operantis sine medio: & ille quandoq; est simul vltimus, qa non refertur vlterius, sed ibi qescitur. Aliqñ refertur in alium, & ille alius in alium, donec venitur ad vnum, vbi est status, & ille est vltimus. Quando ergo ille vltimus est Deus siue sit mediatus, id est, p aliquos medios fines intentus, siue immediatus, fit opus semp meritoriū. Verbi gratia: Aliquis intrauit hic ad concionem, immediate dirigendo intentionē ad hunc finem scilicet, quod velit placere Deo, ita quod si etiam nihil proficeret in concione, tamen propter Deū vult audire verbū Dei. Iste finis est immediatus, estq; vltimus, qa nō est referibilis in alium: ideo fecit meritorie, & opus eius est bonū. Alius intrauit huc, vt audiat concionem propter obedientiam, qñquidem sic vult pręlati autoritas. Ille est immediatus finis, & primo intētus, sed nō est vltimus: quia ꝑotest adhuc interrogari, quare seruat obedientiam istam, vel quare vult esse obediens. Si dicit propter Deum ille finis est vltimus in Deum: & ꝑpter hūc etiam primus est in Deum, licet non immediate, sed mediāte secundo: ergo est bonus & meritorius. Sed si diceret, Ego volo esse obediens, ne pœnam incurram. Ecce iam non ordinat in Deum, sed ad vitandā pœnam: & sic etiam illius finis non ordinatur in Deum, qui fuit, audire concionem propter obedientiam: & ideo nullus hoꝝ meritorius est. Aliud adsumamus exemplū: Aliquis vadit ad forum. Quare? Ad emendum scilicet calceos. Quare emit calceos? Ad eundum ad sanctum Iacobum. Quare ad S. Iacobum? Pro peccatis suis, & ad recōciliandum se Deo. Hic est illius vltimus finis estq; bonus, & ideo meritorius: & ꝑpter hunc finem oēs alij priores sunt Deo accepti, meritoq; digni. Exemplum item aliud proponamus: Aliqs seruit domino alicui. Quare? Ad habendum stipendium. Quare? Vt det eleemosynam pauperi mulieri. Quare? Ad alliciendum eam ad amorē & inde ad pctm̃. Ecce vltimus finis est malus & cum pctō: & propter hunc etiam omnes alij mali sunt. Qui si fuisset bonus, alij priores etiam fuissent boni. Ecce charissimi fratres quātum iuuat ordinare ad bonum finem, per intentionem, opus suum. Contingit subinde tres facere vnum idemq;

Proximo quænā debeamus.

Placendi Deo desiderium q̃ sit Deo acceptum. Psalm. 15

Referēda quinam sint oīna in Deum.

I

Finis ... nostri ... ris quo ... dat.

idemq; opus pari labore: vnus ordinat finem suũ ad placendum Deo & meretur vitam ęternam: alius ad placendum hominibus, vel aliũ illicitum finem, & meretur æternam dãnationem: tertius ad nullum finem ordinat, sed facit quasi irratiõalis bestia, quæ vadit ad stabulum, ad præsepe, ad aquam, ad pascua, ad domum, ex quadam assuefactione.

K

Opa quænam nullo pacto possint vt tempore bona fieri intentiõe.

Sunt quædam opera, quæ nullo modo, nulloq; tẽpore possunt bona intentione fieri, vel ad bonum finem dirigi, vt fiant bona, vt sunt ea quæ ex suo gñe sunt mala, & à Deo prohibita, vt sunt sacrificare idolo, incantationes facere, consilium quærere vel auxilium à diabolo vel à diuinatoribus, mentiri, fornicari, id est, extra coniugium copulari, &c̃. ista semper sunt mala, & nunquam possunt Deo placere, qualicunq; fine fiant, etiam si sequeretur effectus bonus inde, vt liberatio alicuius à morte, &c̃. vt si coniugata sciret maritum suum interficiẽdum, ex dilectione ad maritum vellet adulterium cõmittere cum iudice, vt liberet virum à morte. Quod nõ licet vtiq;.

Mala quædam cur non puniantur.

Mala tamen quandoq; sustinẽtur, vel nõ puniuntur propter effectus bonos, vel ad vitãda maiora mala.

Bona quænam possint fieri mala intẽtione.

Aliqua item sunt bona ex suo genere, & fieri possunt bona intentiõe, vel ad bonum finem, & manere bona vel fieri meliora: quę nihilosecius possunt fieri ad malum finẽ, & fieri mala ex ordinatione peruersę intentionis, sicut iam dixi. Eleemosynam nãq; dare, vel celebrare ex suo genere est bonum. Sed eleemosynã dare ad ꝓuocandũ mulierem in pc̃ti consensum, vel celebrare principaliter propter pecuniam, est malũ, licet Missa in se tñ maneat bona.

Opus aliquod quęnam bonũ & Deo gratum illud efficiant.

Facilius est opus facere malum, q̃ bonũ: qa si debet esse bonũ, oportet finẽ & oẽs circunstantias esse bona. Si vna eaꝝ fuerit mala, totum illud opus amittit bonitatẽ & destruitur, qa ad faciendũ malum opus, sufficit vel vnã conditionem apponere malã. Ex vna nãq; cõditiõe bonã nõ fit bonũ opus, sed oportet ꝙ oĩa sint bona, quę cõueniunt ad tale opus.

Opera q̃nam indifferentia sint ad bonum & malum.

Sunt iteꝝ aliqua opa q̃ ex suo gñe nec bona nec mala sunt, sed indifferẽtia ad vtrunq; fiũt scd'm intentionem, sicut bibere, comedere, dormire, laborare: & alia multa, quę ex se nec bona, nec mala sunt, sed iudicanda sunt, scd'm q̊d ꝑ intentionẽ ordinantur. Si nanq; comedimus propter obedientiã, meritoriũ est: si propter sustẽtationẽ vitæ, vt simus validi ad seruiendũ Deo, meritoriũ est. Si comedimus (intellige semper tempore licito & non vltra mẽsuram) ad cauendã singularitatẽ, & ne grauemus aspectum alioꝝ abstinentia singulari, scilicet ꝓpter pacẽ alioꝝ, vt concordemus nos cõmunitati, meritorium est: si propter delectationem tm̃ cibi, iam est pc̃m̃: quia licet non possumus qn comedendo sentiamus delectationem, vel naturaliter placeat tanquam naturæ conueniens (hoc enim sentire in se non est pc̃m̃) sed comedere propter delectationem, vt delectatio sit finis, quem quærimus in cibo, hoc est pc̃m̃.

Opus indifferens qui Deo acceptum fiat.

Delectatioque sentiẽ come dẽdo, &c̃. quando sit bona vel mala.

Abstinere autem à tali delectatione, & similibus, non statim & de se est meritorium, nisi fiat ad minus vltimo fine, vt placeat per hoc Deo: quia potest fieri immediate, vt caro humilietur & castigetur, ne insurgat & prævaleat contra spiritum: vel ad faciendã pœnitentiam quando licita subtrahimus nobis, quia multa cõmisimus illicita contra Deum: si tamen vltime referatur ad Deum, est vtiq; meritorium.

Abstinere à delectabilibus quando siat meritorium.

L

Abstinentia q̊rundã philosophorũ qualis fuerit.

Cratis philosophi opũ cõtempt' quantus.

Legitur de quibusdam philosophis gẽtilium qui temperatissime vixerunt in cibo & potu, terrena oĩa contempserunt & abiecerunt, ex quibus fuit Crates, qui diuitias iactauit in mare, dicens: Ite pessimæ diuitiæ, ego mergam vos in profundũ, ne mergar à vobis, &c̃. & tamen nihil profuit eis ad salutem. Quare nihil ꝓfuit? Quia nõ ordinauerunt ad debitũ finem, vt per hoc placerent Deo, sed ne grauarentur curis pro diuitijs, ne superfluitate cibi vel potus intellectus eorũ obfuscaretur, vel impediretur à philosophando & quærendo sapientiam. Ipsi etiã studebant mortificationi passionũ & virtutibus maxime: quidam eorum ad habẽdam quietem cordis, & virtutem diligebãt propter seipsam tanq̃ aliquod pulchrum, vlterius non referendo: ideo etiam nõ peruenerunt ad veras virtutes. In scolis disputabant & persuadebant vnum esse Deum, & in templo adorabant idola. Hæc paulo fusius tractata sint, propter ea verba quæ dicta sunt de hocce S. patre Benedicto, q̊d scilicet placuit Deo.

Philosophoꝝ studia ꝓ virtutibus q̊ spectauerint.

Secundo loco admonendi sumus, alterã charitatis partem seruare, vt simus iusti in proximũ. Iustitia, sicut ante dixi, virtus est, quę reddit vnicuique quod suum est. In triplici autem differentia est proximus noster. Aut em̃ est nobis superior, vel ęqualis, vel inferior. Cuili

Iustitia quid sit.

Proximus noster vt sit triplex.

bet eorũ aliquid debemus: q̃d si reddimus, tunc iusti censebimur, & charitatis legẽ ad impleuimus. M Hæc aũt cõcinne & pulchre describit S. pater Bernardus in sermone tertio de Aduentu dñi, dicens: *Bernard.* Tribue tribus quæ sua sunt. Redde superiori, redde inferiori, redde æquali, cuiq; q̃d debes. *Prælatis nostris q̃ nam debeamus.* Redde inquã, reuerentiã prelato & obediẽtiã, quarũ altera cordis, altera corporis est. Nec eñi sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Quod etsi tam manifeste innotuerit indigna p̃lati alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusatiõis admittat: propter eũ tamen, à quo est oĩs potestas, ipsum quem modo talem nouimus, excelsum reputare debemus, non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi diuinę & dignitati ipsius officij deferentes. *Prælatorũ indignitas quàta sit patientia ferenda. Roma. 13* Sic & fratribus nostris, inter quos viuimus, ipso iure fraternitatis & societatis humanæ, cõsilij sumus & auxilij debitores. *Quibuscũ viuimus quæ nã debeamus.* Hęc enim volumus vt & ipsi nobis impendant. Consilium, quo erudiatur ignorãtia nostra: auxilium, quo iuuetur infirmitas nostra. Porro, si cui forte prælatus es, huic sine dubio teneris debitor sollicitudinis amplioris. *Prælati q̃ nam suis subditis debeant.* Exigit à te, & ipsa custodiam, & disciplinam. Custodiam quidem, vt possit cauere pc̃tm̃: disciplinã vero, vt q̃d minus cauit, minime maneat inpunitum. Quod etsi nemini fratrum p̃esse videris, habes tamen sub te cui custodiam hanc & disciplinã oporteat exhiberi. *Corpori proprio quænam quisq; debeat.* Dico autem corpus tuum quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiã, vt non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. *Rom. 6* Debes ei & disciplinam, vt dignos faciat fructus pœnitentiæ, castigatum & subditum seruituti. *Matt. 3. 4 Lucæ 3* Ecce charissimi, vt S. Bernardus pulchre iã descripsit, debemus superioribus reuerentiam & obedientiam, æqualibus consiliũ & auxilium, inferioribus vel corpori nostro (quod est inferius spiritu) custodiam & disciplinam. Verum, non possumus singula fusius declarare, p̃pter breuitatẽ seruandam: sed accipiamus vnum q̃d ad festiuitatem præsentẽ magis cõuenit, scilicet quod proximis debemus consilium & auxiliũ. Cogitate fratres, si qs inter nos in aduersitate, anxietate & perplexitate dubius esset, nesciens quomõ posset releuari, quantum putatis desideraret consilium sanum? Et cũ illud agnouerit, quantum desideraret auxilium, quam libenter vellet omnium corda sibi inclinata & compatientia fore, & auxiliũ sibi impẽdi? Qualem ergo eiusmodi homo animum alterius erga se vult haberi, talem habeat & ipse erga proximum, ita vt semper cũ pauperẽ, tribulatum & infirmum inspexerit, interroget seipsum: Si tu esses in tali necessitate vel tentatione, quid cuperes? Respondet illi cor suum: Ego vellem consolari, mihi consuli, iuuari. Hoc ergo faciat etiam alteri. Quum autem tu talis fueris, inspirabit Deus etiam alteri, qui pro te sollicitus sit, sicut tu pro alio. N Verum, hæc quæ dicimus melius exemplis sanctorum, quã verbis persuadebimus. Validiora, inquit, ille sanctissimus doctor & Pontifex Gregorius, sunt exempla, quam verba. *Gregor.* Hic idẽ in libro II. Dialogorum refert inter cętera vitæ gesta huius sanctissimi patris Benedicti (cuius festiuitate hæc dies solennis est) *Benedicti abbatis ortus quis.* quod is ex nobilibus parentibus progenitus fuerit secundum seculum. Qui posteaquam vtcunque in liberalibus, vt vocant, studijs institutus esset, nõ solum studia ipsa, sed & parentes, notos substantiamque dereliquit in puerili pene ætate adhuc constitutus, locumq; aptum ad seruiendũ conditori liberius, sibi delegit. Quem nõ modo ob singularem mentis puritatem, humilitatem, castitatem, sobrietatem aliasq; virtutes eius, sed & propter prophetiæ gratiam, miramq; erga suos inimicos mansuetudinem & charitatem, minime dubitarit idem solennis & fortis Ecclesiæ columna Pontifex idem sanctissimus D. scilicet Gregorius in eodem dialogorũ libro, Mosi & Heliæ æq̃parare. *Bñdictus cur Mosi & Heliæ fuerit æq̃lis.* Nec dissimilia scribũt de S. Turonẽ Seuerus, Sulpitius & Gallus pijssimus siũ episcopo Martino: qui vtiq; pijssimus adiutor & misericordissimus pater pauperũ, & consolator omnium tribulatorum fuit. *Seuerus. Gallus. Martini sancti liberalitas.* Qui etiã omnia quæ habuit ex pietatis affectu in pauperes erogauit, adeo vt ante episcopatum & in episcopatu etiam vestimenta sibi necessaria à corpore subtraheret, & egenis daret. Paulinus q̃q; S. episcopus Nolanæ ciuitatis, postq̃ omnia sua in egenos & captiuos contulisset, vt testis est D. Gregorius in libro III. dialogorum, cap. I. tandem seipm̃ ad redimendum captiuũ viduæ filiũ vendi fecit, & magno cuidam principi, vt puta regis Vandalorũ genero *Paulini episcopi charitas quanta. Gregori.*

genero, in vilissimo ope, scilicet horti cultura fideliter diu seruiuit, spiritu ꝓphetiæ miraculoꝝq; gloria illustris. Sāctus q̊q; Mamertinus spoliatus pallio à latronibus, reuocauit eos, dicens se adhuc habere denarium vnū, quem rogauit vt tollerent, si forte in itinere illis posset necessarius fore.

Mamertinus sanct⁹ cōtēptor reꝝ pereūtiū quantus fuerit.

Traditum q̊q; memoriȩ posteroꝝ est de S. Elizabeth regis Hungariæ filia nobilissima Lantgrauij Turingiæ cōiuge, quæ tantæ fuisse legitur pietatis & liberalitatis in pauperes & desperatos homines, vt matrem eam pauperꝝ omnes ꝑdicarent. Quæ non modo pauperes & inopes liberalissime alebat, sed & nudos vestiebat, mortuos sepeliebat, infirmos visitabat, cæteraq; Christianæ pietatis opera in paupes & miseros desolatosq; strenue exercebat, ipsisq; sicut fideliter, ita & humiliter inseruiebat.

Elizabeth reginȩ charitas erga pauperes.

Quȩ omnia in ipsius q̊q; matertera sancta videlicet Hadeuige regina regis Poloniæ coniuge non modo deuotissima & liberalissima, sed & humilima excelluisse cōstat, adeo vt illa genibus flexis pauperibus eleemosynam daret, eorumq; manus osculаretur.

Hadeuigis reginȩ humilitas quanta.

Verum, quonam hæc omnia spectant, nisi vt ea nos quoq; in ȩdificationis exemplum trahere debeamus? Debemus nanque ex talibus viuis exemplis discere & moneri ad cōpassionem, pietatem, charitatē reliquaq; Christianȩ pietatis officia erga proximū. Quod si nō habemus, q̊d demus de temporalibus rebus, demus de corpore nostro officia membrorū nostrorum, laborem, sollicitudinem, seruitium, cōsolationem, orationem infirmis & egentibus, quibus quicquid fecerimus eleemosyna est. Demum offeramus voluntatem bonam maiora faciendi, si possemus. Hȩc nanq; voluntas bona faciendi operis vbiq; sufficit, etiam sine effectu, dum facultas deest operandi. Nam si adesset operandi facultas, volūtas bona sola, hoc est, absque opere, non sufficeret. Idcirco cum nō potestis eleemosynam dare, habeatis compassionem & dandi voluntatē, & habebitis meritū æquale cū diuite porrigente eleemosynam, si charitas par fuerit: quia meritum non facit ipsum munus, sed charitas, ex qua pēsatur munus, & propter quā respicit Deus ad munus: vnde nec munus Deo placeret sine charitate, id est, sine bona voluntate.

Pietatis opa q ex ercenda.

Eleemosyna quando sit merito digna

Potest contingere non habētem dare eleemosynam plus mereri eo, qui habet, & dat, si maiorem habet voluntatem dandi & compassionis affectum. Potest etiam huic egeno, vel non habenti vnde tribuat, compassionis affectus maior inde oriri, id est, ex sua paupertate. Nam diues qui tribuit, inde consolatur: quia paupertatem egeni subleuauit. Qui autem & ipse egenus est, videns alterius egeni inopiam compatitur, nec consolatur, sed crescit compassio & anxietas in corde eius: qa non habet vnde posset inopiȩ alterius subuenire, inde etiam crescit meritum. Postremo, cogitur etiam orare impellente charitate pro egeno, quem iuuare nō potest ad Deum: qui potest: & hinc iterū crescit meritum ex hac occasione præ diuite. Demū habet & ipse suæ propriæ paupertatis meritum, in quo rursus excedit diuitem. Ecce charissimi fratres, non debetis iam dolere si actualiter vel opere non potestis exercere omnia opera misericordiæ ab extra: quia mentaliter & voluntate omnia potestis, si modo bonam voluntatem habueritis, quam præstet nobis dominus noster Iesus Christus in secula benedictus, Amē.

Paup quō eleemosynā tribuat

IN SOLENNITATE ANNVNCIATIONIS domini nostri Iesu Christi Lectio Esaiæ prophetæ, loco Epistolæ, Esaiæ septimo.

XXI. IN diebus illis, Loquutus est dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo

meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

MAxima sese nunc offert lætan-
di materia charissimi filij, & in
laudem Dei, atque ex ipsis ani-
mæ medullis procedētem gra-
tiarum actionem vel nolentes cogit immē
sitas beneficij, quod hac die præstitum no
bis annua solennitate recolimus. Hæc est
enim dies, in qua opifex mundi Deus ho-
Gene.1.3 minem, quem sua benignitate crearat, sed
Gene.3 diaboli inuidia, ac ipsius hominis inobe-
Sapien.1 dientia amiserat, ex miserrima seruitute cę
pit in libertatem reuocare ac restituere, vir
gineo illapsus vtero: atq; ex eadem virgi-
ne sumpta humana natura, in qua pro pec
catis nostris Deo patri patiendo, morien-
do, satisfaceret. Creauerat quidem omni-
potens Deus hominem in paradiso, absq;
vllo peccato, vt diabolo peccatum persua-
suro resisteret, ac resistendo vinceret, non
cōsentiendo suasioni pestiferæ: idq; ad ma
ximum honorem Dei, & summam diabo
li ignominiam, quandoquidem ipse licet
infirmior in terra non egisset contra præ-
ceptum Dei, quamuis à dęmone tentatus:
diabolus vero licet fortior, in ipso cœlo
etiam nullo tētante peccasset. Sed quia mi
Lapsus protoparentū qui acciderit. ser homo, tametsi facile maligni suasionē
contemnere potuisset, improbo consulto
ri nulla vi adactus, sed spōte sua obtempe-
rare maluit contra voluntatem & honorē
Dei, quam ipsi Deo in confusionem & de
decus diaboli, in tantam nedum seipsum,
sed etiam omnem posteritatem suam, & qt
quot ex ipso nasciturí essent, miseriam ad-
duxit, vt omnino nulla nobis apud Deum
consequendæ misericordiæ spes relicta fu
erit, nisi peccata nostra ipse in quem pecca
uimus, per seipsum aboleret. Id vero quis
vnquam non dico sperare, sed vel cogita-
re sine horrore potuisset? Quid enim tam
crudele, tam intolerabile, tam iniquum vi
detur: quam vt pro peccatis nostris Deus
summæ maiestatis patiendo satisfaciat? Et
tamē nulla alia ratione in gratiam cū Deo
restitui potuissemus. Ex quo perspicue li-
cet intelligi, in quas angustias per peccatū
Adæ coniecti fuerimus. Sed misericors &
miserator dominus, videns hominem cal
lidissimi ac malignissimi dæmonis euer-
sum malitia, ab ipso mox casu illius polli-
ceri dignatus est, quod nemo vnquam fu-
isset ausus petere. Lege Geneseos caput ter
tium, & ibi scriptum inuenies in hæc ver-
ba. Inimicitias, ait dominus serpenti, po-
nam inter te & mulierem, & semen tuum,
& semē illius. Ipsa, vel vt alij legunt, Ipsum
conteret caput tuum. Quæ est ista muli-
er, nisi virgo intemerata, de qua Salo-
mon ait: Mulierem fortem quis inueniet? Prouer.31
Quod huius mulieris semē, nisi dominus Galat.4
noster Iesus Christus, quem Paulus dicit
factum ex muliere, id est, natum ex virgi-
ne? Ipse nimirum contriuit caput draco- Maria quo modo contriuerit caput infernalis serpentis.
nis, quando quicquid is in hominem iu-
ris acquisierat voluntario peccati consen-
su, dominus crucis indebitam perferendo
mortem penitus aboleuit, suaq; humilita-
te superbissimum spiritum elisit atq; pro
strauit. Quod quidem hodie facere B
exorsus est, quando intra materni eiusdē-
que pudicissimi corpusculi viscera huma-
nam assumpsit naturam, factus homo, vti Esaias 7
iam longe ante prædixerat Esaias prophe
ta, & quidem apertissimis verbis, eo præser
tim capite, vnde extracta est lectio, quæ ho
die Epistolæ loco in Ecclesia recitatur ca-
tholica. Loquutus est, inquit, dominus ad
Achaz impijssimum regem, idolorum cul
torem, & qui neque Deo omnipotenti, ne
que seruis eius prophetis fidem commo-
daret: Pete tibi signū à domino Deo tuo,
siue in profundū inferni, siue in excelsum
supra. Prædixerat Esaias regi Achaz bre-
ui finem habitura regna Syriæ & Samariæ,
sed is minime credidit. Iubetur ergo à do-
mino petere signum, siue in profundū in-
ferni, siue in excelsum supra, id est, aliqd
quamuis eximium ac admirandum pro-
digium, quod vel circa ipsa terræ viscera,
vel inter cœli sydera diuinitus ęderetur, v-
ti visis difficilimis, ac soli Deo possibili-
bus effectibus, citius credat minus diffi-
ciles. Sed quid Achaz respondit? Quod
scilicet vulpem decebat. Homo versipel-
lis timens ne ex tali signo verus Deus a-
gnosceretur atque coleretur, eiusque glo-
riæ inuidens, malensque suis idolis hono
rem tribui, dissimulata animi sui impie-
tate, ait

tate, ait se idcirco nolle signum petere, ne tentet dominum. Id enim erat lege vetitum, ne quis Deum tentaret. Sed nunquid fefellit Deũ cordis eius intimos recessus pspicientẽ? Minime. Nouerat dñs non religiõis causa, vt q multa alia fecisset contra legem, sed animi elatione nolle eum signum petere. Et quamuis prohibitũ erat, ne tentaretur Deus, obediendũ tñ erat deo iubenti etiam quod legi contrariũ videret, cum sit vtiq; Deus supra legẽ. D. Hieronymus ait, nomẽ hebræũ & tẽtare & exaltare posse reddi, vt Achaz dixisse videat: Non petã, & nõ exaltabo dñm, scilicet ob causas antedictas. Et dixit, scilicet Esaias propheta: Audite ergo domus Dauid, tu rex Achaz, & q ex Dauidis stirpe ducitis originẽ cæteriq; domestici tui: Nunqd parũ vobis est molestos esse hominibus, dum affligitis seruos Dei, qui vobis in nomine dñi loquuntur & ex vestris iniquitatibus ac summi Dei contẽptu grauissime cruciant, atq; insup etiã vestris iniurijs & psecutionibus diuexant? quæ vtiq; satis magna est impietas, meritoq; à vobis paruipendi nõ deberet. Sed vos tanquam homines fatigasse nihil sit, etiã ipsi Deo molesti estis, dum duras vestras portat iniquitates, & q̃tidie maximum ex vobis contemptũ accipit, quando ipso neglecto dæmones colitis, & vitijs quæ ipse prorsus odit, deditis estis. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Quæ verba ad id referẽda sunt, q̃d supius dixit Esaias: Pete tibi signũ &c. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiũ, & vocabit nomen eius Emanuel. Vere signũ diuina maiestate dignũ, vere admirabile pdigiũ, à seculis inauditũ vt virgo cõcipiat, & pariat filiũ. O virginẽ ex oĩ æternitate electã à deo, ac singulariter & excellenter præ creaturis omnibus benedictam, o virginem post deum p̃cipue venerandã, colendã atq; omni deuotionis & pietatis officio psequendã, quæ non ex hoĩe, sed summo spiritu cõcepit, cõcipiẽdo integerrima pmansit, nouẽ mensibus Deũ ac hoĩem intra pudicissimi corporis viscera portauit, à q̃ etiã ipsa & totius mũdi machina portabat, ac deniq; sine vllo dolore, sine vlla virginitatis iniuria, imo cũ maximo puritatis incremento eundem peperit tot expectatũ seculis, tot votis ac præcibus expetitum, qui mundũ erat redempturus, homines cum Deo in gratiam restituturus, ruinam angelicã instauraturus, summa omia cõciliaturus. Et vocabit nomẽ eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, q̃d nomen nulli nisi Christo huius sacratissimæ virginis filio virginis cõgruere potest: q solus est in vnitate psonę Deus verus & verus homo. Calũnias Iudæorũ, qbus hic aduersus Ecclesiam impie vtuntur Doctores abunde dissoluũt, quas nos breuitatis causa p̃terimus. Butyrum & mel comedet, hoc est, cibis vescetur qbus & alij infantes nutriunt, vt verã se carnẽ & humanã naturam sumpsisse declaret. Vt sciat reprobare malum, id est, hoc ipso cõfutet, hęreticos, q eũ carnẽ phantasticã sumpsisse, aut nõ verũ hoĩem fuisse dicturi sunt, & eligere bonũ, id est, fidei catholicæ veritatem confirmet, qua creditur reuera humanũ corpus accepisse. Vel, etiam butyrum & mel co comedet, vt cibo illo ad iustam per ductus ætatem, publice cõcionando, vitia hominum increpet, rejiciat, damnet, virtutes sectãdas, colẽdas, amplectẽdas doceat. Id quod post baptismum studio ac zelo ingenti eum fecisse certum est ex Euangelijs. Atq; vtinã ipse etiam nobis præstet, vt sciamus semper reprobare malum, execrari oẽ pctm̃, & eligere bonũ, exeq & amplecti q: qd ipsi placet, ne frustra nobis tãtus tantæ virginis filius cõceptus & missus sit.

Hierony.

C

Virgo de um cõce pturaque tur intelligatur

Emanuel ... cõcerniat

Matt.4 Marc.1 Lucæ 3.4

EXEGESIS EVANGELIJ in eadem solennitate. Lucæ I.

D

SAnctus Lucas Euangelista, qui beatissimæ matris Dei familiaritate vsus fuisse, ab eaque multa Saluatoris mysteria didicisse creditur, iucundissimam ac vere saluberrimam dominicæ incarnationis siue annunciationis historiam pulcherrime describit, singulaque diligenter exprimit, puta & angeli, & eius, à quo is missus est Dei, & oppidi quo missus est. & virginis ad quam missus est, & sponsi virginis nomen, atque etiam eiusdem sponsi familiam siue genus. Nihil enim putauit omittendum, quod ad tantæ rei seriem pertineret. Et nos igitur, quod spiritus sanctus tam exacte per Euangelistã suum describi voluit, attentis animis & li-

& liberis atq; deuotis cordibus audiamus. Proponitur enim hic nobis historia salutis nostræ, quam quisquis negligenter auscultat, aut frigido, duro & ingrato corde percipit, vix est inter viuos numerandus. Nam etsi corpore viuit, tamen animo pene mortuus esse videtur. Excutiatur igitur omnis tepor ac desidia, cedant terrenarū sollicitudines occupationum, facessat omnis incuria, fastidium mortiferum depellatur, vt alacri mente, & arrectis auribus nostræ reparationis exordia percipiamus. Ait ergo sanctus Lucas Euangelista:

Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginen despō satam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Maria.

En dilectissimi audistis missum à Deo angelum. Iā tot annorū millia præterierāt & humanæ captiuitatis miseria semp in deterius excreſsebat, & is cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est, cui omnino propriū est misereri semper & parcere, tanquam nihil curæ esset illi hominum innumerabilium perditio, totum pene humanum genus ob peccata & ingratitudinem, præsertim dæmonum cultū & vitia carnis à facie sua abiecerat, paucis de genere Abrahami ad sui notitiā & cultū vocatis & institutis ex q̄bus sancti q̄dam q̄ nouerant venturum in carne Deum, grauissime illius aduentū suspirabāt, huius miserabilis exilii ptęsi, p̄cibusq; & lachrymis as-
Esaiæ 64
Psalm. 84
siduis pulsabant aures Dei, vt tamen veniret ad liberandos nos. Vtinam, aiebant, cœlos dirumperes & descenderes. Itemque: Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā, & salutare tuum da nobis: Sed quantumcūq; illi clamarent, plorarēt, q̄si surdæ erant aures Dei. Promittebat q̄dem se venturum, sed res in longū differebat, ita vt multi etiā ex illo populo electo Israel desperatiōe ab
Esaiæ 28
sorpti, dicerent: Māda remanda, expecta, reexpecta modicū ibi, modicū ibi. Atq; hac demū die pius & clemēs creator, nō ferēs vltra hominū exitiū, tactus ineffabili misericordia, angelū nō quēcumq;, sed ex principibus vnū, nempe Gabrielē archangelū misit in ciuitatē Galilęæ, cui nomē Nazareth, vbi futuræ matris Dei parētes habitas-

se ferunt in q̄rū ædibus virginē sacratissimā iā ex tēplo reuersam sētōq; Ioseph despōsatā māsisse colligit. Sed cur nō potius in Iudæā q̄ Galilęā missus est angelus? Vt hoc ipsum argumēto foret relicta Iudæa, dominū ad gētes demigraturū. Siquidem Galilæa trāsmigrationem significat.

Angelus cur in Galilæam missus ...

Missus est autem ad virginē. O vere virginem, semper virginem, corpore & mente virginē: virginē etiā plusq̄ angelica puritate nitentē: virginem deniq; tanta pulchritudine p̄ditam, vt ex immensa hominum numerositate, ipsam vnā rex cœlestis, filius altissimi matrē habere cōcupierit. Sequit: Virginem desponsatam viro. Creditur virgo beata virginitatis amore prima omnium perpetuæ castitatis emisisse votum. Quid est igitur, quod iā despōsata dicitur? Quō em̄ potuit in matrimonium consentire voto virginitatis obstricta? Sed q illi inspirarat vt hoc votū p̄staret Deo, idē ipse certā eam reddidit, quod nihil ex matrimonio contrahendo ipsius virginitas detrimēti passura esset, sed virgo p̄petua p̄maneret. Sicq; consensit ordinationi diuinæ, nihil hæsitans.

Maria cur dicat desponsata viro post emissum votū virginitatis.

Desponsata est autem benignissimo iuxta ac sapientissimo totius Trinitatis consilio, tum vt pudicissimæ virginis famæ & existimationi consuleretur, tum ne ipse filius Dei ex corrupta natus diceret, tum vt S. Iososeph officiosissimis ministeriis tam ipsa, quam filius adiuuaretur. Adhuc enim tenera valde erat virgo beata, quando Dei filium concepit, isque paulo post natiuitatem suam in exilium relegandus erat, quo itinere nisi virgo tam tenera & verecunda mariti solatio releuata fuisset, maximis iniuriis & incommodis cum paruulo Iesu haud dubie obiecta foret. Sunt & aliæ rationes, sed breuitas seruanda est.

Desponsata quare fuerit Maria viro.

Porro desponsata fuit viro, cui nomen Ioseph erat, qui de tribu Iuda ac stirpe Dauid, sicut & ipsa virgo, prognatus erat, sicut Euāgelista mox addit, de domo Dauid. Hic S. Ioseph iustus fuisse apud Matthæum manifeste dicit. Sed etsi id tacerēt Euāgelistæ, anne sanctitatis eius sufficientissimū possit esse documentum, quod in talis tantāteque virginis sponsum, & in filii Dei patrem putatitium electus est? O vere beatū hunc patriarcham, cui vnū cōcessum est à Deo, quod nulli alii, vt sit coniunx matris Dei, gaudeatque noīe patris filii Dei.

Matth. 1 Ioseph sponsi ... sanctitas quanta.

Maior

Maior est ista dignitas, imo incomparabiliter maior, q̃ vel Dauidis, vel Salomonis fuerit, videlicet potentissimorũ regũ. De hoc S. Ioseph supra in festo S. Innocentũ quædam dicta sunt. Itaq; nunc ad alia properamus. Interim obseruandum est, tum demum filium Dei mortale accepisse corpus, quando regia dignitas apud Iudæos pene ad extremam erat redacta inopiã. Nõ enim voluit mũdi huius gloriã q̃rere, imo necattingere qdem, sed potius cõtẽnere, contemnendamq; docere. Itaq; nasci quidẽ voluit ex stirpe Dauid, sed eo tẽpore quando regni Dauidici successores etiam fabri lignarij erant vti in S. Iosepho perspicue videri licet.

Christus cur nasci voluerit ex semine Dauid.

F

Sequitur: Et nòmen virginis Maria. Quid hic dicemus? aut vndenã exordiemur? Dulcissimum & omni melle dulcius est nomen virginis huius, nec est quisquam qui id pro dignitate possit explicare. Nomẽ Mariæ exhilarat iustos, confirmat pusillanimes, solat mœrẽtes, desperatos erigit, miseros fouet, recreat languidos, dæmones terret & fugat, vitia & tetationes diabolicas pellit: deniq; morbis omnibus animæ & corporis medetur. Sed tum materiæ vbertas, tũ tẽporis angustia cogit nos ad alia procedere.

Mariæ nominis virtus quanta sit.

Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Ad hanc igit̃ virginẽ ingressus est angelus salutandã, nuntiumq; illi à Deo perferendum, quale ante eũ diẽ nunquam erat allatum in terras, Sed quo ingressus est ad virginem? Sedebat illa abscondita in ædibus paternis, residens in conclaui, & tota mentis intentione Deum exorans pro liberatione hominum, diuinæque contemplationi prorsus intenta, ac tota velut absorpta in Deum. Semper enim animus eius Deo coniunctissimus erat ob nimiã cordis puritatẽ, ita vt quoties vellet, posset per contemplationem in Deum tendere. Itaq; dum ita sederet ardentissime obsecrans Deũ pro Christi & Messiæ aduentu, ingressus est angelus ad eam intra cõclaue, vbi soli Deo vacabat & sibi, & ait, scilicet summa cum reuerentia, ita vt decebat erga mox futuram Dei genetricem.

Maria vbinã reperit angelum salutationem.

Aue gratia plena, cunctis virtutibus, omnigenis donis, omnimodis charismatibus excellenter ornata & repleta. Nã cæteris p partes p̃statur: tibi aũt totius gratiæ plenitudo se infudit. O vere gratia plena, de cuius plenitudine, vt ait D. Bernardus, accipiũt vniuersi, captiuus redẽptionẽ, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiã, angelus lætitiam, deniq; tota Trinitas gloriã, Filij p̃sona carnis humanæ substantiã. De qua etiã D. Anselmus ait: O fœmina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia, respsa sic virescit oĩs creatura. O virgo benedicta, per cuius benedictionẽ benedicit oĩs creatura: non solum creaturæ à creatore, sed etiã creator à creatura. Aue igit̃, o Maria, gratia plena, ab oĩ vel tenuissimi vitij labe prorsus immunis, tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena, ita vt nunq̃ in te qcq̃ vel ad momentũ hæserit, q̃d displicuerit Deo, sed totã te gratia occupauit, totã possedit.

Gratia plena quõ maria salutata sit; angelo
Bernard⁹
Maria q̃nã beneficia exhibeat fidelibus.
Anselm⁹.
Gen. 4

G

Dominus tecũ, tota Trinitas tecum idque non vulgariter, sed modo quodam peculiari atque plane singulari. Quia complacuit domino in te, & qui creauit te, etiam semp delectatur commorari tecum, illectus decore tuo. Ipse totam te circumcinxit, vt nulla ex parte hostibus pateat aditus in te, semperque tecum, & in te permanet, confirmans & circundans te gratia sua, nec vnquam deserens te, sed præparans intra te dignũ congruum habitaculum filio suo, quem ex te nasci cupit.

Dñs quõ miro modo fuerit cũ beata Maria
Esaiæ 62

Benedicta tu in mulieribus, imo præ creaturis omnibus, quæ tãtis es p̃uenta benedictionibus diuinæ dulcedinis, vt omnipotẽs creator tuus decreuerit esse filius tuus, & qui in seipso immensus est, ex te paruulus nasci velit. Benedicta tu in mulieribus, quæ & virginis gaudebis honore & mater eris altissimi, & sola ex cunctis fœminis sine damno pudoris concipies & absque vllo dolore paries, atque ex ipso conceptu & partu multo & sanctior & purior eris. Obsecro dilectissimi nonne eiuscemodi isthæc est salutatio, vt possit etiam quamuis firmum animum nonnihil commouere? Sed quid effecit oro in virgine & matre domini nostri? Dicitur gratia plena, dicitur dominum habere tecum, dicitur præ cunctis benedicta mulieribus. Quid ni igitur non parui se esse meriti præfidat, cui talia dicuntur? Sed virgo in humilitate profundissima firmissime radicata eiusce-

Beata maria quõ p dicatur benedicta inter oẽs mulieres

modi

modi encomijs non erigitur, sed terretur. Sic enim ait Euangelista:

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Turbata cur dicat beata Maria ad salutatioṇẽ angeli

Cur obsecro turbata? Nũ ad aspectum aut affatum angeli? Minime. Iam enim assueta erat & videre & colloqui beatis spiritibus. Sed turbata in sermone eius. Cum enim nihil magnum, nihil altum, imo non nisi tenuissime & vilissime de se sentiret, suoque iudicio omnium infima esset, turbata est, id est, verecundata, quod tantis veheretur encomijs, quibus seprorsus indignam crederet. Quid hic nos miseri dicturi sumus, qui tametsi cunctis pene virtutibus vacui sumus, tamen non solum non horremus ab alijs laudari, sed id etiam summopere appetimus? & si quis minus bene de nobis sentiat, admodum perturbamur. O quam longe absumus ab humilitate matris Dei. Quæ licet esset cunctis plena virtutibus, tamen audiens se laudari, pertimuit, verita ne forte illusio esset diabolica, eo quod ipsa nil tale de se sentiret, nec tanta de se vel suspicari auderet. Vnde etiam noluit respondere salutati angelo, sed cogitabat secum qualis esset ista salutatio. Quod nimirum summæ erat prudentiæ. Ita dum humi-

H lis virgo virtutes cupit cælare suas, magis eas prodit. Quid est domina nostra, quod turbaris? Diceris gratia plena: sed tu te omnium infimas putas, nec vllam tibi gratiam tribuis, nulla virtute præditam te opinaris: & tamen dum ita de te sentis, en certatim sese produnt virtutes tuæ, & quidem valde admirabiles. Nam quod turbaris, summæ est humilitatis & pudicissimæ verecundiæ. Quod cogitas qualis est ista salutatio, admirandæ est prudentiæ & circumspectionis. Quod non statim respondes, modestiæ est singularis. Fortitudo item & iustitia aliæque virtutes manifeste satis hic apparent, & tum verbis, tum factis tuis sese proferunt. Discamus & nos dilectissimi ad omnem nostri laudationem pertimescere, atque vsque adeo in vitiorum ac totius vilitatis & fragilitatis nostræ consideratione fixi permanere, vt nulla vnquam laude vel tenuiter permoueamur: sed solũ Deum cupiamus in omnibus ac de omnibus laude & honore affici: nobis vero id solum tribuamus, q̊d propriæ nostrũ est, id est, vitia & peccata nostra.

Laus hominũ quãto studio sit fugienda.

Et ait angelus ei: Ne timeas Maria. Inuenisti enim gratiam apud Deum.

Sensit Archangelus virginem pudentissimam quodam verecundo ac humili timore correptam. Ita mox eam iubet omnem ponere metum, nec quicquam esse solicitã. Ita enim solent boni spiritus, dũ apparent hominibus, pellere ab eis formidinem, & quandam animi præstare securitatẽ & trãquilitatem. Contra mali spiritus timorem incutiunt & horrorem, eumque in hominibus reliquunt. Inuenisti inquit gratiam apud Deum. Etsi noui timorem ac turbationem hanc tuam non ex vitio, sed virtute proficisci, tamen interim esto secura, certa inuenisse te gratiam apud Deum, multũ illi, imo supra modum placere & gratam esse ob p̃stantissimas animi tui virtutes, precesque assiduas & feruentissimas, quibus illius gratiam expetijsti, quam & inuenisti.

Apparitiones bonorũ vel malorum spirituũ, nam internoscãdæ.

O felix Maria, quæ non hominum, sed Dei gratiam quæsiuit & obtinuit. At nunc cæci filij hominum gratiam Dei floccipendunt, & summo studio miserorum hominum gratiam ambiunt: quam tamen sæpenumero aut non impetrant, aut impetrata neque diu, neque tuto frui queunt.

Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum.

O inæstimabilẽ Dei dignationẽ: o incõprehensibilẽ virginis excellentiã. Adeo ne deijcere se in ima potuisse Deum vt in virgine concipi, in virginis vtero augmẽta sumere corporea, & ex virgine nasci voluerit? Adeone virginẽ potuisse in sublime erigi, vt digna fuerit esse mater Dei? O homo attende q̊ se tua causa abijciat Deus, & pudeat te tanta charitati posthac ingratum inueniri. Ecce, inqt angelus ad virginem, concipies in vtero, non humanitus, sed diuinitus: & paries filium, cuius pater Deus est, cuius maiestas finẽ & modũ nescit, cuius est oĩs potestas in cœlo & in terra, cuius pulchritudinem Sol & luna mirant, quem in cœlis verent & adorãt oẽs virtutes & angelicę potestates, deniq; q solus est, & extra quem nihil est. Et vocabis nomen eius

Iesum

Matt.1 Iesum, hoc est, Saluatorem cuius rationē nominis Matthæus explicans, Ipse enim ait, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. De hoc præstantissimo & dulcissimo nomine possent hic multa dici, sed superius in festo Circuncisionis inde tractatū est. At nihilominus in gratiam piorū, quibus sapit quod pietati & deuotioni congruit quidā hic commemorare placet. Temporibus Diui Ioannis Tauleri insignis cōcionatoris & sanctissimi viri quidam floruit Henricus Suso nomine professione Dominicanus, non solum rara ac paucis experta sanctitate præditus, sed etiam miraculorum gloria celebris, qui tāto huius dignissimi nominis ardebat amore, vt quodam tempore acuto stylo ferreo grandiusculis literis in ipso cordis sui loco id exararet, videlicet in manifestum perpetui inter Deum & ipsum amoris signū. Perseuerauit autem hoc ipsum nomē in eius pectore ad mortem vsq;. Neq; contentus erat si ipse solus vsque adeo eius ferueret amore, sed etiam multos alios ad eius amorē & venerationem summo studio, ingentique labore conatus est excitare. Inter complures autem, quos ad Deum conuerterat, habuit filiam quandam spiritualem, virginem sanctissimæ vitæ, cui diuinitus fuit reuelatum, vt idem Suso in suis scriptis recitat, quisquis nomen Iesu vel secreto apud sese deferret aut circumferret, diceretque illi quotidie orationem dominicam cum angelica salutatione, illi in vita quidem benigne facturum, & in morte propitium se præstiturum Deū. Adduntur autem hæc verba ad orationem dominicā & angelicam salutationē: Benedictum sit dulcissimum nomen domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ virginis Mariæ dulcissimæ matris eius in æternum & vltra. Nos cū prolepia, benedicat virgo Maria: Amē. Quod est reuera perexiguum seruitiū, sed non parum Deo gratum, vtpote cui tanta polliceri dignatus est.

[Margin: Henricus Suso nois Iesu feruentissimus amator]

[Margin: Exercitiū pii ad nomē Iesu suauissimū]

K Olim qdem tēporibus iā dictis, p plures hæc faciebāt, nō absque benedictione diuina: sed iam male dictus tepor ac execrabilis ingratitudo hominum, eiuscemodi pietatis studia nihilipendit. Dominus Iesus sui nominis amorem venerationem nostris in cordibus excitare dignetur. Non est enim aliud nomē sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Acto.4 Hoc nimirū sanctissimū nomen à Deo est nominatū, ab angelo denunciatū, impositū à parentibus, celebratum à mūdo, vaneratū ab oī genu, positū que omnibus in salutē, dæmonibus tn̄ in terrorē, & operātibus in virtutē. Nā in Seraphinis vi ignea inflammat, in cherubinis splendet, in thronis cōpaginat, in dominationibus imperat, in virtutibus exequtur, in potestatibus arcet, in principatibus curat prouincias, principes & magistratus, in archangelis sucerdotio fungens dirigit mortales in Deum, in angelis omnia nostra curat, in homine omniūvinculo omnia operatur. Docet nanq; & varijs loqtur linguis in Apostolis, veritate fulget in Euangelistis & Doctoribus, virtute diffundit in operātibus miracula, dulcedine replet cōtēplantes, veniā p̄stat pœnitētibus, & omnigenū auxiliū oībus indigētibus.

[Margin: Nois Iesu dignitas quanta Phil.2]

Huius noīs tanta est virtus, vt oēs in eo ditari possint, dicēte Apostolo, Diues in omnes qui inuocant illum: hoc est, nomen Iesu, quod tam leue, tam communicabile suŋpsius est, vt oleo in Cāticis cōparetur, vbi scriptum est: Oleū effusum nomen tuum: quia eius virtus chrismate plena diffunditur in eos quos tangit, sicut oleū in panno & qa sanat, quia condit, & omnia facit sicut verū oleū, sciētibus ipsum suscipere, & inuocare, sicut Apostoli faciebāt, q in Iesu nomine loquebanť linguis, dæmones expellebāt, infirmos sanabāt. Hoc pauca licet minima sint cōparatiōe eoꝝ, q̄ de hoc reuerendissimo nomine dici possent, tamē ob gratiā breuitatis sufficiant. Pius qlibet in scriptis sanctorum aut aliunde plura sibi conquirat, vt in eius amorem castissimum possit inardescere.

[Margin: Nois Iesu virtus quāta sit Rom.10]

[Margin: Cant.1 Nomē Iesu cur oleo cōparetur.]

[Margin: Mar.16]

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis.

L Hic erit magnus, qa Deus immēsus, de q̄ propheta dicit: Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. Sed & secundū humanitatē magnus erit, qa princeps regū terræ, & caput electorū omniū, p̄sidens cælo & terræ, & omnibus imperans: atq; ob vnionem humanitatis cum verbo maior toto vniuerso, id est, creaturis omnibus. Et filius altissi-

[Margin: Psal.47 psal.144 Iesus christus cur dictus sit magnus]

altissimi vocabitur: filius vtiq; non patre minor, sed omnino æqualis, consempiternus, naturalis, vnicus. Aduerte hic qualis filius promittatur virgini beatæ, & obstupesce tũ dignitatem illius, quod talem meruerit habere filium, tũ humilitatem, quod nec tenuissimum senserit elatiõis motum: quod est reuera omni admiratione plenũ. Nos sæpe etiam ex minimis Dei donis nõ minime extollimur, ipsa ex summis nec leuissime inflata est. Sed talem decebat esse futuram Dei matrem, scilicet omni virtute absolutã atq; perfectam. Et dabit illi secundum humanitatem dominus Deus pater æternus, sedem Dauid patris eius, id est, cuius typum Dauid rex gessit: qui quidem pater eius erit, quantum ad humanitatem attinet: siquidem ex te nascetur, quę ex stirpe Dauidica processisti. Nemo hæc de temporali sede Dauidis accipienda putet. Non enim voluit dominus regnare in hoc mundo: quin potius regiam dignitatem spreuit & fugit, vt & nos mundi honores fugiendos contemnendosq; nouerimus: sed de æterna, cuius typus præcessit in regno dauidico. Itemque quod sequitur. Et regnabit in domo Iacob in æternũ non de filiis carnis, sed spiritus intelligendum est, id est, non de Israelitis secundũ carnem, sed qui fidem pietatis Israelis, siue Iacob patriarchæ fuerint imitati quod Apostolus ita dicit: Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii. Sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Domus igitur, tota est Ecclesia electorum, qui aduersum vitia viriliter dimicantes, & contra inimicum Dei diabolum perpetim reluctãtes, carnem, sanguinem, peccata omnia & ipsos nequam spiritus supplantant. In quibus, videlicet dominus Iesus, regnabit in æternum, quia ipsi populus eius erunt, & ipse cum eis erit eorum Deus, rex & princeps. Atque huius regni non erit finis. Temporale regnum finem habet: sed regnum Christi sempiternum est. O si nos quoque dilectissimi huius regni ciues esse mereamur. Erimus quidem, si mundum, carnem & diabolum supplãtauerimus. Sed væ tæpori ac ignauiæ nostræ. Promittitur militi vilissimum stipendium, & mille corpus animamq; piculis exponit. Mercator

Regnum Dauid q hoc loco intelligat

Ioan. 6

Domus Iacob quinam hoc loco accipiatur

Rom. 9

Domus Iacob allegorice q̃sit

Apoc. 21

Ciues regni Christi mystice qnamsim9

spe lucri exigui p mare, p terras, p horrenda vitæ discrimina impiger pficiscitur. Et multi alii amici seculi huius nihil nõ attẽtant, nihil nõ pferendum putant, vt vel vitę possint necessaria obtinere. Nobis regni hæreditas pmittitur, cuius non erit finis, & vix dignamur pedem digitumue moue re. Tanta est cæcitas, imo amentia & insania pectoris nostri.

Dixit autẽ Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniã virũ non cognosco?

Vide sacratissimæ virginis prudentiam. Nõ diffidit verbis angelicis: sed neq; temere assentitur. Optat edoceri modũ, q̃ id q̃d pollicebat angelus pficiendũ esset. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virũ nõ cognosco? Equidem quantũ in me est, nihil magis opto, q̃ casta pmanere, imo iã castitatis voto vltro obstricta sum, & virũ nunq̃ cognoscere statui: (Ita enim S. Doctores ex his verbis acute colligunt, & est omnino rationi consentaneũ) Nosse itaq; velim huius generationis modũ. Virgo q̃dem beata, vtpote in lege diuina & prophetis, teste Origine, erudita, nouerat paritură virginem, sed vt D. Ambrosius ait, modũ non nouerat: quem nunc optat angelico discere elogo. Siqdem virginitatis seruãdę ingens eam tenebat solicitudo quanq̃ dicũt doctores, sub honestissima cõditiõe vo tũ eã virginitatis ędidisse, hac videlicet, nisi Deo aliter visum foret. Vnde prudentissime iã dictõ angelo quæstionẽ mouit. Nihil hic attinet respondere hæreticis, qui nuptias virginitati anteponunt. Faciunt enim q̊d porci solent, qui suis delectati sordibus cænũ margaritis & auro charius amplectũtur. Nouerat virgo beata, etsi needũ legerat, bene qdẽ virginem facere, si nubat: sed meliusfacere, & beatiorẽ fore, si virgo pmaneat. Nec sibi putabat admittẽdas, q̃uis à deo concessas, carnalis matrimonii voluptates, q̃ ineffabilibus q̊tidie, iisdẽ castissimis spiritalis connubii, quod inter deũ & mundas animas agitur, deliciis frueretur. O beatas illas animas, quæ virginitatẽ matris Dei æmulari malunt, & angelicam in terris imitari puritatem, quam immundis se subdere corporis voluptatibus. Olim sentient vere dulcissimos virginitatis fructus, q̃s non experientur, quicunq; virginitatis expertes erũt. Et re-

Prudentia beatæ matris quanta fuerit

Votũ castitatis virginis beatæ matris emisse rit

Origenes. Ambrosius

Hæreticos porcorũ morẽ habere

1. cor. 7

Virginitatis fructus ... cum experientur

Et respondens angelus, dixit ei, spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

His verbis omnis pudicissimæ virginis metus & præcontatio soluitur. Non enim est, ait angelus, quod timeas virgo castitatis amantissima, vllam pudoris intemerati iacturam. Nā totū hoc opus erit omnipotentis Dei, qui vt mūdum solo verbo produxit ex nihilo, ita ex te corpus assumet, nullo integritatis tuæ detrimento. En spiritus sanctus, cuius est vna cum patre filioque maiestas, indissimilis potentia, eademq; volūtas, superueniet in te modo quodam cunctis retroactis seculis inexperto: nec, vt passim in alios, sed longe excellentius & diuinius: non quo iam primum illum habere incipias, quo nunquam caruisti: sed gratia abundantiori, gratia prorsus singulari superueniet in te, tibi sese infundet tibiq; illabet, atq; ex purissimis sanguinibus tuis repēte integrū filij Dei corpus efficiet, mēbris suis omnibus constās. Et virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est, comprehensibilem potentiā ac maiestatem suam ita intra te temperabit, vt tantū opus ferre queas. Vel obumbrabit tibi, hoc est, sub vmbra carnis tuæ latebit. Abdita valde sunt hæc, & vix vlli bene intellecta. Quis enim possit capere modum cōceptus diuini, nisi forte ipsa virgo, q̄ eum in se experire felicissime meruit? Itaque occultissimo hæc mysterio plena sunt, quod vt insignis quidam Theologus ait, nemo ad huc in scriptis explicasse videt. Ideoq; & q̄d nascetur ex te sanctū, vocabit filius Dei. Longe maiorē vim habet, quod dicit neutro genere sanctū tanq̄ diceret: Christus, q ex te nascet, nō erit simpliciter sanctus, sed sanctitas ipsa, atq; totius sanctimoniæ fōs & plenitudo secundum diuinitatem: quin & secundum humanitatem electis simul omnibus sanctior erit. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: non tamen ita filius Dei, vt non sit etiam tuus, id est, hominis filius: siquidem & perfectus Deus in forma Dei, & perfectus homo in forma serui erit. Vocabitur filius Dei. Digna plane filio Dei tam noua & supernaturalis conceptio, qua non nisi de spiritu sancto & in virgine conciperetur: haberetque communem quidem nobiscum naturam, in qua pro peccatis nostris satisfaceret, non tamen eandem haberet originis rationem. Sed quia vehementer desiderabat angelus assensum virginis, vt fides astrueretur exemplo, sterilis fœminæ partum mirabilem illi nunciauit dicēs:

Psal. 143 (margin)

Incarnatio Christi altissimum secretum. (margin)

Ambrosi. (margin)

Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deū omne verbum.

Quasi dicat angelus: En cognata tua Elizabeth, quæ iam ab omnibus vbiq; sterilis non sine probro dicitur, etiam in hac ætate senili filium beneficio Dei concepit, iamque sextus voluitur mensis, quo id contigit. Itaque qui sterili præstitit vt cōciperet etiam supra ætatis tempus: facile tibi quoque præstabit, vt virgo concipias, virgo parias, & virgo nihilominus perpetuo perseueres. Non est quicquam impossibile omnipotenti Deo, sicut & Hieremias ait: Domine Deus non erit tibi impossibile omne verbum. Sed q̄d iam virgo beata vltra moraris? En tota Trinitas expectat assensum tuum: tota cœlestis curia, itemque genus humanum tuum præstolatur responsum, ex q̄ salus pendet oīum. His igitur ab angelo dictis, virgo sacratissima tota deuotione plena, nec vllam animi sentiens elationem, sed in ipsam vsque humilitatis abyssum sese demergens, corde, animo, spiritu ac labijs breuem quidem, sed efficacissimum nobisque saluberrimum protulit sermonem, quo nec Deo gratior, nec angelis optatior, nec hominū generi magis salutaris, magisq; necessarius vllus esse potuisset.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini: Fiat mihi secundum verbum tuum.

Quis ad hanc vocē non exclamet cū S. Augustino? O fœlix obediētia, o insignis gratia, quæ dum humiliter fidē dedit, cœli in se opificem comparauit. Itemq;: O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitā mortalibus ędidit, Paradisum aperuit, & hoīm animas liberauit. Hæc ille. Re uera dilectissimi plena miraculi sunt hæc

Augustin. (margin)

virginis verba, plenaq; mysterij. Quomodo iam potuisset vltra se cohibere Deus, ne humanam sumeret substantiam, qui non solum virginis accepit assensum, sed etiam tantam in ea inuenit humilitatem, vt quãuis mater esset electa, se tamen non nisi ancillę loco haberet? O humilitas Deo grata. O dignam talem virginẽ, quæ Dei filiũ cõciperet. Supbus ille Lucifer in cœlo magnus quidem creatus erat à Deo, non tamen ad tantam electus dignitatem, vt mater Dei, sed nihilominus non contentus honore diuinitus ipsi præstito, Dei æqualitatem impius appetere ausus est. Virgo aũt beata ad maximum à Deo assumpta honorem, non solũ maiorẽ non petijt, sed nec illum quidẽ sibi sumere ausa est. Vnde in tantum placuit Deo, vt eam vltra creaturas omnes mirifice exaltarit, eiusque filius esse dignatus sit. Ita verissimum est, quod Saluator ait: Qui se exaltat humiliabitur, & q se humiliat exaltabitur. Et quod ipsa virgo beata cecinit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Mox autem vt sacratissima virgo isthæc verba protulit, filius Dei totus in pudicissimi corporis eius viscera se recepit, manens nihilominus totus in sinu patris, atque ex ea carnem assumpsit: eodemq; momento totum Christi corpus formatũ est, anima eius rationalis creata, & simul vtrũmq; diuinitati in psona filij coniunctum, vt idẽ esset Deus & homo, salua vtriusq; naturæ proprietate. Simul aũt vt Christus Dei filius nostrã in virgine matre naturã suscepit etiã pro nobis pati cepit. Ab illo nanque momento vsq; ad spiritus exhalationem in cruce nunquam grauissimis cordis doloribus caruit, sed toto vitæ suæ spacio propter nos dirissime sese afflixit, vt nos cum patre in gratiam restitueret: simul etiam vt suo exemplo animaret nos ad perferenda huius vitæ mala, & ad fugiendam omnem mundi dissolutionem & voluptatem, amplectandamque pœnitentiam, & arctam viam illam, quæ ducit ad vitam. Sumus enim in exilio, vbi lugere potius nos conuenit quam lætari, quanquam hodie cæci mortales libenter gaudent & rident etiam inter mille corporis & animæ pericula constituti, cum tamen merito plorare deberent, nec vnquam inaniter aut dissolute lætari.

Humilitas beatæ Mariæ quãta hic clarescat
Esaiæ. 14
Ezech. 28

P

Luc. 14. 18

Lucæ 1

Incarnatiõis christi q mirabiliter pactum sit

Christus vti ab instãti conceptionis pati cœpe rit

Matt. 7

SERMO I. IN EADEM

solennitate. De beneficio incarnationis dominicæ, & de excellentia matris Dei.

ECce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Lucæ primo. Magna prorsus, & vere magna hodie dilectissimi filij solennitas agitur, & omnium radix, fundamentum ac origo solennitatum, in qua Deus pater filio suo in virginis vtero humanæ naturæ desponsatione nuptias fecit: in qua filius dei amore captus, imo ebrius, nostram sibi naturam, hoc est, Deus gloriæ limum inæstimabili dignatione coniunxit: in qua spiritus sanctus huius mirifici autor operis, nunquã ante hac expertam in nos declarare cepit benignitatem suam: in qua virgo intemerata à patre in filiam, à filio in matrem, à spiritu sancto in sponsam est assumpta & consecratai in qua tota cœlestis curia nouis exultauit gaudijs ob sui propediem futuram instaurationem: in qua humani generis est inchoata liberatio, Mundo cœlestis lux diuinitus infusa & inuecta, quibus nostræ pellantur tenebræ, & totius peccati nox discutiatur ac profugatur: in qua denique filius Dei factus est quasi vnus ex nobis, & frater noster, participesque miseri & exilij ac peregrinationis nostræ. Quis iam non totus exhilarescat animo, quis non nouo exardescat feruore charitatis ac deuotionis studio, quis non omnibus animæ medullis tantam amplectatur bonitatem Dei, nisi qui ita sit durus, vt penitus non sentiat, quid ipsi imo nobis omnibus præstetur à Deo? vel ita sit cæcus, vt non videat, ex quibus hodie eripiatur malis, ad quæ bona inuitetur ac euehatur? vel denique ita sit ingratus, vt tantam gratiam, tanta beneficia, tantũ benefactorem negligere, aut minus digne reuerenter alacriter excipere non vereatur? Certum est enim dilectissimi filij in tantam Dei iram per protoparentum nostrorum culpam nos fuisse prolapsos, quod nulla vnquam mera creatura nos in gra-

Q

Mirabilia quæ in festo hoc facta sint.

Gen. 3

in gratiam cum Deo reuocare, nec pro nobis satisfacere potuisset. Hanc igitur infelicitatem nostram, pro suo erga nos amore & fidelitate miseratus Dei filius, quod vnum supererat remedium, nobis reparandis adhibuit, factus homo, idq; hac ipsa die quã nunc festiuam ducimus. Neq; solum patris à nobis auertit iram, & damnatiõis sententiam, sed etiam amissam longe cumulatius restituit beatitudinem. Ex quo nimirum patet & summa calamitas nostra vnde erepti sumus, & summa felicitas, quã adepti sumus, & inæstimabilis charitas ac R benignitas erga nos Dei, qua ex tam miseris, tam felices effecti sumus. Obsecro domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum: Psal. 8 Nunc vera cognouimus, quanti facias nos, quantum diligas nos, non solum immeritos, sed etiam nimis male de te meritos, quanta deniq; sit erga nos fidelitas & beneuolentia tua. Iam nunc domine Deus in nos declarare incipis, Esaiæ 55 quod promiseras per prophetam tuũ, ita dicens: Ad punctum in modico dereliquí te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscõdi faciem meam parũper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Esaiæ 52 Nunc igitur excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion: quia hæc dicit dominus. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Esaiæ 51 Ibidem Prope est iustus meus, egressus est saluator meus. Ego ego ipse consolabor vos. Esaiæ 49 Laudate cœli & exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum & pauperum suorũ miserebitur. Ita plane dilectissimi, excipiamus summa cũ animi exultatione, cũ voce laudis & gratiarum actionis saluatorẽ nostrum, totisq; viribus, quoad possumus, illius amplectamur misericordiam. (Quanta cũ reuerẽtia incarnatio filij Dei suspicienda.) Quid nobis deinceps cum hoc mundo, aut quibuslibet mundi rebus negocij est, qui Deum Dei filium, ad nos descendisse cognouimus? Valeat mũdus cum vanitatibus & voluptatibus suis: nos potius vnigenito Dei filio saluatori ac liberatori nostro occurramus, totumq; tempus nostrum loco digno & tãtę maiestati cõgruo pparando impendamus. O si pstet nobis is, q ppter nos hodie descendit ad nos, vt sui contẽplatione & amore totus hic mundus nobis vertatur in nauseam, nec quicq̃ omnino libeat, nisi tantã cõsiderare gratiã, mirari charitatem, amplecti dignationẽ exosculari fidelitate, venerari maiestatem: atq; ediuerso ppriam commemorare ingratitudinẽ, plorare teporem, detestari improbitatem & superbiam, execrari infidelitatẽ, atque ex animo despicere vilitatem. Sed hæc paucos mouẽt: quia pauci agnoscunt, quid hodie pstitum sit nobis. S Et tamen verissime atque grauissime dixit S. Augustinus. Quanquã enim quod sumus, quod viuimus, quod Augustin. cœlum terramq; cõspicimus, q̃d habemus mentẽ atq; rationẽ, qua eũ ipsum q hæc omnia condidit inqramus, nequaq̃ valeamus actioni sufficere gratiarũ: tñ q̃d nos oneratos obrutosq; peccatis, & à contemplatione suæ lucis auersos, ac tenebrarum, id est, iniquitatis dilectione cæcatos, non omnino deseruit: misitque nobis verbum suum, qui est vnicus filius, quo pro nobis in assumpta carne nato atque passo, quan- Roma 5 ti Deus hominem penderet nosceremus atque in illo sacrificio singulari à peccatis omnibus mundaremur, eiusque spiritum in cordibus nostis dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis, in æternã requiem, & contemplationis eius ineffabilem dulcedinem veniremus, quæ corda, quot linguę ad agẽdas ei gratias esse satis cõtenderint. Hæc Augustinus. Verum vt ad præstiti nobis hodierna die beneficij (In q̃nã q̃ntaq; mala homo peccando ceciderit.) maiorem notitiam, simulque feruentiorem gratiarum actionem, laudem & amorem vtrumque perducamur, paucis videndum est, in quæ mala peccando recideramus: vnde nõ nisi p Dei filiũ liberari potuerimus. Nostis dilectissimi queadmodũ primi parentes nostri in Paradiso diuinũ trãsgrediendo mandatũ, seipsos, & omnẽ posteritatẽ suã grauissimo & pene inexpiabili pctõ obstrinxerint. Atq; illud pecca- Gene. 3 tũ mox à Deo acriter & seuere castigatũ & punitum est, eiectis illis & nobis omnibus ex amœnissima paradisi sede, atq; in (Pctũ pto parentum q̃ grauiter punitũ fuerit à deo) hoc miserabile exiliũ & mortis vmbram detrusus. Simul aũt & pctm̃ ab eis amissum est, mox supior is appetitiua, siue volũtas (Appetitus animæ Vulneraq; nam ex pctõ pto parentum aię nostrę inflicta sint) corrupta misereq; euersa & puersa est, portio ratiõis exps. i. homo animalis & exterior aduersum rationis imperiũ, cui iure ac merito subditus esse deberet, rebellare cœpit: mortis dãnatio inflicta est, & naturalis oĩs rectitudo prsus incuruata ac deprauata est, (Voluntas animæ)

ta est, Volūtatē, siue appetentiā superiorē vitiatā & corruptā esse, vel inde satis liquet, q̄d ad vitia quā ad virtutes affectu ꝓpensiori ferimur, libetq; magis, toxicū q̄ cibum salubrē sumere: Quod itē delectat nos corpori ornādo, fouēdo, tuēdo omnē nauare operā, & sūptus etiā grādes impēdere, potius q̄ ornare & locupletes reddere animas veris excolēdis virtutibus: cū tñ citra vllā controuersiā longe maior sit animarum q̄ corporū dignitas, & excellētia.

T Ita aūt nō est à Deo creata volūtas, sed quēadmodū prauis humoribus infectus stomachus sępe noxijs libētius, q̄ salutaribus vtit cibis vel potiōibus: ita volūtas pctō deprauata, respuit vtilia, nociua appetit & amplectitur. O vere pessimum peccati effectum.

Sensitiua animæ — Partē autē sensitiuam ꝑpetuum aduersus rationē bellū procaciter gerere non est necesse ratione astruere, qñ experiētia q̄tidiana id addiscimus. Video ait Apostolus ipse vas electionis, aliā legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantē me in legem peccati, quæ est in mēbris meis. Infelix ego homo qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei p Iesum Christū dñm nostrū. Igit ego ipse mente seruio legi Dei: carne aūt legi peccati. Ergo velimus, nolimus sentimus legē peccati in mēbris nostris: sed tñ p Dei gratiā & nostrū conatū fit vt sicut idē Apostolus monet, non regnet pct̄ū in mortali corpore nostro. Sed tñ isthæc carnis rebellio in pœnā peccati inflicta est, & admodū molesta ac periculosa est multis.

Acto.9 Rom.7

Pctī lex

Rom.6

Mors cur illata sit post pctm — Quod si Adā in innocentia perstitisset, rationi corpus, & ratio Deo penitus obtemperaret. Iā mors ipsa q̄ non nisi ob peccatū irrogata sit, vel sola illa Genesis sentētia confirmat, dicente ad hominē Deo, Quacumq; die ex arbore illa comederis, morte morieris. Deinde etiam inde id constare potest, quod animam immortalem, non decebat nisi immortale habere corpus, quale etiam habuisset, nisi ex ipsa per peccatum mortua, mors etiam in corpus redundasset. Deniq; à naturali ac prima illa rectitudine, in qua cōditus est Adā, penitus nos defecisse ac deflexisse satis inde manifestū est, q̄d à summis & spiritalibus bonis cognoscēdis, vidēdis & sentiēdis, ad isthæc imfima & caduca ꝓlapsi sumus: cū tñ ex ipsa corporis statura recta de q̄ Cicero ait, q̄d cætera animalia natura deiecerit ad pastū, solū homi-

Gen,2

Tullius

nem erexerit ad sidera, facile quis possit ad
moueri ac inuitari vt terrā terrenaq; despi
ciat, & ad cœlestia mēte & cogitatiōe, amo
re ac desiderio ferat. Isthæc ergo mala ex
pctō Adæ cōtracta sunt, & in nos oēs ꝓpa
gata. Vñ facile colligi potest; q̄ graue illud
pctm̄ fuerit, q̄d tot mala sunt cōsecuta, Vi-
deamus nūc breuiter & Adæ iniq̄tatē, & ne
cessariam satisfactionē. Peccauit Adā ino-
bedientia, sup̄bia & auaritia. Et q̄a in eum
peccauit cuius est vsq̄quaq; infinita po-
tentia, sapiētia & bonitas, pctm̄ etiā illius
infinitæ, q̄dammodo malitiæ fuit. Vñ sta
tim id sequit, à nulla creatura id potuisse
pctm̄ aboleri, qñ oīs creaturæ virtus finita
est. Quod aūt finitæ virtutis est, nō potest
habere efficaciā infinitā. Sed singulatī eius
& inobedientiā & sup̄biam, & auaritiā ex
pēdamus. Debebat q̄dem & modis oībus,
atq; oī iure obstrictus erat integrā p̄stare
obediētiā Deo ac dño suo, à q̄ gratuita bo
nitate creatus erat; neq; simpliciter creatus
sed ita, vt posset, modo vellet, sempiternā fa
cilime adipisci beatitudinem, in qua Deo
ipso .i. summo bono frueret, vbi haberet
q̄cq̄d vellet, nec vnq̄ pateret q̄d nollet. Sed
in tm̄ mulieris blandimētis euersus est, vt
summū optimū, munificentissimū creato-
rē desereret, eiusq; p̄ceptū fœminę ꝑsuasio
ni posthaberet. Qua re sane grauissime pec
cauit.

V Quod si adhibeas aliq̄ quātum
uis sanctā & innocentē creaturā, siue ange
lū, siue hominē, modo pura sit creatura, nū
quā poterit hāc expiare inobedientiā. Siq̄-
dem vnaquælibet creatura ꝑ seipsa tū cre-
ationis, tū cōseruationis suicausa benignis
simo cōditori oīmodam debet obedien-
tiā: & licet totū p̄stet q̄d possit, nō tñ nisi su
um: ipsius exoluit debitū, q̄d ratione crea
tionis est obligata Deo: sicq; transgressio
manet, quandoquidem singularem e-
ius expiatio satisfactionem exigit, quam
exhibere non potest, nisi qui & ab om-
ni debito sit alienus, nec cuiquam parere
teneatur: qualis non est, nisi solus De-
us. Nnecesse erga fuitpro Adæ abolenda
inobedientia filium Dei eam sumere na-
turam, in qua summā ac omnimodam præ
staret obedientiam, qui alioqui secundū
diuinitatem patri æqualis nullum habe-
bat, cuius esset subiectus imperio, maio
rem aut excellentiorem. Ita factum est,
vt, quemadmodum Apostolus ait, semet-
ipsum exinaniens, formam serui accepe-
rit in

Pctm Adæ quadruplex & q̄ enorme fuerit

Inobedientia propter rem q̄ fuerit grauissima.

Incarnationis Christi necessitas q̄modo probetur

Phil,2

rit, in qua Deo patri perfectissime obtemperando, nostram inobedientiam penitus expiaret. Porro quod ad superbiam Adæ attinet, ea sane admodum intolerabilis, effrænis ac impudens fuit. Cum enim diuinæ maiestatis iussum atque præceptum summa cum veneratione ac sui demissione excipere & exequi debuisset, vti creaturam rationis participem decebat, ipse ediuerso in tantū animo elatus est, vt penitus seruitutem omnem, quam debebat optimo & pijssimo creatori, recusaret, ac abijceret, & summum ipse sibi dominiū ac autoritatē contra ius fasq; vsurparet, nihil verius comminationem Dei, neque motus quicquam illius, quam nimis expertus erat, benignitate. Enimuero spreta lege Dei, propriæ obtemperauit voluntati, maluitque summa iniuria & contemptu afficere Deum, quam suis non indulgere affectibus. Quis iam obsecro tantam vnquam potuisset superbiam quauis ratione diluere? Nemo sane, nisi ipse filius Dei, cui ex ipsa natura competit autoritas omnis, ac summa potestas & excellentia. Is ergo summe sese abiecit, exinaniuit, humiliauit. Et sicut homo insipiens temere ad Dei aspirauit similitudinem, ita etiā infra mortales oēs sese demisit, vt ipse in Psalmo dicat, Ego autem sum vermis & non homo, rei vilissimæ, puta vermiculo sese comparans: ea ipsa humilitate condemnans maligni serpentis suggestionem pestiferam, Eritis sicut dij: & hominis stoliditatem ac elationem Dei similitudinem iniquis modis rapere, quam pie ac humiliter mereri malentis expians. Quæ quidem diuinitatis rapina etiam ad tertium pertinet puta auaritiam Adæ, de qua nunc aliquid consequenter dicendum est. Quam quidem si quis iusto perpendat iudicio, inueniet eam plane crudelem nimisq; intemperantē fuisse. Quid est enim aliud hominē vsurpare sibi, aut ambire diuinitatem, quam Deum gloriæ sua priuare dignitate, suis spoliare opibus, & quicquid ille habet, sibi vendicare velle? Quod si contraria curanda sunt, contrarijs, & si æqua debet esse transgressionis & satisfactionis magnitudo, quis non videat tātam auaritiam, non nisi à solo Deo expiari potuisse? Sicut enim homo summam admiserat auaritiam diuinitatem temere appetendo ac vsurpando: ita necesse erat summa liberalitate ac munificentia eandem aboleri, tanta videlicet, qua homini diuinitatis participatio quædam conferretur. Id vero soli Deo possibile fuit. Diuinitas ab homine auare concupita, eidem alterius liberalitate donari debuit: vt sicut ille alienum impudenter appetijt, ita Deus dando proprium, id est, hoī cōmunicando suā deitatē, eū liberalissime ac indulgētissime redimeret. Decebat itē, & quidē secundū iustitiæ rationē necesse erat, vt sicut homo q reuera totus erat pauper, nec qcq̄ habebat, quod posset suum dicere, nisi peccatū, sua illa auaritia diues fieri concupiuit: ita is qui totus & omnino diues erat in seipso & ex seipso, pauper fieret, & sua inopia inordinatum diuitiarum appetitum primi hominis aboleret. Sed sic diues nemo est, nisi Deus. Nam creaturæ omnes quicquid habent boni, ex Deo habent, nō ex seipsis. Vnde iam intelligi licet, auaritiā Adæ non nisi per filium Dei expiari potuisse. Quibus omnibus simul collectis, perspicue videmus, quam enorme ac immane fuerit illud primorum hominum peccatū, q̄ simul etiā nos oēs obstricti sumus, quandoqdem nō nisi p Deū & hominem digna potuit exhiberi satisfactio. Sicut aūt peccatum ipsum non nisi hac ratione elui potuit, ita nec à malis illis quatuor superius cōmoratis, quæ in huius peccati pœnā à iusto iudice Deo inflicta sunt, aliter quā per dei filium eripi ac liberari potuissemus. Cuius vtique excellētissimo merito & gratia voluntas nostra in melius reformatur, & carnis rebellio etsi sentitur, nihil tamen officit, nisi consentientibus: imo etiam fit virtutis incrementum, & corpus, etsi moritur, tamen ad vitā reuocabit beatam ac immortalē, & rectitudo deprauata restituit Et hæc qdam etiā in hac vita adipisci licet. Cæterum, post iudicium corporis & animæ summam obtinebimus integritatē, perfectionem, ac fœlicitatem. Ita nunc charissimi animaduertere potuistis, quantum nobis collatum beneficium sit verbi incarnatiōe, quæ hodie facta est. Tm̄ obsecro simus grati Deo ac domino nostro. Quid quæso animi gereremus ergo mortalē quēlibet, si nos ex carcere aliq̄, aut vllo corporis periculo liberasset? Anne maximas ei semper gratias habituri essemus, nisi vellemus penitus ingrati inueniri? Quid ergo illi nos præstare, quales in eū

Supbia p̄toparētis q̄ fuerit effrēnis.

Psalm. 21. Christus vt supbiā Adæ humilitate sanauerit Gen. 3

Auaritia ꝑtoparentum q̄ fuerit enormis.

Boni qcquid habent creaturę, à deo solo eas id habere

Pro sua incarnatiōe quantam Deo debeamus gratitudinem.

esse nos conuenit, q cum sine nobis sit p-
fecte beatus, nec indigeat nostri, atque a-
deo etiam tanta à nobis iniuria affectus
fuerit, tamen immemor malorum omni-
um, sua morte nos ex tartareo carcere, vbi
est summa miseria & infelicitas, extraxit,
& aditum ad regna cœlorum, vbi est infi-
nita beatitudo, patefecit? O cor durũ, cor
impiũ, cor execrabile & merito cũ dæmoni
bus semp excruciandũ, q̃d tantã gratiã, tã-
tam benignitatẽ ducit cõtemptui, nec vlla
ratione ad reddendas gratias potest pmo-
Bernard. ueri. O filij Adã, genus ingratũ, vsqueq̃
nõ pudebit vos post tantã creatoris pieta-
tẽ & beneuolentiã addere pc̃m̃ sup pc̃m̃,
& semp illi ingratos atq; imorigeros, imo
& contrarios vos præbere illi, q vos tã fer-
uenter, tã fideliter, tã gratuito dilexit? Vi-
dete obsecro, & etiam atq; etiã videte, ne qñ
que audiatis eum dicentẽ: Heu consolabor
Esaiæ 1 sup hostibus meis, & vindicabor de inimi
Deut. 32 cis meis. Reddã vltionẽ hostibus meis, &
his q oderunt me, retribuã: Congregabo
sup eos mala, & sagittas meas cõplebo in
Esaiæ 42 eis. Tacui, semper silui, patiẽs fui, sicut par
turiens loquar. Dissipabo & absorbebo si
mul, desertos faciam montes & colles. Vi
dete inquã, ne dũ modo Dei patientiã im
pudenter contemnitis, quãdoq; ad eũ de-
trudamini diuinæ vindictæ carcerem me-
tuendũ, cuius pœnas quasdã Esaias descri
bens ait: Et cõuertent torrẽtes eius in picẽ,
Esaiæ 34 & humus eius in sulphur. Et erit terra eius
in picem ardentẽ: nocte & die non extin-
guet, in sempiternum ascendet fumus eius:
à generatione in generationem desolabit:
Merito sane ignem illũ pice ac sulphure
semper arsurum sentire cogentur, q̃s iam
immensa Dei beneficia, charitas, benigni-
tas, bñficentia, pietas, misericordia, dulce-
do, fidelitas nõ possunt ad amãdũ deũ accẽ
dere. Libet adhuc paulo fusius dei, in
Y nos explicare charitatem, hac ipsa die no-
bis exhitã, & euidentius ponere oĩbus ob
oculos quãtope dilexerit nos, q fecit nos.
Nõ eñ potest vnq̃ hac de re tantũ dici vel
cogitari, qn multo plura & dicẽda & cogi
De quantum sese naturę humanæ cõmunicauerit in eius dẽ assumptione. tãda, imo & quæ nemo possit comprehen
dere, supersint. Boni eam esse naturam cer
tum est, vt se alijs communicet. Cum igi-
tur Deus omnipotens summe bonus sit,
eiusque bonitas prorsus immensa ac infi
nita sit, creaturæ suæ rationali, puta homi

ni, tantum sese communicauit, dum huma
nã sibi copulauit naturã, quantũ illa cape-
re potuit. Neq; sane maius aliqd humanæ
naturæ p̃stari potuisset, q̃ vt à Dei verbo in
personæ vnitatem assumeret. Et licet inæsti
mabilis sit bonitas & dilectio Dei, quod
mẽtibus creatis felicissime sese fruendum,
atque clarissime conspiciendum in cœle-
sti patria communicat magis tamen lon-
geque excellentius eius erga nos charitas,
dignatio, bonitas inde elucescit, quod ipse Leo Papa
met vnigenitus Dei filius factus est natu-
ræ assumptæ hypostasis, ita vt verissime Hierony.
Dei filius & egisse, & perpessus esse dica-
tur, quicquid in Christo humana natura si
ue egit, siue pertulit. Quod quidem nec
angelicis est præstitum spiritibus. Quanto
autem filij Dei, verbi increati, æternæ sa-
pientiæ præstantior & excellentior est di-
gnitas atque maiestas: & naturæ huma-
næ, maior abiectio humilitas, tanto inæsti
mabilior benignitas, & incomprehensi-
bilior Dei erga nos dignatio declaratur,
dum tantam humilitatem tantæ voluit cõ Quid Deũ mouerit ad assumẽdã humanam naturam.
iungere sublimitati. Ad quod vtique ni-
hil eum aliud permouit, nisi amor illius
prorius gratuitus, ex quo etiam condide-
rat nos, vt semper cum ipso felices esse-
mus. Vbi etiam aduertendum est, (quando
quidem amoris id proprium est, vt di-
lectũ vniat dilecto) liberalissimã ac omni
no absolutã in nos filij Dei dilectionẽ vel
hoc solo abunde ostensam esse, quod abs-
que medio & inseparabiliter, ac hypostati-
ce nostram sibi iunxit naturam: cum du-
bio procul tanto sit amor pfectior, quãto
vnio coniunctior ac indissolubilior. Quis
vero digne possit cõpræhendere, quãtę pie
tatis ac dignatiõis fuerit, q̃d Deus pater oĩ
potens, ęternus, colẽdus, p̃dicandus, cõsub
stantialẽ sibi atq; charissimum filiũ suum
voluit & dici & esse hoĩs & quidem paup-
culæ virginis filiũ, atq; hoĩm, fratrem & eã-
dem virginem eiusdem vnigeniti sui ve-
rissimam genetricem? Sed & ipsius spiritus
sancti nõne omnino indissimilis & par bo In Christi incarnatione gdipi ris' sancti gratia cõtulerit hominibus
nitas, charitas, pietas, dignatio est, q̃d illius
voluit incarnatiõi intra beatæ virginis vi-
scera cooperari, à quo vere ac æterno pro-
cedit: eandemq; virginem fœcundare, vt il
lum felicissime pareret, à quo ipse æque vt
à patre promanat? Iam vero, q̃d illa maie-
stas, Deus sublimis & verẽdus sup omnia
pro-

proprij plasmatis sui non respuit fragilitatem, sed vt illi mederetur, eandem, absque tamen peccato, in se recepit, quid, nisi ineffabilem eius misericordiam testatur? qua scilicet deuictus & impulsus, tam extreme sese deiecit, vt nos sublimissime eueheret: nec dedignatus est miser, fragilis, despectus, inops, mendicus, mortalis effici, vt nos diuitias immortales, beatissimam immortalitatem, & summam beatitudinem consequamur. Deinde quam euidens infinitæ sapientiæ illius argumentum est, quod ad nos redimendos, qui pene desperatæ salutis eramus, tam aptum, congruum, ac decentem inuenit modum, quo nostra quidem peccata misericorditer dilueret, nec tamen iustitiæ quicquam derogaretur: idque nobis quidem clementissime indulgẽdo, & totũ satisfactiõis põdus in se recipiẽdo, atq; eo ipso grauissimis sese pœnis spõte obstringẽdo, quas nos oĩno pati debueramus. Possẽt hinc plura alia dici, sed q2 sanctorum patrũ libri his referti sunt, inde petat, qui plura nosse volet.

Z

Amorẽ suum immẽsum quousnam ergarga mortalis Deus ad nos testatus sit

Nobis quidem dilectissimi iam dicta clarissime testatum reddunt erga nos immensum Dei amorem, quo sic voluit nostræ miseriç opitulari. Et licet pro sua sapientia optime compertum haberet, quanta in eum nostra esset futura ingratitudo, & impietas, tamen noluit vinci à malitia nostra, sed satisfecit charitati suç, etsi non meritis nostris. Nolebat attendere indignitatem nostrã, sed obsecutus est bonitati suç. Et licet non nisi vnam se scisset animã cunctis suis laboribus & pœnis ex diaboli potestate erepturum, tamen libentissime propter illam solam in hoc exilium demigrasset. Vehementissimus nanque animarum amor eum obtinet, nec potest vlla ratione admittere, vt vlla ex eis pereat, quantum in ipso est. Sicut igitur ex om̃i æternitate statuerat hoc pacto redimere hominem suapte culpa perditum, ita opportuno tempore executus est consilium suum: idque eo tempore, quando iam iniquitas maxime abundabat, & veri Dei notitia pene extincta erat, atque adeo in illo electo populo Israelitico tanta excreuerat impietas, vt ipsum Deum ac dominum suum etiam in ipsis cunabulis & etiamnum materna sugentem vbera perdere sint conati: quod etiam tandem reuera executi sunt. Porro, ad sui executionem propositi, quo, vt

Matt. 14

Matth. 1

diximus, humanam sumere naturam decreuerat, virginem sibi condidit talem, tamque excellentem, qualem decebat esse futuram Dei genitricem, id est, innocentissimam, purissimam, nec tenuissimam quidem peccati cuiuscunque maculam habentem, totam pulchram, omnimoda sanctitate, cunctis virtutibus, omni gratia, omnigenisque donis illustrissimam ac ornatissimam: quam ipse qui condidit, semper moderatus est, solisque diuinis seruauit vsibus, omnemque hostis tartarei vim, dolum, machinas, tentationes ita ab ea remouit, repulit, ac elisit, vt impius ille omni conatu malignitatis suç, omnique arte fallaciæ suæ non potuerit vnquam vel leuissimam illi maculam aspergere: sed semper ab ea attritus, victus, proculcatus sit, superbissimus videlicet ab humillima, spurcissimus à purissima, flagitiosissimus ab innocentissima: denique crudelissimus à regina & matre misericordiæ. Neque solum ita victus sit ab ea, vt nihil illi nocere potuerit, verum etiam vsqueadeo fractus & eneruatus, vt nec aduersus quenquam illorum præualere queat, qui huius reuerendissimæ virginis pij cultores sint. Talem igitur ac tantam æterna sapientia sibi matrem condidit, in eiusque intemeratis visceribus velut sponsus in thalamo nouem mensibus dulcissime requieuit, nimium delectatus animæ eius pulchritudine, quam efficiebat virtutum varietas, & multiplicium splendor donorum. Quanta autem hinc accesserit dignitas huic beatissimæ virgini, quod verus Deus eam sibi voluit habere matrem, quis capere, nedum explicare queat? Si enim ea dignitas est creaturæ, vt ad Dei sui quantam potest, accedat similitudinem, eaque dignitas tanto est præclarior, quanto est maior similitudo, quanta est obsecro virginis matris excellentia, quæ eundem sine viri consortio meruit concipere & parere filium, quem Deus pater ab omni æternitate sine fœmina ex se genuit sibi coçternum & consubstantialem? Quanta est, inquã, dignitas virginis sacratissimç, quãta maiestas, autoritas, pstantia, illũ cõcepisse hodie, ac postmodũ peperisse filiũ, quẽ super se veret ac suppliciter adorat numerositas angelorum, quẽ tremunt om̃es virtutes cœlorum, ex cuius manibus, nutu ac arbitrio pendet vniuersitas creaturarum, sine

Matrem qualẽ sibi Christus ppararit.

Cantic. 4

Mariç matris Dei dignitas quanta sit.

Mariç matris dei potestas quãta sit.

quo nihil est, quicquid vspiam est, cuius imperio reges & tyranni & quotquot in cœlis, sub cœlo, & apud inferos degunt, colla submittunt ac parere coguntur? Vnde non immerito exclamat feruentissimus huius virginis amator diuus Bernardus, admirans eius celsissimam dignitatem, & dignissimam celsitudinem: O virgo virga sublimis, in quam sublime verticem sanctum erigis? vsque ad sedentem in throno, vsq; ad dominum maiestatis. Neque enim id mirum, quoniã in altum mittis radices humilitatis. O vere cœlestis plãta, preciosior cũctis, sanctior vniuersis. O vere lignum vitæ, quod solum fuit dignũ portare fructum salutis nostrę.

Bernard.

Eia dilectissimi omnibus medullis cordis laudemus, amemus, veneremur, colamus, amplectamur, efferamus etiam nos hanc virginem, Dei matrem, cœli reginam, angelorum dominam, patronam & aduocatam nostram. Offeramus illi quotidie piæ deuotionis pensum aliquod, nec vllum sinamus præterire diem, quo non aliquo pietatis officio eam honoremus. Sic enim est voluntas eius, qui non nisi per eam voluit descendere ad nos. Si matrem non honoramus, certum est eius filium summa contumelia nos afficere, q vtiq; quicquid præstatur venerationis matri suæ, sibi ducit præstitum, & quicquid erga eam negligitur, suam putat iniuriã. Quod si quis nosse cupiat, quid nam illi venerationis impẽdere debeat, dici potest, gratissimũ esse virgini matri, si crebro salutetur verbis angelicis, siue anglica salutatione. Hanc enim pater cœlestis imperauit, filius qui est æterna sapientia, dictauit, spiritus sanctus conscripsit, & tota beatissima Trinitas Gabrieli archangelo deferendam cõmisit: de qua D. Bernardus ait: Est tibi virgo Maria quasi osculum, audire hunc versum angelicũ: Aue Maria. Toties enim beatissima oscularis, quoties p Aue deuote salutaris. Hæc ille. Neq; id cuiquam mirum videri debet. Enimuero in illa prima angeli salutatione, mox vbi virgo beata assensum præbuit, Deum maiestatis cum ineffabili gaudio & totius interioris ac exterioris hominis iubilo concepit: & quoties ea salutatio repetit, toties illius gaudij ei memoria quasi refricatur, quod non potest illi non esse acceptissimum. Itaque libenter ac deuote hanc illi salutationem crebris vicibus of

Maria mater q̃nam modo honoranda.

Bernard.

Angelicæ salutationis pcellẽtia quãta.

Bernard'.

feramus: itemque alijs, quibus possumus modis, eam studiosissime veneremur. Ipsa est enim post Deum vnica spes nostra, & quam diuus Bernardus non dubitat dicere totam rationem spei suæ. Currite dilectissimi ad matrem misericordiæ: non enĩ potest quenquam repellere. Commisit illi Deus misericordiæ regnum: & nihil in ea nisi dulcedo, nisi pietas, nisi benignitas, nisi clemẽtia inueniri potest. O quot illa iam plane desperatos, reuocauit ad spem veniæ portumq; salutis? quot perditos, saluti restituit? quot in peccatis obstinatos emolliuit ad pœnitẽtiam: quot vitijs assuetos, ad optimam reduxit vitam? quot miseros cõsolata est? quot tẽtatos releuauit? quot mœrore absorptos, inopinato affecit gaudio? Denique nemo vnquam eius popiscit opem, quin illius sit clementissimam ac propensissimam expertus misericordiam, ita vt confidenter dicat Diuus Bernardus: Si leat misericordiam tuam o beata virgo, si quis inuocatam te in necessitatibus suis si bi meminerit defuisse. Misericordia tua miseris sapit dulcius, qa misericordiam cõple ctimur charius, recordamur sæpius, & cre brius inuocamus. Hæc est enim illa, quæ totius mundi reparationem obtinuit, & sa lutem omnibus impetrauit. Ergo dile ctissimi, vt quãdoq; finẽ dicẽdi faciamus, accedamus & nos cum eodem Diuo Ber nardo ad thronum gratiæ matris Dei di camusq; ei totis animæ medullis: Per te accessum habeamus ad filium, o benedi cta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis: vt p te nos suscipiat, q p te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua, culpam nostræ corruptionis, & humilitatis Deo grata nostræ veniã impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorũ cooperiat multitudinẽ pctõrum, & fœcũditas gloriosa fœcunditatẽ nobis cõferat meritorũ. Dña nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos recõcilia, tuo filio nos commenda, tuo filio nos repræsenta. Fac o benedicta per gratiam, quam inuenisti, per prærogatiuam quam meruisti, per misericordiam, quam peperisti, vt qui, te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque intercedente particeps nos faciat gloriæ & beatitudinis suæ: & qui hodie intra virginalis vteri tui templum pudicissimum verus Deus & homo verus concipi voluit in no

Idem.

Meri… tris D… delitu… ga sibi… uoros… ta fu…

Idem.

nostris mentibus & cordibus horis ac momentis oībus concipi & nasci dignetur Iesus Christus filius tuus dn̄s noster, qui est super oīa Deus bn̄dictus in secula, Amen.

SERMO II. IN EAdem Solennitate. Mysteria rationesq; dominicæ incarnationis, laudes, virtutesque beatissimæ virginis Mariæ explicat.

XXII. Recordatus est Deus misericordiæ suæ, Lucæ primo. Verba sunt hæc fratres charissimi sup benedictæ virginis, & dignissimæ matris Dei, quæ vna cum aliis verbis suauissimis in cantico suo apud Elizabeth locuta est, gratias agens Deo pro inęstimabili dignatiōe ipsius erga humanū genus, quod disposuit redimere, & sibi reconcilia
A re per incarnationē filij sui. Quam dignationē considerās B. Maria dixit: Recordatus est Deus misericordię suæ. Nam cū Deus sit æqualiter iustus & misericors, quia sic vtrumq; exhibet, q̄d tamen vnum aliud non excludit, videbatur quasi misericordię oblitus, & solam exercere iustitiam quādo humanam naturā in pc̄tō Adæ vitiatam, & propter hoc à regno beatitudinis æternæ, ad quā & propter quam creata fuerat, & seipm iuuare nō poterat, vltra qnq; milia annoꝶ distulit releuare & ad sui gratiā eū recipere: in q̄ apparebat magna eius iustitia, sed misericordia non sic elucebat. Et licet etiam hoc nō sine misericordia fuit, q̄d distulit redemptionem nostram, aliquando exhibendam, illa tamen eius dispensatio, & in veniendo mora non sentie
Psalm. 11 batur vt misericordia, ab his qui miseriam tolerabant. Repromiserat enim diu misericordiam, misericordia quoq; diu expectata est, sed hodie primum manifestata, qn̄ inchoauit opus redemptionis nostræ. Et hoc est quod dixit beata Maria: Recor-
Psalm. 14 datus est Deus misericordiæ suæ. Hoc prę uiderat olim sanctus Dauid in spiritu, qn̄ dixit in Psalmo: Misericordia & veritas obuiauerūt sibi, iustitia & pax osculatę sunt. Sed misericordiam hanc quomodo inchoauerit dominus, docet nos lectio sacri Euangelij, ex quo desumptum est quod iā audisti verbum, scilicet: Recordatus est dominus misericordiæ suæ. Charissimi fratres, iam diu videbatur, & multo tempore continuata quasi disputatio quædam, vtrum homo qui peccauerat, & Deum offenderat debuit saluari: & allegationes erant pro vtraq; parte. Ad cuius quęstionis intellectū repetamus altius & interrogemus, vtrum homo vel angelus debuit creari. Imaginemur itaq; quasi ante mundi creationem consilium habuerit S. Trinitas de creatiōe mundi, & mouisse sequentes quæstiones. Licet enim in S. illa Trinitate proprie non sit quæstio, vel consultatio, sed scit, & potest, & facit quod vult (nihil aūt vult nisi q̄ bonum est) tamen propter illuminandum nostrum intellectū imaginemur, sicut etiam doctores scribunt, & scripturę sonant.

Cōsilium S. Trinitatis sup saluatiōe generis humani q̄le.

B

Quæritur ergo primo, vtrum angelica natura debuerit creari, id est, vtrum fuerit conueniens, & fuit determinatum per diuinam sapiētiam quod sic. Ratio quare: quia bonum, vt bonum, suipsius debet esse cōmunicatiuum (sicut dicit S. Dionysius) hoc est, bonum de ratione sui, quod est bonum, est communicatiuum: quia si se non communicaret, quale esset bonum? Tanto etiam perfectius, siue (vt Aristoteles dicit) diuinius dicitur bonum, quanto est communius. Cum igitur Deus sit summū bonum, videtur quod aliqua creatura rationalis ab eo debuerit produci in esse, quam faceret participem suæ bonitatis. Et sic diffinitum fuit vt angelus crearetur in esse spirituali & intellectuali, & ipso intellectu participaretur ab eodem ipse Deus. Vnde Sententiaꝶ Magister in II. dis. C. ex verbis S. Augustini ponit illam rationem. Credimus (inquit) rerum creatarum cœlestium & terrestrium, visibilium & inuisibilium causam nō esse, nisi bonitatē creatoris, qui est Deus vnus & verus: cuius tāta est bonitas, vt summe bonus beatitudinis suę, qua ęternaliter beatus ē, alios velit esse participes: q̄ vidit & communicari posse, & minui oīno nō posse. Illud igit bonum q̄d ipse erat, & q̄ beatus erat, sola bonitate, nō necessitate aliis cōmunicare voluit, & ita fecit. Fecit igitur Deus creaturā rationalē quę summū bonū, id est, Deū intelligeret, intelligēdo amaret, amādo possideret, & possidendo frueretur. Creauit itaq; Deus multa milia angeloꝶ in multiplici decore, in vario ordine & specie. Ex qbus tn̄ oīm pulcherrimus cū sibi adhærētibus cecidit in supbiā: & ideo

Angelus cur fuerit creatus.

Dionysius

Aristotel.

Petrus Lōbardus. Augustin. Causa creationis rerū oim q̄ fuerit.

Angeloꝶ creatio q̄lis fuerit.

ideo detrusi sunt e cœlo in infernum, si-
Homo an creari debuerit. ue in istum aerem, cæteris permanētibus
bonis. Secūdo quęritur, quare Deus cre
auit hominem: vel, vtrum decuit, vt crearet
Bonauen. hominem. Respōdetur primo secundum
Petrus Lōbardus. Bonauēturam, & Magistrū in Sen. II. dist.
I. ꝑpter ꝑfectionem & decorē vniuersi, qa
Deus creauerat duo extrema, inter quæ in
uenire est mediū cōponibile ex terminis.
Creauerat enim creaturam pure spūalem
Deuter. 32 & intellectualem, scilicet, angelum: creauit
& creaturas pure corporales, sicut inani-
mata: ideo, sicut scriptum est, quod perfe-
cta sunt eius opera, debuit creare etiam cre
aturam quasi mediam, compositam ex spi
rituali & corporali, quæ est homo. Alia ra
tio est principalior secundum Magistrum
vbi supra, scilicet, proprer bonitatem Dei
Creaturas oīs factas ꝑpter hominē. ad laudandum Deum: in q̄ proficit homo,
non ipse Deus. Sicut enim mundus & cæ-
teræ creaturæ factæ sunt propter hominē,
vt seruirent ei (nā ideo etiā vltimo inter ali
Homo q̄re sit creat⁹. as creaturas creatus est homo) sic homo fa
ctus est propter Deum, vt seruiret Deo, vt
laudaret Deum in terris, sicut angeli lau-
dant eum in cœlis. Non qa Deus, qui est
psalm. 15 summe beatus, indiguerit eius officio, vel
seruitio (qui bonoꝝ nostroꝝ nō ęget) sed
vt seruiret ei, ac frueretur eo, cui seruire re-
gnare est. In hoc ergo proficit seruiens, nō
ille cui seruitur. Iste igit̃ nobiliter plasma-
tus positus in paradisum voluptatis, acce-
Gene. 2 pit solum vnū præceptum, ne comederet
de ligno scientiæ boni & mali. Sed qa non
Gene. 3 custodiuit præceptum Dei, ideo offendit
Deum, quod nec ipse nec aliquis qui gene
raretur de semine eius posset percipere il-
C lam felicitatem, ad quam creatus fuerat.

Recōciliari quinam homo deo potuerit. Tertio quęritur, vtrum potuit homo
reconciliari, & quomodo. Dicendum, q̊d
Luc. 1 licet Deo sint omnia possibilia, & ideo po
tuit hominem reconciliare quomodo vo-
luisset: tamen non fuit conueniens quod
per alium modum fieret, q̄ per satisfactio
nem, scilicet pro peccato. Et quia Deus est
iustus & misericors, si dimisisset peccatum
sine satisfactione, tenuisset misericordiam
Anselmus sine iustitia: & hæc misericordia (sicut dicit
Anselmus) potius dicenda esset iniustitia,
quia esset inordinata. Quare? Quia pecca-
tum dimittere sine satisfactione, nihil ali-
Satisfactione hominē oportuisse redimi ud est, quam non punire: non punire autē
pctm̄, est aliquid inordinatum: sed inordi
natū nihil est apud Deū. Debuit ergo ho-

mo redimi per satisfactionem. Istam satis
factionē oportebat fieri ab aliq̊ homine:
quia cōgruebat vt peccatum puniretur in
illa natura, in qua commissum fuerat. Sed
nullus hominum, nec quæcunq; alia crea- Creaturā nullam suffecisse satisfacere pro omnibus hominibus.
tura poterat satisfacere pro peccato. Qua-
re? Quia non erat sufficiens ad satisfacien
dum. Quō? Quia cum homo, vel alia crea-
tura sit finitę virtutis, non potest facere ali
quod opus, quod sit infinitę virtutis. Satis
factionem aūt illam, qua debebat peccatū
deleri, oportebat esse infinitę virtutis. Qua
re? Quia peccatum erat infinitum ex eo qa
erat infinitam bonitatem, id est, Deum, &
priuauit naturam humanam infinito bo-
no: ideo nullus homo purus potuit satisfa
cere. Sequitur ergo primo, quod satisfaci-
ens debebat esse homo, qui debuit satisfa-
cere, id est, qui reus tenebatur: oportebat
q̊d simul esset etiam Deus, qui potuit satis
facere: quia (sicut dixi) solus homo debuit,
sed non potuit: Deus solus potuit, sed nō
debuit. Oportebat igitur ꝙ esset simul De D
us & homo q posset & deberet. Quid
ergo nunc aliud faciēdum est bone Deus?
Nos debemus pro pctō satisfacere, & non
possumus: tu potes, & non debes. Conue-
nit enim tibi qui sine peccato es, & contra
quem omne peccatum est, peccatum iudi-
care & punire potius, q̄ pro illo satisfacere.
Quid igitur faciemus, nisi vt oculos no-
stros ad cœlum leuemus, & clamemus ad
te, vt hominem quem creasti, recrees, id est
repares à nouo? Non enim possumus nos
ipsos iuuare. Quomodo enim quis pro
peccato posset alterius satisfacere, qui ne- Iob. 14
quit pro suo? Nemo est enim sine peccato, Psal. 13. 14
nec infans vnius diei, sicut habetur in Iob.
Et in Psalmo: Om̄es declinauerunt simul
inutiles facti sunt, non est qui faciat bo-
num, non est vsque ad vnū, id est, Christū.
Cum ergo in creatura reperiretur nul-
lus, qui possit perditæ humanæ naturę suf
ficiēter subuenire, compassione dominus
Deus, cuius natura est bonitas, cuius pro-
prium est misereri & parcere permotus, e-
legit quendam satisfactionis modum, vbi
iustitia seruaretur simul & misericordia,
& homo liberaretur: scilicet vt ipse susci-
peret humanā carnē in qua posset ac vellet
pati & satisfacere, quę alias debuisset puni-
ri. Sic ergo nō potuit merito causari iusti-
tia, qa plenissime fieret satisfactio: nec po-
tuit causari q̄sise neglectā misericordia, qa
co-

Incarnatio cur potius cõueniebat filio q̃ alteri.

copiosa fiebat pctõri miseratio & remissio. Illa autem incarnatio magis conueniebat filio, vt sicut in diuinitate est filius Dei patris, sic in humanitate esset filius virginis matris. Item, quia per filium omnia creata sunt, congruebat per filium omnia reparari. Licet tamen filius solus fuit incarnatus, tamen opus hoc fuit totius Trinitatis, scilicet cooperando. Sed inter hęc incidit quæstio, quare videlicet Deus non fuit misertus angeli lapsi, q modo dicitur diabolus, vt repararet ipm, sicut hominẽ? Dicendum, non est simile de homine & angelo, quia peccatum angeli non est remediabile. Quare? Quia angelus cognitionẽ habet perfectam sine aliqua ignorantia in luce plena per intellectum deiformem, & nõ potest decipi. Homo vero intelligit discurrendo & inuestigando, quasi in quadã caligine, & ideo potest decipi. Item, angeli voluntas est inuertibilis, & ideo quicquid eligit, illi immobiliter inhæret. Itaq; angeli mali inhærent inauertibiliter malo, q̃d elegerunt, scilicet superbię, & non possunt pœnitere: sicut boni inauertibiliter adhærent bono. Homo autem est vertibilis in voluntate & mutabilis in eligendo, ideo potuit pœnitere. Item, angeli peccauerunt nullo suggerente, sed propria malitia: ideo non debet eis prodesse charitas aliena. Homo vero diabolo instigante cecidit, ideo Dei virtute subleuari potuit. Quarto quæritur, ex quo voluit Deus incarnari, quare non statim post lapsum Adæ fuit incarnatus & redemit hominem? Respondẽdum, quod qui dare vult alicui aliquod donum, si sapiens est & discretus primo considerat vtrum illi expediat donari cui vult, & quando expediat: nec exhibet se nimis facilem vel promptum in dando, ne alteri vilescat, vel non reputet pro beneficio hoc idem datum, vel ne fiat immemor dati. Sic etiam Christus, quando hoc summum beneficiũ exhibere voluit humano generi, non statim exhibuit: q̃a homo nõ cognouisset, vel putasset se nõ indiguisse, vel per obseruantiam legis naturę vel Mosaicæ suam redemptionem meruisse. Ideo tam diu distulit vt homo videret suam miseriã, & suæ liberationis impossibilitatem, nisi à Deo adiuuetur. Voluit etiam, quod hoc ipsum quærerent, & peterent cum magna difficultate: q̃a q̃d difficilius acquirit, hoc charius æstimatur, & diligentius con-

Angelus post lapsũ cur nõ de buerit redimi.

E

Incarnatio Dei cur dilata sit.

seruatur. Sub hac dilatiõe tñ Deus reuelauit seruis suis prophetis & sanctis patribus se venturũ & redemptuũ humanũ genus, sicut varia habẽtur in biblijs oracula. Item, ostendit per varia signa & prodigia suã incarnationem futuram (de q̃bus iam transeo, vt veniamus ad alia magis necessaria) Interim tñ sancti patres quantũcunq; Deo dilecti, vel mundi & purgati ab actualibus & proprijs pctis, tamen ratione communis naturæ vitiatæ & irreconciliatę, nõ poterant intrare in æternam beatitudinẽ, sed ad lymbum oẽs descendebant q bene vixerant (q̃a male viuẽtes descendebãt tũc in ppetuam damnationẽ, sicut modo) vbi nõ habebant pœnã sensualẽ, sed carebant visione Dei (quod tamen nõ est parua pœna, quia sancti etiam qui sunt in cœlo, potius vellent esse in pœnis inferni sensibilibus, & videre faciẽ Dei, q̃ in cœlo esse & carere beatifica ipsius visione) q̃a facies Dei est tam delectabilis & gaudiosa, quod intuens illam nõ posset sentiret aliquã pœnã. Et ideo interim sanctæ animæ illę clamabãt, dicẽtes: Dñe inclina cœlos tuos, & descẽde. Et: Ostẽde nobis dñe faciẽ tuã, & salui erimus. Et: Vsqueq̃ dñe obliuisceris nos in finẽ, vsq; q̃ auertis faciẽ tuã à nobis? Et: Quousq; irasceris sup oratiões seruoꝝ tuoꝝ? Et: iteꝝ: Vbi sunt mię antiquæ dñe, sicut iurasti Dauid in ỳitate tua? Quare faciẽ tuã auertis, obliuisceris inopię nostrę & tribulationis nostræ? Memor esto congregatiõis tuę, quam possedisti ab initio. Fiat misericordia tua dñe super nos queãdmodũ sperauimus in te. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum. His itaque cum magno gemitu clamantibus, tam magno desiderio expectantibus, post quinque milia annorum & CXCIX. pene annos à creatione mundi, creauit Deus virginem, quam sibi ab æterno prælegerat in matrem, de qua loquutus fuerat ad serpentẽ, id est, diabolum q decerperat Euam, quando expulit Adam de paradiso: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Hanc creauit formosissimam quæ vnquam nata fuit, quia decuit, vt sicut in anima erat purissima, sic etiam esset & in corpore. Et virtutes excellentiores apparent in pul-

Oracula prophetarum q̃ sperarint

Psal. 143
Psalm. 79
Psalm. 12
Psalm. 79
Psalm. 88
Psalm. 43
Psalm. 73
Psalm. 32
Psalm. 100
Esaiæ 45

F

Gene. 3

Mariæ virginis creatio q̃ fuerit purissima.

pulchra (sicut sunt humilitas & castitas) quam in turpibus, quę videntur quasi ex necessitate humiles & castæ. Item, creauit eam excellenter nobilem, vtputa de sacerdotali & regali genere, licet pauper fuit & humilis, & ideo non fuit vsa sua nobilitate ad gloriam vel ostẽtationem. Item, seruauit eam purissimam ab omni peccato, ab omni macula: quia non decebat vt templum, in quo Deus corporaliter habitare disposuerat, et in quo, & de quo carnem sumere volebat, inquinaretur aliqua macula. Repleuit insuper eam omni sanctitate, omni gratia, omni virtute, omnibusq; donis spiritus sancti, sicut in subditis fusius dicemus. Ad hanc itaq; virginem (dum venisset plenitudo temporis, quam ab æterno Deus prę uidit) misit Deus angelũ suum, vt eam salutaret, vt assensum eius requireret: quia non potuit fieri mater Dei inuita. Cogitate nunc, quãdo illa benedicta virgo sine macula, candida vt lilium per virginalem castitatem, rubicũda vt rosa per charitatem, electa nõ solum ex milibus, sed ex vniuersitate omnium creaturarum propter excellentem eius humilitatem, quãdo sic splendebat in conspectu altissimi, & erat gratissima in oculis eius. Cogitate inquam, quo modo Deus vocauit angelum, non quem libet, sed vnum ex principibus angelorum (quia solet esse magnus legatus, vel ex parte mittentis, si est magnus dominus, vel ex parte eius, ad quem mittitur, si est honorata persona, vel ex parte causæ, si est magna vel pregnans: quæ tria simul hic concurrunt, quare legatus fuit nobilis & magnus assumptus) Vocauit ergo inquã angelum Gabrielem, dicens hęc vel similia: Ecce vides Gabriel illam virginem, cuius suauissimus odor sic coram nobis fragrat? Vides puellam illam omnium virtutum pulchritudine rutilantem? Vides paradisum voluptatis, quam plantauimus à principio? Vides fontem pietatis, quo irrigatur vniuersa terra? Vides sacrarium mentis suæ, diuinitatis nostrę habitaculum gratiosum? Vides hortum conclusum? fontẽ signatum, rubum Mosi, virgam Aaron, vellus Gedeonis, archam testamenti, portam clausam Ezechielis, & denique virginem, in quam omnes figuræ legis & prophetarum oracula repromissa sunt, & implenda? Hæc est illa quam amaui, cuius decorem concupiui, quam exquisiui & proposui sponsam

Nobilitas B. Mariæ quanta fuerit.

Puritas B. Marię quanta fuerit.

Sanctitas B. Mariæ quanta fuerit.

Galat. 4

Luc. 1

Cant. 2. 4. 5. & 6

Iudith 10

Legatio Dei ad B. Mariam per angelum qualis. Præcellẽtia B. Mariæ virginis.

Psalm. 44

mihi accipere. Amator factus sum formæ illius, vt vnigenitus meus sit vnigenitus eius, & spiritus sanctus sit habitator eã fœcundans. Curre ergo cito, nuncia illi nostrum placitum, nuncia ei Trinitatis consilium. Et hoc est, quod Lucas Euangelista dicit: Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Ecce audistis quis missus est, à quo missus est, propter quid missus est, vbi missus est, scilicet in Nazareth, ad quam missus est: ad virginem, inquit, desponsatã viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Non sine causa scriptura tam diligenter exprimit nomina, quia latent vbique mysteria, & spiritua les intelligentiæ: de quibus non est nobis iam tempus dicendi. Missus est ergo angelus ad virginem, non nouiter aut fortuito inuẽtam, sed à seculo electam, ab altissimo præcognitam & sibi præparatam, ab angelis seruatam, à patribus præsignatã, à prophetis promissam. Mittitur ad virginem. Bene conuenit vt angelus mittatur ad virginem: quia, vt inquit Hieronymus, semper angelis cognata est virginitas. Profecto in carne pręter carnem viuere, non humana vita est, sed cœlestis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quam habere. Esse quippe angelũ, felicitatis est, esse virginem virtutis, dum scilicet hoc gratia obtinere nititur virgo, quod habet angelus ex natura. Et sanctus ait Bernardus: O quã felix virginitas, quæ ex homine angelum facit. Sanctus tamen Ambrosius dicit, quod maior est victoria virginum, quam angelorum: quia angeli sine carne & sine prælio viuunt, virgines vero in carne & in prælio triumphant.

Notate tamen quam laudanda fuerit virginitas Mariæ: Nondum legerat in libris, quantũ Deo placeret virginitas. Non dum erat præceptum nec consilium de seruanda virginitate: nullum viderat ante se exemplum. Nondum scriptum erat, laudabiles esse qui se castrant (scilicet spiritualiter per castitatem) propter regnum Dei. Nondum legerat quod virgines cantabũt canticũ nouum: & quod sequentur agnũ, quocunque ierit: & quod empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno. Sed magis legerat, quod dominus in exordio mundi dixerat: Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Et: Maledicta sterilis in Israel: & ta-

Sapient.

G

Bernard.

Angelus cur missus sit ad virginem. Hieronym. Virginitas carnis quanta sit gloria.

Bernard.

Ambros.

H

Virginitas B. Mariæ quam perfecta fuerit.

Matth. 19

Apoca. 14

Gen. 1. 9

Deut. 7

& tamen ita dilexit virginitatem, vt anteq̄ vellet corpus suum pollui, aut cōcupiscen tia libidinis vri, potius eligeret incidere illā maledictionē & obprobriū sterilitatis, potius voluit carere honore fœcunditatis & gloria posteritatis. Quia sciebat q̊d hæc maledictio nō erat à Deo, sed solū erat ob probriū apud hoīes: quia semper Deo pla cuit castitas (nam Helias fuit virgo, & raptus est in cœlū) sed adhuc in scriptura tacebatur, quia priuilegium hoc Mariæ seruabatur. Hoc tamen obprobrium potius elegit, quam virginitatis dispendium. Scie bat enim, quod virginitas nō vsquequaq; esset sterilis: quia sicut coniugalitas replet terram filijs, ita virginitas cœlos. De quo marito? De domino Deo, qui est sponsus virginitatis. Omnis nanq; virginis anima sponsa est Dei, siue secundū carnem sit vir vel mulier: q̄a non est discretio sexus apud Deum.

Castitatē semp. Deo placuisse. 4. Reg. 2

Fœcunditas virgi nū q̄lis sit.

Quid igitur plus mirabimur in te o benedicta virgo, humilitatem, an virginitatem? Laudabilis plane in te virginitas electa vt seruata, non præcepta, nō con sulta, nō exemplo apud alias mulieres mō strata, & adhuc illaudata. (Longe aliter co gitasti, quam filia Iephte, quam pater voue rat Deo immolandam. Et quia adhuc erat incognita viro, petijt vt antequam morere tur, p̄mitteret ad aliquot dies plangere vir ginitatem suam, scilicet quod discederet si ne semine, sine fructu, sine sui memoria & sine populi Dei augmento) Sed nō minor in te fuit humilitas, qua elegisti fieri obp brium inter mulieres. Hęc proculdubio fe cit, vt virginitas placeret (quia sine humili tate virginitas non est virtus) & respexit, sicut tuipsa testata es, Deus humilitatē tuam.

Iudic. 11

Lucæ 1

O Maria quia igitur fortiter egi sti pro castitate, ideo uon solum cares ob probrio, sed etiam benedicta es inter omnes mulieres, habebisque fructum, qui me lior & nobilior erit omnibus filijs totius mundi. Dabit enim tibi Deus gaudiū matris cum honore virginitatis. Auferet steri litatem, & seruabit incorruptionem. Quid enim mirum, si à cæteris non fuit obserua ta virginitas, vel non cognita eius pulchri tudo? Tibi enim seruatum est illud priuile gium, vt nouo seculo noui filij mater noua, nouam aduehæres virtutem.

Quum igitur hæc ita se habeant cur Euangelistæ scribunt hanc virginem sanctissimam fuisse viro desponsatam? Puto equidem neminem id latere quare virgo hæc fuerit desponsata, scilicet, vt om̄is suspicio mala tolleretur à beata virgine & obprobrium: q̄a si genuisset non desponsata, putassent homines eam adulteram vel fornicariā: ideo Deus voluit prouidere famæ virginis, & potius voluit homines errare in eius conceptu, quam matrē exponere obprobrio. Voluit etiam potius, quod putaretur filius Ioseph, quam quod aliquid sinistre suspicaretur de beata Maria virgine. Sunt tamen etiam aliæ rationes, quas hic breuitatis gratia prætermitto.

Maria virgo cur fuerit despōsata.

Quæritur quoque hoc in loco haud incōuenienter, quo scilicet tempore angelus venit ad beatam virginem, & quando Christus fuit incarnatus. Respondetur, secundum tempus à creatione mundi fuit in sexto millenario, id est, post quinq; milia annorum & pene ducētos annos. Si tempus anni inquiras, decimus fuisse in mense Martio, eodē die scilicet, quo Adā fuit formatus. Dies porro dominicę incarnationis fuit feria sexta qua & passus est, & Adam hac eadem die peccauit. Horam autem aliqui dicūt de sero, alij in nocte, alij diluculo. Sed concordando, pie sentiendum est, quod angelus venit ad virginem de sero, & loquendo cū ea vsq; ad noctis medium, virgo tandē cō sensit (quia non est credendum, quod hoc magnum negocium ita subito factum sit) & tunc Deus descēdit in vterum virginis, & homo factus est. Permansit autem cum beata Maria angelus: imo (vt potius credē dum est) totus exercitus angelorum vsq; mane, diluculo, & tunc recessit Gabriel angelus ab ea. Et hoc repræsentat Ecclesia, quando de sero pulsatur ad, Aue Maria, & post Matutinas scilicet mane.

Incarnatio Chr̄i q̊ tēpore facta sit.

K

Quęritur iterum hic, in qua specie angelus apparuit. Respondetur, in specie hominis, id est, pulcherrimi adolescentis: & hoc propter maiorem certificatiōem beatæ virgini, quæ ipsum non solum intellectualibus oculis vidit (sicut cōsueuerat videre angelos continue) sed etiam corporalibus.

Specie q̄li apparuerit angel' B. Mariæ virgini.

Quęritur item, vbi tunc fuerit beata virgo, vel quid fecerit. Respondetur secundū deuotos, sanctosq; doctores, quod iam recesserat de templo: quia erat desponsata viro Ioseph, sed nondum celebratæ erāt nuptiæ. Et ideo erat vel in domo matris suæ Annæ, vel, vt communiter scribitur, in domo Ioseph (vel forte etiam Ioseph tū temporis

Locus salutationis angelicæ ad B. Mariam quis fuerit. Matth. 1

poris habitabat in domo Annę) Ibiq; erat in camera & clausa, quia non consueuerat videri multũ in publico. Ibi ergo legebat & meditabatur scripturas prophetarum de repromissa incarnatione filij Dei: & ideo feruentissimis suspirijs & lachrymis compassionis & deuotionis rogabat Deum, vt accelleraret promissum, & liberaret genus humanum. Non credendum tamen, q̃d orauerit vel quod putauerit se fore matrẽ dñi: qa depresserat se adeo in abyssum humilitatis, quod nihil tale de se potuit cogitare: Nam nulla creatura pura sic descẽdit in seipsam ad cognoscẽdum nihileitatem suam, & quę reputaret se tam indignam & tam paruam, sicut beata virgo Maria. Et ideo nõ fuit mirum, quod oratio tantę humilitatis penetrauit cœlos. Scribunt autem multi doctores, quod tunc legebat in Esaia propheta, illum textum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Erat autem plus solito deuotione & consolatione diuina superfusa, & contemplationi feruentius, diligenti usque insistebat super secreto mysterio incarnationis, & ideo flexis genibus, & eleuatis oculis ac mente ad Deum hæc vel similia: O clementissime domine Deus, rex regũ, qui bonitate tua mundũ creasti de nihilo, & post angelos hominem ad tuã imaginem formatũ dñm constituisti creaturarũ, vt tibi seruiret, & te diligeret, tibique in omnibus obtemperaret: miserere ei iã perdito per peccatum, miserere bonitate tua: miserere clementia & charitate tua. Aperi cœlos, & descẽde. Iam tot annorum milia percurrerunt, & sancti patres, & prophetę, & patriarchæ, & amici tui in tenebris habitant expectantes lumen tuum. Veni obsecro pater benignissime, veni, & ne respicias peccata hominum, descẽde de cœlis verus Deus, verum lumen, gaudium, solatiũ, dulcedo & consolatio afflictoꝝ. O si oculis proprijs tã grande mysteriũ aspicerem. O q̃ lætarer cum Deũ in carne viderem. O quantum sancti patres gaudiũ susciperẽt. Rumpe moras creator optime, & veni ad liberandũ nos. Fac mihi hãc gratiã, vt tuæ matris ancilla & pedissequa efficiar. O si cernere possem antequam moriar illam benedictam virginem, quæ paritura est meum saluatorem. Profecto illius pedibus ꝓuoluta eius me seruã facerẽ, & illius sẽp mãdatis obtemperarẽ. Dum hæc &

Ambrosi⁹

Humilitas B. virginis Mariæ quanta fuerit.

Esaiæ 7

Oratio B. Mariæ ad Deum pro jncarnatione filij Dei.

similia in oratione, & flexis genibus pertractaret, interim etiã sancti patres in lymbo clamabant: Memẽto nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Quorum clamoribus, suspirijs, gemitibus & necessitatibus tãdem Deus p̃misimus, præcipue quoniam plenitudo temporis iã adesset, inclinatus, recordatus est tandem misericordiæ suæ quam promisit domui Israel, & misit angelum suum, sicut iam audistis, ad virginem. Apud quam q̃d egerit Euangelista declarat, dicens: Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena dñs tecum. Benedicta tu in mulieribus. Hæc verba ab angeli allata q̃dẽ, sed cõposita sunt in consilio sanctæ Trinitatis, & missa beatę virgini: suntq; tam sublimia & tam excelsa, quod nunquam humanus intellectus potuit illa penetrare, vel vt cõponeret meliora inuenire: tam quoq; grata sunt beatæ virgini, quod nulla oratio alia potest tam grata illi offerri (sicut reuelatum fuit sanctæ Mechtildi) quia quotiens ei porrigitur, reducitur ei in memoriam, & renouatur ei illud gaudiũ quod habuit in conceptione filij Dei: quod maius est oĩbus gaudijs, quæ habuit in hac vita: ideo volo singula verba exponere. [Aue,] id est, sine væ. Fuit enim beata virgo Maria sine væ concupiscentiæ. In ipsa enim locũ non habuit quod scribitur de cæteris hominibus: Caro concupiscit aduersus spiritum. Fuit sine væ culpę, quia nec originalem nec actualem habuit: & ideo etiam exempta fuit à generali illo vinculo, de quo dicitur: Nemo mũdus à sorde, neq; infans cuius est vnius diei vita super terram. Item fuit sine væ pœnæ, quia sine dolore peperit: ideo non tetigit eam maledictio Euæ, cui dictũ est: In dolore paries filios. Ideo etiam dicitur ei, Aue: quod verbum si conuertatur, & retrograde legatur, sonat Eua: quia ipsa habuit priuilegia contraria maledictionibus Euæ. Item, fuit sine vę corruptionis: quia in anima & corpore erat, mãsitq; integra virgo perpetuo, nec in morte caro eius fuit incinerata, sed vt pie Ecclesia credit, ad cœlos assumpta & glorificata. [Gratia plena.] Quare non salutauit eam nominatim, sicut nos facimus, Maria: Dicendum, quod omisit proprium nomen, & loco eius imposuit ei nouum nomen, sicut solet fieri quando conferuntur magnæ dignitatis vt Papæ, &c. & ideo mutantur

Psalm.

Verba angelicæ salutationis quantæ sunt excellentiæ quæ grata B. Mariæ.

Mechtild.

Sine væ vt fuerit virgo Maria multiplici.

Galat. 6

Iob. 15

Gene. 3 Aue cõuersum quid signet.

B. Mariæ nouũ nomẽ h... cõ...

tantur nomina. Sic fiebat Dei futuræ matri, quia imposuit ei angelus nomẽ, quod ante nulli vnquam homini impositum erat, scilicet: gratia plena. Sic nominat eam, quia inter omnes creaturas puras soli huic beatissimæ virgini conueniebat per excellentiam, vt diceretur gratia plena. Quia licet apostoli dicti sint pleni spiritu sancto, & similiter sanctus Stephanus: hoc tamen fuit dissimiliter valde. Quia licet habuerunt plenitudinem gratię apostoli nõ solum sufficienter, & quãtum opus est ad salutem, sed etiam abundãter, id est, copiose: beata tamen virgo Maria fuit plena gratia excellentissima prærogatiua per exclusionem omnis vacuitatis: quia tantum recepit quantum potuit aliqua creatura recipere, intantum vt (secundum doctores) Deus vltimam perfectionem creaturarum demõstrauerit in ipsa, nec potuerit ipsam facere maiorem, quã est, scilicet, quod est mater Dei, nisi fieret & ipsa Deus, id est, vniretur cum diuina natura, sed tunc non esset amplius pura creatura: quia, secundũ Bernardum, licet Stephanus vel aliquis alius sanctus dicatur plenus spiritu sancto, hoc tamen est longe dissimiliter à Maria: quia nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, nec concepit Deum de spiritu sancto. Vnde dicit sanctus Hieronymus: Cæteris sanctis p partes gratia pstatur: Mariæ vero tota se infudit gratiæ plenitudo. Habuit ergo præ cæteris excellentiam vel progatiuam plenitudinis gratiæ, quę cõsistit in tribus. Primo, quia fuit excellentior dignitate. Quod patet in hoc, quia est mater Dei: quod tantũ est, sicut iam dixi, quod non solum nõ potest maior fieri, sed nec cogitari. Ideo cõparetur cedro, quæ altior est inter oẽs arbores. Secundo, fuit excellentior in præeminentia sanctitatis, quia infra Deum ipsa est super oẽs sanctos & angelos sanctissima & purissima (sicut dicit Anselmus) ea puritate, qua sub Deo nequit maior intelligi. Nec solum in se sancta est, sed etiã alios potest sanctificare. Vnde nõ iniuriæ cõparatur cypresso, quę est arbor medicinalis. Vnde S. Hugo ait: Benedicta es & gratia plena, & intantum plena, vt ex tua redũdantia totus hauriat mundus. Propterea dicitur fluuius gratiarum. Vnde in Canticis de ea dicitur: Fons hortorũ, puteus aquarũ viuentium, quæ fluũt impetu de Lybano. Imo gratia ita plena fuit, q̄ oĩs gratia q̃ ad nos venit, secundũ Bernardũ, non nisi per manus Mariæ fluit: & ideo frustra expectat quisq; aliunde, quam per beatam Mariã aliqd se recepturũ sperat. Vnde notate (sicut dicit idem Bernardus) quãto deuotionis affectu Mariã à nobis honorari voluit Deus, q totius boni plenitudinem in ea posuit: vt si qd in nobis est spei, si qd gratię vel salutis, ab ea nouerimus redundare. Totis ergo medullis cordis veneremur Mariam, quia sic est volũtas eius, qui totum nos habere voluit per illam. Tertio, fuit excellentior in superabundãtia capacitatis, quia fuit superabundãtissime capax omnis gratiæ. Habuit enim oẽs gratias generales & speciales omnium sanctorum & oĩm creaturarũ in excellentia summa. Vnde in Ecclesiastico ipsa dicit: In me omnis gratia vitæ & veritatis. Et S. Bernardus super illud Ecclesiastici ibidẽ, In plenitudine sctõrum detẽtio mea, dicit: Vere in plenitudine sctõrum detẽtio eius, cui non defuit fides patriarcharũ, nec spes prophetarum, nec zelus apostolorũ, nec constantia martyrum, nec sobrietas confessorum, nec castitas virginum, nec fœcunditas cõiugatorum, nec puritas angelorũ. Nihilominus habuit etiã singulares gratias, quæ nullus sanctorum habuit, à quibus omnis creatura vacua fuit, scilicet q̄ esset virgo & mater, mater Dei & hominis, domina mũdi, regina cœli. [Dominus tecum.] Bernardus: Longe excellẽtius est dominus tecũ, q̃ cum aliis sanctis, cũ quibus est spũaliter tantum & in corde: sed est tecum spũaliter in corde, & corporaliter in ventre. Itemq;, Dominus tecũ. Dñs scilicet pater tecũ, qui suum filium fecit esse & tuũ. Dominus filius tecum, q ex te carnẽ assumpsit miro modo. Et dñs spiritus sanctus tecum, qui tuũ cum patre & filio sanctificauit vterum.

[Benedicta tu in mulieribus] id est, præ omnibus mulieribus. Non dico benedicta tu in virginibus, sed in mulieribus, vt sis sola quæ omnes superexcellis, cui nulla cuiuscunq; status possit æquari, vt sicut non habuisti similẽ priorem, sic nec es visura sequentem. Benedicta ergo in mulieribus, id est, in virginibus, in coniugatis, & in viduis: quia omnes hosce tres status cõprehendis in te, & omnes in te benedicuntur. Vnde iterũ D. ait Bernardus: Benedicta tu in mulieribus, quę generalem mulierũ eua-

t ij sisti

Marginalia (left): Actor. 2 · Actor. 6. 7 · Spũ sctõ pleni quõ dicti sint apostoli. · Grã plena quomodo fuerit B. Maria. · Bernard. · Gol. 2 · Hieron. · M · Grã plenitudinẽ tripartitam fuisse B. Mariæ colligitur. · Cedro cur cõparetur B. Maria. · Anselmus · Cypresso cur cõparetur B. Maria. · Hugo. · Cantic. 4

Marginalia (right): Bernard. Gratiam oĩm Dei per man⁹ B. Mariæ in nos fluere. · Bernard. · Grãs oĩm creaturarũ habuisse B. Mariã. · Eccle. 24 · Bernard. · Idem. · Dñs quõ singulari ter fuerit cũ B. virgine Maria. · N · Benedicta vti fuerit B. Maria in mulieribus. · Bernard.

sisti maledictionē, vt nec sterilis permaneas, nec cū dolore parias. Hæc sunt quæ per angelū dicta vel posita sunt in salutatione virginis, id est, in Aue Maria: Reliqua quę Euangelica narrat historia prolata sunt ad eādem virginē per sanctum Elizabeth, loquēte per os eius spiritu sancto, qui etiam locutus est præcedentia per angelum. Vnde ipsa Elizabeth incepit, vbi angelus dimisit, repetendo eadē vltima verba. Dixit enim etiā ipsa, sicut angelus. Benedicta tu inter mulieres, & postea subiunxit: Et bñdictus fructus ventris tui, & sic alia cōpleuit, quæ angelus non dixit: quia non fuit conueniens, vt angelus hoc diceret, eo q̄d Maria nondū cōcepit filium Dei in vtero suo. Cum itaq; (sicut prædixi) beata virgo Maria maxime desiderauerat Dei incarnationem & patrū liberationem, reputans pro maximo beneficio si ipsa mereretur talis filij matrē videre, vel ancilla eius fore, venit angelus portās literas ex consistorio S. Trinitatis, dicens: Aue gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Ac si diceret: O Maria vergo super omnes p̄electa quantū te humilias. Tu nō eris huius virginis & matris Dei famula, nō eris ancilla, non pedissequa: sed eris tu ipsa mater Dei, sicut es ab eterno adhoc p̄ordinata. Tu em̄ es illa virgo, de qua locuti sunt p̄phetę oēs: tu es regina cœloꝝ & imperatrix oīm hoīm & angeloꝝ, & oīm gratiarum Dei receptaculū. Hæc autē omnia dixit angelus cū decenti & magna reuerentia. Similiter beata virgo statim assurrexit angelo: & turbata videbat̄ ex verbis eius, vt inquit Euangelista. Non quidem ob hoc fuit simpliciter turbata, quia videbat angelum (consuerat enim quotidie angelos videre) sed fuit turbata, primo pudore & verecundia ratione salutātis: quia apparuit ei angelus in insolita specie, scilicet virili & corporali in ætate pulcherrimi iuuenis, cum clara & præfulgida veste ostio clauso: quia sicut Bernardus dicit, non est suspicandum, q̄d angelus apertum inuenērit ostium virginis, cui nimirū erat in proposito frequētias hoīm fugere, & colloqa vitare, ne vel orantis perturbaretur silentium, vel continentis castitas tentaret. Clauserat itaq; etiam illa hora suum super se habitaculum virgo prudentissima: sed hominibus non angelis. Trepidata ergo fuit ad viri ingressum & ad se solam: quia, sicut di

O

Turbata cur fuerit B. Maria in sermone angeli.

Angelus in qua specie ac forma B. Mariæ apparuerit Bernard.

cit Hieronymus, nunquam fuerat à viro salutata: & ita verecundabatur: quia tam subito non cognouit, quod fuit angelus, sed statim post. Et S. Ambrosius ait: Notare hic possumus, quantū erubescebat cōsortia hoīm, si ita erubuit sermones angeloꝝ.

Hieron.

Ambros.

Secundo, fuit turbata ratione salutationis nouę, & ex humilitate. Nunq̄ enim audierat vel legerat talē salutationem, & talia verba. Admirabatur em̄ valde, quō ei talia dicerentur, quod esset gratia plena, & benedicta in mulieribus. Humilitas em̄ sua nō sinebat eam aliquod magnum de se sentire: sed reputabat se paruam & indignā qualicunq; salutatione angeli. Est em̄ propriū humilitati, quod laudes suas erubescit, & ex eis grauatur. Et ideo in corde reuoluebat: O vnde hoc mihi vt veniat angelus domini mei ad me? Si enim Salomō expauit, quod deberet ædificare templum nomini & memoriæ domini, quāto magis Maria, quæ ipsamet debebat esse templū dñi, non solum nomini eius, sed deberet cum etiam hospitio recipere, id est, in ventrem suum?

Humilitati propriū quidnam sit.

3. Reg. 4.

Cum ergo sic turbatam eam angelus vidisset, consolabatur eam, dicens: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Vbi sic, inquit D. Bernardus. Ac si diceret: O si scires quantum altissimo tua placeat humilitas, quantaq; tibi apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam nec obsequio iudicares, nec eloquio. Non mireris ergo Maria, quia angelus ad te venit. Nam & maior angelo in te venit. Non mireris angelum dominicum, quia angelorum dominus est tecū. Postremo, quid ni angelum videas, cum iam angelice viuas? Cur autem indebitam tibi duxeris gratiam angelorum, quæ inuenisti gratiam apud Deum? Inuenisti enim gratiam apud Deum. Super quę verba idem D. Bernardus iterum sic dicit: Inuenisti quod ante te inuenire nemo potuit, gratiam scilicet apud Deum. Quam gratiam? Dei & hominum pacem, mortis destructionem, & vitę reparationem. Inuenisti gratiam, non pro te sola, sed pro vniuerso mundo. Inuenisti reis veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium & liberationem.

Bernard.

P

Gratiam quam inuenerit B. Maria apud Deū.

Deinde angelus secutus, adiunxit: Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. In vtero, non ab extrinseco, non à viro, sed ab intra concipies

clau

clausis sigillis virginitatis. Et paries filiũ, & vocabis nomen eius Iesum, id est, saluatorem. Vnde Bernardus: Hoc est, nomen quod dedit cęcis visum, surdis auditũ, claudis gressum, sermonem mutis, vitã mortuis, totamq; diaboli potestatem de obsessis corporibus effugat. Hic erit magnus. Semper quidẽ fuit magnus Deus: sed iã erit magnus propheta, & magnus homo in miraculis & doctrina. Et filius altissimi vocabitur, sicut in veritate est. Et dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris eius. Non loquitur hic de sede temporalis regni, quia ipse idẽ dixit Christus in passione ante Pilatũ. Regnum meum non est de hoc mũdo: sed de spirituali regno, quod significatur per regnum Dauid, id est, de cœlesti Hierusalẽ. Et regnabit in domo Iacob in ęternum, id est, super omnes electos: quia omnes filij Iacob fuerunt electi. Non sic aliorum patriarcharum filij, quorum fuerunt aliqui reprobi, & aliq electi, &c. & regni eius nõ erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum nõ cognosco. Ac si diceret: Non dubito, sed credo, quod fiet sicut dixisti: sed quæro de modo concipiendi: quia virum non cognosco, id est, non cognoscere propono, quia virginitatem perpetuam seruare propono. Iam enim vouerat virginitatem, sicut dicit Augustinus. Ac si diceret, secundum Bernardum: Si oportebit me concipere filium talem & tãtum de viro, scilicet Ioseph: gaudebo quidem de filio, sed dolebo de proposito fracto, id est, de virginitate amissa. O quantus fuit amor virginitatis in Maria, quã etiam in tali casu pro incarnatione filij Dei cum sponso licite & sine libidine timuit amittere, licet tamen, si ita Deus voluisset vel præcepisset ipsa consensisset. Vtinam homines agnoscerent precium huius thesauri, huius margaritæ scilicet virginitatis, vtique non tam faciliter proijcerent eum in lutum. O quam vilis reputatur hoc tẽpore, quam faciliter abijcitur. Tantũ sollicitãt homines vt possint hac virtute priuari vel eam amittere, sicut sancti eam curabãt custodire. Et quod peius est, iam quidam erubescunt de virtute, maxime de castitate vel virginitate, &c̃. Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, non concipies de humano semine, sed de spiritu sancto.

Bernard. Iesus nomẽ quantæ sit excellentiæ.

Ioan. 18 Regnum Chri quōnam fuerit B. virgini promissum.

Virginitatẽ B. Mariam vouisse Deo. Augustin. Bernard.

Virginitatis pciositas quãta sit.

Et ne dicas, Quomõ possum sufferre claritatem, lucemq; diuinæ maiestatis, audi: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, virtus diuinitatis assumet de carne tua, vbi se velabit, & obumbrabit tibi, scilicet quia sub corpore tuo tegetur quasi sub vmbra: quia si oculi nõ possunt intueri in solem, quis mortalium posset inspicere solem infinitæ claritatis, id est, Deum, nisi sub vmbra obtegeretur carnis? Ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ, vocabatur filius Dei. Postea dixit angelus de Elizabeth multa Mariæ ad illi persuadendũ & commouendũ quatenus cõsentiret. O miram dignitatẽ tuam beata virgo, quod vsq; ad tuũ consensum peruenit nostra redẽptio. Tantum ipsa respõdeas verbũ, & suscipias Dei verbũ. Præbeas consensum, & cõcipias Dei filiũ. Expectat tota Trinitas, expectãt patres in lymbo, expectat totus mũdus: tã prope nobis est redemptio nostra, vt si ipsa duntaxat cõsenseris, tunc salui erimus. In fine aũt consentiendo Maria dixit: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum verbũ tuũ. Ac si diceret: Ex quo ita est volũtas dñi, offero me paratam in ancillam eius. Hęc verba creditur dixisse iter flexis genibus, eleuatis oculis in cœlum cũ lachrymis & incredibili humilitate & deuotione. In quibus verbis, hoc est, in tali cõsensu, q̃d fieret mater Dei, & cum virtute prolatis, credit plus meruisse quam oẽs electi totius mundi.

Fuerunt ista verba & iste cõsensus virtutibus plenus: e qbus quatuor præcipue elucescũt. Primo, cum dixit: Ecce, notatur maxima eius obedientia. Quasi diceret: parata sum ad oẽm voluntatem dñi. Secũdo, humilitas immẽsa p hæc verba: ancilla domini. Vnde Bernardus: O venerãda virginitas, o prædicanda humilitas: Ab angelo mater dñi appellatur, & se ancillam dñi cõfitetur. Tertio, charitas inflammata p hæc ṽba: Fiat mihi. Quarto, fides deuota & firma, quæ insinuatur per hæc verba: secundum verbum tuum, id est, sicut dixisti, & sicut ego credo. Hæc aũt verba fuerũt miræ virtutis, quia statim his completis, Dei filius, imo & tota Trinitas intrauit in vterum virginis salua virginitate eius, & cum ineffabili superfusione & repletione consolationis & gaudij in spiritu sancto. Licet em̃ solus filius homo sit factus, id est, carnem assumpsit: tamen hoc factum est ex operatione totius Trinitatis. Adscribitur tamẽ

In cõsensu B. Mariæ quęnã virtutes splẽdeant.

Bernard.

Incarnatio Christi cur ad scribatur spiritui sancto. Ioan. 3

magis hæc operatio, id est, formatio carnis Christi spiritui sancto, ad ostendendũ causam incarnatiõis: quia spiritus sanctus dicitur amor patris & filij. Amor aũt quo dilexit nos Deus est causa quare incarnari voluit. Vnde dicitur in Euãgelio: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et secũdum hoc intelligitur Christus conceptus de spiritu sancto: non quod spiritus sanctus aliquam materiam ministrauerit Christo, sed quia ipse separauit de purissimis guttulis sanguinis virginei cordis Mariæ, & deduxit in clausum vterum, & formauit illas in corpus Christi. Notandum, quod in vno & eodem instanti quatuor hæc fuerũt perfecta in incarnatione Dei, scilicet cõuersio sanguinis purissimi virginis Mariæ in carnẽ, & alias partes corporis Christi. Secundo, perfecta organizatio membrorum. Tertio, animatio corporis organici. Quarto, assumptio & vnio corporis Christi cum diuinitate. Hæc autem omnia facta sunt non per prius & posterius, sed simul, & in instanti. Vnde sequitur, quod in primo instanti Christus, licet fuerit minimæ quantitatis secundum corpus, vt vix discerni vel apprehendi potuisset, tamen fuit tam perfectæ virtutis, potestatis, scientiæ & omnium bonorum capax & plenus & perfectus sicut cũ fuit XXX. annorum, & sicut iam est in cœlo. Creuit tamen in vtero secundum molem corporis, & etiam post natiuitatẽ: Creuit etiam virtute & gratia, sed hoc intelligitur quo ad ostensionem secundum tẽpus ætatis. Nam in se nihil nouæ perfectionis acquisiuit post natiuitatem suam aliquo tempore, quam prius nõ habuerit, qui est cum patre & spiritu sancto Deus benedictus in secula, Amen.

Quatuor mira facta in incarnatiõe Chri.

DE SANCTO AMBROSIO EPISCOPO, PA

raphrasin in Epistolam quære in Festo D. Nicolai. Exegesin in Euangelium reperies ibidem, nisi post Festum Paschæ, de eodem celebretur: tum nanq; require Exegesin in Euangelium, Ego sum vitis vera, &c. in Ferijs D. Georgij martyris in principio alterius partis de Festiuitatibus sanctorum. Sermonem autem quære in Festo S. Nicolai, vel S. Martini.

FERIA SECVNDA POST SOLENNITA-

tem Paschæ, epistola Actuum X.

XXIII.

STans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres vos scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens a Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes, Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eũ Deus spiritu sancto & virtute. Qui pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus om̃ium, quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalem, quem occiderunt, suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis, & pręcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

Matth. 3
Lucæ 3
Psalm 44
Lucæ 24
Ioã. 20. 21
Matth. 28
Marc. 16

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ante

A

Acto.10 ANte hanc lectionem scribit Lucas in in Actis, q̊modo Centurio ab angelo iussus fuerat, accersire Petrũ docturũ qd oporteat illũ, vt saluus fieret, facere. Petrus quoque per visionem instructus (cũ ante ad Iudæos tantum putaret missos apostolos) vt gẽtes quoque ad fidem colligeret, ꝓfectus fuit ad Cornelium. Et ibi stans in medio plebis, quã secũ Cornelius habebat ex amicis collectã, cuius grandior erat pars ex gẽtibus, dixit. Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæã,
matt.3 marc.1 lucæ 3 Ioan.1 quisnam rumor, quæ fama quoque de Christo vbiq; sese diffuderit. Qui incipiens prædicationem suã à Galilæa, post baptismum, quo Ioannes illum baptizauit, prædicauitque eundem Iesum à Nazareth esse Christum, dicens populo: Medius vestrum stetit quem vos nescitis, docens nihilominus quomodo vnctione spirituali vnxerit eum Deus pater, spiritu sancto & virtute gratiarum ac miraculorum. Hic Iesus pertransiuit vniuersas regiones beneficia indigentibus præstando, sanandoque omnes oppressos à diabolo. Diabolus enĩ alios opprimit morbis & calamitatibus vt ad impatiẽtiam perducat, alios onerat peccatis, vt Deo auferat, alios vanitatibus implicat, vt à Deo abstrahat impediatque, Iesus vero sanauit omnes oppressos à diabolo quotquot ab illo remedium quæsierunt. Quoniam Deus erat cum illo, quare non humana tãtum, sed diuina etiam operabatur virtute, cum esset Deus & homo.
matt.27 lucæ 23 Ioan.19 Porro nos apostoli testes sumus omnium mirabilium, quæ fecit in regione Iudæorum & in Hierusalem. Quem Iudæi ꝓpterea quod eorum corripuit vitia, occiderunt, suspendentes io ligno crucis. Hunc
matt 28 marc.16 lucæ 24 Ioan.20 mortuum & sepultum Deus suscitauit tertia die, & dedit eũ post resurrectionẽ manifestũ fieri nõ oĩ populo indifferẽter, nec vt omnibus qui crederent in illũ appareret, sed testibus manifestauit ad hoc præordinatis à Deo, puta nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo: & hoc postquã resurrexit à mortuis.

B

Marc.16 Hæc autẽ causa, quare præcipue nobis præ aliĳs se post resurrectionem manifestauit, est: Quia præcepit nobis prædicare populo ac testimonium ferre, quia ipse est, qui à Deo patre etiam secundum naturam humanã constitutus est iudex viuorum & mortuorum, hoc est, eoꝝ q in Dei gratia ab hac vita decesserunt tanquam viuentium, & illorum quoque, qui in peccato mortali ab hac vita demigrarunt, tanquam mortuorum. Aut ita: Iudex erit viuorum, qui in fine mundi viuentes reperientur in mundi conflagratione morituri, & qui ante finẽ seculi, hac luce sunt defuncti. In illo autem iudicio duo erunt: Vnum est autoritas iudicandi. Hæc æque vna est & communis tribus in diuinitate personis. Alterum est exequutio iudicĳ, seu sententiæ prolatio. Hoc competit Christo secundum humanam naturam, quam suĳpsius humiliatione, subiectione passioneque meruit. Et ideo dicitur de eo apud Ioannem: Potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Itemque: Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ioan.5 Ibidem Huic denique Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem accipere peccatorum suorum per inuocationem nominis eius, omnes qui credunt in eum hoc est, omnes qui fide & charitate illi coniunguntur seu incorporantur. Prophetarum enim vnus est sermo omnium, eos qui in Christum credunt, q̃ que Christum inuocant, in nomine eius à peccatis suis iustificari.

EXEGESIS EVANGELĳ eiusdem feriæ secundæ Paschæ. Lucæ XXIIII

C

CHristus dominus noster non phantastica aliqua specie necappareñter tm̃ vt q̃rundam hęreticorum astruxerunt figmenta, sed vere se surrexisse, multis voluit ipsemet, dominus probare argumentis. Siquidem vulnera sua quæ recepit ex clauis, quibus affixus est cruci & lancea qua est ꝑfossus, gloriosa, hoc est, vulnerũ cicatrices suo in corpore retinuit, eadẽ Apostolis mõstrauit, palpandum, hoc est, tangendũ se ꝓbuit cũ eisdem denique mãducauit. E quibus omnibus argumẽtis vere & non phantastice se surrexisse ostẽdit. Videte inqt, & palpate quia spũs carnem & ossa non habet, cuiusmodi me videtis habere. Præterea, sicut hodie legitur in Euangelio, cũ duobus ex disci-

Resurrectionẽ suã quibus argumẽtis ꝓbauerit christus veram.

Ioan.20

lucæ 24

ex diſcipulis euntibus Emaus loquens in
Ibidem ſpecie peregrini ambulabat,cũ eiſdem quo
que ad menſam,quoad ex fractione panis
illum cognoſcerent,ſedit.Sic nanque ſcri-
bit Lucas.

Duo ex diſcipulis ibant in ca-
ſtellum quod erat in ſpacio ſtadio
rum ſexaginta ab Hieruſalem, no
mine Emaus.

Qui fuerint hi duo diſcipuli, qui ad E-
maus ſe cõferebant caſtellum, quãuis Am
Ambroſi. broſius alterum nominet Amaon,in Euã-
gelio vero vnus eorum nominatur Cleo-
Theop. phas,non improbanda tamen eſt ſenten-
gregori⁹. tia Theophili & Gregorij,qui eum quem
Lucas hic tacet, Cleophæ ſocium , dicunt
ipſum fuiſſe Lucam,qui hoc Euangelium
ſcripſit,& pro modeſtia ſuum nomen ta-
cuiſſe. Ibant autem in caſtellum Emaus,
quod diſtabat ab Hieruſalẽ ſexaginta ſta-
Stadiũ qd dijs.Stadium vocant ſpacium centum vi-
ſit. ginti quinq; paſſuũ, quod Hercules vno,
vt aiunt,anhelitu cucurrerit, & tunc ſtete-
rit à ſtando dictum. Porro octo ſtadia v-
num faciunt miliare, quaſi mille paſſuum
ſpacium.Colligitur igitur ſeptem miliari-
bus ab Hieruſalem Emaus diſtitiſſe,&qua
tuor ſtadijs. Caſtellum hoc poſt vaſtatio-
nem Hieruſalem ſub Marco Aureleo repa
ratum dictum eſt Nicopolis.

Et ipſi loquebantur adinuicem
de his omnibus quæ acciderant.
Et factum eſt,dum fabularentur&
ſimul quærerent,& ipſe Ieſus ap-
propinquans ibat cum illis. Ocu-
li autem eorum tenebãtur ne eum
agnoſcerent.

Diſcipuli hi loquebant de Chriſti vita
& morte,admirantes, non vt hi qui crede-
rent eum reſurrecturum, ſed quam inno-
center eſſet paſſus,quam inſipienter ac ti-
mide ab apoſtolis derelictus,& quomodo
ipſi quoq; deinceps ſuam inſtituerent vitã.
Dum itaq; ſic fabularentur .i. Chrſti facta
fabulantium more recitarent, & adinuicẽ
quærerent, ipſe Ieſus appropinquãs, ibat
cum illis. Semper enim præſto eſt de ſe lo-
quentibus,iuxta illud: Vbi duo vel tres cõ
Matt.18 gregati fuerint in nomine meo,ibi ſum in
medio eorũ.Oculi aũt eorũ tenebantur ne

eũ agnoſcerẽt. Ambulabat eñ Ieſus cũ eis
vt pegrin⁹,habitu& geſtibus vtẽs pegrini.

Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermo
nes,quos confertis adinuicem am-
bulantes,& eſtis triſtes? D

Triſtes erant diſcipuli ex his quę cir
ca Ieſum viderant accidiſſe,quem amiſerãt
deſolatione nimia, quem reſurrecturum
audierant,ſed modicum iam inde ſpera-
bãt.Expectauerant quidem dubij &triſtes
ſi fortaſſe reſurgentem perciperent. Verũ,
cum nihil audirent de illius reſurrectio- Heb.4
ne,iam ferme deſperabant. Triſtes igitur
erant.Cum vero omnia ſint nuda & aper-
ta oculis Chriſti,non eos interrogat diſce
re cupiens,ſed ex verbis eorum occaſionẽ
vt eos doceat vult ſumere,Ideo eñ agno-
ſci ab eis noluit Chriſtus,vt pectoris ſui co
gitationes ſcrupuloſq; internos omnes li
bere,tanquam cum homine ſimplici & i-
gnoto enudarent, & ipſe ad ſingula eorũ
reſponderet dubia.

Et reſpondens vnus, cui nomen
Cleophas,dixit ei: Tu ſolus pere-
grinus es in Hieruſalẽ,& nõ cogno
uiſti quæ facta ſunt in illa his die-
bus? Quibus ille dixit, Quæ? Et di
xerunt, De Ieſu Nazareno, q fuit
vir Propheta,potẽs in opere & ſer
mõe corã Deo & oĩ populo, & q̊-
modo tradiderunt eũ ſummi ſacer
dotes & principes noſtri in dãnati
onem mortis, & crucifixerunt eũ.

Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem,
qui hæc ignoras? Quomodo te latere po-
tuit quod adeo palam factum eſt,vt nõ ſo-
lum huius rei fama aut rumor diffuſus ſit
vndique,ſed ſpectaculum quoque miſera-
bile manifeſtũ eſt omnibus qui fuerunt
Hieroſolymis? Qui dixit eis: Quæ? Et di-
xerunt: De Ieſu Nazareno, qui fuit vir
Propheta,potẽs in opere & ſermõe coram
Deo & oĩ populo. Prophetam nominant
Chriſtum,Dei filium tacentes, vel qa hoc
non credebãt,vel qa hoc confiteri coram
ignoto homine non audebant, qui eorũ-
dem poſſet ad Iudæos deferre teſtimoniũ.
Et quomodo tradiderunt eũ ſummi ſacer
dotes & principes noſtri in damnationem
mor-

mortis,& crucifixerunt eum. Vide hic, licet non confiteantur eum Dei filium, multifariam tamen commendant eum. Nominant eñ illũ prophetam & virum à constãtia & synceritate: laudant quod verax in sermone, quod syncerus, quod deniq; potens absque fictione & simulatione in sermone fuerit & opere.

Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel.

E Sperabamus quasi non amodo sperantes. Temporalis erat hæc redemptio, cuius spes fere omnibus erat iudæis insita, adeo vt nec discipuli dñi Iesu aliud putarent, quam quod temporalis esset Christus rex futurus, aut quod Iudæos de potestate Romanorum atque omni alia subiectione esset humana redempturus. Siquidem vbi cum resurrexisse etiã cognouerãt, interrogabant eum, dicẽtes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dicunt igitur: Nos aũt sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Vide autem, quia de eius resurrectione nonnihil sperauerant, præsertim cum ab eorum nondũ recessisset memoria, id quod olim apostolis cum passionem suam illis prędiceret, insinuarat: Ecce ascendimus, inquiens, Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis, Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & tertia die resurget. Huius verbi videbantur adhuc memores, & tertia die resurget. Siquidem mox subiungunt.

Act. 1

Luc 18 Mat. 20 Marc. 10

Et nunc super hęc omnia tertia dies est hodie q̃d hæc facta sunt. Sed & mulieres quædã ex nostris terruerũt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentũ, & non inuẽto corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicũt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero nõ inuenerunt.

Vt hominibus solet mœstis & pturbatis cõtingere, ita discipuli hic cũcta narrãt cũ formidine & suspitione erroris aut falsitatis. Dicũt eñ: Sperabamus eum resurrecturum, & narrãt testimonia resurrectionis, nec tñ credunt, sed adhuc hæsitant. Optabant quidem verũ esse, q̃d mulieres narrauerant, & alij formidabãt ab his q fuerãt ad monumẽtum, rẽ nõ recte ab angelis intellectam. Idcirco adhuc diffidẽtia trepidãtes dicũt: Insup tertia est dies hodie à tẽpore passiõis eius, q̃ sicut nobis p̃dixerat, ipse deberet resurgere. Ad hoc aũt, vt simus dubij ac incerti, multũ facit hoc q̃d nos facit quoque mirari, quia mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucẽ fuerũt ad monumentũ, terruerũt nos, i. in maiorem admirationem & dubietatem nos pduxerunt. Siquidẽ non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. In pplexietate quadam constituti erant, qua neque omnino credebant, neque etiã ex toto diffidebant. Optabant eñ quod dicebatur viuere, verũ esse, sed quomodo id crederent, quomodove dicẽtibus assentirẽt, quippe qui viderant illum mortuũ sepeliri ignorabant. Et abierũt qdam ex nostris scilicet Petrus & Ioannes, aut fortasse plures ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt, monumentum scilicet vacuum: ipsum vero non inuenerunt. Inter fluctus spei & desperationis hi discipuli erant constituti, vt vix ipsi scirent quid credere deberent, ex omni parte & scrupulos & argumenta, & contrarietates & psuasiones ediuerso habentes, ideo pro hac parte modo, mox iterum pro alia parte disputant, donec eos magister illuminaret veritatis. Propterea sequitur. Ioan. 20

Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt pphetæ. Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Quid, inqt, adeo estis cæci & ignorãtes, vt non capiatis hæc quæ facta sunt? quandoquidem eadem omnia olim sunt prædicta à prophetis futura. Nonne hæc oportuit pati Christũ, quæ scilicet illum pati vidistis, pro redemptione generis humani, & sic per huiusmodi victoriam mortis redire in patriam suam? Hoc enim est redire in gloriam suam. Non putes autem si Chri

si Christum oportebat pati, eos propterea excusatos à peccato, q domino passionem intulerunt. Neque enim redemptioni nostræ, cui necessarium fuit pati Christum, seruire cupiebant, sed suæ inuidiæ & furori satis facere. Eorum itaq; nequitiam sapientissima Dei prouidentia nobis conuertit in remedium. Vide autem hic cum

Pati cur oportuit Christum sic & nos

dicitur oportere Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, quid nobis expectãdum est. An meliora habere cupiunt mẽbra, quam caput? An mollius quiescent q̃ caput membra? Aut aliud nos expectabimus, quam de omnibus quidam pronunciat: Per multas tribulationes nos, opor-

Acto.14

tet intrare in regnum cœlorum? Nõ ergo, si regnum cupis introire cœlorum, aliud quam tribulationem te oportet expectare. Absit vt sine tribulatione sis. Hæc vita si cuipiam salutaris est, tribulatione nõ caret.

Pati quare oportuit Christũ Ioan.18

Qua si caret, salutaris non est. Id igitur elige, id amplectere, quod Christus. Oportebat, inquit, Christum pati. Quare? Primo, ꝑpter patris ordinationem. Calicem (propterea ait) quem dedit mihi pater nõ vis vt bibã illũ? Secundo, propter impletionem scripturę. Quomodo ergo, inquit, implebuntur scripturæ? Tertio, propter suã exaltationem, de quo in præsentiarum dicit: Oportebat Christum pati, & ita intrare

Phil.2

in gloriam suã. Et apostolus ait: Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem. Propter quod exaltauit illum Deus.

1.Pet.2

Quarto, ꝑpter nostram eruditionem. Ideo à Petro apostolo dicitur: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Quinto, ꝑpter

1.Pet.1

nostram redemptionem. De hoc denuo Petrus dicit: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed sanguine immaculati agni filij Dei. Sexto propter nostrã

Rom.5

recõciliationẽ. De q̃ Paulus: Cũ inimici essemus, recõciliati sumus per mortẽ filij eius. Septimo, propter inferni spoliationem & patrum ibi captiuorum liberationẽ. De

Zach.9

hoc Zacharias loquit, dicẽs: Tu vero in sanguine testamẽti eduxisti vinctos de lacu.

Et incipiẽs a Mose, & omnibus prophetis interpretabatur illis in oĩbus scripturis, quæ de ipso erãt. Et apꝑpinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire.

Incipiẽs Iesus à Mose, id est, à quinque libris Mosi & oĩbus ꝑphetis interpretabatur illis inomnibus scripturis, quæ erant de illo, hoc est, vbicunq; in scriptura sacra, siue id fuisset in lege & in libris Mosi, siue in prophetis aliqd erat de Christo scriptum, declarabat hoc in Iesu ita impletum. Quod tamen intelligẽdum est de locis præcipuis, quæ euidenter monstrabant in Christo aliquid implẽdum, quod modo in Iesu fuerat impletum. Et appropinquauerunt castello q̊ ibãt, haud dubiũ parũ fatigati itinere, sed illuminationibus potius recreati diuinis, quæ per Christi eruditionem in eos irradiabant. Et ipse se finxit longius ire. Discipuli enĩ hi duo ibi voluerũt manere, dñs aũt speciem ꝑferebat ituri ad locum adhuc magis distãtem. Hoc enĩ erat eius fingere, significare scilicet se non mansurum in hoc loco per noctem. Quod nec fecit, nã postea sequitur: Euanuit ex oculis eorũ. Finxit quoq; ad significandum q̊d longe à cordibus eorũ aberat, non ad decipiendum aut aliquid, quod non erat, persuadendum.

Et coegerũt eũ, dicẽtes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum eis.

Coegerunt, inquit, eũ haud dubiũ suaui molestia atq; reuerentia pia illum rogãdo, inuitando, & quasi precum addendo grauamina (quibus honestũ erat nõ refragari) non vim inferendo. Coactio hæc nõ displicet Christo, Quia potius adeo hæc illi fuit accepta, vt propterea finxisse, hoc est exhibuisse speciem longius ituri credatur, quo eos, quos iam colloquendo ad sui cognitionem aliquanto præparauerat, & propulso perfidei frigore calefecerat ad feruentiora desideria prouocaret. Ideo, inquam, finxit se longius ire, quia hoc verbum audire voluit: Mane nobiscum domine. Illos nanque per charitatis excitationem (qua se inuitabant ad capiendũ Dei verbum reddere cupiebat aptiores, & ad sua verba attentiores. Voluit præterea hic nos dominus docere, quam studiosi esse debeamus operum pietatis hospitalitatis & charitatis in proximos Christianos. Siquidem pauperes & pegrini nõ solum admittendi, sed nec tantum inuitandi

tandi, verum trahendi sunt etiam ad mensam & hospitiũ propter Christũ. Et intrauit cũ illis. Ibi mensam, vt Gregorius ait, ponũt, cibos offerunt, & eũ quẽ in expositione scripturæ sacræ nõ cognouerãt, in panis cognoscunt fractione. Eleemosyna enim interdum profundius illuminat, seu misericordiæ opus, quam lectio. Gregori.

Et factum est, dũ recumberet, cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.

H Multa fuerant, quæ detinebãt eos, ne Christum agnoscerẽt, puta timor, stupor, luctus, recensq; memoria de Christi morte. Nec facile agnoscerẽt, si qs in aliena specie, aut aliter vestitus, q sciretur mortuus, rediret. Hoc enĩ nemo suspicat, nec sperat quod redeat. Volunt tamen alioqui (vt Augustinus) à satana oculos discipulorũ detentos, ne Christum inter tot eruditionis verba cognoscerent, idque illis ex defectu fidei accedisse, donec Christo simul recumbente morem, quem in eo sæpe olim viderant, assuetum cernerent, puta, qa benedicebat panem, frangebat & porrigebat. Volunt etiam deuoti quidam hunc fuisse Christo morem, vt panem frangeret nullis decidentibus micis, non aliter atq; si cultro quis illum scidisset. Hunc igitur morem illi solitum cum vidissent, aperti sunt oculi eorum, id est, quem videbant, cœperunt agnoscere. Sunt qui hæc verba quæ de fractione, benedictione, & porrectione panis narrantur, intelligunt de pane illo, sancto, id est, de eucharistia, cuius percepti one fuerint discipuli perfecte illuminati. Vtunturq; hoc loco in Neochristianos q sub vtraq; specie contra ritũ Ecclesiæ putãt corporis & sanguinis sacramentũ laicis dãdum, quandoqdem hic sub vna tantũ specie discipulis dederit illis panem, non solum sanctificatum, sed ipsam quoque sanctificationem. Siquidem de calice hic nihil dicitur. Nam mox vbi illi acceperũt de eius manu panem hũc cõsecratũ, apti sunt oculi eorũ, & illũ cœperunt agnoscere. Agnitus vero mox euanuit ex oculis eorũ. Augustin.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, de Iesu dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes: Quia surrexit dominus vere, & apparuit Simõi.

I In seipsos reuersi discipuli dicebãt: Nõ ne cor nostrum ardẽs erat in nobis in via? quasi dicerent: Merito debuissemus illum agnouisse, qui suis verbis nos erudiens, tã insolito corda nostra feruore calefecit. Et surgentes eadem hora regressi sunt ad Hierusalẽ. Lætitia enĩ erãt pleni & dicere poterant: Dies hæc boni est nunciĩ. Si tacuerimus, sceleris arguemur. Ideo curarũt mox ad alios apostolos reuerti, & quæ acciderant, nunciare. Et surgentes eadem hora nondum peracta cœna, nec instantis noctis crepusculum horrentes, regressi sunt Hierusalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes, quoniam surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Quasi dicant: Non vt putauimus, deliramenta sunt mulierum, quæ dicunt Christum viuere, sed vere surrexit, apparuitque Simoni. 4. Reg. 7.

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quõ eum cognouerunt in fractione panis.

Propterea hi duo discipuli festinauerunt redire Hierosolymam, quo Apostolis læta nunciarent. Verum, interim quod paululũ abfuerant, lætiora illis quoq; euenerũt. Quare, vbi ad apostolos venerũt, lætitia duplicat tantis gaudiorum nouitatibus. Post graue aũt illã tristitiã, quam sustinuerunt discipuli ex morte & passione domini his diebus, suauior hæc erat illis gaudiorum nouitas, qua eos Christus voluit refici: vt quomodo tristitia illis venerat super tristitiam, ita lætitiam nunc super lætitiam acciperent. Secundum enim multitudinem dolorũ in cordibus eorũ, cõsolatiões diuinæ lætificauerũt aãs eorũ. Psal. 93

Præstet nobis omnipotens Deus, vt huius quoq; sanctæ lætitiæ participes efficiamur. Sentiamus quoq; Christũ vere resurrexisse, in nobis præstante eodem dño nostro,

ſtro,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

SERMO IN EADEM feria ſecunda. Peregrini conditiones cuiuſmodi ſint nobis imitabiles: & quid amor faciat.

K Non habemus hic manentē ciuitatē, ſed futuram inqrimus, Hebræ. XIII. Certum eſt nos omnes hic eſſe aduenas & peregrinos, vt Petrus ait Apoſtolus, ſuper terram,quare hic non vt in patria,ſed in exilio viuimus. Aliter autem longe viuendū eſt peregrino & exuli,aliter ciui. Qui enim peregrinus eſt,viatorem ſe agnoſcit,nec diutinam ſe vno in loco habere manſionem ſed locum videre illi conceditur & tranſire. Quo circa bene dixit Paulus, vt ab amore nos vitæ abduceret præſentis: Non habemus hic manentem ciuitatem, quam ſcilicet diligamus,aut credamus diu inhabitare,ſed futuram inquirimus. Quaſi volens dicere: Non eſt nobis cogitandum q̄ modo in hac vita ſit nobis bene, nec ita proſpiciamus nobis, quaſi ſemper victuris,ſed de patria noſtra: de ciuitate quam perpetuo inhabitabimus, cogitemus,ad illam aſpiremus,ad illam tendamus, ad illamque continue ambulemus. Hoc vt nobis Chriſtus quoque commendaret, in ſpecie apparuit peregrini. Peregrinus non paucas habet conditiones nobis imitabiles. Prima eſt, quod cogitat ſcitque in quouis loco non diu manſurum ſe, ideo non diu quieſcit,præterq̄ vbi manere eum oportet,hoc eſt,in patria ſua, aut vbi in loco habitat quaſi in patria ſua. Si bene illi eſt in via,minus inde exultat,propterea qd hoc gaudiū ſcit ſecū diu pſeuerare nō poſſe,& q̊d trāſibit inde. Si vero triſte qd illi occurrerit,minus grauatur,ſciēs id, fore quod tolerat,breue & tranſitorium, q̊d mox euadat. Hoc modo omnes nos conuenit eſſe peregrinos,qui ab amore huius vitæ præſentis ab omnique gaudio caduco & terreno eſſe debemus alieni, non vt nihil mundani gaudij vnquam ſentiamus, ſed vt nihil his confidamus,nihil nos implicemus,nihil inde conſolemur,nihilque ibi quieſcamus,ſcientes quia vanitas vanitatum,& oīa vanitas, nihilq; eſt quod fixum ſtabileve permaneat ſub ſole. Filij igitur hominum,vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quæritis quæ vobiſcum non perſeuerant, quæ coram Deo vos excuſare non poſſunt,quæ iuuare nequeunt,quæ poſtremo vos quoq; fallunt & decipiunt. Secundo, nihil grauiter nos contriſtet,memores quod leue & momentaneum eſt pōdus tribulationis noſtrę,q̊d hic ſuſtinemus, ſi cōpateremur ad futurā gloriā æternitatis. Quicqd enim nos hic torquet,etſi diuturnū ſit, propterea quod nulla tribulatio nō affligat & diuturna nō videatur, perpetuum tamen nihil hic eſt, ſed finitur omnis terrena calamitas hic ęque vt felicitas. L Hæc igitur peregrini conditio nos hic tam in. ?ruit quam cōſolatur,quod peregrinatio noſtra perpetua non eſt,nec diuturna ſuper terrā. Quid igitur bona pereuntia multo labore quærimus, quæ diu non poſſidebimus? Aut quomodo lætabimur ſuper re aliqua, cum qua diu nō verſabimur,cum quane ad momentum quidem vt moremur, ſecuri ſumus? Recordemur diuitis illius, qui p̄nimia rerum abundantia horrea dilatauit,& conſolans ſeipſum, dicebat: Epulare anima mea & gaude,quia in multos annos bona habes repoſita. Sed quid illi dixit Deus? Nempe,Stulte hac nocte à te repetent animam tuam,& ea quæ congregaſti,cuius erunt? Vides,quia ſuper diuitijs exaltauit, quibus frui diu non potuit? Nonne ſatius ſe cogitaſſet peregrinū ſuper terram, qui nihil in terrenis omnibus fideret, ſed vbicunque ambulat,ſciret eadem ſua non eſſe,ſe cum illis manere nō poſſe, nec illa vt ſecum aſportet,ſibi licere? Sunt alij q gaudent ad organū & ſonitū tympani,ducuntque in bonis dies ſuas, viuuntque hic vt ſemp victuri,vtpote ciues huius mūdi, nō peregrini. At cū ſe viuere putant, cū ſibi ſalua oīa credūt (vt ſequitur in puncto ad infernum deſcendunt. Imitemur igit peregrinorum conditionem, vt in itinere ea quæ nobis occurrāt,itueamur tantū, vidiſſe ſufficiat,trenſeamus,nihil nos detineat aut remoretur,alioq nunquā ad patriam veniemus. Nihil etiā vos impediat, ſed aſpera & dura penetremus. Secunda eſt peregrinorū ac viatorum conditio nihil ſecum ſumere præterquā viaticum. Sciunt enī viatores ſe grauari ac premi,quicquid ſecū portare p̄ter viaticum voluerint. Hoc modo non plura quæramus, quam nobis ad ſuſten-

1. Pet. 2 — Peregrinorū mores qui Hebr. 13 — Lucæ 14 Peregrinorū conditiones. — Eccle. 1. 12 — Psal. 4 — 2. Cor. — Luc. 12 — Ioh. 11 — Ibidem

1.Tim.6 ſtentationem ſit neceſſarium.Habentes e-
Pſalm.38 nim alimenta & ea quibus tegimur,his cō
tenti ſimus.Sed quis hæc mundo perſuade
bit?Theſaurizant,& ignorant cui congre
gabunt ea, omni quo viuunt tempore in
anguſtijs,in tribulationibus, in metu, in
triſtitia,in inuidia,ſeſe conſumentes.Quid
dicam de curis & afflictionibus animi? In
mollibus lectis inquieti dormiunt, nocte
diuque ſolicitudinibus anguntur, diſcru-
tiantur cura filiorū,vt illos diuites efficiāt,
vt illos beent ſoliciti.Sic eaſdem miſerias,
quibus ipſi fatigantur, & calamitoſas in-
Heb.13 felicitates quaſi hæreditatem quandam fi-
lijs reliquunt. Quam feliciores ſunt hi, q
paucis contenti peregrinos ſe agnoſcunt
M ſuper terram, nec onerari ſe conſentiunt
in itinere,quibus ſufficit vt tantundem ha
beant,quo ad patriam perueniant.
Tertia peregrinorum conditio eſt,quod ſi
calumnia aut iniuria illis irrogatur, tranſe
unt & contemnunt. Neque enim ſe apud
illos,cum quibus vix ad horam manent,
arbitrātur ſe humiliatos. Nullas idcir-
Ioan 8 Heb.13 co lites,nulla inſtituunt iurgia,ſed eo velo
cius declinant,ad patriā feſtinātes.Sic tibi
fili,qui non vis de hoc eſſe mundo,qui nō
Ioan.8 manentē hic habere te putas ciuitatē, ſed
futuram inquiris, viuendum eſt, vt ſi tibi
iniuria aut contumelia fiat, cogites te de
hoc mundo non eſſe, nec conuenire tibi,
vt iudicij tibi forum quæras inter alienos,
vbi manere nō potes.Nec vlciſci iniuriam
Mal.38 quæras,nec cōtendere velis aut rixari,ſed
diſſimulare & tranſire, memor te aduenā
& peregrinū inter filios hominum.Interea
enim quod peregrinus ſtaret pugnans &
litigans,aut forum iudicij quærens, inte-
rim ab itinere remoraret,ſic tu quoq; à p-
fectu impediris,ſi omnibus volueris reſpō
dere,omnia diſcutere,in omni loco tepro
pugnare aut excuſare. Quarto, circa ea
quæ ſibi occurrunt pulchra & amœna, pa
rum aduertit viator & peregrinus. Si pra-
tum floridum,ſi fontes & riuos lympidos,
ſi frondoſum tranſierit nemus, ſi deni-
que alia videt quæ illū delectant,nō cupit
ibi morari,aut qeſcere,aut domum locare,
nec manere,ſed de patria ſua cogitat,ſolli-
citus ne ab illa deferatur,ne proget ſuū de
ſiderium, quo illam ſemper optat, ad il-
lam aſpirat,& quātum adhuc ab illa diſtet,
quotidie emetitur.Hoc modo viator & pe
regrinus, dum huius vitæ oblectamenta
trāſit,non in his debet hærere,non ibi ani
mum figere,ſed vbi amœna, aut ea quæ de
lectant,aut animum quæunt irretire, vide
rit,confeſtim ea derelinquat & prætereat,
ſemper expendens meditando, quantum
diſtet à patria,quid ſuperauerit, & quid ſi
bi adhuc immineat, quæ difficultates ad-
huc ſuperandæ,donec perueniat,quo inte
rim ſuſpirat. In omnibus igitur quæ tibi
occurrunt ſiue iucunda fuerint,ſiue aduer
ſa,teipſum conſolare, teipſum excita, tei-
ſum frāge & cohibe,teipſum cōtine, vt ad
quæcunque effrænis petulanſq; appetitus
tuus ſe conuertere voluerit, cum Dauide
dicas:Aduena ego hic ſum & peregrinus, Pſalm.38
ſicut omnes patres mei,Itemq; cum Apo-
ſtolo:Non hic habeo manentē ciuitatē.Et: Heb.13 1.Tim.6
Nihil in hunc mundū intuli,nihil inde ex
portaturus.Oīa mihi hic aliena & accōmo Ioan.8.17
data tantum ſunt.Hæc de mundo ſunt, e-
go nō ſum de mūdo. Cur igitur propter
hęc velim turbari, pacem meam amittere,
digladiari,liuorem & virulentum in cor-
de vulnus accipere?Tranſeant quæ volūt,
& ego illa tranſeā.Chriſtus mihi viuere eſt
& mori lucrum, Dixi ergo in princi- N
pio:Non habemus hic manentem ciuita- Phil.1
tem,ſed futuram inquirimus.Sed quæ,in- Heb.13
qs,eſt hæc ciuitas,quā futuram inqrimus?
Hæc profecto eſt,quam Ioannes vidit ſan Apoc.21
ctam deſcendentem de cœlo, à Deo para-
tam,& ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.
In qua abſterget Deus omnem lachrymā Eſaiæ 25
ab oculis eorum,& mors vltra non erit,ne
que luctus,neque clamor, neque vllus do
lor erit vltra.Hæc eſt illa ciuitas,quæ habet
claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi
pretioſo,tanquam lapidi Iaſpidis,ſicut cry
ſtallum,quam habere Ioannes vidit mu- Apoc.21
rum magnum & altum, habentem portas
duodecim,&in portis angelos duodecim,
cuius erat ſtructura muri ex lapide Iaſpi-
de:ipſa vero ciuitas aurum mundum, ſimi
le vitro mundo. Et fundamentum muri ci
uitatis omni lapide pcioſo ornata. Et duo
decim portæ ciuitatis duodecim ſunt mar
garitæ.Singulæ ēm portæ ex ſingulis erāt
margaritis,& platea ciuitatis aurū mundū
tanq̄ vitrū perlucidum. Et ciuitas hęc non
eget ſole neq; luna, nam claritas Dei illu
minabit eam. Non intrabit in eam aliqd
coinqnatum,aut abominationē faciens&
mendacium,niſi q ſcripti ſunt in libro vi- Heb.13
tæ agni.Hanc itaq; ciuitatē inqrimus.

O

Matt. 7 Via quęnā sit q̄ ducit ad vitam. Verum non ignorare nos hic oportet, q̄d via quæ ducit ad hanc ciuitatem, est arcta & angusta, paucisq; adamata. Hanc tñ quotq̄t saluati sunt, oēs ambulauerunt. Ideo aūt est arcta & à paucis frequentata, qa sita est in mortificatione propriorū desideriorū, in abnegatione sui, in humilitate, in patiētia, & in paupertate volūtaria, quæ omnia habent laborem & difficultatem, quæ nemo amat. Virtutē certe nemo est qui nō amet, at nō ita amāt oēs virtutis exercitiū, & p virtutis assecutione laborem ac pugnā. Est alia via spaciosior, amænior & iucūdior, sed hæc nō ad ciuitatē hāc ducit, sed ad miseram quādā captiuitatē. Hæc est via propriæ voluntatis & priuati amoris, quæ cultores habet multos, sed stipendia mala. Ducit enim, teste veritate, ad pditionē. Porro arcta via & angusta ducit ad regnū cœlorū. Dicit qs: Quid est q̄d huius arctæ & felicis viæ possit tēperare labores? Dicendū, nihil magis potest efficere, vt q̄d alioq foret in hac via labor, pœna, difficultas & molestia, iā neq; sit labor, neq; aliud alioꝝ, sed desiderium iucunditatis & amor. Hic ēm omnia dura, oīa aspera, tolerabilia, suauia & propemodum desiderata facit amor. Quid ēm quæso non facit amor se mutuo amantiū? Quid amor facit gloriæ aut potestatis? Quid non subire suadet? Quid alioqui intolerabile nō facit suaue? An amor Dei non potest, quod amor potest mūdi? Nōne videmus multos, q hominem præsertim alterius sexus amant, nullo labore, non æstu, non grādine, nō metu, sed nec minis arceri posse, nulla difficultate vinci, cū velint amore potiri optato? Nonne magis est potēs Deus, suauis & bonus, q trahat, sapienterq; iuxta seculi iudicium dementet amantes se? Est ergo amor solus q ea quæ difficillima & ꝑpe impossibilia sunt, facit tolerabilia & suauia. Hoc videmus in sanctis martyribus. Quid enim non sustinuerunt p eo, quē toto corde sua uiter amauerunt? Quis horū conquestus est de pœna? Nonne prouocauerūt etiā ad cruciatus sibi inferendos tortores? Videamus antiquorū eremitarum priscorumque monachorum feruorem. Quis eos docuit tanta austeritate ieiunare non solum à delitijs, sed à necessarijs quoq; abstinere, penuriam & contemptum pati, nisi amor Christi? Verū dicit quis, vt audio maxime necessarius est mihi amor Christi q̄modo alia q̄q;, quæ ex amore fieri debent suauia, sunt necessaria. At ego oībus careo. Quis hunc dabit amorem vehementem, q alia facit omnia leuia? Quō amorem Dei hunc assequar? Dicendum: Omniū piorū est hæc quærimonia, & amantium & non amantiū: hoc est, Dei amorem sentientiū, & non sentientiū. His enim q amorē Dei in se aduertunt, videtur (atq; id iuste) quod Deūm tepide nimis ament, & q̄d de sancto Dei amore sibi (vt reuera est) desit nimiū. Sunt etiā qui Dei habent, sed non sentiūt amorem. Opera enim & studia eorū indicant eos absq; Dei non esse amore. Cōqueruntur tamen & plangūt vehementer, q̄d insipida sint illis ea potissimum, quæ maximopere cū feruore & deuotione perficere desiderant. Verū, vt quæstioni satisfaciam: Pro amore o filij habendo, necessaria vobis est bona voluntas. Orate Deum vt hūc vobis ad suā gloriā infundat. Interim siue amorē senseritis, siue nō senseritis, cauete omne pc̄tm̄. Quicquid noueritis Deo displicere, hoc nunq̄ veniat in consensum vestrum. Nunq̄ velitis admittere, nunquā etiā negligere, qcqd phibuerit, aut qcqd voluerit ille. Hoc vnum studiū sit vobis continuū, nolle scilicet agere, quæ Deo displicēt nolleq; omittere, quæ placent. Quod si p subreptionem aut quocunq; alio in vos modo intrauerit delictū, illud cū dolore ac fletu cordis delete, expurgate, corrigite, & deinceps cauete. Hæc faciendo filij, non solum obtinebitis, sed habetis (credite mihi) Dei amorem: quia id nequāq̄ possetis, nisi Dei amor sanctus hoc operaret in vobis. Neque enim oportet vt sentiatis amorem sed vt habeatis. Nec amor est, sed feruor est amoris seu amoris incendiū quod sentitis. Sentire autem (vt dixi) non semp est necessarium, sed habere. Quod nobis omnibus largiatur Iesus Christus in æternum benedictus Amen.

Matt. 7

Ibidem

Amori p priū qd.

Amor qui obtinent bonus

P

SERMO I. IN EADEM solennitate. Vulnera quinq; cur Christus seruauerit, & cuiusmodi deuotionis exercitio sint honoranda

Videte

Videte manus meas & pedes meos, qa ego ipse sum. Lu. XXIIII. Christus Iesus dñs noster fratres charissimi, resurgẽs quinq; vulnera (qbus sumus redẽpti) gloriosa in suo corpore seruauit. In oĩbus operibus saluatoris, nostri, in singulis eius beneficijs nihil tã elucet, q̃ immẽsa ipsius ad nos charitas. Eius natiuitas, eius p̃dicatio, eius passio, eius deniq; hodierna resurrectio qd clamant aliud, qd monẽt, q̃ vt attẽdamus, quãti nos fecerit ipse, quantum nos dilexerit? Quid eñ attinet, vt resurgens, quinq; vulnera, videlicet signa clauorũ ac lanceę suo in corpore retinuerit adeo manifesta, vt videri, adeo profunda, ac magna, vt immissis digitis poterant tangi, quam vt suã in nos charitatem nobis hoc modo prædicaret? Atqui quod olim verbis per Esaiam, nunc vulneribus proprijs ad quemlibet nostrũ clamat. Nunquid mulier potest obliuisci infantẽ suum, vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. In manibus meis descripsi te. Ecce in manibus, ecce in pedibus, ecce in corde quoque redemptoris nostri scripti sumus, ne vnquam nostri apud Deum memoriam putemus abolitam. Ingens prorsus fidutia hic nobis donata est, vt neque at nos obliuisci Christus: quandoquidem signa passionis, signa redemptionis, signa deniq; dilectionis suæ membris suis inarata circumfert, oculis proprijs semper obijciens. Vnde prima hæc causa putanda est, quare suo in corpore vulnera retinuerit, videlicet vt nulla nos vnquam obliuione à suæ dilectionis memoria delendos significaret, tametsi alia quoq; causa sit, vt p̃ dilecto patri suo pro reatibus nostris supplicando hæc tanquam redemptionis nostræ precium pro nobis quotidie offerat, & ipsum patrem misericordiarum ac totius consolationis ad misericordiam erga nos inuitet. Est preterea tertia causa fortasse cæteris non inferior, vt facilius hoc modo suæ nobis passionis memoriam persuadeat imprimendam in terris, cuius signa circumfert ipse in gloria maiestatis. Et certe immodica foret ingratitudo, acceptũ non recolere beneficium, quãdo is qui impendit, ne cesset benefacere exhibitæ iam charitatis suę sibi retinet monumentum. Id circo apostolis, imo nobis omnibus. Videte, inquit, manus meas & pedes. Videte & tanquam in libro vitæ legite, quid pro vobis fecerim, quid in exemplum vobis reliquerim. Videte volumen expansum noui testamenti, quinque vulnera tanquam libros quinque Mosi in se continens: qbus quid ego amori vestræ fecerim, & qd mei amore vos deceat agere, legatis. Scrutemur igitur quid in his Christi vulneribus scriptum sit, vt quoties in crucifixi imagine hæc quinq; Christi membra aut plagas osculamur, obiectũ ibi aliqd reperiamus contemplandum, venerandum, imitandũ, & oratione impetrandum. Itaque imaginemur, vt in quinque vulneribus Christi quinque singillatim virtutes nobis occurrant, membris eorundem vulnerũ congruentes. Verbi gratia: Manifestum est omnibus per pedes in scriptura sacra plerũque significari solere hominis affectus. Vt etenim pedibus corpus, ita affectibus gradiatur animus. Eam ob rem in vulneribus pedum Christi duas virtutes affectiuas ipsius meditemur, humilitatem videlicet & paupertatem. Quas propterea voco affectiuas, quia quatenus in affectu sunt, eatenus etiam & non aliter dicuntur virtutes. His duabus virtutibus mundum vniuersum Christus, & quicquid mundi ambitu extat vitiosum, calcauit: quæ cũ in omni vita sua, præcipue tamen in passione enitent. Quocirca ne à memoria, hoc est, ab imitandi studio virtutes hæ nobis excidant, in pedibus (in quibus dixi significari affectus) Christi manserunt stigmata sacra, quæ oculis nostris obiecta, etiam harum virtutũ in Christo nos commonefaciant, simulq; ad imitaitionem inuitẽt.

Ad hunc modum in manibus Christi vulnera duo, duas etiam nobis virtutes alias significant, obedientiam scilicet & patientiam. Quæ propterea in manibus locũ suum sortiuntur, quod per manus in scriptura operationes intelligimus. Porro in Christi passiõe, tã obediẽtia q̃ patiẽtia eatenus dici possunt virtutes actiuæ quatenus obediendo ac patiendo Christus, & patris voluntatem, & nostri operatus est redemptionẽ. In lateris vulnere, quod est cordis, innuitur nobis quinta virtus, quæ est Christi viscerosa charitas, quæ oẽs Christi actus, omnia verba, cuncta denique quę passus est, & ineffabili decore illustrauit & incredibili suauitate condiuit. Itaque in quinque Christi vulneribus Christi iam

Esaie 49

Vulnera cur christus in corpore suo reseruauerit

1. cor. 11

Luce 24

Contemplanda q̃nam sint in vulneribus christi

K

Pedes mystice quid signent

Virtutes affectiuę q̃

Virtutes actiuę quę

man⁹ mystice qd significet.

Virt⁹ cordis quæ

quinq; legimus & veneramur virtutes, quę quomodo in Christi vita ac passione emineant singillatim explicabo paucis. Neminem tamen mouere debet, si in festo resurrectionis de Christi loquimur passiõe, quandoquidem victoribus etiam propha nis in triumpho recensentur aut concinũtur, quæ ante gesserint, aut passi sint in p̃lijs. Christus quoque resurgens hodie, vulnera sua gloriosa non ad tristitiam, sed ad gaudium apostolis ostendit. Verũ de hoc satis. Duas ante dixerã virtutes in Christi pedibus nobis significatas, quibus mũdum omnem calcauit, non solum nihil gloriæ, nihilve diuitiarum ambiens, verum ex affectu etiam & desiderio contemptũ & egestatem sustinens.

L Principio igitur de humilitate eius dicamus. Hæc in nullo fuit homine profundior atque abiectior, quam in Christo. Quippe qua cõculcat & confutat omnem elationem humanam, vt vel sub humili Deo deinceps non altum sapiat homo, nec vltra apponat se magnificare super terram. Sed videamus nunc quam nihil glorię, quam nihil honoris ambiuit super terram, dominus ipse rex gloriæ. Volens incarnari, non diuitẽ, non mundano stemmate insignem elegit matrem: sed pauperum, humilem, & iuxta seculi opinionem abiectam. Iam nasciturus noluit ciuitatem magnam eligere, noluit amplum palatium, noluit nasci vbi seruientium & occurrẽtium famulorum adulatrix adesset turba, noluit vbi hominum adesset frequentia, sed elegit tuguriolum, desertum, vile, & vbi nihil esset, quod non præferret abiectionem. Vitauit aurea, spreuit holoserica execratus est quæque pomposa: non admisit pręter parentes famulantium obsequia, vilibus inuolutus est pãnis, contemptibili præsepio honoratus. Adde iam, quod nec voluit nisi paucissimis & his vilibus, vtpote pastoribus, idq; solũ pro suæ natiuitatis testimonio, cognosci, noluit prædicari: voluit sui persecutionem fugere, non vlcisci, voluit quasi impotens & imbecillis, non gloriosus haberi. Accedit, quod ignotus mundo atque inglorius triginta annis latuit. Cęterum, prędicans atque miracula faciens, quam honorari aut commendari noluit? quam neminem spreuit? quam familiaris pœnitentibus, miseris atque egẽtibus fuit? Deinde obserua, opprobria, derisiones, contemptũ scribarum, & pharisæorum dolos, in omni vita ac passione sua quam patienter sustinuit? Accusationes iniquas, & sui infamationes quam humiliter non excusauit? ad contumelias, ad conuitia quam innocens tacuit? Quid quod ad pedes piscatorum lauãdos diuina se maiestas inclinauit? Quid quod corpus suum virgineũ laceratum & cruore perfusum, ante oculos hostium suorum passus est nudari? quod pudicissimis quibusq; virginum sæpenumero intolerabilius fuit morte: Quid, quod deinde cũ latrone comparari, latronem sibi ad vitam præferri, cum latronibus educi, inter latrones medius non dedignatur crucifigi? Nõ ne passionis locum ignominiosissimum, mortis genus turpissimum & (quod dixi) consortium despectissimum, conditiones mortis & moriendi modum abiectissimum elegit? Non est species ei (inquit Esaias) neq; decor. Et vidimus eũ, & non erat ei aspectus. Et desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virũ dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Itemq;: Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Itaque nihil abiectionis, nihil vilitatis, nihil fuit ignominiæ, quod impij humili Iesu (in quo diuina contemnebatur maiestas) non irrogarent: nihil inferre poterant eiusmodi, q̃d humilis Iesus non affectaret. Hanc Christi humilitatem quasi in primo vulnere pedis reconditam meditemur, hanc gestiamus imitari, hanc rogemus nobis infundi.

M Hinc ad alteram virtutem quæ est paupertas, accedamus. Cũ domini Iesu iã humilitatẽ prædicaremus, dictum est, & plus dici posset, quantum abiectionis iuxta humanam ostensionem, eius habuit natiuitas. Inde liquet etiam, quãta eius fuerit paupertas. Defuit hospitium, defuit cũnabulũ: & quid ibi, bone Deus non defuit, vbi tenera virgo ac mater inter ignotos peregrina diuersorijs exclusa, præ inopia sub vili tuguriolo seu stabulo iuxta præsepe boum natum habens infantulum habitabat? Et quid, quod nemo ibi non modo quæ ad commoditatem, sed quæ ad necessitatem etiam maximam deerant, offerrebat? Rigebat gelida hyems, & frigore nox media stridebat, quando interim tenero regioque mox nato infantulo fœnum substernitur

Marginal notes: Humilitas christi quanta. Rom. 11. Psalm. 9. Psalm. 23. Lucæ 1. Lucæ 2. Ioan. 13. Lucæ 23. Esaiæ 53. Ibidem. Paupertas Iesu christi.

nitur, quia plumarum aut pellium ne mētio quidem præ inopia fuit. Iacebat in præsepio ante iumentorum ora: quæ creatorem suum cognoscentes, spiritu suo, hoc est, anhelitu calido frigus ei temperabant. Et hæc tum quidem, cum in propria terra, hoc est, cum in sua adhuc morabatur gente. Quid subinde paupertatis & inediæ existimauimus passum cum subita persecutione agitur in exilium, defertur per desertum, degit inter alienos, parentibus tenuitatem victus manuum labore quærentibus? Operabatur virgo nobilissima filo & acu, aut opere textrino, & paruulus Iesus, quod creditur, matris opera detulit vicinis, preciumque piæ matri reportauit labores. Et vt obiter hæc dicam, Erat puellus amabilis nimium, & (vt habent sanctorum reuelationes) quicunque ei loquebatur, adeo non poterat eius aspectu & alloquio satiari, adeo non poterat abstrahi, vt etiam omnis aduersitatis interim aut mœroris (si quibus premebatur) colloquens obliuisceretur. Vnde omnes cupiebant puero Iesu loqui, quia nemo non magno gaudio potiebatur, quisquis huius aspectu & moribus frui potuisset. Verum ad eius paupertatē reuertamur. In deserto XL. diebus ac noctibus moratus, vbi quæso cubabat, vbi requiescebat? Pari modo in mōte sæpenumero orans pernoctabat: & quieti si quando voluit fessum corpus dare, nō ne in terram nudam (vt sancti scribūt) mēbra virginea colligebat? Nihil in mundo (cuius opifex erat ipse & gubernator) posfidēs de eleemosynis viuebat oblatis. Quas vbi nemo obtulisset (quod docti quidam aiunt, vel tum maxime eidem vsu venisse, cum duodēnis in templo Hierosolymis triduo manebat) ostiatim mendicabat. Quid tandem in passione? Fugiunt discipuli, lōge stant ab eo noti, non cognoscunt amici: tandem etiam à patre derelinquitur, & solus ducitur inter hostium cuneos, omnibus destitutus. Nudatur vestibus, terra priuatur, hoc est, inter cœlum & terram in aerem suspenditur. Sitiens & clamans aquę guttam non habet. Crucifixo deest quo caput reclinet, alieno mortuus vtitur sepulchro, & superstitem relinquit matrem pauperem sine proprio. Tertia virtus, est, obedientia, quam in vulnere manus eius reconditam comperimus. Descendi, inqt Christus, de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et alibi dum esurienti cibum offerebant sui. Meus, inquit, cibus est, vt faciam volūtatem patris mei, qui misit me. Item in dura illa agonia orādo partis voluntati se subdidit offerens in mortem, & dicens: Pater, si non potest transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Cæterum, obedientia eius tanto perfectior emicat, quanto grauius duriusque fuit præceptum patris, quod subiuit. Nam iniquitates omnium nostrum posuit super eum pater, atque in eo puniuit, vt sub dura ipse lueret disciplina pro nobis, nos essemus in pace. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, & nos eius liuore sanati sumus. Sed nunquid soli obediuit patri? Nequaquam. Obediuit patri, obediuit legi, obediuit parentibus, obediuit sacerdotibus, obediuit Iudæis quoque & tortoribus. Et cui tandem citra vitium non obediuit? Cui vnquam suam ob voluntatem statuendam restitit? Itaque totus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quarta virtus, alterius videlicet manus, est patientia in aduersis. Nulla inuenta est mansuetior, nulla tranquillior patientia domini Iesu: tametsi Marcus illum referat duros & impios aliquando circūspexisse cum ira. Quæ ira tamen ne putaretur liuoris aut impatientiæ, sed charitatis, sequitur: Et contristatus est super illorum cæcitate. Sic durissime interdum obiurgauit hypocritas, ambitiosos, auaros, & cæteris vitijs inquinatos. Sic eiecit flagello homines quæstuosos de templo, veritatem synceritatemque zelans, non vitia (quibus nulla debetur patientia) palpans aut dissimulans. Vtrunque enim docuit, zelum videlicet & patientiam. Vtrunque suo & loco & tempore exhibuit. Nam dicebatur filius fabri, vorax & potator vini, amicus publicanorum. Samaritanus, dicebatur insanire, dicebatur ex Deo non esse, dicebatur dæmonium habere: nec tamen his, nec quibuscunque alijs derisionibus, contumelijs, iniurijs, persecutionibus, oblocutionibus (quas frequenter patiebatur) inuentus est vel leuis indignationis impatientiæve indicia dedisse: Nunquam ne signo quidem acceptam visus est retaliare iniuriam. Passus est trucu lentos atque minaces hostium vultus, passus est impia & dura verba, passus est dira

Amabilis quantū fuerit puer Iesus

N

Matth. 4
Lucæ 4
Matth. 8
Lucæ 9
Lucæ 2
Matth. 26
Marc. 15
Matth. 27
Ioan. 19
Matth. 26
Obediētia Iesu quanta
Ioan. 6
Ioan. 4
Matth. 26
Marc. 14
Lucæ 22

O

Esaiæ 53
Lucæ 2
Phil. 2
Patientia Iesu quanta.
Marc. 3
Mat. 7. 15. & 23
Luc. 6. 13
Marc. 11
Luc. 19
Ioan. 2
Matt. 13
Marc. 6
Matt. 11
Ioan. 8

ac crudelissima tormenta: neq; tamen querula ab eo vox vlla auditur, neq; nisi vbi ratio cogeret, persequentibus aut calumniantibus respondet. (1,Pet.2) Siquidem cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, (Esaiæ 53) & sicut ouis ad occasionẽ ducitur, & sicut agnus coram tondente se obmutuit, nec aperuit os suũ.

P (charitas Iesu qn̄ta.) Quinta virtus est charitas, hæc in vulnere cordis congruũ sortitia est locũ ardentissima latissima maximeq; profusa, maximeque puta ad ingratos, ad inimicos, ad omnes. Hæc illum de cœlis traxit, hæc incarnari, hæc pati, hæc illum pro nobis mori coegit. Hæc ne tantillo quidem suo parceret corpori fecit: adeo vt etiam interiori semetipsum tristitia grauius affligeret, externis passionibus occurreret, cuncta membra sua omnesque vires in supplicium vltro expenderet, (Psal.129) omnes sanguinis guttas profunderet, ne non copiosa esset ipsius pro nobis redemptio, & vt euidentissima sui erga nos esset amoris manifestatio, & vigorosa ad se nostri attractio. Ideo nihil eidẽ obstitit, quin totus efflueret pietate, totum se erogaret commiseratione, totum se impenderet charitate. Vnde cum in effabilibus in cruce doloribus & angustijs premeretur, & non aliud quam impias in se blasphemantium voces, improperantium que audiret insultus, nunquid in eo charitas tunc defecit? Haudquaquam. Et quomodo has vltus est iniurias? Obortis lachrymis pietate pariter ac compassione fluentibus, excæcatos & impios miseratus est: (Lucæ 23, Ioan.10) quos etiam excusans, oratione patri commendauit. Postremo, cuius nemo tollere potuit animam, charitas ipsum quasi vicit, atque in mortem pro nobis vt traderet, coegit: nec tñ mors charitatem extinguere potuit. (Ioan.19 cor Iesu cur christus plagis permissum) Nã mortuus cur quæso lancea cor suum nobis aperiri voluit, nisi vt ostiũ in se, intrandiq; nobis copiam faceret, charitatem qua cuncta pfecerat, nobis ostenderet, & liquoris id quod in se pauxillũ superetat pro nobis simul effunderet, & quã nihil nostri causa sibi seruare vellet, nobis insinuaret? Postremo, à morte resurgẽs, qñ iam data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, quõ putatis pdet deicidas istos? (Matt.28, Marc.16) Ite (inquit apostolis) in mundum vniuersum ad vlciscendam iniuriam meã. Quõ? (Ibidem) Ite, prædicate Euangeliũ omni creaturæ: q crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Aqua se lauent lateris mei, & quem fuderũt, meo sanguine oĩbus sese expiẽt pctis.

Age, age, sic loquat dñs meus. Talis vltio talem decet charitatẽ, quæ tam exuberans in te est dñe Iesu vt vestimẽta q̃q; tua se attingentibus effundant pietatẽ. Hæc sunt charissimi fratres qnq; virtutes Christi meditandæ, & e quinque vulneribus eiusdem petendæ, (Pariter christi quo modo imitanda.) nisi quis sex virtutes maluerit, quod non improbandum est, & vulneri cordis duas tribuat hac ratione permotus, quod cum e cæteris vulneribus sanguis tantum, ex corde fluxerint pariter sanguis & aqua, & ita in sanguine suę deuotioni præfigat feruentissimam Christi charitatem (de qua dictum est) in aqua vero candidissimam castissimamq; ipsius puritatem, quippe cum sit agnus sine macula, (Sapien.7, Hebr.1) candor lucis æternæ, & splendor paternę gloriæ. Cui laus sit, honor & gloria & gratiarum actio sine fine, Amen.

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM paschæ epistola Actorum Apostolorum ex capite decimo tertio.

XXIIII In diebus illis, Surgens Paulus, & manu silentium indicens ait: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum: vobis verbum salutis huius missum est. (matth.27, marc.15, matth.23, Ioan.19) Qui enĩ habitant Hierusalẽ & principes eius, ignorãtes Iesum & vocẽ prophetarũ quę p omne sabbatum leguntur, iudicãtes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, vt interficerent

cerent eum. Cumq; consummassent omnia quæ de eo scripta erant, de Matth. 28
ponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero su Marc. 16 Lucæ 24
scitauit eum a mortuis die tertia. Qui visus est per dies multos his qui Ioan. 20 Psalm. 2
simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem, qui vsque nunc
sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad pa
tres nostros repromissio facta est, quoniam hãc Deus adimpleuit filijs
vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A CHRISTI resurrectio admo-
netnos fratres charissimi, vt ab
Titum 2 negantes impietatem & secula
ria desideria, id est, cũctis vitijs
emorientes (Mors enim præce
dat necesse est, ante quam liceat resurgere:
sicut & Christus prius mortuus est, dein-
de resurrexit) sobrie, & iuste, & pie viua-
mus in hoc seculo, quæ est vita gratiæ, ex-
pectantes beatam spem futuræ resurrectio
nis nostræ, & aduẽtum gloriæ magni Dei,
qui reformabit corpora nostra configura
ta corpori claritatis suæ, vt cũ ipso semper
viuamus in gloria, tanto beatiores, quan-
to nũc vitijs studiosius mortui fuerimus.
Ergo vt digne celebremus resurrectiõem
seruatoris nostri, quanta possumus animi
contentione ac pia mentis sedulitate inhæ
reamus Deo ac domino nostro, mundum
despiciamus, peccatũ execremur, & ad cœ
lum nobis iam aditu reserato, illic semper
corde, cogitatione, affectu, amore verse-
mur. Huc nos inuitat sancta mater Eccle-
sia, continuis hisce diebus quasdam lectio
nes recitans, vnde Christi resurrectionem
discere queamus: simulq; nostrum deplo-
1. Cor. 13 rare exilium, & eo suspirare, quo caput no
strum præcessit. Hodie quidem ex Actis
apostolicis eiusmodi nobis lectio propo-
nitur. Paulus Apostolus cum esset Antio-
chiæ Pisidiæ, in Iudæorum synagoga inui
tatus ab synagogæ principibus, inter mul
ta alia, etiam hac oratione vsus est ad popu
lum Israel. Cum eñ surrexisset, & manu si
lentium indixisset, tanquam attentos eos
efficere cupiens, vtpote de rebus maximis
dicturus, ita ait: Viri fratres, qui ex clarissi
mo patriarchæ Abrahami genere estis ori
undi, quod vobis magno est decori & or-
namento, si tamẽ non sitis degeneres, sed
cuius filij estis, eius etiã sectatores esse co-
nemini, & sicut ille Deum adeo timuit, vt
proprium filium occidere maluerit, si De- Gene. 22
us promisisset, quam non parere iussis illi-
us, ita & vos Deum timeatis. Vobis eñ di-
uino præditis timore, qui vnum verũ De
um & colitis & timetis, verbum & annun
ciatio salutis huius, quæ per Christum no
bis parta & aucta est, missa est, vt credatis
in filium Dei olim patribus promissum,
nunc vero etiã missum, & per fidem viuam
in illius membra transeatis, vniti corpori
illius quod est Ecclesia, viuatisq; de spiri-
tu illius, vt iam non timore seruili, quem
incussit legis terror & seueritas, sed spiri-
tu amoris, quẽ Euãgelij gratia pstat, duca-
mini, respiretisque in libertatem filiorum
Dei, & Christi quidem cohæredes, Dei au Rom. 8
tem heredes efficiamini. Quod qui- B
dem etiam illis qui Hierosolymis habitãt,
annunciatum est, sed illi cum principi-
bus suis excæcati, ac inuidia stimulati, i-
gnorantes Iesum esse verum Messiam pa-
tribus promissum, quanquam quidam eo
rum fortasse id non ignorauerint, sed ex
mera malitia ac inuidentia se ignorare fin
xerint, nec etiam ob mentis cæcitatem per
specta, habentes sensa vocum propheticа-
rum, quibus Christum venturum annun-
ciarunt, tametsi omni sabbato publice in
synagogis ipsorum legantur, iudicantes matth. 27
inique, reum scilicet mortis esse vitæ au- Marc. 15
torem, qui venerat mortis destruere im- Lucæ 23
perium, & à mortis sententia absoluere ge
nus humanum, impleuerunt oracula pro-
phetarum, quibus subinde prædictum est
passurum Christum, & per crucis suppli-
cium de diabolo triumphaturum. Sed qa
tanta erat in Christo vitæ innocentia, puri
tas, cãdor, iustitia, veritas, vt nullam in eo
causam mortis reperire possent ad menda
cia, & calumnias confugerunt: & tamẽ ne
ipsi eũ occidisse viderentur, petierunt à Pi
lato, vt interficerẽt eum, ipsi quidẽ animo

 & vo-

& voluntate. Præses autẽ sententiæ prola
tione, & milites eius manibus. Nõ ẽm vole
Ioan. 18 bãt ipsi interficere eum. Vnde dicebãt: No
bis nõ licet interficere quenq̃, vt scilicet a-
pud homines essent innoxij, sed apud De
um tanto sceleratiores. Atq; hac de causa
summa importunitate præsidem reniten-
tem etiã cõpulerunt morti addicere eũ, cu
ius vita erat innocẽtissima. Cumq; con-
summassent oĩa, quæ de eo scripta erãt, oc
cidissentq; summa crudelitate eũ, qui ipsis
specialiter à Deo patre missus erat saluator
& liberator, q maxima ipsis p̃stiterat bñfi-
cia, nec vllos subterfugerat labores, vt eos
posset ad sui agnitionẽ & amorẽ traduce-
re, viri quidã religiosi deponẽtes eũ de li-
gno crucis, posuerũt in monumento, ecq;
valde curiose & diligẽter à põtificibus ob-
signato, ne qd p discipulos eius fieret, qa
nouerãt p̃dixisse eum se à mortuis resurre
cturũ. Sed incassum pfidia laborauit. Deus
Matth. 28 ẽm suscitauit eũ à mortuis tertia die, & vi-
Marc. 16 sus est per dies multos, vt nulla oĩno de
Lucæ 24 illius resurrectione in eorũ pectoribus hæ
Ioan. 20 reret ambiguitas, ijs qui simul cum eo re-
gni cœlestis & Euangelij prædicationem
exorso ascenderant à Galilæa in Hierusa-
lem, q vsq; nunc tanto constantiores, quã
to certiores sunt testes resurrectionis eius
2. Tim. 3 ad plebẽ. Et nos autoritate Dei, missi à spi
ritu sancto, quem effudit in nos abũde, vo
bis annunciamus eam quæ de Messia ven
turo ad patres nostros facta est repmissio,
quoniam hanc Deus verax & iustus adim
pleuit filijs vestris: vt si quidem velitis, per
Christum cum Deo possitis redire in gra-
tiam, quem omnipotenti virtute sua exci-
tauit à mortuis nunq̃ deinceps moriturũ.

EXEGESIS EVANGE lij in eadem Solennitate, Lucæ XXIIII.

CVis non gaudeat, quis nõ exultet hac die, qua morte de-
uicta, diabolo in tartara religato glo
riosus & immorta-
lis surrexit Chri-
stus Iesus Deus &
Hieron. dominus noster? Nunc, vt ait Ecclesiæ lu-
men & doctor præcipuus Hieronymus, a-
Cant. 1 romatibus redolentibus cũ sponsa & ado
lescentulis, quę currunt post eam, consper
gimus lectum & cubiculum mẽtis nostrę
Nunc introducit nos rex in cellaria sua: Cantic.
nũc surgit amica Maria: hyems abijt, plu-
uia recessit, flores visi sunt in terra nostra.
Vox turturis audita est in terra nostra. Vi
neæ florẽtes dederũt odorẽ. Redijt spõsus
de vmbra, sub q̃ dormit in meridie. Radix
amara crucis euanuit, flos vitę cum fructi
bus erupit: & qui iacuit in morte, surrexit
in gloria. Sol post occasum oritur: aquilæ
ad corpus cõgregant. Post sabbata tristia,
felix irradiat dies, quæ primatũ in diebus
tenet, luce prima in ea lucescẽte, & dño cũ Psalm. 117
triũpho in ea resurgẽte, & dicẽte: Hæc dies
quã fecit dñs, exultemus & lætemur in ea.
Sed quia amici absentis ac multũ exoptati
subitus & inopinatus aduẽtus maximam
solet adferre lętitiam, & eius verba cupidis
sime audiuntur, nos q̊q; quid dñs noster
rediuiuus fecerit, dixeritve auscultemus.

Stetit Iesus in medio discipulo rum suorum, & dixit eis: Pax vo bis. Ego sum: nolite timere. Con turbati vero & cõterriti, existima bant se spiritum videre.

Iam reuersi erant ex Emaus duo illi di- Lucæ 24
scipuli, qbus dominus in via apparuit, nar
rabãtq; apostolis se vidisse dominum. At-
que hęc illis commemorantibus, pius dñs
qui libenter adest sui mentionem habenti Ioan. 20
bus, subito stetit in medio discipulorũ suo
rũ, qui cõgregati erãt vno in loco, firmiter
clausis ostijs ob metũ Iudæorũ, & dixit eis:
Pax vobis: tanq̃ diceret. Hactenus quidem
humano generi pax integra nõ fuit, manẽ
te pręuaricationis antiquę reatu, & Deo pa
tre iuste hominibus irascente: sed nũc mor Philip. 4
te mea patris ira sopita, pax vobis, quę exu
perat omnem sensum, ad quam præuentu
ri estis, si dictis meis obtẽperaueritis. Vo-
bis, inquam, pax, q discipuli mei estis, qui
à mea voluntate non discordatis, qui ama
tis ea quæ ipse diligo, & odio habetis, Esaiæ 48
quæ mihi displicent: non autem pax im-
pijs, qui licet hic pace quadam & felicita-
te perfrui videantur, tamen præterquam
quod etiamnum amarissimos conscien-
tiæ stimulos patiuntur, etiam ignis æterni
flãmas expectãt, quibus sine fine exurant, Iob. 10
sempq; sint in locis tartareis, vbi nullus or
do, sed sẽpiternus horror inhabitat. Itaq;
pax vobis diligentibus meã. Nec timeatis
quic

quicquam, tãquam visio hæc & apparitio sit vana aut fictitia, & cum fraude coniuncta: quia ego sum verus Deus, & homo verus, qui paulo ante in cruce mortuus sum, at nunc mea virtute viuus prodij e sepulchro.

D Sed quia humana infirmitas facile trepidat, vbi quid insolitum acciderit, quidam ex discipulis conturbati sunt ob rei nouitatem, quia videbãt corpus humanũ clausis ad se ostijs ingressum, & conterriti ad aspectum subito apparentis hominis, existimabant se spiritũ videre. Non dum enim bene cognitas habebant dotes corporis gloriosi, quod ob sui subtilitatẽ etiam ferreos potest muros penetrare, nec quicquam illi ex rebus corporeis non peruium est. Verũ pius dominus falsam hanc persuasionem cito dispellere volens e cordibus suorum, ait illis:

Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia egoipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Non est sane cur perturbemini, & cogitationibus æstuetis, tanquam spiritum videatis. En manus & pedes meos vobis offero, in quibus vestigia inflictorum vulnerum dum cernitis, & certa experientia exploratis, non potestis dubitare, quin ego ipse sim, magister & dominus vester, qui vobis ante mortem meam pollicitus sum me rediturum ad vos, & mea præsentia vos exhilaraturum. Palpate quæso manibus, videte oculis, non solum carnis, sed etiam cordis, & credite me non spiritum, sed verum hominem esse, vera carne indutum. Spiritus autem carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hoc dixisset, quia forsan trepidabant, ac cunctantius ad ipsum tangendum mouebantur, ipse eis manus & pedes ostendit. Vbi sane, quod diuus Gregorius annotauit maximũ exhibuit miraculum, quãdo seipsum iam immortalem, tamen palpabilem præbuit. Non enim potest non esse corruptioni obnoxium, quod contrectabile est: nec potest cõtrectari, q̃d est incorruptibile. Fecit aũt hoc dñs, vt nos in fide resurrectiõis eius simus certissimi. Et, vt D. Gregorius ait, miro & ineffabili modo corpus suum palpabile p̃buit, vt nos reformaret ad fidẽ: & incorruptibile demonstrauit, vt inuitaret ad p̃mium. Vel etiã palpabile simul ac incorruptibile exhibuit, vt ostẽderet eiusdẽ se esse naturæ, cuius fuerat ante passionem, id est, carnem habere: & alterius gloriæ, id est, eãdem carnem incorruptibilem esse.

Matth. 16 / Ioan. 16 — Gregor. — Corp⁹ suum cur Christus palpabile p̃buerit.

E Quare autem dñs in manibus ac pedibus & latere vulnerum cicatrices seruare voluerit, q̃uis multę possint assignari rationes, inter illas tñ vna est nõ minima, vt se vere surrexisse probaret. Altera, vt dũ eas perpetim in cœlis beati contemplãtur, inde maiori erga Christum amore & gratitudine inflammẽtur, certi illis vulneribus sua vulnera curata esse: Tertia, vt impij & ingrati ijs visis amplius confundãtur. Nec quisq̃ dubitare debet, quin ex illis vulneribus maxima cœli ciuibus, imo & nobis adhuc in exilio degentibus bona proueniãt. Sunt enim velut apothecę quędã diuinorũ munerũ: & beatus est, quisqs ea modo sedulo veneratur. Væ aũt ter execrãdis hominibus, qui illa non nisi sceleratissime iurando & blasphemãdo cõmemorant, inde sibi maiora cumulantes supplicia, vnde possent facilime & veniã & gratiam impetrare. Quidã ad id vsque impietatis deuoluti sunt, vt pene ad tertiũ q̃dq; verbũ immaniter iurando adhibeant vulnera vel crucem Christi, aut aliqd eiusmodi, q̃s mirũ ẽ nõ viuos à terra absorberi, aut igni cœlitus missos cõcremari: sicut qñq; nõnullis accidit.

Cicatrices vulnerũ cur Christus seruauerit. — Vulnera Christi vt sint apothecæ munerũ diuinorum. — Iurare per vulnera Christi q̃nta sit impietas.

Adhuc aũt illis non credẽtibus, & mirantibus p̃ gaudio, dixit: Habetis hic aliqd q̃d mãducetur? At illi obtulerũt ei partẽ piscis assi, & fauũ mellis. Et cũ mãducasset coram eis, sumẽs reliquias, dedit eis.

Non facile fides accõmodatur, vbi eiusmodi aliqd accidit, q̃d naturę vsum & cõsuetudinem excedit. Et tamẽ dum apostoli cunctantius assentiũtur, nos in fide reddimur cõstantiores & cõfirmatiores. Iam quidẽ tot signis admoniti, ceperãt nõnihil credere, & tñ qa erat q̃ddam in rebus humanis inusitatum, vt quis sua virtute resurgeret, stupebãt quidem ad rei nouitatem, simulq; animis exultabant ob pręsentiam

sui sal-

ſui ſaluatoris. Sed vt omnis abſcederet incredulitas,& quia iam viſu & tactu didicerāt veram eſſe Chriſti perſonam,quæ illis apparuit,etiam guſtu idem probarēt, quæ ſiuit non vt neſcius,ſed humano more loquens cum hominibus,ſi quid eſcæ haberent.Oblatumque piſcem aſſum & fauum mellis comedit coram eis,deditq; illis reliquias. Primum quidem hic maxima elucet Chriſti Ieſu benignitas, humanitas, manſuetudo,humilitas,qua ſe vſqueadeo ad eorum infirmitatem accōmodauit, nihil prætermittens,quod putaret eſſe neceſſarium ad perſuadendum eis ſuæ reſurrectionis veritatē.Poterat indigne ferre tarditatem illoꝝ, ſed vt ſolent matres fouere paruulos ſuos,ita Chriſtus etiamnū infirmos diſcipulorum animos ſumma lenitate ac ineffabili ſuauitate tractauit, donec ꝑfecte crederent: in illis nimirum etiam nobis conſulens,qui forſitan ad credendum induci non poſſemus, niſi tā multiplici argumento cōfirmati.

F

O quanta eſt erga nos oīpotentis Dei charitas,quātopere noſtrā optauit promouere ſalutē. Dulciſſima eſt hoꝝ contēplatio,vbi dn̄s maieſtatis cū rudibus & paupculis piſcatoribus etiā poſt reſurrectionē tam familiariter ac ſua

Actor. 1

uiter cōuerſatur,intrās & exiens,edens & bibens cum illis.Non tamen putandus eſt cibus ille in eius tranſiſſe ſubſtantiā,ſed diuina virtute conſumptus.Nec vacat à myſterio,quod piſcem aſſum & fauum mellis legitur comediſſe.Ipſe eſt enim piſcis aſſus igni ardentiſſimæ charitatis in crucis ara decoctus,ſecundum humanitatem:ipſe etiam eſt fauus mellis ſecundum diuinitatē,cuius contēplatio longe ſuauiſſima eſt.

Piſcis aſſus quō ſignificet Chriſtum glorioſū. Fauus mellis q dicatur Chr̄s.

Merito quidē & nos hiſce duobus aſſidue veſci debmus,ſemꝑ in mēte circūferendo Chriſtū crucifixum,& operam dando, vt diuinę contemplationis gratiam adipiſci, & adeptā in nobis augere poſſimus,donec videamus facie ad faciem Deum deorū in Sion.

Pſalm 83

Propterea em̄ dn̄s diſcipulis ſuis reliquias dedit,vt & ipſi eodem cibo veſcerētur.Nec quicq̄ ſic confortat animā hominis,atq; hic cibus,id eſt, Chriſti patientis, & cū patre regnantis cōtemplatio: quorū altero ad perferenda mala præſentia,altero ad ſperanda & concupiſcenda bona æterna accēdimur.Chriſtus em̄ ꝑ nobis crucem & mortem patiēs,noſtrum exemplar eſt,cui cōformari debeamus: Chriſtus cū patre regnans noſtrum præmiū eſt, quod ſuſpiremus.Comedamus ergo ſemper aſſum piſcem,imitantes veſtigia ſaluatoris: comedamus etiam fauum mellis, guſtātes quam ſuauis ſit dominus. Pſalm. 33

Et dixit ad eos:Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcū:Quoniam neceſſe eſt impleri oīa,quæ ſcripta ſunt in lege Moſi, & prophetis,& Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum , vt intelligerēt ſcripturas.

Prædixerat quidē diſcipulis ſuis ſe paſſurum & reſurrecturum,ſed illi nihil hoꝝ intellexerant. Itaq; nunc illis dicta ſua in memoriam reducit,vt etiam hoc ipſo magis ad credendum permoueātur,q̄d recognoſcāt ſibi hæc ante prædicta eſſe. Oīa eo ſpectant, vt indubitata fide credant dominum reuera à mortuis ſurrexiſſe,nobisque aditum ad cœlos reſeraſſe,& ſpem reſurgendi contuliſſe. Obſerua hic,quanto ſtudio conatus ſit dominus diſcipulos de ſua reſurrectione certiſſimos efficere,vt & ipſi cæteris conſtantius & certius eam affirmare poſſent.Quod autē dicit, neceſſe fuiſſe impleri omnia,quę de ipſo ſcripta erāt in lege Moſi,& prophetis,& Pſalmis,totū exprimit vetus Teſtamentum : vbi ſub figuris & verborū inuolucris plurima tractantur de Chriſto , quæ nunquam poterunt intelligere,qui in Chriſtum non crediderint. Chriſtus enim eſt clauis Dauid, qui aperit abdita ſcripturarum: quem qui ignorat,in ſcripturis haud aliter, q̄ in cimmerijs tenebris verſatur.

Lucæ 18 Ioan. 16

Apoca. 3

G

Niſi enim Chriſtū intelligas , ſcriptura tibi prorſus muta & elinguis erit . Si autem Chriſtum bene noris,in ſcripturę amœniſſimis prabetis haud ſecus,q̄ in ipſo paradiſo verſaberis.Chriſtus enim eſt opus prophetarum, & omniū ſcriptorum diuinorum ſumma. Quem cum ignorent Ethnici,Iudæi, hęretici,etſi ſcripturas legant,tamen non intelligūt,atq; ea re ex luce ſibi cæcitatis materiam ſumūt.

Scopus & ſumma omniū prophetarum & ſcripturarum vtiſit Chr̄s.

Deniq; dn̄s aperuit ſenſum diſcipulis ſuis,vt intelligerent ſcripturas. Nemo ergo putet ſe vnquā poſſe abdita ſcripturæ ſenſa aſſeq,niſi dn̄s Ieſus ſuo ſpiritu reuelet. Vis autem habere doctorē ſpiritū Chriſti? Sis humilis & contritus ſpiritu, & timeas ſermones Dei tui.Ita nimirum docet

Senſa ſcripturaꝝ q̄ nā ſolo lectore referentur.

docet te Esaias propheta. Si superbus es, si dissolutus & vanus, si temerarius & negligens, non te docebit spiritus Christi. Omnium causa errorum hæc est, versari in scripturis dissoluto, elato, impuro, ac vano corde. Custodit autem paruulos dominus, & reuelat secreta sua paruulis, non elatis. Ita etiam simplicibus & idiotis apostolis hodie scripturas patefecit: quia humiles erãt. Humilitas quiduis à Deo obtinet: Superbia semper manet inanis.

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

In ipso scripturæ exordio, discimus hominem quadam temeritate ac animi leuitate consensisse serpenti illi antiquo in diuinæ legis trãsgressionem: qua re tanta tum est in hominem conflata ira Dei, vt nulla salutis recuperandę spes reliqua foret, nisi ipse Deus homo fieret, & per seipsum pro nobis sibi satisfaceret. Quod quidem licet valde absonum & absurdum videretur, vt qui tãtam ab homine accepisset iniuriam, ipse & eiusdem iniurię pœnas lueret, tamẽ vnigenitus filius Dei maluit totam hominis causam in se recipere, & tanquam ipse peccasset, patris iram sustinere, quam hominem damnatum videre. Itaque mox ab illa hominis ruina, & deinceps per omnes ætates tempoꝝ prædixit se qñq; hominẽ futurum, & sua morte homini apud Deũ patrem gratiæ locum impetraturũ. Quod quia infallibili ac certissima veritate prædictum erat, necesse erat impleri: quia non potest mentiri Deus, & nisi factum esset, homini non liceret ad vitam regredi, vnde corruerat. Ergo necesse erat Christum pati, non sua, sed nostra causa, & resurgere à mortuis tertia die, vt moriendo mortem nostram destrueret, & resurgendo nobis vitæ aditum reseraret. Quod quantæ sit pietatis, quãtæ misericordiæ argumẽtum, nullus neque humanus, neque angelicus potest intellectus assequi. Quid enim necesse erat Christum pati, nisi quia Deus omnipotens velut amore hominis ebrius maluit homo fieri, & in seipso castigare quod homo deliquerat, quam hominem perditum relinquere? O duritiam cordis humani, quæ tanta bonitate non flectitur, tanta charitate non inflammatur. Oportebat Christum pati, ait dominus: imo vero non oportebat Christum innocentem, sed hominem reum pati: sed agnus innocens præuaricatoris Adæ, & causam, & pœnam in se recepit, vt lupus abiret impunitus, ouis vapularet. Inter hæc nos cogitare debemus quid pro nobis ipsis pati & agere nos iure meritoque conueniat, quando talia pro nobis egit & pertulit, qui à nobis placari debuit, sed nõ potuit, & tamen vt posset placari ab homine, homo fieri voluit, nihilominus manẽs Deus, vt ex humanitate pateretur, ex diuinitate propitius fieret? Ne quis tamen in sola Christi satisfactione securus acquiescat, & ipse iam nihil sibi faciendum putet, subiecit dominus: Prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Non ergo sufficere sibi putet Christianus iam baptizatus & rationis compos, quod pro nobis Christus satisfecit, nisi & ipse se peccasse doleat, & vitam in melius commutare proponat. Si quis sermonem meum seruauerit, ait Christus apud Ioannem, non videbit mortem inæternum. Superuacanea, imo & perniciosa est fides in Christũ, quæ non vult obedire mandatis Christi. Quid vocatis me domine, domine, ait idem, & non facitis quæ dico? Vbi autem quis se peccasse dolet, & baptismo Christi abluitur, is plane peccatorum remissionem consequitur: idq; apud omnes gentes.

Marginalia: [illegible] Errorum [causa in] scripturis [...]nam [ca]usa fit. Psalm. 114 Matth. 11 Luca 10 — Gene. 3 — Hebr. 10. 6 — Christum pati cur fuerit necessarium. — Christus quod pro nobis satisfecit, nõ sufficere ad salutem. — Ioan. 8 — Matth. 7 Lucæ 6

SERMO SECVNDVS

in eadem Solennitate. Paschalis solennitatis dignitas & prærogatiua: quibus quot modis congaudendum in ea: denique quas quotque dotes glorificationis Christus per resurrectionem induerit, nobisq; quandoq; ad sumenda reliquerit.

Hæc

XXV.

Haec est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Psalmo CXVII. Charissimi fratres, quid est quod in p̄senti solennitate Paschæ, in omnibus Missis, & ad omnes Horas cantatur, & per octauas totas continuatur. Hæc est dies, quam fecit dominus, &c̄. quasi hunc solum diem fecerit dominus, quum tamē conditor sit omnium. Profecto aliquid singulare & p̄cipuū est, q̄d de illis solis diebus ita canit: Hæc est dies quam fecit dominus, &c̄. Nō sunt igitur hæc verba intelligenda de die illa naturali, quæ solis motione crescit & decrescit, incipit, & finitur, diuiditurq; in præsens & futurum (Omnes enim dies anni ratione suæ creationis secundum id q̄d sunt, eiusdē sunt dignitatis) sed cum diem nomino, hāc indubie intelligo, quę signat impensi operis & beneficij claritatem: quę sicut maior est hodie nobis exhibita, ita dies solennior celebranda. Cæteræ enim Christi festiuitates licet magnæ sint, nō tamen sunt nisi quædam præambula & dispositiones ad nostram redemptionē. Hęc autem solēnitas, id est, Christi resurrectio est cōsummatio nostræ saluationis, & causa nostrę glorificationis. Vnde non immerito hæc dies domini omnium festiuitatū obtinet principatum. Hinc est quod dicit sanctus Gregorius: Sicut in sacro eloquio sancta sanctorum, vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc p̄sens festiuitas dici potest solennitas solennitatum: q̄m omniū maior est quę per anni circulū celebrantur. Hinc est quod sublimis doctor Augustinus dicit: Quō mater dn̄i Maria inter oēs mulieres principatum tenet, ita & inter cæteros dies hęc omnium dierum mater est. Hęc est dies quam illustrat nō solum ortus solis, qui iterum occidit, id est, huius visibilis luminis, sed quam decorat & lætificat ortus solis iustitiæ, id est, Christi, occasum nescientis, qui elucescit non de cœlo, sed de inferno, de clauso sepulchro, vbi latuit per tres dies, sicut sol in nocte. Propterea exultemus & lætemur in ea. Et id bene quidem. Dignū enim est, vt qui doluimus vehementer in eius passiōe, gaudeamus ex animo in eius resurrectione. Iustum est, inquā, vt qui socij fuimus passionis dolendo, flendo, socij etiam simus resurrectionis eius, gaudendo & iubilando. Consequens nanq; est, vt qui nō cōmunicauit Christi passionibus, sed sicco corde ipsius passionem audiuit, aridoq; corde dies præcedētes celebrauit, quod non potest etiam particeps esse gaudij, & gloriæ resurrectionis. Quod vtique miserabile est, in illo scilicet die non gaudere, in illo die vacuum remanere à consolatione spirituali, in quo non solum homines, sed etiam omnia elementa gloriantur vt dicit Maximus in sermone. Quomodo dicit? In Christi resurrectione oīa elementa gloriantur. Nā & solem ipsum arbitror in hac die solito clariorem, vt in eius resurrectione gaudeat, iucundioris lucis splendorem suscipiens, in cuius passione cōdoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine prosequutus est. Propterea gaudeamus & nos ac exultemus in domino totis cordis medullis. Debemus aūt gaudere in Christo & cum Christo, non in cachinnis & leuitatibus, non in cibo delicato & potu. Nam qui ob hoc solū læti sunt hisce diebus, quia transiuit ieiunium, tempus tristitię, & quod possunt iterum cibos delicatos habere, quisq; secundum statum suum, seculares scilicet carnes, &c̄. monachi oua, & lacticinia cum cæteris lautioribus superfluis, illi profecto non faciunt festum Christo, sed suo ventri. Licitū est tamen seruis Dei in festis etiam lautius viuere vltra consuetum rigorem, vel propter labores maiores, vel etiam ob iucunditatem festi: tantum sit ibi intentio simplex, & vsus moderatus. Sunt tamen alij qui lætantur (vt scriptura dicit) quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: qui idcirco diebus istis gaudēt, quia tempus luctus & pœnitentiæ & confessionis transijt, & redijt tēpus vernale, dies festiui, læti & amœni, in q̄bus vacare possunt ad perficienda desideria sua, & redijt illis licentia peccandi ad annum. Illos non dico per Christi resurrectionem ab inferno liberatos, sed magis captiuatos: quia ex occasione huius festi, iterum sua peccata repetunt. Illis nō dico exultate, sed iterum flete: q̄a timere habent, ne superueniat illis, quod de q̄busdā dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Vobis autem charissimi dico gaudete, & iterum dico, gaudete. Sed dicitis: Propter q̄d debemus magis gaudere? Respondeo: Et si nō possum vobis enumerare singula quæ dant nobis materiam gaudendi, dicam tamen

Marginalia (left): A — Dies ista quā fecit dn̄s q̄ sit. — Paschalis solennitas quo spectet. — Gregor. — Paschæ solennitas vti sit omnium celeberrima. — Augustin. — 1. Cor. 1

Marginalia (right): Matth. 27 Marci 15 — B — Gaudēdū quō sit his fce diebus — Lautius paulo qui vescendū diebus solennibus. — Prouer. 2 — Quinā ob resurrectionē Christi non debeant gaudere. — Iob. 21 — Philip. 4

men aliqua, propter quę debemus gaudere, vel congaudere. Primo debemus exultare & lætari cum Christo. In quibus? In his, in quibus ipse exultauit. In quibus exultauit Christus? Quod hodie tam potenter & sapienter, tam victoriose & gloriose triumphauit cõtra mortem. Quod tantas passiones & dolores, quos ex immẽsa charitate pro nobis suscepit, superauit. Quod iniunctam sibi à patre obedientiam & à se sponte susceptam, scilicet opus redemptionis nostræ tam laudabiliter, tam perfecte, tamq; feliciter cõsummauit. Quantum putatis Christo gaudium fuisse, quod tam copiosum fructum de sua passione tam ex inferno, quam in mundo reportauit? Item, quod qui mortuus fuit cum magna ignominia secundum æstimationem inimicorum suorum, iam cum ineffabili gloria resurrexit? Quod corpus suum, quod deposuit mortale & vulneratum, resumpsit immortale, incorruptibile, impassibile, pulchrum & gloriosum? Quod resurrexit propria virtute in maiestate præfulgentis gloriæ, cum famulatu angelicæ militię, cũ comitatu & multitudine sanctorum patrũ?

[Christus ex sua ... ne exul... debeat.]

C

[...ex ... beratione ... ngratu... sit.]

Secundo, debemus exultare propter sanctorum patrũ liberationem ex lymbo, qui iam à tempore creationis mundi vsq; ad illud tẽpus sederant ibi captiui in carcere, exules & exclusi siue retardati à regno ęternę beatitudinis, ad quam fuerant creati. In quo apparet maxima iustitia Dei, q̊d illos tam prædilectos amicos suos, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, Ioannem Baptistã, quo surrexit maior nemo, & cæteros omnes, qui decesserant ab hac vita ante Christi mortem, quiq;, quantũ ad proprios defectus pertinet, erant purgati vel in hac vita, vel in purgatorio, tamen nõ admisit intrare in regnum suum, nec ostẽdit eis gloriam suæ beatitudinis, solũ propter illum communem defectum naturæ vitiatæ, q̊d scilicet concepti erant de massa peccati, q̊d originale peccatum contraxerant hereditarie, de semine descendentes Adã. Si ergo illi antiqui venerandiq; patres tã diu à gloria propter alioꝝ pctã remorati sunt, quid fiet nobis de peccatis nostris proprijs? Indubie, si hic non fuerimus purgati, postea purgabimur absque misericordia, sineque propitiatione oportebit nos soluere exactius, quam ponderatur aurum, si tamen peccata sunt quæ possunt purgari, siue deleri.

Math. 11

Væ illis animabus, quas infernalis flãma cum peccatis eorum absorbet in æternum. Sed redeamus ad materiã, vnde paululum digressi sumus. Debemus ergo, vt dixi, congaudere illis sanctis patribus, qui cum tãto gemitu, crebris clamoribus, tam immensis desiderijs, & tanto tempore clamauerunt ad dominum, vt mitteret eis saluatorem: & iam tandem meruerunt accipere, quod petierunt. Nam postquam dominus & redemptor noster redemptionẽ humani generis in cruce per mortem cõsummauit, & cum iam valido clamore animã suam nobilissimam patri commẽdauerat emisit spiritum inclinato capite: sicq; anima eius benedicta vnita deitate cum verbo descendit ad inferna, derelicto corpore in cruce deitati vnito. Notate hic bene, vt intelligatis. Ego dico, quod Christi anima fuit separata à corpore, & tamen vtrũque, scilicet corpus & anima, mansit vnitum diuinitati.

Matth. 27
Marc. 15
Lucæ 23
Ioan. 19

Descensus Christi ad inferos quõ quandoq; acciderit.

D

In Christo nanq; duplex fuit vnio: Vna scilicet corporis & animæ, per quam constituitur humana natura: & illa fuit soluta in morte: quia nihil aliud dicit mors, quã separationem animæ & corporis: & ideo per hoc triduum vere Christus non fuit homo, quia alias nõ fuisset vere mortuus. Alia est vnio eorũdem, scilicet corporis & animæ cum verbo: & illa nunquam fuit soluta: quia verbũ, id est, filius Dei, quod semel (secundum D. Ioannem Damascenum) assumpsit, nunquã dimisit: quia naturam humanam, quam assumpsit, quantum ad partes eius essentiales, nunquam dimisit, quia mãsit cum anima & corpore: & idcirco semper mansit Christus. Christus in inferno, quia anima vnita cum verbo fuit in inferno. Eodem tempore Christus in sepulchro, quia corpus vnitũ deitati iacuit in sepulchro. Nec tamen Christus diuisus est in duas personas: sed mãsit vna hypostasis: quia corpus & anima licet essent diuisa inter se per mortem, tamen erant personali vnitate vnita cum verbo. Nec putandum est, q̊d quia corpus erat vnitum diuinitati, quod tunc ex illa viuebat in sepulchro (quia diuinitas non dabat vitam formaliter corpori, sed anima, quæ tunc aberat) idcirco corpus iacebat sine vita naturali. Descendit igitur anima Christi vnita verbo in deitate ad lymbum patrum, vt impleretur quod promisit per Ezechielem prophetam, dicens:

Vnio duplex in Christo q̃ fuerit.

Ioannes Damasce.

Hypostasis vna vt semper fuerit in Christo.

Ezech. 34

 Pene-

XXV.

Haec est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Psalmo CXVII. Charissimi fratres, quid est quod in p̃senti solennitate Paschæ, in omnibus Missis, & ad omnes Horas cantatur, & per octauas totas continuatur. Hæc est dies, quam fecit dominus, &c̃: quasi hunc solum diem fecerit dominus, quum tamẽ conditor sit omnium. Profecto aliquid singulare & p̃cipuũ est, q̃d de illis solis diebus ita canit: Hæc est dies quam fecit dominus, &c̃. Nõ sunt igitur hæc verba intelligenda de die illa naturali, quæ solis motione crescit & decrescit, incipit, & finitur, diuiditurq; in præsens & futurum (Omnes enim dies anni ratione suæ creationis secundum id q̃d sunt, eiusdẽ sunt dignitatis) sed cum diem nomino, hãc indubie intelligo, quę signat impensi operis & beneficij claritatem: quę sicut maior est hodie nobis exhibita, ita dies solennior celebranda. Cæteræ enim Christi festiuitates licet magnæ sint, nõ tamen sunt nisi quædam præambula & dispositiones ad nostram redemptionẽ. Hęc autem solẽnitas, id est, Christi resurrectio est cõsummatio nostræ saluationis, & causa nostrę glorificationis. Vnde non immerito hæc dies domini omnium festiuitatũ obtinet principatum. Hinc est quod dicit sanctus Gregorius: Sicut in sacro eloquio sancta sanctorum, vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc p̃sens festiuitas dici potest solennitas solennitatum: qm̃ omniũ maior est quę per anni circulũ celebrantur. Hinc est quod sublimis doctor Augustinus dicit: Quõ mater dñi Maria inter oẽs mulieres principatum tenet, ita & inter cæteros dies hęc omnium dierum mater est. Hęc est dies quam illustrat nõ solum ortus solis, qui iterum occidit, id est, huius visibilis luminis, sed quam decorat & lætificat ortus solis iustitiæ, id est, Christi, occasum nescientis, qui elucescit non de cœlo, sed de inferno, de clauso sepulchro, vbi latuit per tres dies, sicut sol in nocte. Propterea exultemus & lætemur in ea. Et id bene quidem. Dignũ enim est, vt qui doluimus vehementer in eius passiõe, gaudeamus ex animo in eius resurrectione. Iustum est, inquã, vt qui socij fuimus passionis dolendo, flendo, socij etiam simus resurrectionis eius, gaudendo & iubilando. Consequens nanq; est, vt qui nõ cõmunicauit Christi passionibus, sed sicco corde ipsius passionem audiuit, aridoq; corde dies præcedẽtes celebrauit, quod non potest etiam particeps esse gaudij, & gloriæ resurrectionis. Quod vtique miserabile est, in illo scilicet die non gaudere, in illo die vacuum remanere à consolatione spirituali, in quo non solum homines, sed etiam omnia elementa gloriantur vt dicit Maximus in sermone. Quomodo dicit: In Christi resurrectione oĩa elementa gloriantur. Nã & solem ipsum arbitror in hac die solito clariorem, vt in eius resurrectione gaudeat, iucundioris lucis splendorem suscipiens, in cuius passione cõdoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine prosequutus est. Propterea gaudeamus & nos ac exultemus in domino totis cordis medullis. Debemus aũt gaudere in Christo & cum Christo, non in cachinnis & leuitatibus, non in cibo delicato & potu. Nam qui ob hoc solũ læti sunt hisce diebus, quia transiuit ieiunium, tempus tristitię, & quod possunt iterum cibos delicatos habere, quisq; secundum statum suum, seculares scilicet carnes, &c̃. monachi oua, & lacticinia cum cæteris lautioribus superfluis, illi profecto non faciunt festum Christo, sed suo ventri. Licitũ est tamen seruis Dei in festis etiam lautius viuere vltra consuetum rigorem, vel propter labores maiores, vel etiam ob iucunditatem festi: tantum sit ibi intentio simplex, & vsus moderatus. Sunt tamen alij qui lætantur (vt scriptura dicit) quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: qui idcirco diebus istis gaudẽt, quia tempus luctus & pœnitentiæ & confessionis transijt, & redijt tẽpus vernale, dies festiui, læti & amœni, in qbus vacare possunt ad perficienda desideria sua, & redijt illis licentia peccandi ad annum. Illos non dico per Christi resurrectionem ab inferno liberatos, sed magis captiuatos: quia ex occasione huius festi, iterum sua peccata repetunt. Illis nõ dico exultate, sed iterum flete: qa timere habent, ne superueniat illis, quod de qbusdã dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Vobis autem charissimi dico gaudete, & iterum dico, gaudete. Sed dicitis: Propter qd debemus magis gaudere? Respondeo: Et si nõ possum vobis enumerare singula quæ dant nobis materiam gaudendi, dicam tamen

Margin notes: A — Dies ista quã fecit dñs q̃ sit. — Paschalis solennitas quo spectet. — Gregor. — Paschæ solennitas vti sit omnium celeberrima. — Augustin. — 1.Cor. 1 — Matth. 11 Marci 15 — B — Gaudẽdũ quõ sit hisce diebus — Lautius paulo qui vescendũ diebus solennibus. — Prouer. 2 — Quinã ob resurrectionẽ Christi non debeant gaudere. — Iob. 21 — Philip. 4

men aliqua, propter quę debemus gaudere, vel congaudere. Primo debemus exultare & lætari cum Christo. In quibus? In his, in quibus ipse exultauit. In quibus exultauit Christus? Quod hodie tam potenter & sapienter, tam victoriose & gloriose triumphauit cõtra mortem. Quod tantas passiones & dolores, quos ex immẽsa charitate pro nobis suscepit, superauit. Quod iniunctam sibi à patre obedientiam & à se sponte susceptam, scilicet opus redemptionis nostræ tam laudabiliter, tam perfecte, tamq; feliciter cõsummauit. Quantum putatis Christo gaudium fuisse, quod tam copiosum fructum de sua passione tam ex inferno, quam in mundo reportauit? Item, quod qui mortuus fuit cum magna ignominia secundum æstimationem inimicorum suorum, iam cum ineffabili gloria resurrexit? Quod corpus suum, quod depo suit mortale & vulneratum, resumpsit immortale, incorruptibile, impassibile, pulchrum & gloriosum? Quod resurrexit propria virtute in maiestate præfulgentis gloriæ, cum famulatu angelicæ militię, cũ comitatu & multitudine sanctorum patrũ?

Christus cur ex sua glorificatione exultari merito debeat.

C

Secundo, debemus exultare propter sanctorum patrũ liberationem ex lymbo, qui iam à temporę creationis mundi vsq; ad illud tẽpus sederant ibi captiui in carcere, exules & exclusi siue retardati à regno ęternę beatitudinis, ad quam fuerant creati. In quo apparet maxima iustitia Dei, q̊d illos tam prædilectos amicos suos, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, Ioannem Baptistã, quo surrexit maior nemo, & cæteros omnes, qui decesserant ab hac vita ante Christi mortem, quiq;, quantũ ad proprios defectus pertinet, erant purgati vel in hac vita, vel in purgatorio, tamen nõ admisit intrare in regnum suum, nec ostẽdit eis gloriam suæ beatitudinis, solũ propter illum communem defectum naturæ vitiatæ, q̊d scilicet concepti erant de massa peccati, q̊d originale peccatum contraxerant hęreditarie, de semine descendentes Adã. Si ergo illi antiqui venerandiq; patres tã diu à gloria propter alioꝝ pctã remorati sunt, quid fiet nobis de peccatis nostris proprijs? Indubie, si hic non fuerimus purgati, postea purgabimur absque misericordia, sineque propitiatione oportebit nos soluere exactius, quam ponderatur aurum, si tamen peccata sunt quæ possunt purgari, siue delcri. Væ illis animabus, quas infernalis flãma cum peccatis eorum absorbet inæternum. Sed redeamus ad materiã, vnde paululum digressi sumus. Debemus ergo, vt dixi, congaudere illis sanctis patribus, qui cum tãto gemitu, crebris clamoribus, tam immensis desiderijs, & tanto tempore clamauerunt ad dominum, vt mitteret eis saluatorem: & iam tandem meruerunt accipere, quod petierunt. Nam postquam dominus & redemptor noster redemptionẽ humani generis in cruce per mortem cõsummauit, & cum iam valido clamore animã suam nobilissimam patri commẽdauerat emisit spiritum inclinato capite: sicq; anima eius benedicta vnita deitate cum verbo descendit ad inferna, derelicto corpore in cruce deitati vnito. Notate hic bene, vt intelligatis. Ego dico, quod Christi anima fuit separata à corpore, & tamen vtrũque, scilicet corpus & anima, mansit vnitum diuinitati. In Christo nanq; duplex fuit vnio: Vna scilicet corporis & animæ, per quam constituitur humana natura: & illa fuit soluta in morte: quia nihil aliud dicit mors, quã separationem animæ & corporis: & ideo per hoc triduum vere Christus non fuit homo, quia alias nõ fuisset vere mortuus. Alia est vnio eorũdem, scilicet corporis & animæ cum verbo: & illa nunquam fuit soluta: quia verbũ, id est, filius Dei, quod semel (secundum D. Ioannem Damascenum) assumpsit, nunquã dimisit: quia naturam humanam, quam assumpsit, quantum ad partes eius essentiales, nunquam dimisit, quia mãsit cum anima & corpore: & idcirco semper mansit Christus. Christus in inferno, quia anima vnita cum verbo fuit in inferno. Eodem tempore Christus in sepulchro, quia corpus vnitũ deitati iacuit in sepulchro. Nec tamen Christus diuisus est in duas personas: sed mãsit vna hypostasis: quia corpus & anima licet essent diuisa inter se per mortem, tamen erant personali vnitate vnita cum verbo. Nec putandum est, q̊d quia corpus erat vnitum diuinitati, quod tunc ex illa viuebat in sepulchro (quia diuinitas non dabat vitam formaliter corpori, sed anima, quæ tunc aberat) idcirco corpus iacebat sine vita naturali. Descendit igitur anima Christi vnita verbo in deitate ad lymbum patrum, vt impleretur quod promisit per Ezechielem prophetam, dicens:

Patrũ ex lymboli berationi quantum congratulandũ sit.

Matth. 11

Matth. 27
Marc. 15
Lucæ 23
Ioan. 19

Descensus Christi ad inferos quõ quandoq; acciderit.

D

Vnio duplex in Christo q̊ fuerit.

Ioannes Damasce.

Hypostasis vna vt semper fuerit in Christo.

Ezech. 34

x Pene-

Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino. Vestrum est nũc charissimi cogitare, quomodo descenderit, cum quali gaudio, iubilatione, cantu & processione sanctorum angelorum circumuallatus, quomodo intrans dixerit: Pax vobis filijs & electis meis. Quomodo sancti patres præ gaudio, lachrymabili voce & genibus flexis clamauerint: Aduenisti redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus: aduenisti quem nobis venturum lex annunciauerat & prophetæ. Aduenisti donans in carne viuis indulgentiam peccatorum, soluens defunctos & captiuos inferni. Tũc carcer ille tenebrosus factus est lucidus coruscante & illuminante illum diuina anima Christi. Tunc impletum est ꝙ Esaias prædixit: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Tunc infernus conuersus est in paradisum: qa vbi Christus est, ibi est paradisus, sicut vbi Papa est, ibi dicitur esse Roma: Et sic verificatum est verbum, quod Christus dixerat latroni: Hodie mecum eris in paradiso, id est, in felicitate. Remansit autem Christus ibi per totum illud triduũ cum magno gaudio sanctorum patrum, om̃is enim tristitia eorum versa erat in lętitiam: quia videbant animam Christi & essentiã diuinitatis eius (in qua omnis gloria paradisi cœlestis cõsistit) vsq; post medium noctis dominicę resurrectionis: quia tunc euacuato & destructo inferno, eduxit omnes qui fuerant in lymbo. Et, sicut aliqui dicunt, ex singulari priuilegio suę præsentiæ, & gloriosi triumphi eduxit etiam omnes qui fuerunt in purgatorio, vel saltem magnam partem (de damnatis vero neminem eripuit, nec secundum animam ad illos descendit) & sic venit ad sepulchrum, & anima reuniuit sibi corpus depositum, quod iacebat in sepulchro sine corruptione, & sanguinem reassumens quem effuderat resurrexit, id est, corpus mortuum reuiuificauit, & sic processit gloriosus clauso sepulchro. Factusque est terræmotus magnus, qualis non fuit (vt creditur) ab initio mundi, ita vt excitarentur quoque custodes sepulchri, vt vellent nollent, viderent gloriam resurgentis, & contra voluntatem suam fierent testes resurrectionis.

In lymbo q̃nam contigerint q̃n anima Christi aduenit.

Esaiæ 9

Lucæ 23
In lymbo quamdiu manserit Christus.

Christum spoliasse & lymbũ & purgatorium.

Modũ resurgendi quẽ Christus seruauerit.

Matth. 28

E

Tertio debemus gaudere propter cõsolationem matris Christi & omniũ mœstorum cordiũ, quæ sicut in passione Christi condoluerunt, sic in resurrectione eius exultauerũt. Nam postquam dominus resurrexit, primo apparuit suę benedictę matri ad consolandum eam, non solum quia mater sua erat (secũdum diuum Ioannem Cassianum) sed quia plus diligebat, plus anxiata in passione eius fuerat, & sola perfecte credebat, sola ipsum indubitanter resurrecturum expectabat. Credendum est quoque quod sanctum Gabrielem & alios angelos præmisit ad virginem orãtem, & cum ingenti suspirio & ardore desiderantem filij sui resurrectionem. Qui scilicet prope venientes angelica voce cantauerunt. Regina cœli lætare, alleluia: quia quẽ meruisti portare, alleluia: resurrexit, sicut dixit, alleluia. Nam hæc antiphona primitus audita est cãtari ab angelis tempore Paschali per beatum Gregorium. Nec credendum est, quod tunc primo angeli eam cõposuerunt vel cantaueruut, cum erat illud tempus diu post resurrectionem domini: sed antea cantatam beatæ Mariæ, scilicet quando Christus resurrexit. Post hoc etiam Ecclesiæ reuelauerunt, & idcirco Ecclesia frequẽtat inter Pascha & Pentecosten.

Ad hunc igitur angelorum concẽtum, statim affuit dominus Iesus in claritate immensa, cum multis milibus sanctorum patrum salutans pijssimam matrem suam, eam cõsolans: & statim recessit ab ea nubes omnis tristitię. O qs poterit cogitare, cum quanta lætitia superfusa fuit benedicta virgo, videns filium suũ in tanta gloria, cum tam in tam nobili præda sanctorum, cum tam insigni victoria. O quã dulcia verba fuerunt inter eos, scilicet filium & matrem. O quã suauia oscula ipsa impressit sacris quinq; vulneribus Iesu, quę reseruauit in testimonium veræ resurrectionis quod ipse idem esset, qui affixus fuit cruci. Reseruauit etiam & reseruat adhuc ad quotidie ostendẽdum patri pro peccatoribus, & placãdam iram eius super eosdem. Cogitare potestis hic charissimi, quomodo sancti patres beatam Mariam contemplabantur & mirabantur in decore, in sapientia, in pudicitia, in humilitate eius & perfectione omnium virtutum: & gaudebant quod ex se genita esset talis virgo. Ideo non inconuenienter procidebant ante eam, dicentes illud Iu-

Gaudiũ vei sit ꝑ hac sola[?] nitate gaudium Christi matris & electorum. Apparuisse Christũ primo suæ matri. Ioannes Cassianus.

Reginacœli lætare q̃n & à q̃bus cantatum.

Gaudium virginis Mariæ ex resurrectione filij sui.

Vulnera cur Christus post resurrectionẽ reseruauerit.

Iudith, 13

lud Iudith: Benedixit te dominus in virtu te sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu filia à domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram.

F

Gaudēdū vti nobis sit hoc festo ob nostri liberationem.

Quarto debemus exultare ratione nostri. Nam sicut per passionem Christi deletum est chirographū peccati, quo omnes obnoxij tenebamur ad mortem, & abluta sunt peccata nostra in sanguine agni Christi Iesu: sic per resurrectionem eius restituta est nobis beatitudo cœlestis stabilis & æterna: quia per hāc accepimus spē nostræ similiter futuræ resurrectionis & reformationis nostræ naturæ ad inamissibilē perfectionem. Quomodo? Quia Christus est caput nostrum, & nos membra eius, scilicet per fidem. Necesse est autem, vt sequamur caput si tamē membra eius sumus: quia caput non est si ne membris. Hinc dicit Leo papa: Dubitādum non est de consortio gloriæ, sicut dubitandum non est de communione naturæ: nimirum quia sicut, Esaia testante, natus est nobis, id est, propter nos, & ad vtilitatem nostram, ita est crucifixus nobis, nobis mortuus est, solennitate hodierna resuscitatus immortalis & gloriosus. Nos enim in Christo sumus crucifixi, nos in Christo sumus mortui & sepulti, nos in Christo die tertia resuscitati, iam in spe, & postea in re. Vnde dicit Apostolus: Qui suscitauit Iesum, à mortuis & nos cum Iesu suscitabit. Hinc est quod dicit S. Gregorius: Ex hac solennitate exemplum nobis datum est resurrectionis, spes cœlestis patriæ aperta est, & facta est præsumptibilis cœlestis regni gloria: quia Christi resurrectio est causa efficiens & similitudo nostræ resurrectionis, iuxta illud Apostoli: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suę.

1.Cor.7 Ephe.5 Collos.1

Leo papa.

Esaie 9

Rom.6

Gregori

Philip.3

G

Resurrectionē suā cur Christus nō distulerit vsq; ad vniuersalem. Gregor.

Sed quare noluit dominus differre suam resurrectionem vsq; ad nostram in fine mundi? Præter alias rationes ista est vna: videlicet, vt nō deficeret in nobis spes resurrectionis nostrę: quia si Christū nō resurrexisse sciremus, nec nos speraremus. Vn̄ ait Gregorius: Christus suo exemplo monstrauit in seipso, quod promisit nobis in premio: vt sicut ipsum fideles resurrexisse agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi pręmia resurrectionis sperarēt. Sed quare nos non etiam resurgimus statim tertia die? Præter alias rationes dicendum, quod voluit dominus perfectā beatitudinem sanctorum, scilicet in corpore & anima non seorsum compleri, sed vt simul omnes eā expectarent, & qui nos antecesserunt non sine nobis consummarentur. Qui licet habeant in anima perfectam beatitudinem, tamē corpora eorum nobiscū sunt in spem & consolationē nostram: & ipsi orant pro nobis, vt cito compleatur numerus electorum, & ipsi recipiant duplicem stolam glorię nobiscū: quia, vt dixi, sciunt se tam diu oportere expectare, donec omnes electi sint parati: & tunc fiat vna communis reformatio omnium electorum, & commune gaudiū, adeo q̄d vnusquisq; non solum de sua, sed etiam ęqualiter de alterius glorificatione gaudebit.

Resurrectio nostra cur nō fiat die tertia sicut Christi.

Sed dicit forte aliquis: Iam per passionem Christi consecuti sumus perfectā salutem, quid opus fuit nobis futurā resurrectione, id est, beatitudine? Respondē dum: Verum est, quia cōsecuti sumus per passionem eius plenā liberationem & mūdationem ab omni peccato quoad animā, sed non quo ad corpus: quia corpus nostrum etiā vltra peccata habet defectus & grauamina, q̄ ablata sunt perfecte in Christi resurrectione.

Resurrectio corporū quid cōferat ad beatitudinis perfectū

Caro nostra fuerat nobiliter formata in paradiso, sed hanc nobilitatem & pulchritudidem amisit per peccatum. Reformata est autem modo per Christi resurrectionem lōge perfectior, quam olim fuit in paradiso: quia si mansisset in statu innocentiæ, non fuisset mortua, fuisset tamen mortalis, id est, potuisset mori: fuisset inedia consumpta elementisq; subiecta, id est, quod potuisset pati: idcirco ꝓ sui restauratione & cōseruatione indiguisset cibo restauratiuo, loco temperato, & ligno vitæ virtutis reformatiuo. Quæ omnia Deus prouiderat homini in paradiso, si stetisset.

Carnis humanæ deformatio vt p Christi resurrectionē sit reformata.

Sed non sic caro Christi in sua resurrectione glorificata est, cui nostra cōformabitur, sicut iā dixi: quia hæc per dotes gloriæ facta est immortalis, id est, q̄d non potest mori, subtilis, agilis, clara, non indigens pro sua conseruatione loco neq; cibo. Totus mundus ei paradisus est: & in quocunque elemento nec in inferno pati posset quicquam molestiæ.

Dotes q̄snam Christus glorificatus assumpsit.

Assumpsit quidem Christus molestias nostras, & omnes pœnales defectus nostræ naturæ, omnes languores & dolores carnis nostræ

Resurrectione sua quenā mala Christus deposuerit.

 sine pec-

sine peccato,& quæ nos patimur ex pecca-
to,& vere portauit viuendo & moriendo,
sed iam deposuit omnes resurgendo.

H

Natura hoïs corrupta quibusnã malis subiaceat.

Iob.13

Quadruplici autem onere graui premitur & laborat natura humana post lapsum primorum parentum. Primo est corruptibilis, passibilis & mortalis, continuo tendens ad non esse, adeo quod, sicut habetur in Iob, quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Secũdo, natura seu potius corpus hominis est grossum & impedibile, id est, impeditur, alio corpore, ita quod nan potest penetrare ea quæ vult: angustiatur quoque & premitur. Tertio corpus humanum est tardum & fatigabile: quia non potest esse vbi vult, & quando vult. Quarto, est obscurum & turpe, ita vt non solum ad protectionem à frigoribus sed etiam ad tegendam turpitudinem opus habet vestimento. Hos defectus q̃modo Christus habuerit in passione, sicut credo sufficienter audistis & intellexistis. Sed hos omnes in sua resurrectione deposuit. Licet enim idẽ fuerit corpus ante passionẽ, in passione & post resurrectionem in Christo, eiusdem naturæ, eiusdemque substantiæ: fuit tamen alterius glorię post resurrectionem, maioribusq; dotibus gloriæ adornatum. Habuit enim contra primum defectum impassibilitatem, quæ excludit omnem separationem animæ à corpore, omnem dolorem, om̃em læsionem, quia fuit integrum ab omni corruptione, sanum ab omni dolore, quod in passione plenum fuit vulneribus à planta pedis vsque ad verticem capitis. Sed dicit quis: Ipse tamen habuit quinq; vulnera post resurrectionem, sicut patet in sancto Thoma, cui ea tangenda exhibuit. Dicendũ, quod sponte reseruauit illa quinque vulnera sine dolore, nec ex impotentia curandi, sed ad specialem gloriam, & propter singulares rationes, vt videlicet probaret se eundẽ resurrexisse qui passus fuerat & vulneratus. Idcirco etiam permisit Thomam dubitare, vt dubitans probaret, & probans manifestaret & testaretur resurrectionis veritatem propter nos, vt nos sciremus, qa surrexit vere, & non habuit corpus phantasticum, quod solũmodo appareret. Plus enim contulit nobis dubitatio Thomæ, quam credulitas Mariæ Magdalenę: quia per incredulitatẽ Thomæ plenius sumus

Impassibilitatẽ vti induerit Christus.

Ioan. 20

S. Thomã cur Chrs pmiserit dubitare de sua resurrectiõe

Gregori⁹

informati, quam per Mariæ Magdalenæ credulitatem. Dubitatum est ab illo, ne dubitaretur à nobis. Sunt tamen adhuc aliæ rationes, quare dominus quinq; seruauerit vulnera, quas modo prætereo. Item, non indiget vlterius cibo vel potu: quia licet Christus cum discipulis veraciter comederit, hoc fecit ex potentia, quia potuit comedere, sed non ex necessitate vel indigentia. Comedit tamen ad ostendendum veritatem sui corporis, & ad roborandum fidem: & ille cibus, quem assumpsit in corpore, iterũ annihilatus fuit, sicut aqua consumitur in igne, vel sicut humor mox exiccatur à sole. Mirum est, quod non miramur tantam charitatem Christi, qui ita studiose curauit, nec quicquam omisit quod prodesse nobis posset ad fidem & charitatem. Et quid ipse habet inde, si nos credimus, vel non credimus: si saluamur vel nõ saluamur: ipse vtique inde nihil fit melior vel minor: sed solum, quia diligit nos.

Cur Christ⁹ post resurrectionem comederit.

I

Secundo, corpus Christi habuit sub
tilitatem, quia nullius corporis soliditate
potuit impediri: sed potuit, quæcunq; vo
luit penetrare. Hoc patuit in eo quod clau
so prodijt sepulchro, & ad discipulos ia
nuis clausis intrauit. Tertio, habuit agi
litatem, qua eius corpus sic fuit habilita
tum, quod protinus potuit esse sine aliqua
fatigatione, vbi voluit esse spiritus. Hoc o
stendit Christus in eo quod discipulis in
ipso die resurrectiõis toties & in diuersis
locis apparuit vbi voluit, & disparuit quã
do voluit. Quarto, habuit claritatẽ pul
cherrimi & suauissimi, amœnissimique co
loris, lucentissimi splendoris, vincẽtis ful
gorem omnem solis. Non tamen apparu
it discipulis (secundum Augustinum) in
tali claritate, quia non potuissent corpore
is oculis illã aspicere: sed in varijs figuris,
sicut habetis in Euangelijs: vel saltem in
pulchritudine proprij corporis occultan
do splendorem gloriæ. Beatæ tamen vir
gini, quæ fuit altioris perfectiõis creditur
apparuisse sicuti est. Ecce charissimi vn
de gaudeamus: quia sicut Christus resurre
xit, ita & nos resurgemus in ipso, iam in
spe, & postea in re. Non volebat tamen, q̃d
sola anima haberet remunerationem pro
obedientia, quam habuit ad Deum, sed vo
lebat etiam quod iste pauper asinus, id est,
corpus nostrum haberet remuneratione
pro obedientia, quam habuit ad animam,
id est,

Subtilitatem quam Christus induerit. Matth. 28 Ioan. 20

Agilitatẽ quantam Christus habuerit.

Matth. 28 Marc. 16 Lucæ 24 Ioã. 20. 21

Claritatẽ qualem Christ⁹ assumpserit

Augustin.

Christus in quanta claritate & gloria matri suæ apparuit. 1. Thes. 4

id est, quod ieiunauit, vigilauit, orauit, laborauit, sicut fuit rectum ab anima. Hinc est quod dicit Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ. Tunc si membra fuerimus Christi, cum anima & corpore recipiemus beatitudinem plenã: ad quam modo semper debemus tendere, & aspirare. Et mirum est, quod non habemus maius desiderium, & continuum fletum ad illam immortalem vitam. Sed causa est, quin ita diligimus hanc miserã transitoriam vitam. Quis est igitur, qui non spirituali gaudio exultet, qui cognoscens se trãslatum à morte ad vitam, & ad vitam immortalem, sempiternam, à miserijs huius temporis ad perpetuam felicitatem, nisi qui nec dum intelligit, vel non appetit vitam illam beatam & immortalem? Ecce quantum diligimus vitam istam miseram, corruptibilem, incertam, miserijs & curis plenam, periculis circundatam, instabilem & aliquando finiendam. Ecce q̃modo cupimus illam seruare, & nolumus illam perdere, quam tamẽ non possumus retinere. Quantacunque aduersa nobis eueniunt, adhuc volumus retinere vitam. Si ita diligimus viuere, quare non cogitamus, quare non laboramus, quare nõ tendimus ad illam vitam nunquam deficientem, vbi nulla miseria est, nulla aduersitas, nulla cura, nullus labor, nullus timor? vbi perpetua felicitas est, perpetua iucunditas, perpetua securitas. Ad hanc peruenerunt sancti qui nos præcesserunt, & plenam habent beatitudinem in anima: sed in corpore expectãt nos, vt fiat generale festum nostræ resurrectiõis. Et tunc erit resurrectio, quæ nominatur in Apocalypsi secũda: qa iam est prima resurrectio, scilicet à peccato. Et beatus est (vt ibi habetur) qui partẽ habet in resurrectione prima: quia per primam venitur ad secundam. Si voluerimus ergo peruenire ad secundam, oportebit nos vtiq; per illam viam incedere, quã incesserunt qui ante nos fuerunt, quorum vitam quotidie audimus legi in exemplũ, vt discamus viam. Sed heu quã multi sunt, qui si possent hanc præsentem vitam semper tenere, quantumlibet ærumnis plenam, essent bene contẽti, & resignarent libenter futuræ vitę. Hoc est, dimitterent Deo regnum suum, & ipsi tenerent mundum. Vnde hoc? Quia immersi sunt in amore visibilium & temporalium, adeo quod non cogitant, vel desiderant, vel cognoscunt alia bona esse, quam illa in quibus modo delectantur: Vel, adeo sunt grauati in conscientia, quod plus habẽt timoris, quam spei ad illam futuram vitam. Vos autem charissimi fratres (vt alloquar vos verbis Apostoli) si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt q̃rite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Renouamini spiritu mentis vestrę, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Quia ad hoc Christus resurrexit, ad hoc Pascha nostrum immolatus est Christus, vt epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Dei patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quod nobis omnibus largiatur idem dominus noster Iesus Christus, qui cum Deo patre in vnitate spiritus sancti viuit & regnat Deus per infinita secula, Amen.

Philip. 4 — Vitã hanc q̃ pericu- lose hoies diligant. — Apoca. 2[illegible] — K — Vitã hanc cur qdam tanto pere diligant. — Collos. 3 — Ephe. 4 — 1. Cor. 5 — Rom. 6

Sermonum de Festiuitatibus Sanctorum partis Hyemalis F I N I S.

IN FESTO SANCTI GEORGII GLORIOSISSIMI MILITIS ET martyris Christi, Lectio loco epistolæ ex Ecclesiastico capite decimo quarto & decimo quinto.

I. Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine æterno hæreditabit illum dominus Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Cum vita hęc plena sit tentationibus, atque in medijs laqueis tota hominis ętas transigatur, plurimaq; omni ex parte pericula immineant, multiq; tum inuisibiles, tum visibiles hostes pios quosque persequantur, vt eos à sui creatoris amore auertant & abstrahant, benignissimus Deus pro nostri institutione, consolatione, confortatiõe, sacram nobis scripturam reliquit, in qua tanquam instructissimo armamentario varia nobis munimenta ac præsidia, itemque remedia voluit esse constituta aduersus omnes quorumlibet inimicorum impugnationes, & contra mala oĩa. Quæcunque scripta sunt, ait Apostolus, ad nostram eruditionem scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. (Roman. 15) Quamobrem etiam in sacris ædibus multa publice ex diuinis libris recitantur, vt dum identidem optimis scripturæ sentẽtijs aures hominum imbuuntur, animis firmentur ad tolerandas vexationes impiorum. Qua re factũ non dubitamus, vt innumeri pro Christo sanguinem promptissima mentis deuotione profuderint, nec à Christo vlla ratione potuerint separari. Ita etiam in ferijs inuicti militis & infracti martyris Christi D. Georgij ex Ecclesiastico breuis quidem, sed memorabilis valde lectio depromitur, paucis verbis saluberrimas institutiones, & præclara promissa complectens: vnde & nos discere possimus, qbus armis munitus Christi martyr tormẽta oĩa superarit, quibusq; etiam nos cõmuniri debeamus, si velimus victores euadere. Ait ergo scriptura: Beatus vir, qui in sapientia morabitur, non quidem sapientia huius mundi, quam stultam fecit Deus, nec sapientia carnis, quæ mors est & inimica Deo, sed in ipso vnico filio Dei, qui est vera & æterna sapientia, qui propter nos homo fieri dignatus est, & vulneribus configi, vt habitaremus in illis & absconderemur, sicut monet Esaias propheta: Ingredere, inquiens, in petrã (Petra autem erat Christus) & abscondere in fossa humo corporis eius. Propterea enim filius Dei voluit clauis & lancea trãsfigi, vt nos in illis vulneribus possimus tuto commorari, nec vllas formidare hostium insidias. Itaq; beatus vir, qui in sapientia, id est, Christo vulnerato cõmoratur, menti suæ iugiter ac indelebiliter habens impressa vulnera illius, quæ tanquam certissima sui erga nos amoris signa etiãnum retinet, sugitq; inde virtutem ac vigorem quendam & succum spiritalem, quo roboratus suauiter & modeste queat perpeti, quicquid molestiæ occurrerit. Beatus item qui posteaquam Christi vulnera sibi iugi cogitatione insculpsit, ad illius exemplum in iustitia meditabitur, solicitus imitari vestigia domini sui, vt sicut ille pro nobis libentissime aduersa sustinuit, & virtutes perfectissime expressit, ita & ipse ob iustitiæ studium virtutum exercitationi totus deditus sit, & magno ac tranquillo animo quæuis dura & acerba ferat. Atq; vt id melius præstare queat, pluri-

(1. Cor. 1; 1. Cor. 1; 1. Cor. 3; Esai. 2; 1. Cor. 10)

plurimum illi contulerit attendere semper præsentē Deū, cuncta acutissime prospectā tem. Quis enī sanæ mentis audeat iniquū aliquid admittere, si viua & vera fide cogitet se peccare in conspectu omnipotentis Dei, q nihil sinet inultum abire? Beatus ergo, q sedula exercitatione sese assuefacit ad cogitandam semper diuinæ maiestatis p̄sentiā & circumspectionem, atq; inde fit solicitus ad vitanda mala, & recte agēdū. Neq; talis magna Dei mercede frustrabit. Cibabit enī illū reficietq; & cōfortabit pane vitę, & verbo dei, q̄ alitur ac vegetatur homo interior, ac renouatur de die in diem. Non enim ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo, q̄d pcedit de ore Dei. Itemq; cibabit illū præstantissimo Eucharistiæ sacramento, q̄d est panis viuus q de cœlo descendit, & dat vitam mundo: Pane etiā intellectus, vt ex sancti spiritus illustratione & vnctione cognoscat quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta, & scripturæ mysteria ac fidei sacramenta perspiciat. Denique aqua sapientię salutaris, nempe diuinæ contemplationis, quæ pertinet ad donum sapientiæ potabit illum, vt oculis cordis videat, & mentis palato feliciter degustet, quam suauis sit dominus. Quæ est vtiq; sapientia salutaris, qa non inflat, vt illa Philosophorum sed facit mentē subditam Deo, & verā confert salutē, facitq; contemnere præsentia, & cœlestia amare, sicut qdam ait: Gustato spiritu decipit omnis caro. Mundi autem sapientia sese ostentare cupit, atq; hominibus se venditat, suiq; gloriam spectat potius, quam Dei, vel salutem proximi. Porro sapientia salutaris hominē iustū, & ita vt dictum est, se gerentem inter oēs rerū vndecunq; accidentiū euentus adeo firmabit, stabiliet, corroborabit, vt nō possit facile vnquā flecti ad consensum iniqtatis: cōtinebitq; illum, vt nihil eiusmodi in se admittat, vnde possit alicuius probri vel ignominię notam incurrere, vel apud homines confundi. Semper enim faciet cum meminisse Dei sui cuncta contemplantis, atq; eius amore & timore honeste se gerere, nō apud hoīes tm̄, sed etiā priuatim ac in solitudine vt nec ipsi qdē dæmones habeāt, q̄d illi opprobrare quæant. Et apud proximos exaltabit illum, vt sicut ipse iam bene constitutus est animo, ita & aliis prosit, multosque Christo lucrifaciat. Solet enim Deus eos qui iam multis pollent virtutibus, interdum ad dignitates & functiones publicas pmouere, vt & cæteris luceāt verbo & exēplo: atq; illis immortalē efficit memoriā tū in terris, tum in cœlis, vt & hic celebres habeantur apud homines, quibus & verbo & scripto, & optima viuendi ratione prodesse curarunt: & sempiterna perfruantur gloria in cœlis ob vitam cū pietate & iustitia sancte ac religiose transactā.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi. Ioan. XV.

IN sermone illo, quē dominus Iesus extremum habuit ad discipulos suos iamiamq; pro nobis immeritū ppessurus mortis supplicīū, multa extant ignitissimum spirantia amorem, & suauissimæ plena consolationis, adeo vt nemo dubitare queat, quin totus ille sermo, sicut domini vltimus fuit, ita & singularem quendam illius erga nos declaret benignitatem ac beneuolentiam, qua recessurus à nobis committere nō potuit, quin cordis sui æstus nobis verbis flagrantissimis aperiret. Sermonem illum scripsit discipulus præ cæteris charior, vtpote qui in domini pectore recumbens in cœna postrema hauserat inde succum quēdam diuinum, quo imbutus posset verba domini vere ignea igneo spiritu proferre. Ex eodem sermone depromptū est huius diei Euangeliū, quod nunc elucidare instituimus.

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitē in me non ferentem fructū tollet eū, & omnē q fert fructū, purgabit eū, vt fructum plus afferat.

Vitem se vocat dominus ob susceptam humanitatem. Nam alioqui non possent homines illius palmites dici, cum vitis & palmites sint eiusdem naturæ. Nos autem diuinæ naturæ non sumus: Itaque vt Christi palmites esse possemus, factus est homo, atque eo ipso vitis vera, cui quisquis

 non in-

Margin notes: Iob. 34; B; Eccle. 15; 1. Cor. 4; Deut. 8; Matt. 4; Lucæ 4; Ioan. 6; Roma. 12; Psal. 33; 1. Pet. 1; Sapientia salutaris qualis sit; Gregorius; C; Ioan. 13; Vitē cur se Christ⁹ vocet, nos que eius palmites sumus

non inhæserit, neq; fructum potest adferre vllum, neque ad aliquid valet, nisi vt flãmis tradatur. Ipse etiam est caput nostrũ, nosque illius membra, si tamen spiritu illius vegetamur. Nam qui spiritum Christi non habet, hic non est eius, id est, non pertinet ad corpus illius mysticum, quod totum viuit de spiritu eius. Porro vitẽ veram se appellat Christus vt hoc ipso se secernat ab illa infrugifera & degeneri vinea, cui p Hieremiã dñs dicit: Ego te plantaui vineã electã: quõ ergo cõuersa es in prauũ vineæ alienæ? quæ est ecclesia impiorum, cuius caput est diabolus, qui est rex super omnes filios sup̃biæ. Quod aut subiungit, Pater meus agricola est, facit more suo, humilimis vtens similitudinibus, vt vbiq; humilitatem tanquam sibi gratissimã, diabolo maxime inuisam commendet. Quare aũt patrem suum agricolam dicit, nisi qa sua gratia nobis p̃stat virtutẽ fructificandi? Sicut enĩ homo agricola fodiẽdo & stercorando, itemq; putãdo & excolendo facit quantũ in ipso est, vt melius crescãt vineæ & arbores: ita Deus gratiã subministrando efficit vt homines bonorum operũ fructus producant. Qua quisqs destitutus est gratia, sine dubio nihil præstare potest. Quo fit, vt quantumuis multa quis bona agat opera, nunq̃ tamen quicquã sibi arrogare debeat, certus gratiæ esse quicqd recte gesserit. Deinde adijcit. Omnem palmitem in me non ferentẽ fructũ, tollet eũ.

1.cor.11 colloss.1 Rom.8

Hiere.2

Iob.41

Agricolã vij patrẽ cœlestem vocet christus

D Quæ nobis bene p̃pendenda sunt. Quisqs credit in Christum, iã palmes est, qa transit in Ecclesiæ cõmunionem. Sed nisi fidẽ suã bonis operibus testet, adferatque fructus sanctaṛ cogitationum, piorũ desideriorum, verborũ ad fidei ædificationem facientiũ, & recte factorum, hoc est, nisi sit diuina p̃ditus charitate, quæ nunq̃ est otiosa, sed semp cupit & sitit exeq volũtatẽ Dei, vt illi placere possit, & potioribus affici gratiæ donis, nõ potest nõ arescere. Vbi aũt exaruit, iã nihil supest, nisi vt p̃scidatur: hoc est, vt totus gratiæ succo destituatur. Quid est autem homo sine gratia Dei? Ergo operemur bonum ad omnes, & per bona opera certam faciamus vocationem nostrã, ne sola fide contenti tanq̃ infrugiferi palmites à vite amputemur. Omnem autem palmitem qui fert fructũ purgat pater cœlestis, vt fructum plus afferat. Adeo non vult Deus vt vnquam à bonis

Gregori⁹

Gala.6 2.Petr.1

opibus cessemus, vt etiã palmites fructuosos purget, vt sint magis frugiferi. Nã & ipsi fructuosi palmites saltem quibusdam paruis & quotidianis nõ carẽt vitijs, à qbus eos purgat Deus agricola varijs eos affligendo temporarijs malis & incommodis, itemq; p̃mittendo vt dæmones & homines ipsos multis diuexent modis, quo sic ad purum ab omni labe excocti, fructum nedum vberiorẽ, sed etiã Deo gratiorem ferãt. Cũ igit recte viuimus, & tamẽ aduersa patimur, non feramus moleste, sed cogitemus pium patrem sordes quasdam in nobis cõspicere, à quibus nos mundare cupiat. Nunquam enim affligit nos Deus, nisi optima & amantissima voluntate. Alterum e duobus pijs quibusq; eligendum est, vt aut hic æquanimiter ferant manum Dei paterne castigantis & erudire cupientis, aut postea sentiant flagella iudicis inexorabilis, & seuere vindicantis.

Iã vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

Mũdi erant Apostoli propter sermonẽ dñi nõ tã auditum, q̃ operi mancipatum. Obedierant enim sermonibus Christi: & propterea mundi erant à sordibus mortalium vitiorum, non tñ ab omni labe venaliũ, à qbus necesse erat etiã ipsos adhuc purgari. Nemo hic se fallat, tanquã sufficiat audire verbum Dei. Nõ enim auditores legis, sed factores iustificabuntur. Atque vt in illa mundicia possent Apostoli perseuerare, monet eos dñs, vt in ipso permaneant per fidem & charitatẽ, hoc est, ipsius voluntati morem gerant, seseque promittit in ipsis permansurum per gratiæ suæ communicationẽ, qua semper possint esse fructuosi, & à sordibus expurgari. Quid vero iucundius, quam manere in Christo, & in se Christum manentem habere? Quæ mors, quæ supplicia, quæ calamitas illi pertimescenda, qui vitam in se habet inde ficientem, vnde omnia viuunt? Maneamus autem in Christo bone agendo, & ipse in nobis manet gratiã bene agendi nobis impertiendo. Non enĩ nostris viribus bene agimus, sed illius gratia. Vñ etiã subiungit: Sicut

Roma.2 Iacob.1

Manere nos i christo & ipsum in nobis qd

Sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso nisi māserit in vite, sic nec vos, nisi in me māseritis. Palmes pcisus à vite, nō trahit humorē ex radice: ergo necesse est vt pereat. Ita etiam nisi per fidem & charitatē in Christo permaneamus, & gratiæ illius influxus percipiamus, impossibile est, vt vllos Deo placitos feramus bonorū operū fructus. Quicquid enim extra gratiam & charitatem fit, non est gratum Deo, qui nō nisi sua opera coronat in nobis, nec tamē operatur in nobis sine nobis, sed nostrum quoque studium requirit. Erant nunc superbi, & sese iactitent tāquam aliquid egerint. Si quid boni fecere, non est ipsorū, sed gratiæ. Quis autem nisi impudens laudē captare velit vel ausit ex re aliena? Nemo ergo se extollat, nemo sese animo efferat quantislibet sit virtutum meritis ornatus. Si eñ Deus subtraxerit paulisper manum suam, omnium miserrimus erit. Agnoscamus gratiam, & gratiæ grati simus, ac nihilominus totis viribus gratiæ cooperemur, ne in vacuum Dei gratiam recepisse videamur. Ita agendo & humiles erimus, & desidię ac negligentiæ culpa carebimus.

Deus quā in nobis operatur

1. Cor. 4

Ego sum vitis & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum: quia sine me nihil potestis facere. Et si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Et colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Iam ante expositū est, quomodo Christus sit vitis, nos palmites. Sed quod sequitur, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū, ad commendationem charitatis & diuinæ gratiæ pertinet. Quisquis enim amando Deum manet in illo, habetque in se manentem Deum per gratiā illius, hic fert fructum multum bonorum operum, vel etiam internarum exercitationum, quia charitas & gratia semper impellunt hominem ad exequenda omnia, quæ sint grata Deo. Ergo qui fructū ferre noluit, sed suis indulgent affectibus, atque huic mundo eiusq; voluptatibus & vanitatibus dediti sunt, non manent in Christo, nec in ipsis Christus manet. Qui autem Christū in se manentem non habent, necesse est: à diabolo rectore possideant: qui nimirum non ad fructus faciendos, sed ad omnem impietatem eos quos occupat adhortatur. Porro fructum facimus non ex nobis, sed quia Christus habitat in nobis, adiuuans infirmitatem nostram, sine cuius gratia certum est nos nihil posse facere. Ipse enim operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, ita vt ab ipso sit & bonæ voluntatis studium, & operis boni executio.

Fructum multum q manserit

Phil. 2.

F

Merito ergo pij omnes, ne in suę naturæ infirmitate relinquantur, & cœlestis auxilij destituantur ope, nihil sibi arrogant, nihil sibi tribuunt, sed sunt humiles, & clamant cum Esaia: Domine omnia opera nostra operatus es nobis. Ergo non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam: quia sine te nihil possumus boni facere. Arbitrium hominis ad perpetranda mala sufficit sibi: sed non item ad facienda bona. Si quis autem in me non manserit, ait dominus, id est, mihi per charitatis perseuerantiam non inhæserit (non enim sufficit bonum inchoasse, nisi adsit ad perseuerantia) mittetur foras, id est, à mēbris meis auulsus, diabolo & membris eius sociabitur, atq; à luce gratiæ exclusus, in tenebras cordis, ac postea in tenebras tartareas proijcietur, & arescit penitus, vt nullum vnq̄ possit fructū facere. Hoc maxime terrere debet hæreticos, q se ab Christi corpore abiūgunt, & noua comminiscunt dogmata, cū tñ non sit nisi vna fides & vnum baptisma, & vnica Ecclesia, extra quā nulli est salus: à qua quisqs recedit, non permanet in Christo, vnde non potest non arefieri. Quotq̄t autem à Christi gratia alieni arescūt, illos colligent angeli executores diuinæ sententiæ, & mittent in ignem tartareum, q est mirū in modū intolerabilis, & multipliceē habet vim affligēdi impios, adeo vt nulla mens humana id possit capere, atq; inibi ardebunt infelices non ad horam, non ad diem, non ad annum, non ad centum annorum millia, sed absq; vllo fine. Quid his potest dici horribilius? O homo time Deum tuum, dum adhuc licet resipiscere, ne talibus pœnis inuoluaris.

Esaiæ 26

Psal. 113

In hæreticos nouē dogmatū cōmentatores

Mat. 13. 25

Si manseritis in me, & verba mea in vobis māserint, quodcūq; volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

Si man-

Si manſeritis, inquit, in me per charitatẽ (Qui enim manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo) & verba mea in vobis manſerint, ita vt ea re ipſa exequamini & ſitis dictis meis audientes, quodcunq; volueritis ſecundum Deum, petetis à me, & fiet vobis, ſi tamen ſit vobis ſalutiferũ. Non enim in omnibus exaudit Deus etiã chariſſimos amicos ſuos, vt eſt euidens de Apoſtolo, qui ter rogauit auferri à ſe angelum ſathanæ, nec tamen obtinuit, ſed in illis duntaxat, quæ ſint illorum ſaluti accõmoda. Propterea etiam ſanctus Iob dixit ad dominum: Clamo ad te & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem. Itaq; nõ frãgamur aĩo ſi nõ ſemp exaudiat Deus p̃ces noſtras. Ipſe em̃ nouit, qd expediat ſaluti noſtræ. In hoc, inqt, clarificatus eſt pater meus, vt fructũ plurimũ afferatis. Cedit em̃ ad gloriã Dei, qcquid à pijs geritur, & in bona vita noſtra Deus ſæpe etiam ab infi delibus laudatur. Quamobrẽ alibi dominus monet: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et ſicut ad laudem Dei cedit quicqd corã alijs pie & religioſe agimus ob honorem & amorem illius, ita impba vita noſtra maxima illũ cõtumelia afficit, efficitq; vt ppterea ab Ethnicis & incredulis blaſphemeẽ ſanctũ nomẽ illius. Atq; hodie ſane dubium non eſt, quin vita Chriſtianorũ longe ſceleratiſſima apud infideles deſpectui ſit & opprobrio, atq; Deus ipſe illius cauſa impijſſime cõtemnatur ac blaſphemeẽ. Sed q̃ dire hoc olim vindicaturus ſit Deus, ſentiẽt filij ſcelerati, qui pium patrem tanta afficiunt ignominia. Quis iã velit ad Chriſti fidẽ accedere, quando vita Chriſtianorũ talis eſt, vt nullo℞ poſſit eſſe flagitioſior? G Colligimus etiã ex his Dñi verbis quantũ placeant Deo fructus multi bonarum actionum noſtrarum, qbus dicit clarificari patrẽ ſuũ, ne qs putet nõ habere meritũ apud Deum recte facta noſtra, q̃d hæretici mentiũtur. Hoc ipſo enim Chriſti efficimur diſcipuli, ſi fructũ plurimũ afferamus, & quæ Deo placita ſunt ſemper faciamus, ita vt nec momentum temporis abſque fructu dilabi patiamur. Seminemus interim, & q̃d cumque poteſt operari manus noſtra, inſtanter agamus: veniet nox, quãdo nemo poterit operari. Nec timeamus ne fruſtra laboremus: quia ſuo tempore metemus nõ deficientes. Ipſe dominus hoc eodem ſermone manifeſte docet, quinam ſint ſui diſcipuli: In hoc, inqt, cognoſcent omnes, qa diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicẽ. Ergo charitas facit nos Chriſti diſcipulos. Vbi autem eſt charitas proximi, ibi eſt etiam amor Dei. Amor autem non poteſt eſſe otioſus, ſed operatur magna vbi eſt, & plurimum facit fructum.

1. Ioan. 4 — Exaudire cur Deus ſuos quãq; differat — 2. Cor. 11 — Iob. 30 — Matth. 5 — Vita ſcelerata chriſtianorum quã infidelibus ſit deſpectui & opprobrio. — Eccle. 9 — Ioan. 9 — Gala. 6 — Ioan. 13 — Grego.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego pręcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

Pater filiũ amore incõprehenſibili diligit: & nos quoq; filius ardentiſſime amat: Pater ſe totum communicat filio: Filius ſe totum noſtræ ſalutis cauſa impẽdit. Pater filio omnia ſua ſecreta reuelat: Filius nobis nota fecit omnia quæcunque audiuit à patre. Et tamen quamuis charum habuerit pater filium, nihilominus ad atrociſſima perferanda ſupplicia deſtinauit eum. Ita & filius chariſſimos quoſq; amicos ſuos ex pręcipuo erga illos amore, quo cupit eos ſibi vt in pœnis, ita & in gloria ſimillimos efficere, multis permittit ijsque admodum duris vexari afflictionibus. Sed in omnibus curandum nobis eſt, vt in dilectione Chriſti permaneamus. Et qui id fiet? H

Hæreticus dicit: Crede, & ſufficit tibi. Quid vero Chriſtus? Si præcepta mea ait, ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Forte neſcire te dicis quæ præceperit Chriſtus, Audi quid dixerit Apoſtolis iamiamque in cœlos aſcenſurus: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Ergo quicquid quatuor Euangelijs continetur, id ad Chriſti præcepta pertinere videtur. Ea enim omnia ipſe ſuis mandauit Apoſtolis. Viue ergo iuxta Euangelij præſcriptum, & manebis in dilectione Chriſti. Nam ſi ſecus vixeris, & Chriſtum ore confitens, opere & vita contempſeris, non manebis in Chriſti dilectione, ſed fides tua tibi damnationis cumulus erit. Sic & Chriſtus non fuit cõtentus patrem verbis prædi-

Matt. 11 — Ioan. 15 — Chriſtus cur ſuos electos ſinat multifariã hic affligi. — Matt. 28 — Præcepta chriſti q̃nam cõprehendent.

prædicare, ſed etiã omnia illius præcepta ſeruauit, factus obediẽs vſq; ad mortẽ crucis, ſicq; ꝑmanſit in dilectiõe illius: Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis: quam qui negligunt, de illis propheta dicit: Dilexerũt Deũ in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo &c.

Phil. 2 — Gregori⁹ — Pſal. 77

Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur.

Gaudium mũdi q̃dnam ſit — Gaudium Chriſti q̃d — 1. Cor. 3

Nõ dicit, vt gaudiũ mũdi ſed gaudium meũ in vobis ſit. Mũdi gaudiũ eſt de vanitatibus & voluptatibus carnis, de põpis & honoribus atq; id genus alijs, quæ nunq̃ poſſũt verũ pſtare gaudiũ. Sed Chriſti gaudiũ eſt puritas cordis, cõſciẽtiæ tranq̃lla ſerenitas, amor iuſtitiæ, odiũ iniq̃tatis, ſpes firma futuræ beatitudinis, veritatis æternæ contemplatio, & mẽtis imperturbabilis pax & immota ſecuritas. Hoc aũt gaudiũ in hoc mundo inchoari poteſt: impleri nõ poteſt, niſi vbi omni carnis corruptiõe abiecta, ad cœleſtis patriæ portum appulerimus, & vnum cũ Deo effecti in eandem ſuerimus imaginem transformati à claritate in claritatẽ, vt ſit Deus in nobis, & nos in illo, nec quiſquam vnquam deinceps nos ab illo poſſit ſeparare.

SERMO IN EODEM Feſto. Vt nos maneamus in Deo, & Deum in nobis manentem retineamus: & de duplici martyrio.

I

MAnete in me, & ego in vobis. Ioan. XV. Feſtũ inuicti marty. Georgij hodie colimus dilectiſſimi, q ea re inuictus fuit, q̃d & ipſe mãſit in Chriſto, & Chriſtus in ipſo. Miramur martyris ſcti cõſtãtiã, vincẽti cõgratulamur, & delectat nos fragilis hoïs inſupabilis fortitudo, & morituræ carnis aduerſus tormẽta ſæuiſſima ineffabilis patiẽtia. Sed in his agnoſcimus Dei gratiã intus operantẽ, gratiã pdicamus, gratię pcipuam victoriæ palmam aſſignamus. Obtinebat Chriſtus & ſuo ſibi iure vẽdicabat pectus martyris ſui tanq̃ arcẽ ipſius virtute & pſidio munitiſſimã, & q̃ illud virtus vel humana vel diabolica expugnare potuiſſet? Manebat Chriſtus in martyris nedũ aĩa, ſed & corpore, (An neſcitis, ait Apoſtolus, qñ mẽbra veſtra tẽplum ſunt ſpũs ſcĩ, q in vobis eſt?) & martyr ſuo inhærebat capiti, ſuo obtemperabat rectori & inhabitatori, & q̃ſquam vlla vel fraude, vel vi aut Chriſtũ ex martyre pfligare, aut martyrem à Chriſto ſeparare potuiſſet? Sæuierunt in martyrẽ dæmones, ſæuierunt & hoïes: ſed ideo ſæuierunt, vt euidentior & glorioſior appareret virtus Chriſti ſuũ martyrẽ ptegẽtis, & inſignior foret victoria & corona martyris p ſui regis honore & amore fortiter & acriter dimicantis. Legerat ſanctus martyr dominum ſuis in Euangelio dicẽtem: In mundo preſſuram habebitis. Et: Eritis odio oĩbus hoĩbus ꝓpter nomen meũ. Et Multos ex vobis occidẽt, & pſequenĩ de ciuitate in ciuitatẽ. Sed cõfidite ego vici mũdũ. Tñ id curę vobis ſit, vt maneatis in me, ſitis membra mea, membra capiti conſentanea, membra capiti morigera, non capitis imperium detrectantia nõ à corpore abſciſa, ſed corpori fortiter inhærentia, vt vnguentum cœleſtis gratiæ & ſpiritualiũ chariſmatum, ſine q̃bus anima nõ poteſt vitam tueri ſuam, in vos e capite deriuetur & viuatis de ſpiritu meo: q̃a niſi ex me vita vobis ſubminiſtretur, vita inquam gratiæ, non eritis aliud q̃ palmites inutiles pciſi à vite: qui quia non accipiunt ex vite ſuccũ vel humorem, areſcunt. Aridi autem hunc ſolum habent vſum, vt mittantur in ignẽ. Sicut enĩ palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite: ita nec vos, niſi in me mãſeritis: Omnem autem non ferentẽ fructum tollet pater, & à membris meis auulſum ſociabit dæmonibus igni æterno cruciandum. Hæc ergo ſanctus martyr minime ignorans, ſtrenui militis functus officio regi ſuo fidem ſeruauit, fidem ſeruando ab impijs occiſus eſt: ſed corpore extincto, anima ad ſuum euolauit autorem, atque ad illius admiſſa conſpectũ, læta & ouãs cecinit: Ipſi inuanum quæſierunt animam meam. Te pmittente conſciſſus eſt ſaccus corporis mei: ſed circumdediſti me lætitia. Paulominus conſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Nec dilexi vſq; ad mortem animam meam, ſed libenter eam perdidi propter te vt viderem virtutem tuã & gloriam tuam. Eã quoque ob rem cum eſſet inuictus hic martyr in milita-

1. Cor. 3. 6 — Ioan. 16 — Lucæ 21 — mat. 10. & 8 — Ioan. 16 — Ioan. 15 — K — Pſal. 62 — Pſal. 29 — Pſal. 118 — Lucæ 9 — Ioan. 12 — Pſalm. 62

militari arte peritissimus, vt regi regum & domino dominorum commodius seruire posset, cingulum militiæ soluit, omnesque facultates & diuitias, quas quidem habere potuit, pauperibus elargitus est: malens temporali cum Christo inopia premi (Lucæ 12) vt secundum vocẽ dominicam immarcescibiles & nunquam deficientes diuitias sibi acquireret in cœlis, quod cum huius mundi diuitibus rebus omnibus abundare, & post huius vitæ curriculum, penuria angi. Repererat nanque margaritam preciosam in agro cordis sui latitantem, (Matt.13) quam distractis omnibus, mercatus est. Nisi enim quis (ait ipsa veritas) renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus (Lucæ 14) esse discipulus. Prætulit igitur inclitus hic martyr, & strenuus athleta, Christi discipulatum omnibus fallacissimi huius mũdi diuitijs, pompis, honoribus, voluptatibus (Phil.3) ac quasi stercora ea omnia reputauit, vt Christum lucrifaceret, Christi vestigijs continenter insisteret, Christumque nudum, nudus ipse quocumq; illum ducere decreuisset, incunctanter, intrepide, animoque hylari sequeretur. Non carceres, non vincula, non tortores crudeles, non tormẽta pro Christi nomine expauit, nec erubuit iniurias contumeliasq; pro domino suo pati: quando iam certa fide tenebat, multo plura ac grauiora Christum pro se, suaque salute pertulisse. O animi singularem fortitudinem: O martyrem inuictum, ac vbiq; de victoria triumphantem. O constantiam mirandam atq; omnibus prædicandã modis. Quis non iam in seipso erubescat hæc legens: hæc audiens, quod adeo sit adhuc animo pusillus, vt nihil possit, ne minimã quidem pro Dei gloria iniuriolam sustinere: & non magis talis, qui solido perfectorum (Heb.5) possit pasci cibo, sed paruulorum adhuc lacte sit nutriendus: is nunquam merito erubescere deberet. Sed quisquis talis est, non despondeat animum, sed viriliter (1.cor.13) ad altiora se accingat, & quæ paruuli sunt euacuet, vt quandoq; ad robustiorum multoq; tempore exercitatorũ certamina possit pertingere, suoq; se capiti, hoc est, Christo, magis conformare per multorum opprobriorum contumeliarumque patienti perpessione. Talis namque iniuriarum ex amore tolerantia, dici nequit, quantum hominem ad virtutes scilicet humilitatem, patientiam, obedientiam, charitatem & id genus, præparet, ipsique Christo commendabilem ac amabilem efficiat, & gratiam illius in nobis multiplicet atque conseruet, nec facile à Christo nos excidere permittit. Hoc est ergo charissimi manere in (Manere in Christo qd sit.) Christo, eius gratiæ, per quam ipse in nobis manet, consentire, & cooperari, id est, præceptis illius obedire, vitia fugiendo, & virtutes colendo. Quod etiam idem dominus in huius diei Euangelio declarare volens. Si præcepta mea, inquit, seruaueritis, (Ioan.15) manebitis in dilectiõe mea. Porro in Christi dilectione manere, nihil est aliud, quam (Manere in Christi dilectiõe qd sit.) in ipso Christo manere. Sicut enim palmitis in vite manentis iste fructus est vt vuas ferat: ita hominis in Christo manentis fructus est, vt Deum diligat. Vbi charitas est, ibi legis perfecta executio est, si tamẽ sit perfecta charitas. Et quanto in nobis charitas perfectior est, tanto quoque nos Christo coniunctiores sumus, & ille nobis maiori copulatur necessitudine. Cæterum charitas non sinit hominem otio languescere, sed impellit & vrget ad vitandum omnia illa, quæ Deus oderit, & exequendum quæ (Charitas qd in nobis efficiat.) cunque grata sint Deo. Charitas enim non potest ferre aliquid vel minimum, quod offendat animum dilecti: nec potest prætermittere quippiam, quod dilecto placeat. Itaque charitas vbi animum hominis occuparit, cogit eum exequi cuncta præcepta Dei: & ipsa præceptorum sedula executio fouet & auget charitatem. Ita vna eademq; res & nos facit manere in Deo, & Deum in (Iacob.5) nobis. Si quis autem peccati fallacia deceptus, aut propria concupiscẽtia abstractus & illectus, noluit facere quod exigat Deus, aut recuset vitare quod vetet Deus, is qa præcepta Dei non seruat, non manet in eius dilectione. Quisquis aũt Deum nõ diligit, non habet spiritum Christi (charitas (Rom.5) enim Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis) Qui vero spritum Christi non habet, hic (Rom.8) non est eius: ergo nec ipse manet in Christo, nec habet in se manentem Christum. Si enim Christus in ipso esset, viueret vtique de spiritu Christi. Sed non potest de Christi spiritu viuere, qui charitatis expers est. Talis non fuit beatissimus martyr Christi Georgius, qui & perfectius in Christo maneret, illis adhærere posset per charitatem curauit ante omnia, propria carnis edomare vitia, & periugem maceratione

cor' ceratione m,continuamq; mortificationē suspsius, carnem spiritui subdere rectæq; rationis imperio subigere,ne cum alijs prę dicaret,ipse reprobus inueniretur. Nisi enim hoc modo mortuus sibi,mundo & vitijs fuisset,minime Christo viuere potuisset,nec tot animas à diabolo per tam longa tempora possessas,Christo lucrifecisset. Gal.5 Hinc B.Paulus ait: Qui Christi sunt,carnem suā crucifixerunt cū vitijs & cōcupiscentijs, Rom.6 nec permiserunt dominari pctm̄, in suo mortali corpore,eo, q̊d mens peccatorum onere prægrauata,non valeat se ad cōspectū creatoris sui subleuare. Quod verissimum esse comprobans strenuus miles ac martyr Georgius (vt paulo ante diximus) proprium penitus ex corde suo extirpauit amorem, & vbicumq; potuit aut docendo,aut exhortando,aut orando gloriam & honorem domini sui promouit: superstitiosum Idolorum cultum euidentissimis signis & miraculis euacuans. Sacræ namq; fidei inexpugnabile arripiens scutum,tam regibus quam tyrannis inuincibilem se obiecit: Charitatis quoque ardore succensus nec minis,nec blanditijs à veritate abduci potuit. Inde est, quod carceri mancipatur, virgis & scorpionibus cæditur,lampadarum exustionibus cremat̃, laniatur,torquetur,perimitur, nulla tamē in eo auditur quærimoniæ vox,nullus repugnandi motus, nulla stimulatio impatientiæ,sed lætus corde,intentione immobilis, deuotus animo, menteq; tranquillus laudat Deum, carnificibus compatitur, se odientes & exquisitissimis tormentis afficientes, syncero amore complectitur. Erat ibi videre magnū spectaculū grādeq; prodigiū,hominē tot pœnis totq; immēsis expositū cruciatibus ac morti pane vicinū summa gaudere pace,sūmoq; cordis pfundi gaudio: cū alioqn (vt nostra hæc misera fert ætas) hoies iāiamq; pœnas illis inferēdas horreāt,palescant,trepidēt,oīaque eoꝵ mēbra cōtremiscant. Sed vñ hoc illis cōtingit? Nō alia sane de causa,q̄ q̊d necdū sibi suisq; vitijs,& motibus internisq; proprietatibus emortui sunt, quibus si mortui essent aut mori saltem vellent, misericorđissimus Deus omnem hanc vanā formidinē & puerilē timorē breui in illis singulari quodā modo mutaret,ita vt nō solū aduersa ad Dei gloriā excipent gratāter verum etiā ipsam mortem p nihilo ducerēt

Timor mortis vnde accidat

animati nimiꝵ exēplo fortissimi ac inuictissimi marty. nostri Georgij,q vt æternā inueniret vitā,temporariam non formidauit mortem. Verū o pie Deus cuius hæc immēsa sūt opa,nisi tua, q oli p os S. pueri tui Dauid loquutus es: Mirabilis Deus in sctis suis: Deus Israel,ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi suæ. Qui em̄ cœlum pugillo contines,& terrā palmo metiris: scti tui Gregorij possidens animā,veluti insensibilem eū faciebas in pœnis. M Psal.67 Esaiæ 40

Vis ergo & tu qsquis es manere in Christo,eiusq; sacra seq vestigia? Dilige Christū.i.dilige iustitiā,veritatē,vitā,lucē,sapiētiā cæterasq; virtutes,& qcqd potest facere ad bene beateq; viuendū. Hæc em̄ oīa aut Christus ipse,aut pducūt ad Christū. Si autē diligas iniustitiā,iā recedis à Christo. Si Ioan.14 delectaris mendacio, nō inhæres Christo q veritas est. Si pctm̄,q̊d animā occidit amas, odis vitā, quæ Christus est. Si tenebris vitioꝵ implicitus es,nisi te nitaris excutere,& redire ad lucē,nō cohæres Christo,q lux est & dies. Atq; ita de alijs id genus sentiēdū est. Quid vero cōmodi habet relicto Christo,id est,repudiata iustitia,veritate,luce,vita &c̄.ad iniqtatem, mēdaciū mortē,tenebras se transferre? Nihil sane. Quales ergo cēsendi sunt,q id faciūt? Nimirum amentes,insani,furiosi. Dicit tibi rex aliqs p̄potens miseratus inopiātuā. Veni ad me & faciā te beatū & diuitē. Sed alius qdem extremę vilitatis & abiectionis inuidens tātę felicitati tuæ,vocat te ad se dicens: Veni, & non quidē reipsa te beatū efficiā,sed tm̄ verę beatitudinis vmbra quadā & imagine te deludā,atq; post paululū extremæ & nunq̄ finiendæ miseriæ te obijciā & tu audebis rege contēpto, hominē vanissimū seq? Sic sic charissimi multoq; peius nos facimus,qn̄ Deum, Deiq; filiū,eiusdem sacra p̄cepta,& superiorū nostrorum Christi vicariorū monita, siue cōcilia pro nihilo ducimus,& seruimus immūdis spiritibus,vitijs mundiq; voluptatibus, quæ tñ nihil ad æternā vitā obtinendā nobis cōferre poterūt,sed vel maxime æternis nos addicunt infernis cruciatibus. Sed iam vel tandem ad animum redeamus. Pudeat quæso nos indulgentissimum patrem tam impudenter abijcere, & vilissimo hosti adhærere. Maneamus in illo,virtutibus & bonis operibus semper studendo, vt & ille maneat in nobis, gratiam in nobis su Sapien.1 Ioan.1.8 Paradigma

am augmētādo. En martyr iste infractus & gloriosus, cuius hodie solēnitatē colimus sanguinem suū p Christi amore fudit. Et nos itidem si pro Christo sanguinem fundere non possumus, saltē vitijs moriamur, & q̄d corpore nō daſ, corde feramus martyriū. Est em̄ duplex martyriū: Aliud corporis, aliud cordis. Exigit potens aliqs, vt iustitiā desereras, & cōsentias pctō. Si non facias, mortē minaſ. Hic mors potius excipiēda est, q̄ iustitia violāda. Et hoc martyriū est corporis: q̄d maxime scti martyres expti sunt, q sub impijs Tyrannis vixere, quorū edicta cōstanti irrisere animo, ne ipsi dæmonibus ludibrio forent. Est aliud cordis martyriū, q̄d licet nō cogat sanguinem corporis violenta quadam necessitate fundere, tamen cordis sæpe & ossiū medullas absumit. Atque vtrumque hoc martyrium, puta, & corporis & cordis eo tendit, vt maneamus in Christo, & Christus in nobis.

Martyriū corporis q̄dnam sit

Martyriū mētis q̄d sit

N Hoc cordis martyriū in eo consistit, vt aduersum insidiosas & sæpe valde molestas & acerbas dæmonū impugnationes, carnis vexationes, & innumeras diuersorum generum spiritales tentationes, quæ plerumq; plus cruciant animā religiosam, quam quæuis externa possent tormentorum genera, inuicti persistamus. Norunt pij & Deo dediti homines, q̄ multa secundū spiritū Dei seruos oporteat ferre dura & aspa, q̄rum penitus rudes sunt hoīes mūdo huic & sensibus dediti. Sed ferenda sunt æquanimiter, & sicut olim martyres sanguinem corporis Christi amore hilariter fuderunt, ita hac in parte fundendus est sanguis cordis, & ipsa quoq; ossiū medulla cōficienda potius, quam in mortiferū peccatum consentiendum. Sunt tamē multæ id genus tentationes, quę nulla re melius, quam contēptu & paruipensione vincantur. Nemo sibi in hac vita securitatem promittat. Caro quamdiu spiritui coniuncta est, multas excitat perturbationes, & pondere suo premit animum multa cogitantem. Habet Deus semper martyres suos. Olim cogebantur aut sacrificare dæmonibus, aut mortem subire. Hodie necesse est aut dęmonibus obtemperare consentiendo vitijs, aut Deo morem gerendo vitæ huius oblectamenta & aspera proculcare. Non vis esse martyr Christi vitijs reluctando? eris ergo ludus dæmonū ferendo tormenta impiorū. Obsecro charissimi nihil in hac vita quęramus aliud, quā aut agere semper aliquid boni, quod placeat Deo, aut illius flagella æquanimiter perpeti. Bene semp agendo mortificantur carnis desideria: dura æquanimiter ferendo cordis patientia exercetur & corroboratur. Maneamus semper in Christo p veram & synceram charitatē, quæ omnem à nobis excludat iniquitatem, vt & ille semper maneat in nobis, sua nos gratia confirmādo, sua luce illustrando, sui amore inflammādo. Transit mūdus & concupiscentia eius qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Breuis est omnis molestia, quæ potest mortalibus occurrere: sed patientia p̄mium habet sempiternū: Nec potest quisquam manere in Christo, nec Christum in se manentem retinere nisi semper bene agendo, aut mala patienter ferendo, iustitiam colat, iustitiam exequatur, & à iustitia se nunquam vllis vel fraudibus, vel blāditijs, vel terroribus auelli patiaſ: Quod nobis omnibus præstet dominus noster Iesus Christus, Qui cum Deo patre in vnitate spiritus sancti viuit & regnat deus, per secula, infinita, Amen.

Carnis desideria q mortificentur.

1. Ioan. 2

IN FESTO SANCTORVM APOSTOLOrum Philippi & Iacobi Lectio libri Sapientiæ, Epistolæ loco. Capite V.

II STabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, Videntes, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &

ſum,& in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei? Et inter ſanctos ſors illorum eſt.

PARAPHRASIS IN EANDEN EPISTOLAE Lectionem

A PVlcherrima hodie lectio nobis proponitur filij chariſſimi in qua commemorat breuibus quidem,ſed admodum aculeatis verbis inſipientia mundi amicorum,quum amicos Dei conſpiciunt haberi deſpectui ea quæ ipſi ſummo in prætio,nimiſque chara habent,puta diuitias, honores, voluptates,ſucceſſus proſperos,& quicqd huiuſmodi eſt temporariæ vanitatis,in quibus pereunt miſeri,derident eos atque vilipendunt, tanquam qui mente capti, ac ſenſibus non recte ſint conſtituti,eo quod nolint frui bonis huius vitæ.Sed reuera ipſi potius plane amentes ac ſtupidi ſunt, dum amorem ſuum in res pſentes ac ſeculi voluptates conferunt, neglectaque vera ſalute & ſumma beatitudine, cuius capeſſendæ gratia ac emerendæ tamen omnes conditi ſumus,nec aliam ob cauſam in hãc lucem editi ſumus, vmbram & ſomnium amplectuntur, tantoque fiunt miſeriores ac miſerabiliores, quãto his magis dediti ſunt,magiſque abundant. Quamuis autẽ quod ad præſens tempus attinet,maiori videantur gaudere felicitate,vitamq; iucundiorẽ,ſuauiorẽ,ac gratiorem ducere atque illi,qui Chriſtum dominum per pœnitentiæ & crucis iter ſectantur: quod tamẽ nec ipſum ſimpliciter verum eſt, cum vtique nullæ huius mundi voluptates, tranquillæ conſcientiæ gaudijs poſſint comparari, quibus vt perfruuntur amici Dei, ita mundi amici careant neceſſe eſt,tamen vbi ad extrema ventum eſt, tum demum res ipſa declarabit,quam nihil fuerit, imo quanta infelicitas fuerit mundi proſperitas & amor ac ſtudium voluptatũ quãta que felicitas ea Chriſti amore contempſiſſe. Maxime vero in ipſo extremo iudicio, vbi iuſti pariter & impij omnes comparebunt,pſpicue animaduerterent filij huius ſeculi,& quotquot amicos Dei,dũ viuerẽt, perſecuti ſunt,ac deriſui habuere, vel etiã neci dederunt ob pietatem,quam bonũ fuerit ſeruire Deo,quã noxiũ nõ timere deũ, Tunc enim ſtabunt iuſti in magna conſtãtia,nempe de ſua iã gloria immortali,ſummaq; beatitudine ſecuri, aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt, qui ſuis perſecutionibus,ludibrijs, ſannis, terroribus, minis, ſupplicijs ipſos diuexarunt: & q abſtulerunt,quod alij vertunt, ſpreuerũt labores eorum,tanq̃ futiles,inanes ac ſuperuacaneos,quos nullus eſſet fructus cõſecuturus. Stabunt igit in magna conſtãtia aduerſus eos,tantoq; maiori,quãto hic viſi ſunt contemptibiliores,abiectiores,magiſq; ab impijs afflicti ac pſſi ſunt. Erit eñ in illo iudicio:maxima bonorum gloria, virtus,& poteſtas,& claritudo. Fulgebunt enim ſicut ſol in virtute ſua, ac vehementiſſime impios omnes,maxime ſui oppreſſores,vexatores ac in perſecutores affligent & premẽt,adeoq; ſubſannabunt & deſpicient. Videntes autẽ impij Chriſtũ ipſum, & cũ eo iuſtos omnes in tanta maieſtate & gloria,turbabuntur timore horribili,imo incõphẽſibili,tãtoq; horribiliori, quãto hic magis ſeſe erigunt ac inſurgunt & ſæuiunt in amicos Dei:& mirabunt in ſubitatione inſpiratæ ſalutis,quæ præter ſpẽ & opinionem ipſorum electis obtinget. O iuſtum æquiſſimi iudicis Dei iudiciũ. Humiles,mites,pij,quos modo mũdus deprimit,vexat, angit & anguſtat, illic ſumma erunt animi conſtantia,ſecuritate,latitudine præditi. Impij contra,ſupbi,tumidi,qui hic miris ſeſe modis efferunt, inſoleſcunt, laſciuiunt,ſummo animi metu, anguſtia, terrore conſtringentur: dicentes intra ſe, ſecumq; cogitantes,ac pœnitentiam agentes,ſed heu ſeram nimis. Non enim habet fructus vllos pœnitentia in aliud ſeculum dilata:& tamen pœnitebunt ſceleſti ac inimici Dei,non quod eis dolebit pijſſimum ac amantiſſimum offendiſſe creatorem,ſed quod ſe ſentient ob ſua demerita pœnas daturos ſempiternas. Vnde etiam præ anguſtia ſpiritus gement acerbiſſime, quod in tam inexplicabiles ſeſe miſerias demerſerint, quas tamen, ſi voluiſſent facile euadere potuiſſent. Hæc nanque anguſtia vna eſt ex pœnis damnatorum, intantum

Matt.13

B

Mat.13

Impios q̃nta poſt hac mane at calamitas

Pœnitẽtia apud dam natos qualis erit

grauis, vt quidam eam dicat pœnas alias omnes superare: cuius talis quædā possit similitudo dari, q̄uis nec ipsa veritati respōdeat. Si terra hæc, quam calcamus tā esset crassa, quantum distat cœlum à nobis, eaque sese aperiret, & hominē viuum cū anima & corpore in mediū sui reciperet, rursumq; vndiq; sese claudens, hominē illū strictissime comprimeret nec tamen occideret, sed in omnem æternitatem viuum retineret, quis dubitat ineffabilem illam fore angustiam? Tali ergo, imo longe maiori angustia prementur impij omnes, ita vt singulis quibusq; momentis præ nimio terrore & angore putent se redigendos in nihilum, nec tamen vnquam possint interire. Hacque angustia correpti dicent: Hi sunt, quos aliquando, dum nobis cum in terris degerent, habuimus in derisum, eorum simplicitatem, humilitatem, innocentiam, pietatem contemnendo: & in similitudinem improperij, ipsorum recte facta eis aut etiam alijs ceu vana & stolida obijciendo ac opprobrando. Nos insensati, q olim putabamus nosse nos omnia, aut illis rectius nobis sapere videbamur, tametsi veræ sapiētiæ expertes fuerimus, vitam illorum Deum timentium, Deoque humiliter & cum timore ac reuerentia seruientiū æstimabamus insaniam, eo quod voluptates fugerent, & angusta via ingrederentur. Sic olim Pharisæi dominum Iesum auaritiam publico sermone damnantem irridebant, eo q̄d auari essent, dicebantque: Insanit, quid eū auditis? Vnde merito cōfortari debent pij omnes membra Christi dum ab impijs irridentur, quandoquidem Christum ipsum caput suum idem perpessum audiunt. Et finem illorū putabamus esse sine honore. Quod licet ad omnes mūdi amicos pertinet, vt q seruos Christi putant non habere apud Deum repositā mercedem, vel etiam ob hypocrisim, quā plerūque eis tribuunt, male perituros esse: specialiter tamen referri potest ad p̄secutores & peremptores martyrum, qui dæmonibus seruienres, Christi fidem superstitionem impiam crediderunt, & idola adorare nolentes ad Tartara relegandos putarunt. Sed vbi viderint eos in iudicio ad maximam euectos dignitatem, dicent: Quomodo ergo inter filios Dei, id est, angelos sanctos computati sunt, & cohæredes Christi effecti? Et inter sanctos sors illorū est. Quod itidē dicturi sunt mali omnes, qui modo sanctos Dei homines derident ac affligunt, dum eos summa felicitate, se vero extrema miseria affici sentient. O si hæc bene perpenderent stulti homines, qui in suis sibi vanitatibus placent, & mundi contemptores despiciunt, mirum si nō rectius suæ saluti consulerent.

Pœna dānatorū q̄nam omni sit grauissima

C

Matt. 7

Lucæ 16 Ioan. 10

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo. Ioan. XIIII.

D

Dominus ac redemptor noster dilectissimi ex hoc mundo transiturus ad patrem, ex quo processerat, à quo missus fuerat in terras vt perageret opus reparationis nostræ, paulo ante passionem suam sermonem dulcissimum habuit ad discipulos suos, quo sui erga nos amoris teneritudinem nobis abunde declarare voluit: q vt arctius discipulorū cordibus semp maneret affixus, morti proximus cū habuit. Ex q̄ etiā huius diei Euāgelica lectio extracta est, plena dulcedinis ac pij amoris, ita vt quiuis facile possit intelligere dominum Saluatorem in illa extrema necessitate seipso posthabito, totum se discipulis, consolandis atq; confirmandis impendisse. Quod autem discipulis tunc præstitit, id nobis omnibus modo p̄stitū dubitare non debemus. Ex quo patet eius erga nos amoris & fidelitatis magnitudo, quod licet tum immanissimos, iamiamque sibi cruciatus imminere cerneret, tamen oblitus sui, hoc solum curarit, vt à nobis recessurus præsentia corporali, quoad posset nos consolaretur, & amorem suum testatum nobis relinqueret. Atque vtinam benignissimus Saluator immensa fidelitate sua à saxeis hominum pectoribus id posset impetrare, vt vel qualemcunque ei vicem amoris rependere vellent. Ita ergo idem ipse pijssimus animarum nostrarum liberator cum vidisset discipulos verbis suis, quæ de sua morte habuit mœrore affectos eorum mœstitiam ferre non valens, cum esset ipse acerbissimi plenus doloris, mox ad consolandos eos sermonem vertit, ita dicens.

Ioan. 13

dicens:

Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locum.

Eſaiæ 66

Vides quam bene cõgruãt dño Saluatori ea verba Eſaiæ, quibus ex illius perſona dicitur: Quemadmodũ mater conſolatur filios ſuos, ita & ego conſolabor vos. Sed mirum quiddam hic conſiderandum ſeſe offert. Dominus Ieſus qui eſt verus paracletus ſiue conſolator mœrentium omnium, qui ſolus poteſt perfecte conſolari afflictos omnes, quique committere non potuit, quin ſuos conſolaretur diſcipulos, tamen eodem ipſo tempore omni pene conſolatione deſtitutus erat, quod ad exteriorem hominem & infimas animæ vires attinet, ita vt paulo poſt etiam ab ijſdem ipſis ſuis diſcipulis, quorum dolorem pijſſima conſolatione lenire ſtuduit, derelictus ſit. Sed hoc melius poteſt mente pertractari, quam hic exprimi. Ait ergo clementiſſimus magiſter diſcipulis ſuis, propediem ab ipſo defecturis: pijſſimus pater filijs mox futuris orphanis, paſtor vigilantiſſimus ouibus mox diſpergendis: Non turbetur cor veſtrum. Tanquam dicat: Cur affligitis cor meum dolore veſtro? Ceſſet omnis formido, faceſſat omnis mœſtitia. Bono animo ſitis chariſſimi. Non vos deſero, non vos derelinquo. Etſi corpore diſiũgor, at diuinitate ſemper adero. Si creditis ergo in Deum, & in me credite. Siquidẽ & ego Deus ſum, minor quidem patre ſecundum formam ſerui: ſed illi omnino æqualis in forma Dei: vt merito nihil turbari debeatis, quẽ certiſſimi eſſe poteſtis vobiſcũ ſemp permanſurum: neque id ſolũ in hac vita, ſed multo maxime in futura, in illa æterna domo patris mei, in qua ab ipſo mũdi initio pro diuerſa ratione meritorum diuerſæ ac plurimæ manſiones præparatæ ſunt, ad quas etiã vos recipiemini. Quod ſi ita ſe res non haberet equidem iam pridem certiores vos reddidiſſem. Atq; nunc eo pergo vobis locum præparaturus. Neq; enim vobis illuc ingredi licebit, niſi per mortem diſcedam à vobis, & ipſa morte vobis aditum pate faciam, locumq; parem. Ergo nihil vltra perturbationis apud vos reſideat. Fides certa & firma ſpes futuræ beatitudinis nebulas omnes triſtitiæ diſpellat.

Matt. 26
Marc. 14
Lucæ 22

Matt. 28

B

Et ſi abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

O pietas Saluatoris. O benignitas & humanitas Dei noſtri. Quid poterat dulcius dixiſſe diſcipulis mœrore contractis? Etſi, inquit, abiero, atque per mortem corporis huius à vobis diſceſſero, humanæ ſalutis ita poſcente ratione: tamen ſtatim vbi reſurrexero veniam ſæpius ad vos, & triſtitiam veſtram in gaudium mutabo. Deinde etiam poſtquam aſcẽdendo ꝑparauero vobis locũ, meisq; meritis cœlos reſerauero, vbi naturæ debitum perſoluendum erit, veniã ad vos ſingulos, itemq; ad electos omnes, & accipiam vos ad meipſum, mihiq; penniter coniungam: vt vbi ſum ego & vos ſitis, videatisque claritatem meam, & perfruamini æterna beatitudine, ac tota diuinitate mea. Quod etiam poteſt ad iudicũ extremum accommodari, quando reuertetur ad nos, ſecumque electos omnes corpore & anima glorioſos in cœlum adducet. Hac igitur ſpe dilectiſſimi etiã nos conſolari debemus noſipſos, dum huius vitæ fluctibus quatimur, dum aduerſis caſibus agitamur. Multũ enĩ tẽperat mala ꝑſentia futurę beatitudinis cõtẽplatio: ita vt Apoſtolus ipſe conſtanter dicat: Nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et ſi hic interim nonnihil oporteat propter Chriſtum & virtutes perpeti, tamen ſinẽ habet: ſed beatitudo nobis ꝓmiſſa, finẽ non habet: vbi dominus Ieſus abſterget omnem lachrymam ab oculis noſtris, & fugiet dolor & gemitus, atque in ſinu ſuo nos dulciſſime confouebit Deus & dominus noſter.

Beatitudinis æternæ contẽplatione vt oia grauia hic ęq aio ferẽda ſint.
Roma. 8

Eſaiæ 25
Apoc. 21

Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis.

Iam quidem per fidem noſtis Deum patrem meum, ad quem pergo, conſummato opere quod is dedit mihi vt faciam: ipſam quoque Hieruſalem ſupernam id eſt, patriam cœleſtem noſtis, quando

quidem me de ea sæpe referentẽ audistis: sed & viã scitis, æque à me inde instructi, nempe mortem & passionem meam, quæ vnica restat via, qua liceat ad cœlos proficisci. Vel etiam viam, id est, meipsum scitis, qui sum via, veritas & vita, vt mox sequetur.

Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me.

F

Negat S. Thomas Apostolus, quod Christus affirmarat: & tamen quod Christus dixit id verum sit oportet. Itaque nouerant quidem discipuli & terminũ quo pergeret Christus, id est, Deum patrem, & viam, qua pergeret, id est, Christum, sed tamen tenuiter admodum ac imperfecte: & fortasse quidam ita fuere rudes, interquos & Thomas forsan fuerit, vt domini mentem penitus non caperent, quibusq; verba illius prorsus obscura forent. Nam & ipsa Saluatoris verba non ita perspicuã habent intelligentiam, possuntq; diuersis modis accipi. Sed dominus statim eum conuincit nosse ea quæ se dixit ignorare, dũ ait: Ego sum via, veritas & vita. Ac si diceret: Me igitur Thoma nescis, qui tamdiu vobiscum versatus sum? Id vtiq; affirmare non eris ausus. Si ergo me nosti, quomodo te ais nescire viam, qua iturus sum? quando ipsa ego via sum? Per me ingrediatur necesse est, quisquis optat saluus & beatus effici. Nam si aliud fuerit amplexus iter à me diuersum, nunquam pertinget ad beatitudinem. Ego enim sum via, qua sit proficiscendum: ego veritas, qua nitendum: ego vita, ad quam tendendum. Quisquis nõ vult ferri per deuia, extra meæ vitæ vestigia nõ deflectat: & ne frangatur pusillanimitate spiritus, dum occurrunt aduersa & pericula, consoletur se promissis meis, qui veritas sum & fallere neminem possum: denique ne currat temere, nihil spectet, nisi vitam: qua apprehensa, securus erit. Est igitur Christus via, per quam tendamus, est veritas qua erudiamur, est etiam vita, ad quam proficiscamur. Quatenus via est, nullis neque blanditijs, neque aduersis casibus sinit nos errare à salute: quatenus veritas est, omnem animi fluctuationem & ignorantiam excludit à nobis, confirmans nos pollicitationibus suis, & verbis ac exemplis erudiens: denique quatenus vita est, totam animi nostri intentionem in se dirigit, vt vita nostra omnis in ipsum tanquam vltimum finem referatur: viuificatque sua gratia animas nostras: sed & corpora ad vitam reuocat, vt vtroque, id est, corpore & anima ipsum, qui est vera vita, possideamus. Quod autem subiungit, Nemo venit ad patrem, nisi per me, id iam expositum est. Si enim Christus via est, qua perueniatur ad patrem, nec extra illum aliam est reperire viam nihil certius esse potest, quam neminem, nisi per ipsum ad patrem posse pertingere. Et quia Christus mitis fuit & humilis corde, itemque obediens vsque ad mortem, & cunctis alijs præditus virtutibus, quisquis ediuerso immitis, superbus, immorigerus, atque veris destitutus est virtutibus, nunquam perueniet ad patrem, quandoquidem non graditur recta via, quæ Christus est.

Ioan.10

Christus vt sit via, veritas & vita.

Mat.11

Phil.2

Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

G

Ex his verbis colligitur, id quod dominus paulo ante dixit. Et quo ego vado scitis, & viam scitis, de imperfecta cognitione accipi debere. Nam de perfecta cognitione nunc dicit: Si cognouissetis me secũdum diuinitatẽ, qua omnino similis sum patri, atque prorsus vnius cum patre substantiæ, vtique & patrem meum cognouissetis. Et amodo, id est, post perceptam gratiã spũs sctĩ ignoscetis, eũ sublimiter & excellenter, dono sapientiæ illustrati, quo possitis capere etiam profunda Dei. Siquidem per sapientiæ donum contemplamur Deum & diuina: & quo contemplatio syncerior ac dilucidior est, eo & perfectior cognitio. Præcipue vero in patria cœlesti cognoscetis eum facie ad faciem. Quanquam & in præsenti vidistis eum, dum me vidistis, qui illius imago sum, & expressissima similitudo.

1.Cor.13

Hebr.1

Dicit

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Philippus apostolus non contentus vidisse patrem per fidem, sicut potest ab omnibus videri, petit eum demonstrari sibi per speciem, certus illius visione se fore beatum. Ideo nanque addit: Et sufficit nobis. Nihil enim sufficit animæ rationali, nec quicquam eam explere potest, nisi visio & fruitio Dei: quæ erit in vita æterna. Magni cuiusdam desiderij videtur fuisse Philippus, qui Deum videre concupierit. Et posset id desiderium ex magna perfectione profectum videri, nisi ex subditis domini verbis diuersum appareret. Sequitur enim:

Quod nil satiare possit rationalem animam.

Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, ostēde nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est?

Quæ quidem obiurgationem quādam præ se ferunt, qua Philippi ruditas & simplicitas castigatur. Nam Philippus ita sibi patrem ostendi voluit, tanquam ille filio maior esset, quum tamen illi filius æqualis sit, atque ideo assimilis, vt qui filium videt, videat & patrem. Verum potest nonnihil excusari Philippus, quod tametsi filium viderat, non tamen nisi in forma serui: atque ea minime contentus, voluerit sibi eius diuinitatem ostendi. Non enim putabat sibi in eius sola humanitate acquiescendum, quandoquidem ea non finis noster est, sed via qua pertingatur ad finem. Vnde & Apostolus Paulus: Etsi, inquit, nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus, videlicet in diuinitatis contemplationem mentis aciem defigens. Quamuis igitur multo tempore cum discipulis familiarissime vixisset Christus, non tamen diuinitatem suam eis manifeste videndam præbuerat: vnde nihil mirum si volebant videre etiam patrem, diuinamque essentiam. Sed magister bonus, qui animum Philippi penitus per- 2.Cor.5

spectum habebat, non eum obiurgasset, nisi quiddam reprehensione dignum in eo conspexisset. Tanto, ait, tempore vobiscum sum, tot vestris sub oculis præclara, solique Deo possibilia feci miracula, calcaui vndas, mortuos excitaui, plurima quoque de mea diuinitate vobis commemoraui, & tamen necdum cognouistis me, necdum intelligitis me patri esse coæqualem, atque vnius cum eo substantiæ & virtutis? Quod si ita vt oportet cognosceretis, non esset sane cur patrem vobis ostēdi velletis, quando ego diuinitate nihil ab illo differo, sed per omnia simillimus ei sum: ita vt quisquis me videt oculis fidei, oculis cordis illuminatis, nō sensu carnis, qui tantum de externis iudicat, videat & patrem, quādo pater & ego vnum sumus, personis quidem discreti, sed substantia vnum atque idem. Quod cum ita sit Philippe, quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis? O si me bene nosses, non id diceres. Non credis saltem, etsi necdū id capere potes, quia ego in patre per essentiæ vnitatem, & pater in me est? Quod tamen vel inde credas oportet, Quia

Matt.8.14 Marc.6 Ioan.6 Marc.5 Lucæ 7 Ioan.11

Ioan.10

H

Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Nō creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

Verba & sermones meos, quoscunque hactenus ex me audistis, & etiamnum auditis, non à meipso loquor primario, sicut nec sum à meipso: quandoquidem quicquid sum & habeo, à patre accepi: qui per me nedum loquitur, sed etiam in me semper manens, vnus mecum Deus, cuncta mea efficit opera, nec potest vnquam à me separari: sed sicut ego totus in illo sum, ita & ipse totus est in me. Atq; ipsa humanitate mea tanquam aptissimo vtitur instrumento, efficiēs per eam opera & signa, quæ me facere vidistis. Manet enim semper in ea, quam assumpsi, natura humana cum gratiæ suæ plenitudine, tanquam in templo dignissimo, vtens

ea ad omnem libitum voluntatis suæ. Quum igitur tot præclarissima in me ope ra, soli Deo possibilia conspexeritis, potu- istis inde tanquam ex effectu cognoscere in me inhabitantem Deum patrem: vt pla ne superfluum, imo & reprehensione di- gnum sit, quod patrem vobis ostendi vul tis, quem tot argumentis nosse potuistis. Quod si necdum id apprehenditis, nõ cre ditis saltem, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credi te, de quibus ambigere non potestis, quin autore Deo facta sint. Nec est necesse, imo nec possibile, vt oculis corporeis patrem, cuius ea virtute facta sunt, videatis, quod vos desiderare videmini: sed satis est vt corde credatis, & oculis fidei eum contem plemini. Apparet hinc satis, rudes valde quosdam fuisse discipulos ante obitum Saluatoris, & necdum perfectam habuisse fidem. Sed nihil hoc beatissimorum apo- stolorum sanctitati derogat. Illi ad tem- pus in quadam cęcitate relicti sunt à Chri sto, vt nos firmiores simus in fide. Dein- de vbi spiritus sancti gratia perfusi sunt, tanta omnigenum donorum & virtutum abundantia & excellentia repleti sunt, vt vix aliquis sanctorum eis possit compara ri. Non igitur magnipendamus in his be- atissimis patribus, quod quandoque mi- nus fuere illuminati: sed quam postea sunt adepti, & in qua indies mirifice excreuere sanctitatem, modis omnibus veneremur. Iam vero dominus Iesus rursus ad erigen dos consolandosq; eorum animos sese cõ uertit, dicens:

Apostolorum quorundam ante spiritus sancti susceptionem ruditas quanta fuerit.

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego fa- cio, & ipse faciet: & maiora ho- rum faciet: quia ego ad patrem vado.

Hoc est: Ne grauiter & acerbe feratis meum à vobis recessum, en pro certo con firmo vobis, quisquis crediderit in me, v- nius ac indissimilis me esse cum patre ma- iestatis & naturę: crediderit, inquam, in me fide perfecta, opera admiranda, quæ ego facio virtute patris in me manentis, & ipse faciet, non sua, sed mea virtute: atque adeo etiam maiora faciet, vt glorificetur ac præ dicetur nomen meum in seruis meis: Quia ego ad patrem vado, id est, vbi ad patrem ascendero, hanc meis fidelibus gratiam præstabo, vt miris fulgeant signis, & ma- ioribus atque ipse. Hoc impletum est post sancti spiritus illam largissimam infusio- nem, quando, vt Actorum narrat histo- ria, etiam ad vmbram Petri ægri curati sunt. Ergo licet molestus futurus erat di- scipulis Christi recessus, tamen quando tanta se eis præstiturum pollicebatur post ascensum suum in cœlos, merito poterant nonnihil animis recreari. Nam hoc ipso quod tantam mira faciendi virtutem eis se collaturum affirmat, simul etiam certos eos facit se sua diuinitate semper eos inha bitaturum, cuius potentia signa & mira- cula facturi sint. Sed quid dicemus charissimi, quando tam pauci hanc habẽt gratiam, vt miracula faciant: an ne igitur credendi sunt non credere in Christum? Minime sane. Quod dominus hic de pro- digijs faciendis asseuerat, neque de creden tibus omnibus, neque de quibuslibet tem poribus accipiendum est. In Ecclesiæ na- scentis, initio apostolis, apostolicisque vi- ris ea gratia collata est ad fidei Catholicæ confirmationem & augmentationem. De inde etiam alijs temporibus certis quibus dam amicis Dei, hoc idem donum præsti- tum est, ob excitandam in hominibus fi- dem, charitatem, Deique timorem, vel ob alias certas causas. Non est autem necesse, vt miracula fiant, vel apud omnes, vel per omnes Christifideles: neque propterea mi nor est fides eorum, qui hæc non faciunt. Imo miraculis interdum choruscant eti- am mali. Tamen vt plurimum Deus adiun gere miracula solet, dum per seruos suos grande aliquid, aut nouum moliri institu it. Vnde mirum est Lutherum cum suis tã nulla edidisse signa: quanquam hoc sum- mi potest prodigij loco haberi, quod spur cissimi homines, suis voluptatibus dediti, & nihil nisi carnem sonantes, tot hominũ millia suis laqueis implicare potuerunt. Sequitur:

Actor.

Miracula ad quid in primitiua Ecclesia valuerint.

Miracula vt etiam malis sint cõmunia.

Et quodcunque petieritis pa- trem in nomine meo, hoc fa- ciam.

Non dicit, Quodcunque petieritis pa- trem

trem in nomine meo, hoc ille faciet: ſed ego faciam, vt oſtendat diuinitatis indiuiſam eſſe operationem. Quid eſt autem petere in nomine Ieſu, niſi id petere, quod deceat præſtare ſaluatorem? Multi petunt diuitias, ſed non audit eos Ieſus: quia nouit eas ſaluti eorum haud parum obeſſe. Alij ſcientiam, alij dignitates, alij alia petunt: ſed non petunt in nomine ſaluatoris, qui ſuam perniciem petunt. Vis ſcire quid ſit in nomine Ieſu petere? Ipſe dominus paucis id verbis abſoluit: Petite, inquiens, & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Hoc eſt, ea duntaxat petite, quibus pertingatis ad conſpectum & fruitionem Dei, qui ſolus plenum atque conſummatum præſtat gaudium. Cætera omnia, quæ extra illum petuntur, etſi aliquod adferunt gaudium, ſed plenum non eſt. Animam ſummi boni capacẽ non perfecte exhilarat, quicquid ſummo bono minus eſt.

Rogari in noīe Ieſu, quid ſit.

Ioan. 16

Ergo dilectiſſimi petamus in noīe Ieſu, maxime quidem & ante omnia ipſum Deum & dominum noſtrum: deinde quæ nobis adminiculo eſſe queant, vt ad illum certius & expeditius pertingamus. Res temporales nũquam petamus importune, ſed cõfidamus domino, qui ait: Primum quærite regnum Dei & iuſtitiam eius: & hæc omnia, puta vitæ agendæ neceſſaria adijcientur vobis.

Matth. 6

SERMO IN EODEM Feſto. Quanta ſit felicitas videre Deum, & de gaudijs cœleſtis patriæ, quibuſque ſtudijs eo pertingatur.

K

DOmine, oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis, Ioannis decimoquarto. Dominus Deus noſter Ieſus Chriſtus filij chariſſimi, grãde ac immẽſum promittere dignatus eſt pręmium ſeruis ſuis ipſi perſeuerantibus, & fideliter ſeruientibus: & hoc eſt, ipſius Dei viſio. Qui nouit ſaltem vtrunque quid ſit Deus, facile ſentit, quam excellens præmium ſit, poſſe videre Deum. Carnalis autem & animalis homo, ſeruus & mancipium voluptatum ſuarum ac immundorum dæmonum nihil mouetur, nihil afficitur, dum audit promitti ſibi viſionem Dei. Quare? Quia denſiſſimis vitiorum tenebris inuolutus, neſcit oculos cordis attollere ad contemplandum, quid ſit Deus. Itaq; nec ſcire poteſt Deum. Quod autem quis ignorat, quid mirum ſi nec appetat? Et tamen videas homines alios ad quamlibet perdiſcendam artem, alios ad cognoſcendas rerum naturas, alios ad antiquitates & res occultas inueſtigandas, alios item ad alia nedum friuola, ſed ſæpe etiam illicita ac turpia perſpicienda omnem adhibere conatum: quorum tamen omnium cognitio non eos beatos efficit. Deum autem vt cognoſcere velint, nõ poſſunt vllis rationibus induci. Et tamen, teſte ipſo Saluatore, hæc eſt vita æterna, vita beata, & ſumma beatitudo, vt cognoſcamus verum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum. O homo, o creatura nobilis magni & præpotentis Dei, quid tibi & infimis hiſce rebus, vt illas anteponas cognitioni ac fruitioni Dei tui? Cur intantum viluit apud animum tuum Deus tuus, vt nihil ſit pene, cuius obtinendi aut videndi minori tenearis deſiderio? Eſto, habeas omnia quę ſunt infra Deum, quid tibi proderunt ſine Deo? Contra vero ſi nihil habeas niſi Deum, quid tibi deerit? Hoc eſt dilectiſſimi, quod merito etiam ſanguineas poſſit exprimere lachrymas cunctis Deum amantibus, quod heu tanta mortales ferme omnes, etiam illos, qui Chriſtianos & dici & haberi ſe volunt, Dei cepit obliuio & incuria. Heu effuſi ſumus in iſtas mundi vanitates, & ab origine noſtra Deo ſcilicet lõgiſſime aberrauimus, & qui manna cœli alendi eſſemus, ſtercora chari us amplectimur: quibus tandem adeo aſſueſcimus, vt ipſa nos delectent, & manna faſtidio ſit. Totis animi affectibus ferimur in præſentes oblectationes, nec volumus attendere, cur conditi ſimus. Totos dies ridemus, iocamur, ociamur, ſaltamus, garrimus, acquirendis rebus intenti ſumus: & in his omnibus ita ſecuri ſumus, tanquam eorum cauſa facti ſimus. Clamat Deus in ſcripturis, clamat per continua, horrendaque flagella, clamat alijs multis modis, vt à mundi vanitatibus & oblectamentis animum reuocemus, & veram beatitudinem, quæ in Dei viſione conſiſtit, quæramus & expetamus, & nos ſemper æque ſurdi manemus: quaſi magna felicitas ſit bonis ac de-

Videndi Deũ quam nullo deſiderio teneantur.

Ioan. 17

Incuria & obliuio Dei quantos q́ſque hodie teneat.

Hoīm ſecularium ſtudia q̄nã ſint præcipua.

ac delectationibus frui momentaneis, & ingens miseria, æternis inhiare delitijs, & domini faciem requirere cum Propheta, dicente: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. (Psalm. 26)

L Videmus, & quotidiana di scimus experientia, præterfluere cuncta vitæ huius vana gaudia, voluptates, delitias: & velimus, nolimus sine vlla interpolatione properare nos ad extremum diem, nec quicquam ęque nobis incertum est, atque is idem extremus dies. Videmus quoque tam multos in medio ætatis flore, in summa rerum felicitate subito e medio tolli, & rapi ad tribunal Christi. Videmus denique mundum ipsum indies deficere, & iam pene minari ruinam: & tamen o rem miseram, non possumus ab his miserijs & fallacissimis somnijs animum auellere, & transferre amorem nostrum ad res semper mansuras, & ad ipsum Deum ac dominum nostrum: quem si solum haberemus, iam uihil possemus desiderare amplius. Oculus non vidit, ait quidam, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. (Esaiæ 64, 1.Cor.2) O qs excitabit frigida nimium pectora nostra, vt dicamus ex omnibus animæ medullis cum Philippo: Domine Iesu ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Ipse est enim bonum illud quod præparauit diligentibus se. Visio Dei est beatitudo nostra: vt Deum videamus, videndo amemus, amando fruamur, fruendo beati simus. Eam enim ob rem conditi sumus. Sed viæ Sion lugent, eo quod non sit, qui veniat ad solennitatem, nemo sit qui ad videndum Deum pergere velit. (Threno. 1) Quamobrem vt ad veram obtinendam felicitatem, quę, vt diximus, in Dei clara visione consistit, animis accendamur, dicendum est aliquid de vitæ æternæ ineffabilibus gaudijs, & quanta sit beatitudo Dei faciem conspicere: q̃d nihil est aliud, quam frui æterna beatitudine. (Faciẽ Dei cõspicere quid sit.) Propheta regius, qui iam nonnihil illius futuræ felicitatis degustarat, cupiens mortales omnes ad eius amorem incitare. Gustate, inquit, & videte, quoniam suauis est dominus. (Psalm. 33) Itemque: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant in te. (Psalm. 30) Ac alibi: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. (Psalm. 35) Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ, id est, in lumine creato gloriæ, lumen increatum diuinitatis, hoc est, Deum ipsum. (Gaudia æternę beatitudinis quanta.) Quem vbi viderimus, implebitur in bonis desiderium nostrum, & tanta nos totos in corpore & anima beatitudo peruadet, penetrabit ac inundabit, vt nihil neque infra, neque supra, neq; extra, neque intra, neque circum nos nisi omnigenarum affluẽtiam delitiarum, gaudiorum, tripudiorum, nihil nisi plenissimam ac certissimam omnis boni abundãtiam percepturi simus. (Psalm. 16)

M Quum enim sit dominus Deus noster beatorum obiectum, in quod suos semper defigunt obtutus, idque visui pulcherrimum, sensui summe delectabile, gustui dulcissimum, & omnibus potentijs perfecte proportionatum & accommodatum sit, non poterunt non omni ex parte maximis gaudere bonis: præsertim cum eo accedat pactum certissimaque pollicitatio perpetuæ possessionis, qua fit vt nihil omnino metuendum sit sanctis ne quandoque illa bona amittant, sed sint prorsus securi semper se illis felicissime perfruituros. (Beatorũ obiectum q̃ sit perfectissimũ.) Quanto autem in hac mortali vita, quæ nihil nobis esse debet aliud, quam transitus ad patriam, singuli quique studiosius hic virtutibus excolendis, ac diuinæ exequendæ voluntati, omnigenisque bonis actibus nauauerint operam, tanto copiosius illis beatæ vitæ bonis & gaudijs inundabuntur, clariusque regem gloriæ in decore suo cõspicient: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: (Esaiæ 33) qui est totius pulchritudinis fons: qui est pulchrum illud, à quo omnia pulchra fiunt, vt bene sentiunt Platonici, simul cum diuo Dionysio & Hierothæo, qui dicunt: Quod sicut vnumquodque dicitur bonum, quia participat de summo bono: & ens, quia participat de summo ente: Ita est pulchrum participatione primi pulchri, imo pulcherrimi Dei, qui obsuam pulchritudinem obiectũ, vt diximus, summe delectabile erit sensui interiori per diuinitatem: & exteriori per humanitatem assumptam, vt ipsemet Christus redemptor, merces & quies nostra ait: Ingredietur, scilicet, ad diuinitatem, & egredietur ad humanitatem: & vtrobique pascua inueniet: (Plato, S. Dionys. Areopagita. Hierothe.) (Ioan. 10) pascua nimirum deliciosissimæ refectionis, sobrijssimæ inebriationis, castissimæ voluptatis. Est nanque

etiam

1.Pet.2 Sapien.12 Psal.144

etiam obiectum gustui dulce & suaue, vt D. Petrus ait: Si tamen gustastis quoniam suauis est dominus, & Sapiens quidam: O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus. Et sanctus Dauid: Suauis dominus vniuersis. Quanquam reuera quicquid hinc dici vel cogitari potest, nihil est ad rei veritatem. Dulcedo domini Dei nostri nihil cum præsentis vitæ dulcedine commune habet, sed lõge alia, imo incomprehensibilis est. Congere omnes species odoriferas, balsamum, cinnamomum & id genus alias, & quicquid vspiam grati odoris est: & vbi cuncta hæc in vnum conflaueris, fœtor potius, quam suauis odor dicenda erunt, si cum dulcedine diuina componantur. Atque hæc ipsa suauitas totos nos intus & foris occupabit, summaque alacritate, fortitudine, robore ac incolumitate afficiet.

Dulcedo Dei quoniam excedat in infinitum dulcedinẽ

N Est deniq; etiam proportionatum & accommodatũ omnibus potentijs, quamuis sua immensitate ac infinitate potẽtias omnes lõge lateque excedat. Enimuero hoc excessu minime corrumpit, nec affligit, sed tantũ tribuit, quantum potentia recipientis est capax. Quæ autem ex proportione & conuenientia resultat delectatio & iucũditas, ea vtique gratissima est. At vero isthæc iucunditas, suauitas, gaudium, & fœlicitas nihil quodammodo esset, nisi cum certa foret possidentis securitate cõiuncta. Quãobrem ne quid dubitare possimus, benignissimus saluator certos nos reddere dignatus est, dicens discipulis suis, & consequenter omnibus: Gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Beatitudinẽ cælestẽ fore perpetuam.

Ioan.16

Iam si mire affici solent homines ad videndas res pulchras, gustandas suaues, sonos tinnilos auribus hauriendos atque id genus alia sensibus iucũda percipienda: quãta erit beatitudo videre, gustare, sentire, frui Deo Optimo Maximo qui est omne bonum & summum bonum, nihil accipiens aliunde: quia nullo bonorum nostrorum indiget: omnibus autem ipse potius largitur, vt bona sint, sicut Psalmista canit: Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate? Nam creaturæ omnes ex seipsis quidem non nisi merum nihil sunt, & quicquid habent boni, ex Deo promanauit, tantumque sunt, quã tum Deus sese in eas diffundit. Et qui magis de Deo participat, melior vtique censendus est, cum Deus sit ipsum verum bonum: & pulchrior est, cum Deus sit ipsa vera pulchritudo, vel pulchrum ipsum.

Exodi.33 Psalm.15 Psalm.103

Boni quæ quidam creaturis ẽ à solo Deo esse, & pendere.

Vnde etiam D. Dionysius, eo quod Deus est, inquit, substantiale bonum, ad omnia existentia extẽdit bonitatem suam, sicut Sol per suum esse illuminat omnia, quę lumen eius participare possunt. S. Dionysius martyr.

Bonum igitur summum per ipsam essentiam suam omnibus existentibus, mensura quadam & proportione mirabili immittit totius bonitatis radios. Idemque paulo inferius ait: Ipsum etenim pulcherrimum, & suprapulchrum semper, & ex omni parte existens, omnium pulchrorum est causa. Ex hoc itaque pulchro his quæ sunt omnibus prouenit, vt sint pro modo suo pulchra singula: efficitque pulchrum istud rerum omnium congruentias, & amicitias, ac societates. Et idem pulchrum est & bonum, quod cuncta desiderant, & quo omnia cognata sunt: quia nihil est in substantijs rerum, quod pulchri & boni nõ sit aliquatenus particeps.

pulchritudo & bonitas Dei quãtæ sit.

Ex quibus dilectissimi filij colligi licet non posse non infinita animam illã affici voluptate, cui Deum videre Deoq; frui conceditur: quandoquidem istæ res infimæ tantas sæpe adferunt voluptates, vt stulti homines ob eas capiendas libentissime corpus, animam, bona, fortunasque omnes atque existimationem sui in mille pericula conijciant. Et tamen absit vt tum ista, tum alia quæcunque, quæ hinc scribi aut dici queant, putemus vlla ex parte rei veritati respondere. Cum enim, vt ante diximus, oculus non viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderint quæ præparauit Deus diligentibus se, certum est quicquid inde verbis exprimi aut cogitatione comprehendi potest, longe esse infra rei magnitudinem. O

Esaiæ 64 1.Cor.2

Infinita prorsus est Domini Dei nostri pulchritudo, suauitas, bonitas, sapientia, iustitia, veritas, amabilitas, benignitas, maiestas, dignitas, præstantia, nobilitas, virtus, fortitudo, excellentia, omnipotentia, & quicquid potest cogitari de Deo: atque ita necesse est horum perspicua, stabilis, æterna contemplatio incompræhensibilem adferat voluptatem. O felices illos, quibus iam concessum est videre faciem Patris in cœlis. O Hierusalem ciuitas sancti, quam glorio-

Perfectiones Dei veri sint omnimodis infinitæ.

Matth.18

Psalm. 86 / Ciuitatis supernę ꝑstantia ac felicitas quanta.

gloriosa dicta sunt de te. Tu dulce refrigerium ab hoc molestissimo exilio reuertentium: tu quies sempiterna post labores miserę vitę huius emigrantium viatorum: tu corona vincentium: tu paradisus delitiarum. In te lux in circumscripta viuentis Dei immota acie conspicitur, & vultus Dei omnipotentis perpetuo præsens cernitur. In te abundat quicquid potest appeti, vt nõ immerito dixerit sanctus Augustinus: Tanta est pulchritudo summæ iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternę: hoc est, incommutabilis veritatis ac increatæ sapientiæ, tanta est felicitas cœlestis curiæ: vt etiamsi non liceret ibi non, nisi vnum manere diem, ob id solum innumerabiles omni vitæ huius diuitijs atque delitijs pleni, merito sperneretur. Et reuera charissimi sic se res habet. Omnipotens Deus pro sua magnificentia & liberalitate tot & tanta suis seruis præparauit bona in illa superna ciuitate, vt quicquid iste mundus sublunaris præstare possit, crux & tormẽtum iure habendum sit, & ex animo fastidiendum. Petrus Damianus in Hymno quodã pucherrime inter cætera sic ait:

Augustin.

Bona quę quantaq; electis ꝑparata sint in cœlis.

Petrus Damianus.

Nam quis promat summæ pacis,
Quanta sit lætitia?
Vbi viuis margaritis
Surgunt ædificia,
Auro celsa micant tecta,
Radiant triclinia?
Solis gemmis preciosis
Hæc structura nectitur.
Auro mundo tanquam vitro
Vrbis via sternitur.
Abest limus, deest fimus,
Lues nulla cernitur.
Hyems horrens, æstas torrens,
Illic nunquam sæuiunt.
Flos perpetuus rosarum,
Ver agit perpetuum.
Candent lilia, rubescit
Crocus, sudat balsamum.
Virent prata, vernant sata,
Riui mellis influunt.
Pigmentorum spirat odor,
Liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum
Non lapsura nemorum.
Non alternat luna vices,
Sol vel cursus syderum.
Agnus est felicis vrbis
Lumen inocciduum.
Nam & sancti quique velut
Sol præclarus rutilant.
Et præsentem veritatis
Contemplantur speciem.
Hinc vitalem viui fontis
Hauriant dulcedinem.
Inde statum semper idem
Existendi capiunt.
Clari, viuidi, iucundi,
Nullis patent casibus.
Absunt morbi semper sanis,
Senectus iuuenibus.
Inde virent, vigent, florent,
Corruptela corruit.
Auidi & semper pleni,
Quod habent desiderant.
Non satietas fastidit,
Neque fames cruciat.
Inhiantes semper edunt,
Et edentes inhiant.
Nouas semper harmonias
Vox meloda concrepat,
Et in iubilum prolata
Mulcent aures organa.
Felix cœli quæ præsentem
Regem cernit anima.

Apoca. 21

Et alius quidam loquens ad supernam Hierusalem: Sol tuus, ait, & claritas tua, & omne bonum tuum huius pulcherrimi regis indeficiens contemplatio. Ipse rex regũ in medio tui, & pueri eius in circuitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuium. Plena & perfecta ibi regnat charitas: quia Deus est omnia in omnibus, quem sine fine vident, & sine fine semper videndo in eius amore ardent: amant & laudant, laudant & amant. Et diuus Augustinus: O vita, inqt, vitalis, dulcis & amabilis & semper memorabilis. Vbi summa securitas, vbi secura trãquillitas, vbi tranquilla iucunditas, vbi iucunda felicitas, vbi felix æternitas, vbi ęterna beatitudo, vbi beata certitudo, vbi certa visio, & sine fine laudatio. Ibi affluentia diuitiarum, influentia delitiarum, & confluentia bonorum. Diuus quoque Beruardus: Merces, ait, sanctorum tã magna est, quod non potest mensurari: tam multa, quod non potest numerari: tam copiosa, quod nõ potest finiri: tam preciosa, quod nõ potest æstimari. Denique Augustinus: Ibi, inquit, Deus videbitur sine fine, sine fastidio amabitur, sine defatigatione laudabitur. Ecce dilectissimi filij, quam merito

1. Cor. 15

Augustin. / Ciuitatis supernæ felicitas quanta.

Bernard. / Merces sctõrum quãta erit in cœlo.

Augustin.

diuus

diuus Philippus apoſtolus motus fuit petere à domino ſaluatore ac dicere: Domine, oſtēde nobis patrem, & ſufficit nobis. Hæc enim omnia iam dicta, longeq; maiora habent quicunque Deum vident. Illis nanq; Deus eſt omnia in om̃ibus. Ad hęc feliciſſime fruenda & poſſidēda creati nos omnes ſumus. Quod cum ita ſe habeat, diſcamus obſecro totam vitam noſtram huc referre ac dirigere, vt iſthæc obtinere mereamur, id eſt, vt dominum Deum noſtrum facie ad faciem videre digni efficiamur. Si aliud quærimus, nihil quærimus. Ecce præſens vernum tempus quam gratum eſt vobis, quantopere ſua amœnitate veſtros exhilarat animos. Si igitur ſic delectat vmbra & ſomnium, quantum ipſa veritas delectationis habet? Sed etiam atq; etiam videte obſecro, ne vmbram atq; ſomnium ipſi veritati pręferatis. Solet nanque tartareus ſpiritus laqueos ſuos vbique expandere ac ſpargere ſuper haſce res temporarias & vitæ oblectamenta: eaq; vt libentius capiamus, ſemper craſtinū promittit diē, donec tandē oēm eripiat ſalutis ſpem. Et vt Baſylius Magnus ait, intelligens verſipellis nos homines præſens libenter recipere tempus, oēmq; actionem humanam in præſens contendere atq; ſpectare, hodiernū tempus nobis furatur aſtute, & ſpem facit craſtini. Poſtq̃ craſtinum venerit, rurſus malus diuiſor ſibi hodiernū, craſtinū vero dño dari petit. Sic continuo diem de die trahēs, voluptate præſenti & ſpe frugis noſtrā ſubducit latenter vitam. Vidi ego, ait idem, iam auis aſtute miram artem cum pullos ſuos videat adhuc ob debilitatē prædæ p̃iculo expoſitos, ſeſe aucupi ante illos vt prędæ paratā offerre, ita ſeſe vertentem ac geſtus diſpenſantem, vt nec periculo penitus aut manibus ſe p̃beat, neque item inſidianti ſpem oīno eripiat. Sic itaq; illum inter vtrunq; verſando, occupando, in ſe retinēdo, ſpatium dat natis ocioſe fugiēdi. Ipſa ad extremū euolat. Vbi mox idem ſanctus Epiſcopus ſubiungit: Caue igitur ne tu aucupi ſimilia patiaris, certa p̃ incertis relinquens, ſpem firmam vana cō mutans. Hęc ille. Ita nimiɝ dilectiſſimi filij, caueamus inſidias diaboli. In medijs verſamur laqueis, & vbiq; iniquus ille hamos ſuos, q̃bus nos capiat, abſcōdit. Quicquid in hoc mūdo ſenſibus plauſibile eſt, fortiter contēnatur, niſi quatenus aut corpori ſuſtentando neceſſariū, aut ad placendū Deo, obtinendamq; beatitudinem cōducibile eſt: alioqui ſi nos præſentibus velimus dare oblectamentis, hamo ſuo diabolus capiet nos, & in mortis æternæ carcerem ſecum pertrahet. Valeant creaturæ mortales om̃es: vni Deo nos per amorem coniungamus, illique firmiſſime adhæreamus, ne quid vel aduerſum vel proſperum ab eo nos poſſit abiūgere. Semper & vbiq; linguam fręno quodam cohibeamus, ſanctis meditatiōibus demus operam, ſermones noſtri parci ſint, & nō niſi de rebus ſalutiferis ac neceſſarijs, pœnitentiæ operibus nos affligamus: quicquid nobis dñs Deus noſter patiendum impoſuerit, hilariter excipiamus aliorum vitia & defectus benigne toleremus, ac in meliorem partē interpretemur, quatenus recta dictabit ratio, homines incompoſitos ac improbos fugiamus, familiaritatem quorūlibet immodicam declinemus, ſenſibus ſemper inuigilemus, neq; temporis, neq; verborum plus ſatis cuipiam impendamus, noſipſos vbiq; & ſemper ſtudioſe obſeruemus, ſub Deo cunctisq; mortalibus noſipſos comprimere ac demittere diſcamus, de cunctis fratribus ac proximis nō niſi bene loquamur, noſipſos habeamus deſpectui, Deo iucundis animis ſeruiamus, proximis bona præbeamus exempla, pctā omnia & magna & parua vitemus, Deū in oībus pro ſcopo habeamus, atq; totū tēpus cū Deo trāſigamus. Hiſce ſtudijs digne & apte efficiemur, q̃ faciē patris noſtri videamus in cœlis, cui ē oīs honor in ſecula ſeculoꝝ, Amē.

Marginal notes (left): 1. Cor. 15 — Gene. 32, Exodi. 33 — Diabolus vt promittat lōgiorē vitam fallaciter. — Baſylius. — Diabolus q̃ fallaciter decipiat temporis promiſſione longioris. — Q Auiū quarundā q̃n ta natura bis calliditas.

Marginal note (right): Creaturis quam ſit caue vtēdum.

DE FESTO INVENTIONIS SANCTÆ CRVCIS

cis require infra, in eadem parte ſcilicet æſtiuali, de Feſtiuitatibus ſanctorum, ſcilicet in feſto Exaltationis eiuſdē.

IN SOLENNITATE ASCENSIONIS DOMINI NOSTRI

ni noſtri Ieſu Chriſti, Lectio Actuum Apoſtolorum Epiſtolæ loco, Actuum primo.

PRimum quidem ſermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cepit Ieſus facere, & docere, vſq; in diem, qua prçcipiens apoſtolis, per ſpiritum ſanctum quos elegit, aſſumptus eſt. Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conueſcens, præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarẽt promiſſionem patris: quam audiſtis, inquit, per os meũ. Quia Ioãnes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabãt eũ, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autem eis: Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos: & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. Et quum hçc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cunque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpiciẽtes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A AScenſionem domini Saluatoris Lucas Euangeliſta graphice deſcribit, connectens videlicet hiſtoriam Actorum Apoſtolicorum cum Euangelio ſuo, in cuius calce iam nonnihil eadem de re poſuerat: ſed in Actis diligentius proſequitur. Ait enim: Primum quidem ſermonem, nempe in Euangelio meo, feci de omnibus, id eſt, præcipuis quibuſdam, vel ſaltem multis o Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere: non quidem docere primum, deinde facere, quod ſolent ſcioli quidam ac impudentes, qui prius docẽdi ſibi autoritatem ſumunt, quã ipſi bene didicerint, nec erubeſcunt vitam agere improbam ac flagitioſam, cũ tamen alios ipſi reprehendant, quibus Paulus dicit: Qui alium doces, teipſum non doces? quod vitium partim iactantiæ & oſtentationis, partim intolerandæ impudentiæ eſt. Non ſic Dei ſapientia Chriſtus Ieſus fecit: ſed primũ cepit facere, deinde docere. Et tamẽ nemo iuſtius alios docuiſſet. Atqui vſq; ad annũ trigeſimũ ætatis ſuæ penitus ſiluit, & exemplo ſuo docebat, q̃d poſt verbo docturus erat. O ſuperbiam noſtrã, o arrogantiam, q cum bonis omnibus pene vacui ſimus, imo ſæpe etiam omni vitiorũ ſpurcitie polluti ſimus & cõtaminati, tñ prõptuli ſumus ad docendos, obiurgandos, caſtigandos alios: q ſi vel tenuiter ab aliis rep̃hendamur, nullo pacto ferre valemus. Qui vtinam attenderemus, q̃d Pſalmiſta ait: Peccatori aũt dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meum p os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum, q̃dq; poſt ſubdit: Exiſtimaſti inique q̃d ero tui ſimilis: arguã te & ſtatuã contra faciẽ tuam: tum videlicet, q̃ñ dicturus eſt illis q alios docẽt, & ipſi improbe agũt: Ex ore tuo te iudico ſerue nequã. Qui enĩ iuſtitiã ore promũt & factis impugnãt, ſuo ipſorũ iudicio ſuoq; ore cõdemnabũtur. B Ait igitur S. Lucas ea ſe ſcripſiſſe, quç cepit Ieſus facere & docere, vſq; in diẽ, qua p̃cipiens apoſtolis, p ſpiritũ ſanctũ q̃s elegit, aſſumptus eſt, & ad cœlos aſcẽdit, nõ angelicis aut vllius creaturç ſubuectus manibus, ſed virtute propria, ſicut lõge ante S. Dauid vaticinatus erat, dicẽs: Exaltare dñe in virtute tua. Præcepit autẽ apoſtolis eadẽ aſcenſionis die, vt in totum mundũ Euangelii gratiã diuulgarent, do-

cerẽtq;

Marginal notes: Lucæ 24 — In eos qui anteq̃ didicerint docere alios p̃ſumunt. Rom. 2 — In arrogantes & ſciolos qui alios docere geſtiunt. — Pſalm. 49 — Ibidem. — Lucæ 19 — Marc. 16 — Pſalm. 20 — Lucæ 24 — Marc. 16

ſerētq; gētes oēs relictis dæmonū ſimulachris vnū veȝ Deū iuſte ac pie venerari. Iiſdēq; apoſtolis pbuit ſeipm viuū poſt paſſionē ſuā, videndū, audiendū, cōtrectandū: in multis argumētis multiſq; ſignis ſenſibilibus p dies q̄draginta apparēs eis, & loquens de regno Dei tā pſentis Eccleſię militantis, q̄ ſupernę triumphantis. Ex qbus ſumma apparet noſtri redēptoris benignitas & humilitas, q̄d etiā poſt perfectā corporis & animę glorificationē ac immortalitatē, poſt pleniſſimā in cœlis ac terra datā ipſi poteſtatē nō minus vt ante ſeſe pauperculis ac rudibus diſcipulis affabilē, piū, familiarē exhibuerit: idq; adeo vt etiā mãducare cū eis non fuerit dedignatus. Illis oibus nihil aliud ſpectās, niſi vt tū illorū, tū noſtros animos ad fidē inſtrueret atq; cōfirmaret, omni prſus ambiguitate ac infidelitate excluſa. Et cōueſcens eis ipſo aſcēſionis die, pcepit ab Hieroſolymis ne diſcederēt, neq; trepidationis, neq; pdicationis gratia: ſed expectarēt pmiſſionem Patris, & gratiā ſupuenturi in ipſos Spiritus ſancti, q̄ audiſtis inquit, p os meū. Dixerat eñi eis: Et ego rogabo Patrē, & aliū paraclētū dabit vobis, vt maneat vobiſcū in æternū. Et ille docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Quia Ioannes Baptiſta quidē baptizauit aqua, typū quendā veri baptiſmi, q̄ diluunt peccata, pferens, nō autē animas à peccatis emundās: vos autē baptizabimini Spiritu ſancto nō poſt multos hos dies, id eſt, intra paucos dies. Sed cū ipſi diſcipuli alios baptizarint ante dñi necē Euangelicæ legis baptiſmo, q̄ gratia cōfertur, ambigēdum nō eſt, quin & ipſi eodē fuerint expiati. Cur igit hic dicuntur rurſus baptizādi Spiritusſancto? Nimirū propter copioſā & exuberantē Sanctiſpiritus infuſionē, q̄ in Pentecoſte p cepturi erant. Vt eñi Sancti ſpiritus illuſtrationē ſcriptura diuina vnctionē appellat: ita eius copioſā ſuſceptionē mentis baptizationē vocat. Igit q conuenerāt, interrogabāt eū iāiamq; aſcenſurū, dicentes: Dñe, ſi in tēpore hoc reſtitues regnū Iſrael? Ecce q̄nta fuit diſcipulorum ſimplicitas & ruditas, q poſteaq̃ tādiu adhæſerant ſaluatori, vix tamē adhuc ſpiritu ſapiebāt. Tam multa audierant de futuro ſempiternæ beatitudinis regno, & adhuc de carnali Iſraelitico regno Iciſcitant. Re-uera nihil eſt, vnde ſuperbiat terra & cinis,

[Margin: Actor. 1 — Matth. 28 — Marc. 16 — Lucæ 24 — Ioan. 14 — Ibidem. — Baptiſm' Ioānis Baptiſtæ ad quid valuerit. — C — Apli quō dicant baptizari ſpiritu ſācto. — Baptizationis mentis q̄nam dicitur. — Eccle. 10]

qñ etiā Apoſtoli ſub ipſius Chriſti magiſterio tā rudes pmanſere. Dixit aūt eis nō ſine caſtigatione cęcitatis eoȝ: Nō eſt veſtrū noſſe tēpora vel momēta, q̄ Pater poſuit in ſua poteſtate. Regnū Iſraeliticū qñ ſit reſtituendū ſpiritaliter, q̄d in extremo fiet die, nō eſt veſtrū noſſe. Faceſſat curioſitas, & pietas ſuccedat. Quid ad vos pertinet tēporalis regni reſtitutio, q ad æternū regnū vocati eſtis? Sed accipietis virtutē ſupuenietis Spiritusſancti in vos, dona ſua vobis imptientis, voſq; ſua virtute corroborātis: & eritis mihi teſtes in Ieruſalē, & in omni Iudęa, & ſamaria, & vſq; ad vltimū terrę. Quibus vbis hæreticoȝ latibula condemnant, q fere ſemp angulos petunt, & certis finibus vel locis ſua ſpergūt venenata dogmata. Chriſtus aūt vbiq; terraȝ veritatis Euangelicæ lucē diffudit. Et cū hęc & alia q̄dam dixiſſet, q̄ apud Marcū legunt, vidētibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eū ab oculis eoȝ, ſummo cum deſiderio & ineffabili exultatione eū aſpectantiū, & cordibus pſequentium vſq; in cœlū. Cumq; intuerent in cœlū euntē illū, ecce duo viri, hoc eſt, angeli ſancti ſub humana effigie, aſtiterūt repēte iuxta illos in veſtibus albis, angelicę puritatis candorē, & tātæ feſtiuitatis iucunditatē teſtātibus: q & dixerūt: Viri Galilæi, qd ſtatis aſpiciētes in cœlū, etiā poſt ablatū veſtro e cōſpectu ſaluatorē? Cur admiramini Deū oipotentē cœlos cōſcendiſſe? Miremini potius eū ad veſtræ infirmitatis conditionē ſuſcipiendā deſcendiſſe. Hic Ieſus q aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, id eſt, in ea forma veniet iudicaturus viuos & mortuos, quemadmodū vidiſtis eū euntē in cœlū. Nō igit oculis in cœlū intentis hic diutius hęreatis, tanq̄ ad vos modo rediturus ſit. Redibit quidē, ſed eo tempore q̄d ipſe ſolus nouit. Interim vos ita viuite, vt redeuntem ſecuri videre poſſitis.

[Margin: Regni cœleſtis reſtitutio qñ futura. — Hęreticos ſemp quærere latibula, vbi ſua ſpergant impietates. — Marc. 16 — Lucæ 24 — D]

EXEGESIS EVANGElij in eadem ſolennitate Mar. vlt.

POſt peractū ſalutis noſtræ opus, mortēq; perpeſſā, benigniſſimus ſaluator per q̄draginta dies identidē diſcipulis ſeſe viſendū pbuit, & in fide eos confirmauit,

vt nihil possent de eius resurrectione ambi
gere, q̄ tot indicijs, certaq; experiētia didi
cissent: ac demū XL. die illis aspectātibus,
cœlos gloriosus ascēdit cū innumera san-
ctoꝝ patrum & angeloꝝ frequentia: vt si-
Num.14. & 32 Deut.29 cuti olim filij Israel p desertum XL. annis
ambulauerant, ac deīn terram pmissionis
ingressi sunt: ita dn̄s XL. à passione die ve-
ram pmissionis terrā cum suis ingrederet.
Cuius nimirū causa in hoc miserabile sese
exilium e cœlis demiserat, & tot labores,
tot dolores perpessus erat, vt scilicet, in pa
triā cœlestem veramq; Hierusalē, fraude im-
probi serpētis amissam, humano gn̄i post
Psalm.46 liminio reuerti liceret. Itaq; ascēdit in iubi
Lucæ 11 lo, cātantibus angelis, psallētibus iustis q̄s
Zacha.9 fortis armatus ex diaboli carcere vi eduxe
rat, & ad ęterni patris pperauit cōspectum,
oblaturus illi p̄dam gratissimam tot miliū
animaꝝ, q̄s sua morte ab æterna morte li-
Quāto cū gaudio dn̄s cœlos conscenderit. berarat. Cogitet hic, si qs modo pōt, quid
gaudij, qd exultationis senserit dn̄s Iesus,
qd tantam sctōrum multitudinē suis pœ-
nis cum patre in gratiam restituisse, cœlo-
rūq; aditū eis se patefecisse cerneret. Sed
nunc attentis cordibus, aīoq; collecto cō-
sideremus dicta factaq; dn̄i saluatoris iam
iamq; cœlos ascensuri, eaq; nostris pecto-
ribus fortiter imprimamus. Nō eñ debet
nisi studiosissime ac attentissime inspici &
audiri, quæ dn̄s à nobis recessurus dixisse
ac fecisse legitur. Ita nanq; etiā in humanis
rebus vsuuenire cernimus, vt amici pcul
abituri, aut morituri extrema ꝟba gestaq;
Verba Chri ascēdentis quāta cū deuotione sint auscultanda. arctius menti insculpantur. Atq; vtinam
tā simus in his dn̄i nouissimi sermonibus
ac gestis pcipiendis intēti, vt nos vna cum
illo animis cœlos scandamus, possimusq;
dicere cū Apostolo ex sententia: Nostra au
Philip.3 tem cōuersatio in cœlis est: Qd' certe maxi
me Christianos oēs deceret, vt sicut Chri-
sti mēbra se dici & haberi volunt, ita semp
cordibus illic versent: q̄ caput suum hodie
p̄cessisse norūt. Nam si amore & animi vo-
luntate alibi hęremus, à nostro capite dis-
iungimur. Membra aūt quę capiti non in
hæret, illius vitales influxus nō recipiunt,
Roman.8 nec eius spiritu vegetantur. Porro, q spm̄
Christi nō habet, hic non est eius. Semper
igit, quantum humana sinit fragilitas, ca-
piti nostro inhęreamus, & calcatis rebus
caducis, in cœlestibus habitemus. At nūc
Euangelij explicationem aggrediamur. S.
Marcus vltimo sui Euangelij cap. sic ait:

Recūbentibus vndecim discipu
lis apparuit illis Iesus, & exprobra
uit incredulitatē eoꝝ, & duritiam
cordis: quia his qui viderant eum
resurrexisse nō crediderunt.

E

Hæc apparitio facta est ipso Ascēsio
nis die, qñ discipulis in cœnaculo illo, vbi Lucæ 24
Pascha ederat, sese visibilem exhibuit, atq;
vna cum eis etiā cibum sumpsit, ad carnis
veritatē demōstrādam. Et qa iam erat abi-
turus in cœlum, vt in fide firmiores, tenaci
usq; verboꝝ illius memores essent, expro
brauit illis incredulitatem illoꝝ & duritiā
cordis, qa fidem nō cōmodauerant dictis
eoꝝ, q cum rediuiuum cōspexisse se affir- Ioan.20
marant. Nouimus eñ ex scriptis Euange-
licis, q̄ fuerint ad credendum difficiles, p̄-
sertim aliq eoꝝ, adeo vt S. Thomas crede-
re nollet, nisi suis digitis vulneꝝ cicatrices
attigisset. Sed hic q̄ri posset, cur pijssimus
saluator hac incredulitate electissimorum
corda discipulorum laborare tamdiu per
miserit, cum tñ illi merito ad credendum
prōptissimi esse debuissent: nisi q̄ propter
nos id pmissum facile intelligimus, vt dū
illi cunctantius ad fidē accederent, nos oī
hæsitatione ac trepidatiōe absolueremur.
Itaq; benignissima miseratione, & puidissi Dubitare cur Chris pmiserit aplos de sua resurrectione.
ma dispensatione apostoli & alij nōnulli
ex discipulis aliquandiu in hac animi flu-
ctuatiōe & credēdi difficultate relicti sunt,
vt nos certissimi simus Christū ꝟe resurre
xisse, & sua resurrectiōe spem nobis resur-
gendi p̄buisse. Neq; putemus solos dn̄i
discipulos à Christo rep̄hensos esse ob in
credulitatem suā. Imo ꝟo in hāc vsq; diem
nō desinit saluator p spiritū sctm̄ suū mul
tisq; alijs modis singuloꝝ hoim, maxime
Christianoꝝ obiurgare incredulitatem &
duritiā cordis: tametsi paucissimi id pcipi
ant ob nimiam mentis surditatem. O q̄n Incredulitas Chris norū multoꝝ vnde hodie contingat.
ta hodie mortales pene oēs incredulitas et
duritia cordis obtinet: cuius vel hoc vnū
satis est euidens argumentū, q̄ vsque adeo
huic mūdo rebusq; labētibus dediti sunt:
Deum aūt, summum videlicet bonum, &
futurā gloriā pijs oībus promissam, peni-
tus nihili pēdunt. Nam qd fidei vestigium
pōt apparere, vbi nec minæ terribiles, nec
promissa amplissima ęterni Dei id possunt
efficere, vt mundus cōtemnatur, & Deus ti
meat ac amet? Tales igitur obiurgat Deus
tum per

Deũ multi fariã malorũ Christianorũ reprehende re vitam.

tum p̃ seipsum, occultasq; inspirationes suas, tũ per angelicos spũs nostræ salutis sitientissimos, tum p̃ supiores nostros, tũ per cõciones sacras, tum p̃ flagella multiplicia itemq; aliis multis rõnibus: sed raro quicq̃ proficit, eo q̃ corda gerãt lapidea, quę nullis admonitionũ vel rep̃hensionum spiculis cõpungi se patiunt: sed semp seipsis deteriora fiunt, indies profundius sese in vitiorũ gurgites demergendo, donec tãdem eo deuoluantur, vbi iam nullum sit in pœnis remedium. Sequitur:

Et dixit eis: eũtes in mundũ vniuersum, p̃dicate euãgeliũ oĩ creaturæ.

F

Matth. 10

Ante passionẽ suã dixerat Christus discipulis suis: In viã gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: sed ite potius ad oues q̃ perierunt domus Israel. At nũc iubet eos toti orbi annunciare Euangeliũ. Vehemẽter eñ diligebat populũ illum, in q̃ tñ ab initio semp summã est expertus ingratitudinem. Ideoq; si qua rõne potuissent ad agendã pœnitentiã, atque ad ipsum Christũ agnoscendũ & recipiendum emolliri, tũ p̃ seipsum, tum p̃ discipulos suos illis solis Euangelii lucẽ & gratiã voluit p̃dicari, donec tandẽ ipsi à se eã repellerẽt. Vnde tametsi apostolos hoc loco iubet in vniuersum p̃gere mundum: nõ tñ id statim fieri permisit, nisi qñ obstinata Iudęorũ p̃fidia & ingratitudo meruit derelinqui, & ad gentes Dei gratiã trãsferri. Quod tũ demum factũ est, qñ apostoli inter sese p̃uincias partiti, lõge lateq; Christi fidem & Euangeliũ diuulgarunt. Qđ aũt dicit hic Christus, vt annunciẽt Euangeliũ oĩ creaturæ, de cunctis gentiũ nationibus accipi debet. Quare quantũ nobis oĩbus, q ex gentibus ad Dei veri notitiam perducti sumus, à Deo b̃ñficium p̃stitũ sit, nulla mẽs creata põt cõp̃hendere. Siqui dẽ ex tã lõgis ac inueteratis erroribus, cimmeriisq; tñbris, stultissimisq; gentilismi opinionibus, q̃ animis hoĩm penitus insederant, ad creatoris nostri cognitionẽ reuocati sumus, relictoq; spurcissimorũ cultu dęmonũ, verũ Deũ supplices adoramus & colimus, tot annorũ millibus toti ferme hoĩm gñi prorsus incognitũ. Itaq; dignas Deo dilectissimi impendamus gratiarũ actiões, q̃ nobis miseris voluit p̃ apostolorũ, cæterorũq; seruorũ suorum p̃dicationẽ innotescere, & nos à p̃fundo mortis extra

Creaturæ dicitur p̃dicari Euangeliũ præceptum.

Gratum quantam actionẽ tenẽtur Deo Christiani pro vocatione ad fidem.

here, cũ interim oẽs illi q nos p̃cesserũt hodieq; viuunt verę fidei expertes, nisi resipiscant, haud dubio cum aĩa & corpore semp sint apud inferos pœnas grauissimas pro sua cæcitate ac infidelitate daturi.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur.

G

Fides totius religionis nostrę fundamentũ est, q̃ necessario ad obtinendã beatitudinẽ exigit. Nam sine fide impossibile est placere Deo. Sed ne qs seip̃m fallat, putetq; cũ Lutheranis solã sufficere fidẽ, qñquidem dñs hic affirmat, eum q crediderit & baptizatus fuerit, saluũ fore, audiat qđ idem dñs post resurrectionẽ apud Matthęum dixisse legatur: Ibi nãq; sic habes: Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filii, & spũs sancti: docentes eos seruare oĩa quęcunq; mandaui vobis. Hoc fac hæretice, & viues. Noli tñ credere in Iesum, imponẽs tibiipsi: sed serua om̃ia mãdata illius, & saluus eris. Scis qđ p̃cepę rit tibi Deus: nẽpe, vt diligas dñm Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, ex tota mente tua, & ex oĩbus viribus tuis: & proximũ tuum sicut seipsum. Id si feceris, securus eris. Alioq fides tua dãnationis cumulus potius tibi erit, q̃ salutis. Qđ si mille adferas scripturæ loca, quæ idem sonare videantur, puta solã sufficere fidem, tamen nisi fidei coniunxeris spem & charitatem, & obseruantiã mandatorũ Dei, delusum te senties. Sũt apertissima scripturarũ testimonia, qbus id certo probat. Ipse dñs noster Iesus Christus dispẽsatis ac distributis censibus in ope redẽptionis acq̃sitis (q̃s in Euangelio scđm Matthęũ talenta: scđm Lucam, minas vocat) nõ solum exigit studiũ atq; diligẽtiam nostram, sed etiã minatur pœnã, si lucrum nõ faciamus. Negociamini, ait, dum venio. Vbi duo nobis attẽdenda veniũt: Primo, pecunia siue dona nobis ex illius benignitate nobis collata. Secundo coopatio nostra dũ dicit: Negociamini. Non eñ talenta tñ cõtulit, sed etiã nostro studio aucta ea vult ad se referri: idq; adeo vt pigrũ seruũ inertiæ deditum iusserit in tñbras exteriores mitti, eo q̃ nullũ fecisset negociando & coopando lucrum. Quod si sola fides sufficit, & opa ad salutẽ necessaria non sunt, cur tanta cõminatione à nobis exq̃runtur? Cur in ęternas iussit mer

Hebræ. 11

Matth. 28

Deute. 6
Matth. 22
Marc. 12
Lucæ 10

Fides hæreticorũ vt sit cumulus dãnatiõis potius q̃ salutis.

Matth. 25
Lucæ 19

Ibidem.

Opera bona quæ sint ad salutẽ necessaria.

H

sit mergi tenebras talẽtum integrũ, sed nihil auctum reportantẽ? Qua tandem iustitia hæreticæ puniunt omittentes ea, ad quæ non sunt obligati? Quomõ stat sententia tua cum sententia summæ veritatis? Veritas dicit: Qui gratiæ quã diuinitus accepit, non erit cooperatus, dãnabitur, siue mittetur in tenebras exteriores. Tu aũt dicis: Fides sola sufficit sine operibus. Certe aut Christum, aut te errare necesse est. Absit aũt vt veritas erret. Tu potius excæcatus superbiæ tumore, à veritate aberras, dũ nimium contra & supra multorum sanctissimorum patrum concordem intelligentiã sensa scripturarũ pro tua libidine ac animi vanitate & elatione interptaris, ita vt merito inter illos numerãdus sis, de quibus Humilitatis magister, sic ait ad patrem: Abscõdisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, scilicet in oculis ppriis, aliosq; p se despiciẽtibus, tanq̃ ipsi melius aliis sapiant: & reuelasti ea paruulis, q malunt humilibus cõsentire, & intellectum suũ captiuantes, aliorũ potius iudicio inhærere, q̃ laudis cuiusdã & singularis existimationis captãda gloriola vna cum negligentibus operariis ad tenebras interiores & exteriores deduci. Alio q̃q; loco paterfamilias, q vtiq; Deus oĩpotens est, operarios cõduxit in vineã suã, singulisq; mercedẽ pollicitus est: ac deinde ait procuratori suo, vt vocet operarios & reddat illis mercedẽ suam. En operarios nõ ociosos & desides pmio affici, iisq; mercedẽ restitui iubet. Merces aũt non soluitur, vbi nullũ pcessit opus vel meritũ. Sed quid necesse est multis his immorari? Tã nihil habet dubitationis pter fidem etiam opera esse necessaria, vt etiam illi qui contrariam tuẽtur opinionẽ, haud dubie propria reuicti cõscientia ita sentiant, licet aliter scripto aut verbo sentire videantur. Pudet nãq; eos victos se fateri, & errorem dãnare suum. Quod si qui ita sunt cæci, vt se errare nesciant, illorum misereatur Deus. Sed quamuis fides sola ad salutẽ non sufficiat, tamen certum est quisquis ea caret, eum saluum fieri non posse, sicut dominus ait: Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Matth. 11

1. Cor. 10

Matth. 20

Mercedẽ operibus bonis solis deberi.

Hæreticos docere cõtra ppriam conscientiam.

Fides q̃uã ad salutẽ sit necessaria.

Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In noĩe meo dæmonia eiicient: Linguis loquentur nouis: Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

I

Hæc signa illis tẽporibus fuere necessaria, qbus Euangelii pdicatio cepit originem. Deinde vbi fides creuit, signa illa externa in spiritalia abierunt: sicq; etiam hodie quotquot vere fideles sunt, signa eadẽ inuisibiliter ac spiritaliter efficiũt. Enimuero in nomine Iesu dæmonia eiiciunt, qñ à malis spiritibus grauiter impugnati, & diuersis tentationibus vexati, Christi auxilium implorant, signoque crucis & fide viua eos repellunt. Scriptum est enim: Turris fortissima nomen domini: ad ipsum currit iustus, & saluabitur. Et recte dicitur: In nomine meo dæmonia eiicient. Nam quoties aduersus tetros illos spiritus præualemus, non vtique nostris viribus, sed Christi virtute & gratia præualemus: cui etiam totam victoriæ nostræ laudem & summam deferre debemus. Nam sine illo quid nos miseri possemus contra versutissimos, ferocissimos, atque in omni nequitiæ genere exercitatissimos spiritus, qui sæpe nec verbulum vnum æquanimiter ferre valemus? Vnde cauendum summopere est, ne inaniter animo extollamur, aut nostris tribuamus viribus, dum tentationes vincimus: sed summa cũ humilitate & gratiarum actione dicamus domino: Nõ nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Et: Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Linguis autem loquuntur nouis, qui ex diuina gratia compuncti, atque ad Deum ab improba vita conuersi, sicut prius scurrilia, mendacia, vana, impia, ociosa verba & audire, & dicere, solebant: itemq; obtrectationibus, murmurationibus, aliisque illicitis verbis linguas suas, imo & animas contaminabant: ita nunc ob timorem & amorem Dei, atque pro tuenda cordis & conscientiæ puritate, aut silentio vacant, aut non nisi vtilia, necessaria, & quæ ad Dei laudem & proximi vtilitatem spectant, loqui volunt: memores semper terribilis illius sententiæ domini Saluatoris: De omni verbo ocioso, quod loquuti

Miracula externa, qñ, quæ fuerit necessaria.

Dæmonia eiici mystice quo tingat.

Prouer. 18

Victoria cõtra dæmones cui nã adscribenda.

Psalm. 113

Psalm. 17

Psalm. 117

Linguis nouis qui nã mystice loquantur.

Matth. 12

quanti fuerint homines, reddẽt de eo ratio nẽ in die iudicij. (matth. 16) Si otiosus sermo illius tremẽdi iudicij examini seruatur, quid fiet de pnitioso?

K

(Serpentes quam spiritualiter auferant. Serpentes tartarei qui sint dæmones) Serpentes tollũt, q venenatis ac pestiferis resistũt suggestionibus: vel qui suis adhortationibus malitiã ex aliorũ cordibus excludunt. Serpentes tartarei dæmones sunt, qui nunquam non pios virulentis inspirationibus infestant. Et quẽadmodum serpentes venena sua infundũt in hominis corpus, ita dæmones virus exitiale prauarum suggestionum animabus instillant, vt eas auertant à Deo, & suis pœnis inuoluant. Sed tollẽdi sunt serpẽtes isti penitus negando consensum, vt etsi sentiatur sibilus nefandarum inspirationum, tamen ob amorem & honorem summi Dei, q dilexit nos & liberauit sanguine & morte sua de potestate satanæ, (Apoca. 1) illi minime cõsentiatur. Atque ita nihil officiet, quantũuis execranda suggestio. Nam virtus aut vitium ex voluntatis consensu dependet nec aliquid adfert detrimenti, sensisse malum, si consensus non præbeatur, sed Deo fideliter & cõstanter adhæreat; imo vero sæpius prauæ dæmonũ inspirationes pijs magnã pstant vtilitatem, dũ sua importunitate & molestia pœnas minuunt peccatorũ, & ad magnam capessendã gratiam eos pparant. (Inspirationes prauæ quare n' vel obsint vel psint.) Qui autem noxijs assentiunt inspirationibus, illi virus serpẽtinũ intimis hauriunt visceribus, & mortẽ sibijpsis asciscũt.

(Mortiferũ quam qd mystice bibant) Porro mortiferam qdem potionem sumunt, siue mortiferum qd bibunt, q hominum maloꝝ & Deum non timentium pernitiosas audiunt obtrectationes, aliaque verba mortifera & nociua: sed vbi aduertunt, si non sit spes emendationis, mox penitus inde se auertunt: aut alias pro loci ac temporis ratione reprehendunt, ne alienis pctĩs cõmunicent, & libenter audiẽdo q̃ nõ licẽt, alijs pbeant occasionẽ liberius talia pferendi, & seipsos apud Deũ reos efficiãt. (Detractionem libenter audire q̃ sit periculosum.) Periculosum enĩ admodũ est audire detrahentẽ. Nam si qs consentiat illi, aut obtrectationes illius ipsi placeãt, vel nõ resistat illi vt oportet: puta vel obiurgando, si speret eũ posse corrigi, aut ab obtrectãdo reuocari: vel ad minus ab eius dictis sese auertendo, aut vultũ tristẽ contractiorẽve illi exhibẽdo, vnde intelligat se grauate audiri, pctm̃ admittit. Et sæpe in his etiã valde grauiter peccat. (Detractio vt sit furto grauius peccatum) Detestandũ sane vitium detractio est, & ipso furto grauius. Nam qui detrahit, famam alterius tollit, & extinguit in cordibus audientium: q̊d nemo dubitat pnitiosius esse, quam nummos aut aliud qddam eiusmodi tollere. Et tamen qui furatur qppiam, in crucẽ malã agitur, q vero detrahit, apud homines impunitate gaudet, sed nõ apud Deũ.

L

(Detractionis species quam sint.) Sunt aũt sex Detractionis species. Prima omniũ eaq; longe deterrima est, cuipiam falsa imponere crimina: Secunda, alterius occulta mala proferre in publicũ: Tertia, mala audita alijs cum quadã exageratione referre: Quarta, alioꝝ occulta negare bona: Quinta bona manifesta diminuere & extenuare: Sexta, bona alioꝝ in partẽ peiorẽ interpretari. Isthæc qui facit animo malitioso, mortiferum quidem, quantum in ipso, est, alijs poculum prębet: sed bibentibus nõ nocet, dum nõ placet, sed ita vt dictũ est, sese gerunt.

(Aegrotare spiritualiter quid sit.) Deniq; sup ægros, manus imponunt & bene habent, q proximos suos in malũ pcliues, & ad resistendum tentatiõibus, virtutesq; colẽdas infirmos conspiciẽtes, suis monitis, exẽplis & pcibus illis succurrunt, atq; ad declinanda fugiendaq; mala, & bona agenda eos efficiunt alacres, firmos ac studiosos. Qui enim difficile abstinet à vitijs, & bona ægre operatur, is vtiq; animo valde infirmus est. Et talibus vnusquislibet debet pro viribus esse consilio & auxilio, vt possint animo conualescere ad cauenda vitia & recte agendũ. Sed heu maxima pars hominum ita iã affecta est, vt q̊scunq; possint, malint à bono retrahere, & ad vitia illicere, quã ad meliora prouocare: qui sunt inimici Christi Iesu, & socij atq; cooperatores dæmonum.

Et dñs quidem Iesus postq̃ locutus est eis assumptus est in cœlũ, & sedet a dextris Dei. Illi aũt profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmãte, sequentibus signis.

(matt. 28 Lucæ 24) Nõ ista solũ, q̃ hic S. Mar. cõmemorat, sed etiã alia multa locutus est dñs discipulis suis. Quib9 expletis vidẽtibus multis assũpt9 est in cœlũ empyreũ, non aliena, sed ppria virtute, tũ ratiõe diuinitatis, q̃ potest oĩa: tũ ratiõe humanitatis gloriosę. Sigdẽ ob dotẽ agilitatis, corpus gloriosũ, q̃ntũ ad motũ localẽ attinet, ad nutũ obtẽperat aĩæ. Et sedet à dextris Dei. Nemo putet Deũ sedere, vel

re, vel habere manus, cum sit spiritus, Sed Christus secundum humanitatem sedet à dextris patris Dei oĩpotẽtis, hoc est, vltra creaturas omnes subleuatus est in summã vsq; dignitatem & potestatem, & bona pręstantissima, quæ Deus largiri queat.

Christ⁹ q̃ modo sedere dicit à dextris Dei.

M

Lucæ 24

Nõ est hoc loco ptermittendũ, q̃d hac die dñs Iesus discipulos suos primo de ciuitate eduxit, Secũdo eos in Bethaniam adduxit. Tertio eis benedixit, Quarto ascendit in cœlũ. Hæc enim mystice significãt dñm Iesum, hominẽ peccatorẽ primo qdem ex pctõ & vitijs educere: deinde in Bethaniã, id est, obedientiæ domũ pducere, vt q ante suis indulsit affectibus, proprięq; obsequutus est voluntati, quæ radix est peccatorũ omniũ, deinceps Dei & Ecclesiæ, prælatorumq; suorum discat parere volũtati: Tertio ei benedicere. i. gratiã impertiri, qua pseueret in bono: Quarto ascendere, id est, illius animũ ab amore p̃sentium ad amãda & appetenda cœlestia leuare, atq; ad supna trãsferre. Illi aũt pfecti, non tum statim, sed opportuno tempore, vt ante dictum est: p̃dicauerunt vbiq;, primo in Iudæa locisq; adiacẽtibus, deinde etiam in exteris regionibus, dño cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis. Ita sane necesse erat, vt prædicatorum suorum sermonibus diuina gratia cooperaretur, alioq nunquã illi tam pauci, tã simplices, tã abiecti tam tam hominum multitudinem ad credendum in hominẽ crucifixum traducere potuissent. Vnde adiuncta sunt illis signa, qbus audientium animi de eorum quæ dicebantur veritate certissimi fierent, planeque confirmarentur: nec quisquã fideliũ dubitare potest, quin mundi ad Christum cõuersio diuinæ gratiæ potissimum asscribenda sit, vtpote qua factum est, vt prædicatorum verba hominum animos emollirent, penetrarent, conpungerent: quæ si defuisset, vtique nõ nisi aera verberassent. Nemo ergo sibi tribuat, si quandoq; suis vel concionibus, vel scriptis alios conuersos sentiat. Gratia est quę homines conuertit. Interim homines quædam instrumenta sunt, per quæ gratia operatur. Nõ est tamẽ dubitandum, quin vt plurimũ efficacius operetur gratia p apta & munda instrumẽta, id est, prædicatores sanctos, quam eos qui quod verbis docent, ipsi factis non sequuntur. Fit enim sæpenumero, vt etsi bona multa etiam feruenter & docte dicantur ab illis qui secus viuunt atque docent, tamen parum aut nihil apud auditores efficiant, eo quod ex frigido corde ipsorum dicta proficiscantur, atque ob id non incendant alios, Quanquam cauendum est ne quis iudicet temere quempiam: sed à quocunque veritas dicatur, semper humiliter, reuerenter & attentis animis auscultanda est: nec tam attendendum cuiusmodi sit, q dicit, q̃ ea quæ illius ore proferunt.

Eorũ quę christus ascensur⁹ fecit rationes mysticæ q̃ sint.

Prædicationis apostolorũ ratio mystica quæ

Signa in cõuersione infidelium cur fuerint opportuna

In cõuersiõe hoim ad Deũ q̃nam instrumẽta apta requirantur.

Prædicatores quidam cur fructũ par

uum nullũ efferant

SERMO IN EADEM celebritate. Quæ nos, quo minus post Christum ascendamus in cœlum, impediant: & quæ nobis ad ascendendum adminiculo sint.

N

Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ad Ephesios IIII. Quantum nos hac die solẽni gaudere deceat charissimi filij, qua in Christo natura nostra prius in Adam corrupta & ex amœnis & tranquillis paradisi sedibus in hoc teterrimũ labẽtis mũdi exiliũ relegata, vltra omnẽ angelicorum spirituũ celsitudinẽ vsq; ad ęterni patris est euecta cõsessum, qsquis nõ intelligit, mentis & sensus oĩs inops est. Quid enim tantam possit nobis miseris, nobis desperatis, nobis iræ & damnationis filijs veræ ac salutaris lætitiæ materiam ingerere, q̃ q̃d hodierna die verus Dei filius, idemq; verus homo naturã nostrã, quã p abolẽdis illius erratis, expiãdisq; meritis pœnis susceperat, suæ diuinitati vniõe tã stupenda, q̃ inseparabili copulatam, in cœlorum summa arce pcipua dignitate collocauit: Obsecro dñe qd est homo q̃d memor es eius, aut qd apponis erga eũ cor tuũ? hiccine decet morti p suis sceleribus suoq; cõtẽptu & ingratitudine destinatos, ad tantã euehi gloriã, & nõ solũ iustas nõ luere pœnas, sed etiã in tua trãsire mẽbra, tuæq; beatitudinis inæstimabili participatiõe beatos ac gloriosos effici? O immẽsam erga nos Dei charitatẽ & benignitatẽ. O hõ terrę affixus, lucris & voluptatibus & vanitatibus terræ semp deditus, excutere de puluere, mẽtis caliginẽ absterge, intẽde acriter oculos cordis ad cõtẽplanda beneficia dei. Vide q̃ te vocet benignitas & munificẽtia Dei tui: vide q̃ ille te nolit esse contentum his paruis, breuibus & angustis rebus, quas orbis sublunaris

Psal 8
Iob. 7

Ascensiõe sua q̃nam christ⁹ hominicõtulerit charismata
Esaiæ 53

ris insipientibus offert & ingerit, prima frõte & fucata specie blandas ac suaues at exitu acerbas & amaras: sed cœlestibus, æternis, nec vnquam vel fraude cuiusquam amittendis, vel vi eripiendis bonis te diuitem ac beatũ efficere cupiat. Propterea namq; Christus hodie ascendit in cœlũ in ea forma, quã assumpserat, quæ nobis cum illo cõmunis est, vt post hac scias cõmittendum tibi non esse, vt animo hisce infimis rebus adhærescas, sed post Christum toto cordis affectu, proposito, amore, conatu tendas ad superna: idque maxime turpe tibi ducas, si mũdi stercora velis amplecti, qui ad immensas Dei patris tui in cœlis repositas opes secure possidendas Dei benignitate vocaris. Age igitur abiectis impedimentis, ea tibi ascisce, quibus fretus & suffultus, possis alacriter post Christum in cœlos conscendere. Impedimenta aũt sunt ea omnia, quæ à Dei voluntate discordãt, vt sunt vitia perturbationes animi, quibus anima ceu quibusdam cõpedibus ac vinculis stringit, & captiua retinetur, vt non possit libere ingredi. Adiumenta autem & adminicula sunt virtutes & dona Dei, quæ animam reddunt expeditam & liberam, vt in ipsum vsq; cœlum euolare possit. Quæ duo vna sententia complexus est Apostolus, eam à propheta mutuatus, vbi ait: Ascẽdens Christus in altũ, captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Captiuã, inquit, duxit captiuitatem, nostrorum scilicet nexibus alioqui inexplicabilibus peccatorum nos absoluens, quibus anima miserandum in modum obligatur, vt nõ possit indita sibi diuinitus vti libertate, nec erigere sese ad cognoscendũ, amandũ, riteq; colendum dominũ Deum suum: sed auersa semper à veris bonis, atq; adeo ab ipso omnis boni fonte Deo, prona quadã cupiditate feratur ad spectanda, expetenda, & amanda vitæ temporalis oblectamenta: quæ tamen nedum vana sunt, quia breuia: sed etiam fallacia, quia insidiosa. Deinde adiungit Apostolus: Dedit dona hominibus, veris scilicet virtutibus nos exornans ac instruens, quibus ceu alis quibusdam sursum feramur. Vt enim vitia suo pondere animam semper in ima deprimũt ita virtutes ex Dei gratia sursum leuant. Vnde etiam in extremo die, quando dominus ad iudicandos mortales omnes adueniet, impij & scelesti peccatorum suorum graui sarcina retenti, non poterunt vltra terram sese erigere: iusti autem & sancti Christo pergẽt obuiam in aera, moxque cum eodem etiam momento celerius in cœlum empyreum subuolabunt: impij vero maleficijs suis tanquam immanissimis plũbi massis & ponderibus in profunda tartarorum deprimentur. Itaque vt ad abijcienda peccata, virtutesq; excolendas animis accendamur, de vtrisq; nonnihil in mediũ adferre statuimus. Constat nimirum duas esse vias, per quas humanam vitã progredi necesse est: vnam scilicet virtutum, quæ sursum ducat ad veram beatitudinem vbi nobis Dei visio promittitur, quæ quicquid recte desiderari potest, in se complectitur: altera vitiorum, quæ ad inferos deprimat, vbi est, malorum omnium confusa congeries, & infinita calamitas, quantam nulla mens concipere, nulla lingua explicare potest. Hasce vias nedũ Philosophi, sed etiam Poetæ commemorant. Et eã quidem viam, quæ sit assignata virtutibus, primo aditu arduam esse voluerunt & confragosam, in qua si quis difficultate superata, in summum eius euaserit, quod vtique nec illi ipsi præstare potuerunt, qui suis hæc scriptis posteritati commendarunt, quamdiu diuinæ gratiæ fuerunt expertes, deinceps plano illum vti itinere, lucidumq; & amœnum habere campum, & omnium laborum suorum capere fructus vberes atq; iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos ad vitiorum sese conferre viam, quæ primo ingressu sit quasi amœna, multoq; tritior: deinde cum in eam paulo longius processerint, fallacem iucunditatis eius speciem repẽte euanescere, exoriri autem viam præcipitem, innumeris plenam periculis, nũc rupibus asperam & inaccessam, nunc obductam sentibus, nunc procellosis gurgitum fluctibus sæuam ac immitem, nunc torrentibus rapidam, vt laborare, hærere, labi, præcipitem ferri necesse sit. Quibus q̃dem nihil aliud homines illi ingeniosi quidem, & quod ad humanam attinet scientiã eruditi significare voluerunt, nisi in virtutibus obtinẽdis laboris ac sudoris inesse p̃multũ: in p̃ceptis aũt fructus lõge vberrimos, & veras ac solidas voluptates. Vitia vero fallacissimis q̃busdã delinimẽtis illicere aĩos hoĩm, & p̃nitialiũ oblectamẽtorũ ianissima voluptate captos & illaq̃atos ad ĩtolerandas

Q

Ascẽdit sua quã ea Christ' suos docuerit.

Quænam hic nem ab iiciẽda post Christũ in cœlũ impediant

Ascensum nitis in cœlũ quæ promouẽt

Ephe. 4
Psal. 67

Ephe. 4

1. Thess. 4

Via virtutum q̃ ducat

Via vitiorum q̃ sit & q̃ ducat

P

Via virtutũ vt sit primo cõgressu ardua, deinde facilior

Via vitiorum vt sit facie prima facilis & iucũda.

randas miserias, acerbasq; calamitas perducere. Extant hinc pucherrimi apud Hesiodum vetustũ poetã versus, q̃s sanctissimum præsulem Basylium quadam conciõe recitare non piguit, suntq; eiusmodi.

Hesiodus. Basylius

Ad vicium facilis vicinaq; semita cunctis
Panditur: at virtutis iter posuere remotũ
Cœlicolę, durũq; prius, sed vertice summo
Dũ fuerit, planũ se offert q̃rentibus illud.

Quibus carminibus vir sctũs nihil aliud poetã voluisse putat, q̃ ad amplectẽdã virtutẽ hoĩes excitare, vt nec initio voluptati cõsideret, neu rerũ tædio ac labore ante cõsequutũ terminũ deficerẽt. Meminit idẽ reuerẽdus antistes Chij cuiusdã q hisce iã dictis similia in virtutem & vitiũ scripserit, cuius sententiã recitat, eiq; mentẽ adhibendã asserit: eo q̃d nequaquam vir despiciendus videatur. Ait igitur Chius ille: Iuueni quondam Herculi secum consulenti ad vtrã viarum se cõuerteret, an eã, quę ad virtutẽ p labores ducit, an facilem p voluptates ingrederet, duas ei fœminas Virtutem ac Voluptatẽ, quarũ mox tacitus apud se ex diuerso habitu differentiã agnouerit apparuisse. Altera qdem forma cõspicua, molliore facie, lasciuis oculis, sermone blãdo, omnia fausta faciliaq; & ad vitę solatia tendentia p otia pollicẽdo Herculẽ ad se trahere conabat. Altera vero vultu rigido, squalenti mœstoq; ore, magnam fidutiam atque constantiã p̃ se ferẽs, nihil iucundũ, nihil amænũ ostendebat, sed mille pericula, laboresq; immensos terra mariq; subeundos. Præmiũ tñ horũ immortale: ad extremũ vero morientẽ Herculẽ se secuturã, & inter Deos collocaturã pmittebat, hanc que secutũ Herculẽ dicit. Hucusq; S. Basylius. Pulchre qdem viri isti virtutis ac vitiorũ depinxere itinera, plane diuersa, sed tñ qa futuræ vitæ nullam habuere certã notitiam, non satis mouẽt Lectoris animum. Itaq; quæ ab illis satis explicata nõ sunt, ex nostræ religionis indubitata persuasione petenda sunt. Nobis quidem certum est diuersas planeq; contrarias, vt iam ante diximus, homini propositas esse vias, quæ tandem non ad temporariam sed prorsus æternam vel felicitatem, vel miseriam perducant. Habetque vtraque ducem suum, qui per eas ingredi volentes deducat. Virtutis viæ dux Christus est, vitiorum diabolus. In virtutum via, quam à mundi exordio Dei amici oẽs amplexi sunt, prius demonstrantur mala multa & molesta homini exteriori, qui peccato corruptus continuum cum anima bellum gerit, detrectans illius imperium, quæ Deo obtemperare noluit, sed mala hæc temporalia tantum, quæ postmodum sempiterna cõsequantur bona. In vitiorum autem via ordine contrario prius temporalia offeruntur bona, sed quæ tandem ad æterna perducant mala, vt quicumque præsentia mala, quæ diuturna esse non possunt, cum iustitia delegerit, malens ob conseruandã Dei sui similitudinem momentaneis affligi incommodis, vt possit tueri virtutem ac innocentiam, quam quibuslibet gaudere oblectamentis cum iniuria summi Dei, idem ipse maiora & potiora consequatur bona, nempe æterna, quam fuerint illa, quę spreuit, vt pote breuia & incerta. Quisquis autem labentis vitæ bona iustitiæ prępo suerit, aut carnis infirmitate, aut praua deuictus consuetudine, vel obstinata animi irretitus impbitate, in acerbiora & diuturniora incurrat mala, q̃ ea quæ fugit.

Ibidem

Chius

Virtus & voluptas q ex diametro diuersę sint

Viarũ duarũ duces q̃nã sint

Via virtutis difficilis suauis dulcis

Hæc enim vita temporalis, quã iusto Dei iudicio à patria exules & extorres in hac totius miseriæ valle degimus, qa breuis & momentanea est, idcirco & commoda eius & incommoda diuturna esse non possunt. Illa vero spiritalis, quia sempiterna est, idcirco & bona eius & mala sempiterna sunt. Ita fit, vt & bonis breuibus, caducis, fragilibus, mala æterna, soloque auditu horrenda nimis, & malis breuibus ac momentaneis bona perpetim mansura succedant.

Vitæ huius siue molesta siue suauia non posse esse diuturna.

Dicamus hęc paulo expplicatius. In via perditionis, cuius dux est criminator ille tartareus & serpens tortuosus, quæque aspectu plana, & patens omni genere florum atque fructuum delectabilis esse videtur: non illis quidem, qui recte sapiunt, sed stolidis & occæcatis, qui falsa pro veris sequuntur, bonis. In hac, inquã, via posita sunt omnia, quæ pro bonis habent miseri & omnis veræ lucis alieni, vt est opulẽtia, honor, otium, voluptas, illecebræ omnes. Sed cum his pariter iniustitia, superbia libido, cupiditas, stultitia, cæteraque vitia, & quæcunque Deus execratur & odit. Huius autem viæ exitus talis est. Cum ventũ fuerit ad extremum, vnde iam nulla datur facultas retrocedẽdi cum omnibus suis bonis fallacibus ac illecebrosis, cũ oĩ suo splẽdore ac commentitia felicitate tam subito præci-

Vita præsens qbusnã videat delectabilis.

Vitæ pessimæ vitiosæ exitus qualis sit

p̄ciditur, vt non ante miseri illius nexibus inuoluti ac obstricti tum illius imposturā tum sua pericula & damna prospicere possint, quam in profundum tartarorū chaos quo illa omnes sui sectatores certissime perducit, ruant præcipites. Quisquis enim earum rerum, quæ præsens vita indiscriminati bonis malisque ingerit & exhibet, molli ac delicata specie captus & illectus, atq; in his, nulla habita voluntatis ac præceptorum Dei ratione, consequendis ac fruendis occupatus, animum à futurorum consideratione reuocauerit, seq; à Deo auerterit, atq; ad dæmonū castra trās fugerit, is morte ex hac luce abreptus, mittet in abyssum, & stagnū illud pice ac sulphure semper arsurū, dæmonesq; ac impios omnes penniter crematurum. Porro in cœlesti virtutū via, quæ difficilis & cliuosa, atq; vel horrida veprium ac tribulorum asperitate terribilis vel præruptis ac arduis rupibus minime peruia prima facie videtur, ita vt eā ingredi volenti, multo labore ac solicitudine vtendum sit: quę tamē Dei amor & gratia, atque ipsa hominis bona voluntas temperare solent. In hac ergo via posita est Iustitia, Modestia, Continentia, Charitas, Sapientia cæteræq; virtutes: sed simul cum his paupertas, ignominia, labor, dolor, amaritudines omnes, vt quisquis veris appetat virtutibus ditescere nihil horū perpeti vereatur: Vt enim Apostolus ait, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Et: Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. At quisquis nulli neq; labori, neq; molestiæ, neq; dolori cesserit, sed in hac via Christi domini auxilio subnixus, constanter perseuerauerit, aut si quā doque nonnihil contingat aberrare, ad viam redierit, is tandem non ad campos Elysios, quos poetarum fabulæ loquuntur, sed ad æternæ beatitudinis perpetuas mā siones feretur, atque à Deo æquissimo Iudice, & liberalissimo Imperatore suo corona virtutis, & pro laboribus ac doloribus virtutis causa toleratis, summa ac infinita felicitate donabitur. Vbi tum reipsa experietur quam verum sit, quod Apostolus plenus spiritu Dei affirmat: Non sunt condignæ passiones & afflictiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quid autem mirum est, si pro summis illis ac veris bonis, quæ promisit Deus fidelibus seruis suis, nōnulli labores ac difficultates subeundæ sint, quando nihil pene tam vile est in hac vita, cuius obtinendi causa non sit labor aliquis perferendus? Imo vero quid nō periculi subeunt amici seculi huius pro rebus quibusdam inanissimis? Athletæ, vt pulchre describit Basylius Magnus, mille supra mille patientes labores, & multis modis robur ac vires sibi comparantes, multumq; in gymnicis sudātes exercitationibus, plures insuper plagas ex pædotriba accipientes, diętamq; nō iucundam, sed gymnasticam subeuntes, & alia per quam multa sustinentes, tūc demū probe instructi ad stadium procedūt, vbi & laborant rursus & maxime periclitant, vt oleastri, aut apij, seu cuiusuis alterius frōdis coronā accipiant, vt à pręcone victores declarentur. Huius simile quiddā scribit venerabilis ille æternæ sapientiæ discipulus Henricus Suso, cuius vita præclaris eximijsq; virtutibus, atque etiam miraculorum gloria emicuit. Ait enim se circa suæ conuersionis initio vehementi flagrasse desiderio omnipotenti Deo haud vulgariter placendi: sed absque labore & dolore. Accidit deinde, vt quodam tempore concionandi gratia foras proficisceretur. Cumque in naui sederet, inter alios vidit illic Iuuenem quendam sane strenuum, & forma egregia, & optimis ornatum vestibus. Ad quem sese adiungens, quisnā esset ex eo sciscitabatur. Respondit ille, se eiusmodi esse hominem, qui nobiles & illustres viros inter se committeret, vt publicis certaminibus congrederentur, hastisq; & id genus ludis palestricis dimicarent: q̄bus q̄ p̄celleret cum honore affici, ac præmium reportare. Percontante autem viro sancto cuiusmodi id esset præmium, ait ille, Fœminam omniū pulcherrimam annulū aureum eius digito inserere, idq; illius esse p̄mium. Tum vir sanctus, Quæso, inq̄t, q̄d agendum est illi, qui id honoris, eumque annulum velit adipisci? Respondit miles: Qui crebriores accipit plagas, acriusque & præmitur, nec tamen animo angitur & præmitur, nec tamen animo lassescit, sese gerit viriliter, immotusque equo insidet, & duris cœdentium ictibus tundi se finit, is nimirum victoriæ pal-

Act. 14.

2. Tim. 3.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

Quāta aduersa pro æternis bonis tolerada sint.

Basylius

Athletarū vanorum studia laborelq; q̄ sint sine fructu

Hērici Susō vita q̄ virtutib⁹ fuerit eximia

Paradigma.

palmã recipit. Quid si, ait vir sanctus, primo congressu quispiam strenue se gerat, id ne satis est? Minime sane, inquit miles, Certaminis discrimen omne ad extremũ vsq; sustineat oportet: & si vsq; adeo immanes excipiat ictus, vt oculi igneas mittant scintillas, sanguisque ex ore & naribus erumpat, id omne ferendum est illi, si laudẽ referre velit. Rursusq; vir sanctus, Licet ne ait lachrymas illi emittere, aut ora frontem que in rugas contrahere, dũ ita immaniter pulsatur ac ceditur? Neutiq̃, ait miles, etiamsi cordis defectũ patiat, vt plerisq; accidit. Sed alacri ac hylari vultu sit necesse est: alioq patebit ludibrio ac derisui, honore q; illo & annulo frustrabit. His auditis pater ille venerabilis totus animo cõpunctus, alta imo ex pectore ducens suspiria & grauiter ingemiscens ait ad dominũ: Omnipotens æterne Deus, si huius mundi milites pro tam vili præmio, q̃d in seipso reuera nullius pretij est, tam dira perpeti habent: quã ergo plane dignũ ęquũ & iustum est, vt æterni causa honoris obtinẽdi maiora acerbioraq; perferant? Nihil igitur, vt dicere ceperam charissimi, admirationis habet, si nonnihil laborandum fit p æterna vita, quando amentissimi huius seculi, ac stolidissimi homunciones multa prius immania pro vilissimis nugis subire nõ dubitant nedum præsentis, sed etiam æternæ mortis discrimina. Interim tamen, ne quis animo frangatur, tanquam via virtutum solis intolerandis, nimiumq; duris ac impatibilibus sit plena molestijs ac periculis, id pro certissimo habendum est, vt iã ante meminimus, dominũ Deũ seruis suis suæ gratiæ aspiratione, sui amoris dulcedine, alijsq; multis modis ita temperare aduersa omnia vt sæpius nedũ æquanimiter, sed etiã hilariter perferant. Cõtra vero vitiorum via etsi blanda omnia promittit, tñ innumeris sui sectatores miserijs, afflictiõibus, laboribus ac doloribus diuexat, etiã ante quam ad terminũ puenerit: idque adeo vt pleriq; ex ijs adhuc in corpore superstites infernorũ cruciatus ac supplicia in mente & conscientia patiantur, præter externa mala, quibus sæpe multo frequentioribus ac acerbioribus, quam qui virtutum gradiuntur itinere, affliguntur, vti iam partim commemorauimus: Vnde etiam qcquid siue hic, siue alibi de asperitate illius viæ, quæ virtutibus assignatur, dictum est,

Pro bonis æternis nullis parcendũ esse laborib' ac molestijs.

Vitia q̃uã suos amatores excrucient.

ad illos referendum est, qui à vitijs sese ad virtutes transferre instituunt: qbus initio certum est laborandum esse, donec ad exterioris interiorisq; hominis aliquam reformationem, ac passionum edomationem p tingant: qua adepta, iam ineffabilem potius iucunditatem ac suauitatẽ, quã asperitatem vllam experientur. Nam si qua pulerit eos aduersitas, non solum nõ dolebunt, sed gaudebunt etiam: q̃nquidem ea nihil homini expurgato, sed carni tantum nocet. Eam autẽ premi meritasq; Deo soluere pœnas lætabuntur, vtpote, quam ceu hostem crudelissimum oderunt. Quod quidem ad virtutem hæroicam pertinet, gaudere videlicet & lætari de omni aduersitate illata corpori & animali nostro inimico quidem acerrimo. Sunt nanque virtutes quadrifariæ, nẽpe Ciuiles vel morales, Purgatoriæ, Heroicæ, & Exemplares. In Ciuilibus vel Moralibus, homo laborat: in Purgatorijs pualet: in Heroicis lætatur: in Exemplaribus splendet & diuinitatem consequit. Itaq; in Ciuilibus & Moralibus virtutibus præcipue labor est nulla ferme redemptus delectatione, quæ est in alijs virtutibus melioribus: quanquam donominus Deus pro sua benignitate etiã nouitijs & q circa morales versant virtutes nõ nunquam haud mediocrem solet dulcedinem instillare, vt fortius perseuerent. Sed tamen, vt diximus, illis potissimũ, hoc est, nouis Christi tyronibus, & q virtutũ viã ingredi incipiunt, passim prædicatur arduum esse & difficile ipsarum virtutum iter: quo facit illa D. Basylij sentẽtia: Aspera primo & pene inuia, sudorisq; continui, ac laborum plena est virtutis via. Quãobrem magna vis exqritur propter arduitatẽ illius capessendæ: nec affectanti facile est ad illius cacumẽ ascẽdere. Itemq; illa Lactãtij Firmiani. Ad supremũ boni apicẽ, nõ nisi cum summa difficultate ac labore puenit. Hæc em̃ ad in exercitatos magis spectãt, q̃ eos qui iam lõge in virtutibus pgressi, aut virtutis pfectionẽ adepti sunt: q cũ Propheta dicunt: In via testimoniorũ tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Itemq;: Dilexi mandata tua sup aurũ & topaciũ. Et illud: Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa: desiderabilia sup aurum & lapidem prætiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Itemque: Viam mãdatorum tuorũ cucurri, cum dilatasti cor meum.

Basylius

Lactantius

Psal. 118

Ibidem

Psal. 18

Psal. 118

Matt. 11 strictum. Quibus nimirum non modo aspa non est virtutum via, sed suauissima, & iugum dñi vere suaue, & onus leue: quibus amor cuncta reddit facilima, quæ minus amantibus sæpe nimis onerosa & difficilia videntur. Sed iam his ita de vtroqꝫ, puta & virtutum, & vitiorum itinere perspectis, cognitoque quorsum vtraque tendat, studeamus dilectissimi filij illi inhærere viæ, quæ lætissimum habet exitum: eam autem fugere & execrari, cuius finis mors est sempiterna. Nāque hoc pacto expediemus nos ad quod initio vos hortatus sum ab impedimentis illis omnibus, quæ non sinunt nos cum Christo in cœlum proficisci: amplectemurque & comparabimus nobis ea, quæ nos ad superna eleuent.

Quibus nā via virtutum fit suauis.

Y

Si membra summi capitis sumus, si q̄d fide credimus, animo concupiscimus: si deniqꝫ non fallaciter Christi nomine gloriamur, sequamur Christum caput nostrum in cœlos ascendentem, quæramus & expetamus ea, quæ sursum sunt, nō quæ super terram. Et sicut à Christo nos gaudemus Christianos dici, ita nihil admittamus vnquam, quod tāti nominis gloriā & dignitatem obscuret. En sedet ad patris dextrā gloria & honore coronatus Christus Iesus dux & signifer noster, vt se sequamur summopere exoptat. Dolet nos animi amore & affectu hisce vilibus coniungi rebus, quos cœlestibus mallet ditare bonis. Clamat indesinenter ad nos: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Contēnite diabolicas fraudes, quibus implicat vos nequam ille spiritus, ne me sectemini. Transite ad me oēs, & diuitijs meis implemini. Spiritus eñ meus sup mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauū. Quæso charissimi obtemperemus vocanti nos dño, nec obduremus corda nostra, ne si nos illius modo benignitatem contemnimus, quandoqꝫ audire cogamur quod se sui contemptoribus dictūrum comminatur: Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne cōsiliū meū, & increpatiōes meas neglexistis. Ego q̄qꝫ in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cū vobis id q̄d timebatis, euenerit. Cum irruerit repentina calamitas & interitus quasi tēpestas ingruerit: Quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tūc inuocabūt me, & nō exaudiā, mane consurgent, & nō inuenient me, eo q̄d exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint. Comedent igitur fructus viæ suæ & cōsilijs suis saturabuntur. Quod à nobis auertat clementia Saluatoris nostri Dei. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

Colloss. 3 Christum ... seq ... modo ... poneat

Phil. 2

Matt. 11

Eccle. 24

Prouer. 1

FERIA SECVNDA POST SOLENNITATEM Pentecostes lectio loco Epistolæ Actorum Apostolorum capite decimo.

III. I.

Aperiēs Petrus os suum, dixit: Viri fratres, & patres, nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorū accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc: cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebāt enim illos loquentes linguis, & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAE Lectionem

A Acto. 2. 4 Acto. 10 Postquam Apostoli receperunt spiritum sanctum, augebatur quotidie credentium numerus. Nam & Cornelius Centurio cum omni domo & familia sua, vocatisque ad se necessarijs & amicis, ex Ioppe accersiuit Petrum Acto. 9 Apostolum, qui sibi ac suis, iuxta reuelationem per angelum sibi factam, viam annunciaret salutis. Quod vbi Petrus aduenien effet facturus, aperiens os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis præcepit Marc. 16 dominus prædicare populo: dicens: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ: & testificari, quia ipse est, qui etiam secundum naturam humanam constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Mat. 28 Apparens nanque post resurrectionem apostolis Iesus: Data, inquit, est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et ante passionem idem de patre loquens, dicit: Potestatem Dedit ei .i. filio pater & iudicium facere, quia filius hominis est. Ioan. 5 Neque enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Huic Christo domino omnes prophetæ qui eundem præcesserunt, testimonium perhibent hoc, puta vt omnes qui credunt in ipsum, remissionem accipiant per nomen eius. Hoc, inquit, testimonium adferunt Christo omnes prophetæ credentes vniuersos iustificari per nomen eius, hoc est, per fidem & inuocationem nominis eius. Hæc ita Petro loquente, interim cecidit, id est, subito venit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, hoc est, super Cornelium & super illos, quos aduocauerat præsentes. Descendit autem haud dubium in specie aliqua visibili aut sensibili spiritus sanctus, quamuis in qua descenderit specie, sit incertum. Hoc viso obstupuerunt qui ex circuncisione erant fideles, qui cum Petro aduenerant, præ admiratione, quod in nationes seu in Gentes gratia quoque spiritus sancti diffunderetur, cum abundantia tanta & miraculosa sui ostentatione. Consueuerunt enim semper Gentes Iudæi despicere, tanquam idololatras & homines sine Deo, se vero efferre quasi dei cultores, Quapropter sibiipsis nimium haud raro tribuerunt de conuersione sui ad Christum, quasi propter legis obseruantiam, & per bona opera in Iudaismo facta, meruerint (quod falsum erat) ad fidem Euangelicam conuerti. Cum itaque parem gratiam viderent effundi in Gentes, qui idolis iamdudum sacrificauerant, stupebant præ admiratione diuinæ benignitatis & largitatis. (Iudæi vt gentiles habuerint despectui.) Audiebant enim & illos loquentes varijs linguis, quomodo in die Pentecostes locuti fuerant Apostoli. Quamobrem, vt dixi, admirabantur magnificantes Deum. B Tunc respondit illis qui ex circuncisione aduenerant admirantibus Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Receperant hi ex Gentibus conuersi reuera spiritum sanctum in signo exteriori, donumque linguarum sicut apostoli, licet non in tanta plenitudine, quanta apostoli: ideo non erant à baptismo procludendi, quos spiritu sancto Christus dignatus fuerat. Quapropter Petrus iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi. Non baptizabant apostoli impediti verbo prædicationis, cui magis vtiliusque insistebant, per discipulos suos nouiter conuersos baptizantes. Hoc nanque & Apostolus Paulus fecit, dicens: Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. 1. Cor. 1 Obserua tamen hic, quod phibentur baptizari in nomine domini, hoc est, in nomine Iesu. (Baptizati quam fuerint in nomine Christi.) Quocirca non immerito quis dubitet, cur Apostoli in nomine Iesu baptizauerint, cum illis sit dictum: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Matth. 28 Verum absque dubio putandi sunt Apostoli familiari consilio spiritus sancti illuminati, vt in principio ad tempus aliquod baptizarent in nomine Iesu, propter gloriam Christi in principio nascentis Ecclesiæ magis exaltandam. Sunt tamen qui hodie hunc ritum baptizandi in nomine domini Iesu, aut in nomine Iesu, aut Christi dicerent non esse baptismum quamuis alijs aliud placeat. Obseruandum quoque est hic Cornelium, & eos qui cum illo erant, spiritum sanctum recepisse antequam baptizarentur, fide nimirum purificante corda eorum, & quia parati accinctique erant expectantes baptismum.

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem secundæ feriæ post solennitatem Pentecostes, Ioannis tertio.

Ante

C Ioan.3 Num.21 ANte hæc verba Euangelij hodierni Christus cum Nicodemo tractans, dixerat: Sicut Moses exaltauit serpētem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Huius rationem quasi nūc assignaturus, in hæc verba quæ hodie ab initio leguntur Euangelij, continuat: Sic enim Deus dilexit, & cætera. Poterat enim obijci in præcedentibus verbis: Cur exaltari oporteat filium hominis, & cur in illum credi, cum in neminem sit credendum, nisi in Deum? Huic vt quæstioni satisfaceret, Christus humiliter de se loquens ostendit filium hominis nō hominē tantū, sed modeste & quasi clanculū hoc ipsum quoque insinuat, vt filius hominis idem intelligatur, qui & vnigenitus sit filius Dei, quem Deus dederit ex dilectione, vt in mundi salutem exaltaretur admodum serpentis in cruce, vt quisquis fide in illum intuens, ipsum saluatorem credens non pereat, sed habeat vitam æternam. Dicit itaque.

Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Mundum accipi trifariam Mundus in triplici accipitur differentia. Est nanque mundus, cuius Deus creator est: est mūdus, cuius est redēptor: & est mundus, cuius diabolus princeps & rector est. Primo accipitur modo, vbi in Ioanne scriptum est: In mundo erat, & mundus p ipsum factus est. Hic mundus Dei est semper, nunquam diaboli. Secundo modo accipitur: Sic Deus dilexit mundū, &c̄. Ideo enim qa dilexit, redimere statuit. Est ergo mundus hic fidelium vniuersitas: quod alibi quoq; pari modo indicat, dicens: Panis quē ego dabo, caro mea est p mūdi vita. Et in Apocalypsi: Factum est regnum huius mundi domini & Christi eius qui regnabit in secula seculorum. Tertius mundus, est, vniuersitas malorum. Huius princeps & rector est diabolus, de quo Christus: Nunc, inquit, princeps huius mundi eijcietur foras. De hoc quoque mundo intelligitur, quod Christus dixit: Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia

Ioan.1

Ioan.3

Ioan.6 Apoc.11

Ioan.12

Ioan.15

ego perhibeo testimonium de eo, quod opera eius mala sunt. Et illud: Nolite diligere mundum neque ea quę in mundo sunt. 1.Ioan.2 Nam si quis diligit mundum, non est charitas patris in illo. Itaque hic secundo accipitur modo, cum dicitur: Sic Deus dilexit mundum, id est, vniuersitatem fidelium, vt filium suum vnigenitū daret. Vide quanta efficacia verborum. Nihil est quod hominem adeo inuitat, adeo allicit, adeoq; trahit, atq; amor. Nihil igitur in exercitationem nostri validius, nihil quod accendat nos ad redamandum, posset dici efficacius, quam, sic Deus dilexit mundū. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari in cruce oportet filium hominis. Quare o domine oportet te exaltari? Quia nolo te perire. Sanguine te meo redimā oportet. Tu enim vulneratus es peccato & à serpente læsus. Et ego vulnerabor propter iniquitates tuas. Atterar propter scelera tua, vt tu meo liuore saneris. Neque enim leuis mihi causa est tui saluatio, aut tui perditio. Nolo ego mortem peccatorum: quā doqdem Deus pater meus, adeo dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret in mortem, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternā.

Amare nihil esse validius

Esaiæ 53

Ezech.18

D Hæc, inquā, sunt verba efficacissima filij, ad excitandum nostrum amorem erga Deum. Nonne vides quæ cura sit Deo de nobis? Quid autem nos sumus, vt memor sit nostri? Quæ ex nobis aut bonitas aut vtilitas ei speranda est, vt cogitet de nobis? Aut quid illi accedit, si nos salui fuerimus? Quid amittit si ab eo recesserimus? Quid vero commodi illi est quod nos diligit? prorsus nihil. Neque enim vt à nobis quid accipiat nos diligit, sed vt largiatur nobis tam dona sua, quam seipsum, amat nos. Causa itaque quare dona & beneficia sua nobis confert, est, quia amat nos. Sed expende qd sit amari à Deo. Nunquid nō pmagnum foret, si vel de nobis cogitet Deus? Præclarum habetur, gratissimum atque gloriabundum videtur nobis, nostri esse memoriam apud regem & principē. Quid de Deo sentiendum, cuius tanta est charitas erga nos, vt suum vnigenitum malit dare in mortem, q̄ nos nō liberare à morte? Est aūt amor Dei liberalissimus, qa nos amat, nō ppter se sed propter cōmodum nostrū. Neq; sibi amādo acqrere aliqd quęrit, sed q̄d bonum ipse est, nobis communicare.

Amari à Deo qd sit

re.Porro alia hoībus est amādi ratio Deū. Homo em̄ amādo in suo opere intēdit ali quid boni impetrare, quod vel præcipue quærit,aut saltē(idq; ordinate)propter Deum. Sic Deus,inquit, dilexit mundum, hoc est,tā vehementer,tam potenterq; dilexit,vt non solū hoc q̄d grauissimū,sed etiā quod irrationabile videbatur,ageret, filiū suum vnigenitum dās in mortem & seruū nequam liberans.Est igitur Dei amor erga nos magnus, quod quadrifariā potest ostendi.Primo inspice eum, & quis sit qui te diligit,expende.Inuenies enim immensum & infinitum,nempe Deum. O quam iucundum & gaudiosum est amari à Deo, o quam nobile ac præstans est in gratia esse Dei omnipotentis. Secundo liquet amoris magnitudo diuini ex vilitate amati, hoc est,hominis qui inquinatus est totus, & amari indignus.Tertio,eius magnitudo manifestatur ex dono dato,hoc est,ex magnitudine doni.Sic dilexit,inqt, Deus mūdum vt vnigenitum suū daret.Quarto, magnitudo diuini amoris appareat ex magnitudine fructus.Hic enim haudquaq̄ est exiguus,sed tantus, vt ex eius nobis amore proueniat non solū non perire, sed vitam etiā habere æternam.Ita enim sequitur:Vt omnis qui credit in ipsum,nō pereat sed habeat vitam æternā. Obserua q̄d nō dicit:Omnis q credit ei, aut qui credit eum. Hoc enim modo multi crediderūt Christo,multi etiam Christū crediderunt, qui tamē non obtinuerunt vitam æternā. Hoc etiam modo hæretici credūt Christum fuisse,& sic locutū fuisse.Credunt etiā Christo, vt omnia quæ dixit, vere locutus sit (hæc nanque est hæreticorum fides, quæ eos haudquaquam saluabit,quandoquidē hæc fides per dilectionem nō operat) sed dicit:Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat.Aliud nanque est ipsum aut ipsi credere,aliud in ipsum credere.In ipsum credere,non solum fides, sed est etiam cum fide motus charitatis in Deum.In Christum itaque credit,qui charitatem habet. Est itaque credere in Deum,quasi credendo tendere in Deum.

Amoris Dei erga nos magnitudo ex quatuor cōsideratur

E

Gala.5

credere in Deū qd sit

Non enim misit Deus filium suum,vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Non adhoc Iesus in primo venit aduentu,vt peccato nos obrutos opprimeret,sed venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.Idcirco dictus est saluator mundi,vt mundum saluet. Quantū in medico est,venit sanare ægrotos.Tu igitur teipsum interimis,si præcepta seruare non vis medici.Christus venit ad salutem omnium.Si tu saluari cupis, ausculta verbis Christi.Si vis,inquit,ad vitam ingredi, serua mandata.In tuo nunc est arbitrio, siue lis saluus fieri. Omnia tibi parata sunt remedia salutis,modo illis vti volueris. Hæc si neglexeris,non habes,quod conqueraris,nisi contra teipsum.

Luc.19

Augu.

Mat.19

Qui credit in eū,non iudicatur.

Qui credit in Christum,hic ex fide iam habet vnde sit saluus. Credit em̄ quod paulo ante Christus præmonuit:Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu scto̅,nō potest introire in regnum Dei, & festinat renasci.Non igitur iudicabitur ad condemnationem.Iudicantur tamen hic omnes iudicio discretionis.Discernitur enim hic inter bonos,meliores & optimos: discernit quoq; inter bonos & malos & pessimos. Hic tamen qui credit in Christum,non iudicabitur,id est,non condemnabitur.Quā diu em̄ credit in eum,fidem habet charitate viuentem,vt eius in quē credit & optet honorem & velit voluntatem. Quamdiu ergo hoc modo credit in eum,certum est, vt alibi dicitur,in iudicium eum non venire,sed transire à morte ad vitam.Hæc omnia de fide viua & formata,quæ per dilectionem operatur,intelliguntur.

Ioan.3

Ioan.5

Gala.5

Qui autem non credit in eum, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.

Nondum apparuit iudicium, & iam factum est iudicium,qa qui nō credit in eū hic iam habet in se causam,quare damnādus sit.Circumfert enim,vt dici solet,sicut fur funem in collo secum suæ damnationis causam,quia non credit in nomine filij Dei.Sicut Adam eodem die quo comedit de lingno prohibito,mortuus est,hoc est, morti deputatus,iuxta illud: In quacunq; hora comederitis,morte moriemini, sic is qui non credit in Christum, iudicatus est, id est,iudicio damnationis deputatus,quia non credit in nomine filij Dei,in quo solo est salus.Itaque iudicatum esse,est iuxta sua demerita in præsentiarum damnationis reum esse

F

Gen.3

Act.4

um esse. Nouit enim dominus qui sunt e-
ius, hoc est, eos q ad se ptinent. Nouit mo
1.Tim.2 do qui pertineant ad coronam, nouit etiã
q pmaneant ad flammam. Satis, inqt, iam
iudicatus est, q in hac vita nunquã habuit
vnde potuisset saluari. Qui enim fidem nõ
habet, nunquam salutis portam intrauit.
Nunquã accepit vnde illi spes foret salu-
tis. Manifestam indubitatamq; igitur ha-
bet rationem damnationis, vtpote in qua
natus est, quam nunq̃ insup exuit. Huius
aũt est causa, quia non credit in nomine v-
nigeniti filij Dei, in q̊d si semel credidisset,
Acto.4 consortem se ęternę fecisset salutis. In hoc
enim solo nomine est salus. Neq; eñ datũ
est sub cœlo nomen aliud hominibus, in
quo oporteat nos saluos fieri. Si hic ob
ijciatur de paruulis baptizatis ante ratio-
nis vsum, necdum ad credendum idoneis
Fides in pueris baptizatis q̃ exigatur. quia non crediderunt. Nunquid ergo licet
baptizati sint, non erunt salui? Erũt. Vir-
tus enim sacramenti & fides, responsiones
que offerentium, quæ ipsorum nomine fi-
unt, saluabit eos: vnde in numero compu-
tantur credentium. Si enim alienum pec-
catum, puta Adæ, sufficiebat eis, cum non
dum nati, nec ad peccandum idonei essent
ad damnationem, quomodo non etiam a-
liena fides, quamdiu ad credendum non-
G dum sunt apti, eis prodesset ad salutem?

Sciendum præterea, & aliter hæc verba
posse intelligi. Siquidem cum dominus di
cat: Qui autem non credit, iam iudicatus
est, dicit semel eum iudicatum. Vbi? In pa-
tre suo, in primo pctõre antecessore suo.
Qñ eñ ille iudicatus, & e paradiso eiectus
est, tũc etiã in illo oẽs sunt iudicati, q sunt
de semine eius. Quicũque igitur in eo, hoc
est, in Adam expulsus est, nisi credat in no
mine filij Dei, nisi credat velitque renasci
Ioan.3 denuo, puta ex aqua & spiritu sancto, ex
pulsus & iudicatus manebit in ęternum fo
ris. Quicunque autem sic non credens, ex
pulsus, & in generali massa iudicatus est,
non propterea minus iudicabitur in sua e-
tiam persona. Quia sicut non dictum est:
Qui credit in eum non est iudicatus, sed
non iudicabitur. Iudicatus enim semel est.
dum esset in lumbis Adæ patris sui, sen-
tentia illa generali. At vbi credit postea, v-
bi fuerit baptizatus, nõ iudicabitur in sua
persona, qa credit in nomine filij Dei. Sic
etiam non dicit: Qui non credit, iudicabi-
tur, sed iudicatus est. Itaque qui non cre-
dit, iudicatus est in massa generali, & iudi-
cabitur nihilominus in sua persona de p-
fidia sua, hoc est, de reproba omni vita sua.
Quãdiu enim in eo est perfidia, quãdiu in
eo nõ est fides, peccata eius omnia sunt su
p eum: pro quibus eum iudicari oportet.

Hoc est aũt iudiciũ, quia lux ve nit in mundũ, & dilexerunt homi nes magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera.

Hæc est, inquit, ratio iudicij, vel inde ap
paret iustitia, quod infideles & impij
merito iudicabuntur, quia inexcusabiles Roma.1
sunt, & illorum damnatio iusta est. Venit
enim lux in mundum, & dilexerunt homi
nes magis tenebras, quam lucem. Nemo
per ignorantiam se potest excusare, quia
lux venit in mundum omnibus lucens, &
viam veritatis docens. Præcesserunt lumi- Ioan.14
naria multa verbo & vita lucentia, atque
mundo, vt suam nuditatem vilitatemq; a-
gnosceret, suadentia. Prædicabant vt su-
um resumerent homines vestitum, suum-
que ornatum. Multi enim iusti ante legem
& sub lege Christum præcesserunt, qui sa
tagebant populum in viam veritatis & in
Dei veri cognitionem cultumq; reducere.
At dilexerunt homines tenebras magis q̃
lucem: imo & iuxta parabolam Euangeli Marc.12
cam, quosdam eorum percusserunt, quos-
dam lapidauerunt, & quosdam occiderũt,
tandem lux ipsa Christus venit. Dicebat Matt.?
enim pater: Verebunt filium meũ. Ve Marc.6
nit lux Christus. Prædicauit mũdo pœni- H
tentiã, pdicauit regnũ cœlorum, vocauit eos
ad suaue iugum amoris, & onus suum le- Matt.11
ue (q̊d suis imponere solet) amplexandũ.
Hierusalẽ, inquit, q occidis prophetas, & la Matth.23
pidas eos qui ad te missi sunt. Quoties vo
lui congregare filios tuos, quemadmodũ
congregat gallina pullos suos sub alas, &
noluisti. Quare prophetas, quare antiqs
iustos, quare Christum audire, ad eundem
que se conuertere noluerunt? Quia dile-
xerunt homines magis tenebras, quam lu
cem. Peccata tenebras vocat, vel quia ad Pctã cur vocentur tenebræ
æternas tenebras autorem suum perdu-
cunt, vel quia in peccatis viuẽtes tenebras
hoc est, latere, cupiunt. Male enim operã-
tes in occulto sua explere desideria quæ-
runt. Est autem minus excusabile, dum qs
in lucis præsentia, dum lucis habere potest

copiam, vult hærere in tenebris, quod tole-
Psal.96 rabilius foret luce absente. Quamobrem
maior hic apparet hominis ingratitudo,
quādoquidem lux orta est ei. Venit lux in
Ioan.1 mundum omnem illuminare hominem.
Venit medicus sanare omnes. Occurrunt
nonnulli sese infirmos agnoscentes, cupientes ab infirmitatibus suis liberari. Alij
impugnauerunt etiam medicum, restiterunt medico, noluerunt ab eo sanari: Rece
Iob.21 de, inquiunt, à nobis, sciētiam viarum tuarum nolumus. Et hoc ideo, quia dilexerūt
homines magis tenebras quam lucē. Hoc
Simeon quoq; olim vir iustus futurum de
Lucæ 2 infante prophetauit Christo: Ecce, inquiens, hic positus est in ruinā, & in resurrectionem multorum in Israel. Venit vt filios suos colligeret, semen puta Abrahæ. Venit etiam omnibus generaliter, quia volebat saluum facere omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed multi sua malitia abutentes occasionem sibi sumpserunt ruinæ: multi etiam de peccatis suis resurrexerunt. Erant enim eorum mala opera.

Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucē, vt non arguantur opera eius.

Qui enim vult esse in tenebris quō potest non odisse lucē? Qui malus & iniquus dedita etiam ad hoc opera esse cupit, illi nō ostēdis, quas ignoret tenebras. Sunt enim eius mala non solum opera, verum etiam studia. Sed dicis: Quorum non erant, dum Christus venit, mala opa? Nōne ideo Christus venit, vt nos ob opibus liberaret malis? Quomodo ergo iudicandi sunt quorū opera erant mala si fere omnium erant mala? Quis enim mundum se gloriabitur ha-
Prouer.10 bere cor? Erant sane opera mala. Verum cū ita se res haberet, quidam tamen horū sua opera mala voluerunt abscondere, maluerunt in tenebris esse, noluerunt opera sua mala deserere: ideo non venerunt ad lucē, ne eorum opera arguerentur. Alij sua opera mala detestati sunt, planxerunt, seque cupiebant ab his liberari. Requirebant medicum, eius curæ se subdiderunt. Hi nimirum venerunt ad lucem, quoniam peccata sua damnare non modica est pars iustitiæ.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem: vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.

Quomodo, inquis, in homine pœnitente opera in Deo sunt facta? Nēpe ideo, I
quia cum Deo iam sentiens, sua opera mala cum Deo damnat, odit & persequitur.
Dānare nanq; odisse, persequi corrigereque peccata sua, est opus facere in Deo & cum Deo. Qui enim huiusmodi sunt, hi illuminati sunt, quia venerunt ad lucem: hi curati sunt, quia obtemperarunt medico. Opera facere in Deo & Deo gratia
Hi, inquā, quia volebant facere veritatē, odientes iniquitatem & mendacium, venerūt Psal.1
ad lucē. Neque enim erubuerunt opera sua quæ voluerunt esse manifesta, quia in Deo sunt facta. Det nobis filij pijssimus Iesus cognoscere vilitatem nostram, iniquitatem nostram, deformitatem nostram, detque nobis easdem reformare, atque ad cultum suæ voluntati acceptissimum reducere, vt in eius luce tota die ambulemus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO DE EADEM

Feria. Quomodo Christus nobis sit lux.

LVx venit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras quam lucem. Ioannis III. Cum K
dn̄s noster Iesus Christus ante Ioan.3
dixisset, filium hominis nō venisse in hūc mundum vt iudicaret mundum, sed vt mūdus per ipsum saluaretur, voluit in hoc omnibus spem veniæ prærogare, eosque ad se inuitare, qui peccatis erant onerati. Erāt enim omnes peccatores. Qui vt auderent ad Christum accedere, necessarium erat vt illis sinum aperiret pietatis. Necessarium erat, vt sese patrem, consolatorem, saluatoremque promitteret, non iudicem. Si enim Psal.129
mundum venisset iudicare, quis reus nisi compulsus accederet iudicem? Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Primum ergo hunc suum aduentum ad nos mitissimus confitetur esse ad nos liberandos à peccatis, ad saluandos nos, & sibi in filios adoptandos. Quapropter ne quispiā timeret propter peccata sua Christum accedere, veniam desiderātibus singulis libēter donauit, quia (vt dixi) non venerat iudicare mundum, sed mundo misereri. Quod vero in secundo aduentu iudicabit

dicabit nos, hoc erit propter nostram ingratitudinem, quia cum gratiam suam & nostrorum peccatorum remissionẽ vltro nobis ante obtulerit, hanc spreuimus accipere, & beneficia eius, prædicationes, labores, vigilias, passiones, reliquaque nostræ redemptionis opera omnia nobis per contemptum seu negligentiam nostram inutilia fecimus. Ideo in Euangelio hodierno dicit: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerũt homines magis tenebras, q̃ lucem, id est, propterea homines iudicabuntur, & hoc ab eis requiretur, quod lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucẽ. Ego quidem nunc venio, non intendo in iudicium homines adducere, sed eos à peccatis eximere & liberare. Venite ad me omnes qui laboratis desiderijs vestris & concupiscentijs. Venite omnes qui peccatorum grandi estis mole onerati, & ego reficiam vos. Saluabo vos & liberabo, iam nolite timere. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Ambulate dum lucem habetis. Ego vos docebo, ego ducam, ego protegam, ne tenebræ vos comprehẽdant. Verum, si contemnitis nunc gratiam quæ vobis offertur, de hoc iudicabimini, q̃d lux venerit vobis, sed vos magis amastis tenebras, quam lucem. Lux venit in mundum. Christus est lux, sicut scriptũ est: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Est quædam lux illuminata, & est lux alia illuminans. Apostolis quoque Christus dixit: Vos estis lux mundi. Erãt quidem apostoli lux, per quos etiam Christus luceret in cordibus nostris: sed erant lux illuminata à Christo. Christus autem dicitur vera lux, quæ non habet ex accidenti seu ab alieno, sed ex seipso vt luceat. Itaque Christus lux est mundi multipliciter. Primo enim lux est mundo sua eruditione. Docuit enĩ nos mundum & carnis delitias spernere, docuit humiles & mites nos esse, docuit eos qui nos oderũt, diligere. Et quid est, quod ad salutem nostrã pertinens nõ docuit? Eius igitur eruditio nobis lux est, qua videamus, q̃d vbi ve sit nobis cauendũ, & q̃d sit amplectendum. Est etiam viuendo atq; patiendo nobis lux Christus. Nam infans dum hunc ingrederetur mundũ, quæ nobis mox orta lux est? Dum enim diuersorio excluditur, dũ nascitur in stabulo, dũ ante iumentorum ponitur ora, dum pannis inuoluitur, dum deniq; omnia hæc carnis incommoda, & ea quæ sunt carni molestiora elegit, nonne eius pauptas, humilitas, patientia & simplicitas hic nobis luxere? Nonne in nobis interim reprehenditur ostentatio, auaritia, superbia, voluptas seu carnis delitiæ? Si igitur omnia hic aspera Christus tenerrimus infans sustinuit, Christi interea seruus nunquid delitias & gloriam quæret? Itaque luce sua quid amandum, quid respuendum sit, Christus docuit. Debet enim membrum corporis suo conformari capiti. Quapropter vbiq; Paulus clamans ad Christi imitationem nos inuitare contendit. Christus quoque ipse lux nostra: Qui sequitur me, inquit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quia ego eius qui me vult imitari, dux sum & legifer, idẽ sum ei lux & via, & veritas, & vita. Est præterea Christus lux nobis lucẽs in sacra scriptura erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & pie & iuste viuamus in hoc seculo. Inde enim nos erudimur, quibus datum nõ est tempore Christi viuere, ad nos tamen in sacra scriptura eius tam gesta quam verba peruenerunt. Hæc nobis lux sunt, qua ad Dei instruimur voluntatem. Hæc lux contraria est concupiscentijs nostris, & aduersatur carnalibus nostris desiderijs: roborat autem spiritum. Vnde scriptum est: Concorda cum aduersario tuo quamdiu es in via. Sacra scriptura, siue Dei verbum contrarium (vt dixi) est vbiq; carnalibus concupiscentijs nostris. Nos enim sumus auari, at Dei verbum præcipit largiri & misereri. Nos superbi sumus, Dei verbum nobis mandat humiliari. Nos irascimur & inuidemus fratri, verbum Dei præcipit reconciliari, iubet sine causa non irasci, iubet offendentibus iniuriam dimitti. Vide ergo vbi senseris scripturam sacram tuis peccatis, tuisque desiderijs malis aduersari, hic intellige lucem tibi esse sacram scripturam, quę tibi peccata tua, quę tibi vitia corrigenda ostendat. Quapropter tibi in hac re aduersaria est, quia optares tuis desiderijs potiri, ipsa id prohibente. Huic in via, hoc est, in hac vita te concordare oportet, nisi cum viæ finis aduenerit, ab eodem aduersario tuo, hoc est, à reclamante tibi sacra scriptura accusari (te enĩ in propria tua consci-

Margin notes: Christus quõ q̃bus quę sit lux — Matth. 11 — Zacha. 8 — Ioan. 12 — Ioan. 1 — L — Lux vt sit duplex. — Matth. 5 — Ioan. 1 — Christus vti nobis lux sit multis modis. — Matth. 16 — Marc. 8 — Lucæ 9 — Matth. 11 — Lucæ 6 — Lucæ 2 — 1. Cor. 4 & 11 — Ephe. 5 — Philip. 3 — Ioan. 8 — M — Ioan. 14 — Titum 2 — Matt. 5 Aduersarius noster cum q̃ in via cõcordare debeamus quis sit. — Matth. 18 — Lucæ 14 — Matth. 5 — Matt. 6. 18 — Lucæ 11

conscientia accusabit, quia in via sibi non
Math. 5 concordasti,) & à iudice damnari, in carcerem conijci, subireque supplicium malueris. Dixi igitur sacram scripturam tibi esse lucem, aut in sacra scriptura Christum tibi loquentem esse ducem verum, vt Christus
Ioan. 14 loquitur: Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Oculis lippis certe lux est odiosa, & prauis mentibus odiosa est veritas. Proinde Pharisæis Christus dicit:
Ioan. 8 Qui ex Deo est, verba Dei audit: ideo vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Hoc quid aliud erat dicere, quam si dixisset: Vos ideo non venitis ad lucem, quia magis diligitis tenebras vestras, quā lucem?

N Tertio, est Christus nobis lux, quæ nobis lucet, quæ nos dirigit ac docet per sanctam inspirationem. Nemo est qui non sentit se multoties illicitorum argui intus in mente. Hi autem potissime diuinam recipiunt inspirationem, qui libenter instinctui huiusmodi diuino acquiescunt. Sunt enim grati Deo, & eius non contemnunt vocem. Sic Dauid: Audiam, inquit, quid loquatur in me dominus Deus. Et Samuel: Loquere, inquit, dñe, qa audit seruus tuus. Deus itaq; eos q huiusmodi sunt, sua continua dignatur allocutione interna, qua efficiūtur meliores. At vero hi, qui inspirationes sacras negligūt, & nonnunquam dedita opera illis resistunt, hoc est, qui ex harum admonitione, vbi se sentiunt tristari aut turbari, alienas peregrinasque studiose quærunt consolationes, vt timoris quem ex instinctibus huiusmodi, & ex reprehensione spiritus sancti contraxerunt, tristitiæque salutaris obliuiscantur. (Volunt enim hic lętos possidere dies, & abesse à tristitia quacunque) Vnde non solum ad quod diuinitus monentur, id non faciunt, sed etiam admonitiones ipsas nolunt. Hoc quid aliud quæso est, quam spiritui gratię contumeliā facere? Habemus hoc ex verbis Christi, cum de missione spūs sancti apostolis loqueretur: Cum venerit, inquit, spiritus ille veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Arguit reuera & per seipsum intus homini in mente loquens, & per hominem foris erudiens. Verum filij huius seculi, quomodo dicit Christus, magis diligunt tenebras, quam lucem.

Inspiratiōnē diuinā quinam recipiant.

Psalm. 84
1. Reg. 3

Inspirationū diuinarum negligētores quid periculi incidant.

Hebr. 10
Ioan. 16
Ioan. 3

O Quarto, lux est nobis Christus in omni homine, qui veritatem docet. Christus enim veritas est. Et quisquis siue doctorum, siue prelatorum, aut bonorum fuerit amicorum, qui nobis veritatem dicit, hic lucem nobis offundit, qua videamus quomodo sit nobis in Dei itinere ambulandum. Libenter sufferamus igitur correptiones ab hoībus, quocūq; etiam animo illi nobis nostras infirmitates ostendunt, aut defectus obijciūt, qa expedit nobis (tametsi tristes interdū audiamus) vt qui nos oculis nostris intueri nolumus, nos ab alijs monstrari nobis. Vndecunq; itaq; veniat correptio, à q̄cunq; veritatē audieris, Christum tibi loquentem intellige. Conuerte te ad lucem, exhibe huiusmodi vultum loquenti, vt gaudeat de suæ exhortationis fructu. Fac ita gratias agas illi, vt cū denuo quid in salutē tibi fuerit dicēdum, non timeat te grauate laturum, memor q̊d prioris exhortationis charitatem à se animo cādido tuleris. Noli te corrigenti exhibere cū qui tenebras suas diligat, qui in tenebris manere instituerit, aut q tñbras etiam suas propugnet. Hoc enim impie satis nonnulli faciunt, non solum inter mūdanos, sed etiam in monasterijs, aut inter alios in congregatione bonos viuentes (q̊d minime est salutis indicium) Hoc nanque modo nonnulli viuunt, vt eorum vita omnibus sit fastidio, omnibus luctui, omnibus molestię: tolerantur tamē, tametsi propter generale vitandum scādalum, aut pro tutanda conscientia prælati, necesse sit quandoque eos obiurgari. Quod tamen vbi factum fuerit, nullo possunt placari sermone. Tenebras enim suas defendunt, & eos qui se auocare ab his contendunt, odiunt atq; persequuntur. Officium charitatis, hoc est, monitionem sui, odium & persecutionem clamant: quo fit, vt aliquando eos sit necesse omnino relinquere sibi, ne deteriores fiant. Heu bone Iesu, quis hos à tenebris extrahet? Quam verum est quod in hodierno Euangelio Christus subiungit: Omnis enī qui male agit, odit lucem: & nō venit ad lucem, vt non arguantur opera eius? De his enim loquitur qui lucem odiunt, qui tenebras amant suas, & in proposito perseuerant peccandi: non de his qui aliquando oderunt veritatem, & peccauerunt, modo vero saniori viuere instituunt mēte, & seipsos corrigūt. Vnde de illis q̊q; Apostolus dicit: Omnes enī peccauerunt, & egēt gloria Dei. Oīs igitur, non qui per

Ioan. 14
Per hoīs vt Christus nos illuminat.

Correptiones libenter gratēterq; esse suscipiendas.

Tenebras suas amātes q sint.

Ioan. 3

Roman. 3

Lucfodi entes qui sint.

qui per ignorantiam aut per infirmitatem labitur, sed qui studiose perseueranterque & diligit & defendit iniquitatem, odit lucem. Hanc quamdiu oderit, non est possibile eum inter adoptionis diuinæ filios numerari.

P

Cæterum, qui facit, inquit, veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Qui facit veritatem, hoc est, qui cum Deo sentit, & seipsum iudicat, odiens in scipso iniquitatem suam, & condelectans legi iuxta interiorem hominem, ille venit ad lucem. Quamuis enim aliam videat legẽ in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, captiuumque ducentẽ se in lege peccati, quæ est in membris suis, ingemiscit tamẽ & clamat, confiteturq; suam miseriam, & plangens se dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? In hoc autem cum Deo sentit ac facit, quia Deus odit peccatum & damnat. Proinde si iam homo suum quoq; peccatum oderit damnaueritque, Deo consentit, facitque idem cum Deo: & venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia cum Deo sunt facta. Quando peccabat, quando scortabatur, quando fraudabat innocentes, quando commessationibus vacabat, faciebat opera mala sine Deo, imo & contra Deum. Quamdiu itaque sic illi placuit agere, odio habuit lucem, quæ illi peccata sua ostendebat, amauitque tenebras. Porro, vbi ipse quoque cœperit detestari peccata sua, cœperit damnare, plangere & persequi in se malum, iam cũ Deo facit, iam nõ erubescit venire ad lucem, vt manifestentur opera eius. Hoc est, non timet manifestari opera sua, quantum ex natura est operum, licet fortasse optet latere ex humilitate ad gloriæ humanæ tentationem declinandam.

Veritatẽ facere q̃d sit.

Roman. 7

Ibidem.

Q

Videtis charissimi, quam benigne dominus loquitur nobis, promittens nihil id nobis nocere posse, si etiam peccauerimus domino, modo non diligamus peccata nostra, modo non defendamus, non abscondamus, sed confiteamur, pro hisque ingemiscamus ad Deum, illaque non iteranda proponamus. Quis iam in peccato filij est vestrum cõstitutus, qui nolit relinquere peccatum suum, qui nolit ad lucem venire, vbi peccati sui grauitas sibi ostendatur? Quisquis is est, quantam putatis habet amaritudinem in conscientia sua, & nullam pacem? Tenet eum captiuum diabolus, tenetur præterea adeo à peccato captiuus, vt iã sibi videatur non posse peccatum deserere. Videtisne quam miserrima, & multo omniũ sit infelicissima hæc captiuitas, quam rodit, & etiam nolens impugnat conscientia amara? Vult peccator aut potius velle se putat abstinere à peccato, & nõ potest. Scit sibi deberi infernum, scit ad gehennam ignis infernalis se properare, nec tamen sibi fræna potest imponere. Qui ergo vno sic est peccato retentus, mox nisi per pœnitentiam resurgat, ad aliud conijcitur peccatũ. Iam enim victus est à diabolo, iam succumbit & succubuit hosti, factus est in eius potestate, adeo vt multo sit, quam olim erat ante peccatum, infirmior. Videtisne modo, quam noceat vel vno peccato teneri, quod occasio sit multorum? Quanto enim sæpius iteratur, tanto vitatur difficilius, adeo vt aliquando desperantes huiusmodi dicant: Non possum abstinere, non possum relinquere, quamuis hoc sit falsum. Omnia eñ peccata Dei auxilio vitari possunt. Semper etiam præsens est homini diuinum auxilium. At ideo non possunt, quia non satis volunt. Vellent quidem à concupiscentia se fore liberos, vellent à se tolli tentationem resistendique laborem, & omnia irritamenta, omnesque extingui in se inclinationes percuperent, vt absque suo conatu Deus illos faceret bonos, hoc est, vt suo conatu nihil cooperante, nihil animo suo tolerante, infunderentur sibi virtutes & Dei dona, optarent. Nolunt enim sibijpsis vim aliquam inferre (vt scriptura monet: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud) nolunt pugnandi molestiam sentire, nolunt contra se dimicare, nolunt denique peccati illecebra carere: ideo gratiæ obicem ponunt.

Peccati captiuitas q̃ sit miserrima.

Pctã om̃ia posse vitari per diuinum auxilium.

Matth. 11

R

Deus enim, etsi possit, non tamen, nisi tu quoque velis tibi auferri, tollet peccata tua. Neminem de communi lege sua cõtra voluntatem ipsius iustificat. Quare enim animam, potentias, vires, mentem, intellectum, memoriamq; tibi dedit, quare alia tam multa remedia tibi contra peccatum prouidit, nisi vt donis his tibi collatis contra peccatum vtaris, & non eadem negligas dona, nec eisdem ad conditoris cõtumeliam vtaris? Vtere ergo intellectu, industria, viribusq; tuis iam tibi datis, fac tibi constantem voluntatem à peccato recedendi.

Iustificari neminem posse nisi volentem

dedi. Spera diuinum auxilium, applica vires & labore indefesso obsiste pctō, quasi illud expugnaturus, reuera tamen Deum maxime inuocans, in eius misericordia cõfidens: & videbis certissimum (si tamen perseueraueris, nec à studio hoc, licet fortasse interea labaris, destiteris) sup te auxilium diuinum, vt quod non potueras, aut te nõ posse existimaueras, iam in Deo & cũ Deo possis. Scito præterea, eum qui peccat, seruum esse peccati, efficiq; pctō tributarium & miseꝝ, eumq; obligari, à q̃ vectigal suum hostis improbus exigat. Quapropter
Ioan. 8 cum vnum sit pctm̃ causa posteriorum, atque de vno peccato trahimur in aliud, noli tu morari in peccato vel vno: sed vbi cecideris, q̃ primum tu discute, teipsum damna, plange, confitere, & peccati hoc iugum ab humeris tuis excute, Deoq; recõciliare, vt cõtra tentationũ insultus, qñ redierint, non vt miser, imbellis atq; captiuus teipm non defendas, sed vt miles impiger & Dei virtute armatus, Dei gratia fretus, atq; sup eius fortitudine nitens hostem inuadas, sternas, cõtemnas, atq; foras extra animæ tuæ claustrum detineas, gratia Dei & domini nostri Iesu Christi semp protectus, qui est benedictus in secula, Amen.

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM Pentecostes, Lectio loco Epistolæ, Actorum octauo.

V IN diębus illis, Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioãnem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erãt in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A PRæclara sancti spiritus solẽnitas nũc agitur: vtinã faxit idem ille spiritus, vt digne à nobis agatur. Iam superioribus diębus de eodem spiritu quędam dicta sunt, sed si vel q̃tidie de illo dicendum sit, nunq̃ possit deesse copia disserendi. Quid est em̃ aliud spiritus sanctus, nisi verus Deus, substãtia intelligibilis, virtute infinita, magnitudine incircumscripta? Cuius est simplex essentia, sed varia ac multiplex operatio & virtus. Qui & singulis totus adest, & nihilominus totus vbiq; est. Qui sic diuiditur in donis suis, vt tamen nullum ipse sentiat detrimentum, sicq; omnibus sese pro sua liberalitate cõmunicat, vt tamen in seipso integer & indistractus perseueret. Qui nec temporum, nec seculorum dimensionem recipit: qui nulli inuidet bona sua, sed liberalissima benignitate paratus est omĩbus, qui tamen se capaces præstent, impartiri. Qui sic cætera perficit, vt ipse in nullo deficiat. Qui nec augeri vnquam nec minui potest. Qui totus vbiq; præsens est, cuncta nouit, cuncta perspicit. Qui licet natura sit inaccessus, tamen ob suam bonitatem capi vtrunq; potest. Qui implet omnia pręsentia maiestatis suæ, quæ est illi vna & indissimilis cum patre & filio, nec tamen nisi dignis se communicat: nec id quidem eadem mensura, sed prout quisq; capax est. Qui est parens sanctificationis, lux intelligibilis, illustrans cunctas mentes rationales lumine suo, quo veritatem inuestigare queant. Qui deniq; corda pioꝝ ad superna erigit, infirmos manuducit, proficientes perficit, & suæ lucis radijs adeo perfundit, vt apti sint & ipsi alios illustrare. Quis igit vnq̃ de hoc spũ satis dicere q̃at? Gaudeamus in dño, & gratias agamus Deo nostro, qꝑ talem tm̃q; spm̃ etiam gentibus idololatris impartiri voluit. Sicut em̃ p̃sens lectio Epistolaris habet: Cum audissent apostoli, q erãt Hierosolymis, qa recepisset Samaria ṽbum Dei, miserunt ad eos Petꝝ & Ioannẽ. Samaritani erãt ex gentiũ colo

Spiritus sanctus qs sit.

Opera spiritus sancti qualia.

Samaritani gnãs dicantur.

colonijs oriũdi, homines ab Hebræorum genere alieni, partim quidem colentes Deum, partim vero etiam suis idolis seruientes. Et tamen tales supernæ gratiæ illustrati splẽdoribus, receperũt verbũ Dei. Olim

Math. 10

dñs phibuerat discipulis, ne Samaritanis prædicarent: at nunc legũtur recepisse verbum Dei. Quod sane dubium nõ est, qn gratia sancti spiritus effectũ sit. Philippus apostolus illis prædicarat, cuius visis miraculis, receperũt verbum Dei, id est, crediderunt in Christũ. Iudæis psequentibus eos qui Christum annunciabant, spiritus sanctus mouit q̃dam ex ijs qui crediderant, vt gentibus salutem mundo redditam annunciarẽt. Ita Iudæorum excæcatio, facta est gentium salus: & dum illi noluerunt Messiam sibi olim promissum recipere, gẽtiles dæmonum mancipia ad vnius veri Dei notitiam reducti sunt, & alieni à Deo, in filiorũ hæreditatẽ successerunt. Gaudeat Ecclesia ex gentibus adunata filium Dei Iudæis prius oblatum, deinde ablatũ, sibi datum esse, & ne patiatur, q̃d ille perfidus pertulit populus, inhæreat mãdatis illius, & quem fide nouit, pietate colat, charitate cõplectatur.

B

Miserunt aũt apostoli ad Samaritanos Petrum & Ioannẽ, qui columnæ erãt

Galat. 2

& vertices apostolici agminis, cæteris vt videtur spiritu feruentiores, animi fortitudine cõstantiores, charitate excellentiores. Et q̃uis tales ac tanti essent, tamen missi libẽter obtemperarunt, nec inde cõsequens fit eos minores fuisse: alioq dicatur ex impijssimi Arrij sententia etiã filius patre minor, eo q̃d se filius à patre missum dicat.

Math. 19
Ioan. 14

Obedientiã ad sui magistri exẽplum pclarissimi apostoli declarare voluerunt, vt discat omnis caro subdere se maioribus suis, quando illi obedierunt etiam suis coapostolis, qbus tñ omnibus ab ipso Christo Petrus prælatus erat. Nemo se fallat: vnica ad beatitudinem via est submissa obedientia, qua se homo homini subijcit propter Deum, imitans redemptorem suum, q nõ solum Deo vsq ad mortẽ, sed & virgini matri ac patri putatitio obediuit. Si dicat superbus hæreticus, Quis me cogit subditũ esse homini, cum vnum habeamus patrem & magistrum in cœlis? dicamus illi: Quis Christum coegit subditũ esse simplici virgini, & fabro lignario? Christus submittit se homini, & homo vanissimus non vult subijci superioribus suis? Porro cum venissent Petrus & Ioannes Samariam, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritũ sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat in signo visibili, sicut in apostolos sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Orant apostoli adhuc mortali carne circundati, & impetrant alijs spiritũ sanctum, & dubitare quis audet iam cum Christo regnantes, non multo efficacius pro alijs orare posse? Sed nesciũt, vt ait Hæreticus, quid agatur apud homines. Imo vero hæreticus insanus, nescit quid dicat. Ignorare ne aliquid possint, qui Deum, in quo cuncta ceu speculo relucent, conspiciunt? Ergo sancti omnes ex Dei contemplatione facilime norunt quicquid agitur in creaturis, & pro sua erga nos ardentissima charitate libenter orant pro nobis: & quia Deo coniunctissimi sunt, oratio eorum efficacissima est. Denique apostoli cũ orassent, etiam manus imposuerunt Samaritanis, atque ita accipiebant spiritum sanctum. Manuum impositio in veteri iuxta ac nouo Testamento legitur, nec certo mysterio & occulta operatione vacauit. Hodie episcopi eos quos sacris initiant, manus imponunt, nec ambigitur, quin & ipsi accipiant spiritum sanctum, si tamen conscientiã habeant à mortiferis peccatis immunem. Possent hic quædam dici contra hæreticos, qui sacramentum ordinis penitus reijciunt, sed stultum est cum furiosis & insanis contendere.

Obedientia via est vnica ad salutem & vitam.
Luc. 2
Actor. 8
Sãcti sciunt quicquid agitur in creaturis.
Orare sanctos pro nobis.
Manuum impositio quid insinuet.

EXEGESIS EVANGElij in eadem Solennitate Ioannis decimo.

C

IN hoc Euangelio simplicibus dominus verbis vtitur more suo, sed quæ scateant mysterijs, ac spiritalibus sint grauida intelligẽtijs. Humilis magister vbique humilitatem verbis factisque commendat, sed quanto humilior est eius oratio, quantoque facta simpliciora, eo magis altissimis sunt grauida sacramentis. O humilitas virtus Christi. Vbique retunditur superbia nostra, vbiq diaboli erecta ceruix præmitur, & sicut tã diabolus, quã homo

Esaiæ 14
Gene. 3

homo supbia intumuit atq; eo ipso e sublimi loco in extremam miseriã prolapsus est: ita filius Dei verus animarum medicus humilitatem vbique amplexus est, & docuit amplectendam. Hoc ideo dictum sit, vt non contemnenda aut negligenda putemus dicta seruatoris nostri, quæ mundi iudicio simplicia & abiecta videtur, sed eo magis suspicienda ac veneranda. Ad ipsum Euangelium progrediamur.

Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

Ostium est Christus: ouile ouium, Ecclesia. Primo hic sciendum est Euãgelium hoc commodissime prelatis ac pastoribus Ecclesiæ accommodari: atqui non impedit etiam nonnulla de aliis accipi. In Ecclesiam intrant, vel potius intrare se putant hæretici, falsorum dogmatum architecti, heresum fabricatores: sed non intrant per ostium. Quare? Quia superbi sunt, & Christi humilitatem sectari nolunt. Quid est enim aliud per ostium ingredi, nisi ita ambulare vt Christus ambulauit, & eius mores ac virtutes in se exprimere? Quid autẽ ab ipso natiuitatis exordio intãtum Christus coluit, atque humilitatem? Quid vero tam humilitati inimicum atq; cõtrarium, vt hæreticorum peruicacia? qui suum iudicium Ecclesiæ totius autoritati & sententiæ præferunt, & tanquam nesciant se homines esse, qui facile errare ac labi possint, omnia sua mordicus tuentur, & impudentissima temeritate rident Ecclesiæ decreta, ac definitiones, patrumq; sanctissimorum dicta reiiciunt, & sibi solis volunt fidẽ adhiberi? Sed non intrant per ostium. Non sic didicerunt à Christo, q fuit mitis & humilis corde: qui nõ est dissensionis Deus, sed pacis. Si autem non intrãt per ostium, ergo aliunde ascendunt. Quid est aliunde ascendere, nisi relicta Christi humilitate, per mẽtis fastum, elationem ac tumorem in sublime contendere? Vide quam nihil sit ociosum in sermonibus Dei.

Hereticos nõ intrare per ostium in Ecclesiam.

Intrare p ostium qd sit.

Matth. 11
1. Cor. 14

Ascẽdere aliũde qd sit.

D Ascendit, inquit, aliunde. Non eñ vult hæreticus placida humilitatis via ingredi, sed tanquam sit ipse cæteris excellentior, fertur in sublime, non sane ob aliud, nisi vt summa cum ignominia ruat in profundum. O heretici, cecum hominum genus, quos noua dogmata pferre iuuat, cur nõ per humile ostium ingredimini potius, q̃ per inaccessa montiũ præcipitia iam iamque ruituri inceditis? Sed quales tandem sunt, qui relicto ostio, aliunde ascendunt? scilicet fures & latrones. O nimis verã sententiam. Fures sunt doctores hæretici, qa Christi gloriam sibi vsurpant: latrones, qa oues Christi iugulant: fures impudentissimi, latrones sceleratissimi. Si illi, qui argẽtum, aut vestes, aut quippiam eiusmodi clam subducunt, in crucem aguntur: & si illi, qui corpus quandoque tamen moriturum occidunt, dirissimis torquentur suppliciis, cui tandem pœnarum generi subdendi sunt, qui animas, quarum precium sanguis Christi est, precium vtique inæstimabile suffurantur & perimunt? Illi etiam qui non recto ordine vocati à Deo vt Aaron, sed aut dolo & calliditate, vel ambitione sua, aut deterrimo Simoniæ vitio, aut aliis quibusdam iniquis machinamentis, ad honores & dignitates, ac functiões Ecclesiasticas irrepunt, vel etiam irrumpunt, non sane intrant per ostium, nec prodesse cupiunt, sed præesse, Christiq; gregem miserę negligunt, perdunt, excoriant, trucidant, vt recte meritoque fures & latrones vocentur: quos certe manet horrendum Dei iudicium.

Fures & latrones q dicantur hæretici.

Hebr. 5.

Qui autem intrat per ostiũ, pastor est ouium.

Quod potest paucis sic exponi: Qui per omnia studet sese cõformare ad exempla Saluatoris, qui est ostium, ille pastor est ouium: quia tales plerunq; à Deo vocantur ad publicas functiones, vt pascãt gregem Dei verbo, exẽplo, auxilio, consilio, & precibus ad Deum. Itemque qui recto ordine & ita vt oportet ad dignitates pertingit, non ipse se impudenter ingerens, sed diuinitus electus & vocatus, legitimus est pastor ouium, facitq; quæ decent bonum pastorem, nõ suis lucris aut voluptatibus inhians, sed animas subditorum solicite custodiens. Quanquam & quod dicitur: Qui intrat per ostium, pastor est ouiũ, potest ad vniuersæ Ecclesiæ vnitatem referri, quæ quotidie pascit verbo & exemplo. Non enim omnes per ostium ingredientes pastores sunt: siquidem & oues intrãt: sed quod singulis separatim nõ potest tribui,

Pastorũ ouium qñ q̃s rite dicat.

bui,cõuenit ijsdem ob totius corporis mystici vnitatem.

Huic oſtiarius aperit.

E

Oſtiarius qui dicatur ſpiritus ſanctus. Id eſt, Eiuſmodi vero ac legitimo paſtori oſtiarius,hoc eſt,ſpiritus ſanctus aperit ſcripturæ myſteria,vt habeat,quod ſuis eructet ouibus. Qui enim autore ſpiritu ſancto ad alios regendos promouentur,etiam eodem ſpiritu doctore diſcunt, quæ ad ſubditorum ſalutem pertineant: nec tamen propterea ipſi debent ſcripturarum ſtudia negligere,ſed ſancti ſpiritus gratiæ cooperari, vt maiora dona conſequantur.Facile autem ab errore tutus manet,cuius doctor eſt ſpiritus ſanctus: ſicut ediuerſo non poſſunt non erroribus inficici,quibus oſtiarius iſte nõ ſubminiſtrat intelligentiæ donum.Propterea recte Propheta ait:Beatus homo quem tu erudieris domine,& de lege tua docueris eum. Væ autem illis, qui ipſi ſibi magiſtri ſunt. Pſalm. 93

Et oues vocem eius audiunt.

Paſtorum vita inculpata quantum proficiat ſubditis. Nam vbi cernunt homines pij paſtorẽ ſuum recte viuere, libenter obtemperant dictis illius. Non enim eſt difficilis in ſubditis, qui tamen oues ſint, obtemperandi voluntas,ſi ſit in paſtore vita inculpata & integra. Verum etiamſi ſecus eueniat,vt ſit paſtor vitæ perditæ & iniquæ, at nihilominus debent ſubditi illius dictis, niſi diuinæ legi repugnẽt,obtemperare,ne dum illum contẽnunt,contemptus iſte in Chriſtũ redundet,q ſuis vicarijs ait:Qui vos audit,me audit:& q vos ſpernit, me ſpernit. Lucæ 10

Et proprias oues vocat nominatim,& educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur,ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

Oues ſuas quinã vocet Chriſtus noĩatim. 2.Tim.2 Matt.5.10 Hæc vt de quolibet bono paſtore poſſint intelligi,nõ eſt videre difficile. Nobis iam viſum eſt ad Chriſtum ea accommodare.Qui nimirũ proprias oues vocat nominatim:qa nouit dñs qui ſunt eis:& electorum omnia noĩa habet ſcripta in libro ſuo.Vocat aũt eas per gratiã, & educit eas ex tenebris ignorantię & vitioꝝ,vt cognoſcant ipſum verum Deum. Et cum eas ita emiſerit,ante eas vadit,ſuis exemplis eis vitæ itinera commonſtrans.Primo enim vocantur homines ad fidem, deinde monentur oculos intẽdere in ducem & paſtorem ſuum,& eius vitam moreſq; contemplari. Tum vero,ſi ſint de numero ouiũ,ſequuntur Chriſtum paſtorem,eiuſq; veſtigijs inhærent:quia ſciunt vocem eius,quæ ſemp ad pietatem,ad iuſtitiam,ad innocentiam, ad veritatem hortatur,ſemper à vitijs reuocat,ad virtutes inuitat,docet mundi vanitatem deſpicere,vitam ęternam inquirere. Alienum autem non ſequuntur,id eſt,eos omnes qui aliud docent, quam Chriſtus, quales ſunt hæretici, dæmones & flagitioſi homines,non ſequuntur,nec eorum improbis conſilijs morem gerunt, neque facta imitantur,ſed fugiunt ab eis tanquam ab hoſtibus exitialibus: qa non nouerunt vocem alienorum. Vtinam Chriſtiani noſtrorum temporum fugerẽt voces alienorum. Volunt audire quæ carni blandiuntur,& interim perdunt animas ſuas,verborum lenocinijs ac dogmatum peregrinorum præſtigijs irretiti.Qui ſi fugerent alienos, felices forent. Hæretici omnes alieni ſunt:quotquot eos audiunt, nõ ſunt oues Chriſti,niſi reſipiſcãt. Chriſti vox eſt: Cõtendite intrare per portam anguſtam. Et: Pœnitentiam agite. Alienorum vox eſt: Chriſtus pro nobis ſatisfecit: Pœnitentia noſtra ſuperuacanea eſt,& gratiæ inimica. Oues Chriſti priorem vocem audiunt,poſteriorem fugiunt & execrantur. Ioan. 17 Vox veri paſtoris q̃ doceat. Alieni vt hic vocentur omẽs hæretici. Matth.7 Lucæ 13 Matt.3.4

Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis.

F

Phariſęis ſuperbis dñs parabolice locutus eſt,perſtringẽs eorum ambitionem & ſuperbiam:ſed illi nimium excęcati,mẽtem verborum eius non ſunt aſſecuti.Qui enim verba cœleſtia caperent homines terræ affixi,& nihil niſi terrena aucupantes? Animalis homo nõ percipit ea q̃ ſunt ſpiritus Dei.Voluit aũt dñs hac parabola id ſignificare, Phariſæos non eſſe veros doctores & paſtores,ſed duces cęcos: qui etſi quoſdam ſeducerent, tamen electos eorum fraudes euadere, & Chriſti potius, quam ipſorum tanquam alienorum vocem audire.Sic hodieque hæretici omnes 1.Cor.2

Duces cæci vt sint omnes hæretici. Matth. 15

duces cæci sunt: & si videantur multos in suam sententiam pertrahere, tamen oues non seducent, nec rapient eas de manibus Christi. Sui similes euertere possunt: electos dominus perire non sinet, id est, eos qui bona sunt præditi voluntate, & faciūt quod in ipsis est.

Dixit ergo eis iterum Iesus: Amē, amen dico vobis, Quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones. Sed non audierunt eos oues.

Hic ipse dominus verba sua explicat, si vel sic possint lumen recipere mentes occæcatę. Seipsum ergo ostium ouium dicit, per quod scilicet ingredi necesse est tum oues omnes, si velint esse membra Christi: tum pastores ipsos, si iure & ordine suo velint munere perfungi. Pulchre autem dominus fideles suos ouiū nomine appellat, hoc ipso significans debere eos ouium innocentiam, mansuetudinem, simplicitatē, obedientiam, cæteraque ex natura illis insita bona imitari. Non se dominus luporum, non canum, non leonum, non porcorum ostium vocat, sed ouium. Nō ergo poterunt per ostium ingredi rapaces, gulosi, inuidi, superbi, luxuriosi, atq; id genus aliis vitiis dediti, sed oues, id est, qui studeant adipisci ex gratia, quod ouibus natura dedit. Alij omnes, qui iam nō ouium, sed ferarum naturam imitari malunt, illius membra sunt, & cum illo ruent præcipites in tartara, q in scripturis sacris modo draco, modo leo, modo basyliscus, sæpe aliis atque aliis bestiarũ nominibus appellatur. Quod vero iam subiungit dominus, Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, intelligēdum est de illis, quos non misit spiritus Christi, sed qui ipsi sua temeritate venerunt, quales fuerunt multi pseudoprophetæ, de quibus dominus ait: Ipsi currebant, & ego non misi eos. Ad quorũ numerum etiam pertinent hæretici oēs, & quotquot ad alios regendos non à Deo mittuntur, sed ipsi per fas & nefas sese ingerunt. Tales oēs fures sunt & latrones: quia vsurpant sibi quod ipsorum non est, & animas occidunt. Veruntamen dominus semper suos seruat, sicq; fit vt eiusmodi pestilentes homines non audiant oues, nec eorum dictis fidem accommodent.

Oues cur vocentur rite fideles.

Psa. 90. 103 Apo. 13. 13

Hiere. 23

Quod quidem sępe vsu quotidiano discimus: quando plerique simplices ac boni homines etiam in media hæreticorum frequentia ætatem omnem transigentes, tamen non capiuntur erroribus illorū. Multi autem ea potissimum ex causa pereūt & illaqueantur ab hęreticis, quod nolunt eorum consortia fugere, sed tanquam nihil ea res periculi habeat, cum sit lōge periculosissima, intrepide eorum conciones auscultant, libros lectitant, & familiari consuetudine vtuntur. Porro, oues Christi talium luporum morsibus non infestantur, quia nec audire illos volunt, memores illius apostolici: Sermo hæreticorum vt cancer serpit. Et quamuis Ecclesia sub anathematis pœna seuerissime Christianis omnibus interdixerit lectionem librorum ab hęreticis conscriptorum, tamen passim omnes eos lectitant, atq; interim Deo permittente ob suam inobedientiam & temeritatem capiuntur ac irretiuntur & pereūt.

Oues quæ quorũ non audiant vocem.

2. Tim. 2 Lectio librorũ ab hæreticis scriptorū quam sit periculosa.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

G

Bis se dominus ostium vocat, scilicet propter pastores, & oues. Non enim est pastor legitimus, qui per Christum non ingreditur. Nec est ouis Christi, qui alia, quam per Christum ingreditur. Quisquis autem per Christum introierit, ambulando sicut ille ambulauit, saluus erit hic per gratiā, post in gloria sempiterna. Per Christum enim tanquam ostium & viam certissimam non solum in præsenti ad fidem & gratiam, sed etiam in futuro ad beatitudinem & gloriam intramus. Sunt autem nō eadem studia vel exercitia eorum, qui per Christum intrando saluantur. Alij enim circa actionem, alij quamuis pauci circa contemplationem versantur, alij licet paucissimi simul & actioni & contemplationi sese accommodare norunt. Sed quocunq; in genere Christianus versetur, siue ingrediatur ad contemplanda diuina, quod est quædam futuræ vitæ inchoatio, siue egrediatur ad officia charitatis, pietatis & misericordiæ exequenda, vtrobiq; pascua inueniet, quibus anima eius multo melius, quā caro escis corporalibus, reficietur ac impinguabitur. Habet enim oīs pia actio, si fit

Ostiū bis quur se Christus appellet.

Ouiū Christi studia vt sint diuersa

Opera pietatis vti animã nutriant & impinguent. si fit cum charitate coniuncta, vim quandam animũ nutriendi ac vegetandi & corroborandi, vt merito debeamus semp sollicitiesse ad bona opera exequenda: quæ quanto plura fecerimus ob Christi & proximi amorẽ, tanto spiritus noster magis pinguescet & confirmabitur. Habet etiam cœlestium cõtemplatio suam alendi & impinguandi mirabilem efficaciam, qua anima adeo fit fortis & alacris, vt quicqd mũdus hic habet, præ cœlestis vitæ dulcedine prorsus illi amarescat. Ita ergo vtrobiq; fideles & in actiuæ, & contemplatiuæ vitæ studijs pascua vberrima reperiunt. Qui autem hic neq; recte factis siue bonis operibus, neq; diuinorum contẽplationi vllam nauant operam, misere marcescunt, atque vbi ventum erit ad vitæ terminum, omni succo supnæ gratiæ destituti, ad æternam ægestatẽ & inediam deuoluent, semp cum dęmonibus fame intolerabili cruciandi.

Pascua v. binã fide, lis reuera inueniant

Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

H

Quisquis non Dei, sed suam gloriam quærit, fur est, non pastor verus. Talis ergo non potest animarum lucra cogitare, sed tantum studere rebus & commodis suis. Interim oues misere euertit & perdit, & mactat: nec ea res illi curæ est, quia Deum non timet, nec vult præstare quæ bonum pastorem decent, sed ducit iucundos dies, suisq; & verbis & exemplis in exitiũ mortis ęternę pertrahit subditos suos. Hoc manifestum est in hæreticis, quorũ Deus venter est, qui semper ollas carnium suspirãt, nec sua perditione cõtenti, etiam alios q̃scunq; possunt suis laqueis innectũt. Christus vero qui pastor est verus, ea causa venit in hunc mũdum, vt hoĩes à morte peccati, & diaboli tyrannide eruti, vitam habeant gratiæ in hoc seculo, & abundãtius habeant vitam gratiæ cõsummatæ, id est, gloriæ in cœlis. Ita e diametro pugnant hęretici & mali pastores cum Christo: quando illi perdere duntaxat & mactare, Christus seruare & vitam præstare exoptat. Et tamẽ vbi Christo vix paucissimi obtemperant, eo quod aduersus carnem militet doctrina illius, heretici innumeros habent sectatores & asseclas, quia carni plausibilia docẽt. Atqui exitus probabit, vtri rectius docuerint & fecerint.

Furis animarũ studia quæ tam sint.

Philip. 3 Exodi. 16

SERMO IN EADEM Solennitate. De gratia Dei, an sit homini necessaria. Quid conferat homini, atq; id genus alijs scitu iucundis.

EGo veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. X. I
Nostis charissimi, vt ante natũ Saluatorem mors totum pene hominum genus occuparit, mors scilicet culpæ, & quæ hanc sequitur mors æternæ damnationis. Sed dominus Iesus humanę calamitatis misertus, venit ad homines, vt vitam habeãt gratiæ, qua culpæ mors profligetur, & abundantius habeant vitã gloriæ, quæ nullam timeat damnationem. Et quia nunc solẽnitatem sancti spiritus, qui est totius gratiæ fons, qui hodierna die cũ magna gratię abundantia venit in apostolos, atq; etiam quotidie in omnes sui capaces venire paratus est ad illuminandam cęcitatem nostram, ad corroborandam infirmitatem nostram, & ad inflammãdum teporem nostrum, libet hac vice de gratia loqui in auribus vestris, si tamen ipsa gratia nobis non desit, sine qua nihil possumus, quia, vt dicit Apostolus, Nemo potest dicere dominũ Iesum, nisi in spiritu sancto. Occurrit autem primo hoc loco quæstio eiuscemodi: Vtrum scilicet gratia Dei sit homini necessaria ad salutem: quę quęstio tantundem valet, ac si quæreretur: Vtrum homo possit id genus opera bona facere, quibus mereatur regnum cœlorum, etiãsi non habeat gratiam Dei. Hęc quęstio vna est, & duo complectitur. Primo, Vtrũ possit homo vlla opera bona facere extra gratiam Dei: sicut videtur, quod hi qui in peccatis sunt mortalibus, & extra gratiã Dei, & similiter infideles aliqua opera bona & laudabilia faciunt, vt est quod caste viuũt & sobrie, & quod iustum iudicium faciũt, & præstant eleemosynam. Secũdo, vtrum talibus quis possit mereri regnum cœlorũ: quia videtur quod nõ sint perdita, sed meritoria, & prosint ad vitam æternã. Quibus vt respondeamus, scire cõuenit, quantum ad præsentem materiam sufficit, duplicem esse gratiam Dei: Vna est gratia gratis data, id est, sine meritis: & idcirco dicitur

Actor. 2

1. Cor. 12

Gratia Dei duplex q̃ sit.

Gratia gratis data q̃ sit.

tur etiam gratia, quia si non gratis daretur sed ex meritis, non esset gratia. Hæc gratia est donum infusum rationali creaturæ sine meritis, quantum in se est, disponens ad salutem propriam vel alterius. Hæc est animæ bonum; additum bonis naturalibus, quibus homo creatus est, aptumque efficit hominem ad bene operandum. Hęc gratia multiplex est & datur multipliciter bonis & malis, scilicet vni gratia cantandi, alteri legendi, alteri concionandi, alteri prophetandi. Huius gratiæ est, quod alius habet felix ingenium, alius tenacem memoriam: hic castitati, ille misericordiæ deditus est, multaque eiuscemodi. Atque etiam huc pertinere videtur, vnumquodlibet auxilium vel instinctus, quo Deus cor hominis mouet ad cognitionem sui, ad peccati nauseam, & ad desiderium, siue conatum placendi Deo. Sine hac gratia nihil possumus agere, quod sit bonum, & disponens hominem ad salutem: & tamen potest persistere cum peccato mortali, & qui ea præditus est, potest damnari, quia datur bonis & malis: & tamen hac sola non possumus efficere, quæ vitam æternam mereantur, quia, vt diximus, præstatur bonis & malis, & potest habere adiunctum peccatum mortale: siquidem alij ea bene vtuntur, alij non.

Gr̃a gratis data vt sit multiplex

K

Gr̃a gratũ faciens quæ sit.

Secunda gratia dicitur, gratia gratumfaciens, & illa necessario exigitur ad salutem. Nam tametsi cum prima, vt dixi, quædam possimus bona agere, at non salutifera, quia licet homines qui non habent Dei gratiam gratumfacientem, de qua nunc loquimur, fusiusq; paulo tractare instituimus, efficiant etiam aliqua opera bona, & videantur implere mandata quædam, tamen reuera non implent, vt illis regnum cœlorum & perpetuam mercedem emereantur. Cur hoc? Quia licet faciant eiuscemodi quędam opera, qualia faciunt homines boni, qui sunt in gratia Dei, sicut est non furari, non periurare, honorare parentes, & cætera similia, tamen non faciunt ea secundum mentem præcipięntis Dei, id est, non faciunt ea forma vel ratione, qua ille iussit, voluitque fieri. Deus enim voluit illa præcepta, quæ dedit, seruari ex charitate, & in charitate, vt scilicet voluntas nostra sit conformis voluntati suæ, quod non potest fieri sine gratia eius. Ex quo fit consequens, nihil nos boni posse quantum ad æternam attinet beatitudinem facere sine gratia Dei, sicut etiam dominus dicit in Euangelio: Sine me nihil potestis facere. Et Apostolus Paulus: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et quamuis aliquid etiam faciamus ex gratia illa communi, quæ datur bonis & malis, non id tamen est meritorium vitæ æternæ, sed necesse est accedat adiutorium gratiæ Dei gratum facientis Deo.

Exodi. 20

Præcepta Dei q̃ sco po seruanda.

Ioan. 15

2. Cor. 3

L

Sed ex dictis oriuntur aliæ quæstiones, quatuor, scilicet, Quid sit illa gratia necessaria ad salutem: Secundo, quomodo amittatur: Tertio, an omnes possint eam habere: Quarto, quomodo recuperetur iam perdita. Primo ergo quæritur, qualis, vel quid sit illa gratia Dei, vel spiritus sancti. Ad hoc respondet beatus Bernardus in sermone de charitate & gratia Christi, quod gratia Dei est lux quædam animæ à Deo infusa, mirabiliter animam decorans, bonificans, & gratificãs, habens comitem spiritum sanctum. Ecce in hac definitione insinuantur tria bona, quæ operatur in nobis gratia Dei. Primo, decorat animam, & idcirco dicitur etiam lux, quia anima quæ est in gratia Dei, comparatur carboni ignito qui lucet, calefacit & delectabilis est aspectu. Sic est anima habens gratiam Dei. Lucet enim in conspectu Dei & sanctorum, ardet in amore Dei, & etiam alios calefacit secum, hortans bonis verbis & exemplis ad similiter ardendum in amore Dei, & delectabilis est in aspectu, quia opera eius sunt grata Deo. Sed e diuerso anima quę perdidit gratiam, est velut extinctus carbo, qui est niger, turpis & fœtidus. Sic anima, quæ cadit in peccatum mortale, amittit omnem pulchritudinem, quia perdit lucem gratię, & idcirco fit nigra, turpis & fœtida. Vis nosse quam turpis sit? Diabolus qui licet sit creatus pulcherrimus, tamen quia amisit gratiam Dei, non nisi vnius perpetratione peccati factus est turpissimus, atq; adeo turpis, vt non possit in sua propria forma, qua nunc est ab homine videri, nisi per miraculum, sicut de Sancta Catharina Senensi legitur, quanto miraculo Deus eam seruauit, vt posset illum cernere: quę etiam vidit eum vsqueadeo turpem, vt mallet in clibanum igne succensum ingredi, quam vel semel adhuc eum in illius propria specie vi-

Bernard.

Gr̃a Dei vt sit lux animæ.

Gratia vt animam decoret.

Anima vt comparetur carboni ignito.

Anima sine gratia vt sit sicut carbo extinctus.

Dæmon q̃ sit deformis & turpis.

Catharina Senẽs.

cie videre. Eadem habent & aliorũ scripta sanctorum. Ecce charissimi, si diabolus non nisi propter vnum peccatum amisit pulchritudinem suam excellentissimam, & contraxit turpitudinem indicibilem, quid putatis de anima, quæ polluta est decem, aut centum, aut mille peccatis & vltra? quam turpem putatis illam esse in conspectu Dei? Nemo est qui posset suam animam videre etiam vno corruptam peccato mortali. Siquidem nimis molestum id esset. Atqui quando homo se peccasse dolet, & petit, studetque reconciliari Deo tunc adueniens gratia Dei ipsum circumfulget & exornat vltra omnem decorem totius mundi, ita quod Deus delectatur in tali anima super omnia alia, quæ sunt sub cœlo, sicut ipse dixit: Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Quid em̃ aliud traxit filiũ Dei de cœlo, vt susciperet miserias humanæ naturæ absq; peccato, & tam horrenda pateretur, quam formositas animarum, quas intantum dilexit, vt noluerit eas damnari, si velint cum ipso permanere? Secundum bonum, quod adfert gratia animæ est, quia bonificat, id est, bonam facit eam, sicut dicit Chrysostomus: Melior & Deo accepti or est vnus iustus, quam totus mũdus peccatoribus plenus. Num videtur vobis esse hoc exiguum bonum, quod adfert nobis Dei gratia, quod facit nos filios Dei? & est nobis quasi signum quoddam, quo discernimur à filijs damnationis, vt habet Augustinus libro quodam de sancta Trinitate, vbi sic dicit: Gratia Dei est excellentius Dei donum, quod solum diuidit inter filios regni, & perditionis. Quod autem ex gratia sumus filij Dei, patet in epistola canonica sancti Ioannis prima, vbi sic ait: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Atque ex principio Euangelij illius, vbi ait: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et post pauca: In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, id est, qui nõ carnaliter vel corporaliter, sed ex Deo spiritualiter nati sunt, vt essent filij eius. Hæc generatio spiritualis fit in baptismo, quia per fidem & susceptionem baptismatis efficimur mẽbra Christi, & per consequens filij Dei. Ibi infunditur nobis gratia, quæ nihil aliud est, sicut dicit Augustinus, quam lux animæ illuminans mentem ad bene secundum legem Dei & gratuite operandũ. Ex quibus verbis etiam id patet, vt nos gratia faciat bonos, sicut iamdixi, quia illuminat nos, & adiuuat ad bene & virtuose operandum. Hæc gratia tamdiu manet nobiscũ, quamdiu voluntas nostra manet subdita, & conformis Deo. Quando autem nos auertimus à Deo ad id quod est contra legem Dei, hoc est, peccatum, eo ipso amittimus gratiam, & per cõsequens illud quod habuimus ex gratia manẽte, scilicet, quod fuimus filij Dei. Quando igitur nõ sumus filij Dei, cuius filij sumus? Nimirum mortis, peccati & diaboli, qui est initium omnis peccati. Deus enim non fecit aut creauit peccatum, sed ex diabolo est. Tales erant illi, qui gloriabantur se esse filios Abrahæ, & tamen nolebant opera Abrahæ facere: quibus dominus dicebat in Euangelio: Vos ex patre diabolo estis, & opera patris vestri vultis perficere. Non est tamẽ id ita intelligendum, quasi mali homines sint creati à diabolo, sed esse eum patrẽ eorum, id est, principem & rectorem. Tertium bonum est, quod gratia gratificat animam, quia facit eã dilectam & gratam Deo, habens secum Spiritumsanctũ. Enimuero vbi gratia Spiritussancti est, ibi est & Spiritus sanctus: & vbi Spũssanctus est, ibi pater & filius: & ibi tota trinitas vnus Deus est. Ecce charissimi quanta dignitas est animæ habentis in se gratiam Dei, id est, quæ est sine pctõ mortali. Ipsa plane est preciosior omnibus corporibus mundi, & cũctis bonis temporarijs. Et idcirco tolerabilius esset & minus malum, si vel totus mundus, puta cœlum & terra cunctaque corpora & omnia temporalia, destruerentur & perirent, quam si sola vna anima moriatur & pereat. Moritur autem anima, quando amittit gratiã Dei. Et hãc amittit, cũ assensum præbet peccato mortifero. Vñ habemus in Ezechiele: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et in libro Sapientiæ: Homo per malitiam occidit animam suam. Væ væ illis, qui malo exemplo, consensu, consilio vel auxilio suo inducunt vnam vel plures animas ad mortale peccatum, quia occidunt eam, quam Christus redemit ac viuificauit sanguine suo.

Marginalia (left column): Turpitudo animæ peccatri su quãta. — Prouer. 8 — M — Gratia vt animã bonam efficiat. — Chrysost. — Augustin. — Ioan. 3 — Ioan. 1 — Generatio spũalis q mõ fiat.

Marginalia (right column): Augustin. — Gr̃a qui amittatur. — Pctm̃ vñ de ortum habuit. — Ioan. 8 — Ibidem. — N — Gratia vt animã gratificet. — Animarũ preciositas quanta sit. — Anima q moriatur & qñ gratiã pdat. — Ezech. 18 — Sapien. 16

suo. Sed quia superius dictum est, quod vna anima habens gratiam Dei, melior & Deo charior est, quam totus mundus peccatoribus plenus & melius esset cœlum & terram perire, quam vnam animam mori vel perire, scilicet spiritualiter. Cunq; hæc ita se habeant, quærat fortasse aliquis, cur Deus non impediat tātum malum, quod anima moritur, cur nō retineat eam, si tantopere amat, si plus diligit animam sanctā quam cœlum & terram, quamobrem permittat animam perire & non cœlū: & quare non omnes ad se cōuertat? Respondendum, quod Deus vnicuilibet tantum præstat auxilij, quod cum gratia ipsius & libero arbitrio suo, quisquis est in gratia, potest in ea permanere, & qui non est, si vult, potest eam consequi: sed iustitia illius id exigit, vt vnicuique permittat arbitrium liberū, vt qui vult recedere, recedat, & qui vult venire, maneat. Nanque ipsos volentes iuuat, sed non cogit nolentes. Vnde dicit Augustinus: Maius est miraculum conuertere impium, quam creare cœlum & terram. Impius dicitur, qui nondum habet voluntatem se conuertendi ac resipiscendi. Nimirum creando cœlum & terram, nullum passus est Deus obicem vel obstaculum, sed conuertendo impium habet quodammodo obstaculum, scilicet illius malam voluntatem, quam non cogit, sed mutat.

Arbitriū vti vnicuique maneat liberū.

Augustin.

Impius qs dicatur.

O

Secunda quæstio fuit, vt gratia amittatur. Licet autem iam ex prædictis intelligatis, vt gratiam perdamus, dicam tamen adhuc, vt melius intelligatis. Dixi iam animam mori, quando amittit gratiam Dei. Quare? Quia licet anima secundum suam essentiam sit immortalis, tamen aliam spiritualem vitam habet ex Deo, qui viuificat & decorat eam per gratiam. Patet ergo quod anima quæ habet gratiam, habet hanc vitam spiritualem. Mors autem spiritualis animæ, est peccatum: quia sicut mors & vita sibi repugnāt, ita culpa scilicet mortalis, & gratia. Quando ergo anima auertit se à Deo, à quo ipsi influit vita, id est, gratia, & se conuertit ad mortale peccatum, mox gratia recedit ab ea: & tunc anima moritur, quia vita eius recessit. Et sic anima, quę prius mire pulchra fuit & Deo dilecta, manet obscura, nigra, frigida & fœtida, vt ante audiuistis, quando etiam similitudinem adhibui de carbo ni ignito. Atque hoc loco aliam potestis capere similitudinem de domo illuminata à sole. Quum enim sol splendorem suum & radios mittit per fenestram, domus est lucida & delectabilis. Si quis autē claudat fenestram, ita vt sol non possit penetrare, domus fit tenebrosa, idque non aliqua culpa solis, qui omnibus lucet, sed claudentis & impedientis. Sic quando homo obstruit fenestram suam obice peccati, Deus subtrahit influxum gratiæ suæ in animam illius, & tum anima fit tenebrosa, quia sicut nulla conuenientia est lucis ad tenebras, sic nulla potest esse societas gratiæ cum peccato.

Gfa quō amittatur

Alā qñ & quō moriatur.

Gr̄æ ad sole qualis cōparatio

2.Cor.6

Tertia & quarta quæstiones fuerunt, An om̄es habere possint gratiam, & hi qui non habent vel amiserunt, vti eam acquirant siue recuperēt. Respondendū, tantam esse omnipotētis Dei benignitatem, vt nulli neget gratiam suā, sed omnibus paratus sit dare fidelibus & infidelibus, si se pręparent ad suscipiendū. Enimuero quādo homo facit q̄d in se est, & disponit se ad gratiam, hoc est, statuit vitare peccata, & dolet, & vult se componere & reformare secundum voluntatē Dei, iam quidē necessario Deus infundit ei gratiā, nō ex absoluta necessitate, q̄si sit ei debitor, sed ex necessitate suæ bonitatis, quā doquidē vsq; adeo bonus est, atq; tale nobiscū fœdus pepegit, vt velit dare, si faciamus quod in nobis est, & charitas sua, qua diligit hominem, cogit eum, vt communicet se oībus id desiderantibus. Q̄d aūt homo facit id q̄d in se est, & p̄parat se cū libero arbitrio, id etiā est ex gratia, q̄ dicit gratia p̄ueniens, vel gratia gratis data, quā Deus dat oībus bonis & malis, sicut iā in principio dixi, q̄d possint si velint conseq gratiā gratū facietem, de q̄ nunc loqmur. Hic multa adhuc essent diceda, videlicet q̄d nō pōt certo cōstare homini, nisi forte p reuelationē, vtrū sit in gratia Dei nec ne, p̄pter humilitatem seruandā & timorē, & ad cauendā negligentiā & acediā. Itē de multis signis, ex qbus pōt coniectura capi, q̄d homo sit in gratia, solent doctores multa signa proferre, quæ tamen non ad oēs pertinēt.

Gratiā suam vti Deus nulli denegēt.

Gfa p̄ueniens quę sit

P

Equidē paucis hic quædam enumerabo signa, quorum primum specialiter ad religiosos pertinet, cætera ad om̄es, quæ quisquis in se deprehenderit, est vnde gaudeat, & bene speret. Primū pro religiosis signum bonum id est, quādo quis viuens in aliq̄ statu salutifero & bono gaudet &

Signa per quę homo sciat aliq̄tenus se esse in gfa.

det & gratulaẽ ſibi de tali ſtatu, ſcilicet in q̃ Deo ſeruire poſſit. Nihil enim pinde machinatur diabolus, quam vt aliquem in bono & ſalubri degentem ſtatu inducat ad illius diſplicentiam vel faſtidium, tanquam poſſit in alio melius & fructuoſius viuere, adducens multa & varia ſub ſpecie boni & melioris profectus. Hoc autem ideo facit, vt auellat eum de ſtatu, in quo illum bene & ſecure videt ambulare. Et cum abſtraxerit, proponit ei tentationes alias, quam prius quibus illum ſeducit: & ſic miſer amittit q̃d prius habuit, nec ad illud peruenit, ad q̃d ſe venturum & facturum ſperabat. Cauſam huius tentationis hanc arbitror, quod non attendit quis vocationem ſuã, quia ſcilicet à Deo vocatus eſt ad id vitæ inſtitutũ ſalutare, q̃d amplexus eſt, qui ſi eum in aliquo alio ſtatu habere voluiſſet, vtiq; vocaſſet. Ex nobiſipſis ſane religioſis nũc alloquor, q aliquã religionẽ pro feſſi ſunt non venimus ad hunc locũ, ſed Deus dedit nobis voluntatẽ veniẽdi, & patribus ſuſcipiẽdi nos. Si eñi non fuiſſet iſte ſtatus ſaluberrimus nobis, nunq̃ vocaſſet nos huc, ſed aliter ordinaſſet nobiſcum. Deus enim neminem fallit vel deludit. Similiter eſt de alijs, quãdo ſunt in bono & ſecuro ſtatu, non facile debẽt eum relinquere, niſi certiſſime ſciant ſe vocari à Deo ad meliorem: qua tamen in re magno opus eſt iudicio, & multa circumſpectione, ne quid temere fiat. Poſſet huius rei exemplum dari, quod rex offenditur ſi cui demãdarit vt cuſtodiat cubiculum & theſauros ſuos, & ille dimiſſo cubiculo velit miniſtrare menſæ. Poteſt illi rex iratus dicere: Ego tibi hoc negociũ non dedi. Si voluiſſem te habere in tali officio, equidem id tibi demandaſſem. Nunquid ſine te non poſſum alteri mandare, vt menſę ſeruiat? Hęc idcirco dixerim chariſſimi, quia interdum aliqui ſecum imaginantur, quod ſi eſſent in illo vel illo ſtatu, poſſent plura bona facere, non intelligentes, quod nec illic, nec hic aliquid poſſunt, niſi quantum Deus dederit. Debet ergo vnuſquiſque contentus eſſe & gaudere de vocatione ſua, quia Deus qui ab æterno omnia prouidit & diſpoſuit, nouit multa nobis alibi infeliciter euentura, de quibus nos non ſcimus nec cogitamus. Etiamſi in alio ſtatu fieri poſſent meliora, tamen ipſi non ſunt meliora, quia non eſt, ad illa miſſus vel

Diſplicentia ſui ſtatus cordia bolus qui buldã infundat

[...]ndi [...]ma

Vocatiõe ſua vnum quẽlibet contentũ oportere eſſe

vocatus. Oportet vero vt ſeruiamus Deo ſecundum voluntatem ſuam, non pro noſtro deſiderio. Siquidem iam nouimus quid ille exigat à nobis. Ante nobis libera erat eligendi facultas, at nunc fortiter eſt in arrepto propoſito perſeuerãdum. Iſthæc tentatio eſt periculoſa, quia quando quis ſtatum ſuum exoſum habet, eidem etiam diſplicent præcepta & canones ſtatus illius, & quicquid agendum eſt facit cum tædio. Secundum ſignum bonum eſt, quod quis peccaſſe ſe dolet, quando peccatorum ſuorum reminiſcitur. Solent aliqui quando in memoriam veniunt peccata præterita delectari & gaudere, quod ita fecerint, vel pœnitere & ſeipſos reprehendere, quod occaſionem habitam peccandi dimiſerint, vel neglexerint. Tales quando ſuis cogitationibus conſentiunt (licet iam eiuſmodi peccatum non velint in eo ſtatu, in quo iam ſunt admittere) ſi peccatum eſt mortale, de quo gaudent etiam talis conſenſus erit mortalis. Si autem non conſentiunt, & libenter vellent ſe excutere à tali delectatione, eſt venialis quanquam interdum exercitium virtutis, vt homo diſcat pugnare pro virtute, & ex tali labore merita acquirat. Tertium, quando bona eſt voluntate libenter & ſtudioſe implendi omnia quæ ad ſe pertinent, ſecundum voluntatem Dei & ſuorum ſuperiorum. Quartum eſt, quando ſemper habet voluntatem non peccandi, id eſt, cauẽdi ab omni culpa, & ſi dũ labitur in diuerſos defectus contra propoſitum ſuum, nõ tamen iacet in illis, ſed ſtatim reſurgit, & denuo proponit cauere ſibi ab illis & alijs, idque tali cũ feruore, quaſi iam inciperet. Sanctus quidam & venerabilis pater docuit modum, quo quis vicioſam poſſit conſuetudinem frangere & ſe emendare: vt ſcilicet, q̃ties deliquerit, ipſe ſibi mulctã irroget, aliquot orationes dominicas legendi, vel abſtinendi ab aliquo cibo & potu, aut corpus caſtigandi &c̃. Hoc profuit multis & nemo, cui cordi eſt ſe emendare, hoc parui pendit. Quintum, vitare & à ſe excludere occaſiones peccatorum, quia ille non poteſt dici velle abſtinere à pc̃tõ, q nõ vult fugere pro viribus peccãdi occaſiões. Quis illum dicat caſti & mundi cordis teneri deſiderio, qui non vult vitare colloquia & aſpectum mulierum, præſertim in faciem

Q

Gratiam dei recuperare p voluntatem bonam

Conſuetudinẽ malam emendandi modus quis.

Occaſiões peccandi fugere vt gratiam dei recuperet

Eccle. 9

quando facies mulieris vrit vt ignis,& per fodit vt gladius: licet aliqui putent se ea re non tentari, quod tamen vt plurimum inde eis accidit, quod vsque adeo stupidi sunt,& sese minime cognoscentes, quod non sentiunt nec aduertunt periculum suum, sicut potestis discere ex simili. Aqua pura & perspicua qualis est, In fontibus, facile turbatur,& fit fœculenta, si moueatur in fundo: sed in aqua concitata & turbida ex seipsa, vt est in Rheno vel stagnis, si commoueatur fundus, non sentitur immundicies, quia iam ante aqua est turbida. Sic etiam aliqui habent turbidas conscientias, per totam septimanam loquuntur & rident,& cogitant quando,& quomodo volunt, agitãtur varijs desiderijs,& multa alia peccata continue committunt, quando autem veniunt ad faciendam confessionem, nesciunt quid debeant cõfiteri, cum tamẽ alij q magno studio puritati conscientiæ nauant operam, satis inueniant, vnde vel ter in die confiteãtur. Quod inde fit, quia habent puriorem conscientiam, & facile quamcunque maculam, turbationem vel deordinationem vident.

Paradigma

Cæcitas cõsciẽtiæ vnde contingat

R Sextum, quod semper homo de se timet,& melius sentit de alio. Neminem iudicat, de nemine murmurat. Et si quid ipse benefacit, non extollitur inde, nec sibi adscribit, sed gratiæ Dei, quæ in ipso operatur, & potest ipsum relinquere, & in alio maiora operari. Propterea manet in humilitate,& spem suam figit in solo Deo, cognoscens ex sola illius bonitate & benignitate proficisci, quicquid habet boni vel facit: ex se autem nihil se habere, nisi peccata, & multos defectus. Ista nimirum charissimi bona sunt signa, quæ qui habet, studeat seruare, quandoquidem in omnibus operibus bonis necessaria est perseuerantia, si debeant habere premium & coronari:& hæc perseuerantia etiam est ex gratia Dei. Quamobrem rogemus incessanter pijssimum dominum Iesum, vt gratiam suam nobis per spiritus sancti infusionem cuius hodie solemnia celebramus, tribuat & conseruet: quia nulla re adeo indigemus vt gratia illius: nihilque perinde vtile est nobis vt gratia, sine qua cætera bona sunt velut mortua & informia. Quam si habuerimus, cuncta quæ nobis eueniunt sine peccato, prosunt nobis ad æternam vitam, sicut dicit Apostolus: Scimus qm̃ diligentibus Deũ oĩa cooperanť in bonũ, idest, ad æternã felicitatẽ Si aũt ea destituti simus, non poterimus toto virium nostrarum conatu quicquã efficere, quod sit gratum Deo, nobisq; apud illũ meritum paret. Vnde sane cum primis reprehendẽdi veniunt, q diuinæ gratiæ adeo sunt incuriosi, vt plus videantur solicitudinis adhibere erga quamlibet aut obtinendam, aut conseruandam rem temperariam, quam amore complectantur & desiderio, quã gratiã spũs sc̃ti, quæ est res longe prætiosissima, sine qua tamen nihil omnino quisquam potest præstare, quod sit cum vera virtute coniunctum. Sed absit hæc à nobis cæcitas ac improbitas charissimi. Quæramus ante omnia gratiam Dei, nihil ea nobis charius, nihil optatius sit. Inhiet auarus ad cumulandas breuiq; velit nolit amittendas opes: impurus & obscœnus omnigenas suo corpori studeat adhibere voluptates superbus & arrogans tanquã semper victurus neruos omnes intẽdat, vt possit honores & dignitates, imo onera & cruces cõsequi in hac vita, nobis ea p̃cipua sit solicitudo, vt tantopere nobis necessariã sancti spiritus gratiam queamus adipisci. Interim simus humiles. Siquidem humilibus Deus dat gratiã. Non intumescamus animo, non alijs nos stoli de anteferamus. Sicut aquę vberius confluunt ad profundas cõualles: ita spiritus sanctus gratiæ suæ ymbrem propensius mittit in corda humilia, quæ nesciãt altum sapere, sed semp pie humiliterq; timere. Si bene plegamus scripturas omnes diuinas, videbimus quam multi idcirco gratia sint destituti, quod inaniter ac fœde sese extulerint: itemq; plurimos ea re, magnam pcepisse gratiã, quod essent mansueti ac humiles: Ad quem respiciam ait dñs per prophetam, nisi ad pauperculum, id est humilem. Beati enim pauperes spiritu, id est, ex vero cordis fundo atque ex ipsa animi sententia humiles, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum, quod non potest obtineri, nisi gratia spiritus sancti cooperante, quam nobis pro sua benignitate & misericordia præstare dignetur, qui hodierna die in humiles ac mansuetos apostolos suos largissimum effudit gratiæ suæ ymbrem dominus noster Iesus Christus cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Timor ꝓpriæ infirmitatis vt gratiam Dei resuscitet

Rom. 8

1. Pet. 5

Rom. 12

Matt. 5

Acto. 2

In præ

IN PRÆCIPVA CELSISSIMI SACRAMENti celebritate. Epistola B. Pauli Apostoli, I. Ad Corinthi. XI

VI Fratres, Ego accepi a domino, quod & tradidi vobis. Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicēs: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meam commemorationem. Quotiescūque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, nō vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

Matth. 26 Marc. 14 Lucæ 22 Ioan. 6 I. Cor. 13

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A HAC lectione Apostolus eam Christi Iesu Dei ac dñi nostri charitatē nobis cōmendat, qua is tantum nobis præstitit beneficium, quo non potuisset vllum præstitisse maius: nempe præstantissimum sui corporis & sanguinis sacramentū, cui tota diuinitas inseparabiliter coniuncta est. Qua quidem ineffabili charitate ac beneficentia sua nostros voluit sui amore inflammare animos, nostra accendere pectora, vt totos nos illi rependere non dubitemus, qui se totum nobis impendit. Et reuera quid magnum est, si nostra exiguitas totam se illi rependat, qñ ipse omnipotens & immēsus totum se nobis tribuit, non aliquo fructu aut emolumēto suo, sed grādi vtilitate nostra? Ait ergo S. Apostolus: Fratres ego accepi à dño, diuinaq; traditione didici, q̄d & tradidi vobis, vosq; summa fide & diligentia edocui, sicut & dignum fuit tātam rem serio vos ac studiose edoceri: quoniā dominus noster Iesus Christus, in ea qua nocte tradebatur à Iuda, q fuit dux eorum q eū cōprehenderūt, accepit panē azymū, (eo enim iuxta præceptum dñi vtebant Phase celebrantes) in sctās & venerabiles manus suas, & gratias agens omnipotenti Deo patri suo, benedixit, fregit, & ait discipulis suis, qui illius vltimæ cœnæ conuiuę fuere, Accipite & manducate corde & ore, fide & dilectiōe. Hoc est corpus meum, q̄d pro vobis paulo post tradetur extremo mortis supplicio. Non dixit, Apparet, aut significat, (quod hæretici fingunt, q dominici corporis & sanguinis in hoc sacramēto negant veritatē) sed, est & vere corpus, non panis, sed meum. Quod etiam plane declarat pronomen demonstratiuum, Hoc, quo demonstrabat substantiam illam, quam in manibus haberet se illis traditurum. Hoc facite in meam commemorationem, id est, meæ passionis, mortis, charitatis ac fidelitatis memoriam. Vide quātopere pius dominus memorię nostræ affixa voluerit ea, quæ pro nobis, pro nostrorum abolitione peccatorū, p nostri cum Deo patre reconciliatione, ac p redēptiōe nostra agere ac perpeti dignatus est. Nanque hac ex causa etiā tā celsum & venerandum instituit sui corporis & sanguinis sacramentum. Et tamen o detestandam & omni

Exod. 12 Matth. 26 Marci 14 Lucæ 22

Ingratitudo Christianorũ quanta erga tantũ sacramentũ Eucharistiæ.

& omni lachrymarum fonte plangendam hominũ ingratitudinẽ, q totos sæpe dies, menses & annos transigunt, vt nec semel quidem ea qua decet gratitudine domini Dei sui acerbissimos, quibus redẽpti sunt, dolores commemorant. Hoccine est Christianum esse, tantæ charitatis tam immemorem viuere? O quam diras & tamen iustas olim dabunt pœnas, quos tædet vel breui spacio mente tractare acta & pœnas domini Iesu: & noctes atque dies vel de rebus auare conquirendis, aut de carnis suæ voluntatibus, aut obtinendis honoribus cogitare non tædet: imo etiam vehementer delectat. Sequitur. Similiter & calicem postquam cœnauit, accepit, consecrauit, & sumendum dedit Apostolis, dicens: Hic calix, id est, hoc contentum in hoc calice siue poculo, est meus sanguis, cuius effusione nouum confirmatur Testamentum sicut olim vetus aspersiõe sanguinis vitulini confirmatum est. Distinguitur autem Nouum Testamentum à Veteri: quod Nouo promittuntur æterna & cœlestia bona, sicut Veteri terrena & temporaria populo illi carnali Israel promittebantur. Hoc facite, inquit, quotiescunque bibetis hunc calicem consecratum, in meam commemorationem. Ecce secundo repetit, vt in sui commemorationem hoc sacramentum percipiamus & conficiamus. Vnde cauendum est, ne is, qui tantum beneficiũ sumpturus accedit ad altare, Christi Iesu passionem, mortem & charitatem non ante animo reuoluat. Nec tamen tum solum hæc ad memoriam reuocanda sunt quando Eucharistiam sumpturi sumus: sed danda opera est, vt nunquam ex nostris cordibus abscedant: ita vt vbicunque simus, aut quicquid vel loquamur, vel agamus, semper nobis ob oculos versetur imago Christi in cruce pendentis: atque illius contemplatione prospera mundi despiciamus, & aduersa æquanimiter perpeti discamus, eiusdemq; saluatoris tam indigna pro nobis patientis amore feruentissimo accendamur. Sequitur iã Apostolus, & Christi verba exponens, ait: Quotiescunq; enim manducabitis panem hũc, id est, corpus Christi, panis specie velatũ, & calicẽ. i. sanguinẽ Christi, bibetis, mortẽ illius debebitis annuntiare, & cõmemorare, donec veniat ad iudicandos viuos & mortuos, siue bonos & malos. Sed ne putemus

B

Lucæ 22

Leuit. 4
Hebr. 9

Testamenti veteris à nouo distinctio qualis

Passiõem dñi memoranda ante Eucharistiæ sacræ cõmunionem

Mortem christi annuntiare quid sit

temere ad mẽsam dñi accedendũ esse subiũgit Apostolus, quod merito quemlibet tenere possit. Itaque, quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, id est, cum peccati mortiferi, cuius ipsum non pœniteat, conscientia. (Is enim omnium Theologorum sentẽtia indigne accedit) reus erit corporis & sanguinis dñi hoc est, non secus sceleri erit obnoxius & obstrictus, quam si sanguinem ipsum domini fuderit. Vere tremenda sententia: q̃ vtinam bene attenderent pleriq;, qui cum sint corde & corpore polluti, Deum Dei & virginis filium accipere non verentur: quod hodie prohdolor nimis cõmune est. Sed resipiscant tales, faciantque q̃d Apostolus subsequutus hortatur: Probet autem seipsum homo, hoc est videat & pensitet quid sit, quod accipit: quo pacto sumit, an religiose ac deuote, vt habeat voluntatem Deo subditam attente accipiat, exclusis euagationibus impijs & quis sit ipse qui sumit, cum videlicet sit fide, spe & charitate præditus, quatenus id humano modo scire licet, dispiciatque & scrutetur conscientiam suam, num quod intus lateat peccatum, præsertim mortiferum, idque primum quidem Deo, deinde etiam sacerdoti vero cum dolore ac emendandi firmo proposito confiteatur: atque ita purgatus pœnitentia & confessionis sacramẽto, de Dei benignitate nihil hæsitans, edat de pane illo, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, non prius examinata & repurgata conscientia, iudicium sibi manducat, & bibit: fitque æternæ damnationi obnoxius, quandoquidem à cæteris escis non dijudicat & discernit corpus domini, neque tremendam Dei attẽdit maiestatem, in hoc sacramento latentem. Ideo inter vos multi infirmi corpore & aĩo varijs afflicti morbis, & in vitia p̃cliues. Qui eñ polluta cõsciẽtia summæ puritatis dñm in se recipe nõ metuũt, ij fere oĩm sẽper sceleratissimi efficiunt maxime si id vertãt in consuetudinẽ. Vt eñ de Iuda scriptũ est, quod post buccellam sumptam intrauerit in illum satanas, ita & in istos dæmones ius sibi vendicant, eisque ad omnem suam abutuntur voluntatem. Neque solũ aduersa quidam corripiuntur valetudine ob indigne p̃cepta hæc sacramẽta, sed etiã sopore mortis immaturæ obruunt. O quã multi in vltionẽ tãti sceleris subito p̃eunt,

Indigne sumens iudicium sibi manducat

C

Indigne cõmunicãtes vita q̃ deflenda reliet.

&tamen pauci animaduertunt. Verum si nosmetipsos diligēti cōscientię examinatione dijudicaremus, nō vtiq; iudicaremur, neque eiusmodi omnipotentis Dei plagas pateremur. Dum iudicaremur autem in pṡenti vita, à domino corripimur, qui quos amat arguit & castigat: vt non cum huius mundi amicis, quibus sæpe impune cedit quicquid delinquunt, quæ est grauissima ira Dei, dānemur, atq; illis mācipemur. supplicijs, vnde nullus pateat vnquam exitus.

EXEGESIS EVANGELIJ in eadem solennitate. Ioan. VI.

Apud nullum Euangelistā tanta feruntur de diuinissimo Eucharistiæ sacramento, cuius hodie festū colit diem Ecclesia catholica, gaudens & gratias agēs Deo pro tā insigni munere, atq; apud D. Ioannem. Decuit nimirum rem præclarissimam à præcipuo describi Euangelista, qui ex dominici pectoris fonte hauserat tanti mysterij vberem notitiam, atq; etiam frequenti illius vsu quid in se gratiæ, quid virtutis, quid dulcedinis contineret, abunde didicerat. Neq; sane nobis vulgariter commendatum esse voluit cuius tam studiose copioseq; meminit: imo vero vt summo illius desiderio & amore accendamur præ cęteris Euangelistis diligentius suo in Euangelio Christi verba quę inde habuit, prosecutus est. Quæ nos dilectissimi fideliter, pie ac sedulo considerare debemus, vt agnoscamus Christi erga nos benignitatē, & tantæ gratiæ excellentiam, in qua totus continetur Christus tam secundum diuinitatem, q̃ humanitatē: totumq; se præbet omnibus, puro corde ipsum percipientibus, idque immenso cum fructu. Quis enī possit ambigere infinitis ditari bonis qui Christum verum Deum intra sui pectoris habitaculum recipiat? Itaque vt tātam gratiam auide esuriamus ac appetamus inter alia multa, quæ apud Ioannem sexto capite inde dixisse legitur, præsentis Euangelij verba locutus est.

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

Videmus quantopere homines corporis sui cibum ac potum appetant, qui tamē neque diu, neq; semper sumentes exatiat. Nam velint nolint, vbi quod sumptum est natura concoxit, mox redit fames & sitis, rursusque potus & esca adhibenda est, nihilominus atque corpus moritur. De hac autem spiritali alimonia eodem capite apud Ioannem dicitur: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet inæternum. Si ergo in tantum appetitur esca corruptibilis, cuius tamen tam breuis & angustus effectus est, quanto vehementius esurienda est caro Christi, quæ plenam satietatem & vitā præstat æternam: de qua hic dicitur: Caro mea vere est cibus, non quidem ventrem implens, sed mentem reficiens, cuius effectus est non momentaneas corpori restaurare vires sed animæ vitam conferre sempiternam: quod idem & sanguis facit, vtpote q vere est potus, nō corporis, sed animi.

Corpus & sanguis christi qd in sumēte digne efficiant

E

Et merito quidem dominus Iesus carnem suam vere cibum, & sanguinem suum vere potum appellat. Namque cibus corporeus, vt ait Diuus Guilelmus Parrisiensis Episcopus, si bene attendas, falso cibi hominis nomen habet. Non enim ad verum hominem pertinet, vtpote qui minime cedit in hominis interioris, quī pro sua dignitate & excellentia verus est homo, alimoniam, sed tantum asinum illius, nempe corpus nutrit. Porro Christi caro & sanguis hominem interiorem alit & confirmat, sicut etiam Psalmista meminit, Panis, inquiens, cor hominis confirmet. Vnde iure debuit veri cibi nomen obtinere. Porro soli experti norunt, quam recte dictum sit à domino: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Homines sceleribus dediti nihil inde nouerunt, imo vero talibus nō cibus est, sed potius exitiale venenum, non quidem sui natura, sed illorum vitio. Qui autem animis bene affecti sunt & constituti, miram sentiunt interioris hominis ex hac esca salutifera corroborationem, ita vt ea sæpius etiam in corpus reddundet. Legimus quosdam Dei homines huius vnius escæ vsu vitam sustentasse, nec vllo præterea alio cibo habuisse opus. Et qd mirū si tantā habeat vim caro Christi, quando illi semper

Cibus corporeus vt falso vocetur cibus hominis.

Psal.103. Cib' hoīs gnā vero iure vocetē

Ioan.6

Solo sacramēto aliquot in vtroq; hoīe sustētari.

semper

semper tota diuinitas coniuncta est, cuius virtute cuncta subsistunt? Sed quāta est horum temporum calamitas, quantus tepor, quanta incuria, vt cibum corporis omnes summopere cupiant: cibum aūt animæ, q proprie est caro Christi vnita verbo, oēs pene fastidiant? Offert sese totum filius Dei, optat sese intime nobis coniungere, atque communicare: & quasi vile sit hoc donū, vix adduci possunt homines, vt ter quaterue in anno sese præparent ad communicādum. Vnde etiam dubium non est, euenire illis quod dominus terribiliter ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Olim in ipsis nascentis Ecclesiæ initijs tantus inerat feruor credentium pectoribus, vt quotidie communicarent. Hodie qui semel in anno communicat, satis sibi Christiani hominis officio functus videtur. Lutherani hæretici dominicis diebus multi numero currunt ad cœnam domini vt vocant, & possent videri quodam sctō feruore duci. Sed qa propria temeritate ab Ecclesiæ consuetudine recedunt, & vtramque speciem sumere volunt, tanquam non sit totus Christus sub alterutra specie, iam plane certum est hunc feruorem non ex Deo, sed malo spiritu proficisci. Nitimur enim in vetitum semper cupimusq; negata. Si Ecclesia catholica præciperet, vt sub vtraq; specie singulis dominicis diebus cōmunicarēt, aut nulli aut paucissimi ex ipsis quo Lutheranis id agerent. Iam quando Ecclesia iustissimis adducta rationibus iubet populo sub altera tātum specie, in qua totum quod sub vtraque, reuera, continetur, tam excelsum & tremendum porrigi sacramentum, omnes spreto Ecclesiæ, & p consequens spreto Dei iudicio sæpius cōmunicare volunt. Sed quo fructu id agant ex vita illorum abunde perspici licet. Sequitur.

Ioan. 6

F

Lutheranorū communio q̄lis sit

Lutheranorū cōmunio execrāda sub vtraq; specie

Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Iudas proditor domini, carnem Christi edit, & sanguinem bibit, nunquid etiā ille mansit in Christo, & Christus in illo? Minime. Nam scriptum est, quod post buccellam intrauerit in illum diabolus. Non igitur verba hęc simpliciter accipiēda sunt, sed sane intelligenda. Nemo putet satis esse manducare Christi corpus, & sanguinē bibere, nisi dignus sit, qui manducet. Qui peccato mortifero obnoxius est, nec tamē dolet, nec confitetur, is si accedat ad mensam domini, vtiq; non manet in Christo, nec Christus in illo: imo vero totus in anima moritur, qñquidem vitam illius, id est, Christum à se excludit. Quomodo enim non excludit à se Christum, qui intra conscīētiam peccatum retinet, quod Christus summe execratur & odit? Is igitur qui ob amorem Dei dolet se peccasse in Deum, & facit quod ex Dei & Ecclesiæ præscripto constat esse faciendum, statuitq; deinceps, quantum humana finit imbecillitas, vitare peccatum, & vitam suam diuinę conformare voluntati, si Christi sacramenta percipiat, & ipse vtique manet in Christo per fidē & bonā voluntatem, quę, teste Augustino, charitas est, & habet in se manentē Christum per gratiam & præsentem inhabitationem, quamdiu à vitijs immunem se seruat. Hęc est reuera vita felicissima, manere videlicet in Christo per amorem, & studiosam executionem mādatorum eius, ita vt semper solicitus sit illius parere iussis, & cauere quæ ille vetuit: & si quandoque labatur humana præuentus fragilitate, aut diabolica seductus persuasione, tamen cito resipiscat, nec ad iniuriam summi Dei in vitiorum cœno perseueret: atq; etiam habere manentem Christum, sui videlicet rectorem & gubernatorem, ita vt non proprio viuat corruptæ volūtatis arbitrio, sed illius spiritu agatur ad implendam iustitiam omnem: quod nihil est aliud, quam Christi vestigijs ingredi: qui cū à Ioanne baptizari vellet, & is recusaret baptizare dominum suum, ait ad eum: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Vnde etiem S. Ioannes Euangelista prima sua Epistola sic ait: Qui dicit se in Christo manere, & per consequēs Christum in se manentem habere (non enim possunt hæc separari) debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, Quod qui non facit, non vtiq; manet in Christo nec Christus in illo, etiamsi Christum quotidie mā ducet: nec tamē propterea minus verax est hæc, quā modo tractamus sententia Christi: quandoquidem non ita manducat carnem & bibit sanguinē Christi, sicut Christus se voluit manducari. Ita rursus ait idē Ioannes: Qui seruauit mandata illius, in il

Ioan. 13

Quisnam vere dicatur manere in Christo, & Christus in eo.

Augusti.

G

Matth. 3

1. Ioan. 2

Ibidem

lo manet,& ipse in eo. Sed dicat aliquis: Si mandatorum obseruatio id præstat, vt maneam in Christo,& Christus in me,qd necesse erat hoc instituí sacramentum, cuius perceptione hoc idem promittitur? Cui respondendum primo quidem etiam hoc esse mandatum Christi,vt ipsum in sacramento sumamus, atq; ideo quisqs id cõtemnit,non seruare eum Christi mãdata. Nã etsi alia oĩa,isto excepto, seruet,tñ reus est,teste Iacobo apostolo, ita dicente: Qui impleuerit totã legẽ,offendat aũt in vno,factus est oĩm reus. Deinde etsi mandatorũ executio id p̃stat,vt nos in Christo& Christus in nobis maneat,tamen huius diuinissimi sacramenti dignam perceptionem lõge excellentius id præstare. Non enim vulgaris datur gratia digne communicantibus,nisi quis dubitet vllam posse à deo denegari gratiam illi, cui se totum impertit: quod nimirum in hoc facit sacramento. Vnde nihil ambigi debet, etiamsi quis iam in Christo maneat,& Christum in se habeat manentem,digna tamen huius sacramẽti crebraq; sumptione id eum assequi,vt lõge excellentius,firmius, perfectius & ipse in Christo & Christus in ipso pseueret. Id quod etiam euidentissima experientia sentiunt fideles,hoc sacramentum cum bona voluntate & cordis puritate crebro percipientes: non quidem arida ducti consuetudine,sed maioris gratiæ desiderio, studioque Deo placendi, & virtutum obtinendi incrementa. Sequitur.

Christũ su...ere in sa...mento ...ipsius ...mandа...um

Iacob.2

Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui mãducat me,& viuet propter me.

H Pater misit filium humanæ carnis substantia indutum,vt genus humanũ sua immerita morte ab æterna morte redimeret. Dicitur autem viuens pater,quia vitam habet in semetipso,& est omnino incommutabilis,æterna & modis omnibus absoluta vita. Et sicut ipse vitam habet in semetipso, sic dedit & filio vitã habere in semetipso,hoc est,vt D. Augustinus exponit, genuit filium habentẽ vitã in semetipso. Vnde hic iam dicit: Et ego viuo propter patrẽ id est,ab eo vitã habeo, idq; non secundũ diuinam duntaxat,sed etiam humanã naturam. Filius nanq; Dei,est Deus,de Deo, vita,de vita,lumen,de lumine. Sicut ergo propter patrem filius viuit, sic qui manducat digne Christum in sacramento, viuit ꝑpter Christũ,id est,ex illo &ab illo tãquam membrum e suo capite vitam accipit per influxum & communicationẽ gratiæ ac spiritus Christi: quẽ qui non habet, putre membrum est, & à Christi corpore alienũ vnde nec viuit vita spiritali,licet corporea nõ sit destitutus. Vt enim anima hominis vitam non ministrat membro putrido vel à corpore resecato: ita qui à Christi corpore abscisus est, non viuit de spiritu Christi. Vt ergo de Christi spiritu vitam habeamus,manducemus Christum,Christoque vniamur & incorporemur, vt vitã in nos suã deriuare possit. Simul aduertamus hic,quãobrem sese nobis in sacramento relinquere voluerit,vt scilicet ipsum mãducãdo illi incorporemur,& vitã gratię ex ipso hauriamus: q̃ nisi ipsum mãducemus, certũ est nos diu tueri non posse sicut ipse ait: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem,non habebitis vitam in vobis,vitam scilicet gratiæ, quæ non potest haberi sine Christo. O vere pius & misericors dominus, qui ne nos p̃ inopia ac inedia spũs moriamur, seipsum nobis escam parare dignatus est.

Pater viuens gnã ...is pa...ter dicat.

Ioan.5 Augusti.

Ioan.6

Viuere ꝑ pter christũ qd sit

De spiritu christi gnam qs viuere possit.

Ioan.6

Hic est panis q de cœlo descẽdit. Nõ sicut patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt.

I Apud eundem beatũ Ioannẽ paulo supius dixerat dominus: Panis quẽ ego dabo caro mea est ꝑ mũdi vita. Certũ est aũt carnem Christi nõ e cœlo descendisse, sed assumptam ex virgine. Quõ igit dicit dñs panem quẽ ipse daturus sit,e cœlo descendisse? Quæstio hæc nihil habet ambiguitatis apud eos,qui in scripturis diuinis & sanctorũ patrũ monumentis versati sint. Vult em̃ dñs hoc loco,sicut& multis alijs,in duabus naturis personę vnitatẽ in se intelligi. Ita ergo etiam caro Christi descẽdit de cœlo,sed ob vnionem inseparabilem,qua verbo coniuncta est. Quod maxime inuitare nos debet vt tanto auidius escam hanc salutiferam esuriamus: quandoquidẽ totus hic nobis Christus & Deus verus & homo verus præbetur. Iudæi quide iactabant patres suos in deserto manna edisse: quod tamen huius cibi non nisi figura quędam fuit,sicut etiam alia multa illi populo in figuris contingebant: sed dominus eorũ iactantiam compescens, ad seipsum nempe verũ

Ioan.6

Caro christi quõ dicat descendisse de cœlo.

1.Cor.10

manna eos reuocat, dicens, primo patres eorum, etsi manna ederint, tamen illo cibo obtinere non potuisse, quin omnes in corpore, pleriq; vero etiam in anima mortui sint, deinde adijciens.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Qui enim Christum manducat, vitã edit æternam, atq; eius participatione etiã ipse in vtroq; homine immortalis efficit: anima quidem semper viuente, corpore autem in extremo die excitãdo, vt deinceps in omnem æternitatem viuat cum anima, cui se morigerum præbuit instrumentũ. Quid hic dicturi sumus nos miseri, nos ingrati & tepidi? Promittit nobis sese mãducantibus Christus vitam æternam, & certe fallere aut mentiri non potest, quia veritas est: & tamen quotusquisq; est, qui Christum esuriat? O tẽpora, o mores. Agedum charissimi excutiamus mẽtis lætiferũ soporem, agnoscamus Christi benignitatem & misericordiam, vtamur eius munificentia. Inuitat nos promissis, imo etiã minis cogit & vrget, vt se manducemus. Ne quæso pigeat nos illius accedere conuiuium. Si nos amicus aliquis inuitet ad prandium vel cœnam, certe abesse veremur. Ecce rex omnipotens, dominus cœli, pater & creator, summus & fidissimus amicus noster inuitat nos ad conuiuiũ suum, in quo seipsum proponit edendum & bibendum, & nos abesse audebimus? O quã male immutati sunt mores populi Christiani: quã in peiorẽ partem prohdolor mutata sunt omnia. Olim feruenti spiritu & flagrantissimo desiderio quotidie Christi fideles inhiabant sacræ communioni, & illius participatione viuifici sacramenti magis magisque pinguescebant spiritu, amore inflammabantur, virtutibus omnibus augebant, ita vt non aliter ad sæuissima quæque pro Christi fide & amore perferenda tormẽta, quã ad exqsitas epulas properarent. Hodie omnes ad hunc cibum nauseant, & nihil minus libet, quam viuum & verum deum, id est, veram & viuacissimam vitam edere. Et tamen panis iste, panis vitæ est, præparatus in sustentaculum & vitam membrorũ Christi, vt viuãt de spũ Christi. Et sicut nihil melius, nihil facilius, nihilq; aptius immutat in corpus nostrũ, q̃ panis: pari modo vt immutemur in Christũ, dat nobis hic cibus: quẽ q mãducat, nõ mutat illũ in se, sicut cibũ corporis sui: sed ipse in illũ mutat vt in ipso, & ex ipso viuat. Cur igit desides sumus ad manducandũ Christum vitam nostrã? Nõne ipse dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hoĩs & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis? Si desperat vita illius, q corporis necessariũ nõ admittit alimentũ, an nõ desperandus est, qui animæ vitam respuit? Optat Christus, atque adeo vehementissime delectatur cœnare nobiscũ, & seipsum nobis edendũ pbere, plenũ omni gratia & omnibus bonis, non quod indigeat bonorũ nostrorum, sed vt nos immutet in se, vt vnũ & idem secum efficiamur ab ipso esi, digesti, & in corpus ipsius vegetati. Cur igitur tãtam gratiã nõ modo negligimus, sed etiã aspernamur? Nimirũ non alia huius ratio est, nisi qa plane mentis inopes sumus. Dolendũ est, eo rem rediisse apud Christianos, vt semel in anno communicasse satis videatur. Quod quæso charitatis & gratitudinis erga Deũ signũ esse potest tam raro ad Eucharistiæ sacramentum accedere, quod ille in sui memoriam instituit? Quid est aliud tam raro communicare, quam Christi eiusq; beneficiorum esse immemorẽ? Esto Ecclesiæ pcepto satisfaciat, q semel in anno communicat, tamen videat si etiã Deo & recte rationi faciat satis. Certum est maximi teporis indicium esse raro tam celsum percipere beneficium. Vtinam Christiani omnes eo adduci possent, vt, quẽadmodum D. Augustinus hortat, singulis dominicis diebus cõmunicare vellent: certe meliori in statum res nostræ forent. B. Cyrillus doctissimus atq; sanctissimus Episcopus efficacissimis verbis ad crebram cõmunionem incitare omnes cupiens, ita ait: *Sciant baptizati hoĩes, & diuinæ gratiæ participes esse cti, si rarius in Ecclesiã pficiscant, & lõgo tẽporũ spacio pter simulatã religionẽ, mystice cõmunicare Christo recusent, ab æterna se vita pcul depellere. Quippe recusatio huiusmodi, quãuis ex religiõe pficisci videatur, & scandalũ facit, & laqueos instruit. Quare oportet oĩbus viribus à pctõ mũdari & recte viuẽdi iactis fundamẽtis, magna cũ fiducia ad sumẽdam vitam concurrere.* Sed variæ sunt diaboli, multiplicesq; ad decipiendum insidiæ. Nã primũ ad viuendũ turpiter inducit. Deinde cũ malis onerati fuerint, tũc à Christi gloria abhorrere persuadet

Ioan.14

K

Tepor huius tepo ris quant' cõmunicã dum christi sacra mento

Ioan.6

Apoc.3

Psalm.15

Ad cõmunionẽ sacramenti cur christiani hoc tempore sint adeo desides

Cõmunicare rari' sacramento corporis cuius vel sit indicium Augusti. Cyrillus

L

Quare frequentius cõmunicã dum sit christi sacramento

ſuadet, qua poſſent à turpitudine volupta tis q̃ſi ab ebrietate reuocari. Quare demus operã,oro,vt vinculis diaboli abruptis, & iugo ſeruitutis eius excuſſo,in timore dño ſeruiamus,& carnis voluptate ꝑ continen tiam ſuperata,ad cœleſtem gratiã acceda- mus,corporisq; Chriſti participes efficia- mur.Sic enim,ſic,inquam & diabolum fu gabimus,& diuinæ naturæ participes, ad vitã & incorruptibilitatẽ aſcendemus. Ac deinde ita habet idem venerabilis pater: Nos vero ſi vitam æternam conſequi vo- lumus,ſi largitorem immortalitatis habe- re in nobis deſideramus,ad recipiendã be nedictionem(Euchariſtiã dicit) libẽter cõ curramus,caueamusq; , ne loco laquei dã- noſam religionẽ diabolus nobis ꝓtẽdat. Recte dicis:Scriptũ nõ ignoramus,iudiciũ ſibi comedere & bibere illũ,q de pane co- medit,&de calice bibit indigne.Ego igit̃ ꝓ bo meipſum,& indignũ inuenio.Qñ igit̃, quicunque tu es qui iſta dicis, dignus eris? quando Chriſtum teipſum offeres? Nã ſi peccãdo indignus es, & peccare non deſi- nis(Quis em̃ delicta intelligit ſecundum Pſalmiſtam)expers omnino eris huius vi uificæ ſanctificationis. Quare pias quæſo cogitationes ſuſcipias,ſtudioſe ſancteque viuas,& benedictiõe(.i.Euchariſtia)parti- cipes,quæ,mihi crede,nõ mortẽ ſolũ, verũ etiã morbos omnes depellit.Sedat enim, cum in nobis manet Chriſtus,ſæuientẽ mẽ brorũ noſtrorũ legem,pietatem corrobo- rat,perturbationes animi extinguit:nec in quibus ſumus pc̃tis conſiderat, ſed ægro- tos curat,colliſos redintegrat , & ſicut pa- ſtor bonus,qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit,ab omni nos erigit caſu . Hęc Cyrillus.Clemẽs q̃que Põtifex Maximus in quadam Epiſtola ſic habet: In ꝑceptiõe corporis & ſanguinis dñi magna diſcre- tio adhibẽda eſt.Cauendũ em̃, ne ſi nimiũ in longũ differat̃,ad ꝑniciem animæ ꝑtine at,dicẽte dño:Niſi mãducaueritis carnẽ fi- lij hoĩs,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis.Et poſt pauca:Pro- bet,inquit,ſeipſum homo,& ſic de pane il lo edat,& de calice bibat,vt videlicet ab o- peribus carnis purificans corpus animãq; ſuam,præparet ſe ad percipiendum tantũ ſacramentum.Et Diuus Hilarius Epiſco- pus, Timendum eſt,inquit, ne diu abſtra- ctus à corpore Chriſti, alienus remaneat à ſalute.Qui peccare quieuit,cõmunicare nõ

Gal.3
1.Cor.11
Pſal.18
Cõmunio fetræ frequentioris fructus q
Ioan.10
D. Clemẽs Papa Cõmunio infrequentioris ꝑnicioſa q̃ gs incurrat
Ioan.6
1.Cor.11
D. Hilarius

deſinat.Sunt & aliæ ſanctorum patrũ con ſimiles ſententiæ : ſed eas huc adducere longũ eſt. Ergo dilectiſſimi tantorũ vi- rorum adhortationibus ꝓuocati demus o- peram correctiori vitę vt corporis domini ci ſacramentum creberrime ſuſcipiamus. Non nos inde abſtrahat communis tepor. Inter multos deſides ſtrenue ſe geſſiſſe, id vero præclare virtutis eſt.Chriſtus Ieſus,q ſe nobis in via laborantibus ne deficiamus præbuit alimentum , idem ipſe in patria ſe nobis ſeruat præmium, per infinita ſecula ſeculorum,Amen.

SERMO IN EADEM ſolennitate. Cur & qua chari tate in cibũ potumq; ſe nobis dñs Ieſus re liquerit ſu- mendũ.

Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ miſericors & miſerator dñs, e- ſcã dedit timẽtibus ſe.Pſal.CX. Non pauca ſunt quæ fecit dñs mirabilia in cœlo,in mari, & in terra, q̃ ꝓ- pter hoĩem fecit quẽ creauit,in cuiuſq; ſo- latiũ ac auxiliũ q̃ videmus cũcta,partim,in cibũ,partim in potũ,nõnulla in miniſteriũ vt angelos,ſolẽ,ſtellas, & lunã, quædã in exercitiũ,vt ſunt hoĩ q̃uis cõtraria,immun da,toxica,aut moleſta fecit.Quæ tñ cur fa ceret,nõ potior eſt ratio,q̃ eius bonitas cha ritaſq; erga nos,qua ꝑ hæc excitare nos vo luit ad cognoſcendũ amandumq; ſe creato rẽ ac benefactorẽ noſtrũ.Hoc nanq; &Pau lus teſtat̃,puta inuiſibilia Dei ꝑ ea quæ fa- cta ſunt cognoſci oportere. Cognoſcen da igit̃,laudãda amandaq; eſt bonitas crea toris noſtri,qui tãti nos ęſtimauit,vt nos, cum non eſſemus,nec vt conderemur me ruimus,crearet,& propter nos omnia hęc viſibilia,& inuiſibilia faceret. Hoc igitur primum beneficiorum eius, quod quos ſciuit ſibi rebelles ingratoſque creauit.Al terum eſt,cum mox vt fuimus conditi,cre atoriſque præceptum cõtempſimus, quod non quomodo meruimus , irreparabili- ter nos à conſpectu ſuo proiecit,ſcilicet co gitans cogitationes pacis, quomodo ſci- licet,quod in nobis deformatum erat,re- formaret,quod amiſſum reſtitueret, & q̃d niſi ſuccurreretur perire neceſſe erat,ſerua ret,atque ſaluaret. Atque ideo ad oſtendẽ

M
Viſibilia inuiſibilia atq; oĩa vt ꝓpter homines creata ſint
Rom.1
Creatiõis beneficia quanta exigat gratitudinem
Hiere.29

dam suæ erga nos admirabilem dilectionis magnitudinem, parum ei videbatur, quod nos creauerat, maxime quod huius beneficij & donorum omniū (quæ obediēter si vixissemus Deo in paradiso seruassemus) fructu ipsi nos spoliauimus, felicitatem æternam, ad quam eramus creati, amisimus, erumnas denique multas & calamitates, à quibus alioqui fuissemus liberi, peccando incidimus: addidit aliud beneficiū maius, quod sui amorem magis quoque nobis declararet, nosque ad redamandum vehementius accenderet. Nam quos creauerat ante, in hoc nunc recreauit, hoc est reparauit, licet non tā faciliter, quam creauerat recrearet: nam sine labore nos creauit verbo, sed non absque labore nos verbo redemit. Vis scire, quo nos labore redemerit? Propter nimiam charitatem suā, qua dilexit nos Deus, misit filiū suum in similitudine carnis pc̄ti, vt omnis q credit in illū, nō pereat, sed habeat vitā æternam. Itaque verbū caro factum est, legem ac commissionē habēs à patre, q̄ nos modo recrearet, repararet, atque redimeret. Modus hic erat, vt triginta tribus annis propter nos in mundo exul, pauper & ignotus Dei filius habitaret, famem, tristitiam, frigus, æstum, sitim, fatigationes, necessitatesque alias & ærumnas multas innocenter sustineret: prędicando circumiens, & q̄d perierat quærens, dispersos dei filios colligeret: tandem post varias multiplicesque pœnas toleratas, animam suā pro illis in mortem traderet, quo nobis parceret: & ipse pc̄tm̄ quod non feceret, exolueret: vulneraretur propter iniquitates nostras, attereretur propter scelera nostra. Et ipse quidem nos gratis redimeret, ipse percuteret: nos vero eius liuore sanaremur. Hoc certe beneficium magnum fuit. Quos enim damnare debuit, pro illis damnatus est, quos ęterno debebat igne punire, quo eisdē parceretur, omnium pc̄tōrum vltionem in se recepit: nihil propterea à nobis exigens, quā ne dilectionis suæ erga nos immensæ obliuisceremur. Quod ne fieret, suauissimæ erga nos dilectionis beneficiorumque exhibitorum memoriale seu monumentum nobis reliquit, puta semetipsum in sacramento sub specie panis & vini. Neque enim satis illi erat, quod alia nobis dedisset omnia, nisi etiam daret nobis seipsum, & hoc in cibum & potum. Sed quare, inquies, in potum cibumque potius, quam in alia re? Quia nihil erat aliud, quo suum posset satis ergo nos desiderium declarare, quam intime nos vellet sibi coniungi, quā in sacramento hoc panis & vini. Cibus enim & potus, præter alia dona quæcunque hoc habent, vt non solum sint donum quoddam, seu beneficium dantis, sed nutrimētū recipiētis: hoc est, vt illa recipiēs etiā non tam ea habeat, q̄ in se illa traijciēdo conuertat. Clarum est enim cibum & potum in hominis substantiam corporisque humani alimentum conuerti, vt quod ante sumptionē erat cibus, efficiatur post sumptionem & conuersionem naturalem, hominis corpus. Voluit itaque Christus nos sibi coniungere, & quo posset modo maxime intimo nos sibi vnire. Quod vt nobis significaret, in cibum & potum sumendū, sub panis vinique speciem se nobis reliquit: Non tamen quomodo naturalis corporalisque agit cibus, vt conuertatur in cibatū, aut idem fiat (vt sic loquar) cum cibato, sed vt eum, q sua carne refectus est, in se cōuertat, (quod longe præstantissimum est) secumque vnum efficiat. Itaque memoriā fecit mirabilium beneficiorum suorū dominus, prætiosissimum atque dignissimū quod habebat (hoc est, seipsum sub aliena specie) nobis relinquens, & nobiscum manens vsque in consumationem seculi. Quem in sacramento dum contemplamur, dum tractamus, dum offerimus, dum sumimus quoque, omnia hæc volunt in sui vt faceremus memoriam, recolentes, quanta nos dilectione dignatus sit, quanta misericordia peccatis nostris pepercerit, quanta dānationem æternam milies commeritā clementia suspenderit nobis, quam longanimiter nos diuque portauerit, qua charitate vigilauerit super nos, atque rebelles sapientissima sua benignitate ceperit, nobis semper benefecerit (licet ingratis:) propter nos denique incarnatus, contemptus, afflictus, fatigatus, persecutus, passus, vulneratus totus, atque cunctis viribus & sanguine exhaustus, tandem pro nobis mortuus sit. Voluit nos pius dominus suæ ad nos charitatis in hoc sacramento admonere, qua recalescentes, ipsum redamaremus. De hoc sacramento venerabili & pro huius institutionis dignatione festum diē agimus tam solennem, quam singularem. Is enim, cui festum hunc dedicamus diem, quem

Psal. 32

Labore quāto nos Deus redemerit

Ephe. 2

Ioan. 3

Ioan. 1

Modus redēptionis hoīm qs fuerit

Lucæ 19

Ioan. 15

Esaiæ 53

1. Pet. 2

Esaiæ 53

Sub specie panis & vini cur christ' se nobis reliquerit in sacramento

Cibū potū q3 conuerti in substantiā alimentis

Psalm. 110

Matt. 28

Christus quāta nos dilectiōe dignat' sit

quem laudamus, cui gratias agimus, præsens est reuera nobiscum. Licet enim hæretici non credant Christum in hoc esse sacramento, nisi significatiue tantum: nos tamen Ecclesiæ sanctæ veræ filij nihil hæsitamus sacramẽtaliter dñi corpus esse pẽsens, non vt corpus hoc sit sine anima, aut passibile: sed corpus hoc Christi idẽ q̃d habet in cœlo gloriosum, animatum, diuinitati vnitum (alioquin nõ idem foret corpus Christi) habemus nobiscum, veneramurq; in sacramento. Quamuis enim corpus Christi solum in spetie panis sit ibi sacramentaliter, atq; ex vi sacramenti: tamen concomitanter est ibi anima, sanguis, verbum ac tota trinitas, vtpote quæ nequeant à se separari. Nihil etiam nos mouet, quod hæretici dicunt, Christum cum diceret, Hoc est corpus meum, significatiue tantum locutum fuisse: quomodo dixerat, Ego sum lux mũdi, Ego sum vitis vera, &c. huiusmodi, vbi certe se per similitudinem luci aut viti cõparat. Nam hæc locutio instituentis sacramentum longe alio fit modo, quam reliquæ. Hic enim ponit demonstratiuum p̃nomen, hoc, dicendo: Hoc est corpus meum. Habebat enim tunc panem in manibus, quem benedixerat Christus, atque discipulis tradebat sumendum, dicens: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum. Neq; enim absq; demonstratione, & indefinite panem nominat corpus, quomodo nominabat se vitem veram, vt ad solam nominis significationem similitudinemque recurramus: sed dicit, Hoc est corpus meũ.

Vbi quæso similis est locutio in scriptura cum eiusmodi demonstratione, quę significationem tantum, non veritatem exprimat? Nequaquam enim dicit Christus demonstrando, Ego sum hæc vitis, Ego sum hic lapis, hæc petra, hic agnus, sicut dixit: Doc est corpus meum. De cuius veritate etiam ne omnino dubitaremus, mox addidit. Quod pro vobis tradetur. Dedit em̃ discipulis hoc corpus, quod tunc habebat videlicet passibile & mortale, hoc est tradendum in mortem & crucifigendum: atque ideo dixit, quod tradet. Quod enim aliud corpus, quam ipsum suum corpus dedit ad flagellandum pro nobis, & crucifigendum? Nunquid panis, quem (iuxta hæreticos) significatiue corpus vocabat, pro nobis datus est in passionem & mortem? Aut nunquid similitudo corporis Christi pro nobis mortua est? Aut in mysterio tantum, non in vero corpore pro nobis passus est Christus. Quod si esset, quæ tunc nostra expectatio, aut q̃ salus nobis ex tali figmento eueniret? Certe si quid boni hoc modo ibi fuerit, hæreticis relinquamus, vt fructum habeant suarum adinuentionum: Nos verum Christi corpus intelligimus, credimus, offerimus & comedimus, quod pro nobis in mortem traditum est, quod resurrexit, quod denique sedet in cœlo ad dextram patris. Huius gustu reficimur, hoc refecti cõfortamur, hoc manducantes viuimus: quia vitam animæ nostræ intra nos recipimus, sicut ipse quoque dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Neque enim carnem in hoc sacramento mortuam, sed spiritum sumimus viuificantem: Atque ideo quia multi idem corpus domini accipimus, omnes etiam eodẽ Christi spiritu vegetamur. Hoc enim & vox illa, communio seu communicatio significat. Siquidem quid aliud est communicare, quam cum reliquis fidelibus dominici corporis, & spiritus eiusdẽ participem se facere? Accedamus igitur mundi & simplices corde, & panem vitæ, qui de cœlo descendit mundoq; dat vitam, de altari sumamus. Ad huius sumptionem charissimi præparationem aliam nescio meliorem, quam vt sui profundissima qua potest, humiliatione se homo coram oculis Dei contemnat, accusat & vilificet, stupeatque dignationem erga se admirabilem incomprehensibilemque Iesu Christi domini nostri, quæ tanti fecerit se, nosque omnes pannos viles ac menstruales tãta charitate complexus sit, vt fecerit nobis quod nulli hominum, imo quod reor nec angelorum cuipiam comprænhensibile sit, se nobis in hoc sacramento tradens in cibum potumque: præsertim cum nullo posset modo alio nobis fieri vicinior, quam hoc modo, quo transformaret nos in se, vnumque secum efficeret. Respondeat ergo amori & charitati ipsius feruor, deuotio, desideriumque nostrum, vt simul propter maiestatem eius infinitam ibi latentem reuerentes, ob vilitatem nostram humiles, & propter bonitatem eius nimiam accedamus desiderio feruẽtes. Præstet hęc nobis benignissimus ipse dominus noster Iesus Christus, vt misericordissima eius dignatione digni efficiamur: quoniam nunquam

Marginalia (left): Christus nõ catholice & vere credat sit in sacramento — Matth. 26, Marci 14, Lucæ 22, 1 Corin. 11, Ioan. 8, Ioan. 15 — Christus pronomen ad significationem cõ... demõstrauit — Matth. 26, Lucæ 22 — Ioan. 15, ... 28, ... 1, Matth. 26, Lucæ 22, 1 Cor. 11 — Christus q̃ discipulis tradidit.

Marginalia (right): Sensus hæreticorũ de hoc sacramẽto cuiusmodi sit — Sensus catholic⁹ de hoc sacramẽto qs. — Ioan. 6 — Cõmunicare quid interpretetur — Præparatio ad sacram communionẽ oim optima q̃ sit — Esaiæ 64

quam ex nobis sumus, nisi indignissimi: & idem sibi in nobis præparet locum, qui habitare cupit nobiscũ, seq; ipsum in nobis suscipiat, & quicquid in nobis defuerit, per gratiam suam suppleat, qui est benedictus in secula, Amen.

IN SOLENNITATE SANCTISSIMI IOANnis Baptistæ Epistolæ loco, Lectio Esaiæ prophetæ. Capite XLIX.

VII Audite insulę, & attendite populi delonge. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et nunc hæc dicit dominus, formans me ex vtero serui sibi: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt dominum Deum tuum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A Verba huius solennitatis Epistolæ fratres charissimi ex libro Esaiæ prophetæ extracta sunt: q̃ licet spiritu ꝓphetico potissimũ de Christo prolata sint, possunt nihilo secius ad præclarissimum illius membrum, nẽpe S. Ioannem Baptistam, accõmodari. Nihil enim obstat, vt pleraq; ex illis, quæ capiti conueniunt, etiam membris illius mystica interpretatione aptentur. Sic D. Papa Gregorius quatuor illa animalia, quæ apud Ezechielem describuntur, ad ipsum Christum, ad quatuor Euangelistas, & ad vnumquemlibet perfectum acutissime & conuenientissime applicat. (Gregori Ezech. 1) Dicit ergo sacratissimus Baptista: Audite insulæ, & attenuite populi de longe, qui procul per varias mundi plagas habitatis, & Christianę fidei dogmatibus assensistis. Dominus ab vtero vocauit me, imo etiam ante quam maternis conciperer visceribus misso cœlitus non quolibet, sed principe nuncio, nẽpe Gabriele nomen mihi imposuit, & deipso matris meæ vẽtre recordatus est nominis mei, materna voce paternaque manu illud enunciãs, quando cognatis Zachariæ nomen mihi potius imponendum videbatur. (Luc. 1) Sed quemadmodum ipse æterna sua electione nomen mihi indiderat, ita opportuno tempore illud etiam à parentibus mihi fecit imponi. Recordatus etiam est nominis mei, sua me gratia mirifice præueniens, atq; adeo etiam sanctispiritus infusione confirmans, nec abijciens me meique obliuiscens, vti eorum dicitur obliuisci, q̃s iuste derelinquit. (Obliuisci quorum nam Deus dicatur) Et posuit os meum quasi gladium acutum, non sicut de impijs legitur: Lingua eorum gladius acutus. (Psal. 56) Itemque: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, qui pestiferis & venenatis suis sermonibus animas iugulant, & morte sempiterna afficiunt. (Ibidem) Non inquam, hac ratione os mihi acutum dedit, sed quemadmodum apud Salomonem legitur: verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi. (Eccle. 12) Non enim noui palpare hominũ quamuis potentium vitia, sed pungere, & obiurgare acriter, mortis discrimine contempto.

B Hæc si de se D. Ioannes taceat, tamen ex Euangelio plane discimus, vbi & Iudæos asperis reprehendisse verbis & Herodis adulterium non dissimulasse legitur, quæ res illi mortẽ cõciliauit, nõ ferẽte impijssima Herodiade sancti viri æquissimã & amantissimã rephensionẽ. (Matt. 3. 14; Marc. 1. 6; Lucæ. 3) Ita nimirũ sctõrum virorũ dicta habent suos quosdã acutissimos aculeos, qbus sæpe etiã adamãtina hoĩm pectora cõpungunt. (Viri sctĩ vti verbis vtant aculeatis; Lucæ 11) Neq; id mirũ, qñ non illi loquunt, sed p eos Christi spũs sua verba resonat. Vñ apud Hieremiã dñs dicit: Nunqd nõ verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus cõterens petrã? id est sa-
(Hiere. 23)

est, saxea pectora. Quur vero multi hodie
licet buccis crepitantibus pro concione
ad populum, Dei verbum prædicent tam
paruum referunt fructum, nisi quod e suo
frigido & arido pectore, non ex sancti spi
Concionatores qui cur paruũ aut nullũ referant fructum. ritus feruore & charitate loquũtur. Quod
si illo spiritu pleni essent, possent & ipsi cũ
sancto Ioanne dicere: Posuit os meũ dñs
quasi gladium acutum. Nanq; verbis suis
multorum dura licet corda haud secus, q̃
quibusdam mucronibus penetraret, & ad
vitã in melius cõmutandam cõpungerẽt.

Dicit porro S. Ioães: In vmbra manus
suæ protexit me, diuinæ gratiæ suę vndiq;
me cingens adiutorio, vt nullis neque dæ-
monum, neq; hominum insidijs aut affli-
ctionibus potuerim euerti. Et posuit me si
cut sagittam electam, qua corda hominũ
à veritate ad vanitatem misere auersorum
efficacissime transfigeret. In pharetra sua,
id est, diuina virtute sua abscondit me, ne
vllis hostium tartareorũ insidijs paterem,
multis quoque annis in eremo tanquam
tutissimo asylo abscõdit me hominũ aspe
ctibus, ne quam ex illorum conuictu ma-
culam contraherem, donec tãdem tempo
re ab æterno pstituto, me ad homines con
uertendos tanquã sagittam e pharetra emi
sit. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel:
nõ vtiq; talis seruus, de quali dominus di-
Ioan. 8 cit: Seruus non manet in domo inæternũ,
sed seruus fidelis ac pius, & verus Israelita
ob crebram, imo assiduam diuinitatis con
Thren. 3 templationem, cui in solitudine semper de
ditus fui, iuxta illud Hieremiæ: Sedebit so
litarius & tacebit, quia leuabit se super se
ad contemplanda diuina & cœlestia. In te,
inquit, glorificabor, & per te gloria, & ma
iestas diuinitatis meæ hominibus annun-
ciabitur ac innotescet: atq; illi ad me con-
uersi, honore & gloria me afficient. Et nũc
hæc dicit dominus formans me ex vtero
seruum sibi, quando intra ipsa materna vi
scera tãquam futurum athletam suum me
Lucæ 24 vnxit spiritu suo & induit virtute ex alto,
vt officium ab ipso mihi demandatum di
gne possim exequi, & aduersus acies inimi
C cas viriliter dimicare. Dedit te in lu-
cem gentium. Hęc quantũ ad D. Ioannem
attinet, synecdochicῶs dicũtur: Nã Iudæis
Ioannes Baptista qui fuerit datus in lucẽ gentibus. Ioannes verã lucem Christũ annunciauit:
nõ item cũctis gentibus. Quanq̃ etiã vere
potest dici datus in lucem gentium ob ver
ba illius ab Euangelistis cõmemorata, quę
in hanc vsq; diem cæcis mentibus lucem
adferunt, dum ad agendam pœnitentiam
peccatis excęcatos vehementer extimulãt.
atq; eo ipso saius, id est, salutis nuncius &
preco est Deo vsq; ad extremũ terrę. Reges
videbunt illuminati à Deo, & consurgent
principes, fide Christi suscepta, vt illũ etiã
externo cultu venerẽtur, & adorabunt do
minum Deum tuum, quem tu beatissime
Ioannes prædicas, & ad illum digne recipi Lucæ 1.3
endum viam paras in deserto, adhortãs o-
mnes vt pœnitentiam agant, doleantq; se Fidelitas Dei erga homines quanta.
pijssimum offendisse Deum, qui tamẽ fide
lis est, imo verofidelitas ipsa totum se mor
talium saluti impendens, neminẽ vnq̃ fal-
lens, vehemẽtissime sitiens salutẽ animarũ,
ac amantissima fide & fidelissima charitate
paratus opitulari, misereri, succurre oĩbus
ipsius opẽ poscẽtibus. Qd' magnã debet oĩ Sapien. 1
bus pstare fiduciã, vt discant semp de dño
sentire in bonitate, & de illius benignitate
nunq̃ diffidere. Sũt eñi multi pusillanimes
q sæpe grauibus & molestis implicíti tẽta-
tiõibus, simul etiã vt de Deo male sentiãt,
incitant. Sed cogitẽt ij semp qa Deus fide
lis est, & amat aĩas, quas redemit sanguine
suo. Adorabũt etiam sanctum Israel. Deũ
plebis Israeliticæ sanctificatorem, qui ele-
git te non qualitercũq;, sed certe præclare
valde, vt de te pie sentiant multi in super-
bissimi Luciferi locum te successisse. Vtinã
beatissime & reuerendissime patriarcha tu
is exuberantissimis meritis & flagrantissi-
mis precibus eius nobis gratiam cõcilies,
qui te tam excellenter elegit.

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo. Lucæ primo.

Sicut inter natos mu D
lierum non surrexit Matth. 11
maior Ioanne Bapti
sta: ita nulli omni-
no inter natos mu-
lierum hic ab Eccle-
sia delatus ẽ honor,
vt eius natiuitas ce-
lebretur. Magna dignitas, sed sic placuit
Deo honorare præcursorem suum. Imple
tur vsque in hanc diẽ, quod patri eius Za-
chariæ angelus prędixerat, gauisuros mul Lucæ 1
tos in eius natiuitate. Nanque toto or-
be Christi Ecclesia diem ortus eius festi-
uum ac celebrem ducit, & laudat regis

 munifi

munificentiam in suo milite, solennique officio persoluit Deo cantica lætitiæ & gratiarum actionis, tum quod tot præclaris affecerit gratiæ suæ prærogatiuis Baptistam suum, tum quod eodem nascēte propinquare ceperit nostræ salutis tādiu quæsita, expectata, & votis ac suspirijs ardentissimis implorata restauratio. Ingreditur hodierna die in hunc mūdum nouus Lucifer, multo illo priori illustrior, qui non contentus diuinitus sibi collato honore, ad æqualitatē Dei suo malo aspirauit. Itaque si ad ortum solis cunctorum exhilarantur corda mortalium, cur non multo magis gaudeant prodeunte in mundum æterni solis nūcio ac præcursore? Vere magnus es S. Ioannes, & ita magnus, vt mortalis cuiuscunq; nedum sermo exprimere, sed neq; mens capere possit. Tu eñi es propheta altissimi, & plusquam propheta, tu sanctus antequam natus, tu adhuc intra materna detentus viscera mundi saluatorem toti mūdo incognitum agnouisti, tu speculum innocentię, norma pœnitentię, virtutis specimem, iustitiæ forma, pudicitiæ titulus, saluatoris nuntius celsior, præco verbi, Euāgelij lucerna, legis terminus, agni immaculati, qui suo sanguine peccata eluit, baptista, martyr insignis: denique homo sanctissimus & excellentissimus es. Sed nunc dilectissimi his in tanti patriarchæ laudem exiguam obiter præmissis, ad Euangelij cōsiderationem procedamus. Ait enim Euangelista Lucas:

Lucæ 1 Matth. 11. 3 Ioan. 1 Ioānis Baptistę pco nia q̄ sint pręstātia,

In illo tempore Elizabet impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

E Venerabilis matrona Elizabeth nō casu, sed diuina ordinatione diu sterilis, vt partus illius esset mirabilior, tandē ex Dei pollicitatione concepit & peperit filium. Iam multis annis portauerat obprobriū sterilitatis & legis maledictionē, sed quantum ea res illi probro fuit apud carnalem illum populum Israel, tantum ei honoris & ornamenti attulit filius in senectute genitus; vtpote qui neminem habuit inter natos mulierum se excellentiorem. Gaude beata & reuerenda matrona Elizabeth: ecce natus est tibi vetulæ ac desperatæ filius, qui sua prædicatione suisque exemplis multos Deo adducet filios: & qui tibi est vnigenitus, plurimos Deo filios ignitis adhortationibus, & sanctissima vita sua generabit. Non tibi sit pia mater pudori aut dolori, quod diu nullū omnino, & nunc tandem præter spem hunc vnicum peperisti. Nam quanto tu sterilior, tanto ille fœcundior: & quo maior tibi fuit confusio apud gentiles tuos Iudæos non auxisse numerū populi verum Deum colentis: tanto nunc beatior prædicaris, & maiori gloria extolleris, quod filium genueris, qui plurimos filiorum Israel conuertit ad dñm Deū patrem ipsorū. Certe mirum est charissimi, si ad humanum morem spectes, parentes illos tot annis steriles filium edidisse. Atqui non id opus naturæ fuit, sed gratię. Mūdi saluatorem mundo annūciare debebat Ioannes. Quis illi fidem adhibuisset, si non mira quædam, & quæ naturę vsum excederent circa illum contigissent? Quod ex sterilibus nascitur, totum gratiæ est: sed Deo tam facile est ex sterilibus, atq; ex fœcūdis proles creare. Tamen humano more id prius inusitatum est, vt sterilis & senex pariat, cui etiamsi ætas suffragaretur, tamē sterilitas sola satis impediret: aut si hæc abesset, tamē senectus obsisteret. Agnoscamus ergo & in conceptu, & partu Ioannis gratiam Dei, & beatissimū paruulū ex matris vtero procedentē exultātibus animis & cōgruo honore excipiamus, matriq; sterilitatis oppbrio liberatæ ex animo cōgratulemur vna cum vicinis & cognatis eius, & quibus sequitur in Euangelio:

Matth. 11 Elizabeth quantum gaudij & honoris accreuerit ex natiuitate suę prolis,

Lucæ 1

Ioannē Baptistam ratum ex sterilib' parētibus totum fuisse diuinę grās munus.

Et audierūt vicini & cognati eius, qa magnificauit dñs misericordiā suā cū illa, & congratulabantur ei.

F Id enim maxime est secundum naturā, vt proximorum bonis lætemur & congratulemur, malis autem ex animo cōdoleamus. Vicini & cognati S. Elizabeth nō ignorātes eā sterilem semper fuisse, & iam ætate prouectā, cōgratulantur ei, quia præter consuetudinem, & supra naturæ vsum dñs magnificasset, id est, magnifice & excellenter in eam declarasset misericordiam suam. Non enim potuisset vnquam prolem mundo producere, nisi singulari gratia & beneficio Dei. Ergo diuinæ pietatis agnoscētes munus, congratulabant ei, ita vt angelus pdixerat, φ multi in eius natiuitate gauderent. Sunt inuidi quidā, qui dum proximis res ex sententia succedunt, torquentur & dolēt, in q̄s recte dictum illud com

Lucæ 1

Inuidiam esse vitiū plane diabolicum.

Horatius. competit, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Quod est vitium plane diabolicum. Dic quæso Inuide: Quid tibi oberit, si alteri bene sit? aut quid proderit tibi, si illi male fit? Si bonus es, nihil tibi nocet illius prosperitas, sed dolet tibi eius aduersitas. Si autem malus es, vt reuera es, malitia tua tibi officit, non illius prosperitas, Pelle inuidentiæ virus ab animo tuo, & erit tibi voluptati, si ille bene habuerit. De hac peste sententia memorabili D. Chrysostomus ait: O zelus, o inuidia omni malitia cumulata. Inuidia ignis inextinguibilis est. Etenim sicut tinea comedit vestimentum, sic inuidia eum qui zelatur, cõsumit: eum autẽ cui inuidet, clariorẽ reddit. Itẽq; Inuidiæ passio fornicatione & adulterio multo est deterior. Et diuus Augustinus libro de doctrina Christiana: Auertat Deus, inquit, inuidiæ pestem ab animis omnium, nedum Christianorum. Vitium enĩ diabolicum est Inuidia, quo solo diabolus reus est, & inexpiabiliter reus. Ergo charissimi, ne tam execrando crimine nos inquinemus, potius aliorum felicitati cõgratulemur. Omnes vnius capitis mẽbra sumus. Sicut ergo dum quippiã in corpore patitur membrum vnum, compatiuntur omnia membra: siue dum gloriatur vnum membrum, congaudent omnia mẽbra: ita & nos qui sumus corpus Christi & membra de membro, aliorum felicitati congratulemur, & afflictioni condoleamus, ne cum impijs liuore tabescamus.

Chrysost. Inuidiæ ꝓprium quid Augustin. Ephe. 1 1. Cor. 12

Et factum est, in die octauo venerunt circuncidere puerum. Et vocabant eum nomine patris sui, Zachariam.

G Vetus apud Hebræos mos fuit, vt masculi oẽs circunciderentur. Et id primum Abrahæ à Deo præceptum est. Illi nanq; datum est Testamentum circuncisionis: quod postea lege Mosaica repetitum est. Valuit autem circuncisio contra peccatum originis: sicut apud nos baptismus. Et sicut hodie dum baptizantur paruuli nomen accipiunt: ita olim cum circunciderentur. Vnde appellabant beatissimum hunc infantem nomine patris sui Zachariam. Id nanq; consuetudo obtinuit, vt filij maxime vnigeniti patris nomine vocentur. Faciebant vicini & cognati S. Elizabeth, quod ipsis videbatur, necdum cœlestis mysterij conscij, q̃ iampridem diuinitus illi assignatũ erat vocabulũ, q̃d humano mutari cõsilio vel arbitrio nõ deberet. Itaq; videns S. Elizabeth eos à Dei voluntate in imponẽdo vocabulo discordare restitit illis, vt pote q̃ sicut D. Ambrosius ait, spiritu prophetiæ didicerat, qui vocandus esset: nec poterat ignorare ꝓnuncium, quę prophetauerat Christum.

Gene. 17 Exodi 13 Leuit. 12 Circuncisio qd valuerit, cum sitque rei figura fuerit. Nõia qñ infantib⁹ imponi consuetũ.

Nomẽ patris vnigenitis imponi consuetum vt fuerit Iudæis. Ambrosi⁹

Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.

Nõ vacat à mysterio, quod id nominis sacratissimo huic paruulo ex diuina reuelatione inditum est. Quæ enim diuinitus quibusdam imponuntur nomina, semper eximium aliquod donum vel munus eis collatum significant. Ioannem quidam ex Hebræo vertunt, in q̃ est gratia Dei. Quæ cum multiplex & cumulatissima fuerit in domini præcursore, recte vocatus est Ioannes. Neque ob id tantum, sed etiam quia tempus gratiæ inchoauit. A diebus enim Ioannis Baptistæ cepit regnum cœlorum vim pati, & rapi violenter, quod ad id temporis oĩbus quãtumcunq; iustis clausum fuit. Inde est dulcissima illa eiusdẽ in deserto ꝓdicantis vox: Pœnitentiã agite: appropinquauit enĩ regnũ cœloꝝ. Apte igit̃ dictus est Ioãnes, q mũdo sub graui ira Dei laboranti, ac ab illa sup̃na Hierusalẽ miserabiliter exulanti gratiã per Christũ restituendã, conciliandãq; annunciauit: idque non vt cæteri prophetæ de longinquis & obscuris sententijs, quantũ ad certi temporis expressionẽ attinet, sed plane & manifestis indicijs, quãdo etiã ipsum gratiæ autorẽ nedũ verbo prophetauit, sed digito demõstrauit. Quanta aũt in illo gratię fuerit plenitudo & excellentia, quæ alia causa est nominis illi impositi, etsi nemo digne capere potest, si quis tamen vel tenuiter nosse velit, Euangelistas legat. Inueniet ibi ab ipso Christo infallibili iudice tantis eum celebrare encomijs, vt vix possit maioribus. Sed mirum videatur quibusdam, cũ tanta in eo Dei gratia fulserit, cur oẽm ætatem in deserto solus exegerit, cur non vrbes cõcionandi gratia ꝑuagatus sit, vt plurimos lucrifaceret. Veꝝ quãto ille maiora ꝑceperat diuinę gratię munera, tanto magis

Ioannes qd sonet. Ab ortu Ioãnis Baptistæ vt tẽpus gratiæ fuerit inchoatũ. Matth. 11 Lucæ 16 Matth. 3 Marci 1 Lucæ 3 Ioan. 1 Matth. 11 Ioãnes Baptista cur hoĩm turbas fugerit

H

Quam sit difficile inter hominũ turbas innocenter viuere.

magis conatus est ea conseruare. Et quia difficillimũ esse nouerat in hominũ turbis innocenter & pure viuere, solitudinem expetijt, vbi à peccandi occasionibus seiũctus, Deo & cœlestibus perpetim esset intentus. Quid hic dicturi sunt stolidi homũciones & miseri, q cum sint in vitia nimiũ procliues, tamẽ si qñq; videãt nõnullos monasticæ vitæ aliqd subire institutũ, aut alioqui abstractam ab hoĩm familiaritate vitam agere, irridẽt eos & aiunt: Num soli monachi salui futuri sunt? Nõne maioris virtutis & meriti est inter malos bene vixisse? Deus cor inspicit, nõ exteriora. O stolidi quid dicitis? Christus Deus verus fugit hominum consortia, non quod haberet opus, sed vt nobis fugienda monstraret. Item D. Ioannis Baptista, & alij innumerabiles sanctissimi hoĩes fugerunt peccandi occasiones, & vos in medijs periculis iam naufragio proximi, aut etiã fluctibus immersi, tã vultis esse securi? Itaq; bonum & laudabile est, hominum consortia tanquam pernitiosa vitare. Et quidẽ certo certius est, peccandi occasiones fugiendas esse. Quicquid id est, quod ad peccandum te pertrahit & impellit, siue sit pater, mater, frater, soror, diuitiæ, honores, aut quæuis alia, fugiàs ea necesse est. Quod si fugere nolis quæ Dei gratiam à te excludũt, absque vllo dubio gratia procul fugiet à te. Sed his obiter dictis, ad Euangelium redeamus. Sequitur:

Consortia hominum quantope fugienda.

Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quẽ vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius.

Cognati S. Elizabeth legis & gẽtis suæ morem seruare cupientes, reprehendunt eam, tanquam quę a patrum consuetudine recedat: neq; intelligunt, non muliebri leuitate, sed sancti spiritus instinctu eã pueri vocabulũ expressisse: sicq; ad patris putant arbitrium recurrendum. Potest hæc res mystice significare, Iudęos pertinaciter literæ legis semper inhærere maluisse: fructũ autem spiritus non expetijsse, cum tamen ipsa lex, non nisi vmbra quædam fuerit futurorum. Iudæi legis verba semper allegant, quæ tamen non intelligunt. Sic etiam hic cognati S. Elizabeth paternũ morem putant obseruari oportere. Sed Deus omnipotens legem quandoq; abolere volens, nouum apud Hieremiam Iudæis testamentum promittit, quæ est lex gratiæ: quam quia Ioannes prędicare mittebatur, non debuit iuxta legis morem, sed diuinæ gratiæ arbitrium nomen accipere, Siquidem diuinæ gratiæ potissimum ascribendum est, quod saluamur. Obiter etiã aduerti hic licet, quod sicut nominis assignãdi ratio, quæ apud Iudæos inoleuerat, in Ioanne seruata nõ est, ita hoc ipso significatum sit, ab eius ortu legem abolitam iri. Videamus nunc quid Iudęorum pertinacia profecerit. Sperabant patrem Zachariam ipsis assensurum. Itaq; innuebant patri infantis, quem vellet vocari eum. Sic etiam impij Iudæi semper à matris Ecclesiæ definitione, ad patrum suorũ instituta recurrunt: qui tamen ab eis maxime dissentiunt, & cum Ecclesia consentiunt, sicut & Zacharias cum Elizabeth, qui postulans pugillarem, id est, tabellam cęream, aut alterius materiæ, in qua stylo verba exarantur, scripsit, dicens: Ioannes est nomẽ eius. Tanquam diceret: Non est opus, neq; fas, vt humana cõsuetudo, aut patrius mos illi vocabulum tribuere velit, qui iam à Deo appellatus est noĩe suo. Neq; nos illi nomen imponimus, sed q̃d à Deo accepimus: enũciamus. Vbi simul potest aduerti, quã vbiq; sibi concordet spiritus Dei. Zacharias & Elizabeth ambo erant pleni spũ sancto: itaq; etiam idem sentiunt. Timeant ergo, qui dissensionibus dediti sunt, ne hoc spiritu vacui sint.

Hebr. 10

Hiere. 31 Hebr. 8

Nominis pcursori imponẽdi ratio mystice quæ.

I

Pugillaris quid.

Et mirati sunt vniuersi.

Mirantur homines vt homines: quia ignorabant, qd circa infantẽ diuinitus ageret. Miranĩ patrẽ cõsentire matri, vt vetus cõsuetudo negligat. Sed si sciuissent cõsilium Dei, venerati potius essent, q̃ admirati.

Apertum est autem ilico os eius, & linga eius, & loquebatur benedicens Deum.

Prædixerat angelus Gabriel Zacharię, quod ob incredulitatem suam mutus esset donec quæ audierat, implerentur. Non enim volebat Deus iustus & rectus in tãto pontifice inultam relinquere hãc diffidentiã, qua de Dei promissis non hęsitabat. Ita enim plerunq; oĩpotẽs Deus in electis suis cito

Luc. 1

Electorū errata vti Deus misericorditer corrigat.

cito vlcisci solet errata illorum, nec permittit eis impune cedere, si quid vel tenuiter deliquerint: cum tamen impios sæpe sinat in suis flagitijs securam degere ętatem. Quo facit etiam memorabilis illa sententia libro secundo Machabęorum commemorata in hæc verba: Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indiciū. Atq; ea de causa sanctus Pontifex ilico pœnam sensit diffidentiæ suæ: quæ tamen quandoq; finem haberet. Iustus erat, ideoque noluit Deus huius culpæ in eo hærere maculam, sed statim vltionem adhibuit, ne quid haberet intra se, vnde minus placeret Deo. Multi hodie putant optime secum agi, & Deū se valde habere propitium, cū eis omnia læta & tranquilla eueniunt, etiam male viuētibus. Sed nimirū ij vehementer errant, & periculosissimam ducūt vitam. Si enim iuxta prophetæ sententiā multæ sunt tribulationes iustorū: & dñs quos amat arguit & castigat, quomodo possunt recte habere, qui etiā in suis maleficijs parum aut nihil aduersi experiuntur? Timeant quotquot eiusmodi sunt se, idcirco in præsenti vita impune euadere, vt in futura atrocius absq; vllo fine puniantur. Sed venerabilis pōtifex Zacharias humana infirmitate cunctātius fidem angeli verbis adhibēs, atq; ea de causa percussus silētio diuturno, nato atq; circuncisō Ioanne, peremptę vocis beneficiū recuperauit, & os quod prius incredulitas frænauerat, natus infans reserauit, moxq; ora diu tacentia in Dei laudem proruperunt. Quid ni enim benediceret Deū, qui tam euidentia, stupendaque eius opera agnoscebat? Prius quidem obmutuit, non accōmodans fidem dictis angeli, sed mox vbi reddita illi loquēdi facultas est, in Dei laudes prorupit. Qua re nos admonemur grates, laudesq; Deo agere nos debere, qñ aut à malis liberamur, aut eius bñficijs augemur. Alioqui ingratitudinis, quod est Deo valde inuisum vitium, rei tenebimur. Sed visis tot prodigijs.

2. Mach. 6

Psalm. 33
Apoc. 3

Mali hic bene plerumque euntæ damna Dij futura iudiciū.

Gratitudo quādo exigatur.

Factus est timor super oēs vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur oīa verba hæc. Et posuerunt oēs qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenī manus domini erat cum illo.

K In rebus nouis, ac præter vsitatū morem accidentibus mirari ac timere solent homines. Hic aūt multa accidebāt admiratione digna. Itaq; vicini oēs timebāt, nescientes qd portenderēt ea q̄ fieri cernebant. Euidentia diuinę potestatis argumēta cōplura visebant, idq; cœlestis mysterij ignaris metū incussit. Mox aūt cuncta hæc per loca circumadiacentia diuulgabant: & alij alijs, quę vel viderāt, vel audierant, enarrabant, idq; non sine occulta Dei operatiōe & dispensatione, vt maiorem haberent fidem apud omnes, quę multorum testimonio firmarētur. Sic fides nostra clarissimis semper fulta testimonijs est; & nihil apud nos suspectum, nihil obscurū, nihil commentitium est. Qui credere non vult, suo ipsius iudicio cōdemnabit, qa indubitatæ noluit veritati cōmodare fidē, cū tota ethnicorū supstitiosa psuasio, nō nisi euidētissimis atq; vanissimis mēdacijs subnixa sit: hæretici q̄q; nō nisi sui capitis adinuentionibus, publica & vbiq; gentiū recepta veritatis assertiōe contēpta, sese tueant. Porro, vicini S. Elizabeth suis hæc mētibus condita seruabant, dicentes: Quis putas puer iste erit, circa quem tot præclara æduntur miracula: & qui manifesta naturęq; modū excedenti Dei virtute ac operatione illustratur?

Mirari ac timere qū soleāt homines.

Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicēs: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

L Superius hoc eodē capite scripserat S. Lucas, Zachariā virum iustum fuisse. Iustus aūt esse non potest, nisi qui spiritu sancto præditus sit. Cur ergo hic eum dicit impletum spiritu sancto? Intelligendum est abundantiori sancti spiritus gratia eū repletum. Nanque & prophetiæ munus accepit. In quo diuinæ pietatis est declarata benignitas, quando non solum muto seni loquelam reddidit, sed etiam nouam addidit prophetandi gratiam. Ita semp Deus pro sua benignitate paratissimus est ignoscere pœnitentibus, imo & gratię suę dona cumulare, modo ex animo nos deliquisse doleamus. Ait antem Zacharias: Benedi

Spū scō repletus Zacharias quomodo dicatur.

Deus cur subinde vocetur De' Israel

Bñdictus dominus Deus Israel. Sola plebs Israelitica verum colebat Deum: quamobrem Deus Israel sæpius in sacris literis vocatur: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Iam longe ante promiserat per prophetam suum, dicens: Ecce ego ipse requiram oues meas & visitabo eas. Visitauit dominus oues suas, quando formam serui suscepit factus homo propter perditum hominem liberãdum. Et fecit redemptionem plebis suæ, quando nos non corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine suo redemit, non à temporaria seruitute vel morte, sed æterna.

Ezech.34. Philip.2 1.Petri 1

SERMO I. IN EAdem Solennitate. Quomodo sanctus Ioannes ardebat & lucebat, & de quadruplici hominum conditione

M

ILle erat lucerna ardens, & lucens. Ioannis V. Beatissimi Ioannis patriarchæ, prophetæ, martyris, anachoretæ (vt cætera eius insignia taceam) festiuitatem celebrantes fratres charissimi, non tantum illius gloriæ satagimus gratulari, verum q̃d profectui etiam nostro vti cunctorũ Christi fidelium, non nihil inde nobis querimus vendicandum: quod tum potissime fit, dum vitam illius recolentes, quicquid ibi laude dignum veneramur, pro modulo nostro itidem gestiamus imitari. Incitat autem nos ad hæc, quod cum omniũ non solum monachorum sit princeps Ioannes, omnium anachoretarum dux, omnium eremitarũ cœnobitarumq; pater & patronus, verum omnium Christicolarum institutor, magister & legifer. Quamobrem perpulchre conuenit ei veritatis testimonium (tam gloriosum, quam ab adulatione aut deceptione alienum) quo dicitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Vbi ordo quoq; verborum haud ociosus censeri debet: primo ardorem, postremo vero lucem commemorans. Duo etenim hæc de illo prædicantur, videlicet quod arserit & luxerit. Vbi tamen non ante luxisse, & postea arsisse dicitur: sed q̃a in se ardebat, lucis radios in cæteros quoq; emisit. Ardebat haud dubium sibi, lucebat nobis. Quod vt magis liqueat, considerandum quatuor hominum inueniri genera. Quidam enim lucent, sed non ardent: nonnulli ardent, & non lucent: Alij & ardent & lucent. Rursus sunt complures, qui neque ardent, neq; lucent. Et hi nouissimi peccatorum magis tenebras amant, quam lucẽ: quorum opera neque charitatis in se continent feruorem, neque virtutis specimen præ se ferunt: atq; ideo nihil hic de illis dicendum. Verum, sunt alij (vt dixi) qui luceant, quum non ardeant: ij sunt quorum opera virtutis quidem speciem habẽt, qua (vt plerunq; fit) ab hominibus magnificãtur, verum à charitatis feruore sunt aliena, propterea quod fucum duntaxat virtutis ipsis superducat, aut metus, aut reuerentia hominum, aut animi bene morati naturalis honestas, aut fictę mentitæque pietatis ostentatio, aut alia quæuis impura intentio. Ad eorum numerum colliguntur (vt verbis vtar Bernardi) qui conscientias suas in aliorum labijs posuerunt: quorum lux non solaris, sed lunaris est, quæ modo plena, modo exigua, modo nulla videtur: ita & illi modo magni, modo parui sunt, modo nulli, secundum quod adulantium linguis, aut vituperare eos placuerit, aut laudare. Tales erant pharisæi & hypocritæ lumina, scilicet in oculis hominum, quos tamen Christus arguẽs seuere, sepulchra dealbata appellat. Hoc modo lucebat eremita ille (vt in Vitis patrum legitur) cuius merito sanctitatis putabatur om̃is illa circumiacens regio seruari, qui tamen moriens (dũ populi vexillis & processionibus ad eum confluentes velut sanctissimo viro, sine quo viuere metuebant, sese commendarent) ipse à dęmonibus deportatus est in infernum: quippe qui alius in hominum, alius in Dei oculis reperiebatur. Nõ longe ab hoc ordine sunt qui exterioribus tantum cęremonijs compositioni morum, magnis abstinentijs, frigidę lectioni, multis precibus, & alijs eiusmodi externis duntaxat exercitijs, alioqui in se bonis & sanctis, insudant, adeo pro illis zelãtes, vt veras virtutes propterea penitus negligãt. Hi itaq; solis exterioribus, quæ bonis malisq; sunt communia contenti, interiorem hominem (ad cuius reformationem externa omnia ordinari debuissent) interim seruire vitijs & passionibus sinunt. Veruntamen dum per hæc externa (quibus vulgo inesse æstimat sanctitatem) foris lucent,

Ioan.5

Hominũ genera q̃tuor quæ sint.

Neq; ardentes neq; lucentes qui

Lucentes sed non ardentes.

Bernard.

Matth.23

Paradig.

N

cet, interdum ipsi quoque, licet veteri adhuc nomine stante incolumi, sanctitatem sibi arrogant, utpote qui ad exteriora sua quae alii mirantur, tantum respicientes, quid intus sibi desit non animaduertunt. Verum de huiusmodi quid Apostolus pronunciet, constat: Si linguis, inquit, hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, &c. prosequens adhuc alia ardua & sublimia, quæ in oculis quidem hominum sunt magna & lucida, verum nisi charitate simul ferueant, ante Deum sunt nulla. Adde igitur charitatem, & erunt valde bona: sic tamen vt media & instrumenta ad meliora. Sunt præterea tertio ordine, qui ardent, & non lucent, vtique quorum lucerna necdum super candelabrum, sed sub modio posita est, qui lumen suum celant, metuentes à vento inanis gloriæ, aut humanæ laudis illud exufflari. Hi sunt, qui vilitatem propriam ante oculos habentes, quicquid faciunt, non tale quippiam æstimant vnde possint alii ædificari: hoc vnum impensius curantes, ne à feruore in teporem vix vnquam curabilem decidant, sed quæ habent humilitate custodiant. At vero qui super candelabrum locari anhelant, zelo quodam animarum licet immaturo allecti, vt aliis quoque luceant, in eos quodam loco deuotus Bernardus sagacissimus vitiorum explorator, tractans verba quædam Esaiæ, inuehit, dicens: Quid lucere festinas? Nondum illud aduenit tempus, in quo fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Interim pernitiosus est iste appetitus lucendi: feruere enim multo melius. Denique, si tam vehementer splendorem desideras, quod videri vis, esse curato: & primum quære feruorem, nec dubium quin & splendor adiiciatur tibi. Alioqui in cassum laboras, quia vanus splendor absque feruore. Mutuata aut certe simulata lux est, quæ non ab igne procedit. Hæc ille. Offert se nunc postremo quartus hominum ordo, priores consequens: in quo sunt qui ardeant simul & luceant. Ardent intus spiritu charitatis, & foris exemplo feruoris lucent. Horum omnium longe præstantissimus fuit Christi Baptista Ioannes, cuius triplicem ardorem, triplicemque lucem sermone quodam luculentissimo & lectu digno B. Bernardus describit: Ardebat namque in seipsum, in Christum, & ad proximum. Ardorem

P. 1. Cor. 13 — Ardentes, sed non lucentes. — Matth. 5. Lucæ 8 — Bernard. — Matth. 13 — Ardentes simul & lucentes. — Bernard. Ardor Ioannis triplex quo nobis luceat.

eius in seipso testantur circumspectio sui prouida, & pœnitentia vehementer austera. Quæ nobis quomodo luceant, quomodove ad imitandum alliceant, videamus. De sanctis parentibus natus Ioannes, idemque spiritu sancto plenus, infra ætatem denique (quæ seculo possit inquinari) constitutus non modo carnis illecebras, verum parentes etiam, cognatos, ac mundum vniuersum abdicans, confestim ad eremum confugit. Vbi pœnitentiam sibi arctissimam, non ad eluenda, sed cauenda peccata instituens, neque manducat neque bibit, & cætera, quæ vel Euangelista, vel Christo enunciante didicimus, obseruat. Quod igitur puer pene infans ad eremum se recipit, delinquendi occasiones (tametsi gratiam diuinæ benedictionis super se non ignoraret) euitans, quid aliud hoc ipso nos docet, quam neminem ita de diuina gratia debere præsumere, neminem adeo se diuina custodia munitum credere, vt gratiæ soli innitens, timorem, studium, industriam propriam velut securus omniaque deponat? Quamuis enim præcipuum hoc diuini sit muneris, vt peccatis abstinentes, bonum operemur, absque tamen proprio conatu & studio, neque aduenit, neque manet virtus, quin etiam nec gratia perseuerat. Hoc pensabat B. Ioannes puer ad eremum confugiens. Sentiebat id ipsum sanctus quidam (ni fallor) beatus Rogerius, ordinis diui Francisci, castitatis dono tam excellenter, quam singulariter præditus. Hic tametsi citra nauseam non posset mulieribus loqui, atque etiam si quando loqui cogeretur, castior rediret: nullius tamen fœminæ, atque ne matris quidem (licet admodum & sanctæ & vetulæ) vultum voluit contueri. Qui cur tam arctam sensibus suis custodiam indixisset interrogatus (quippe qui diuinum in se castitatis munus sentiret, abessetque periculum) respondit tamdiu in homine gratiam perseuerare, custodiaque dominica hominem non deseri, quanto sibi tempore vigilaret, ipse faciens quod in se est, & delinquendi pericula, occasionesque euitans. At vero si circa seipsum negligens cœperit fieri, & quæ potest, cesset facere, amplius Deum non habebit custodiæ debitorem, quin potius iustum erit illum suis viribus derelinqui, quibus ne ad momentum quidem stare poterit illæsus. Huius itaque & maxime Ioannis vigilans ac prouida sui circumspe-

Circumspectio Ioannis prouida quæ luceat nobis — Lucæ 7 Matth. 3 Marci 1 Lucæ 3 — Præsumendum non esse de diuina gratia. — Paradig. — Castitas B. Rogerii singularis — Gratia custodiaque diuina quandiu perseueret in homine. — Occasiones peccandi rescindendas esse.

ctio docet nos imbecillitatem propriā indefinēter expertos, nosipsis inuigilare, delinquendique occasiones aut emendare, aut rescindere. De hoc satis. Porro, quantum ad austeritatem pœnitentiæ beati Ioannis attinet, quomodo & hæc nobis luceat, mellifluus explicat Bernardus, dicens: Considera hominem angelico promissum oraculo, cōceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine mirare pœnitentiæ feruorē. Victum & amictum, ait Apostolus, habentes, his contenti simus. Apostolica perfectio ista est, sed Ioannes etiam contempsit. Deniq; audi dominum: Venit, inquit, Ioannes nō manducans nec bibens, plane nec vestiēs. Sicut enim non est locusta cibus nisi aliquorum forte irrationabilium animalium: sic nec pilus cameli humanum est indumentum. Incentiuum id mihi est feruoris, & materia humilitatis. Quis enim in nobis est, fratres, qui Ioannis pœnitentiam intuens, suam non dico magnificare, sed alicuius saltem momenti ęstimare pręsumat? Quis audeat murmurare in laboribus suis & dicere, Satis est, quod patior, nedum nimis? Quæ enim homicidia, quæ sacrilegia aut flagitia sic puniebat Ioannes in seipso? Accendamur ad pœnitentiam, fratres, & quicquid in nobis minus est seruoris, humilitas suppleat puræ confessionis. Hæc ille. Sequitur autem nunc feruorem Ioannis considerare ad Christum. Atque hunc indicant nimirum deuotissima ipsius humilitas, alacritas, ac plane feruidissima pietas in eū. Humilitas sane vel hinc nobis manifesta est, quod cum tātus esset vt putaretur Christus, corrigiam calciamentorum eius soluere indignū se profitetur, quod eundem baptizare trepidat, quod deniq;, licet fulgidissima lucerna ardens & lucens ante oculos hominum, sicut non appetit, ita se lucere nescit. De hoc Bernardus: Lucet, inquit, Ioannes, tanto vtique clarius, quanto amplius feruet: tanto verius, quanto minus appetit lucere. Fidelis lucifer, qui solis iustitiæ non vsurpare venit, sed prænunciauit splēdorem: Nō sum, inquit, ego Christus. Venit fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. Et illud: Ego baptizo vos aqua: ille vos baptizabit spiritu sancto & igne. Ac si manifeste lucifer dicere videatur: Non sum ego sol. Lōge alium videbitis eum, in cuius comparatione tenebræ sum, & non lux. Hæc ille. Iam vero & hic deuotionem eius feruentissimā ac pietatem in Christum sentimus. Clarius autem si ipsius necdum nati in vtero ad Christi præsentiam exultantis motum & iubilum recolimus, si de voce sponsi gaudium eius animaduertimus, si deniq; commendationem & prædicationem eius de Christo attendimus. Quę certe omnia nobis lucens: quandoquidem nisi lucerent, non animaduerteremus. Restat igitur nunc tandem feruorē eius ad proximū cōsiderare, quem zeli vehementia, iustitiæ amor, & veritatis vsq; ad mortem susceptā constātia indicauit. Arguebat Iudæorum duritiam, non parcebat pharisęorum arrogantiæ, Herodis lasciuiam increpabat. Nō illi cultus deserti, non singularitas propositi, non regis potentia, neq; exhibita sibi reuerentia, nō minax adulteræ crudelitas, non deniq; intentata mors poterant persuadere, vt animarum periculum, iustitiæ cōtemptum, Dei iniuriam dissimulās præteriret. Hęc, fratres charissimi, cūcta breuiter perstringens magis indicaui, quā explanaui. Faciat Deus vt in nobis aliquādo inueniantur, quæ in beato Ioanne modo veneramur, præstante eodē domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per infinita seculorum secula, Amen.

Marginalia: P — Pœnitētia B. Ioannis quam austera fuit. — Bernard⁹. — 1. Tim. 6 — Lucæ. 7 Matth. 3 — Matth. 11 — Feruor Ioannis ad Christū. — Humilitas Ioannis quanta fuerit. — Bernard⁹. — Ioan. 1 Matth. 3 — Lucę 3 — Q — Deuotio Ioānis Christ. quanta erit. Lucæ 1 Matth. 11 — Lucæ 3 — Feruor Ioannis ad proximū. — Matth. 3 Lucæ 3 Marc. 6

SERMO II. IN EADEM festiuitate. Ordines omnium sanctorum vt D. Ioānes Baptista præcellat: quonam sit vsus baptismo, vtq; nouem modis fuerit singulariter magnus.

R

INter natos mulierū non surrexit maior Ioāne Baptista, Mat. XI. Multos quidē fratres charissimi ante natū dñi præcursorē Ioannē, cuius nūc solennitate lætamur, in veteri testamēto cōmendatos legimus, sed neminē pinde, vt eundē ipm ꝟbis dñi Iesu, quę iam iam audistis. Laudatū à Deo Noe scriptura cōmemorat, qñ dñs ait ad illū: Te vidi iustū corā me ex oībus gētibus. Moses item insigni affectus est laude, dicēte de illo dño ad Aaron & Mariam: Si qs inter vos fuerit ꝓpheta dñi, in visione apparebo ei, vel per somniū loquar ad eū. At

Marginalia: Gene. 7 — Numer. 12

non

nõ talis seruus meus Moses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore eñ ad os
Numer.12 loqr ei. Itemq;: Erat Moses vir mitissimus super oẽs homines, q morabant in terra.
Psalm. 88 Actor.13 Dauidem etiã dñs laudauit, dicens: Inueni hoĩem scdm cor meũ. Habet & S. Iob laudes suas, cõmendante illũ dño his ṽbis a-
Iob,1 pud Satã: Nunqd cõsiderasti seruũ meum Iob, ꝙ nõ sit similis ei in terra, vir simplex ac rectus, & timẽs Deũ, & recedẽs à malo? In nouo etiam Testamẽto eximĳs q̃sdam dñs encomĳs honorasse legit, sed q̃ nõ ptingãt vsq; ad laudes Ioãnis. Habes illic te
Ioan.1 stimoniũ dñi de Nathanaele, q̃d fuerit ṽe Israelita, doli expers. Fit etiã ibidẽ honori
Matth.8 fica mentio Cẽturionis, affirmãte Saluatore se tantã fidẽ non inuenisse in Israel, q̃ntam in illo. Veꝶ q̃uis pclaræ sint hoꝶ laudes & encomia, nihil tñ habẽt simile laudi bus S. Ioannis. Alĳ qdem ob peculiares & priuatas quasdã virtutes & excellentias cõ mendati sunt: at Baptista Ioannes in cũctis fuit magnus, & in oĩbus laudabilis: Itaq;
Matth.11 de eo solo dixit veritas infallibilis: Inter natos mulieꝶ nõ surrexit maior Ioanne Baptista. Tanq̃ diceret: Quãuis alĳ coram me magni sunt, nõ tñ est qsquam maior Ioanne. Nam si laudat humilitas, qs Ioanne de-
Ioannis Baptistæ humilitas quanta. missior? q nõ solum supioribus, aut æqualibus, sed etiam inferioribus se postposuit q̃n interrrogatus à Iudæis, num Christus
Ioan.1 ipse foret, rñdit: Nõ, num Helias, rñdit similiter: nũ deniq; propheta, idẽ respõsum reddidit: cum tñ meo iudicio, q non erro,
Lucæ 1 Matth.11 qa veritas sum, in spiritu & virtute Heliæ ipse venerit, & nõ modo ppheta sit, sed &
Ioannis Baptistæ castitas quanta plus q̃ propheta. Quod si pdicatur castitas in q̃ tanta puritas, tanta relucet integritas atq; in Ioãne, q nõ attactum solũ, sed & aspectum fugit fœminaꝶ, adeoq; in tenerrima ætate fugit in eremũ mũdo penitus relicto? Si sobrietas, si abstinẽtia, si dura corporis afflictio laudat, vbi q̃so similis inueniri põt illi, q̃ fuit in Ioanne? q pœnitentię deditam vitã ante amplexus est, q̃ pctm̃ ppetrasset, q̃d esset pœnitentia expiandũ: vt vel hoc ipso tãto sit illius vitæ rigor laudabilior, quanto ipse innocẽtior. Et ne qs putet vulgarẽ fuisse illius pœnitentiã, me-
Matt. 3. 11 Lucæ. 7 marci 1 minerit vt Euangelista testat, cibũ eius fuisse locustas & mel syluestre. Potus hauddubie aqua fuit: totũ corpus opuit ciliciũ de pilis cameloꝶ cõfectũ, q̃d stringebat zona pellicea, vt fortius corpori adhęreret, & carnẽ innocentẽ sua aspitate cõtereret. Stratũ illi fuit specus subterraneus, aut nuda humus. Deniq; annos XXV. ab hoĩm conui Lucæ 1
ctu separatus, vixit solus in deserto. Iã si rectitudinis zelũ & iustitiæ amorem spectemus, is q̃q; in Ioanne pcipuus apparet. In- Matth.3 marci 1
de est, ꝙ tã cõstanter pharisęoꝶ supbiam, Iudęoꝶ duritiam, & Herodis adulteriũ re Matth. 14
phendit. Quę res illi carcerẽ & mortẽ pepe Marc.6
rit, dũ p iustitię & castitatis patrocinio ac defensione neci datus est. Ea de re in scriptura lucerna ardẽs & lucẽs appellat. Por- Ioan.5
ro excellentẽ eius patientiã & mãsuetudinẽ haud obscure declarauit dñs, q̃n mortẽ illius nõ sine gemitu cõmemorans, ait ad Matth.17
discipulos suos: Helias iam venit (Ioannẽ intelligi voluit) & fecerũt in eo q̃cũq; voluerũt. Deniq; alĳ sancti, singuli singulos
ferme habẽt gradus & ordines, q̃n alĳ sunt angeli, alĳ apostoli, alĳ euãgelistę, alĳ martyres, &c. Ioannes oĩbus clarius existit. Ipse est angelus, nõ qdem natura, sed ob legationis officiũ, & munditiã angelicæ puritatis. De eo eñ dicit apud Malach. Ecce ego Malach.3

S Ioannes vt in se omnium ordines sanctorum contineat.

mitto angelũ meũ, q pparabit viã meã ante faciẽ tuã. Ipse est & ppheta, imo, vt Chri Matth.11
stus ait, plus q̃ propheta. Ipse Euangelista qa legẽ euãgelicam docuit. Ipse apostolus, imo & apostoloꝶ dux, q̃n nõ solũ populũ ad Christũ traxit, sed & apostolos q̃sdam, Ioan.1
nẽpe Petrũ, Andream & Philippũ ad Christũ transmisit, illique docuit adhęrere. Ipse martyr, cõfessor & virgo excellentissimus vt potestis ex supradictis colligere. Merito ergo singulari q̃dam rõne cõmendatus est, q tam singulari fuit excellẽtia sctĩtatis pditus, adeo vt nihil ipsi defuerit vel de cõ muni, vel priuata sctĩtate cęteroꝶ. Quanq̃ pter simplices admonendi estis charissimi, ne qs p hęc ṽba qbus dicit nemo surrexisse maior Ioãne Baptista inter natos mulieꝶ, putet eũ vel Christo, vel virgini matri siue antelatũ, siue æqparatum esse. Loqtur eñ hic dñs de natis mulieꝶ, vnde manifeste & seipm̃, & matrẽ excepit. Quamuis eñ eximia sit S. Ioãnis sctĩtas, nõ tñ vlla rõne est Christo cõparandus, & multis modis à matre dñi superat. Nam ad minus nõ caruit culpis venialibus: atq; mater Dei nullam vnq̃ cuiuslibet culpę maculam cõtraxit: vt interim de cęteris taceam, qbus longe supior est Ioanne, sicut & alĳs creaturis oĩbus. Porro, vt manifestius possitis intelligere, q̃ magnus fuerit beatus & reueren-

Sanctitas sancti Ioãnis q̃rum sanctitatẽ nondum attigerit.

dus Christi Baptista Ioannes, quędam hic cõmemoranda sunt, ex qbus id pspicue elucescat. Primo itaq; magnus fuit rõne annunciationis suę. Nã ab eodẽ angelo eius pnunciata est cõceptio & natiuitas, à q & Christi, nẽpe Gabriele: nec hoc loco vulgari, sed sctissimo, puta añ arcam intra sancta sanctorum, q solus põtifex semel in anno ingrediebat: itẽq; tẽpore sacro, & cũ insigni miraculo, qñ Zacharias pater eius linguæ officio priuatus est ob incredulitatem.

Ioannes vt magnus fuerit ab annunciatione. *Lucæ 1. Exodi. 30 Hebræ. 9*

T Scdo, magnus fuit ex cõceptione, qa pter naturę ordinẽ & vsum conceptus est à matre sterili & sene: ac non multo post intra matris viscera purgatus est à culpa originali, dicente de illo spũ sctõ p S. Hieremiam: Anteq̃ exires de ventre, sctificaui te. Et ita si mortuus fuisset in vtero, descendisset ad sctõs patres in limbũ, qui dicit sinus Abrahę, vbi nõ erat aliq poena sensus, sed tñ expectabant redemptionem humanæ naturę in reductionem in paradisum p Christi mortem. Quod sane nõ contingit aliis infantibus vel sine circũcisione ante natũ Christum, vel sine baptismo post mortem Christi hinc emigrantibus, vtpote qui ob pctm originis nõ possunt venire ad cõspectũ Dei: nec tñ poena sensibili cruciant, si sine proprio pctõ decedant. Ita ergo S. Ioannes in matris vtero repletus est spũ sctõ: nec solũ sancti spũs inibi gratiã pcepit, sed etiã vsum gratiæ: vñ factum est, vt p sentiã saluatoris per os virginis salutantis Elizabeth agnosceret, simulq; exultaret, vt est apud Lucã.

Ioãnes vt fuerit magnus ex cõceptione. *Hiere. 1.* *Lucę 1*

Tertio, magnus fuit in sua natiuitate: qa in hunc mundũ mũdus. i. liber à culpa pgressus est: atq; pater eius Zacharias ita vt à spiritu doctus erat, nomẽ eius scripto expssit cũctis stupentibus: itẽq; mater Elizabeth idem nomẽ nõ à marito, qa mutus erat, sed à sctõ spiritu edocta pnunciauit puero imponendũ. Ad hæc mox vt Zacharias filii vocabulũ declarauit, solutũ est vinculũ linguæ eius, & loqbatur bñdicens Deũ, atq; canticũ illud ppheticum: Benedictus dñs Deus Israel, plenus spũ sctõ deprõpsit. En q̃ multa hic cõcurrunt mira & inusitata, quę S. Ioannẽ vehementer illustrant.

Ioãnes vt fuerit in natiuitate magnus. Lucæ 1

V Quarto, magnus fuit in sua conuersatiõe. Siqdem arduam, inculpatã, purã & sanctissimã duxit vitam. Cũ eñ plus minus qnq; esset annorum, relictis parentibus, q̃uis sctũs & spiritu sctõ plenus, mundoq; vniuerso cõtempto, abscessit in eremũ, & ibi annis XXV. aut circiter in maxima vitę austeritate perseuerauit. Quid hic dicamus nos miseri, nos vitiis pleni, q vix bñ viuẽdi prima initia tenemus, q à pfecta cõuersione lõge absumus, & tñ nolumus agere poenitentiã, fugimus qcqd carni molestum est, quicqd sensibus aduersat? Sed reuera si poenitentiã agere velimus, sine q̃ nõ põt esse reditus ad gratiam post peccata, nõ debemus mollia & delicata ac sensibus plausibilia sectari & aucupari: non est eñ pœnitẽtia carni delectabilis, sed amara. Nam si carnẽ delectat, nõ est pœnitentia: debet nihilominus esse spũi delectabilis. Quę vero est illa pœnitẽtia, si ad oẽm tristẽ euentũ, si ad quãlibet occurrentẽ aduersitatẽ q̃rimur, dolemus, murmuramus? Si nos peccasse pœnitet, cur impatienter ferimus flagella Dei, aut afflictiões psentis vitæ, cũ tñ nõ ignoremus nihil aliud deberi nobis post peccata admissa, q̃ cruces & flagella? Si sancti & innocẽtes pleriq;, atq; etiã hic B. Christi Baptista, tñ egerunt pœnitẽtiam, tot tantaq; ppessi sunt, vbi obsecro cũ nostris pctis & sceleribus manebimus? Non est satis à Christo nos dici Christianos, & fidẽ tenere Christianã, nisi splendidũ nomẽ splendidi q̃q; mores & vita sctã exornent.

Ioannes q̃ fuerit in sua cõuersatione magnus. *Pœnitẽtia vera vt necessario sit naturę molesta, spũi iucunda.*

Quinto, fuit Ioãnes magnus ex actu illo singulari, quo dñm Iesum baptizauit. Qđ quidẽ summa cũ humilitate & reuerentia fecit. Vñ ait ad dñm baptizari volentem: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Magna profecto fuit Ioannis humilitas, qua sic pertimuit dominum baptizare: sed longe maior humilitas Christi, qua voluit aquis tingi, cum non haberet opus, vtpote agnus sine macula.

Ioannes vt fuerit ab actu baptizandi. Matth. 3

X Obiter possunt hic quædam quæstiones incidere, Qualis fuerit baptismus Ioannis, an sit idem cũ baptismo Christi. Quo baptismo Christus fuerit baptizatus, an eodem quo reliquus populus, nempe baptismo Ioannis, vel suo, quo nos baptizamur? Ad primam quæstionem paucis respondendum est, Baptismum Ioannis non fuisse sacramentum, q̃ gratia conferretur, vel quo peccata siue originis, siue propria remitterentur. Baptizauit autem Ioannes, quia sic erat diuinitus præordinatum, vt Christũ ipse baptizaret. Christus enim suũ baptisma, q̃ ab omnibus peccatis mundaremur, & in mẽbra ipsius & Dei filios trãsiremus, instituturus, voluit ipse prior baptizari, vt in

Baptismus Ioannis vt nõ fuerit sacramentum.

scipso

seipso impleret, quod erat aliis pcepturus: atq; etiã vt sacratissimæ carnis suæ cõtactu aquas sanctificaret, vimq; illis regenerãdi tribueret, id est, vt cum prolatione & debita forma verbo℞ virtutẽ habeantexpiandi hoĩem à pctis, & gratiã cõferendi ex merito passionis & sanguinis Christi. Neq; tñ solus voluit Christus à Ioanne baptizari, ne, q̃d D. Augustinus annotauit, hoĩes putarent Ioannis baptismũ pstantiorem esse Christi baptismo. Scd'o, baptizauit Ioãnes vt hoĩes ad Christi suscipiendũ baptisma p pararet: q̃d sane nõ faciebat ipe baptismus Ioannis, q nõ cõferebat aliquam gratiam, sed illa feruens & vehemens pdicatio Ioãnis, q̃ hortabat hoĩes ad agendã pœnitentiam, & ad credendũ in dñm Iesum. Quãobrem dicebat etiam baptismus pœnitentiæ, non q̃d pctã ablueret, sed q̃d illo suscipiẽdo hoĩes velut inducebant ac testabant se pœnitentiam acturos. Vñ non baptizabant illo paruuli, qbus nõ erat opus pœnitẽtia. Quos aũt Ioannes tingebat aqs, eos porro mittebat ad Christũ, dicẽs: Ego baptizo vos in aq̃, ille vos baptizabit in spũ sancto. Qd' ad alterã q̃stionem attinet, nõ fuit Christus suo baptismo baptizatus, q̃ gratia recipit, q̃ Christus semp plenus erat sed baptismo Ioãnis, qui velut q̃ddam pœnitentię signum erat. Id aũt fecit Christus causa humilitatis, vt nobis exẽplo suo consuleret, & etiam ob alias ante dictas rõnes.

Augustin.

Baptism' Ioannis q̃ spectarit.

Christus cur voluerit à Ioanne baptizari.

Y

Sexto, fuit Ioannes magnus in pdicatione. Nanq; anno ętatis suæ trigesimo cepit pdicare & dicere, q̃d appinquaret regnũ cœlo℞. Iucunda vox, & quę ad id vsq; tẽporis nunq̃ esset audita: soli pcursori seruata, ex cuius sacrato ore prima sonaret. Multi pcesserant patriarchæ & prophetæ, qui populum ad agendam pœnitẽtiam & ad colendũ digne Deũ erãt adhortati: sed nusq̃ habita est mẽtio appropinquãtis regni cœlo℞. Ex Ioanne primũ auditur vox salutis, vox exultationis: & cõgrue quidẽ: qa tempore gratię, q̃d cepit à Christi incarnatiõe, ille primus natus est sctũs. Qualis aũt, & q̃ strenuus, q̃ rectus, q̃ feruidus fuerit in pdicatione, q nosse volet, legat Euangeliũ. Septimo, fuit magnus in morte. Preciosa in conspectu dñi, ait Propheta, mors sctõ℞ eius: tanto aũt pciosior, quanto huius mundi iudicio abiectior & despectior. Vnde mors Christi qa ignominiosissima, etiã longe ptiosissima fuit. Mors q̃q; sancti Ioannis eo noĩe pciosa est valde, qa admodũ contemptibilis & indigna p humana existimatione. Non enim solum occisus est pro iustitia, veritate, castitate, sed etiam, q̃d vehementer dolendũ est, cum esset vir tãtus tamq; insignis peremptus est in pcium saltantis puellę vilissimæ. Octauo, fuit magnus in sua ad inferos descensione. Mox eñ vt occisus fuit, deportata est sanctissima anima illius in sinum Abrahę, vbi sancti patres Christi aduentum pstolabãtur. Quamuis enim & ab originali & actuali pctõ esset repurgatus, tamen natura, quæ illi cum oĩbus erat cõmunis, nondum fuit recõciliata Deo per mortẽ Christi. Vt ergo antecesserat Christũ nascẽtem, baptizantem, docentem in terris, ita & morientẽ pcucurrit, certissimũ apportans nũcium patribus in limbo detẽtis, Christum venisse, & se breui sequutu℞ esse. Nono, deniq; excellenter magnus nunc est in regno cœlo℞, vbi maxima fruit gloria & beatitudine. Affirmant doctores nõ pauci luciferi locum, id est, supremum chori Seraphici eum obtinere. Non eñ debet ille locus manere vacuus. Nec tamen conuenit Christo, q est ad dexteram patris: nec virgini matri, quę choros oẽs transcendit. Ergo nemini rectius q̃ illi, q̃ nemo surrexit maior. Nõ eñ erunt duo pcise æquales in cœlis, vt ait magnus Dionysius. Si ergo nemo illo est maior, cõsequens eum esse summum. Si dicas, Ecqd inde habet dignitatis q̃d primam occupat sedem? Multum pfecto habet, nempe oẽ illud, q̃d erat habiturus lucifer, si pstitisset. Lucifer si pseuerasset, fuisset primus & supmus dux, princeps, magister & doctor oĩm angelo℞, cunctis aliis potentior, habuissetq; alios moderari ac illuminare, & ipse non nisi à Deo regeret ac illuminaret. Fuisset item aliis oĩbus pulchrior, illustrior, purior, ardẽtior, in amore pfectior, atq; ita ipse alios purgasset, illuminasset ac pfecisset: deniq; aliorum oĩum inferio℞ pfectiones ipse habuisset. Si ergo S. Ioannes, vt pie credimus in eius est locum subrogatus, cunctis his pditus est bonis. Quod tum vtrunq; se habeat, id certo certius est, eum sicut maximus in terra meritis & incõparabili abundauit gratia, ita nunc pcipuo pręmio & inæstimabili gloria refulgere in cœlis. Quapropter oremus eum dilectissimi, vt nobis apud Deum suis meritis & pcibus auxilio sem-

Ioãnes q̃ fuerit magnus in pdicatione. Matth. 3 Marc. 1 Lucæ 3

Ioãnes vt fuerit in morte magnus. Psalm. 115

Matth. 14 Marc. 6

Ioãnes vt fuerit magnus in descensu ad lymbum.

Ioannis beatitudo q̃ sit magna.

Ioãnes in cœlis vt sit supremus post Christũ & virginem Mariam. Dionysi' martyr.

semper esse digneť ad laudem & gloriam creatoris, q eſt bñdictus in ſecula, Amen.

IN SOLENNITATE SANCTORVM APOſtolorum Petri & Pauli, lectio Actuum apoſtolorum epiſtolæ loco Actorum duodecimo.

VIII. IN diebus illis, Miſit Herodes rex manus, vt affligeret q̊ſdam de Eccleſia. Occidit aũt Iacobum fratrẽ Ioannis gladio. Videns aũt, quia placeret Iudæis, appoſuit & pr̨ehendere & Petrũ. Erãt aũt dies azymorũ. Quẽ cum apph̃endiſſet, miſit in carcerẽ, tradẽs quatuor quaternionibus militũ cuſtodiendũ, volens poſt Paſcha ꝓducere eum populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere: oratio aũt fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum ꝓ eo. Cum aũt producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebãt carcerẽ. Et ecce angelus dñi aſtitit, & lumẽ refulſit in habitaculo: pcuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicẽs, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi, Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebať eum, & neſciebat qa verũ eſt, q̃d fiebat per angelum, Exiſtimabat autem ſe viſum videre. Trãſeuntes autẽ primã & ſecundã cuſtodiã, venerunt ad portã ferreã, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ vltro aperta eſt eis. Et exeuntes ꝓceſſerunt vicum vnum, & cõtinuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit, Nunc ſcio vere, quia miſit dominus angelum ſuum & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A QVãuis hic dies excellentiſſimis duobus Chriſti apoſtolis, nẽpe Petro & Paulo dicatus ſit, tñ Eccleſia memor quãta p illos diuinitus bñficia cõſecuta ſit, noluit eis vnius diei impẽdere officium, ſed duos dies eorum veneratiõi deſtinauit, vel hoc ipſo ſatis indicans, quãtopere Chriſtianos omnes deceat his ſuæ fidei ꝑcipuis poſt Deũ autoribus ingentes & ſingulares exoluere laudes, ac gratiarũ actiones. Itaq; hac die eiuſmodi lectio Epiſtolæ loco recitať, quę ad vnũ D. Petrũ ptineat: craſtina ṽo talis, quæ nõ niſi vni D. Paulo poſſit aſſignari. Prouida mater Eccleſia ſancti ſpiritus ducta magiſterio celebrẽ tantorũ patrũ voluit ſeruari memoriã, nec pfunctoriã, ſed ſeriã & attentã à cũctis Chriſtifidelibus eis reuerentiam exhiberi. Huius quidem diei lectio ſimplex & plana eſt, tota hiſtorica, nec expoſitione indigẽs, quam tamen more noſtro paraphraſticõs reddemus. Herodes rex, non quidem ſecundi Herodis filius, ſed abnepos, filius aũt Ariſtobuli, quẽ Herodes Aſcalonita genuit, maligno incitatus ſpiritu (qui quod per ſe præſtare non poteſt, per membra ſua, nempe homines impios efficit) miſit manus nefarias, vt affligeret quoſdam de Eccleſia Chriſtianorum. Prædixerat hoc Chriſtus martyribus ſuis, paſſuros eos flagella, perſequutiones & mortem ipſam. Occidit autem Iacobũ fratrem Ioannis apoſtoli, filiũ Zebedæi, vnũ ex ſecretioribus Chriſti apoſtolis, ſicut aliq̃t Euãgelij locis eſt videre, gladio, id eſt, iuſſit eũ capite trũcari: nõ aliam ob cauſam, niſi ꝙ impius Iudęorũ põtifex Abiathar inuidia pcitus, quod plurimos ad Chriſti fidem traduceret, apud Herodẽ eum accuſari curauit: vnde pro pietate neci datus eſt. Videns autem quia placeret Iudæis, quibus dominabatur, appoſuit apprę̃hen

Herodes q̃ D. Iacobũ occidit q̃s fuerit.

Matth. 10
Lucæ 2[1]

Matt. 9. 16
Mar. 5. 14
Lucæ 8. 28

D. Iacobus cur occiſus fuerit ab Herode

apprehendere & Petrum, tanquam pcipuũ Christianæ professionis columen. O cæcam Herodis miseri insaniã. Modo placeat hominibus, nihil veret etiam innoxium fundere sanguinem. Vtrũ placet Deo vel displiceat, nihil illi curæ est, tm̃ vt auram quandam captet popularem. O quot huius farinę hoĩes etiãnum mundus habet. Quã multa fiunt diuinis humanisq; cauta legibus, solum vt hominibus placeatur. Et quid est obsecro placere velle hominibus in rebus illicitis, nisi seipsum Deo & bonis omnibus inuisum, dęmonibus autem ludum exhibere? O cæcas hoĩm mentes, o pectora cęca. Redite tandem præuaricatores ad cor. Potius velitis Deo & sanctis oĩbus placere bene agendo, quam diabolo & seruis illius illicita sectãdo. Erãt aũt dies azymorum.i. Pascalis solennitas, qbus iuxta legis decreta Iudęi, azymis panibus, qbus nihil fermẽti inerat vescebãtur. His verbis Euãgelista causam reddit, cur nõ statim eũ neci dederit. Hypocrita Herodes vt magis hoĩbus se se venditet, seruat vtrumq; extrinsecus legales ritus, sed intus in corde nequitiã & flagitia meditatur. Cum autem appręhendisset D. Petrũ, misit in carcerẽ, vilissimus scilicet regulus Ecclesiæ caput & principẽ ergastulo includens, cuius nõ erat dignus vestigia osculari, tradens eum quatuor quaternionibus militũ ad custodiendũ, fortasse vt p singulas noctis vigilias quatuor milites circa eum excubias agerent, ne quouis modo elaberet. Iam enim rumor sparserat multa D. Petrum mira egisse: quæ tñ impij nõ Dei virtuti, sed magicis artibus tribuebãt: volebatq; post Pascha pducere eũ populo. En hominem stultum & impium, nihil nisi populi fauorem etiam in re nefaria aucupantem. Et Petrus quidem Christi vicarius, Apostolici agminis princeps, seruabatur in carcere fortassis tetro & horrido: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Petrus pastor Ecclesiæ ouium ipsi commissarum pcibus seruari petit ne occidatur. Erat enim adhuc tenerę Ecclesię necessarius, & pij oẽs scientes illi à Christo commissam credentium omnium curã atq; præ cæteris clarissima eum fulgere miraculorum gloria, instantissime postulabãt à Deo, vt ex Herodis manibus eriperetur. Vbi apparet sane exemplum memorabile pij amoris ac reuerẽtiæ Christifidelium in pastorem suũ, ne qs putet parui pẽdendũ esse si Ecclesia suo pastore, Christi vicario principali destituatur. Sed væ tepori temporum horum, quibus populus nihilipendit pastores suos, dignus qui tyrannis Ethnicis vel Turcis excoriãdus tradatur. Simul etiam discimus, quid in rebus aduersis agendum sit: nempe ad Deum p continuas & feruentes recurrendum pces, vt is opem nobis ferat. Quod hodie Christianorum vulgus oẽs penitus negligere videtur. Multi sunt, qui toto anno vix vnã orationem attentis cordibus legant. Et qd adhuc miramur multis nos calamitatibus affici? Miremur potius, non diu orbem ob sua scelera sulphureis ignibus cõflagrasse. En misso in carcerem D. Petro tota Ecclesia ppetuis instat pcibus vt liberet. Hodie si tota Ecclesia maxime sit exposita piculis, vix rarissimæ fiunt pces, eædemq; tam frigidis & distractis animis, vt magis irã Dei, quam misericordiam prouocare quæãt. Digne ergo patimur si qd patimur. Si nos iram Dei vitę emẽdatione & pijs pcibus mitigare studeremus, non est abbreuiata manus dñi, vt amplius misereri nõ possit.

Cum autem pducturus esset Herodes Petrum morte plectendũ, in ipsa nocte erat idem Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem. O quãta est diuinæ gratiæ efficatia. Quõdam D. Petrus ita ancillæ ptimuerat vocẽ, vt amantissimum dominum & magistrum suum negaret: nunc in p̃sentissimæ mortis positus periculis, alto deprimitur somno securus sui, faciens quod Dauid hortatur: Iacta super dñm curam tuã. Vere hæc mutatio dextræ excelsi. O beatissime Petre magna est fiducia tua: tot vallatus custodibus, tot astrictus vinculis, tot expositus insidijs & periculis somno indulges, nihil scilicet mortem veritus, sed irridens potius, quicqd in te humana malitia conferre posset. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, id est, in carcere, quod tamẽ lumen solus Petrus vidisse dicitur: percussoq; latere Petri alto somno decũbentis, excitauit eum dicens: Surge velociter: & ceciderũt catenę de manibus eius, diuina virtute cõfractæ ac dissipatæ. Dixit aũt angelus ad eum: Præcingere & calcia te caligas tuas, id est, induc te caligas tuas. Et fecit Petrus sic. Et dixit illi angelus. Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me,

Placere velle hoĩbus quẽ fructũ pariat.

Esaiæ 46

Exo. 12. 23 Num. 28

Deut. 16

Act. 12. 3. 5. 10.

B

Ioan. 21

Act. 5

Pastores suos vt fideles in reuerentia habeant.

Orationibus quatenus insistendum sit

Esaiæ 59

C

matth. 26 marc. 14 Lucæ 22 Ioan. 18

Psalm. 54 Psal. 76

Et exiens sequebat angelum,& nesciebat quia reuera fieret,quod per angelum fieri cernebat. Existimabat autem se visum videre.Fortassis em̃ nondũ plene ab oculis somnũ discusserat.Certũ est em̃, & etiã q̃ti diano discitur experimento q̃dam in somno ambulare.Transeuntes autem primam & secundã custodiã.i.milites diuersis locis ad custodiendũ Petrũ collocatos, sed Dei virtute p̃peditos ne illũ videre possent exeuntẽ,venerũt ad portam ferream,quæ ducit ad ciuitatem Hierosolymam, eaq; porta vltro aperta est eis. Nihil enim potest dei virtuti resistere. Et euntes processerunt vicum vnum, & continuo discessit angelus ab eo iam plane sibi reddito. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio re vera, quia misit dñs angelum suum,& eripuit me de manu Herodis,& de omni expectatione plebis Iudæorum.En populus perfidus Petri necem sitijt, cui Herodes vt satisfaceret sicut supradictum est,misit eum in carcerem sed impius prius extinctus est,quam D.Petrum posset occidere.

EXEGESIS EVANGELIJ in eadem celebritate Matthæi XVI.

D — Conuenientissime hac die recitat S. Ecclesia Euangelium,vbi dñs Iesus D. Petro claues regni cœlestis tradidisse, & eundẽ totius Ecclesiæ principẽ instituisse narrat. Hæc nanq; maxime ornãt beatissimũ Apostolũ, vt non modo cum cæteris,sed etiam præ cæteris apostolis ligandi atq; soluendi autoritatem dicatur assecutus. Vere magna est D.Petri dignitas & excellentia,grandis autoritas,quam merito formidare debeat etiam oĩs dæmonum multitudo. Væ tibi Lucifer supbe & tumide,En piscator abiectus paup & humilis p sua modestia ac humilitate summum obtinet in Ecclesia principatũ,atq; in cœlis præcipuo fulget honore,te ob tuã intolerabilẽ supbiam in tartari profunda demerso.Ita nimirũ qui se humiliat, exaltabit,& q se exaltat,humiliabit.Piscator Petrus in sublime tollitur, supbus Lucifer ruit in ima.O altitudo sapiẽtiæ & scientiæ Dei,quam incomphensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Hominẽ rudẽ,simplicem,idiotã, pauperẽ, despectũ æterna sapientia,quæ minime fallit aut errat,ad tantũ erigit militantis ac triũphantis Ecclesiæ fastigiũ, & electissimũ ac nobilissimũ spiritũ sese insolenter erigentẽ infra oẽs depressit ac detrusit. Caueamus superbiam diaboli,& Christi imitemur humilitatem.Sup quem enim requiescet spiritus meus,ait dominus nisi super humilem & quietum? At nunc Euangelium tractandum suscipiamus.

[Margin: D.Petri apostoli autoritas & dignitas quanta — Luc.14.18 — Rom.9 — Esaiæ 66]

Venit Iesus in partes Cæsariæ Philippi, & interrogabat discipulos suos,dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?

Pijssimus humani generis redẽptor vltro citroq; p animabus cõuertendis infatigabili studio,& alacri feruore cursitabat, atq; per omnem Iudææ regionem obambulans, vbiq; oẽs ad agendã pœnitentiam hortabat.Missus em̃ erat ad reqrendas oues pditas domus Israel: Itaq; munus ipsi à patre delegatũ strenue exequebatur. Atq; inter hæc venit in partes Cæsareæ illius, q̃ Philippus Herodis magni filius restaurarat atq; amplificarat,& Tiberio Cæsari dicarat:ibideq; interrogauit discipulos suos quid de ipso dicerent homines.Sed cur interrogauit,quem nihil latebat? vt vera confessio suum haberet & meritũ & premium. Sic olim in paradiso dedit præceptum homini,ne ederet de arbore scientiæ boni & mali.Nõ poterat eos cœlo inuehere absq; illius præcepti adhibitione? Poterat vtiq; sed voluit etiam hominis accedere studiũ & obedientiam, vt aliquod meritũ existeret.Recte sane D.Augustinus. Qui creauit te,inquit,sine te, nõ iustificabit te sine te. Adhibendum est ergo diuinæ gratiæ liberum arbitrium, vt illius, iuxta Apostolũ cooperatores simus,ne inuacuum eam recipiamus.Nouerat dominus Iesus varias de se hominũ extare opiniones,& tñ ex discipulis nosse vult,quod melius illis nouerat. Itaq; ait:Quem dicunt hoĩes.i. vulgus simplex & indoctum esse filium hominis? Scribæ & pharisæi hic non commemorãt. Nãque illi indignissime de Dño sentiebãt:sed homines vulgares, qui non eãdem sequebantur sententiam, alijs atq; alijs aliter & aliter opinãtibus,errore potius, q̃ destinata malitia. Vocat aũt se filium hoĩs,nõ Dei pro sua modestia, ne quam dictis suis

[Margin: Matt.15 — Interrogauerit cur Christus discipulos suos. — Gen.2 — Augustin. — Arbitrium liberum hominis vt adhibendum sit Dei gratiæ — 2.Cor.6 — Filium hoĩs cur Christus noiet]

p se ferat arrogantiã. Humilis magister v-biq; & verbis & factis humilitatẽ docet, dãnat superbiam, diaboli plem, pcti radicem.

At illi dixerunt: Alij Ioannẽ Baptistam, alij autẽ Eliã, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis.

B Apud Euangelistam Matthæũ ita Matth.14 scriptũ inuenimus. In illo tẽpore, audiuit Herodes Tetrarcha famã Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operant in eo. Hũc ergo Herodis regis errorẽ etiã quidã e vuulgo imitabant. Libenter enim solent hoĩes simplices potentũ iudicio subscribere, vtpote q̃s tm̃ sapiẽtia, quantũ dignitate pstare putãt. Ita sæpe ad vnius impij regis 3.Reg.12 aut principis consiliũ vel iudiciũ iura ipsa mutant. Exẽplũ euidẽs est ĩ Hieroboã rege Israel, q facilime toto illo populo vitulorũ cultũ & veri Dei ac legis contemptũ psuafit. Alij dñm Iesum Eliã, alij Hieremiã, aut vnũ ex pphetis autumabãt. Audierãt nãq; vel legerãt horũ patrũ gesta, qbus cũ Saluatoris quædã facta similia cõsp cerẽt, ex illis eũ vnum aliquẽ esse credebãt. Nõdum em̃ erant intus illuminati neq; docti à patre, vt filiũ possent agnoscere. Tñ impijssimis Scribis & pharisæis hoc ipso longe præferendi, quod licet Christum non agnouerint, non tamen tam indigne, atque illi, de Matth.12 Lucæ 12 eo senserint. Et quamuis error iste culpa nõ caruerit, aberrat tñ ab illa blasphemia, q̃ dñs vocat irremissibilẽ, cuius pharisæi & Matth.12 Marc.3 Lucæ 11 scribæ rei erant. Isti nãque manifestis Dei operibus derogabant, nõ infirmitate, sed inuidentia & malitia superati, tribuẽtes ea Beelzebub principi dæmoniorũ. Volẽs aũt dñs discipulis suis insinuare eos vulgi opinionibus duci non debere, (à pharisæorũ nanq; & scribarũ malitia procul eos abesse nouerat) eorũ q̃q; fidem & meritum alijs iudicare cupiens, ait ad illos.

Vos autem quem me esse dicitis?

Vulgus hoĩm p suo captu de me sentit. Nõ em̃ nisi pauca quædã operũ meorũ pspecta habẽt: neq; possunt animũ erigere ad contẽplandam in me diuinã maiestatẽ. Exterius miraculis pascunt, neq; vltra pgredi unt vt ex ijs q̃ foris ostẽdo, ad interna & abdita puestigandã penetrent. Animalis em̃ 1.Cor.2 homo nõ pcipit ea quæ sunt spiritus Dei. Vobis aũt datum est nosse mysteriũ, Dei, vobis tanq̃ amicis meis nota feci oĩa quæcunq; audiui à patre meo, vobis etiã multa Matth.13 Marci 4 Lucæ 8 extra turbas locutus sum. Quẽ ergo vos me esse dicitis? Illi vt hoĩes humana de me Ioan.14 opinant, neq; vltra carnis oculũ sese norũt attollere. Vos aũt q secreta mea multa didicistis, quẽ me esse dicitis? Nõ mihi sufficit, vt eadẽ sentiatis, quæ vulgus sentit: sed maius aliquid à vobis expecto. Cui enim plus Lucæ 12 datum est, plus etiam requiretur ab illo.

Respondens Simõ Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui.

F Petrus tanq̃ os & caput Apostolici agminis, suo & aliorũ noĩe respõdet: Tu es Christus filius Dei viui. Confidenter respondet homo piscator, & q forte ne prima literarũ elementa nouerat: Tu es Christus filius Dei. Vnde hoc nouerat? Postea id intelligimus ex dictis ipsius Saluatoris. Quid hic dicturi sumus sapientes seculi huius? Anne gloriabuntur adhuc in ingenijs suis? Ecce piscator indoctus intelligit, quod nec tota Academicorũ & Peripateticorum schola vnquã vere perspexit. Miraculi plenũ est, quod homo intim̃ simplex Christi diuinitatẽ potuit intelligere, oĩ etiam hæsitatiõe penitus exclusa, cũ multi huius mũdi sapiẽtes, philosophi & principes eã nõ pspexerint. Vtiq; iã tactus erat D. Pe Ioan.6 trus à patre, vt veniret ad filiũ, cumque cognosceret. Non si non esset tractus, nec venisset: si non venisset, nec agnouisset, si nõ cognouisset, nec credidisset vnqnam. Gratias tibi domine Iesu, q vnum existens cũ Matth.11 patre abscondisti te à sapientibus & prudẽ Lucæ 10 tibus, & reuelasti te paruulis. Erant nũc scioli ex scientijs suis, tumidi & inflati, & glorientur se legisse libros philosophorũ, poetarum, imo & autorum omnium: D. Iesus simplicem piscatorem elegit, mundi sapiẽtes vanos & impios respuit. Atq; in hũc Simplicitas vera quæræ sit apud Deũ existimationis vsq; diẽ manifesta videmus per plures simplices magnis pollere virtutibus, doctos aũt & de sua sciẽtia tumidos ire per abrupta vitiorum & hæresum. Non tamen hic damnamus scientiam, sed dolemus plerosque id solum spectare vt docti euadant poro nihili pendere, vt probi sint. Scientia Sciẽtia qñ solũ sit vtilis & laudãda. vtilissima est, si ad dei & pximi charitatẽ syncere referat. Quæ si nõ spectet, topicũ est. Theologi, Iurisperiti, Medici, artium liberalium professores si non ei omnia sua studia

studia referãt, vt placeãt Deo, & iuxta Dei voluntatẽ ꝓsint ꝓximis inanissime omnẽ suã locant operam: & tandẽ non nisi supplicium reportabunt. Sed his obiter dictis ꝓpter arrogantes quosdam, q in multa lectione & eruditione sua gloriant, putantq; se melius nosse oĩa, q̃ quisuis alios (quæ causa est erroꝝ & hæresum oĩm) atq; p̃ se cęteros cõtemnũt, ad euãgelij explanationem reuertamur. Sanctus Petrus plenus certa ac indubitata fide, Christo interroganti, Tu es, inqt, Christus filius Dei viui, vtranq; naturã & diuinam & humanam breuissimis, sed grauissimis verbis confitens. Christus enĩ ad humanitatem, filius Dei viui ad diuinitatem ptinet. Deũ aũt viuum appellat, quia ipse vera est vita, & solus verañ habet vitã, solus habet immortalitatem, vt Apostolus ait, qui creaturis omnibus vitam tribuit, vtpote ex ipso tanquam sua origine dependẽtibus: ipse vero nõ nisi ex seipso subsistit. Beatus qui sic vitam exigit suam, vt huic viuo & vero Deo vitæ illius quadam felici & sempiterna participatione in cœlis coniugi mereatur.

Hæresum causa oĩm quænã sit

Fidei constantia in sctõ petro quãta fuerit

1. Tim. 6

Respondẽs autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Barsona: quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est.

G Beatũ vocat Christus S. Petꝝ, q̃d nihil offensus forma serui, nihil carnis infirmitate retentus Christum verum Dei filium agnosceret, crederet & confiteretur. Et reuera beatus merito dici potuit, quod ad tantam gratiam à Deo electus fuit, vt certa fide crederet esse Deum ac dominum suum, Messiamq; in lege & prophetis promissum, quem videbat non alium esse quã cæteros, esurire, sitire, edere, bibere, lachrymari, laborare, miserijs subiacere perinde vt cęteros. Totũ igitur hoc gratiæ fuit: quod etiam dñs mox declarat, ita addẽs. Quia caro & sanguis, id est, carnalis intellectus vel doctrina carnalium Pharisæorum non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Ille tibi lumen pręstitit, quo fretus me nosse potuisti, neq; nosse tantum, sed etiam amare. Pater reuelauit tibi, id est, intus perspicue intelligere ac firmiter credere fecit me esse filium suum, mundi redemptorem: idẽ ipse quoque pręstitit, vt me fide agnitum, etiam amore persequaris. Si enim nõ amares, non mihi perpetuo comes & discipulus adhæreres, nõ mecũ mũdi huius mala, Iudæorum odia, & pharisæorum persecutiones sustineres. Ergo sic debemus intelligere verba domini Saluatoris, nõ propterea eum dicere Petrum beatum, quod Christum nosset duntaxat, sed quod etiam mirabiliter agnitum, feruenter amaret. Verum dicat hic aliquis: Cur rudibus piscatoribus & idiotis pater reuelauit filium, & non potius philosophis, regibus, pharisæis & scribis? maxime cum per istos citius videatur fides Christi propagari potuisse, q̃ per illos? Quid Christus ad hæc responderit, iam ante dictum est: at nunc Apostolum quoq; quæstioni huic satisfacientem audiamus. Videte enim, inqt, vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potẽtes, nõ multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapiẽtes: & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Quoꝝ verboꝝ sentẽtia est: q̃ ꝓprio iudicio stulti, infirmi, ignobiles & contẽptibiles sunt, i. humiles elegi à Deo: q aũt suo & mũdi iudicio sapiẽtes, fortes, & grãdes sunt, i. superbos reprobari. Humilibus enĩ Deus dat gratiã, sup̃bis semp resistit. Humilitas Sauli regẽ fecit, sup̃bia e regni sede deiecit. Cũ paruulus esses in oculis tuis (ait samuel Sauli) caput ĩ tribubus Israel factus es. Sed quia abiecisti sermonẽ dñi, (aduerte contemptũ & superbiam) abiecit te dominus, ne sis rex. Sic humilima eadẽque longe sapientissima virgo Maria, Deposuit, ait, potentes de sede, & exaltauit humiles. Itaq; maluit Deus (quem propheta terribilem vocat in consilijs super filios hominum) pauperes & simplices ab initio eligere, quod talibus vt plurimũ amica sit humilitas: nõ aũt potentes & sapientes mũdi fastu inflatos, quod ij diuinæ gratiæ plerũque minime sint capaces.

Simplices rudesque discipulos cur Christus delegerit

Iacob. 4
1. Petr. 5

1. Reg. 15

Lucæ 1

Psal. 65

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris

super

ſup terrã erit ligatũ & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cœlis.

H His verbis aperte declaratur primatus Petri ſupra cæteros apoſtolos. Lutherani q̃a inuidẽt Romano põtifici Petri ſucceſſori, nõ ſibi tẽperare poſſunt, q̃ etiã ipſi ſanctiſſimo apoſtolo derogent. Sed omiſſis miſeris, illis, quos vtinam illuminet dñs Ieſus, nos Eccleſiæ catholicæ fidẽ & ſentẽtiã pferemus. D. Petrus antea Simon vocabatur: at q̃a eximiã de Chriſto ꝓtulit confeſſionẽ, nomen Petri optima mutatione hic accipit. Vocat em̃ dñs Petrum, q̃a cæteris conſtantiorẽ & eſſe & fore eũ pſpexit. Quod nos q̃q; re ipſa cõprobamus. Sedes Petri hodieq; in fide catholica perſeuerat, nec vllis frãgit aduerſarioꝶ inſultibus, cũ interim tot aliæ ſedes funditus euerſæ ſint. Tu es Petrus & ſup hãc petrã ędificabo Eccleſiã meã. Hæc verba q̃dam ad ſolũ Chriſtũ volũt ptinere, tanq̃ piaculũ ſit ea D. Petro accommodare, & tñ cõmuni oĩm & veterũ & recentiorũ Theologorũ ſentẽtia ipſi Petro tribuunt, vt ſit ſenſus dñs ſup eũ tanquã Apoſtoloꝶ caput & principẽ ſuã voluiſſe Eccleſiam ædificare: nõ q̃d ſit ipſe præcipuum Eccleſiæ fundamentũ, q̃d ſoli Chriſto conuenit, ſed proximũ à Chriſto. Imo non vni Petro tribuit, vt ſit Eccleſiæ fundamentũ, ſed etiã cæteris apoſtolis. In Apocalypſi ſic habes: Murus ciuitatis (de noua Hieruſalẽ loq̃t, q̃ vidit Ioãnes deſcẽdẽtẽ de cœlo) habẽs fundamẽta duodecim, & in ipſis duodecĩ, noĩa duodecĩ apoſtolorũ. Si ergo alij fundamenta Eccleſię vocãt, cur nõ magis. D. Petrus, q̃ apoſtolis oĩbus eſt excellẽtior. Quidã ex recẽtioribus, præclarus ſane & inſignis autor, verba iſthæc Chriſti ad Petꝶ: Tu es Petrus & ſup hãc petrã &c. ita exponit: Dicit Chriſtus Petro, Tu es Petrs &c. pinde ac ſi diceret: Tametſi ego ſim natura illa inuiolabilis, & firma petra, cui eccleſiaſtica inędificata domus aduerſus ingruentẽ vim omnẽ inconcuſſa & ſtabilis pmanet: ego ille lapis angularis, q̃ totius ædificij vnitatẽ cõtineo: ego quoq; illud fundamentũ, pter q̃d nemo poteſt aliud ponere, & in q̃ oĩs cõſtructa ædificatio creſcit in tẽplum ſc̃m̃ in dño: ego habeam clauẽ illã Dauid, q̃ apio & nemo claudit, claudo & nemo apit: tibi nihilo minus mecũ participatiõe cõmunia hæc erunt oĩa, q̃ mihi ſunt naturalia. Nã & tu petra es, ſup q̃ inædificata Eccleſia, nec infernaliũ poteſtatum vim ptimeſcet: tu lapis eccleſiaſtici ędificij cõpaginis vnitatẽ cõtines: tu deniq; fũdamentum etiã Eccleſiæ. Et tibi q̃q; dabo claues regni cœloꝶ, atq; eã autoritatẽ, vt q̃c q̃d ligaueris aut ſolueris in Eccleſia hoc ipſum ratum firmũq; habeat in cœlis. Hęc ille. I Et ne q̃s putet hãc expoſitionẽ ex illius cerebro natã, mox grauiſſimoꝶ, doctiſſimoꝶq; patꝶ ſentẽtijs eã pbat, q̃s nos hic ptermittimus. Veꝶ q̃ñ noſtris tẽporibus infelices q̃dã Ro. põtifici Eccleſię primatum, quem dñs Ieſus D. Petro tribuit, auferre moliunt, ea de re patꝶ ſentẽtias aliq̃t pducemus, vt norint fideles vnum eſſe in Eccleſia Chriſti vicarium pcipuum, eundemq; nõ alium q̃ ſc̃ti Petri ſucceſſorẽ, nẽpe Romanæ vrbis antiſtitem. Omnino em̃ fidelium omnium noſſe intereſt paſtorẽ ſuum Chriſti vicarium, ne ſint ſicut oues nõ habentes paſtorem. Quanta autem mala orian̄t, ſi ſũmus antiſtes nõ agnoſcatur, D. Cyprianus ſentẽtia memorabili inſinuat, 1. lib. Epiſtolaꝶ 3. Epiſtola ſcribẽs in hæc verba neq; em̃ aliunde hęreſes obortę ſunt aut nata ſunt ſchiſmata, q̃ inde q̃d ſacerdoti Dei non obtemperat, nec vnus in Eccleſia ad tẽpus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt epiſcoporum conſenſum iudicem ſe non iam epiſcopi, ſed Dei faceret: Nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris nouam hæreſim cõderet. Hæc D. Cyprianus doctiſſimus atq; ſanctiſſimus martyr & Epiſcopus. Adducamus nunc ſanctoꝶ patꝶ nõ oĩa, ſed pauca de Rom. pſulis principatu teſtimonia. Anacletus Rom. põtifex & martyr ſcribit his verbis: Sacroſancta Roma. & apoſtolica Eccleſia nõ ab apoſtolis, ſed ab ipſo dño & Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut B. Petro apoſtolo dixit: Tu es Petrus & ſup hanc petram ędificabo Eccleſiã meã. In opibus D. Athanaſij extat epiſtola vniuerſoꝶ Aegyptioꝶ Thebanoꝶ ac Libyoꝶ põtificũ ad Felicẽ Papã, vbi nedũ ſedẽ Rom. oĩbus antelatã cõſitẽt, ſed etiã miris efferũt encomijs, aiũtq; ita à ſc̃tis patrib9 ĩ cõcilio Nicęno definitũ.

Marginal notes: Petro Christus nomẽ mutauerit. — Eccleſia q̃modo ſit ſup petrã ædificata. — Apoc. 21. — Apoſtoli oĩs quõ eminent fundamenta eccleſię catholicę. Albertus Pighi9 li. 3. eccl. Hier. cap. 3. — Eſaiæ 28. 1. Cori. 3. Ephe. 3. — Apoc. 3. — Vicarius Chriſti ſupremus in eccleſia catholica q̃ſnam vere cẽſendus. — Ezech. 34. — Cyprian. Hæreſes oriri ex abſentia vel negligẽtia paſtoꝶ. — Anacletus martyr. — Matt. 16.

Nos ex illa Epistola pauca hic referemus: Similiter & à supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quisquam Episcopum aut Metropolitanum aut cõprouinciales vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso domino potestas ligandi ac absoluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa eñ firmamentũ à Deo fixum & immobile percepit. Quoniam ipsam formam vniuersorum titulorũ lucidissimam, dñs noster Iesus Christus cõstituit. Ipsa enim est sacer vertex & cardo, in quo omnes vertuntur, sustentantur & releuantur &c. deinde addunt: Tu es (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamentum tuũ Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi, qui Ecclesiã sustinere & proprijs humiris portare debent tibi sunt cõfirmatæ, tibiq; claues regni cœlorum commisit, atq; ligare & soluere potestatiue, quæ in terra & quæ in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum hęresum, & imperitorum atque omnium infestantium depositor, vt princeps & doctor, caputque omnium orthodoxorum doctrinę immaculatæ fidei existis. Hæc illi tam multi, tam sancti Episcopi in Alexandrina synodo vna cũ gloriosissimo fidei propugnatore Athanasio congregati. Possent hic innumera alia adduci testimonia, sed vitãda prolixitas est.

Romanæ sedis priuilegia & autoritas quanta

Matth. 16

K Porro quod dominus ait, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, de vitijs & erroribus, vel malorũ spirituum impugnationibus, aut tyrannorum persecutionibus accipiendum est. Et tibi, inquit, dabo claues regni cœlorum, p̃ cæteris excellentius: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris sup terrã, erit solutum & in cœlis. Ecce omnipotens Deus tãtam tribuit homini potestatem, vt quod is definierit, ipse sit in cœlis ratũ habiturus. Vtinam hæc attenderent, qui summũ Põtificem eiusq; excommunicatiões penitus nihilipendũt. Sentiẽt olim sentient, q̃ tremendũ, q̃ terribile sit à Christi vicario tradi satanæ, vel excõmunicationis sententia ligari. Sed qs hæc psuadebit occæcatis pectoribus? Libet hic in calce adijcere totius ferme Euangelij huius breuẽ sed elegantissimã explanatiõem sanctissimi Leõis papæ eius nõis primi ex sermone tertio ex passione dñica. Vnus, inqt, de toto mũdo eligit Petrus, q & vniuersarũ gentiũ vocationi, & oĩbus apostolis, cunctisq; Ecclesiæ patribus p̃ponatur, vt q̃uis in populo Dei multi sacerdotes sint, multiq; pastores, oẽs tñ regat Petrus, q̃s principaliter regit & Christus. Magnũ & mirabile huic viro dilectissimi, consortiũ potẽtiæ suæ diuina tribuit dignatio, & si qd cõmune cũ eo cæteris voluit esse principibus, nunq̃ nisi p istũ dedit, qcquid cæteris nõ negauit. Oẽs deniq; apostolos, qd de se opinent hoĩes interrogat, & tãdiu respondentiũ cõmunis est sermo, q̃diu humanæ intelligẽtię explicat ambiguitas. At vbi qd sensus habeat discipulorũ exigit, primus est in dñi cõfessione, qui primus est in apostolica dignitate & potestate. Qui cũ dixisset, Tu es Christus filius Dei viui, respõdit ei Iesus. Beatus es Simõ barIona, qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in cœlis est. Ideo beatus es, qa pater meus te docuit, nec terrena te opinio fefellit, sed inspiratio cœlestis te instruxit, & nõ caro & sanguis, sed ille tibi cuius sum filius vnigenitus indicauit & inqt. Ego dico tibi, hoc est, sicut pater meus tibi manifestauit diuinitatẽ meã, ita & ego tibi notã facio excellentiã tuã: Quia tu es Petrus. i. cũ ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, q facio vtraq; vnũ, ego fundamentũ p̃ter q̃d nemo potest aliud ponere: tñ & tu quoq; petra es, qa mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, tibi sint mecũ participatione cõmunia. Et sup hanc petram ædificabo Ecclesiã meã, & portæ inferi nõ p̃ualebunt aduersus eam. Sup hoc, inqt saxum, hanc soliditatem & fortitudinem æternũ construam templũ, & Ecclesiæ meæ cœlo inferẽda sublimitas in huius firmitate consurget.

Portę inferorũ quænam intelligantur

Sathanæ tradi à vicario christi p excommunicari quam sit terribile ac exe-crandum.

Leo Papa

Eph. Petr⁹ quõ à Christo vocat⁹ sit petra.

SERMO IN EADEM solennitate. Quantũ agniti debeãt Christiani oẽs, vt in S. Ecclesiæ catholicę vnitate permaneãt & de laude sctõrum Apostolorũ Petri & Pauli.

L

TV es Petrus, & sup hanc Petrã ædificabo Ecclesiã meã. Et portæ inferi nõ p̃ualebunt aduersus eã: Matth. XVI. Magna res est dilectissimi Ecclesia catholica, tantæq; firmitatis, vt nullis possit prumpi quantiuis sæuorũ hostiũ incursibus, nullis omnino fraudi

no fraudibus aut cuniculis vel dęmonum, vel malorum hominum euerti. Insurgāt omnes tartarei spūs, totus hic mūdus, i. vniuersa impiorꝫ caterua simul vno impetu totisq; viribus in Ecclesiā Christi incurrant, nihil tñ omnino illi obesse poterunt, sed velint nolint Petri nauiculam ad portum tādem qñque supnæ gratiæ pertingere ferre cogentur. Non enim fallit aut mentitur veritas quæ ait: Portæ inferi non præualebūt aduersus eā. Nihil aūt aliud est Ecclesia catholica, nisi fidelium collectio sancta, quę rectā de Deo fidem seruat, vera religione, Deum colit & adorat, vnum atq; idem sentit, & profitetur in ijs quæ ad fidei articulos & sacramentorum vnitatem pertinent. Est alia Ecclesia, quam scriptura synagoga satanæ, & Ecclesiam malignantium appellat, quæ purissimo veritatis fonte derelicto turbidam sibi haurit aquam, foditq; cisternas dissipatas, carnalium videlicet opinionum, ex insano nascentium cerebro humanaque conceptarum temeritate, plus suo iudcio, quam alijs qbusuis tribuente. Quę cum non regatur spiritu veritatis & pacis, in multa scinditur, nec vsq̃ ipsa sibi cōstat, sed pro varijs hoīm ipsi deditorum affectibus & iudicijs modo hæc, modo illa affirmat, eademq; paulo post aut negat, aut mutat. Quæ est origo cunctarum hæresum & errorum, omnis perfidiæ causa. Quam nos D. Paulus Apostolus fugere monuit, vbi ait scribens Timotheo: O Timothee depositum custodi, deuitās pphanas vocū nouitates. Quæ verba elegantissime exponens Vincētius Lyrniensis pietate iuxta ac eruditiōe clarus, ita ait: Deuita, inqt Apostolus, o Timothee q̃si viperā, q̃si scorpionē, quasi basiliscū, ne te nō solū tactu, sed etiā visu afflatuq; pcutiant. Quid est deuitare, Cū huiusmodi nec cibū sumere. Quid est deuita? Si qs, inqt, venit ad vos, & hanc doctrinā nō adfert. Quā doctrinā, nisi catholicā & vniuersalē? & vnā eandemq; p singulas ætatū successiōes incorrupta veritatis traditiōe manentē, & vsq; in secula fine fine māsurā? Quid tū? Nolite, inqt, recipe eū in domū, nec Aue ei dixeritis. Qui em̄ dicit illi Aue, cōmunicat opibus eius malignis. Prophanas, inqt, vocum nouitates. Quid est pphanas? Quæ nihil habēt sacri, nihil religiosi, ab Ecclesiæ penetralibus, q̃ est templū Dei, penitus extraneas. Prophanas, inqt, vocū nouitates: Vocū, i. dogmatū, reꝝ, sententiaꝝ nouitates, q̃ sunt antiq tati cōtrariæ. Quæ si recipiantur necesse est vt fides beatoꝝ patꝝ aut tota, aut certe magna ex parte violet: Necesse est, vt oēs oīm ætatū fideles, oēs scti, oēs casti, cōtinentes, virgines, oēs clerici, leuitæ & sacerdotes, tāta confessoꝝ millia, tāti martyꝝ exercitus, tanta vrbiū, tāta populoꝝ celebritas & multitudo, tot insulæ, puinciæ, reges, gētes, regna, natiōes: totus postremo iā pene terrarū orbis, p catholicā fidē Christo capiti incorporatus, tāto seculoꝝ tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse qd crederet, pnuncietur. Hæc ille. Quibus verbis graphice depingit hæreticoꝝ vitanda dogmata, vtpote ex ipsoꝝ insanis mētibus, nō scti spūs instinctu hausta ac ppalata. Itaq; fideles oēs summo debent studio, quātum sibi optāt ppitium habere Deū, & animas suas ab æternis inferoꝝ flāmis seruare immunes, ad id anniti, vt nunq̃ temere ab Ecclesiæ catholicæ psuasione se patianī abduci. Oportet enim hæreses esse vt & q pbati sunt, manifesti fiāt. i. vt quisq; quā tenax, & fidelis, & fixus catholicæ fidei sit amator appareat. Moueri aūt, omni doctrinæ vento, atq; instar arundinis quolibet aurę pulsantis flatu agitari, id vero leuissimæ mētis est. Solidandus ergo est animus, vt etiamsi angelus de cœlo aliud euangelizet, præter quā q̃d annunciatū est nobis, anathematis loco habeatur. Non mihi dicat quisq̃, En tot eruditi hoīes ita sentiunt, ita scribūt, aliq̃t etiā principes in hac sentētia sunt. Nūquā ergo eruditos eos dixerim, q à sanctorum patrū tot seculis receptis sentētijs nō vereni diuersum sentire, nec eos principes imitandos sentio, q impioꝝ hoīm adinuētiones totius Ecclesiæ consuetudini & sententiæ anteponunt. Si quæras, quāobrem docti errent, & potentes fallantur? Cito respondeo, doctos vel potius sciolos ob suam supbiam datos à Deo in reprobū sensum: potentes vero non omnes, sed q Deū non metuūt, ob voluptatū & vanitatū studia contemptos à Deo, atq; indignos qui veritatem pspiciant. Non est igit cur qsq̃ horū exēplo ab Ecclesiæ vnitate sese abiūgat. Qui semel in baptismo Christo nomē dedimus, in illius famulatu ad vltimū vsq; spiritū constanter pmanere debemus. Famulari autem Christo non potest, quisqs extra illius magnam domū, quæ est Ecclesia catholica, profugus abscedit. Credere q

cc dem

Ecclesia catholica quænam vere dicaī

Ecclesia satanæ & malignantium quæ nam dicaī Hiere. 2

1. Tim. 6

Vincentius Lyrnēsis

1. Ioan. 3 Dogmata hæretico rū quāto studio sūt omnibus vere catholicis vitāda 1. Tim. 6

M

1. Cor. 11

Ephe. 4 Matth. 11 Lucæ 7 Gala. 1

Docti qui nā vere dicantur

Stabilitate quanta opus sit in vera catholicaq; fide. 2. Tim. 2

dem potest, & Christũ q̃q; cõfiteri potest, sed seruus fidelis Christi esse nõ potest. Sicut membrũ si à corpore distrahat, nõ potest nõ emori: ita impossibile est vitam illi manere spiritualem, q ab Ecclesię cõsortio disiungit. Et tñ tales sunt hæretici oẽs, Iudæi & Ethnici, q tanto sunt à vera vita remotiores, quanto sese extra ouile Christi magis subducũt & abalienãt, Quorũ est reuera misera & ploranda cõditio, qñquidẽ etsi corpore viuunt, tñ spũ mortui sunt, & licet sæpe calamitosam atq; miserrimã ducãt vitam, multa q̃q; secundũ speciem p̃clara agant opera, dura & aspera multa patiant, noctes sæpe ducant insomnes studijs aut alijs intẽti laboribus, tñ post hęc oĩa mox vbi excesserint e corpore, ducunt in immane chaos tartarorũ, de p̃senti exilio, & miseria, ad æternas transeuntes tenebras, & ignem inextinguibilem, diabolo & angelis eis paratũ: At vero q in Christi ouili in Ecclesia sc̃tã catholica fortiter perseuerãt, & simplici fide, spe bona, synceraq; charitate dño adhærent ij ex capite Christo vitalem spiritũ, gratiã, virtutes & sancti spũs varia suscipiunt charismata, in ijsq; crescunt & augescunt: alij tñ plus alijs, prout quisq; ad eiusmodi influxũ p̃cipiendũ sese magis accommodat: atq; vbi hinc emigrarint, ad cœlestem dicuntur patriã, & gloriã sempiternam. Quod si q etiã interim minus bene viuant, tñ ab cõmunibus Ecclesiæ p̃cibus nõ excludunt, q̃diu ab Ecclesiastica vnitate diuisi nõ sunt. Atq; ita fit vt multo facilius possint effici capaces gratiæ, quam hæretici & alij penitus ab Ecclesia alieni.

Non vere catholicorũ oĩm q̃lis vita q̃lisq; mors — *Matth. 25* — *Catholicorũ vero q̃ vita ac mors q̃ felix*

N Hoc nimirum præstat vnitas corporis Christi mystici, in quo membra alia p alijs solicita sunt, & saniora infirmis studiosius subueniunt, vt possint sanitati restitui, donec tandem oẽs occurramus in virũ p̃fectum, quod erit in futura resurrectiõe mortuorum, qñ iam similes erimus capiti nostro, nec quicq̃ in nobis imp̃fectum reliquum erit. Hac ratione non solum qui adhuc temporariam agunt vitam, sed etiam q iam in cœlis beati viuunt angeli & spiritus hominum beatorũ, imo etiam ipsum caput nostrum D. Iesus Christus mira nobis beneuolentiæ & charitatis coniunctione deuincti sunt, semper solicitã nostri curam gerentes, vt ad ipsos p̃tingamus, idq; multo magis quam de illis q foris sunt. Nam & horũ quidem salutẽ diligunt, sed qa eos ab vnitate corporis, q̃d ipsi sunt, alienos cõspiciunt, minus illos curant quam nos, vtpote q̃s sibi concorporatos sentiunt. Pulcherrime sane D. Ioannes Chrysostomus Ecclesiam catholicam depingens, vt nos ad illius retinendam colendamq; vnitatẽ illiciat, in opere Homiliarum in Mathæũ, q̃d imperfectum vocant (Si tñ ille eius autor est) ita loquitur: Quamuis infestatione inimici Ecclesia, vel seculi tempestate laboret, qbusuis tentationum fluctibus pulset, naufragium facere non potest, qa filiũ dei habet gubernatorẽ. Inter ipsos eñi turbines mundi, inter ipsas seculi persecutiones plus gloriæ ac virtutis acquirit, dum in fide firma & indissolubili permanet. Nauigat enim instructa fidei gubernaculo, felici cursu p huius seculi mare, habens Deũ gubernatorem, angelos remiges, portans choros omnium sanctorum, erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in qua euangelicæ fidei vela suspendens, flante spiritu sancto, ad portum paradisi & securitatem quietis æternæ deducitur. Paulo post eodem capite de Ecclesia hæreticorum idem subiungit. Est & alia seculi nauis non Dei, id est, collectio hæreticorũ, quæ sibi huius nomen Ecclesiæ vendicat, sed est nauis maris, qa huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed seculi: quæ licet habere in se p̃dicationem dominicæ crucis videatur, tamen inualida est arbor eius, quia vbi non est veritas fidei, infirma crucis assertio est. Et ideo huiusmodi nauis, hoc est, Ecclesia hæreticorum amisso veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragium mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo domino non meretur. Hæc ille. Quis iam ita amens erit, vt relicto cætu filiorum Dei, & congregatione fidelium, quibus Christus vt caput præsidet, illi se impiorum conciliabulo adiũgat, cui Lucifer dominatur? Quis in tantũ stolidus ac improbus esse velit, vt aut propria iniquitate sua dignũ se faciat, qui Ecclesiæ iudicio & autoritate extra Ecclesiam ejciatur, aut suapte amentia & peruicacia inde se ipse præcipitet? His enim duobus modis peccator ab Ecclesia expellitur.

Vnitas corporis Christi mystici quanto sit encomio digna — *Ephe. 4* — *1. Ioan. 3* — *Chrysost.* — *Ecclesia catholica q̃ pulchre naui comparetur* — *Collectio hæreticorũ q̃ ecclesiæ sibi nomen vsurpet* — *Ecclesiam bifariã aliquem abiicere à se*

O Semper ergo dilectissimi Christi corpori inhæreamus, nec quicquam æque fore formidemus, quam à Christi membris separari. Quod si hodie multi ita dementes sunt, vt leuissima facilitate sese transferant

ad hæ-

ad hæreticos,agantq; multa, quæ Ecclesia catholica damnat & horrenda anathematis plectit sententia, nos tamen eorum amētiam non imitemur. Maneamus intra ouile pijssimi pastoris & redēptoris nostri dñi Iesu,simus oues pascuę eius,repleamur in bonis domus illius,sectemur pacem, amemus concordiam,dissentiones summo pere execremur. Semper nobis ob oculos verset Psalmus ille breuis, sed grauissimo sententiarũ pondere venerabilis,q̃ Propheta canit:Ecce q̃ bonum & quam iucundũ habitare fratres in vnũ. Sicut vnguentũ in capite &c̃. Ecce inqt,q̃ bonũ & quam iucũdum habitare fratres,nēpe Christianos omnes intra sanctam Ecclesiam catholicã, in vnũ,id est,in mutua charitate, & dulci animorum cõsensione, vt ne qua admittāt scandala,nullas velint hęreses,dissidia quęuis execrentur,sed vnum teneāt baptisma, eundem colant dominum,indissimilem fidem profiteant,&pacem inuiolabili seruēt studio,qcquid paci aduersum est respuentes. Nimirum adeo suauis ac iucunda pax est,vt quidem sapientes affirment nihil in natura præstantius,nihil dulcius excogitatum. Vera nanq; pax est tranqllitas animi,simplicitas cordis, vinculum amoris, charitatis nexus,Reip. solamen,domorũ iucũditas,angelis domestica, dæmonibus inimica,Deo sup omnia grata,& omnium rerum cõcordia. Et vbi concordia est, ibi harmonia,ibi suauitas,ibi iucunditas. Ex pace puenitur ad benedictionē, de benedictione ad vitã & regnũ, ex vita vero ad vnionē felicissimã cum Deo. Vnde vltimo huius Psalmi versu Propheta sic habet. Quoniã illic,vbi scilicet fraterna viget cõcordia mãdauit dñs benedictionē, & vitã vsq; in seculũ. Deus enim pacis pace delectat,& amat pacis studiosos,benedicitq; illis,ministrãdo gratiã in p̃senti,qua freti crescãt & p gredianturin iustitia & sanctitate,& vitã sine fine in futuro seculo. Illos autem qui transgredi non verentur terminos à patribus statutos,segregantq; semetipsos, animales,spiritũ nõ habentes, innitentes prudentiæ suæ,dicentes se sapientes cum sint stulti & miseri,ediuerso Deus iustus & sanctus execratur ac maledicit vsq; in æuum sempiternum. Hac de causa beatissimi Apostoli Petrus & Paulus, quorum hodie insignem triumphum Ecclesia celebrat gratulabũda & laudans,modis oĩbus

Psalm. 94
Psal. 94
Hebræ. 13
Psal. 132
Pace vera nihil dulcius vel præstantius in vita haberi possit.
Pacis veræ fructus qui sint.
Iudæ 1
Rom. 1
P

conati semp sunt ad pacē,ad concordiam, ad mutuã charitatem ad veram vnitatem fideles exhortari. Pro hac deniq; tuenda vnitate etiam sanguinē suum fundere non dubitarunt. Quos nobis dominus Iesus duces & patres atq; pastores præposuit, quorum & exempla & præcepta adhortationesq; sectemur,& meritis ac præcibus adiuuemur. De quorum meritis & virtutibus quæ omnē loquendi superãt facultatem, vt ait Leo papa sanctissimus, nihil diuersum, nihil debemus sentire discretũ, qa illos & electio pares,& labor similes, & finis fecit æquales:eosq;,vt idem inquit, gratia Dei in tãtum apicem inter omnia Ecclesiæ mēbra prouexit,vt in corpore,cui caput Christus est,quasi geminũ illos cõstituerit lumē oculorũ. Quos etsi dñs grauiter labi permisit,vt ex seipsis discerent humanę fragilitati condolere,tamē lapsos rursus mirabiliter erexit,tantisq; gratiæ & gloriæ cumulauit donis,vt pene nullis possit æquiparari. D. Petrus prius ancillæ voce,ita perterritus,vt dominum negaret,postmodũ nullos neq; reges,neq; p̃sides neque tyrannos metuit. D. Paulus quanto atrocius ante erat Ecclesiam persecutus,tanto immaniores postea pro Deo & Ecclesia labores ac dolores libentissime sustinuit. De S. Petro apud D. Clementem libro VII. Recognitionum ipsius Petri verbis fertur in hũc modum:Panis mihi solus cum oliuis, & raro etiã cũ holeribus in vsu est. Indumentũ aũt hoc est mihi q̃d vides, tunica cũ pallio: & hæc habens,aliud nihil requiro. Hoc mihi sufficit: quia mens mea non ad hæc p̃sentia,sed ad illa quæ æterna sunt, aspicit: & ideo nihil me rerum præsentiũ visibilium que delectat. Paulus vero de seipso scribēs. Castigo, inqt, corpus meum & in seruitutem redigo,ne cũ alijs p̃dicauero, ipse reprobus efficiar. Rursumque alibi scribens Thessalonicẽ, Vos,ait,testes estis & Deus quam sancte,& iuste,& sine querela vobis qui credidistis,affuimus. Itemque: Memores estis fratres laboris nostri & fatigationis. Nocte & die operantes, ne quem vestrũ grauaremus,prędicauimus vobis Euãgelium Dei. Ex qbus vti & alijs testimonijs pene innumeris, elucet horum venerabilium patrum erga corporis edomationem & rerum omnium contemptũ feruor ac studiũ:q̃s etsi nõ æqualibus passibus,tñ pro modulo nostro imitari debemus.

Leo Papa. Apostolorũ Christi p̃cellentia quanta
Matt. 26
Marc. 14
Petrũ apostolũ cur Christ⁹ se negare permiserit
Acto. 5
S. Clemēs Papa
D. Petri apostoli frugalitas & paupertas quanta
1. Cor. 9
1. Thess. 2
Ibidem
Q
Apostolorũ vestigijs vti oĩbus Christianis inhærere cõueniat

mus. Si em̃ tã p̃cellentes viri, q̃s tã sc̃tĩ sp̃us gratia adeo confirmarat, vt in pc̃tũ mortiferũ labi nõ possent, vsq; adeo in seipsos rigidi fuere, qua frõte quaue cõscientia nos audebimus molliter & delicate viuere, nostrisq; indulgere affectibus, carni quicqd libet subministrare, de Dei misericordia securi, pœnitentiam salutarem negligere cũ tamen miseri & fragiles simus, & aliis atque aliis subinde vitiis implicemur? Angustam esse viam, quæ ducit ad cœlos non iã ex Christi tantum verbis, sed etiam apostolorum eius gestis discimus. In hac perseueremus, ab hac ne latum vnguem recedamus.

matth. 7
Lucæ 13

Quod si adhuc pusilli sumus & debiles, paruusq; in nobis inest feruor erga Deũ, confugiamus ad beatos Apostolos, eorumq; suffragia ambiamus, vt quantũ propriis peccatis deprimimur tantum Apostolicis meritis erigamur. Neq; timere debemus, ne parũ nobis tantorum patrum collocatura sit intercessio apud Deũ. Non possunt vllam apud Deum repulsam pati, qui iam vnum cum Deo effecti sint, vsque adeo in diuinitatis abyssum absorpti, adeoq; Deo coniuncti, vt quod Deus est per naturam, ipsi sint per gratiam. Quanto autem erga nos maiorẽ illorũ experti sumus charitatem & solicitudinem, tanto eos feruentiori amore & gratitudine prosequi debemus. Per hos enim reuerendissimos patres nobis Christus annunciatus est, p hos gẽtiũ cæcitas profligata est, & lumẽ veritatis orbi inuectũ, potestas dæmonũ & sæua tyrannis exclusa: deniq; optima & p̃clarissima nobis tradita viuendi p̃cepta. In qbus tanta extitit charitatis & misericordiæ abũdantia, vt haud secus cõuertendis miseris obcæcatisq; peccatoribus totos se impẽderint, quã si oẽs ipsi genuissent.

sctõrum nos suffragiis adiuuari

De ipsis D. Bernardus quadam concione pie admodũ & eleganter ita ait. Tales decebat humano generi pastores & doctores constitui, q & dulces essent, & potentes, & nihilominus sapientes. Dulces, vt me blande & misericorditer susciperent: potentes, vt fortiter protegerẽt: sapientes, vt ad viam & p viã ducerẽt, quæ ducit ad ciuitatẽ. Quid Petro dulcius, q tã dulciter oẽs ad se cõuocat pc̃tõres, sicut & Actus apostolici, & epistolarũ eius series attestat? Quid illo potẽtius, cui & terra obediuit cũ mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile p̃buit? q Simonẽ Magũ sp̃ũ oris sui in aere attigit q claues regni cœlorũ tã singulariter accepit, vt p̃cedat sentẽtia Petri, sententiam cœli? Quid aũt illo sapiẽtius, cui nõ caro & sanguis reuelauit? Libentissime Paulum seq̃r, q p̃ nimia ducedine luget eos, q peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiã: q fortior est omni principatu & potestate, sapientiã & medullam sacrorum sensuũ nõ à primo vel secũdo, sed à tertio cœlo largiter asportauit. Idẽ de eisdẽ alio sermone loquẽs, Apostolorũ, inqt, Christo festus agit dies, q-bus sane plurimũ à nobis honorẽ deberi, scio: sed vtrum possit aliquis exhiberi, hæsito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorũ. Quid em̃? Si in terra adhuc positi oĩa poterant, non qdem in se, sed in Christo, qd non poterunt hodie viuentes in æterna felicitate cum ipso?

Bernard'
R
potẽtia & dulcedo apostolorum

matth. 14
marc. 6

matth. 16
Ibidem
2. Cor. 6
Act. 9
2. Cor. 12
Bernard'
psalm. 138

Diuus quoq; Maximus Episcopus in horũ patrum laudẽ sic ait: Hi sunt Ecclesiarum columnæ Petrus & Paulus, quos & vita sanctissima venerabilem perduxit ad mortẽ, & gloriosus occasus fecit esse p̃petuos. Quos non solũ honoramus vt martyres, sed & vt magistros patresq; martyrũ veneramur, q Ecclesiam Dei & cœlestis p̃dicationis doctrina, & p̃p̃ sanguinis effusione fundarunt. Itemque: Beati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos apostolos, & peculiari quadã p̃rogatiua p̃cellunt. Verum inter ipsos qs cui præponatur incertũ est. Puto em̃ illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriã peruenisse. Non enim sine causa factũ putemus, quod vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent: vno in loco ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrunq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus p gloria persecutor decretus est pro virtute. Horũ ait idem alibi, per vniuersum mundum hodie passio veneranda celebrat, horũ hodie cõcursu lætissimo excolit Romana martyriũ, & quorũ dudum impia p̃secuta est sanguinem eorũ, nunc peculiari deuota patrocinio gloriat. Hæc ille antiquus & insignis põtifex.

S. maximus
Idem
S. petr' & paul' cur vno die vnoq; in loco ac sub vno tyranno passi sint
S. maxim.

Itaq; dilectissimi tã sc̃tõs, tã illustres, tã p̃celsos patres & patronos nostros ardẽtissime diligamus studiosissime veneremur, q̃tidianis p̃cibus ac pie deuotionis affectibus & officiis inuocemus, & eorum insti-

institutiones ac exempla sectemur, præstã te domino nostro Iesu Christo q viuit & regnat Deus in secula; Amen.

SERMO II. IN EODEM festo. Vt Christũ Petrus amarit, & vicissim Christus Petrũ. De beneficijs Dei nobis collatis: de laude vitæ monasticæ: vt Christiani omnes agni esse debeãt, & de virtute obedientiæ.

S

Dixit Iesus Simõi Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam dñe, tu scis qa amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Ioannis XXI. Tametsi charissimi nõ ignoraret dominus p̄ cæteris se plus diligi à Petro, nihilominus percunctari ex eo voluit, vt & nobis id innotesceret. Plane multũ dilexit B. Petrus dñm Saluatorem. Vultis ne aliqua huius rei signa discere? Possũt ex pluribus obiter tria cõmemorari. Primũ, est, q̃d mox vocantẽ se dñm Iesum relictis omnibus secutus est. Secũdũ, q̃d ex animo tempore passionis dixit ad Christũ: Tecũ paratus sum & in carcerẽ, & in mortẽ ire. Ex illo bonæ volũtatis feruore etiã extracto gladio amputauit deinde auriculã serui dñm inuadẽtis. Tertiũ, q̃d tã vehemẽter doluit se pium magistrum negasse, vt quoad supuixit semp noctibus surgẽs, fleuerit illud pc̃m̃ suũ, q̃d tñ nõ malitia, sed animi infirmitate admiserat. Ferũt etiã q̃ties dulcissimę allocutiõis Christi fuisset recordatus, non potuisse sibi à lachrymis temperare p̄ nimia amoris dulcedine, atq; ob id perpetuo suo in sinu sudariũ tulisse, quo lachrymas tegeret, ita crebro ex oculis eius manantes, vt facies eius quasi adusta videret.

Amoris B. Petri in Christum argumenta tria indicia quę. Ioan. 1. Lucæ 22. Matth. 26. Marci 14. Matth. 27. Lucæ 23. B. Clemes Papa

Sed quia Deus nonpotest nõ diligere diligentes ipsum, consequens est Petrũ tam singulariter diligentẽ etiã vicissim à Christo haud vulgariter amatum esse. Quod qdem sex potest argumẽtis cõprobari. Primũ est q̃d Christus illũ fecit Apostolorũ caput. Alterũ q̃d eũ suũ Vicariũ & totius Ecclesiæ principẽ declarauit. Tertiũ, q̃d illi singulariter dedit claues regni cœlorum. Quartũ, q̃d efficaciorẽ miraculorũ gratiã illi p̄stitit, adeo vt ad vmbram corporis eius mortui excitarent. Quintũ q̃d p̄dicationi eius magnã cõtulit virtutẽ, ita vt octo millia Iudęorũ paulo post missum spm̃ sc̃m̃ cõ

Amoris Christi ad B. Petrũ argumenta sex quæ. Matth. 16. Ioan. 21. Matth. 16. Acto. 5. Acto. 3. 4.

uerteret. Sextum quod passionẽ illius fecit gloriosam eo ipso, q̃d eũ p̄misit ad suũ exẽplum crucifigi. Verũ qd p̄dest charissimi, si Petrũ nouerimus & feruẽter amasse dñm, & eximie charũ fuisse dño, nisi & nos ardẽter amare Christũ studeamus, vt ab illo itidẽ multum amemur? Multa qdem sunt, q̃ nos ad Christi amorẽ p̄uocent, sed vt ait D August. nihil hoc æque efficit, atq; frequens & sedula beneficiorũ Dei recordatio, ex qbus p̄spicue licet intelligi, quanto pe nos & amarit & amet. Et q̃uis infinita in nos sint dei beneficia, tñ nobis pauca retulisse hoc loco sufficiet. Primũ illius beneficiũ est, q̃d nos creauit ad imaginẽ & similitudinẽ suã. Si q̃ras cur id fecerit, nõ ob aliud sane quam pro nimia bonitate sua, qua cupiebat nos suæ beatitudinis participes efficere. Quales vero nos condidit? Certe admodũ nobiles & illustres, & q creaturis cũctis dominaremur. O si perstitissemus in obedientia integra erga illum, q̃ felices modo essemus. At euersi sumus hortatu diaboli, & proprio cõsensu. Iam penitus actum erat de salute nostra. Non erat spes vlla redeundi ad pristinum statum. Itaq; deus misertus nostri, quasi in seipsum crudelis fuit, vt nobis parceret. Videbat ex nobisipsis nullum nobis restare auxilium vel consilium. Itaq; filium suum misit in similitudinem carnis peccati, vt ille oĩs pc̃ti exps immeritas daret pœnas p̄ pc̃tis nostris. O patris inæstimabilẽ charitatẽ, o filij incõparabilem obedientiã. Agnosse o homo quanti te fecerit Deus tuus, & vel iam nunc ingratus esse desine. Vt ita tu viuas, vita æterna mortis debitũ pro te soluere nõ dedignat. Dixit ipse dñs in Euangelio: Maiorẽ charitatem nemo habet, q̃ vt animã suam ponat qs p̄ amicis suis, & tñ ipse maiori charitate mortuus est etiã p̄ inimicis.

Beneficia Dei vt in nobis eius amorẽ excitent. Augusti. Quæ quales q; nos Deus creauerit Rom. 8 Ioan. 15

T

Tertiũ beneficiũ est, q̃d vocauit nos ad fidẽ & cognitionẽ noĩs sui. Paruũ ne hoc vobis dilectissimi beneficiũ videt? Nõ est paruũ, sed immensum. Potest id vel inde intelligi q̃d tã innumeros reliqt in dẽsissima mẽtis cæcitate, vt creaturæ potius seruiãt q̃ creatori, & dicat Deus operũ manuũ suarũ: q̃rũ oĩm certa dãnatio est. Est & aliud eius eximiũ beneficiũ, q̃ nõnullos vocat ad aliq̃d institutũ monasticũ amplectendum. Paucis hoc cõtingit, p̄sertim his turbulẽtis tẽporibus, sed q̃nto paucioribus p̄stat tãto magis colligi potest esse haud vulgare Dei

Vocatio ad fidẽ dei & cognitionẽ quãtum sit beneficium. Roma 1 Vocari ad monasticum institurũ q̃ sit beneficiũ magnificũ Aristot.

bñficiũ. Vt enĩ Aristot. in Ethicis ait, oĩa p̃clara rara, laudabilia & pulchra. Meministis vt olim ex Aegypto eduxerit Deus filios Israel, & q̃ties in veteri lege pceperit, vt essent memores tãti beneficij. Idẽ facit Deus, qñ hodie certos q̃sdam electos suos ex hoc seculo neq̃ vocat ad vitã monasticã, q̃ sctõrum virorũ testimonio velut quædã paradisus terrestris est: esto q̃d qdam illic nõ bene viuãt: q̃d nihil illi vitę derogat, qñ etiã nemo ppterea dãnat matrimoniũ, q̃d multi sint adulteri. Potest adhuc aliud huc adferri nõ paruipendendũ Dei beneficiũ, q̃d nobis tã benigne pepcit multo tẽpore in pctis nostris. O q̃ innumeri iã cruciant apud inferos, q forte nõ nisi vnũ ppetrarũt pctm̃ mortiferũ: & nos post plurima pctã adhuc pœnitẽdi spaciũ habemus. Si vel semel peccassemus, iure nos creaturę oẽs pse q deberẽt. Cũ enĩ cætera oĩa, q̃ Deus cõdidit q̃uis ratiõis exptia tñ seruẽt ordinẽ & modũ suũ, homo ratiõalis contẽnit æternas leges Dei sui, nullis neq; pmissis, neq; minis illius flexus. O magnã & intolerãdã hoĩs ingratitudinẽ. Et qa hodie pleriq; derident eos q monasticẽ amplectũt, libet pauca in illius laudem hic cõmemorare. Certe charissimi nõ est vita monastica contẽnenda. Si omnẽ scripturã sacrã diligenter pspexeritis, inuenietis eos q hodie monachi vocant, multa exẽpla, multasq; scripturæ sententias p ip̃sis faciẽtes habere. Imo vero non contẽnendæ autoritatis patres libere asseuerant pfessionem monasticã baptismi virtutẽ habere, ita vt hoĩnẽ prsus liberet à culpa & pœna, si tñ rite fiat. Si enĩ vt dñs ait, eleemosynã dãti oĩa mũda sũt: & vt Theologi dicũt, posset qs tantas p̃stare eleemosynas, vt pctis oĩbus & pœnis absolueret, cur nõ id multo magis assequat is, q sese & oĩa sua dedit & offert Deo? Itemq; si is q martyrij causa p Christo & iustitia mortẽ excipit, totus fit liber ab oĩ culpa & pœna cur nõ etiã id obtineat monachus, q ob Christũ mortẽ amplectit spiritalẽ, & lõgos ac acerbos multos fert dolores seipsũ & ppriã mortificãdo voluntatẽ? Vñ etiã nulla solet alicui pœnitẽtiæ mulcta grauior irrogari, q̃ vt sese in cœnobiũ aliq̃d recipiat. Possunt aũt, qbus Deus eã donauit gratiã, vt monasticẽ ãplecterẽt, merito de tãto bñficio gratulari, cũ ob multas alias causas, tũ etiã, q̃d, vt sctĩ patres argumẽtis certis pbãt q̃ties se gaudẽt cœnobiũ petijsse, & deo seruituros obtulisse, integrã cõsequũt veniã pctorũ, si se peccasse doleãt. Nõ ergo deridẽdi sũt, sed laudãdi, q cõtẽptis mũdi vanitatib9, totos se cõferũt ad seruiendũ Deo. Atq; his interim nõnihil extra ordinẽ dictis, ad apostolũ Petrũ reuertamur. Audiuistis iã ante q̃ntũ is Christũ dilexerit, & q̃ntũ illũ Christus amarit. Superest, vt & hic audiatis, vt Christus illi oues suas pascẽdas cõmiserit. V

Vt enĩ ex sermõis huius themate aduertere potuistis, Christus illum oues suas pascere iussit. Nõ enĩ voluit pius dñs ex hoc mũdo abiturus gregẽ suũ penitus desolatũ relinquere, sed sui loco aliũ ei p̃fecit rectorẽ & pastorẽ, nẽpe S. Petrũ apost. dicẽs illi. Pasce agnos meos. Quod licet soli dictũ sit Petro tanq̃ vniuersæ Ecclesiæ p̃cipuo pastori, cuius etiã potestate funguntur, q̃tq̃t illi legitime succeduut Ro. pon. tñ etiã cuilibet plato cura incũbit gregẽ sibi creditũ pascẽdi. Cũ enĩ nõ possit vnus Ro. Antistes oĩbus satisfacere, curę suę partẽ multis alijs cõmunicauit, qbus singulis dicit Christus Pasce agnos meos, i. habeto curã populi mei tibi cõmissi. Quod aũt dñs dicit, Pasce agnos meos, hoc vtiq; vult intelligi, vt Christiani oẽs, q tñ ad ipsius ouile velint ptinere, sint agni, i. simplices, mãsueti, innocẽtes, instar agnorũ tractabiles, sine clamore & murmuratiõe, sine inuidia & mordacitate (nõ enĩ mordẽt agni pastoris manũ) sine calcitratiõe, sine elatiõe & pteruia. Atq; vtinã nos charissimi tales agni simus, Siqdẽ eiusmodi Christus nos esse voluit, qñ ait p̃latis nostris: Pasce agnos meos. Nõ dixit: Pasce vitulos meos, Pasce lupos meos, pasce porcos meos. Nõ enĩ id genus hoĩm, q horũ animantiũ habẽt mores, Christus suis vicarijs pascẽdos cõmisit, vt tales pmaneãt, sed vt oues fiãt, Itaq; etsi tales qñq; ferunt, ideo fit, vt positis malis moribus, in numerũ agnorũ transeãt, i. ex malis boni fiãt: Quod si nolint, arcẽdi sunt & excludẽdi ab agnorũ cõsortio, ne illos pdant. Per vitulos, q insolentes sunt, nec frenũ patiunt, nec ligari se sustinẽt, sed cursitãt, & saltant, & clamitant possunt accipi hoĩes immorigeri, dissoluti inqeti, q frenũ obediẽtię ferre nolũt, nec suis obtẽperare p̃latis, sed rupto sanctę obediẽtiæ chamo, q̃ duci debuissent ad æternæ pascua felicitatis, instar vitulorũ currũt p̃cipites q̃cunq; illos ppria ducit volũtas: nec nisi vi quadã & pœnarũ formidine ad p̃lati voluntatem flecti possunt. Qui si tales pseuerent

Marginalia: Exo. 11.13 Deu. 4.6.8 — Parcere pctis q̃ fit Dei maximũ beneficium — Monastica vita qnta sit laude cõmendanda. — Lucæ 11 — Ioan. 11 — Pontifex Romanus cur muria deri uet in alios. — Vituli q̃nam mystice censendi sint.

Boues & tauri quã mystice dicantur. uerēt,tandē boues & tauri, vbi cornua cre uerint,efficiunt,oībus intolerabiles & intractabiles. X Per lupos intelligamus hoīes iracūdos,vindictę cupidos detractionis libidini deditos, discordiæ semina spargere paratos,rebelles,& velut canes la- Lupis qui nã similes sint homines. trãtes.Lupi enī sunt canes syluestres.Tales pascere molestissimum est.Et q̄uis vni eiusmodi sæpe maior cura,q̄ centū aliis impendat,tñ plerunq; labor est supuacaneus, qa licet foris qñq; ouinã sumãt pellem,tñ intus lupi ingeniū pmanet, atq; eo ipse multo sunt pniciosiores,q̄ si manifesto sese pderent.Istos oīno expedit à grege dñico remoueri. Porcis q̃ hoies similentur, Porci deniq; illos significãt, q ad bona opera,& ad quę obligati sunt,quęq; ad Dei spectãt honorem, pigri ac desides sunt, & somnū ac carnis delicias amãt, fœdisq; cogitationibus & factis vt porci sese inquinant.Sed his ptermissis(non enī volumus horum studia imitari)ad oues redeamus. Exodi. 12 Leuit. 1. 12 Num. 7. 28 In veteri lege agni pcipuę erãt hostię quę dño offerebant.Et nos charissimi, q diabolo &pōpis eius abrenunciauimus in baptismo,debemus modis oībus esse agni,vt simus gratū Deo sacrificiū.Habent Agnorum proprietates bonæ quæ sint. agni q̄uis irrationales pecudes,pprietates quasdã suas q̃s etiã hoiem imitari deceat. Agnus animal est mansuetū,humile patientissimū,& iræ prsus expers.Id sane maxime nos imitari cōuenit,qñ &Apostolus 2.Tim. 2 dicit:Seruū Dei nō oportet litigare,sed mãsuetū esse ad oēs.Quod si q nos affligant, nō moueamur, qñquidem tales nobis prębēt pficiendi materiã,multo magis, q̄ qui Iræ gradus quatuor qui. palpant,aut laudãt nos.Ira quatuor habet gradus: Primus est in corde: alter in facie: tertius in lingua:quartus in facto.Ad hoc vitiū reprimendū multū valet, vt dum qs eo se accensum sentit, linguã frænet penitus,donec cesset ignis pestilens. Si enī nullum habeat ignis spiramen,facile sua spōte extinguitur. Ira qñ sit peccatum. Attamē notandum hic est, iram,quatenus est passio naturalis,& motus qdam rationē pueniens, non esse peccatum,si ratione cohibeatur, ne volūtate, aut locutione,vel facto ad pctm̄ erumpat. Et eiusmodi motus primus vitari vix pōt, pręsertim à Cholericis,q sunt ad irã faciles. Agnus vt matrē suã agnoscat. Deinde agnus matrem suam etiam inter mille oues nullo negocio agnoscit. Sic & Christiani debent agnoscere superiores suos,qui quatenus eos repręhendūt, docēt,regūt,pascunt,sunt patres eoꝝ:q̃tenus eos consolanť,eis blãdiuntur,& pietate q̃dam eos trahūt & iniurias remittunt, Prælati qñ honorandi sint. matres sunt.Itaq; debemus p̄latis nostris, tanq̄ spiritalibus parentibus honorē &reuerentiã exhibere,qualescunq; etiã sint,adeo vt etiã sublimiter,& bñ de illis sentiamus,si nō ob vitæ meritū, si forte manifeste mali sint,tñ propter officiū, qñ & Chri- Lucæ 10 stus illis dicit: Qui vos audit, me audit, & q vos spernit,me spernit. Atq; sine his duobus,puta dilectione &reuerentia erga p̄latum,nō pōt esse vera & syncera obedientia,ex qua tñ pcipue pendet tota salus no- Obediētia vt meritū habeat duplex. stra:ipsaq; obedientia inter virtutes morales pcipuum tenet locū:& qcquid fit ex obediētia,duplex habet meritū: vnū ex ipsa actione,alteꝝ ex virtute obedientię.Fit sępius,vt minus bonū si fiat ex obedientia, longe fit acceptius Deo maiori bono ex ppria voluntate peracto. Monach⁹ vt semper mereri possit. Vnde haud mediocris pstatur cōsolatio illis, q monasticum sunt pfessi institutum,qñ quicquid agunt nisi sit ex se malum, etiãsi alioqui indifferens sit,si propter obediētiam faciant,meritum inde acqrant,puta,si comedant, bibant,dormiant,&c̄.Sed & Christiani oēs quicquid faciūt boni,aut omittūt mali,eo semp referre debent,vt diuinæ obediãt vo- Y luntati. Obediētia duplex q̃. Est autem duplex obedientia:Vna necessitatis,qua qs vel naturæ,vel cōsuetudinis lege obtemperare habet, vt seruus dño,filius patri:Et hæc habet quidem meritum suum,si recte & ordine fiat: altera est volūtaria,qua quis vltro siue ipsi Deo,siue prælato propter Deū morem gerit.Hęc magni est meriti apud Deum,&de illa dicitur 1.Reg.15.Melior est obediētia, Meritum obediētiæ quō vel minuat vel crescat. q̄ victimæ.Porro obedientiæ meritum in prosperis sæpe minuit ex propriæ voluntatis desiderio:vt si cui aliq̄d officiū publicū,q̄d illi honori possit esse vel quęstui,imponať,tãto minus inde habet meriti,quãto magis ipse eo aspirat ex ppria volūtate, quæ in talibus minima esse debet.In aduersis aūt quanto plus accedit propriæ voluntatis assensus,tanto est magis meritoria obedientia:vt si cui iniungat ieiunium,& ille ex deuotione valde cupiat ieiunare. Inobediētiã vt Deus semp punierit. Ad obedientiã,sine q̄ nullus poterit saluus fieri,puocare nos pōt,& debet, q̄d oīpotens Deus sępenumero horribili vindicta castigauit inobediētes.Probat idLuciferi,&cōplicū eius æterna dãnatio, Adæ & Euæ ex Esaiæ 14 Genes 3 paradiso expulsio & totius humani gñis

Genes.19 calamitas inde secuta. Vxoris Loth in sta-
1.Reg.15 tuā cōuersio. Saulis à regni sede deturba-
3.Reg.13 tio, prophetæ illius, q contra pceptum dñi comedit panē in Bethel, à leone pfocatio, multaq; alia scripturæ exempla, vt cætera omittam, quę à sanctis patribus passim cō memorant. Maxime vero commouere debet quēlibet Christianū q̃d ipse filius Dei non solūDeo patri, sed & virgini matri, & patri putatitio multisque alijs libentissime obediuit. Cuius exēplo pmoti multi sancti hoīes, noluerunt pprię voluntatis gaugere libertate, sed alterius arbitrio se regēdos cōmiserunt. Deniq; S. Patres nostri & apostoli Petrus & Paulus, qbus hic dies sacer est, sanguinē suū fundere, & innumera perpeti aduersa maluerunt, q̃ à Dei obe-
1.Petri 1 dientia discedere. Itaq; & nos dilectissimi castigemus corda nostra in obediētia charitatis, vt simus veri agni & oues Christi, & ab illo agnosci mereamur. Ambulemus semper sub obedientia cum amore & reuerentia erga pręlatos nostros, cū mansuetudine & patientia erga proximos, & æquales, cū bono exemplo, erga mortales oēs vt in extremo die cū ouibus collocemur à dextris filij Dei, cui est cū patre & spū sctō honor & gloria in secula seculoꝝ, Amen.

IN SOLENNITATE Visitatiōis Beatissimæ semper virginis Mariæ: Epistolam cum sua Paraphrasi quære in prima parte de festiuitatibus sanctorum, scilicet in Festo Conceptionis eiusdem Beatæ virginis Mariæ.

EXEGESIS EVANGELIJ in eodem Festo. Lucæ primo.

IX. FRequenter Ecclesia Catholica memoriā celebrat matris Dei, honorante filio Dei matrem suā. Nec tamen quantumcunq; illi impendat pię venerationis, digne se eam laudare, aut pro meritis extollere posse putat Ecclesia. Quis enim dignis vehere laudibus possit matrem omipotentis Dei? Sed satisfacit deuotioni suæ, colens A eam per quam se suscepisse nouit redemptorem atq; seruatorem suum. Atq; hoc ipsum pijs omnibus non solum non molestum, sed suaue & iucūdum est, identidem scilicet honorare virginem tam beatam, quamuis impios hęreticos id torqueat, putantes derogari filio, quod matri impenditur. Sed nos dilectissimi quantum possumus in matris Dei laudibus pseueremus, certi id gratissimum esse Deo, qui intātum hanc sacratissimā dilexit virginem, vt nulla omnino creatura illi vlla ratione possit cōparari. Cuius rei certissima documenta sunt, cp Deus pater æternus vnigenitū filium suum veꝝ q̃q; huius virginis filium esse voluit, cp eam in singularem elegit sponsam suam, atq; adeo p̄ creaturis oībus eam honorauit, vt cuncti etiam triumphantis Ecclesię ciues eam iure fateanť dominam, reginam, ac impatricem suam, vtpote Dei ac creatoris sui matrem. Quod etiam filius Dei non modo p gratiaꝝ charismata, p illuminationem, dilectionem atq; familiaritatem externam, sed etiam per naturalem quandam, vt sic dicam, identitatem se illi coniunxit, de illius substantia sibi corpus assumens. Quod deniq; spūs sanctus mentem eiusdem sacratissimæ virginis tam pfecte sibi conformauit, vt nunq̃ aliquid voluerit, appetierit, egerit aut omiserit quod Deo displiceret: sed in oībus ita se gesserit, vt voluit spūs sanctus. Quæ tanta sunt incorporabilis erga ipsam amoris totius adorandæ Trinitatis argumenta, vt ambigi nullo modo possit, quin illi fuerit semper lōge charissima, atq; ea re velit eam quoq; nobis esse charissimam, & modis omnibus pie coli & honorari à nobis. Non ergo timeamus, ne sit in iniuriam Dei, si matrem illius veneremur, certi hanc esse illius voluntatem. At nunc ad Euangelium veniamus, quo describitur causa solennitatis hodiernæ, nempe visitatio matris virginis, quādo perrexit ad S. Elizabeth salutandam. Ait ergo S. Lucas Euangelista.

Beata virgo Maria cur ab oibus honorari debeat.

Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. B

Hic primo dubitare non debemus, quin non aliqua leuitate, sed instinctu & motu

motu spiritus sancti virgo beatissima prexerit in montana. Alioqui & ætatis teneritudo,& virginitatis pudor, asperitas & prolixitas itineris, atque id genus alia facile eã domi retinuissent. Sed morẽ gerebat diuinæ inspirationi, nec quicquam sibi attendendum putauit, tm̃ vt Deo satisfaceret. Vbi habemus exemplum prõptissimę obedientiæ, quod libenter & studiose imitari debemus. Virgo ætate tenera, & quę laborẽ ferre vix posset, tã longa difficilis & molestę vię emetit spacia, vt integram pstet obedientiã creatori. Nihil oĩno adfert excusationis, nullas nectit moras, nihil reluctatur, sed simul vt intellexit qd placeret Deo mox iter ingressa est. Et nos ergo diuinis discamus parere mãdatis, idq; alacriter, libẽter & integro cordis affectu. Id nos docet suo exẽplo mater Dei. Surrexit & abijt in mõtana cũ festinatione. Nescit, ait Ambrosius tarda molimina sancti spũs gratia surrexit à qetissimę ocio cõtemplatiõis & dulcissima orationis qete, & abijt in mõtana, vt actiuę q̃q; vitę specimen pberet. Erat in vtroq; i. & cõtẽplatione & actione pfecta, ita vt nec actionẽ fugeret contemplatio, nec contemplationem actio ppediret: quæ est oĩno pfectissima vita, q̃ pauci assequunt, vt vbi res exigit, vel actiõi vel contẽplationi pinde possis insistere. Et q̃uis huic electissimę virgini nullũ potuerit ex itineris occasione euenire periculũ vel detrimentũ (erat em̃ tota iam mirabilit. rà Deo cõfirmata) nihilominus cum festinatione abijt in mõtana: hoc ipso videlicet vtilissimũ oĩbus, maxime virginibus & fœminis pbens exemplũ, vt fugiãt publicũ, & si qd foris agendũ sit, cũ magna festinatione id exequãtur. Alioqui plane se suspectas reddunt, cp caste nõ sint, aut castitatem suam periculosis tentationibus exponunt. Mater Dei tenera adhuc iuuẽcula etiam altos & asperos mõtes seria quadam celeritate transgredit. O pudicissimã virginẽ. O puritatis & innocentiæ speculum. O gressus sacros, o vestigia venerãda, quę primo Emanuelem sustinuere, in qbus vere nata oĩm virtutum aromata, hyssopus humilitatis, lilium puritatis, palma victoriæ, oliua clementiæ. Abijt aũt Maria in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domũ Zachariæ. Peregrini quidam, qui terrã sanctam visitarũt, aiunt oppidulũ hoc, quod coluit Zacharias, mediũ inter Hierusalẽ & Bethleem esse situm, & domũ Zacharię in tẽplum atq; in xenodochium esse cõuersam. Et salutauit Elizabeth, cõgratulans illius tam diu sterilis fœcunditati. O vẽ beatã illam domũ Zachariæ, vbi mater dñi salutat matrẽ pcursoris, vbi futuræ salutis gaudia inchoant, & salus olim p fœminã pdita, p fœminas incipit instaurari. Et in hoc ipso relucet humilitas Mariæ, cp cum esset potior dignitate, tñ prior inferiorem salutauit. Non em̃ de donis Dei quicq̃ sibi arrogauit, sed in tutissimo ac solidissimo humilitatis portu pstitit. Quidam hic sex q̃dam annotarũt nobis in matre dñi imitanda. Primo enim dicit surrexisse. Et nos itidem surgamus à torpore acediæ, desideria terrena dispellamus, quę nos semp in imis retinent, ne mẽtem ad superna transferre queamus. Secũdo, abijt in mõtana. Nos q̃q; ad perfectiora & sublimiora tendamus, contemptisq; his infimis, cœlestia & superna appetamus & ingramus. Tertio, festinat. Festinemus etiam nos vitam in melius cõmutare, nec differamus de die in diẽ, ne pter opinionẽ extra tẽpus gratię auferamur. Quarto, venit in ciuitatẽ Iudę. Iuda cõfessionẽ significat. Ergo & nos in ciuitatẽ diuinę cõfessionis & laudis ingrediamur: cõfiteamur illi mala nostra, laudemus bonitatem illius. Quinto, intrauit in domũ Zachariæ. Zachariã quidam interptant memoriam dñi. Itaq; exclusis à corde cogitatiõibus vanis & noxijs, memores simus mandatoꝶ Dei. Qđ quantope deceat Christianos oẽs, vel inde põt esse pspicuum, q̃d dñs antiq̃ illi duræ ceruicis populo Iudęoꝶ eiusmodi pceptũ dedit, dicẽs Mosi: Loqre filijs Israel, & dices ad eos, vt faciãt sibi fimbrias p angulos pallioꝶ, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas, q̃s cum viderint, recordent oĩm mãdatoꝶ dñi, ne sequant cogitatiões suas & oculos p res varias fornicantes: sed magis memores pceptorum dñi faciant ea, sintq; sancti Deo suo. Ecce sẽtẽtiam memorabilẽ, sed hodie apud Christianos plane explosam. Dicas hęc dñi ṽba cuipiam e populo, rñdebit: Nũ me monachũ vis efficere? Hęreticus dicet: Nõne Christus p nobis satis fecit? Mihi qd opus est tã stricta viuẽdi rõne? O stulti tandẽ sapite & videte, qa non absq; studio & conatu nostro peruenit ad regna cœloꝶ. Sexto, salutauit Maria Elizabeth. Elizabeth qdã significare aiũt saturitatẽ Dei mei. Ergo etiam nos posthabitis creatu-

Margin notes:
Obedientię exemplar q̃ magnifice hic oĩbus pstat virgo Maria.
Ambros.
Maria virgo vtrĩ simul & actiuæ & contẽplatiuæ vitæ de se prebuerit exemplar.
C
Virgines quãto studio publicũ fugere debeant.
Quę nã sex hic nobis mater dñi reliquerit imitanda.
Iuda quid interpret.
Zacharias quid significet.
Numer. 15
Psalm. 93
Elizabeth quid interpretetur.

creaturarum oblectamentis, quæ desiderium mentis irritare possunt, satiare non possunt, illi vni perpetim inhiemus, cui Propheta dicit: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Psalm. 16

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.

D Mira res, vt infans, qui necdum seipsum sciret, salutationem Mariæ & creatoris sui aduentum sentiret. Plenum est hoc miraculi. Sed quia iam verbum æternum carnem sumpserat intra sacratissimæ virginis viscera, virgo ipsa verbi voce loquebatur. Quid ergo mirum, si tantæ illa vox efficaciæ fuit? Sed & ipsius reuerendæ virginis excellentissima sanctitas facile beatissimum paruulum tam nouo & inusitato gaudio afficere potuit. Exultat Ioannes in matris vtero, & quod longe post voce dicturus est, & digito demonstraturus, iam miro quodam motu clamat intra matris viscera: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Atque hoc ipso iam tum domini propheta initiatus est, annuncians modo quo poterat aduentum Saluatoris. D. Ioannes Chrysostomus tantam stupens gratiam, ita ait: Dic infans, dic prophetarum omnium maxime, qui digne satis plus quam propheta vocaberis, vnde tibi hæc exultatio? Nondum natus es, & iam prophetas. Domini aduentum agnoscis, quem quia voce salutare non potes, exultando agis quod potes. Quam lætus ei occurreres, si iam natus eum videres, cuius agnito aduentu, exultando obuiam ire conaris. Hæc ille. Ergo mox ad B. Mariæ salutationem repletus est Ioannes spiritu sancto, & supra naturæ facultatem accepit vsum rationis, vt & Deum, & matrem Dei agnosceret. Iucundissimam habent ista contemplationem, si cogitemus Deum maternis gestari visceribus, virginem concepisse ex Deo non ab homine saluo integritatis pudore, matrem Dei salutare matrem præcursoris, sub vno eodemque tecto verbum incarnatum, matrem Dei & virginem, summum prophetam, & sterilem prole fœcundam manere, nostræque salutis initia celebrare.

Ioan. 1

Chrysost.

matth. 11

Infantem Ioannem Baptistam ad salutationem B. Mariæ repletum spiritu sancto.

Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

E Vbi filius repletus est spiritu sancto, mox repleuit & matrem. Tanta gratia effusa est in Ioannem, vt copiosissime redundaret in matrem, efficeretque, vt quod Ioannes non poterat, ipsa voce promeret erumpens in laudes Dei & virginis Mariæ. Ergo simulatque repleta est spiritu sancto exclamauit voce magna. Grandi enim intus accensa feruore spiritus sancti, non se continere poterat, quin flammam sui pectoris vocibus ignitis declararet: & quod ex sancti spiritus illustratione ipsa perspiciebat, etiam aliis indicaret, nempe dominicæ incarnationis mysterium in vtero virginis. Ita semper spiritus sanctus quoscunque implet & possidet, Dei laudes celebrare compellit, nec patitur suæ maiestatis domicilium ingratitudinis detestandæ marcere ignauia, sed mouet ad laudandum Deum, & eius gratiam ac beneficia prædicanda. Timeant ergo carnales, pigri, tepidi homines huic mundo dediti, quos iuuat totos dies inanissimis vacare confabulationibus, tædet autem vel horulam diuinis interesse laudibus: qui si sancto spiritu habitatore & rectore gauderent, non possent vtique vnquam à Dei laude cessare. Clamauit autem Elizabeth voce magna non tam oris, quam cordis, vt vocem illam non soni magnitudine, sed amoris vehementia metiamur: quanquam potest etiam iuxta literam vox magna de soni contentione accipi. Cum enim fortiter arderet intus, nihil mirum, si cum ingenti sono foras prorumpit. Sed plus valet apud Deum cordis, quam oris clamor, sicut Augustinus etiam confirmat, ita dicens: Clamor ad dominum est intentio cordis, & flagrantia dilectionis. Sed quid tandem clamauit Elizabeth? Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. O vere dulcissimum clamorem, qui ex abundantia cordis productus est. Benedicta tu, inquit, inter mulieres, id est, præ cunctis fœminis summe benedicta: quia quod nulli vnquam contigit, tibi præstitum est, vt sis mater Dei. In hæc verba Beda venerabilis sic scribit: Eadem voce B. Maria ab Elizabeth qua à Gabriele benedicitur, quatenus & angelis & hominibus veneranda monstretur. O vere benedicta mater Dei, quæ angelicis tremendum potestatibus læta virginali gestauit vtero, & quem totius mundi immensa capacitas complecti non potuit, suis visceribus clausum tulit. Quidni benedicta, quæ totius gratiæ & benedictionis fontem intra se gerebat? Et benedictus fructus ventris tui. Benedicta mater

Spiritus sanctus quæ agat in eis quos replet ac possidet.

Vox Elizabeth qualis fuerit.

Augustin.

Beda.

Maria virgo quomodo dicatur benedicta inter mulieres.

Fruct' ventris B. Mariæ qui fuerit bene dictus.

mater, benedictus & filius, sed longe dissimiliter. Mariæ bñdictio modum & finem habuit: sed filij benedictio prorsus immēsa erat. Non enī illi ad mensurā data est benedictio. Imo vero ipse, vt iam dixi, totius benedictionis fons est, ex quo etiam ipsa matris bñdictio deriuata est. Quid aūt mirū, si bñdictus sit fructus ventris intemerati, & bñdicta sit mater illius, qñ de se suiq; similibus Apostolus cōfidenter ait: Bñdictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui bñdixit nos in omi bñdictione spūali &c. (Ephe. 1) Non est aūt temere factum, vt hanc clausulam, nempe benedictus fructus ventris tui. S. Elizabeth adderet ad angelicam salutationē. Id nāq; illi reseruarat spiritus sanctus, vt q̄d angelus inchoarat, ipsa absolueret, vt iā nihil dubitemus verbis non tam angeli vel hominis, quam ipsius spūs sancti honorare matrē Dei, dicendo: Aue Maria gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus, & bñdictus fructus ventris tui Iesus Christus Amen. quæ est oratio dulcissima, gratissima angelis, dęmonibus terribilis, virgini matri acceptissima, toti Trinitati honorifica, denique miseris mortalibus mire cōducibilis & fructuosa.

Salutatio angeli ad B. virginem quanta sit efficacia.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutatiōis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

F Ecce quā reuerenter Elizabeth, imo spūs sanctus per Elizabeth cōpellat & excipit virginē Mariam. Vnde, ait, hoc mihi? Equidem me plane indignā agnosco, vt veniat mater dñi mei ad me. Vere aptos habuit oculos venerabilis Elizabeth, & matris Dei pspexit excellētissimā dignitatē. Ideoque territa, summa cū reuerētia & honoris exhibitione eā excipit. Q̄d etiam nos obseruare debemus, vt erga tantā virginē nō ascitāter, dissolute, negligēter, impudenter nos geramus, sed studiose, attēte, reuerēter & alacriter illam honoremus. Alioq filius eius cōtemptum & irreuerentiā matri suæ illatam indigne feret & grauiter vlciscetur. Neq; quicq̄ habet ambigui, qn tota cœlestis curia summo venerationis studio eam prosequatur. Quanto ergo magis nos miseros, virtutis inopes, vitijsq; multis implicitos pro illius incōprehēsibili dignitate,

Matrē suā vult Chrs à nobis honorari velit.

nostraq; multimoda indignitate & vilitate pio cum timore, & submissis animis studiosissime eam venerari decet? D. Hieronymus in concione de eiusdē virginis assumptione: Talem, inquit, ac tantam virginem laudare indignum me fateor & vereor, ne sicut indignus, ita & improbus laudator inueniar: hinc laudes eius depromere pertimesco. D. quoq; Bernardus: Nihil est, ait quod tantum me terret, nec aliquid quod tantū me delectat, sicut de beatissima virgine sermonē habere. Terret me indignitas propria, sed me delectat laus virginis sanctæ. Hęc dicta sint propter impudentes q̄sdam, qui tantam virginē volunt in ordinē cogere, & prope omni honore spoliare, q cū sint pleni spiritu tartarico, non possunt sibi nec à matris Dei iniurijs tēperare. Cæterum in his verbis S. Elizabeth plane animaduertimus spiritu prophetico Dei filiū in virginis vtero incarnatū eam cognouisse. Quæ aūt subiecit: Ecce, inquiens, vt facta est vox salutationis tuæ, &c. iam superius exposita sunt. Deinde addit:

Hierony. Bernard'. Matrē Dei quomā venerari decet.

Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a domino.

G Poterat sane animum virginis, pręsertim tam modestæ, tam humilis, tam nihil penitus sibi tribuētis quædam pulsare dubitatio, qua ratione fieret, vt Dei filium generaret. Non enim parua erant aut vsitata quæ illi ab angelo dicebantur, sed sacratissimi plena mysterij, atq; oēm humanæ mētis captū plane excedentia. Quid enī est humilē puellam eligi in matrem summi Dei? Sed virgo diuinissima supernæ lucis fulgoribus mirifice illustrata, & mysterium agnouit, & de Dei virtute nihil hæsitauit: sicque toto corde assensit verbis angeli, & humilitate nō abiecta, sed deuota fide, piaque fiducia suscepta, obtulit se ad omnem voluntatem Dei. Vnde iam beata prędicatur à sancta Elizabeth, quod tam miris & occultis, atque ab humana consuetudine, imo & intelligentia vsqueadeo remotis fidem adhibuit, diciturque illi haud dubio euentura esse, quæ dicta erant à domino, scilicet, vt filium Dei quem concepit, etiam pariat opportuno tempore. Vere beata & plus quam beata virgo, quę suum & omnium creatorem meruit habere filium & illi e suo purissimo sanguine corporis

ministra

ministrare substantiam, à quo ipsa corpus animumq; acceperat.

Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum.

Hucusq; silentio presserat virgo modestissima, quę diuinitus illi pręstita erant: at nunc posteaquam vidit per spiritum sanctum alijs reuelata, non potest vltra se cohibere, quin prorumpat in laudes Dei. Humilitas sane tegere maluisset tanta beneficia, sed gratitudo & amor compulit laudare Deum, & eius gratiam ac misericordiam prędicare. Ait ergo: Magnificat anima mea dominum, id est, anima mea quamuis non sit nescia maximis se à Deo affectam beneficijs, atq; tanto sublimatam honore, vt maior sub Deo non possit intelligi, tamen nihil horum sibi tribuit, non sibi inaniter placet, non se extollit, nõ stulte ac impudenter gloriatur, sed magnis & congruis laudibus Deum effert & prędicat. Ille est enim totius boni autor. Ex illo est, quicqd tu in me miraris & laudas o Elizabeth. Nolo imitari superbum dęmonem, qui in effabili se cernens pulchritudine præditũ, ad seipsum cum inani sui complacentia se se reflectẽs, non dedit honorem Deo: sed quicquid mihi laudis abs te tribuit, id ego potius refero in Deum meum, qui sicut voluit & potuit, ita me humilem ancillam suam elegit in matrem suam, vt merito illum totis animæ viribus laudare debeã, quod vsqueadeo sese mihi inclinare dignatus est, quod per me venire instituit in hunc mundum ad liberandos filios Adæ ex captiuitate diaboli, reducendosque in paradisum cœlestem.

Anima B. Marię q modo magnificauerit dñm.

Elaiæ 14

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

H

O vere virginem omnium virtutum formã, totius sanctitatis specimen, omnimodę perfectionis exemplar. Non acquiescit in vllis Dei donis, quod faciũt stulti, qui se extollunt & gloriãtur in beneficijs Dei, sed exultat in ipso Deo. Gratias quidem agit Deo de beneficijs illius, sed non ibi hæret, non in illis cũ delectatione quiescit, sed per illa tendit in Deum. D. Augustinus quodam sermone ait: Exultat in domino, qui terrena non curat, quẽ prosperitas non emollit, quem aduersitas temporalis non frangit, quem sola Dei memoria delectat. Exultauit, inquit Maria, spiritus meus in Deo salutari meo: non in impietate, vnde gaudet diabolus, non in vanitate, vnde lætatur mundus, non in voluptate, vnde caro exultat, nõ in generis nobilitate, non in corporis pulchritudine, non in mũdi ꝓsperitate, sed in Deo salutari meo. Vocat autem beata virgo Deum salutare vel saluatorem suum, non quidem generali, sed speciali ratione, quandoquidẽ ipsam solam à peccato originis saluauit per gratiam pręseruationis, qui est modus dignissimus redimendi. Præclarius est enim seruare immunem à vulnere, quã ab inflicto curare. Vnde in officio Conceptionis eiusdem virginis sanctissimæ canit sancta Ecclesia:

Augustin. Exultare in Deo qd sit.

Exultauit spiritus Mariæ in Deo salutari suo.

Pręseruari à peccato quantũ sit donum Dei.

Nullum redemit filius
Ex omni gente dignius,
Qui te seruauit prouide
Mundam paterno scelere.

Et insignis quidam Theologus loquens B. virgini: Te, inquit, crimine solam immunem natus contulit esse tuus. Et nos dilectissimi non in vllis diuitijs, non delitijs, non honoribus, sed in Deo semper exultemus. Non est solidum, verum, stabile gaudium, nisi in Deo. Gaudeãt filij huius seculi in rebus nihili, nos gaudeamus in Deo, qui nobis ęterna promisit & seruat gaudia in cœlis, Amen.

SERMO I. IN EAdem Solennitate. Vt cunctis mulieribus illustribus & in scriptura laudatis beatissima virgo Maria sit præstantior.

I

BEnedicta tu inter mulieres. Lucæ primo. Charissimi fratres, legimus nõnullas in veteri testamento mulieres ante Mariam benedictas, verũ per homines non à Deo ita commẽdatas. Maria prima est, quę cœlestis nuncij primum, iterũ Elizabeth, imo spiritus sancti per Elizabeth meruit testimonium. Nec modo bñdicta dicitur, sed additur etiam in mulieribus, hoc est inter mulieres, prę omnibus, ante omnes, supra omnes. Cæteræ quidem ob vnum aut alterum aliquod insigne prædicantur benedictæ. Maria quicquid in singulis claruit, totũ in se collegit. Quapropter cũ priores in figura

figura eius commendentur, ipſa tanto interuallo antecedit omnes, quantum inter eſt inter figuram & rem. Principio igitur ſi generatim de ſexu loquẽdum ſit, palam eſt illũ trifario ordine diſtinctum ita geſſiſſe Mariam, vt horum quemlibet illuſtrarit, quemlibet Deo conſecrarit: nam om̃is mulier cum ſit aut virgo, aut coniunx, aut vidua, Maria quodlibet eſt horum: atq; cu iuſuis ordinis cum ſint claritates quędam tanquam benedictiones, Maria ſupremo ac inacceſſibili gradu cũ ſingulis tum om̃ibus emicuit. Eſt autem benedictio virginum caſtitas virginalis, pudica verecũdia, & tam corporis quã morum honeſta pulchritudo. Coniugatarum eſt fœcunditas, prudentia, ſedulitas. Viduarum continentia, modeſtia, pietas. His omnibus quantũ B. Maria virgo ſimul & coniunx, tandem & vidua, cunctis alijs mulieribus illuſtrior ſit, quamq; pręterea multis alijs (quę in nulla muliere inueniri contingit) ſingularis eniteat, ſilentio potius q̃ indigno p̃conio laudabimus: quippe cum tanta ſint, vt rei magnitudine doctiſſimus quiſq; ſuperetur. At vero ſi de his mulieribus quæ in ſcriptura veteris paginæ cõmendantur ſingillatim ſermo faciẽdus ſit, cito oſtẽdi põt q̃ facile & illas oẽs vincat Maria. Nam (vt aliquas recenſeamus) Euam priſcam illam ac primam omnium matrem (neq; enim par eſt illam à ſanctarũ catalogo mulierum ſequeſtrari) quis neſciat hac noſtra matre, puta virgine beata, longe inferiorem? Cui tametſi non mediocri laude donatum ſit, cunctorum mortalium eſſe parentem, parit tamẽ filios mortis ſicut Maria adoptionis. Multiplicauit quidem Eua gentem, ſed non magnificauit lætitiam, quãdoquidem filijs ſuis generale malum induxit, quod Maria beatiſſima mater noſtra nobis abſtulit. Illa igitur auctrix culpæ, hæc inuentrix eſt gratiæ. Illa nos in ærumnas multas coniecit, hæc eripiens nos fœlicitati reſtituit. Sit ergo Eua cunctarũ gẽtium parens infelix, Maria oĩm eſt electorum mater beata. Nec mirum videatur, q̃d dixerim Mariam omnium electorum matrem. Qui enim non eſſet? quandoquidem non aliud eſt eſſe Mariæ filium atq; Chriſti membrum. Conſtat autem omnes nos eſſe membra Chriſti, atq; ideo filios Mariæ. Et de hac ſatis. Accedamus ad alias.

[Margin: Fœminei ſexus ordinẽ triplicẽ vni geſſiſſe, illuſtrauitque Maria. — Virginum bñdictio quæ ſit. — Coniugatarum. Viduarũ. — Quod cunctis mulieribus in ſcriptura laudatis Maria ſit præſtantior. — Eua quantum excellat Maria. Gene. 3. Eſaiæ 9. — Electorũ oim mater vna ſit Maria.]

Commendatur Rebecca à pulchritudine, quod puella ſit decora nimis, virgoq; pulcherrima. Item Rachel, quod decora ſit facie & venuſto aſpectu. Adeo vt hæc poſterior Iacob ſeptennem laborem ſui amore reddiderit breuem. Altera Iſaac prioris triſtitiæ (quæ pro morte acciderat matris) penitus fecit immemorẽ. At nihil hoc ad Mariam, quæ tota pulchra & ſine macula, (Et vt verbis vtar diui Bernardi) virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter & corporis decore præfulgida, ſpecie ſua & pulchritudine in cœleſtibus cognita, cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectum, ita vt cœleſtis regis animum ad ſui concupiſcentiam inclinaret, vt cœleſtẽ nuncium ad ſe de ſupernis adduceret.

[Margin: Gene. 24. — Gene. 29. — Cantic. 4. Bernard.]

K

Laudatur mulier illa Thecuitis, q̃d regi Dauid eiecti filij ſui perſuaſerit reductionẽ. Maria permulta cũ Deo in p̃cibus ſuis pro humani generis reparatiõe diſputans id obtinuit, vt non vni tãtum eiecto, ſed omnibus ſit copia reuertendi in paradiſum multo feliciorem, quã vnde ſumus extruſi. Sic altera quædam in Abela, mulier non tam laudanda eſt (quod cum Ioab per murum ſapienter loquens, aſſentiẽdo his quæ poſtulabat ille vrbem ſeruauerit) quam beata Maria quæ licet pauca, prudẽter tamen cum angelo diſſerens, dum annuit his quæ petuntur, orbem ſeruat vniuerſum. Dauid iratum iam iamq; vt de ſui contemptoribus vltionem caperet, accinctum præuenit, placat, reuocatq; Abigail offerẽs ſe in ancillam vt lauet pedes ſeruorum domini ſui Dauid, vtpote non minus humilis quã prudens. Maria diutinã illam inimicitiam inter Deum & hominem ſuo interuentu dirimit, atq; adeo humanã naturam diuinę cõciliat, vt in vteri ſui thalamo ex vtraq; vnus idẽq; fieret Emanuel. Quo nimirum egit vt ſentẽtia illis per ſerpẽtis aſtutiam generi humano ſuperinducta (quæ nihilo erat clementior ea quam olim Iudæorum hoſtis Aman eidem genti fuerat machinatus) reuocetur, inueniẽs apud Deum gratiam pro om̃ibus vberiorem, quam Heſter electa regina ante Aſſuerum. Laudabilis plane vxor Manue quæ licet ſterilis angelo credit ſe parituram, infantemq; editum mox Deo conſecrat Nazaręum. Anna quoq; deuota vxor Helchanę, perinde ac prior haud fœcunda datam ſibi prolem Samuelem Deo in templũ redonat. At cernite nunc quam ſit Maria tũ

[Margin: 2. Reg. 14. — 2. Reg. 20. — 1. Reg. 25. — Gene. 3. — Heſter 5. — Iudic. 13. — 1. Reg. 2.]

fide maior tum deuotione illustrior. Credit angelo se parituram vel virginem, prolem quoq; enixa diuinam, verum patri cõsecrat Nazaræum, Samsone fortiorem: qp
Roman. 6 3.Reg. 8 pe qui non modo de hostibus, verum etiam de morte moriens ipse triũphauit. Samueleq; sanctiorem, vtpote qui non pecudes, sed hostiam viuentem, Deo placabilẽ, semetipsum mactaret. Adde quod mater non tam ipsam prolem quam semetipsam Deo in templum dedicat, imo Dei templũ etiam ipsa efficitur, dum vterũ suum Deo hospitium locat. Quid multa? Quęritur
3.Reg. 1 Dauid Christo domini in cunctis finibus Israel virgo adolescentula quæ foueat illũ & ministret seni. Reperta tandem Abisac (qua nulla tum alia speciosior) adductaq; seruiuit ei, dormiuitq; cum illo manẽs vir
Abisac seruiens Dauid vti Mariam designet. Eccle. 24 go. Quorsum hoc? Profecto vt intelligamus Mariam Abisac nobiliorem non modo e finibus vnius, sed omnium gentium e cunctis seculis, imo & ab initio & ante secula Christo electam, quippe quæ sola visa digna sit eundem habere, & Deum & filium, eiusdem esse & sponsa & ancilla, mater & virgo. Verum dicet aliquis: Quid attinet ad Mariam cubatio Abisac, quando quidem de ministerio non dubitatur? Profecto nõ parum. Christum nanq; dum lactat, dum pascit, dum fouet, dum denique cætera id genus officia exhibet humanitati eidem ministrat. At dum rursus eũdem
Dormitio Mariæ cũ Christo mystice qd. Deum salutare suum contemplatur, cuius est sponsa dignior, quam alia quæuis anima contemplatiua, dum amat, dum suauissimo exultationis gustu amplexatur, eiq; inhęret, dormit cum illo. Quidni dormiat
Cantic. 2 Maria, cũ filiabus Sion interdicitur, ne interrupto contẽplationis eius somno, vsq; quaq; suscitent dilectam, donec ipsa velit. Dormit ergo, pro qua tãtopere mandatur ne suscitet.

L Occurrit modo, nec tacenda est, puto, mulier illa Sunamitis, nõ mi-
4.Reg. 4 Sunamitis Helisæum suscipiens vti Mariã figurarit. nus deuotione q̃ clementia insignis, quæ Helisæo intra domum suam cõstituit cœnaculũ. Figura est cuius plane veritas elucet clarius in Maria. Siquidem hæc deuotissima & tota misericors (quippe quę vsq; hodie ab omni seculo canitur, misericordiæ regina, vitę dulcedo, spes nostra, aduocata, clemens, dulcis & pia) suscepit miseri
Psalm. 47 Helisæus quid interpretetur. cordiam Dei in medio templi sui, id est, intra domum corporis sui suscepit verũ Helisæum, id est, Dei mei salutare (ita enim interprætatur) in medio templi sui, hoc est, intra domum corporis sui. Nec modo suscepit, verum etiam cœnaculum ei non ligneum, sed carneum spiritu sancto artifice donauit. Vnde etiam ipsa est mulier illa 3.Reg. 17
vidua, quę Helię, id est, Deo meo, siue Deo domino panem paruulum, de q̃ oẽs in altari reficimur, coxit: cuius neq; farina hydrię, id est, virginitatis cãdor, neq; olei lechitus, id est, exuberãtia misericordiæ vnq̃ defecit. Parit Sara anus filium sibi repro- Gene. 21
missum, quo mater multarum gentiũ constituitur: parit Maria (quod mirabilius est) virgo verum Isaac in quo benedicãtur omnes gentes, in quo omnes scripturæ cõplentur, in quo oẽs figuræ consummãtur. Fit quoq; ipsa Maria, ob vnius partum, nõ vnius tantum filij, sed omniũ qui in Christo regenerantur, omnium qui cum Christo hæreditabũt, mater atq; propterea siue Gene. 29
Lya siue alia quacũq; muliere, quam à fœcunditate commendat scriptura, fœcundior. Non prętermittenda hoc loco videtur Luc. 2
Anna vidua illa Euangelica, quæ de Christo vaticinãs infante (ne prophetiæ dono æstimetur indigna, magnis inducitur meritorum diuitijs commendata. Veræ quam tumuis laudata, quando poterit Mariæ integritati comparari? Deinde quid potuisset mulier sancta de Christo prædicere, q̃d Mariæ vel experientia non esset compertum? Ad aliam igitur transeamus. Ruth, Ruth 3
quoniam mulier erat virtutis, à Boos benedicta meruit laudari, q priorem misericordiam posteriore superarit. Verũ, quid illic tam excelsum, quid benedictione tam dignum, quod non superauerit mulier no- Eccle. 24
stra mater pulchræ dilectiõis & timoris & agnitiõis & sanctæ spei: In qua gratia omnis vitæ & veritatis, in qua omnis spes vitæ & virtutis? Vere superauit Maria miseri- Misericordiam priorẽ vti Maria superarit posteriore.
cordiam priorem posteriore. Magnã nobis misericordiã fecit, quod in matrẽ Dei electa & petita annuens, ancillam se obtulit, quod nobis concepit Deum, nobis pe- Luc. 1
perit paruulum, nobis dedit filium. At maiorem hanc fuisse quis dubitet, quod quẽ genuerat nobis, etiam in mortem exposu- Ioan. 19
it pro nobis, cum illo pariter nostram sub cruce operans salutem? Aut ista prior misericordia eius est, qua temporalibus nostris necessitatibus atq; corporalibus subuenit ęrumnis. Hãc supat posterior, q̃ nos pia mater trahit ad æterna: q̃ nimiꝝ prio-
re est

re est potior, quanto cœlestia præstant ter renis. Occurrit nunc Rahab, quam fi de legimus præclaram, Maria tamen inferiorem. Illa enim chorufcãtibus prodigijs excitata, ex vrbe infidelium Deo Ifraelitarũ credidit. Hęc Christo moriente, simulque cum eo in cunctorum animis lumine fidei occumbente, sola incolumi fide toto illo triduo perseuerauit, sola tum Ecclesię personam expressit. Vnde haud immerito factum est, vt ex scripturis, quæ tribuũtur Ecclesiæ, eadem tribuantur & Mariæ, quãdoquidem, vt dixi, eo triduo quo Christus mortuus est, in vna Maria seruabatur, & Ecclesia, & fides integra. Cæterũ, qa iuxta crucem sumus, videte hic Noemi tristiorem, videte Sara honestiorem: quippe quæ non modo in puellaribus annis, verũ in tãtis etiam dolorum angustijs nihil immaturũ, nihil indecens pręstitit. Videte Salomæ constantiorem. Nec quenquam moueat, quod illa in septem, hęc in vnigenito passa sit, cum non filiorũ numerus, sed dolor cõpatientis vndecunq; & in immẽsum ferme exaggeratus, in Maria pensandus fit. Accedit q̃d vnius Christi vel ad horam vita cunctorũ mortaliũ sit preciosior, proinde quoq; mors eius vehementius lugenda, q̃ aliorũ omnium. Non dubitem tamẽ, quemadmodum Christum non solũ pro prius dolor, sed etiam singulorũ membrorũ suorũ spiritualium, puta qui sui amore erant passuri, torsit: ita Mariæ cor doloris gladius, & pro vnigenito & pro omnibus filijs adoptiuis, futuris scilicet martyribus dissecuit. Ad aliam pergamus. Miratur quis Delboran propheten populo ius dicentem innoxiosq; ab oppressoribus vindicantem. Miretur potius Mariam nouellæ Ecclesiæ post Christi ascensionem præsidentem, legemq; Euangelicam interpretantem. Miretur eam nunc cœlis terrisq; imperantem, atq; clementiori iudicio nõ tam liberantem insontes, quam etiam ex impijs iustos facientem. Honoratur Bethsabeæ mater Salomonis, & à filio regnante extollitur. Verũ illius thronus itẽq; sedendi maiestas ac impetrãdi facultas (cunctis liquet) q̃ nihilo possit ad Marię gloriã æquari, ne tantillũ quidẽ. Ad Iudith igitur vel nunc tandem veniamus, mulierẽ tam virtute quam gloria conspicuam, quã gẽs Iudæorũ admiratur pro victoria eo speciosiore q̃ fragiliori manu, vtpote fœminea parta fuerat, nihilo secius quam olim Iahelis, quæ Israelitarum hostem Sysaram infixo in tempora clauo strauerat. At multo gloriosior, omniũq; celeberrima est quæ per Mariam nobis adepta est victoria, qua Deus ipse vincitur, q̃ Dei iustitia ad misericordiam flectitur, qua diaboli virtus sternitur, qua serpentina malignitas pedibus fœminę calcanda, cõterenda, eliminãdaq; subijcit, qua cœlestis patriæ hæreditas pene amissa nobis recupatur, qua deniq; domus supbissimi Nabuchodonosor tota p vnã virginẽ Hebræã cõfutatur. Quę plane oĩa cũ per Mariã habeamus, dignũ pfecto est immensis eã extollamus laudibus, eiq; q̃d in Iudith p̃coniũ acclamabat multo p̃ ei us tribuamus, dicẽtes: Bñdixit te dñs in virtute sua, qa p te ad nihilũ redegit inimicos nostros. Bñdicta tu filia à dño Deo excelso p̃ oĩbus mulieribus sup terrã. Bñdictus dñs qui creauit cœlũ & terrã, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ nostrorũ, quia hodie ita nomen tuum magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter, & cõfortatum est cor tuum, & ideo eris benedicta in æternum, præstante filio domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Margin notes: Iosue 2. Marię cur merito tribuãtur ex scripturis quę tribuũtur Ecclesiæ. Ruth 1. Gene. 17. Iudic. 4. 3. Reg. 2. Iudith 10. Iudic. 4. Victoria p Mariam nobis adepta q̃ sit gloriosa. Iudith 14. Iudith 13. Iudith 15.

SERMO II. IN EADEM Solẽnitate. Quasnam ob causas beatissima virgo Maria visitauerit cognatam suam Elizabeth: benedicta vti fuerit beata Maria multifariam, deq; septem beneficijs ceu visitationibus quibus sibi deuotos visitat & afficit.

Exurgens Maria abijt in mõtana cum festinatione. Lucæ I. Hodie festũ fratres charissimi, visitationis gloriosæ virginis Mariæ celebramus: festum quo fidelibus in Maria exemplum mirę pietatis & humilitatis proponitur imitandũ. Siquidẽ per angelum cœlitus missum salutata, ad redẽptionem humani generis electa, & iã Dei (quem in vtero mater habuit) effecta, nihil se extulit, nihil de se præsumpsit, nihil de se plus sensit: non digniorem se æstimari voluit. Cognatam autem senem visitauit, vt

uit, vt de adempto sterilitatis opprobrio, illi gratularetur, vt spiritualem consolationem illi super beneficiorum diuinorum collatiōe impartiretur, vt arcana sua (quia vtriq; de altera diuinitus fuerat reuelatū) sibi communicarent, & Deū simul collaudarent: & ipsa Maria, licet dignior, tamen iunior seniori iam ad sex menses grauidæ inseruiret. Huius autem historiæ declaratio est Euangelium ipsum, quod hoc die in Ecclesijs recitatur, quodq; sanctus describit Lucas Euangelista, dicēs: Exurgēs Maria abijt in montana, &c. Postq̃ enim per angelum edocta fuerat beatissima Maria, senem Elizabeth sterilem cōcepisse, & in spiritu intellexerat talem filium, ac tantum parituram, statuit suam cognatam visitare, hauddubium quin de sponsi sui Ioseph, cui reuerentiam & obedientiā deferebat, licentia. Concordabant enim optime inter se Ioseph & Maria, quia erāt templa spiritus sancti ambo, licet Maria incōparabiliter dignior esset: concordabant quoq; cum Deo, nihil nisi quod Deo placitum esset volentes. Fundatur enim concordia super conformatione humanæ voluntatis cum diuina: ideo non poterant esse difformes in voluntate, vbi talis voluntas poterat stabiliter seruari. Sunt tamen qui putāt Ioseph cum Maria iuisse. Sed huius non habemus certum in scriptura testimoniū.

Lucæ 1

B. Mariæ & Ioseph quanta cōcordia fuerit.

Quæris fortasse, quid mouebat S. Mariam, vt ad mōtana ascenderet, & Elizabeth visitaret? Non profecto leuitas, aut curiositas aliqua. Si aūt ad mysticā respicimus significationē, charitas eā dubio pcul mouebat ascēdere mōtana, i. supna. Nā vt igni naturale est sursum ferri, ita amori diuino pprium est ad supna eleuari. Illuc enī fert, illuc spūs impellit, q̃ sperat inuenire, q̃d amat. Cor nāq; qd Dei amore plenū est, ignē in se sentit, q sursum impellit ad Deū: qa, scdm Augustinū, Aīa magis est vbi amat, quam vbi animat. Maria ergo montana ascēdit, i. quāto pficiebat, tāto ad supna & cœlestia magis tēdit. Nō eēt aūt mirū, si amās aīa, etiā literaliter loquendo, alta loca potius q̃reret, q̃ humilia, q̃si humanū affectum humano mō consolans, vt in locis supnis vicinior q̃dammō eēt cœlestibus, hoc est, loco illi, q̃ videt Deus. Qui q̃uis oī in loco psens sit, in certo tñ solo, hoc est, in cœlo solo se cōtemplandū atq; fruendū pbet. Alludit ijs S. Ambrosius de B. Maria loquēs:

Charitas vti mouerit B. Mariam ascēdere montana.

Augustin.

Anima amans cur loca altiora petat.

Ambros.

In mōtana, in qt, ascendit. Quo enī istā Deo plena, nisi ad supiora conscenderet? Et Petrus eps Rauennateñ. Accepto, ait, consensu virginis, vt sine virili semine conciperet Dei filiū, discessit angelus ab ea, visū vtiq; subtrahēdo, nō famulatū, atq; cœlestia petit: quē virgo seqtur, dū in mōtana pgredītur. Secundū literā, necessarium fuit montana ascendere à Nazareth in Iudęā, quia Nazareth humiliori loco sita erat, sicut tota galilęa regio, q̃ Iudęa. Secundo, pietas eā mouebat ad gratulandum seni, quę ab opprobrio sterilitatis erat liberata. Cū Maria pietas creuit ab īnfantia, digna profecto quę mater fieret pietatis, & ex commisso curā nostrę gereret salutis. Vnde D. Bernardus: Vere, inqt, eius misericordię et pietatis longitudinē, latitudinē & profunditatē æstimare nemo pōt, aut mensurare. Ipsa oībus oīa facta est, oībus sinū misericordiæ apit, vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi, & iusti gratiā, & pctōres veniam, angelus lętitiam, filius Dei carnis substantiam, & tota Trinitas gloriā. Tertio, Maria ascēdit, ppter humilitatē. Eandē q̃ Deo exhibuerat humilitatē dicēs: Ecce ancilla dñi, exhibere q̃q; hoībus curabat. Senium cognatę attēdebat, grauitatē impgnate miserebat: ideo iuuencula vetulæ ministrare volebat. Vñ Ambr. Vt audiuit Maria, scz cōceptū Elizabeth nō q̃si incredula de oraculo (scilicet p angelū dicto) nec q̃si incerta de nūcio (scilicet cœlitus sibi misso) nec q̃si dubitās de exēplo (scz in conceptu Elizabeth sibi dato) sed q̃si læta p voto, religiosa p officio (scz ad seruiendū) festina p gaudio ad mōtana prexit. Itēq;: Didicistis virgines pudorē Marię, discite & humilitatē. Venit ppinqua ad pximā, iunior ad seniorē: nec solū venit, sed etiam prior salutauit. Decet enī, vt quāto castior v̄go, tāto sit humilior, nouerit deferre senioribus sit magistra humilitatis, in q̃ est professio castitatis. Vide humilitatē, vide deuotiōem. Non eā aspitas montiū, nō plixitas itineris, nō sexus infirmitas, nō virginitatis pudor, seu pudicitia retraxit. Venit dña ad ancillā, regina ad vasallā, mater Dei ad matrē seruuli. Nos humiles multum fuisse existimamus, si supioribus subijcimur, Maria inferiori se subiecit. Quarto, Maria ad mōtana cōscendit, ppter scīficationē Ioannis. Maria enī venit ad Elizabeth, Christus ad Ioannē, vt ipm scīficaret in vtero, & in

Petrus Rauennat.

O Pietas vt mouerit B. Mariam ad visitandum cognatam suam.

Bernard.

1. Cor. 9
Ioan. 1

Humilitas vt mouerit Mariam ad mōtana conscendere.

Lucę 1

Ambros.

Idem.

Ioānes vt sanctificaretur Mariam cognatam suam visitasse.

& in pphetam vngeret. Vide nūc, quō dei templū nobilissima virgo, & mūdi dña humiliter incedit, nō eques, nō curru vecta, sed pedes, habēs fortasse aliq̄s virgines pudicas, olim in tēplo socias, sui itineris comites. Quas si etiā nō habuit, nequaq̄ sola ambulauit. Habuit nāq; dñm cœli & terræ creatorē oīm, habuit secū angelorū cœlestē exercitū quippe q̄ regē & reginā suā ma magna veneratiōe comitabant. Sed quō ascendit? Cū festinatiōe inqt. Qua sententia spūaliter feruorem B. Mariæ exprimit. Nescit, inqt D. Ambros. tarda molimina spūs scti gratia. Scd'm historiā, ambulauit festināter, qa diu in publico videri renuebat, vt hoc ipso ostenderet, q̄ debeat virgo oīs fugere horrereq; morari diu in publico, nec ibi cōtrahere colloqa. Venit aūt in Hierusalē ciuitatem Iuda, & salutauit Elizabeth. Mos illi fuit patriæ, vt prior salutaret q eēt minor. Vñ B. Maria Elizabeth sibi pferēs, prior tanq̄ indignior salutauit. Cum porro audiuisset B. Mariæ salutationē Elizabeth, exultauit infās in vtero eius. Mox aūt vt B. Maria salutauit Elizabeth, repletus est spū sctō Ioānes sanctissimus infans in vtero matris: qđ fuerat ante p angelū Zachariæ pmissum. Itaq; spū sctō plenus Ioānes, dñi sui psentiam sentit, & p gaudio q̄si exultādo aut saltādo, tripudiat, hoc est, q̄sdā gestus ad modū exultatiōis, aut subsiliētis p se fert: qa quē lingua necdū potuit aut voce, corporis motu, & animi exultatiōe salutat. Mouebaī tūc q̄si gestiēs assurgere, exire & dño suo occurrere, atq; salutare. Hoc loco Ioānes vnctus à dño, officium suū inchoauit, scilicet pcursionis, & pphetationis, qa in vtero matris exiliēs, aduentū Christi euāgelizauit, q̄si tunc signis & motibus diceret, qđ postea verbis clamabat: Ecce agnus Dei, qui tollit pctā mundi. Dicit aūt hoc loco D. Ioānes Chrysost. Christus ideo fecit Mariā salutare Elizabeth, vt sermo pcedēs ex vtero matris, vbi habitabat dñs, & per aures Elizabeth ingressus, descenderet ad Ioannē, & illic eum vngeret in prophetā. Nam statim, vt vox salutationis conuenit ad aures eius, exultans puer prophetauit, nō voce sed motu. Dic beatissime infans, dic prophetarū oīum maxime, qui digne & plus quam propheta vocaberis, vnde hæc tibi exultatio tā insolita, tā oībus seculis inaudita, tamq; supra oēm humani intellectus capacitatem? Nondū natus es, & iā prophetas, dñi aduētū cognoscis, & quē voce salutare nō potes, exultando agis q̄d potes. Quā lætus illi occurreres, si eū videre posses iam natus, Sed qa id adhuc minime potes, facis exultādo q̄d potes. Cū aūt eiusmodi salutationē tam mirā, tamq; humilē matris Dei audiuisset Elizabeth, exultauit, vt dictum est, infās in vtero eius, & repleta est Elizabeth spiritu sancto. Non prius quidem repleta mater est, quā filius: sed repletus filius, repleuit & matrem. Ex plenitudine gratiæ, qua se recepit Christus in vterum virginis, effudit gratiam sanctificationis per salutationem virginis in Ioannem, quæ vlterius redūdabat in matrē. Vnde Elizabeth exultās totaq; exhilarata & spiritu sancto accēsa, amplexatur virginem tenerrime, & nō valēs seipsam cōtinere, exclamat voce magna: filius aūt intus latens, docet qd mater exterius facere debeat. Infantis enim spūs nec valentis clamare, nec voce propria exprimere id q̄d sensit mysteriū, fecit matrē voce magna clamare, tū in signum magnæ affectionis, tum quia magna Dei dona cognouit, tum qa illum in vtero tenebat, qui vox verbi erat. Exclamauit ergo voce magna sancta Elizabeth, dicēs: Benedicta tu inter mulieres. Nos qdem oēs reliquæ mulieres obprobrio & maledictioni subiacemus, quæ in immunditia & corruptione cōcipimus, in dolore parimus. Tu ab oñi corruptione, ab oī væ, ab oī impuritate libera, sola bñdicta es inter mulieres: qcqd gratiæ, qcqd priuilegīj, qcqd pęminentiæ singularis in cæteris mulieribus reperit. tu singulariter bñdicta excellentius possides. Laudātur prędecessores nostræ mulieres, aut à castitate, aut à pietate, aut à sapientia & prudentia, aut à pulchritudine, aut à modestia cæterisq; virtutibus: tu bñdicta supergrederis vniuersas. Tu oīm castissima, oīm pulcherrima, oīm prudētissima, oīm pīſſima, oīm modestissima atq; virtuosissima. Hanc ergo sanctissimam Christi matrem cū D. Elizabeth, & nos fratres charissimi, corde & labīs honoremus & collaudemus, & q̄ nam pacto bñdicta sit à sanctissima trinitate, & à nobis oībusq; creaturis bñdicēda ex S. Elizabeth hac angelicaq;, q̄ eā D. Gabriel q̄q; bñdictam testatus est, admoniti, paulo altius repetamus: Benedicta tu inter mulieres, qñ te Deus ab æterno elegit, nō modo vt ab ipso æternā

Marginalia: Ambros. — Salutatio mutuę mos quis apud Iudæ os fuerit. — P — B. Ioānes qñ & vbi officiū suū inchoauerit. — Ioan. 1 — Chrysost. — Matth. 11 — Q — Benedicta vti fuerit B. Maria multifariam.

beatitudinē cōsequaris, verū per quā æterna sapiētia nasci dignabit, p quam vniuersum mundū patri suo reconciliabit, per q̄ pctōres ad se, instar retis ad littus salutis tracturus est, cuius pietate intercedente, in numeris despatis fidutiam, afflictis cōsolationē, captiuis liberationē, pditis salutē p̄stabit. Bñdicta tu in tua purissima cōceptione, p̄ oibus, nō solū mulieribus, sed & hoībus vniuersis, q nascunt filij iræ, q a singulari gratiæ dono p̄ cūctis mortalibus ab oī prius te pctō p̄seruauit. Bñdicta tu q̄ non modo hoībus, sed & angelis sanctitatis excellentia fecit p̄stantiorem, implens te oñi gena gratiarū ac virtutū plenitudine, tanta sc3, quāta creatura posset vlla suscipere. Nā cū D. Hieronymo teste, cęteris p partes data sit gratia sctitatis, Marię totā se infudit gratię plenitudo. Bñdicta tu à gñis nobilitate, vt puta patriarchali, pphetico, regio ac sacerdotali stemmate illustrissima, parentibus quoq; sanctis ac castis, qbus pp̄ter te sterilitatis obpbriū abstulerat, te dotauit. Benedicta tu in corporis venustate, morū elegantia, ac quicqd decoris, quicquid gratiæ est, q̄d humanis oculis solet esse acceptum, omni videlicet pulchritudine, omni donorum varietate venustata. Bñdicta tu in primo virginitatis ppetuo seruandę proposito ac voto, cūctis retro te seculis illaudato, mundo incognito, in salutem autem innumerabiliū animarū, in angelicæ conuersationis exordium sctōrum oīm profectū, in monasticę vitæ institutum, qui tuū videlicet exemplū erunt imitaturi. Benedicta tu in virginalis puritatis fœcunditate. Nam in tuo vtero felicissimo, & de tua carne purissima sibi Dei filius ęternaq; sapientia, carnē assumpsit, & vt esses Dei verissima mater (quod est excellētissimę dignitatis, & quanta sub Deo non posset esse maior) fecit. Benedicta tu, in cuius vtero mēsibus nouem filius Dei requieuit, quem sine grauamine & molestia, tumescēte felicissimo vtero tuo, gestasti, qui interim non solum animam tuam, sed & corpus miris cōsolationibus affecit. Benedicta tu, in partu felicissimo, quandoquidem carnis integritatem ex te miro modo filius Dei nascens, tibi non solum non abstulit, sed parienti etiam dolorem nullum intulit. Benedicta tu, quam passionis suæ sociam, nostrę redemptionis cooperatricem sibi in cruce pēdenti adstare voluit, doloribus animi internis cunctis martyribus præstantiorem te fecit, matrem te omnium filiorum adoptionis constituit. Benedicta tu, in ipsius resurrectione, quia primo omniū tibi gloriosus apparuit, tristitiam oñem depulit, gaudijs potioribus ac singularibus te refecit. Benedicta tu, in eiusdem filij tui gloriosa ascensione, quando carnem ipsius ex te sumptam, tam vidisti mirifice supra ordines omnes angelorū sublimari. Benedicta tu, in spiritus sancti missione, qñ te in apostolorum p̄dicatione, in mundi cōuersione, in Ecclesię ppagatione, in gentiū vocatione (cuius figurā typumq; iam olim in Magorū intellexeras aduētu) atq; in donorū Dei in credētes vberrima sup effusione te, q̄ eras charitate pfectissima, incredibili spiritus exultatione repleuit. Benedicta tu in quietissima dormitione, quando in egressu sanctissimæ animæ tuæ à corpore, requiem tibi potius, quam mortem donauit: qñquidem te ab oī dolore fecit liberā, & timore oī securā, amore ebriam, oīq; beatitudine plenā & beatā. Bñdicta tu, in tui felicissima assumptione. Nam corpori tuo incorruptionē præstitit, resurrectionē prę rogauit, teq; in aīa & corpore assumptam glorificauit. Benedicta tu, in tui coronatione, quia te in cœlo oībus superiorē ad dexteram suā collocauit, mundo post se honorabilissimam, amabilissimā vtilissimamque constituit, gratiamq; consolandi, nec nō & copiā exorandi pro oībus tibi donauit. Benedicta ergo tu, inter mulieres, quādoquidem per te omnes benedicūtur, maledictio oīs per te exire compellitur, & bñdictio omnis per te intrat. Bñdicta tu inter mulieres, quæ oēm fœminei sexus statū in te cōtinens, sanctificas: omnis eñ mulier cum aut virgo, aut coniunx, aut vidua sit, tu omnia es. Ergo bñdicta tu inter mulieres. Quicquid enim in vlla sanctarū mulierū reperitur, excellentius est in te: & prę terea multa alia, quę nulli mulierum donata sunt, tibi singulariter pro benedictione collata sunt. Et benedictus fructus vētris tui. Ideo tu benedicta, quia benedictus fructus ventris tui. Et vere singulariterq; bñdictus, q nō nostro more, postq̄ natus est, gratiā bñdictiōis à dño pcepit, sed ad saluādū mundū, ipse venit bñdictus in noīe dñi: p quē & semē incorruptiōis & supnę hæreditatis, q̄ pdidimus in Adā, recepimus fructū. Bñdictus q̄q; fructus vētris tui, qñquidem

Marginalia: Ephe. 2 — Hierony. — R — Matth. 2 — Fructus vētris B. Mariæ vt fuerit multiplicitер bñdictus. — Matth. 21

dem benedictio per illum omnibus alijs venit, q iuxta q̄d homo est, b̄ndictus singulari gratiæ b̄ndictiōe oīm diuinorū charismatū. B̄ndictus itē b̄ndictione gloriæ, iuxta q̄d Deus est, ab ęterno vsq; in ęternū, aut, sicut ait Apostolus, q est sup oīa benedictus Deus in secula, q benedixit nos omni benedictione spirituali, scilicet per suā incarnationem & passionē, in cœlestibus.

Rom. 9
Ephe. 1

S Cōmēdat S. Elizabeth deinde B. Mariā à sua humilitate, dicēs: Et vnde hoc mihi, vt mater dñi mei veniat ad me? Vbi hoc merui? quo iure fit? quid bene feci, vt mihi talia fierent? vt tanta se humiliaret erga me peccatricem mater domini mei? Ego venire debui ad te, & tu venis ad me. Scio quæ scis: agnosco quæ sim ego? Scio quod huius mater sis, cuius non sum digna vocari ancilla. Scio quod indigna sim osculari pedes tuos. Et tu venis ad me? Sed hæc est gratia tua, hæc dignatio tuæ humilitatis. Sensi in vtero meo, quanta mihi bona per tuū aduentum acciderunt. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, Ac si dicat: En in tuo aduentu, & salutatione: nō solū ego, sed & infans in meo vtero lætabūdus subsilit, & gratulat: & q̄d voce negat, efficit vt potest exultatiōe. Et hæc q̄dē S. Elizabeth miraculū, & incarnationē verbi cognouit, Mariā matrē esse dñi ītellexit. Intellexit vtiq; p spm̄ sctm̄, q̄ repleta erat, exultatio infantis tā p̄ter omnē vsum naturæ, q̄d mysteriorꝫ nō modo in Dei matre, sed etiam in suo vtero gereret, q̄nquidem senserat p̄sentem regem, cuius esset futurus p̄pheta. Sancta Elizabeth vsq; nūc grauidam se celauerat, iam nō vltro celabat, adeo vt etiam gloriaret quod mater esset prophetæ domini sui, ostendens se spiritu sancto consciā (talis est doctor q in momētooīa docere potest spūs sctūs) eorꝫ quę locutus fuerat ad Mariam angelus, dicēs: Et B. quæ credidisti, q̄m p̄ficientur in te q̄ dicta sunt tibi à dño. Mirum in modum sanctus spiritus Sanctam Elizabeth impleuit præsentium simul præteritorum & futurorum eam scientia instruens. De prę̄sentibus nanq; se edoctā mōstrauit, q̄n B. Mariam matrē dñi sui vocans, quia redemptorem oīm in suo felici vtero gestaret, iudicauit. Præteritorꝫ se q̄q; notitiam impetrasse ostēdit, q̄n & verba angeli ad Mariam, & cōsensum Mariæ credētes sibi innotuisse prodidit, Sed & futurorꝫ sibi scientiam nō negatam intimauit, cū p̄ficiēdo à dño q̄ ei dicta essent, apuit. Quis aūt charissimi fratres dicere, q̄s æstimare sufficiat, q̄ tū gratia spūs scti Dei genetricem repleuerit, cū tanta in matre p̄cursoris lux doni cœlestis emicuit? Ea aūt quæ in historia solennitatis hodiernæ leguntur dicta à beatissima virgine deique matre Maria adeo sunt p̄funda, & humanæ intelligentiæ impenetrabilia, vt potius sint veneranda silentioq; premenda, quam temerario ore promenda.

Elizabeth quam spū sancto doctore cognouerit

Elizabeth vt p̄teritorum p̄sentium & futurorū scientiā fuerit cōsecuta.

Post has laudes B. Maria vere humilis ancilla domini, & grata deo spiritu sancto in se loquente, ait: Magnificat aīa mea dominum. Tu laudas & p̄dicas me, sed aīa mea nihil in se cognoscit propriū, nihil inuenit laude dignū, Vnde se nō magnificat, sed dñm. Et spūs meus exultauit nō in se, sed in Deo salutari meo. Quare aūt spiritus meus exultat? Quia nō dedignatus est respicere paruitatē meam, cum ipse sit magnus & excelsus. Inde ergo exulto, inde amplius magnifico, nō p̄pter mea merita, sed quia humilitatem, id est, vilitatem, indignitatemq; meam respexit dñs, eligendo me sibi in matrē, q habet deū creatorē oīm rerum creatarū in cœlis patrem. Lucæ 1

T Hæc fratres charissimi de ratione præsentis solennitatis dicta sint paucis. Cæterum, quo modo dicit B. Bernardus in laudibus huius Deo dignæ beatissimęq; Mariæ virginis, Hęc nō recedat ab ore, nō recedat à corde: & vt impetras eius oratiōis suffragium nō deseras cōuersatiōis exēplū: idcirco hic breuiter quē ānectere cōmittere nō potui, q̄nā pacto eadē fidelissima Dei & hoīm mater, ipsi deditos deuotosq; mystice spūaliterq; visitet p septē p̄ter alia cōplura beneficia, prima eius visitatio, seu b̄nficiū est, q̄d ipsa miseros excęcatosq; pctōres adeo à via salutis virtutumq; alienos & auersos, benigne reuocat ad saniorē, q̄ ante habuerunt mentē, illosq; vt pœniteat suorꝫ malefactorū gratiā tēpusq; impetrat emendatioris vitæ, ne scilicet ira Dei in illos iuste definiens repente trahat, & improuise protrudat in gehennā ignis, O q̄t ipsius visitatiōe pio que interuentu, nō absq; stupēdis miraculis subito cōuersi sunt, deiq; grām vel amissam, vel etiam nunq̄ speratam obtinere meruerūt. Hoc ipsū cōsiderans sanctissimus Dei amicus Bernar. inculcat, dicens: O q̄s q̄s intelligis te inter huius seculi p̄cellas,

Bernard⁹

Beneficia septem q̄ nā B. Maria suis exhibeat deuotariis.

Bernard⁹

& tempestates fluctuare, ne auertas oculos tuos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariā cogita Mariam inuoca. Ipsam sequens nō deuias, ipsam rogās nō despas, ipsam cogitans non erras. Ipsa tenēte nō corruis, ipsa ptegente nō metuis, ipsa duce nō fatigaris, ipsa ppitia puenis. Secūdo, visitat B. Maria sua melliflua gratia miseros pctōres in aduersitatis morte cōstitutos, trahitq; eos in agnitionē ppriæ puersitatis & vilitatis, dū gratiā illis præuenientem & gratisdatam suis pcibus administrat, illisque vitam psentem quantis sit miserijs periculisq; & calamitatibus exposita, indicat. Hinc cōtingit, q̄d tū suā pristinam lubricam & facinorosam vitā recolendo cognoscunt, cognoscēdo despiciūt, despiciendo horrescunt, horrēdo ad misericordiæ matrē recurrunt: sicq; salubri quadam attritione præuia retrusi, peccare desistunt, à venenosis vitiorum poculis plus solito sollicit, pcauent. Hoc ipsum norunt quotq̄t ex linocinio peccatorū ad statū salutis reuocati sunt. Tertio, visitat B. Maria eosdē de qbus pdiximus, scilicet eos q eius opitulante misericordia & clemētia ad gratiam attritionis pducti sunt suorum peccatorum, eorundē attritionē in verā cōtritionē cōmutans, ita q̄d corda eorū prius per pctōrum frigus congelata, in fluxū lachrymarumq; fontē resoluunt, incipiūtque illis vehemēter amarescere, quæ olim nimiū male placebant. Hoc igit beneficio Mariæ quisqs puentus est, gratias illi magnificas agat, inuentricē tantæ gratiæ sedulis pcibus pulset, quatenus id q̄d quarto loco singularis visitationis ac beneficij collocādum est, obtinere dignetur. Quod aūt est illud? sane remissionē & indulgentiam pctōrum id haud absurde dixerim. Est eīm ipsa tanquā canalis p q̄ vniuersis mortalibus fluēta diuinæ gratiæ & indulgētæ pfluunt. Quod profecto diuus Augustinus in se expertus, ait ad eandem: O beata Maria accipe à nobis quascunque, quanquā exiles nostras gratiaꝝ actiōes intra sacrarium exauditiōis tuę, & obtine nobis gratiā reconciliatiōis. Sit p te excusabile, q̄d p te ingerimus: q̄nquidem nec potiorem te inuenimus ad placandā irā iudicis, quę meruisti esse mater redemptoris nostri & iudicis. Sit tibi compassio sup afflictis, sit pius affectus sup cœloꝝ pegrinis. Quinto, visitat B. Maria suo seruitio deuotionīq; deditos, per pcipuam curā & respectū. Nam q̄s e faucibus dæmonū extraxit, nō potest nō erga eos materna gestare viscera, sed ipsos sagaci cura filio suo Iesu Christo dño nostro recōciliatos cōmendat, ipsisq; mīam gratiāq; illius impetrat. Nā, vt inqt D. Bernardus, sine illa nec vlla diuinæ misericordię ac gratię stella miseris est pstanda, Quare post debitā conuersionem, ad illā tanq̄ oīs misericordiæ & gratiæ aquæ ductum oīs peccator fidēter accedere debet, atq; in sinu eius pietatis maternæ securus qescere, inque cūctis suis miserijs, calamitatibus & huius calamitosissimi seculi turbinibus & afflictionibus, oculos suos interiores leuare, & suspirare cū sctō August. dicens: Sctā Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles &c. sentiant oēs tuum iuuamē, quicunq; celebrāt tuā sanctam cōmemorationē. Sexto, visitat inuocata suos B Maria in tētationibus cōstitutos eos ab hostium inuisibiliū maxima ferocitate vel eruēdo, vel etiā ptegendo, tanq̄ murū impenetrābilē sese hostibus nostræ salutis obijciēs, eos terrēs, viresq; ipsoꝝ eneruans. Hoc eīm ipsum priuilegium meruit, q̄n caput tortuosi serpentis cōtriuit, sicut de ipsa ad serpentē dictū fuit: Inimicitias ponā inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum. Meritis ergo suisq; pcibus B. Maria aereas potestates virtuti sibi desup concessa, vehementer fortiterq; psternit, adeoq; eoꝝ vires eneruat, vt ad noīs q̄q; sui inclamationē fugere cogant. Quod ipsum sapiētissimus ille salomō cōsiderans admiransq;, ait de ipsa in cāticis canticoꝝ: Quæ est ista, q̄ pgreditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castroꝝ acies ordinata? Septimo, visitat suos B. Maria, p suaꝝ virtutū exēplarē pmonstrationē. Sit vobis, inqt D. ille Ambrosius ad sacras virgines, tanq̄ in imagine descripta virginitas & vita Mariæ, in q̄ velut in speculo refulget species castitatis, & forma oīs virtutis. Et D. Hieronym. in laudibus eiusdē beatis. virginis ait: Habetis in ea magisteria pbitatis expssa, qd primū eligere, quid respuere, qd seq debeatis. Primū ergo discēdi incitamentū nobilitas est magistri: deinde merces laboris optimi fructus beatitudinis. Pręstet nobis oībus bn̄dictus fructus huiꝰ sacratis. vginis & matris ipsius meritis pcibusq; i psēti sec. suā grām & post

Marginalia (left): B. Maria vt hoies in sui cognitiōem reuocet — V — B. Maria vt suis cōtritionem obtineat pctōrum. — B. Maria vt sit canalis fluētorū diuinæ gratiæ — Augusti.

Marginalia (right): B. Maria vt erga sibi deuotos gestet materna viscera. — Augusti. — X — B. Maria vt tētatis subueniat — Gene. 3 — Nomē B. Mariæ vt dæmones excurbet. — Cant. 6 — Ambrosi. — Hierony.

& post hanc vitam frui æterna vna cū ipsa beatitudine, dñs noster Iesus Christus, qui cum patre & spiritu ſcto & sua dulcissima matre viuit in æternum. Amen.

IN FESTO D. MARGARETÆ VIRGINIS ac martyris Paraphrasin in Epistolam, & Exegesin in Euangelium vna cum Sermone reqre in prima parte de festiuitatibus sanctorum de S. Agnete virgine & martyre.

IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ MARIÆ Magdalenæ Lectio libri Prouerbiorum Salomonis, Epistolæ loco. Prouerbiorum XXXI.

X MVlierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus prætium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nō indigebit. Reddet ei bonū & nō malū, oībus diebus vitæ suæ. Quæsiuit lanā & linū, & operata est cōsilio manuum suaꝝ. Facta est quasi nauis institutoris, de longe portās panē suū. De nocte surrexit deditq; pdam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrū, & emit eū, de fructu manuū suaꝝ plātauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit & vidit qm̄ bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti duplicibus. Sragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quādo sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, & vir eius laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens dominū ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A PRæsens lectio ex libro Prouerbiorum Salomonis extracta est constatq; versibus duobus & viginti, q̄t apud Hebræos elemēta habentur, in eaq; vt Beda ait, Salomon plene describit virtutes ac merita totius Ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis animæ. Vnde absq; vlla absurditate recte potest etiam de beatissima Maria Magdalena recitari, quę reuera mulier fortis fuit, conculcans mundum, carnem & dæmonem, quorum domino diu subiacuerat: de qua hodie gratulabunda canit Ecclesia in hymno quodam:

Beda.

Maria soror Lazari,
Quæ tot commisit crimina.

Ab ipsa

Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitæ limina.
Post fluxæ carnis scandala
Fit ex lebeta phiala.
In vas translata gloriæ
De vase contumeliæ.
Aegra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum.
Et à morbo multiplici
Verbo curatur medici.

Sed ipsam lectionem more nostro referamus. Magna est & multiplex fragilitas, inconstantia & pusillanimitas in fœminis si naturam spectes, quis ergo vnquam poterit fortem inuenire mulierem, quæ infirmitati renunciet, & res magnas & arduas animo virili aggrediat? quod qdem absq; ingenti & speciali gratia sctī spiritus fieri non potest. Procul & de vltimis finibus, ex ipso cœlo empyreo pretiū eius, nempe dñs noster Iesus Christus, de q̊ Psalmista canit: A summo cœlo egressio eius. Et Apostolus, In fide, inqt, viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum p me. Christus enim est pretium nostrum, quo ab æterna morte redempti sumus. Confidit in ea cor viri sui. i. domini Iesu, qui est vniuscuiusq; fidelis animæ vir, de quo Apostolus ait: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo: qui confidit in anima sancta, certus eam probe suo officio functuram. Multa quoq; ei & magna pstat beneficia, virtutes, dona, charismata, confidens eam illis omnibus non elatū iri, sed recte vsuram. Vnde etiam spolijs non indigebit, abundans nimirum diuitijs internis, sed & externis facultatibus pdita, quātum illi satis est, aut expedit. Non enim iners sectatur otium, sed sedula sibi suisq; victum parat. Quod est contra vagas, otiosas, garrulas, mulieres, quæ sæpe ex desidia eo rediguntur, vt turpibus studijs tanquā spolijs victum sibi quærere cogantur.

Psal. 18
Gala. 2
Christus vedicatur vir fidelis animæ
2. Cor. 11

B

Reddet ei bonum & nō malū omnibus diebus vitę suę, semp laudes gratesq; agēs deo pro pceptis ab eo beneficijs, & abstinens à pctīs, quibus offenditur Deus. Improbi vero mala pro bonis reddunt Deo, quando illius benignitate contēpta eius pcepta violant, illiq; obtēperare nolūt. Sic nostra Magdalena reddidit Christo bonū & nō malum oībus diebus vitæ suæ, cū illius gratiā cōuersa pstitit in iustitia, nec cecidit in iniquitatem, sed multis annis sanctissimā & ab hominibus prorsus remotā egit vitā. Quęsiuit lanā & linū, vnde vestes conficeret in vsus pauperū ac miserorum, operatus consilio manuum suarum, vt habeat vnde tribuat necessitatem patientibus. Decet enim fœminas semp operis quippiam agere, ne pateant malis desiderijs & insidijs diaboli. Quæsiuit etiam lanam & linum, id est, verā innocentiam, & castitatem, quibus nisi prędita sit mulier, nō nisi rete diaboli est & sentina vitiorum. Facta est quasi nauis institoris, plena videlicet spiritalibus diuitijs & charismatibus spiritus sancti, quæ rursus in proximorum vsus expendit, nō contenta sibi vni prodesse, sed multis: portatque de longe panem suum, colligēs sibi vndecunq; atq; proponens exempla & recte facta sanctorum hominum, quibus haud secus anima ad virtutes colendas confortatur atq; nutritur, quam corpus pane. Habent enim mirabilem energiam viua aliorũ exempla, plusq̃ factis quam verbis moueri solemus. De nocte surrexit, faciens quod hortatur Hieremias: Cōsurge, lauda in nocte, in principio vigiliarū. Nanq; sanctus amor pigritiam odit, somnum superfluū respuit, tempusq; omne quod virtuti non impenderit, amisisse se putat. Surgit etiā in nocte tribulationis, confugiens precibus ad Deum suum. Deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, reficens subditos suos siue cæteros fideles optimis monitis, pijsque institutiōibus, & diuinæ scripturæ sententijs, de qbus Propheta ait: Lętabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Considerauit agrū patriæ cœlestis, vbi visuri sumus bona domini in terra viuentium, & emit illum peccata admissa plangendo, atque à peccatis abstinendo, & diuinam semper exequendo voluntatem. De fructu manuum suarū id est, piarum actionum, & sanctarum exhortationum, plantauit vineas multas domino animas lucrifaciēs. Ita beatissima Magdalena feruentissimis sermonibus suis & sanctissima viuendi ratione optimisque exemplis plurimos conuertit ad dominum. Accinxit fortitudine lumbos suos, carnis petulantiam fortiter pmens, & cōtinentiæ freno corpus stringens, sicut ipse dominus monet. Sint, inquiens lumbi vestri pcincti: & roborauit brachiū suū, animo virili ardua quæq; aggrediens, & carnem subdens spiritui. Gustauit affectu, & vidit

Ephe. 4
Exempla viua quantā habeāt energiam
Thre. 2
Psalm. 118
C
Psal. 26
Luce 12

& vidit intellectu, quia bona est negociatio agri cœlestis, cuius amore contempsit caduca omnia, & vt stercora execrabatur. Non extinguetur in nocte aduersitatis lucerna fidei & charitatis eius, gratiæq; diuinitus in se, sine quibus anima in tenebris
Matth. 7 Lucæ 13 Psalm. 16 est. Manum suam misit ad fortia, nō cōtenta languere circa cōmunia, aut sola exequi mandata, sed angustam consiliorū amplexa semitam, cum propheta custodit vi-
Phil. 3 as duras, & cum Apostolo in anteriora se extendit: & digiti eius appræhenderunt fusum, vt quotidianum sanctæ seruitutis domino pensum soluat: atque etiam vt fugiat otium, & de labore manuum suarum se se & alios sustentet. Siquidem manum suā aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperē, gaudēs & gratulās se in paupere Christū alere, Christo benefacere, Christū sibi demereri. Nouit enī in actibus charitatis & pietatis cōsistere summā Christianæ
Summa christianæ religionis in quo cōsistat. religionis. Væ igit auaris, q Christū in miseris & egenis sustentare negligunt, quasi non habeat Christus, vnde eis possit abunde restituere. Nō timebit domui suæ à frigoribus niuis: Omnes enim domestici eius vestiti duplicibus. Beatissima Maria Magdalena, q̄ feruētissimo accēsa amore omnem à se timorem seruilem excluserat, non timebat seruiliter domui suæ, hoc est, aīæ suæ à frigoribus niuis, id est, tētationibus dæmonum, vel impugnationibus vitiorū, aut persecutionibus impiorum, quandoquidem omnem animæ suæ familiam duplici vestierat charitate, nempe Dei & proximi: de qua in Canticis dicit: Fortis est vt mors
Cant. 8 Ibidem dilectio. Et: Aquæ multæ non poterunt extingere charitatē nec flumina obruent illā.

D Sragulatam vestem multiplici virtutum, charismatum & bonorum actuum varietate conspicuam fecit sibi, byssus innocētiæ aut castitatis, & purpura charitatis, qua virtutes omnes & exornantur & perficiuntur, indumentum eius. Beata anima quæ his tecta virtutibus est. Nobilis in portis, id est, extremo iudicio (olim nanq; in portis fiebant iudicia) vir eius, dominus Iesus Christus, qn̄ sederit cū senatoribus terræ, sctīs apostolis & cęteris pfectis viris ad iudicādos viuos & mortuos. Tū enī oēs pariter illius intelligent maiestatem, & velint nolint veṝ Deū, q̄ summa nobilitas est, cōfitebunt. Sindonē fecit, & vendidit, pbens oibus in se purissimæ castitatis exēpla atq; ad sui imitationē prouocās: & cingulū tradidit Chananæo, hoīes à Deo alienos inuitans ad pœnitentiam & arctiorē vitā, quæ potest p cingulū accipi, q̄ corpus stringit. Cingulū tradere Chananęo quid sit
Vel cingulum tradidit Chananęo, quando Christi ex Chananęoṝ terra oriundi seruitio se mācipauit. Fortitudo & decor indumentū eius: siqdem constantiā in aduersis retinet, & mores cōpositos atq; honestos vbiq; sectatur & ridebit in die nouissimo ob conscientiæ securitatē, quam pstat vita syncera & inculpata. Os suū apuit sapiētiæ, nihil vnq̄ futile, nihil supuacaneum, nihil stultum aut scurrile proferēs, sed q̄d sit ad ædificationē fidei, vt det gratiā audiēti: & lex clementiæ in lingua eius, qua conso- Ephe. 4
latur afflictos, imbecilles, fragiles, tentationibus prægrauatos, quibus pię consolationis fomenta adhibenda sunt, ne abundantiori tristitia absorbeantur. Considerauit semitas domus suæ, & conscientiæ suæ latebras oēs pspexit, panemq; otiosa nō comedit. Non enim otio torpētibus, sed fortiter decertantibus dat regnum cœlorum. Sed & Apostoli ea verba sunt, vt qui nō laborat, nec manducet. Et hic vtilissima insti- 2. Thes. 3
tutio est, vt vnusquisq; sese non alios consideret. Habent enim singuli sua vitia, quę si bene attendant, incuriosi erunt alienorum. Surrexerunt filij eius, qui eius vel verbis vel exemplis ad dominū conuersi sunt & beatissimam pdicauerunt, tum ob eximia gratiæ dona, quæ percipit in psenti, tū ob futuram gloriam in cœlis illi repositam: & vir eius, id est, Christus laudauit eam, dum laudabilem reddidit, & olim etiam in cœlis coram sanctis omnibus laudabit. Multæ filiæ, sanctæ Ecclesiæ congregauerunt diuitias virtutum & meritorum: at tu beatissima Maria Magdalena omnes pene supergressa es, excellentissime coronata in cœlis. Fallax gratia & fauor humanus, & vana est corporis pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, vt ex ijs quæ gessit in corpore mereat vitam æternam, & laudent eam in portis extremi vel particularis iudicij opera eius. Bonorum enim operum gloriosus
est fructus. Impij autem qui hic bene operari negligunt, non laudem, sed ignominiam sempiternam referent ex sceleribus suis. Sapien. 3

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo. Lucæ VII.

E

IN præsentis diei Euãgelio fratres charissimi, proponitur nobis exemplum veræ pœnitentiæ in beatissima Maria Magdalena, in qua sicut abũdarat iniqtas, ita abũdauit & gratia, quam Christus pro sua benignitate totam conuertit ad se, vnico gratiæ suæ, sed singulari valde respectu, adeo in ea veterem extinguens hominem, peccãdique destruens consuetudinem, vertensque illi in nauseam qcquid prius male dilexerat: deniq; tanta eam in flammas charitate, vt inter præcipuas sanctas merito numeretur. Quam magna multitudo misericordiæ tuæ domine Iesu, quam inæstimabilis altitudo sapientiæ tuæ, quam incomprehẽsibilis virtus potentiæ tuæ, qua tantis iniquitatibus tam facilem dedisti veniam, tã longe & misere aberrantem ad vitæ reduxisti viam, tam inexplicabilibus irretitam nexibus vitiorum, omnino reddidisti liberã & absolutam. In his omnibus tuam domine prędicamus bonitatem, tuam efferimus clementiam: quia toto ad te corde conuerti post admissa peccata non volentis est neque currentis, sed miserentis gratię tuę. Atque vtinam tua efficias gratia, vt hoc tam memorabile pœnitẽtiæ exemplum omnes peccatis deditos ad meliorem animum reuocet, quibusq; libuit imitari peccatricem mulierem, libeat etiam imitari pœnitẽtem discipulam tuam. Nõ enim propterea memoriæ posterorum commendari voluisti misericordiæ tuæ viscera, quę in beatissimã Mariam Magdalenam declarasti, vt simus ad peccandum audentiores sed vt ad agendam pœnitentiam efficiamur alacriores. Plane, inquam, dilectissimi insignis nobis hodie peccatrix, sed eadẽ toto animo pœnitens Euangelica lectione depingitur, vt & nos declinemus à malo, & faciamus dignos pœnitentiæ fructus. Alioq; ad maius iudicium nobis erit Mariæ Magdalenæ pœnitentia, si nos pigeat illam pro modulo nostro imitari. Atqui ipsum age Euangelium inspiciamus.

Rom.5 · Psal.30 · Rom.11 · Rom.9 · Psal.56 · Matth.3 · Lucæ 3

Rogauit Iesum quidam de Pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit.

Pharisæorum dominus Iesus multas semper insidias perpessus est. Publice illum calumniabantur, occulte illi derogabant: quandoque blanditijs eum demulcebant, sed vt velut incautum grauius vulnerarent & tamen quamuis eorum erga se malitiam & inexpiabile odium non ignoraret, nihilominus non refugit eorũ conuiuia, si qua forte ratione eos à sua dementia potuisset reuocare. Dolebat eorum insaniam, sed qa non tam infirmitate, quam destinata malitia eum persequebantur, difficile curari poterant. Caueamus ergo inuidentiam, quæ miseros scribas & pharisæos, Iudęorumq; pontifices eo miseriæ, imo malitiæ adduxit, vt vitæ autorem perimere non dubitarint. Ingressus est igitur dominus domum Pharisæi non tam manducandi causa, quã illum conuertendi. Quanquam etiam hic notandum sit dominum propter nos cum diues esset, tantam fuisse inopiam, vt etiã hostium suorum, nempe pharisæorum voluerit cibis sustentari.

Pharisæorũ in Christũ insidiæ & doli inexpiabiles · 2.Cor.8

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti.

F

Mulier hæc non alia fuisse credenda est, quam soror Lazari, tametsi quidam diuersum sentire videant. Sufficiat nobis ita sentire Romanam Ecclesiã, pluresq; doctissimos & sctissimos patres. Peccatricẽ eã fuisse & qdẽ insignẽ declarat Marcus, dũ ait ab ea septẽ dæmonia, id est, vt patres exponunt, vitiorum vniuersitatem esse expulsam. Erat aũt diuitijs & delitijs effluẽs, quę res vberem illi peccandi materiam suppeditabant: iamq; illius vita dissoluta intm̃ apud omnes diuulgata erat, vt peccatrix diceretur. Quod aũt corde cõpuncta, venit ad domũ Pharisæi, nõ casu illi euenisse putandum est, sed q̃d dñm forte audierit cõcionantẽ. Facile aũt potuit dñs Iesus verborũ suorũ aculeos in illius cor defigere, eamq; penitus animo saucire lucisq; suæ radijs illustrare tenebras mentis eius, vt turpitudinem suam, vitæque pericula agnosceret, atque ex

Mulier q̃nam re uera hæc fuerit · Marc.16 · Peccatrix cur dicta fuerit maria magdalena · Marię magdalenæ initiũ cõuersionis quale fuerit

que ex ijs agnitis terrore concussa, sui emē dationem meditaret. Tracta est igit̃ priùs à dño vt veniret ad auscultanda verba illius. Non enim venisset, nisi traheret. Si autem non venisset, misericordiam nō esset consecuta, quia nec pœnitentiam egisset, ad q̃ agendam incitata & cōpuncta est sermonibus Saluatoris. Sed mirum est, quod nulla habita neq; conuiuij, neq; conuiuarum ratione, confusione cōtempta ingressa est alienas ędes, & alijs epulantibus, ipsa lachrymis sese afflixit. Verum fecit hoc intima pc̃tōrum suorum agnitio & vehementissimus dolor, quod Deum suũ tam dire offendisset: & qa publice peccauerat multisq; fuerat peccandi occasio, publicā q̊q; non erubuit agere pœnitentiam. Nihil magnopere quid de se sentirent homines sibi curandum putauit, tantum vt posset cum Deo redire in gratiam. Vicit pudorem ingens dolor & amor, quantoq; vehementius intus ponderabat peccati sui turpitudinem, tanto minus foris erubescebat corā hominibus plangere quod perpetrauerat. Itaq; attulit secũ alabastrum vnguēti. Noluit em̃ vacua venire ad dñm, sed quem multipliciter offenderat, multis officiosissimę humanitatis obsequijs rursus delinire cōtēdit. Vnguentũ q̃d contra Dei voluntatem suo corpori male adhibuerat, iam venit effundere in pedes Saluatoris.

Confusio marię magdalenæ publica qualis

Et stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Hæc est forma veræ pœnitentiæ, vt q se prius extulit p supbiam, per humilitatē sese deijciat. Humilis enim & verecunda debet esse satisfactio, per quam emendatur superba transgressio Mariæ Magdalenę quę prius frōtem perfricuerat, & absq; vllo rubore volutabat in sordibus vitiorum, neq; Deũ neq; hoīes verita, iā verecunda domũ pharisæi ingredit̃, nec tñ se iungit conuiuantibus, sed demisso vultu, lugubri corde sese abiecit ad pedes domini Iesu, idq; à tergo, non ausa scilicet in faciem illius conspectumq; venire quē se nouerat tā impudenter cōtempsisse. Deinde lachrymis laxās habenas, magnũ earum imbrē fudit in pedes dñi haud dubie puluerulētos & cœnosos, eo q̧

Pœnitentię perfectę forma qualis esse debeat

Modus pœnitendi beatæ Marię Magdalenæ q̃ fuerit mirabilis.

nudus pedes pius dñs semp incederet, luēs pœnas nostris sceleribus debitas, rigauitq; pedes lachrymis, & capillis capitis tergebat q̃s lauerat, & ore osculabatur, & vnguento vngebat. Ita ergo membra corporis qbus ante peccauerat, iā pœnitentiæ studijs castigat. Oculos dudũ lasciuos, iā lachrymis affligit: Capillos ad illaqueãdas animas meretricio ornatu cōpositos, nũc adhibet ad tergendas sordes pedũ sui redemptoris: ore prius impudico, nunc eosdem frequentissime & humilime osculat̃: vnguentũ deniq; in dñi pedes effundit, ijs oībus id re uera significans, q̃d se totā suaq; oīa Deo optet velitq; impendere, & priorē infidelitatem & ingratitudinem suā summa cũ fide & gratitudine cōpensare. D. Gregorius in hũc locũ scribens, Quot, inq̃t, in se habuit oblectamēta, tot de se inuenit holocausta. Cōuertit ad virtutũ numerum, numerum criminũ, vt totũ seruiret Deo in pœnitētia quicquid ex se Deum cōtempserat in culpa. Diuus quoq; Cyprianus sermone de Ablutione pedum elegantissime hanc Mariæ Magdalenæ pœnitentiam commemorat, dicens ad dominum: Hoc in muliere peccatrice aliquãdo passus es: nec dedignatus es in mensa solenni multis conuescentibus infamis personæ suscipere famulatũ cuius deuotio vsa est ibi capillis pro linteo oculis p catino, lachrymis pro baptismo. Tetigit, lauit & vnxit vnguento. Mactata intrinsecus anima propriũ in sc̃tā sanguinem intulit: singula suum præbuere ministerium. Cor contritum erupit in lachrymas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa in conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit quos protulit, de pœnitentiæ pyxide vnguenta quæ obtluit, caputque pro suppedaneo strauit, crinibus circũfusis pedes sacros inuoluit & tersit. Nihil sibi de se retinens, totam se se tibi deuouit, & tu affectum potius quā factum attendens, vngebas vngentem, ablucbas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Hæc ille. Sed quid hæc nosse iuuat, nisi imitanda suscipiamus? Pro publicis criminibus publicam esse agendam pœnitentiā hoc exemplo docemur. Qui enim alios suis exemplis ptraxit ad vitia, sua quoq; pœnitentia debet q̃s euertit aut saltem euertere potuisset, ad sui emendationē puocare. Sic Dauid sc̃tūs p ppetrato adulterio & homicidio qualem egerit pœnitenti- 2.Reg.11 Psal.6

G

Gregori⁹

Cyprian⁹.

Pœnitenti am publicā qñ qs agere debeat

 am,

am ipse de se locuples testis est multis psal morum locis, vt vbi ait: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Itẽ
Psal. 37 que: Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finẽ, tota die cõtristatus ingrediebar. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro
Hierony. peccato meo. Cuius pœnitentiã D. Hieronymus in Fabiola sic describit: Dauid sctĩ
2. Reg. 11 & mansuetissimi viri homicidiũ pariter & adulterium, septẽ dieꝝ emendabat fames: iacebat in terra, volutabat in cinere, & oblitus regiæ potestatis, lumen quærebat in tenebris, illumq; tm̃ respiciens, quẽ offende-
Psal. 50 ibidem rat, lachrymabili voce dicebat: Tibi soli peccaui, & malũ corã te feci. Et. Redde mihi lętitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Atq; ita factũ est, vt qui me prius docuerat virtutibus suis, quõ sñãs nõ caderem, doceret per pœnitentiã, quõ cadẽs resurgerẽ. Hactenus ille. Olim fideles, vt di
Pœnitentiam agendi olim modus quis fuerit uinũ possent anteuertere iudicium, & ipsi potius in se punirẽt q̃d pperam admisissẽt, q̃ diuinæ iustitiæ puniendũ seruarẽt, etiam p occultis criminibus qñque aut ipsi vltro exigebant, aut à sacerdote oblatũ nõ respuebant publicæ pœnitentiæ salutare remedium. Sed hodie etiam impune grauissima admittunt flagitia, nec tñ pœnitentię
H pharmacum quæritur, imo etiam oblatum contemnitur. Vnde mala innumera proficiscuntur. Videat quisq;, ne sibijpsi impo
Hebræ. 10 nat. Qui hic pro manifestis sceleribus nõ
Iob. 24 vult congruam agere pœnitentiam, quãdo que incidet in manus Dei viuentis, q nihil patietur inultũ abire. Magna quidẽ est misericordia Dei, & Christus Iesus abũde satisfecit p pctĩs nostris, at nihilo minus ipse
Lucæ 13 dñs in Euãgelio clamat: Nisi pœnitentiã e-
Christus quam pro pctis nostris satis fecerit geritis, oẽs peribitis. Quid tibi blãdiris homuncio de Christi satisfactione, de Dei misericordia, si illius nolis iussa exeq? Vult ille vt pro peccatis agas pœnitentiã, & tu audes illius satisfactione cõtentus esse? Obsecro dilectissimi sequamur pœnitentem Mariam Magdalenam: quod si non tanta nobis inest cordis contritio, precibus tam à Deo impetrare nitamur. Hoc ipsum
Ezech. 11 nobis grauiter doleat, quod non dolemus. Interim clamemus ad dominum vt auferat à nobis cor lapideum, & det nobis cor carneum. Certe non fraudabimur desiderio nostro, si in prece perseuerauerimus. Quid vero consultius quid magis necessarium esse queat homini, quam vt per pœnitentiam castiget mala quę fecit, dum adhuc viuere licet, ne inopinata extinctus morte, cum peccatis suis mergatur in chaos tartareum, vbi nulla est redemptio? Sequitur:

Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta sciret vtique, quæ & qualis esset mulier quæ tãgit eum: quia peccatrix est.

Ecce superbus & leprosus Simon superbo oculo diuinæ clemẽtię, vt ait. D. Cypria Cyprian' Sermone de pedum ablutione
nus, diligentiam nõ potest intueri, sed moleste fert, quod tangi se à peccatrice dominus sustinet. Qui si lepræ suæ ipsum dominum attenderet mundatorem, non dedignaretur, si de plenitudine gratiæ eius alij accipiant, si lauat immũdos, si iustificat impios, si reuocat exules & abiectos. O vere Gregori'
superbum Pharisæum, qui, vt ait D. Gregorius, non solum venientem peccatricẽ mulierem, sed etiam suscipientem dominum repræhendit: videlicet veraciter apud se su Iudicium temerariũ duplex hunc pharisæum tulisse hoc in loco
perbus & fallaciter iustus. Aegram repræhendit de ęgritudine, medicum de subuentione, qui ipse quoque de elationis vulnere ægrotabat, & ignorabat. Duplex autem Pharisæus iste temerarium tulit iudicium. Vnum de domino, alterum de Maria Magdalena, dominum ob susceptam mulierẽ censet non esse prophetam, tantum abest, vt eum Deum credat: Mulierem autem af- Matth. 7 Lucæ 6
firmat esse peccatricem, quę iam peccatrix non erat. Itaq; impegit in domini prohibitionem, dicẽtis: Nolite iudicare. Atq; hinc perspicue licet animaduerti, quantopere iudicium omne vitandum sit. Pharisæus certo nouerat mulierem hanc fuisse peccatricem, & tamen errauit grauiter id de ea sentiendo, quandoquidem iam conuersio erat. Quis ergo posthac ita stolidus erit, vt quantumuis flagitiosum hominem audeat temere iudicare, cum possit in momẽto totus resipiscere? Quanta igitur eorum Iudicare alios leuiter q̃ sit periculosum & impiũ
improbitas & amentia est, qui sæpe ex friuolis suspitionibus alios iudicant, & quandoque etiam aliorum bene facta in peius interpretantur? Nemo facile possit capere, quam periculosum, quam horrendum sit leuiter alios iudicare. Probat hoc istius Pharisæi er

risæi error, q vtiq; bene sentiebat eam fuisse peccatricem: sed errabat credens adhuc talem esse. Faciamus igitur, quod Apostolus sapientissime admonet, ita dicens: Nõ ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. At nũc videamus queadmodum dñs Pharisæum hũc, licet sola adhuc cogitatione isthæc ptractantem, de errore conuicerit, & proprio illum mucrone iugularit.

Rom.14

Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingẽtos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderet, donauit vtrisq;. Quis ergo plus diligit? Et respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei, Recte iudicasti.

I

Hic primo ipsum Pharisæum ad alios considerãdos & iudicãdos male intentũ ad se reuocat, & ipsa verborũ specie reddit attentũ: tanq̃ illi diceret. Nosse teipsum. Tantumne est ab re tua otij tibi, Aliena vt cures, eaque quæ nihil ad te attinẽt? Hoc, inquã, dominus efficere voluisse videtur, dum ait: Simon habeo tibi aliquid dicere. Istis enim verbis eius attentionem prouocat, simulque à mulieris temeraria iudicatione sapienter adducit. Quod autem de duobus debitoribus proponit paradigma, de duobus peccatoribus intelligendũ est, sed quorum vnus plus, alius minus peccauerit: dumq; addit fœneratorem illis non habentibus vnde redderent, vtrisq; donasse debitum, Dei misericordiam exprimit nobis non habentibus vnde illius iustitiæ vnquam possimus satisfacere, peccata nostra condonantem. Quis enim illi posset vel pro minimo peccato satisfacere? Quod ergo remittit nobis, illius immensæ misericordiæ est, non nostri meriti. Gratis iustificat nos, non tamen vt hæretici volunt, quasi nos nihil agere debeamus. Namque etiam hic dicitur quod cui plus donatum est plus diligat? Quid est autem diligere Deum, nisi eius præceptis obtemperare? Sic ergo gratis iustificat, vt tamen velit nos suis obtemperare mandatis. Nec mouere quenquam debet, quod Deus hic fœneratori comparatur. Reuera nanq; fœnerator est, sed omnino benignissimus, q sic à nobis vsuras exigit, vt tamen eas non in suum, sed in nostrum velit lucrum cedere. Neq; enim vult in nobis otiosa esse dona sua, sed vt proferantur in opus: & tamen nihil inde illi accedit commodi: totũ nobis proficit: nobis plane & seritur & metitur. At nigilosecius vult nos esse cooperatores gratiæ suæ. Quod cum nollet seruus ille piger, qui abscondit pecuniam domini sui, audiuit ab eo: Serue male & piger, quare non dedisti pecuniam meam nummularijs? & ego veniens recepissem vtique quod meum est cum vsuris. Erant nunc nostri Euangelici, & securi de meritis Christi, ipsi nulla sibi merita acqrant. Sentient quandoq; quã misere & sibi & alijs imposuerint. Porro sciscitatur dñs ex Pharisæo, vter plus dilexerit, cui minus, vel cui plus donatum est: cumq; respondet plus amare cui plus remissum sit, suo nimirum se gladio confodit. Vnde est apud D. Gregorium in homilia: Dum sua sententia Pharisæus conuincitur, quasi phreneticus funem portat, vnde ligetur. Simul autem hic animaduertendum est, quanta modestia & humanitate vsus sit dñs ad hunc Pharisæum ab errore reuocandum. Sũma erga eum mansuetudine, non aliqua seueritate vtitur. Deinde eidem mala illius, & mulieris bona enumerat.

Gratis iustificari nos q rite intelligendum

Lucæ 19

Fœnerator vti dicat Deus

Matth 25 Lucæ 19 Lutherani vti frustra sibi de christi meritis blandiantur

Gregori⁹

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hãc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Pulchre conuincit Pharisæũ minus eum dilexisse dominum, quia pœnitentem mulierem, idq; enumerando illi quæ ipse erga dominum neglexisset, & quæ sanctissima

K

ſima peccatrix declaraſſet: tanquam illi diceret: Tu quidem Simon iuſtus tibi videris & hãc fœminam vt peccatricẽ deſpicis. Sed quod illa me lõge plus amet, atq; ideo iuſtior ſit, quam tu, teſtantur illius in me maximi amoris argumenta, tuaq; negligẽtia. Tu mihi & vilia & vſitata humanitatis officia non impendiſti: hæc vero & magna & inſolita mihi præſtitit. Quare hoc? Quia & ipſa me vehementer amat, & ipſum amorem quibus poteſt indicijs demonſtrat: & tu paruo aut nullo mei teneris amore. Si enim diligeres, nõ poſſes vtiq; tam erga me negligens eſſe. Amor enim aut magna operatur vbi eſt: aut ſi operari renuit, amor nõ eſt. Noli ergo fœminam hanc deſpicere, quæ etſi hactenus muliebri leuitate & ſeculari vanitate ſeducta vitijs dedita fuit, tamen nunc toto ad me corde conuerſa, vt cernis, agit pœnitentiam & quidem publicam atq; ex maximo amore proficiſcentẽ, ſicut eius facta probant. Notandum hic eſt, quod dominus tam ſtudioſe Phariſæo enumerat opera ſanctæ peccatricis. Cur id obſecro, niſi quia ei gratiſſima ſunt bene facta noſtra. *Gregori⁹*

Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

Nimirum charitas operit multitudinẽ peccatorum. Charitas ignis eſt, quo quisqs feruenter accenſus eſt, in eo peccati rubigo omnis ad purum excoquitur. Hæc eſt præclariſſima virtus, regina virtutum, ſine qua nec fides, nec vlla alia virtus Deo placere poteſt. Idiota quiſpiã, modo charitate præditus ſit, gratior eſt Deo, quam tota illa veterum Academicorum & Peripateticorũ Philoſophorũ frequentia, de quibus Apoſtolus dicit, quod cũ cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Hoc loco dominus remiſſionem peccatorum charitati aſſignat, ne quis putet fidem ſolam ad obtinendam veniam ſufficere. Remittuntur, ait ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas autem, vt iam ante diximus, otioſa non eſt. Ergo ad conſequendam peccatorum veniam plurimũ conducunt opera bona, ex charitate proficiſcẽtia. Mirum quod hæc noſtri Euangelici adeo par uipendunt. Sed fortaſſis nolunt intelligere vt bene agant, & placet illis error ſuus, tantum vt liberius ſuis poſſint indulgere voluptatibus. Itaq; habeant ſibi fidem ſuã, nos emamus à Deo aurum ignitum, probatũ, id eſt, feruentem charitatem, vt non appareat cõfuſio nuditatis noſtræ. Charitas vnit nos Deo, charitas Deo nos ſimiles reddit. Sine charitate impoſſibile eſt placere Deo. Charitatem Baſylius Magnus chriſtiani hominis quaſi peculiare quoddã inſigne vocat: atq; vt idem ait, neceſſarium à nobis veluti æs alienum charitas erga Deum requiritur, qua carere malum eſt, malorum omnium lõge grauiſſimum. Deniq; idem autor eſt, qui charitatem non habet eum diuina gratia carere. Cæterũ, q̃d Dominus addit, Cui minus dimittit, minus diligit, non ſimpliciter accipiendum eſt, quaſi ſemper minus diligant, quibus pauciora peccata remittuntur: ſed quod cauſa, quam obrem minus nobis remittatur ea ſit, q̃d minus diligamus. Quanto enim plus diligimus, tanto faciliorem impetramus indulgentiam: & quanto minus diligimus, tanto quoque minus nobis remittitur: idque ad peccati pœnam referendum. Nam eſt, qui vel tenuiſſima charitate præditus ei culpa omnis remittitur, ſed non pœna. Nefas eſt enim à Deo dimidiam ſperare veniam, vt ait Hieronymus. Denique cum pauciſſimi perfectam habeant charitatem, certum eſt multos ex hac vita decedere ita vt nondum pœna omnis illis remiſſa ſit: ijque in purgatorijs locis tamdiu cruciant, donec plene ſatisfaciãt. Quod ſi ita nõ eſt, neceſſe eſt fateamur electos omnes perfectos mori: quod tamen ridiculũ eſt dicere, cum multi valde imperfecti moriantur. Aut certe affirmare cogimur necdum plene expiatos recipi in cœlũ: quod eſt contra illam ſcripturæ ſententiam: Nihil inquinatum intrabit in illud. Attamen certiſſimum eſt hæreticos omnes, ſine purgatorio decedere: ſiquidem mox vt ſpiritũ reddiderint, merguntur in tartara.

Prouer. 10. 1. Petr. 4. Iacob. 5. Charitas quantę ſit efficaciæ virtus. Rom. 1. Remiſſionẽ pctõrũ pẽdere ex charitate. Pſal. 35. Apoc. 3. Baſylius. L. Min⁹ quã re nobis remittat cauſa quæ nam ſit. Culpã dimitti abſque pœna peccatorũ. Hierony. Purgatorij neceſſario aſtruẽdum. Sapien. 7.

Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt q̃ ſimul accumbebant, dicere intra ſe Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit

mittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Quod iam Pharisæo dixerat, etiam mulieri dicit, remissa ei peccata. Sed dum peccatrix sanat, inde alij deterius languescũt, & dominum sibi vsurpare non sua putãt, quasi blasphemus sit diuina vtens potestate, cum ipsi potius blasphemi fuerint. At quia dominus huiusmodi calumnias sæpe experiebatur, contempsit, sententiamq; suam mulieri confirmauit, addens: Fides tua te saluã fecit: vade in pace. Iam ante dixerat remitti ei peccata multa q diligeret multũ cur ergo hic fide saluatam dicit, nisi quia eam vult fidem intelligi, quæ per charitatẽ operatur? Non dixit, sola fides, vel nuda fides, sed fides tua cum spe & charitate coniuncta te saluam fecit. Vade in pace. Peccatum inter Deum & nos discordiam facit. Ergo qui iustitiam colit, pacem sectatur. Dum igitur Maria Magdalena in pace ire iubetur, nihil vtiq; aliud ei dicitur, nisi vt declinet à malo & faciat bonum, quod pręstat pacem conscientiæ, per quam præueniatur ad illam pacem sempiternam, quã nobis in cœlis pollicitus est filius Dei Christus Iesus Deus & dominus noster, si tamẽ & nos plangamus cum beatissima Maria Magdalena mala perpetrata, & toto corde ac feruenti amore ad dominum conuersi, seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris.

Fides quõ saluare quempia astruatur. Galat. 5

In pace ire quid sit Psal. 33

Luce 1

SERMO I. IN EADEM Festiuitate. Quãtis B. Magdalena vitijs ante conuersionem quanta item & quam multiplici gratia post conuersionem abundarit.

M

VBi abundauit delictũ, supabundauit & gratia. Rom. XV. Dicti huius apost. veritatẽ fratres charissimi facillime cõprobare possumus ex ea (cuius hodie diem festum colimus) muliere, q etiãsi cõsideramus q̃lis ante & q̃lis post conuersionẽ fuerit, liquebit, sicut delictum, ita & gratiam in ea abundasse. Quod multis ante cõuersionẽ obnoxia fuerit peccatis, Potest ex verbis Christi elici, qbus dixit: Remittuntur ei pctã multa, &c. Ex qbus cõijci licet, q̃d iam cognomine vocabat peccatrix. Ita nõ pauca aut leuia & occulta cõmiserat pctã, q id nominis obtinuerat, vt omnibus nota esset peccatrix. Ideo etiam Pharisæus, cum tangeret Christi pedes Maria Magdalena, mirabatur, q̃d mitteret se Christus tãgi à tanta peccatrice. Nimirum si ad suos pedes venisset, vt dicit S. Gregorius, calcibus eam repulisset. Accedit, quod Marcus, cum describeret Christum resurgentem primo Magdalenæ apparuisse, ita refert: Surgens Iesus prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. Nõ quidem fuit obsessa Maria Magdalena dæmonibus corporaliter, sed pctis, qbus dęmonum facta erat captiua atq; mancipium. Hæc itaq; pctã non leuia erant, quæ vocantur dæmonia. Vnde etiam nõ est facile credendum, quod corpore fuerit virgo B. Maria Magdalena (vt qdam dicere voluerũt) & mente tantummodo peccauerit, atq; ornatu prætioso, curioso, lasciuo, prouoans adolescentes suis studijs ac moribus ad sui concupiscentiam, putantes eam inde honoratiorem facere, cum tamen nihil modo deroget gloriæ illius q̃d peccatrix olim fuerit: sed potius illi aliquid addat, vt postea dicam. Non tñ etiam crediderim publicam fuisse meretricem qñquidem erat nobilis mulier & diues: nec fuit adeo demens, nec adeo turpis, vt omnibus sese communem exponeret. Poterat tñ habere, q suam expleret libidinẽ. Fuit nihilominus publica peccatrix vocata. Et inde dicũtur pctã eius tã grauia, qa fuit superba & lasciua, ornans se ad puocandam cõcupiscentiam virorũ. Nanq; hæc duo pctã nunquam sunt sola, sed plura alia ad ea concurrunt. Erat itaq; in vanitatibus vana & superba: vnde sequebatur (quia diues erat) superfluus sumptus in vestium apparatu, & cæterorũ muliebrium ornatuum splendore, suiq; superba ostentatione. Quia vero lasciua erat, sequebantur & comitabantur alia pctã multa, de qbus nõ est dicendũ mõ. Erat aũt licet nõ publica meretrix tñ publica peccatrix, cõtẽta vno aut altero amatore, & hoc palam. Quia ergo scandalo erat multis, & occasio ruinæ per vitam suam lubricam, item alliciendo & inficiendo corda aliorum, grauiter peccabat, & quoddam rete erat diaboli ad capiendas animas.

Quãtis B. Maria magdalena ante conuersiõem vitijs subiacuerit Luca 7

Ibidem

Gregori⁹

marc. 16

Dæmonia quõ dicantur ex magdalena eiecta

magdalena nõ corpore virgo fuerit.

magdalena an fuerit meretrix publica.

Magdalena vt publica peccatrix fuerit

N

Quia vero ex vase iniquitatis volebat Christus eam facere vas dilectionis (prædesti-

Magdalenam vt Christus ad se traheret cœperis

nauerat enim illam ad magnã gloriã: quæ prædestinatio non poterat esse inanis) attraxit eam, vt saltem prima fœminea curiositate ad prædicationem Iesu veniret. Dominus autem Iesus ita formauit verba sua, cum eam præsentem videret, illustrans gratiæ suæ radijs cor eius, vt sua dicta illã cõpungerẽt, ac cor eius penetrarent, & simul ignitis iaculis vulnerarent. Itaque compuncta dum plena cogitationibus atque suspirijs esset, totus mundus ei fiebat angustus (ita enim est grauatæ conscientiæ) nec poterat quiescere, donec ad dominum rediret, quẽ iã credebat Deum & saluatorẽ suum. Proinde discẽs illum inuitatũ in domũ Simonis q̃uis de pc̃tis erubesceret, de q̃bus ante nõ erubuit, nõ tñ erubescebat pœnitere, sed abiecto pudore humano, ad cõuiuium ingressa est in domum Simõis leprosi, sicut sc̃tũs Lucas Euangelista in hodierno describit Euãgelio. Verũ q̃a hactenus, quomodo supabũdauit delictũ in B. Maria Magdalena, diximus. Nunc dicendũ quõ supabundauit in ea & gratia. Principio autem q̃a Apostolus dixit, Scimus q̃niam diligẽtibus Deũ oĩa cooperant̃ in bonum, sciẽdum electis oĩa cedere & cooperari in bonum, etiam peccata post conuersionẽ de B. Maria Magdalena (q̃nquidem omnino oportet eã excusare à pc̃tis) quia etiam peccata ei occasio fuerunt maioris pfectus, & per consequens maioris gloriæ. Non quod peccata eius non fuerint peccata aut offensæ, sed quod fuerint ei occasio salutis, & maioris feruoris ac profectus post conuersionem, quod olim ante conuersionem excesserat nimis peccando: quo modo intelligitur etiam quod dominus dicit. Gaudium est maius angelis Dei sup vno peccatore pœnitentiã agente, quam sup nonaginta nouem iustis, q̃ nõ indigent pœnitentia. Tanto nanq; fuit feruentior postea in dilectione, quanto sensit se tarde cõuersam & in multis perperam se fecisse. Tãto magis curauit Deum non offendere, quanto plus ante offenderat. Tanto gratior fuit, quanto maius beneficium acceperat: quia sentiebat se ex ore inferni, ex faucibus diaboli ereptam, & tot donis ditatam. Ita ergo fuerunt occasio ei peccata melioris vitæ, maioris meriti & gloriæ. Puto equidem nunquam tam sancta fuisset beata Maria Magdalena, nisi ante fuisset peccatrix: non quia peccata fecerunt eam sanctam, sed quoniam humiliauerunt eam valde: & illa eius tanta humilitas locum diuinæ gratiæ in ea præparauit. Nec tamen omnibus profuit etiam electis quod peccauerant. Aliqui enim magis accenduntur erga Deum, quod seruati sunt in innocentia: alij quod perducti sunt ad pœnitentiam. Secundum ergo dispositionem cuiusq; hoĩs operat̃ gratia: & vt operet̃ gratia in eo, ita pmittit Deus hominem aptari. Est itaq; prima gratia magna Dei quæ abundauit in beata Maria Magdalena, q̃d peccata eius ei Deus non solum ad damnationem non imputauit, sed etiam ad profectum ordinauit, & maiorem charitatem.

Lucæ 7

Rom. 8 Vt electis oia cooperent̃ in bonum.

Lucæ 15

Pñs vt B. Magdalenæ pfue rint

Prima gratia Magdalenę collata quę

Secunda gratia quæ collata est in Beatã Mariam Magdalenam, est perfectæ conuersionis. Paucis sc̃torum donatũ est, vt ex immunda vita, ad perfectam pœnitentiã venerint. Licet plures sint pœnitentes quam innocentes, tamen perfectam pœnitentiam agentes pauci sunt. Vnde Ambrosius plures dicit reperiri posse, qui innocentiam seruauerint quam qui perfectam pœnitentiam egerint. Quod tamen intelligitur de pfectissima pœnitentia, quę non solũ peccata damnat, nec solum carnẽ castigat, sed etiam vitia carnis & affectiões prauas, & cõcupiscentias mortificat. Talẽ pœnitentiã fecit B. Maria Magdalena: Videte eius contritionis feruorem, videte eius dolorẽ: Non expectauit, vt solũ inueniret dominũ, sed super cõuiuas ingressa est, nihil curans quid homines cogitarent, modo propitium sibi haberet dominum. Cogitãs aũt q̃d pro munusculo dño offerret, animaduertit dñm terrena non amare: pro fatigatione tamen & calore releuando emit vnguentũ nardi pystici & instar aquæ rosaceæ fluidum, refrigeratiuũ & accessit retro (olim enim iacebant discumbentes, nõ sedebant: ideo retro expositis pedibus potuit apppinquare) pro verecũdia, stans secus pedes pro humilitate, & ex nimio dolore cordis fluebant ei tot lachrymæ sup pedes dñi, vt illos lachrymis lauaret. O quid operabatur dominus in corde huius mulieris? Capillos deinde suos accepit ad tergendum: quibus ante superba lasciuerat, eos nunc domino in ministerium parat: & osculabatur pedes eius pro summa deuotione, & vngebat. O quales cogitationes ascenderunt in cor eius. Christus manducabat in mensa foris, sed magis ibi conui

O Gratia cõuersionis pfectę B. Magdalenæ collata qualis

Pauci pfecte pœnitent Ambros.

Lucæ 7

cõuiuiũ habebat cũ aĩa B. Mariæ Magdalenæ, q̃ trahebat, liquefaciebat & vrebat in camino diuinę dilectionis. O quam subita mutatio. Heri peccatrix fuit, & filia diaboli: hodie filia, & discipula, & sponsa facta est Christi. Heri malis peior erat: hodie multis, qui nunquam mortaliter peccauerunt, effecta est melior atq; perfectior. Nõ dubium, quin multis innocentibus surrexit sanctior: siquidẽ sctitas & essentiale meritũ nõ ex operibus pensatur, sed charitate, qua fit, vt opera meritoria sint. Charitas enim est, qua fit vt mereamur: & quãto maior est, tanto plus meremur. Potest qs ex peccatis surgere, & viuificari atq; donari maiori gradu charitatis, quam qui ante multis annis innocenter vixerit. Non quidem iste habet opera, sed habet maiorem charitatem: quæ tamen ociosa non manet, sed quo maior est, eo magis inde operatur.

Magdalena q̃ subito mutata

Meritũ qd efficiat.

P

Videte quam temere iudicarit Pharisæus. Habebat ipse opera iustorum, sed non habebat tantam charitatem ad Deum, quantam mulier vna die cõuersa: ideo fuit illi prælata in merito. Temere itaque iudicauit, & Mariam quasi peccatricem, quæ iam non erat, sed conuersa & maiori gradu charitatis fulcita, quã ipse, & Christũ iudicauit q̃si nescientẽ, & q deberet nõ permittere se tangi ab ea persona, quę oĩm per ora volabat, tanquam oĩm hominum familiaritate esset indigna. Videte q̃ neminẽ debeamus iudicare etiam pctõrem, quia qualis in momẽto esse potest, aut iam est mutatus in corde ignoramus: & subito resurgere potest in maiori charitate: ergo etiam in maiori sanctitate. Cum autem Pharisæus ille diceret intra se: Si hic esset ꝑpheta, sciret vtiq; quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, dominus similitudinẽ ac paradigma opponit inter cætera, dicẽs: Cui plus dimittitur, plus diligit, & cui minus dimittitur, minus diligit. Sed dicat forte hic aliquis: Ergo oportet me peccare multum, vt multum mhi dimittatur, & sic cum dimissum fuerit multũ, diligam etiam multum. Non oportet te plus peccare, vt plus dimittatur: qa multi plura admittunt peccata, quibus tamẽ nihil dimittitur: sed oportet te pcã magis agnoscere, & te debitorem fateri. Quãto te magis agnoscis debitorem, tanto tibi plus dimittitur. Dupliciter nanq; possunt hæc intelligi verba, scz cui plus dimittitur, &c. Est qui peccatum suum parum curat, nec agnoscit, quãtum offenderit Deũ. Iste quidem pctm̃ non magnipendit. Quare hoc? Quia non magno in ꝑcio habet Deũ, quem offendit. Quicqd em̃ magni æstimat homo, id sane nõ vult amittere, aut offendere. Quia ergo parum agnoscit, parũ etiam dolet: & idcirco parũ etiam dimittitur ei: & ideo parum etiã beneficij consequutum se putat ex hac dimissione peccati: Deo parum gratus est ꝑ beneficio, parumq; diligit. Sunt qui minima plangunt vt alij magna, quia cognoscunt, quantum sit offendere Deum. Isti pro minimis putant se magnos debitores: ideo multum dimittitur eis: atq; hoc ipso multum diligunt pro magno beneficio, quod putant magnum, quia est vere magnum.

Iudicium temerariũ quantopere vitandum

Lucæ 7

Ibidem.

Plus diligere eum cui plus remittitur, vt sit intelligendum.

Q

Alio modo possunt ita intelligi: Dimittitur homini non solum quod peccauit, sed etiam quod præseruatus est ab alijs peccatis. Qui ergo etiam in paucis deliquit, & à multis præseruatus est, si vere sapiens est, multorum se debitorem cõstituit, scilicet & eorum quæ incidit, & quæ incidere potuit: quæ vtraq; sunt dimissa: Alterum est, quia resuscitatus est ꝑ gratiam à malis, quæ incidit: Alterum, quia prę̃seruatus, ne incideret: quæ incidisset, nisi ꝑ̃seruatus fuisset. Multa dimissa sunt B. Marię Magdalenæ: qa & q̃ cõmisit, & à qbus ne ea cõmitteret, ꝑ̃seruata fuit. Hoc cũ agnosceret, & vtrobiq; debito se obnoxiã intelligeret, tanq̃ ꝑ duplici magno bñficio dilexit multũ. Ille aũt q minus agnoscit, minus diligit, minusq; dimittitur ei. Itaq; non est vt plus pecces, sed vt pfectius agnoscas, in q̃ sis debitor: quia pro transgressione, & ꝑ ꝑ̃seruatione à pctõ. Id in quo transgressus es, non leuiter æstimes: ita fiet, vt & multa tibi dimittantur, & multum diligas benefactorem magnum. Tertio, abundauit in ea gratia ardentissimæ charitatis. Tanta fuit in ea charitas (vt etiam supradixi) vt in initio conuersionis multos excelleret, qui multo tempore innocentes Deo seruierãt. Dilexit quoq; multũ, quia intellexit multa sibi dimissa, & quæ cõmisit, & quæ committere potuit. Eius autem dilectio primo liq̃t ex hoc, qa reconciliata, Christũ deinceps nunq̃ offẽdit, nec amplius peccauit, sed semp de cætero innocẽter vixit. Scdo, qa Christo semp adhęsit, prędicãti aderat, ambulãtem seq̃bat, comedẽti assidebat ad eius pedes. Qñ adueniebat Iesus mortuo

Agnoscenti plus ignosci.

Gratia charitatis quanta abundarit in B. Magdalena.

Magdalenæ charitas erga Chrm vñ perspici possit.

Ioan. 11 Lazaro fratre eius, ait: Dñe si fuisses hic nõ esset mortuus frater meus. Quæ verba, ex nimio amore erga Christũ protulit. O quantũ fidebat illi: & hoc ex amore. Ibidem. Vocata cito occurrit ei, vocauerat em̃ dñs eã, sciens quantũ se diligeret. Cũ aperiret Lazari sepulchrũ, timuit Maria ꝑ Iesu, ne fœtore grauerẽt, & ait: Dñe iam fœtet, &c̃. O q̃ fidele cor ꝓ dilecto gerebat. Patientem q̃q; eum credenda est nunq̃ deseruisse. Qñ Iesus amor suus pependit in cruce, illi quoq; lachrymabilis assistebat, tota vulnerata & cõpassione & amore. O q̃ libẽter crucẽ dñi portasset, ac cũ ipso mortua fuisset. Præter matrẽ em̃ dñi nõ fuit afflictius cor & mœrens magis, q̃ Mariæ Magdalenæ in passione dñi. Quare alijs abeũtibus, ipsa mansit sub cruce. Ideo etiã summa cũ deuotiõe de facultatibus suis ministrauit dño, vt, inqt Euãgelista. Bis q̃q; Christũ vnxit viuentẽ: primo, cõuersa: secundo, sabbato añ diem Palmarũ. Itẽ nõ sufficiebat ei, ꝙ Ioseph ab Arimathia defunctũ cõdierat, sed volebat etiã ipsa mortuũ vngere, q̃d cũ sexta feria non posset ꝓpter noctẽ, nec sabbato ꝓpter festũ, altera post sabbatũ, cũ adhuc tenebræ essent, venit ad monumentũ: qa cum maxima angustia expectauerat tã diu, vt sabbatũ trãsiret, vt suo posset amori satisfacere. Mansit quoq; alijs mulieribus recedentibus ad sepulchrũ flens, nec poterat ab illo separari, neq; noctẽ imminentẽ, nec milites armis strepentes ac sæuientes timens. Christũ item agnoscens, voluit se in terrã ꝓsternere ad tenendos pedes eius. O q̃ festinãter cucurrit ebria p̃ amore ad annũtiandum alijs, cũ Christus illi diceret: Vade, nũcia fratribus meis. Postq̃ aũt ascendit Christus, ac si nihil haberet in terris relictũ sibi charũ, iuit ad desertũ, ibiq; mãsit XXX. annis, Deo & angelis solis cognita. Quarto, gratia mira supabundauit in eius pfectissima cõuersatione. Nã oĩm virtutũ fuit speculũ. Humilima etiã fuit: ideo se nõ excusauit, cũ soror eius Martha cõtra eã q̃reret: sed dñs eã non mõ excusauit, sed & laudauit, vt habet etiã hodie vno in Euãgelio. Nunq̃ laudauit dñs aliquẽ in p̃sentia illius nisi B. Mariã Magdalenam: q̃d vtiq; nõ fecisset, nisi eius maximã humilitatem sciuisset. Fuit q̃q; patientissima: ideo nõ obmurmurauit, nec indignatiõem cõcepit aduersus murmurãtes discipulos, Simonem ac alios pfectior in hoc apostolis existens, q

Magdalena quantũ fuerit Christo cõpassa.

Ioan. 19 — Lucæ. 8 — Lucæ 7 — Ioan. 12 — matth. 27 — Ioan. 20 — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem.

R — Gr̃a virtutũ vt abũdarit in B. Magdalena. Lucæ 10 — Lucæ 7 — matth. 27

murmurauerũt cõtra duos fratres, Iacobũ sc; & Ioannem, cũ vellent cũ Christo sedere ad dextrã & sinistram ipsius, & vindictã ignis de cœlo petebant cõtra eos, q Christũ recipe noluerunt. Quinto, in ea supabundauit gratia cõtemplationis. Siqdem in eremo XXX. annis eleuata in aera manibus angelorũ, septies p dies singulos cœlestes hausit melodias, tota in Deum absorpta: & q̃ volebat ire, nõ suorũ pedum vel aliorũ hoĩm ministerio, sed ductu angelico ferebaẽ. Sexto, B. Maria Magdalena abũdauit gratia singularis familiaritatis ad Christũ. Nunq̃ em̃ poterat diu Christo abesse, & post dñi matrem nõ legiẽ Christus cuipiam se adeo familiarẽ exhibuisse, quẽadmodũ B. Mariæ Magdalenæ. Apud quẽ ita libẽter moratus, ita sæpe hospitatus est Christus? Cui ad suos pedes sedenti tam dulciter p̃dicauit. Cui adeo collachrymatus est fletiẽ Quẽ orantẽ tã cito exaudiuit? Quem excusauit ita studiose simul & amorose apud discipulos? apud sororẽ? apud Simonẽ leprosum? Quẽ deniq; ita p̃sentẽ laudauit? Deniq; & excitatus à mortuis, primus illi apparuit, vt q̃ viuẽti in carne mortali exhibuerat, etiã iã rediuiuus & immortalis eidẽ exhiberet p̃cipuã & amicitiã & familiaritatem. Septimo, abundauit gratia singularis intercessionis. Non dubium est, qn sicut Christus eam sibi habuit charissimam, ita prõptissime illius precibus assenserit olim in terris, atq; etiamnũ annuat in cœlis. Magna charitas inuincibilem Deũ facile superat. Legiẽ Deus quondam ad p̃ces Iosue iussisse Solem & Lunã totius diei & noctis spacio in eodẽ loco consistere: multaque alia scriptura sacra commemorat fecisse Deum suorum amicorum precibus adductum. Ita ergo & quidẽ multo magis ob hanc sibi tam eximie dilectã sponsam suam beatam Magdalenam multa fecit & facere non desinit. Possemus id multis probare exemplis, nisi prolixitatem vitaremus. Nec est sane vllis opus exemplis, vbi per se quilibet potest nullo negocio intelligere dominum nostrum Iesum Christũ nihil illi negare aut potuisse aut posse, quam & ipse tanta sibi familiaritate coniunxit, & à quo se tam voluit vehementer amari. Nihil enim tam est efficax ad impetrandum, quam ingens charitas. Neque vero quisquam aut potest, aut debet ambigere, qn sicut olim adhuc

matth. 20 — Lucæ 9 — Gratia cõtemplationis vt abundarit in B. Magdalena. — Gratia familiaritatis erga Chr̃m quã abundarit in B. Magdalena. — Lucæ 10 — Ioan. 11 — matth. 26 — Lucæ 10 — Lucæ 7 — marc. 16

S — Gratia intercessionis quãta abundarit in B. Magdalena. — Iosue 10

adhuc in terris beata hæc Maria Magdalena feruentissimo Christi flagrauit amore, ita hodie sit Seraphicis adiūcta spiritibus, & inter illos ignitissimos lapides cœlestis Hierusalem tanquam gemma præclarissima niteat, ardens inæstimabiliter, & mirifice resplendens, tota feruens amore incōparabili, & luce micans ineffabili, totum illud cœleste palacium mirum in modum amoris suauitate, & splendoris serenitate exhilarans. Quam nos charissimi modis omnibus decet & assiduis precibus nobis apud Deum patronam conciliare, & virtutum ac benefactorum eius exempla imitari. Peccatricem quondā fuisse agnouimus, sed relictis vitijs perfecte pœnituisse. Et nos ergo, qui sine peccatis nō sumus, male hactenus actam vitam deploremus, & cōtractas vitiorum maculas pœnitentiæ lachrymis eluamus. Voluit omnipotens Deus hāc insignem peccatricem ad maximā suæ amicitiæ ꝑrogatiuam euehere, vt nos non desperemus post perpetrata peccata, sed de diuinæ pietatis visceribus confisi redeamus ad implorandam Dei misericordiam, & superioris vitæ dānata cæcitate ac nequitia, deinceps caste, religiose & iuste viuamus. Non vincitur Deus multitudine scelerum vbi vera & syncera agitur pœnitentia. Iam nunc resipiscamus, & laqueis dæmonum excussis, confugiamus ad pium patrē: Ecce expectat nos. Sit animus rectus & candidus, qui vitia oderit, & sit deditus pietati. Curamus, properemus, iam hoc ipso puncto, hoc momēto cōuertamur. Nescit tarda molimina sancti spūs gratia. Hodie licet, cras, fortassis non dabit oportunitas. Si ex animo cupimus redire cū Deo in gratiā, & totos nos cōponimus ad illius voluntatē, nulla erit in impetrāda venia difficultas. Adiuuet infirmitatē nostrā, q propter nos infirmus fieri dignatus est Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per infinita secula seculorum, Amen.

Magdalena Seraphicis credi tur inserta choris.

Titum 3

Ambrosi.

SERMO II. IN EAdem solennitate. Seruare innocentiam, & ad vitam spiritus per pœnitentiam resuscitari, vtrumque diuinæ gratiæ esse munus.

POstquam cōuertisti me, egi pœnitentiam. Hieremiæ trigesimo primo. Hæc verba non absurde possunt tribui beatissimæ Magdalenæ pœnitentiam agenti, quasi quæ domino Christo eius feruorem contra Pharisæum laudanti respondendo, laudem declinauerit, dicens: Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, ac si dicat; Antequam tu me conuertisti qualis fuerim, & omnis ciuitas, & hic Pharisæus nouit, modo vero postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, hoc est, non ego laude digna sum. Tuum agnosco donum tua gratia est, quod ago & quod sum. Pœnitentiam ago, sed postquam conuertisti me. Duo huius thematis verbis innuuntur, quæ ad beatæ Magdalenę conuersionem & pœnitentiam, imo & ad opus q̄dlibet bonum concurrunt, Dei gratia & humana voluntas. Quicquid boni facit homo, vtrique adscribitur, magis tamen gratiæ Dei, vtpote origini & causæ, quam humanæ voluntati: quamuis iuxta communem legem, neque sola gratia sine hominis arbitrio, neque arbitrium hominis sine gratia bonum, quod vere sit bonum ac æterno præmio dignum, efficiat. Nam quicquid solius gratiæ est, Dei non hominis est: quicquid humanæ solius industriæ est, id præmio æternali dignum non est. Dicit igitur beata Magdalena: Postquam cōuertisti me, egi pœnitentiam. Quisquis saluatur, ex gratia Dei saluatur, quæ prædestinat homines: hunc per innocentiam seruans, alterum per pœnitentiam liberans. Quare autem Mariam Magdalenam non seruauerit innocentem, vt Margaretam aut aliam quamuis sanctam virginem, non est nostrum inquirere. Secretum Dei est, quod tametsi lateat nos, apud Deum tamen nulla caret ratione. Porro, hoc nobis compertum est, vtranq; à Deo prædestinatam: hanc per innocentiam, illam per pœnitentiam, vtranque Dei gratia saluatam. Quæ gratia in neutra vacua fuit, sed operibus bonis omnibus abundare fecit. Potuisset pius dn̄s Magdalenā æque ac Margaretam innocentem præseruasse. Atq; rursus potuisset benignus dominus Margaretam (si non pręseruata cecidisset) quemadmodum Magdalenam per pœnitentiam resuscitasse. Ambæ erant electæ. Nō poterat perire, q̄d dominus elegerat. Diui-

Lucæ. 7

Ad q̄dlibet opus bonū quę duæ concurrant.

Hierem. 31

Diuinæ gratiæ munus est,& innocentem seruare,&ad pœnitentiam,imo &ad innocentiam, peccantē resuscitare. Adeo autem bonus est Deus,vt peccata dimittat,& male actæ vitæ reatus, erroresq; nō improperet. Adeo bonus est Deus,vt pœnitentiam haud minus atq; innocentem diligat. Adeo bonus est Deus,vt opera bona pœnitentis sicut innocentis (modo vtriusq; alioq par sit deuotio aut charitas)æqualiter respiciat,æq̄liter coronet. Adeo bonus est Deus,vt eius,qui ex multis pc̄tis cōuersus est,nolit etiam iniquitatem recordari. Quid est nō recordari? Non vlcisci. Nō dico,q̄d nolit satisfactionem & pœnitentiæ lamenta exigere. Neq; enim Deum laudare est,ita eius statuere misericordiam,vt iustitiam prætermittamus. Misericorditer iustus est,& iuste misericors. Itaq; pc̄tā non vult vlcisci,non vult recordari,si tu vltus, si tu recordatus fueris. Audi q̄modo non recordatur. Tantam, si post pc̄tā ad ipsum cōuersus fueris,præsto est dare tibi gratiā, quātam,si nunq̄ peccaueris. Tantam mercedem operibus tuis daturus est,vel ijs,q̄bus pc̄tā diluis,quibus iustitiæ ipsius satis facis,quantam daret, si nihil haberes in te puniendū. Hoc est,opera pœnitentię, opera satisfactionis,& q̄cunq; agis pia, q̄bus pc̄tā,id est,pœnam pc̄tōrum tuorum redimis,eandem tibi mercedem,eandem gloriam comparabunt,ac si nunquam peccasses, aut nihil, pro quo satisfaciendum esset,haberes. Et quid hoc mirandum in bonitate diuina? quandoquidem & in innocente,& in pœnitente idem est ipse, qui opera bona,nō sine nobis, sed per nos operatur: idem est ipse,qui opera in nobis bona,quæ operatus est,nobis donat,id est, p merito nobis computat,illaq; tanquā nostra coronat. Consolatio idcirco est magna pœnitenti,metuenti fortasse, quia peccatis fuit olim multis obstrictus,ne nihil hic ad gratiæ,& subinde etiam ad gloriæ augmentū possit mereri,propterea q̄d multa sibi adhuc restent pc̄tā, per satisfactionem nondum vsquequaq; deleta. Siquidem vno eodemq; opere meritorio,& pc̄tā tua,hoc est, pœnam pc̄tōrum tuorū, cui obnoxius es,diluit Deus o pœnitens, & pro eodem,vt dixi, opere, ac si nihil satisfacere deberes,aut nullum peccatum haberes delendum, sempiterno te p̄mio donat. Neq; em̄ personarū est acceptor Deus, neq; improperat, quæ dimittit pc̄tā,neq; pœnitentis minus valent op̄a,quam innocentis,cæteris(vt dici solet)paribus, cū in gratia Dei vterq; sit & in charitate operet: &plerunq; fiat,vt pœnitens,qui nondum satisfecerit pro pc̄tīs patratis,in maiori sit gratia,& perfectiori operetur charitate, q̄ qui singularia nō habet,pro quibus satisfaciat, grauia pc̄tā. Hæc dico ob nōnullorum pusillanimitatē,qui interdū dicūt: Ego nihil boni perDei possum gratiā operari,quo merear,q̄a tot sum obrutus peccatis veteribus, vt si quæ facio bona,cuncta transeant,vixq; sufficiāt ad satisfactionem peccatorum. Humilitas quidem tolleranda esset horum:qui ita sentiunt: error tamen nihilominus etiam amouēdus est, & credendum opus bonum pro peccatis, si peccata inuenit, satisfacere iuxta diuinā iustitiam,& idem opus simul præmio ęterno à Deo coronari,iuxta diuinam clementiam,idq; diuerso respectu, videlicet propter opus sibi laboriosum aut pœnale,q̄d operans operatur, & propter charitatem, ex qua operatur,seu ad operandum mouetur. Transeo hęc,quia amplior est materia de essentiali &accidentali merito aut præmio apud Theologos:qui hic vult,potest eruditionem petere vberiorem ex doctoribus super libros Sententiarum. Mihi cōsultissimum videtur pro peccatis suis quēuis debere Christi passionem ac merita offerre,sua opera(quamuis quæcunq; possit bona,debeat vnusquisq; indefinenter operari)despicere, merito ac præmio indigna æstimare,ad solius Dei gloriā,non vt mercenarius,sed vt filius opari bona, & ex sola Dei misericordia à Christo regnum cœleste expectare. Ad B. Magdalenam reuertamur. Postquam conuertisti me,inq̄t, egi pœnitentiam. Conuersa est à vita impia ad piam, ab iniquitate ad virtutem, à via damnabili ad salutarē. Qualis ante conuersionē fuerit, Euangelista satis indicat, qui septem dæmonibus eam,id est(vt Gregorius dicit) cunctis vitijs plenam, asserit liberatam. Publica fuit peccatrix, non meretrix,sed peccatrix,quæ vnum(vt creditur)alterumve palam admiserit amatorem. Quo impudicitiæ iuxta ac inuerecundiæ suę exemplo multos scandalizabat,& lasciuis moribus ornatuq; fastuoso,ad sui cōcupiscentiā nō paucos illiciebat. Cęterū,vt dixi,credenda nō est fuisse publica mere

[Margin notes: Quā bon9 sit De9 pœnitētibus. — Pœnitentium pc̄tā quō nō recordetur Deus. — V — Cōsolatio magna pœnitentibus — Opis pœnitētialis virtus duplex quæ sit. — Actor. 10 — Passio ac merita Christi quō p peccatis nostris offerenda sint. — Hiere. 31 — Marc. 16 Gregor. — X]

meretrix,sed publica,id est, manifesta peccatrix:de cuius virginitate,id est,vtrũ corpore corrupta fuerit nec ne,disputent alij: nobis hoc certum sit, modo neq; gloriæ, neque eius quicquam demere sanctitati, aut in Ecclesia honori,quod peccatis olim captiua fuerit diaboli. Quæ contrito tandem sub pedibus hoste,ad amplexus recepta venerit Dei,cum nos quoq; in ea nihil minus, sed magis veneremur sanctissimã pœnitentiam,quam in nonnullis alijs ingem innocẽtiam. Vnde pariter liquet quã nihil gaudio,quam nihil sanctorum derogct honori,ꝙ non minus in cœlo iã manifesta eoꝝ praua sunt opa, à quibus per gratiam Dei sunt erepti,quam bona,pro quibus sunt coronati: quandoquidem etiam nos in mundo afficimur suauius quãdoq; ad eos sanctos,qui calcata carnis spurcitia superatisq; cunctis illecebris,quibus olim subdebantur captiui,ad ardentissimũ Dei amorem creduntur euasisse, quam ad eos, qui semper innocentiæ leguntur palmã tenuisse.Itaque B.Magdalena,quæ ex seipsa diabolo se mãcipauerat famulã,& eius captiuitatẽ(sicut piscis hamũ)vñ se redimere nõ potuit, sponte intrauerat, Christi miseratione(q̃d fatetur) educta est. Illuminata resipuit, pœnituit, ad medicũ & saluatorẽ cucurrit,&totam se ei in sanctificationem & holocaustum obtulit. Per quæ peccauerat,per quæ Deum offenderat,per hæc eadẽ & Christo seruiebat. Ambulauerat frõtosa post concupiscentias & desideria sua, accessit humilis ad pedes domini:& ne quam verecundiæ deesset, stat retro secus pedes eius flens & tremens.Quæ oculis lasciuientibus ad peccata, & alios sæpe illexerat,&ipsa illecta fuerat,nunc lachrymis eos adfligit adeo exuberãtibus,vt pedibus domini non modo madefaciendis,verum lauandis etiam sufficerent. Quæ crinibus ad vanitatem, & diaboli seruitium se extulerat, modo in domini ministeriũ illis vtens,ad pedes eius tergendos se inclinat. Ore scurrilia impudicaq; euomuerat,quo nunc suauissimos domini pedes amãtissimo affectu lãbit.Auribus malesuauia, sed pestifera colloquia audiens,lethale animę virus hauserat,at nũc ad pedes domini auscultãs vitæ antidotum pectore recondit. Nihil in ea manet ociosum, totam se reddit domino, quæ totam se domino abstraxerat. Ita & nos fratres charissimi, q ad

Magdalena vt se totã Deo in holocaustũ obtulerit. Eccle. 18 Lucæ 7

pœnitentiam agendã isthoc exemplo prouocamur,in pœnitentia feruentes simus. Non vacemus ocio,non in vtilibus colloquijs,non infructuosis operibus tempus amittamus. Preciosa tẽpora sunt, quibus aut ingenia lucra possumus diligentia nostra mercari,aut inertia perdere.Quicquid boni gessimus, quicquid laudabile agimus,modicum sit &vile in oculis nostris: & quam multa reprẹhensibilia admittamus,e regione conferamus.Deinde etiam pensemus si quæ bona operamur,quã paruo feruore cuncta fiant, quam parum syncere,quam parum integre,quã multis imperfectionibus vitiata, & quam multis defectibus sint innata. Adeo vt merito nõ modo de peccatis nostris,sed etiam ex bonis nostris dolorem atque lugendi materiam inueniamus: benignitate vero optimi & misericordissimi Dei pacem & consolationem. Huic attribuere, huic gratias agere,huic acceptum referre debemus, qcquid boni agimus aut habemus.

Pœnitẽtię feruenter insistendũ esse.

Y Qui ex peccatis ereptus est,domini misericordia ereptus est: & qui à peccatis seruatus est,domini misericordia seruatus est. Igitur id domino,non sibi acceptum referat: se vero omnium,quæ vel male egit,vel male acturus fuisset, si domini manu præseruatus non fuisset, reum atque debitorem cognoscat, vt iuxta Euangelium hodiernum multum diligat,quum multa sibi dimissa intelligit. Cui enim minus dimittitur(inquit dominus) minus diligit. Non præferuntur hac sententia peccatores pœnitentes innocentibus.Nec vt plus pecces necessarium est, quo Deo non desit copia multum dimittendi. Hoc enim quidã putantes,quomodo,inquiunt,multa dimittuntur paucis delinquenti? Itaq; si minus diligit, cui minus dimittit: ne minus ego diligam,nunquid non necesse est,vt multa admittam peccata, quę multa dimittantur?Vbi enim non multum peccatur,quomodo multũ dimittitur?Vbi aũt non multum dimittitur,etiam non multũ secundũ Christi(vt apparent)verba diligitur. Vt ergo plus diligam,multũ dimittatur:vt multum dimittatur,plus peccetur. Nequaquã. Nõ illi plus dimittitur, qui plus peccauit, sed qui plus cognoscit & dolet se debitorem. Neq; enim admissio, sed cognitio & contritio pctõrum causa est veniæ. Quæ quanto fuerit grãdior,tanto est etiã remissio ma

Lucæ. 7

Ibidem.

Cuinam plus dimittatur.

sio maior, Itaque tantum tibi dimittitur, quãti te cognoscis debitorem. Noli timere quia grauia non admisisti peccata, parũ cognoscere possis, modicum debeas, modicum tibi dimittatur, & modicum inde diligas: cognosce & ex animo dic te debitorem, non modo eorum quæ fecisti, verum omnium etiam malorum quę facere potuisti: quæ ne faceres, diuina protectione, diuina prouidentia prohibitus fuisti. In quę enim peccata quæ cæteri inciderunt, non cecidisses & tu, si Deus te nõ præseruasset? Debes igitur Deo, & vbi cadentem à peccatis iterum te erexit, & vbi casurus eras, ne caderes, præseruauit. Vtraq; tam innocens, quam pœnitens vita donum Dei est. Vtriq; gratiæ est debitor, & qua dimisit patrata peccata dans veniam, & qua dimisit patranda, præueniens ac præseruans per gratiam. Quid autem interest, an pręueniat, an sequatur te gratia saluans? Nobilius certe beneficium est innocẽtiæ semper seruatę, quam restitutę. Sicut medicus ille nobilius te curauit, qui cum malam incidere debuisses ex vitio tuo valetudinem, per artem suam ille à morbo te sanum præseruauit, quam qui postquam diutino languore confectus es, sanitati restituit. Ita debes Deo non tam pro peccatis à quibus te liberauit, quam à quibus te semper liberum præseruauit. Quapropter omniũ erga Deum cõstitue te debitorem, cognoscendo, dolendo, gratias agendo, quia reuera extra Deum omnium es debitor. Da laudem & honorem Deo, qui reuera multa tibi dimisit per gratiam iustificantem: plura tibi dimisit, idq; nobilius, per gratiam præseruantem. Quæ omnia quanto clarius cognoueris, quanto magis pensaueris, quanto item quum plura tum maiora esse debita tua quæ tibi dimissa sunt, æstimaueris, siue admissa, siue quantum in te fuit, admittenda, & beneficium hoc & præseruationis & reconciliationis, pluris duxeris, tanto etiam benefactorem hunc tuum, tãto dominum Deum hunc tuum plus amabis. Cæterum suadeo innocenti ne suam innocentiam magni ęstimet, neve alterius lapsum contemnat, nulli denique se præferat. Suadeo pœnitenti, ne pœnitentiæ opera sua velit metiri, nec æstimare, quod satisfaciat. Cognoscat se debitorem iustitiæ diuinæ, cui se imparem vt reddere possit, sentiat. Ad benefaciendum magis animo moueatur Deo placendi, quam pro peccatis satisfaciendi. Credat quidem Deum satisfactionem exigere, sed ad satisfaciendũ se impotentem esse. Igitur Christum roget, vt ipse pro se suis meritis satisfaciat, seque Christo in omne eius beneplacitum offerat, qui est amandus & benedicendus in secula, Amen.

Debitorẽ se Deo agnoscere debet homo nõ solum pro commissis peccatis, sed etiam à quibus præseruatus est.

Innocẽtię semp seruatæ beneficiũ esse nobilius, quam restitutæ.

IN FESTO SANCTI IACOBI APOSTOLI

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli, ad Ephesios secundo.

XI. IAM non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: super ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio cõstructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A APostolus Ephesijs, qui ex gentibus maxime erant conuersi scribens dicit: Et si aliquando eratis longe à Christo, non habentes repromissionem hæreditatis, alieni à gratia Dei & à salute, iam tamen ad Christum conuersi, non estis hospites, vt olim testamentorum, quasi hi ad quos nõ spectaret sacra scriptura: sed estis plebs Dei, & continuo in lege domini meditantes, eandem obseruantes, in eaq; vos exercetis. Quare, inquam, non hospites estis

Ephe. 2

Psalm. 1

& ad-

& aduenæ, sed ad familiam domini pertinentes, de grege fideliū, & de numero con-
2.Tim. 2 sortioq; electorum estis ciues sanctorum & domestici Dei, puta in Ecclesiam credētiū, quę Dei est domus, adunati, scientesq; secreta Dei. Nam cōmunionē habetis san-
Fides cui usnā ciuitatis sit fūdamentū. ctorum in sacramētis Ecclesię. Super ædificati in ædificio Dei sup fidē Christi, sup quā fundati primo sunt apostoli & pphetę. Huius em̄ ciuitatis fundamentū est, super hoc fundamēto apostoli sunt ædificati. Porro qui super apostolorum pdicatione sunt fundati, nō aliter, q̄ supra fundamentum secūdarium sunt cōstabiliti, cui fundamēto aliud adhuc subponit̄ fundamētū Christus. Super Christū igit̄, q fundamentū est apostolorum & prophetarum oēs sumus, quotq̄t
Esaiæ 28 Acto.4 1.Petri 2 sumus fundati, ipō eodē Christo Iesu summo angulariq; lapide huius ædificij spūalis cōstituto. Ideo em̄ angularis dicit̄, quia in vnius Ecclesię ędificium duos populos
Lapis angularis ac summus cur dictus sit Christus. diuersos, quasi angularis lapis concludit. qui pariter summus dicitur, qui alius lapis non debet illo superior in hoc ædificio poni. Superponere aūt cōtendit alium lapidē angularem, quisquis super Christū introducit doctrinam aliam, in qua salutem ponit. Quod pseudo faciebant apostoli, legalem obseruantiam Christo superducere conantes. In q̄ lapide omnis ædificatio cōstructa crescit, atq; in sublime euehitur, vt fiat templum sanctum in dño, id est, secundum voluntatē eius. In quo non Iudæi soli, sed vos etiā ex gētibus ad Christū cōuersi, cum illis coędificamini, vt sitis habitaculum Dei, domus atq; sanctuariū Dei: idq; per operationem spiritus sancti.

EXEGESIS EVANGElij eiusdem Festi. Matth. vigesimo.

B EX hac Euangelica lectione manifesto cognoscimus, quam infirmi, & vt ita dicam carnales fuerint sancti apostoli ante perceptionem illā mirabilem spiritussancti,
Lucæ 24 Psalm. 76 qua induti sunt virtute ex alto, & in alios plane viros dextera excelsi immutati. Hic nanq; duo ex præcipuis ambitionis cuiusdam vitio laborasse videntur, & cæteris voluisse anteferri apostolis: quod certe si secundum ipsam rei faciem iudicemus, minime illos decebat, vt qui tot tantaq; iam in Christo humilitatis exempla viderant, ab eoq; audierāt, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Verum non debemus fa- matth. 11
ctū istud ex nostro affectu, fortassis nimium corrupto metiri, sed ita nobis persuadere, apostolos hosce sanctissimos rusticitate magis & simplicitate ac ignorantia, q̄ superbia vel malitia hac in parte deliquisse. Honores quonā aīo duo apl'i adfectarit
Piscatores fuerant & homines idiotæ ac simplices, nec considerabant ne forte ipsis non cōgrueret quod petebant, sed putabāt se recte moueri, quamuis errore quodam humano ducerentur. Postea vero quam repleti sunt spiritu sancto, non solum honores non appetierunt, sed abiectione contumelijs atq; supplicijs lętabantur, sicut legimus in Actis apostolicis: Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, qm̄ digni Acto.5
habiti sunt pro noīe Iesu contumelias pati. Non ergo quisq̄ putet licere sibi exemplo Apostolorum ad honores & dignitates aspirare: siquidem illi magis ignorātia, vt dixi, & simplicitate, q̄ immoderata superbia ducti fuisse cēsendi sunt: atq; ipse dñs errorem illorum dure obiurgauit, nō tā illos reprehendēs, licet nō omnino culpa vacarent, q̄ ambitiosos omnes, qui dignitates per fas & nefas aucupant̄, aut alioqui optant & conantur alijs præesse, cum nō possint præesse sibiipsis. Verum ad Euangelij exegesin veniendum est.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo.

Mater filiorum inducta pcibus, credēs se repulsā minime passurā, eo q̄d Christo sanguine iuncta foret, accessit ad dñm, generalē quandā initio ei precē offerens & q̄si beneuolentiā redemptoris captans. Nō enim ausa fuit statim animi sui votū exprimere, fortasse quod aduerteret id impudētiæ posse assignari: sed primo viā sibi sternit ad faciendā precē pro filijs, q̄ ipsos sibi adiunxerat, vt illis vna petentibus, facilius voto potiretur. Ita legimus in Regum volumine Bethsabee precaturā pro Adonia generalē quandā pręmisisse petitionē, ac deinde speciatim indicasse animi sui sē- 3.Reg.2
tentiam. Sic nāq; dixisse legitur ad salomonē: Petitionē vnā paruulā ego deprecor à te, ne confundas faciē meā. Annuente au-

tē rege, subintulit: Detur Abisac Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Fit hoc ad captā dam gratiam illius q rogatur, maxime cū eiusmodi res petitur, quæ videatur impetratu difficilis.

Qui dixit ei: Quid vis?

C Pius & prudens magister, etsi amabat hanc sanctam mulierem, discipulos q̄q; ad modū charos haberet, tamen prius explorat qd velint, non statim incōsulto petitioni illorū necdū explicatæ & examinatæ annuens: hoc ipso vtilissimū nobis & cōsultissimū p̄bens exemplum, saluberrimāq; institutionē, vt dum quippiā à nobis consanguinei vel alij quantūuis chari petunt, nō simus ad assentiendū p̄cipites, sed rem omnē nobiscū maturius expendamus ac ponderemus, videamusq; nū æquum sit & iustū petitioni eorū morē gerere. Prudentia nanq; & iustitia in eiusmodi adhibēda est, vt prius id q̄d petit discutiamus: ac deinde absq; vllo personarū respectu ita vt iustitia postulat vel consentiamus, vel recusemus. Ea de causa sapiens p̄ceptor, imo sapientia ipsa prius percontatur ex muliere qd velit: nō q ipse mentē illius ignoraret: sed vt nos instrueret, atq; vt illius explicata prece, rationabilius & conuenientius illi respōderet. Hac in parte plurimi grauiter delinquunt, dū nimis facile prolibus aut cognatis, aut etiam extraneis quamuis inhonesta aut pnitiosa petentibus, nulla p̄missa deliberatiōe, aut examinatiōe obsequunt.

Petitioni aliorū qui nam non p̄cipitanter nimis annuendū sit.

Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrā in regno tuo.

Matth. 20 Lucæ 18

Audierat paulo superius mater filiorū Zebedæi dn̄m de sua resurrectione dicentem. Vnde putabat eum tum ilico in terris regnaturū, quemadmodum adhuc miseri Iudæi suū expectāt Messiā tēporali gloria, vt ipsi putāt, latissime dn̄aturum. Atqui regnū Saluatoris nō erat de hoc mundo: neque ministrari venerat, sed ministrare. Propterea etiā cum sensisset turbas ipsum rapere velle atq; in regē constituere, fugit. Non enim missus erat à patre ad prospera mundi huius ad honores dignitatesq; capessendas, sed ad perferendam ignominiā, & omnigenas mūdi miserias & calamitates, atq; ipsum deniq; turpissimum mortis genus. Quod igtur mater filiorum Zebedæi petit filijs temporariam dignitatem, errore facit muliebri, & affectu quodā carnali, quo cupiebat filijs. Neq; dum cuiusmodi futurum esset Christi regnum intelligebat. Nā si intellexisset, potius eis abiectionem, quā gloriam petijsset. Nam quo quis maiorem propter Deum abiectionem in hoc mundo patitur eo sublimius in cœlis coronatur. Et raro cuiquam & præsentis vitæ prosperitas, & futuræ singularis gloria cōtingit. Vt plurimum electi oēs mūdo huic despecti sunt. Quare? Quia mundus regitur spiritu diaboli: pij autem oēs Christi spiritu ducuntur. Porro spiritus malus semper Christum persequitur. Quid igitur mirū, si electos mundus opprimat? Sed quid sibi vult, quod petit mater, vt filiorum suorum alter ad sinistrā Christi sedeat? Id plane confirmat sententiam nostram, scilicet non intellexisse eam, quale esset futurum Christi regnum. In regno cœlesti omnia dextra sunt, nec quicquam est ibi sinistrū. Quisquis igitur ad Christi sinistram collocari appetit, damnari se velle significat. Quo facit illa domini sententia: Oues ponet à dextris, hœdos autem à sinistris: vbi per oues electi per hœdos reprobi significantur. Videant ergo, qui temporarias captant prosperitates, ne non oues sint, sed hœdi potius, cum tota vbiq; scriptura clamet multas esse iustorum tribulationes: & omnes qui in Christo pie viuere volunt, persecutiones passuros.

Ioan. 18 matth. 20 Ioan. 6

Electi Dei vt plurimū mūdo semper tore despecti.

Sinistra dexteráq; quænā in sinuentur. matth. 25

psalm. 33 2. Tim. 3

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis.

D Mater precem obtulit, & dominus discipulis respondet, hoc ipso plane significans, discipulos matrem impulisse, vt pro eis rogaret. Estq; verisimile dn̄m hæc verba cum aliqua seueritate protulisse, tum vt discipulorum castigaret temeritatem, tum vt mortales omnes à detestabili ambitionis vitio arceret. Nescitis, ait, quid petatis. Hoccine est, quod tot monitis, tot exemplis meis docere vos volui, vt honores ambiatis? Ego e summa cœlorum arce descēdi in terras, & infra mortales omnes me abieci, & cum mihi summo iure creata omnia seruire debeāt, ego me creaturarum omnium seruum feci. Nihil in hoc mundo prospere delectabile, nihil iucundum habere volui, sed extremam ab ipso matris vtero semper inopiam, vilitatem, abiectionem,

Vita Christi tota vt fuerit semper pœnalis & despecta.

nem, miseriā amplexus sum ꝓpter vos nō solū redimendos, sed etiam instruēdos, vt mea sectemini vestigia: & iā vos ꝑcipuam petitis dignitatē, & oībus vultis anteferri? Nonne ea res Luciferū detraxit in tartara? Nonne totum humanum genus ꝑ vnius superbiam periȷt? Cur ergo vobis ista non incutiūt timorē, ne vobis similia accidant? Nescitis plane, qd petatis. Si mei discipuli estis, cur adeo mihi adhuc dissimiles estis? Qui honores ambit, ꝑicula innumera appetit. Qui aūt amat periculum, peribit in illo. Humilitas tutissimus animę portus est. Locus sublimis peccandi infinitā ꝑbet materiā: & licet videatur esse honori, tamē recte intelligentibus certū est nō nisi oneri esse.

Esaiæ 14 Gene. 3 Roman. 3

O q̄ merito possit hodie multis dici, per fas & nefas in sublime contendentibus, & alios excellere conātibus. Nescitis qd petatis. Rustici hodie aut æquare, aut supare ciues volūt. Ciues in nullo cædere volūt magistratui aut nobilibus viris. Nobiles cupiunt excedere comites. Atq; isti maiori sæpe fastu, quam principes sese efferunt. Porro principes ad regiā aspirant dignitatem. Reges deniq; impatorum ęmulant gloriā. Quāta nūc vbiq; in omī gradu & cōditiōe hoīm cernit vestiū pōpa & petulantia, non parua causa ꝑsentium maloꝝ q̄ patimur, si fides sctis adhibēda est. Quotidie nouę excogitant artes petulantissime ac superbissime conficiendi vestes, & pleriq; iā haud secus q̄ mōstra quædā & turpissimi histriones incedūt, vbiq; ita scissi & dissecti, vt dęmones ex tartaris ad nos sumpta humana specie cōmigrasse videant. Atq; hęc oīa ex miserrima ambitiōe ꝑficiscunt, qua cupimus alios antecellere, & cæteris honoratiores videri. Sed nesciūt tales stulti & amētes quid petāt. Sui similibus insanis & deliris fortassis placent, sed Deo & sctis omībus, cūctisq; viris grauibus & honestis horrori & execrationi sunt. Sed dicūt: Nunqd vestis me aut sanctū aut improbū facit? Deus cor inspicit, nō vestes. Quid dicitis cæci & stolidi? Vtiq; nisi vanissimis & superbissimis essetis cordibus, nō possetis tā lasciuis & portentosis vti vestibus. Qualis cuiusq; est animus talis fere est & corporis cultus. Fieri potest, imo fit nonnunquam, vt sub humili habitu cor lateat superbissimū: sed fieri vix potest, vt sub tam portentosa & & intoleranda habitus petulantia & fastu pius geratur animus. Verum his obiter de

Vt nemo suo sæculo sua sorte contentus sit.

Ambitio mala quæ tam gene rat.

Vestibus qualibus iam induantur homines.

Vestiū hoc tempore quanta sit petulātia ac turpitu do.

vestium fœdissima turpitudine dictis, Euangelȷ exegesin prosequamur. Apostoli non pensata virium suarum imbecillitate, nullis etiamdum eximȷs roborati virtutibus, maximam petebant dignitatem: sed pius dn̄s non ignorans periculosissimum eis fore, si mox in sublime tollerentur, q̊d petunt, negat: porro ad id eos reuocat, q̊d eis nouit esse vtilius: quemadmodum periti medici ægrotis pernitiosa petentibus non ꝑmittunt, sed salutaria subministrāt. Ait ergo:

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? E

Græca exemplaria hic adiunctum habent: Et baptismo q̊ ego baptizor baptizari? sicut etiā in ea quæ mox sequit sentētia: Calicē quidem meū bibetis, annectūt. Et baptismo, q̊ ego baptizor, baptizabimini: Veꝝ ex Marci Euāgelio huc trāslata videntur. Sed qd sibi vult, ꝙ dn̄s discipulos gloriā aucupātes, ad cruces mittit? Nō ita est iudiciū huius mundi. Inopes, afflictos, miseros despicit mūdus, diuites & oībus rebus ac voluptatibus affluentes beatos ꝑdicat. Sed mentit iniqtas sibi. Lazarus mēdicus portatus est ab angelis in sinū Abrahæ, diues epulo sepultus est in inferno. Itaq; pauperes pios amat Deus, & per temporarias calamitates ad immensas beatæ vitæ diuitias & perennem felicitatē perducit. Atqui superbos diuites, & suis opibus ad luxum voluptatesq; & mundi fastū abutentes ad extremam & incōprehensibilem perpetuo apud inferos perferendā protrudit egestatem. D. Gregorius quadā homilia mentionē faciens loci huius, ita ait: Dū filȷ Zebedæi interueniēte matre quęrerent, vt vnus à dextris Dei, & alius à sinistris sedere debuissent, audierunt: Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum? Iam locū celsitudinis q̄rebant: ad viā illos vitas reuocat, per quā ad celsitudinē venirēt. Ac si dicat: Iam vos locus delectat celsitudinis, sed prius exerceat via laboris. Per calicē ꝑtingit ad maiestatē. Si mēs vestra appetit q̊d demulcet, prius bibite q̊d dolet. Sic ꝑ amaꝝ poculū cōfectionis peruenit ad gaudiū salutis. Hæc ille. At qs hæc ꝑsuadeat hoībus per aduersoꝝ tolerantiā, per crucē, ꝑ afflictiones, ꝑ mūdi odia & ꝑsecutiones, ꝑ ludibria & verbera, per ꝓbra & ignominiā, deniq; per mortis voluntariā perpessionē ad beatitu-

Marc. 10

Psalm. 26 Lucę 16

Gregori⁹.

Per quęnā media pueniatur ad beatitudinem.

titudinem perueniri? Nihil minus volunt homines, quã aduersa præsertim propter Deum perpeti, vt honores, diuitias, voluptates obtineant, haud grauatim animas & corpora mille periculis exponunt: vbi causa Dei quicquã ferendũ est, omnes subterfugiunt. Denique quicqd aduersi occurrit, omnes ferme moleste ferunt. Si aduersa premat valetudo, nihil intentatũ relinquitur, vt possit sanitas recuperari, & multi imperitorum medicorum pharmacis perire malunt, quam nõ omnem mouere lapidem, vt citius conualescant. Et tamen sicut caro spiritui semper aduersa est, ita carnis ægritudo spiritui vtilis est, atque hoc ipso etiam expetenda est. D. Petrus apostolus ex humili piscatore apostolici agminis vertex, ex vndis vectus ad sidera, cœlique clauiger effectus, cuius sola vmbra pellebãtur corporum morbi & molestiæ, interrogatus aliquando, cur filiam ipse suã graui morbo affligi fineret respondit: Sic expedit ei. Quid ergo nos scimus, an expediat & nobis potius ægre affectos esse? Sed & paupertas, quã Christus cupidissime amplexus est, multis grauissima est. Atqui vt multa prætereã, Romani q̃diu pauperes fuerũt, multis floruere seculis: at vbi cœperũt abundare diuitijs, luxu & delitijs eneruati, intestinis cõcidere bellis. Porro intra tentatoria paupertatis sobriæ atque solicitę, vt ait quidã, luxus iners, sopor marcidus, ac vitia languida & eneruata non subeunt. Atque vt paupertas eadem resistentibus per molesta, sic cedẽtibus periucunda est. Pulcherrima est illa cuiusdam sententia: Si necessitatibus obsequeris, paup nunq̃ esse potes: si cupiditatibus, nunq̃ diues. Denique vt diuitijs amica sunt vitia, ita paupertatis comites sunt securitas, humilitas, sobrietas, reqes, modestia, & id genus virtutes aliæ. Et q̃uis tristis sit in vita pauptas, nemo tamẽ fere tam paup vixit, vt moriẽs nollet vixisse pauperior. Sunt denique & alia multa, quę ad calicẽ dñi ptinent, sed oĩbus inuisa sunt. Haud secus iã affecti sunt hoĩes, q̃ si re ipsa dño Iesu dicant: Sit calix tuus tibi, nobis illũ bibere non vacat. Comedamus & bibamus, & oĩbus delitijs nos oblectemus, cras eñ moriemur. Paucissimos sane inuenias, qui calicem dñi bibere velint. Apostoli, de quibus agimus, promptum quidem obtulerunt domino animum, sad vbi ad rem ventum est, vterque fugit à domino.

Aegritudo corporis quã sit vtilis animæ. Matth. 4 Acto. 5

Paupertas vt quibusdã necessaria sit ad custodiam.

Comites paupertatis quam sint.

Calix dñi q̃ sit oĩbus hoc seculo inuisus. Esaiæ 22

Math. 26 Marci, 14

Videamus ipsorum responsum.

Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidẽ meum bibetis, sedere aũt ad dexteram meã, & sinistrã, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.

Vsque adeo ferebantur desiderio assidendi Christo, vt etiã si necdũ satis caperẽt quisnã calix ille esset, neque etiã virium suarũ haberent exploratã imbecillitatẽ, tamẽ audẽter se dicãt bibituros calicẽ dñi. Sic etiam D. Petrus dño ad passionẽ ituro, ait: Paratus sum tecũ & in carcerẽ, & in mortem ire. At vbi voce ancillę vnius vrgeri cœpit, dominum suum abiurauit. Voluntas hoĩs quantũuis firma & seria sit, nisi diuinę gratię auxilio suffulta sit, facillime à iustitia abducitur. Debebãt saltem addidisse apostoli: Possumus tua gratia adiuti. Quasi fidentius & inconsultius dicunt absolute, Possumus. Postea non poterant pseuerare cũ Christo in horto, etiamsi illius diuina virtute cincti ac protecti essent, ne læderẽtur ab hostibus: sed relicto eo fugerunt. Sed tamen quia obtulerunt dño bonam voluntatẽ, seseque illi permiserũt, ait illis: Calicem quidem meũ bibetis. In exilio non est quęrenda gloria, sed potius animus ad tolerãda aduersa, præparandus. Equidem vobis honorẽ non inuideo, imo vo opportuno tẽpore, plus q̃ putatis honoris vobis à me tribuetur: sed necdũ expedit vobis honore euehi. Calicem prius meũ bibetis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meũ: & q̃uis non vterque pro me mortẽ excipietis, tamẽ vterque multa patiemini, & alter gladius reipsa & voluntate, alter tyrannorum ac malorum hominũ vexationes voluntate martyrem meũ efficient. Quod autem petitis, vt possitis assidere mihi, non est meũ, quatenus homo sum, dare vobis, qui id pter ordinẽ & ante tẽpus petitis: sed quibus paratũ est à patre meo. Non est personarum acceptio apud Deũ. Sed quicũque talem se pbuerit, vt regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet quod non personę, sed vitæ paratum est. Si itaque tales estis qui cõsequamini regnũ cœlorum, quod pater meus victoribus pparauit, vos quoque accipietis illud. Docemur hoc loco in psenti vita, vbi ppter pctã nostra nõ nisi exules degimus procul à patria illa cœlesti, nõ esse pspera appeten

Lucæ 22

Matth. 26

Voluntas hoĩs q̃ sit infirma si ne gratię Dei auxilio.

Ioan. 18

Ioan. 16

Actor. 12 Apocal. 1

Deute. 10 matth. 22 Roman. 2 Hierony.

Aduersa esse hic potius appetenda, quã prospera.

appetenda, sed potius aduersa. Hęc eñ magis conueniunt exiliũ patientibus. Propterea etiã Salomon ait: Melius est ire ad domũ luctus, q̃ ad domũ cõuiuij. Itẽq; cor sapientiũ vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lętitia. Et sunt reuera permultæ graues causę, quibus merito possimus moueri ad cõtemnenda vana mũdi gaudia, & crucem libenter ferendã. Tot iniurijs q̃tidie afficit Deus ab hoĩbus, q̃s creauit bonitate sua, et redemit sanguine suo, vt si nihil aliud sit, hoc solũ abunde nos permouere queat, vt semp optemus miseri esse in hac vita, atq; cũ dño Iesu perpetuos cordis dolores perpeti. Quod etiam pertinet ad calicem dñi. Imo internus animi dolor sæpe multo acerbior est, q̃ quæuis externa afflictio, vt de illo dictũ videat Christianis oĩbus: Calicẽ meũ bibetis. Quisquis aũt hunc calicẽ non bibit, vt non doleat iniurias creatoris & redẽptoris sui, nõ est vtiq; verus Christianus: Et quia modo nõ vult bibere calicem Christi, postea bibet calicem iræ furoris domini.

Eccl'e 7 / Ibidem. / Gaudia mũdi cõtemnendi rationes quæ. / Apoca. 16

SERMO IN EODEM Festo. De contemnendis huius vitæ delitijs, diuitijs & honoribus.

G / Psal'm. 4 / Psal. 13. 52 / Roman. 3 / 1 Ioan. 5 / Studia secularium hoim cuiusmodi hodie sint. / Psalm. 148

Nescitis quid petatis. Matt. XX. Filij hoĩm, ait Psalmista q̃dam loco, vsq; q̃ graui corde? vt q̃d diligitis vanitatẽ, & quęritis mendacium? Idemq; alibi dicit: Dñs de cœlo p̃spexit sup filios hoĩm, vt videat si est intelligens, aut reqrens Deum. Oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est q faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ. Nimirum cœlesti illustratus lumine vir sanctissimus dilucide perspexit, q̃ misere à Deo mortales oẽs auersi, in his infimis rebus sua captent oblectamenta. Nam reuera mundus totus in maligno positus est, & vix paucissimos inuenias, qui toto corde Deum quærãt: paucissimos etiã, q nouerint q̃ sit hominis vita omnis referenda. Alij suæ carnis sectandis voluptatibus, alij cumulandis diuitijs, alij honoribus aucupandis ita sunt dediti, tanq̃ nũquam sint ex hac vita emigraturi. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus in hoc vno animo omnes intenti sunt, vt mollibus fruãtur voluptatibus, vt se suosque reddant locupletes, vt alios antecellãt dignitate, honore, existimatione. Sed dici illis oĩbus rectissime potest: Nescitis miseri quid petatis? Vultis veras delicias? Nõ eædem nisi in Deo inueniuntur. Vultis veras diuitias? Virtutibus detis operam, quæ solę animum locupletant. Vultis summos & inæstimabiles honores? Pręsentia despicite, & cœlestibus bonis inhiate. Transit mundus & concupiscentia eius, & vos audetis vllã vobis in terris felicitatẽ polliceri audetis quicq̃ in terris appetere? Sed quid frustra verbis agimus? Funiculus iste triplex (concupiscentiam dico carnis & oculorum & superbiam vitæ) difficile rumpitur, & qui eo obligati sunt, verba salutis vix vnquam recipiunt. Audiunt quidem, sed corporis, non cordis auribus. Etsi quandoq; ad horã vel ex diuina inspiratione, vel salutifera lectione, aut verbi Dei auscultatiõe, vel piorum hoĩm exhortatione & familiari colloquio cõpungũtur, tñ vbi rursus sese offert occasio, tum carnis infirmitate, tum peccandi libidine, tum dæmonum impugnatione superati, redeunt ad ingeniũ suum. O si quis posset miseris persuadere, vellent tamen recto secũ iudicio perpẽdere quid agant, vellent tamen animarum immortalium curã saltẽ non minorẽ q̃ mortalium corporum gerere, vellent tamen quadã vti circũspectione & prudẽtia, nec semp se paterent dęmonibus esse ludibrio. Scio nõ esse nos angelos, sed hoĩes, scio procliues nos esse in malum, scio difficillimum esse assueta relinq̃re, & blãdis ac fallaciosis voluptatibus nuntium remittere: sed tñ adest nobis Dei gratia, qua possimus plurimum, nec infirmitas aut procliuitas in malum peccandi necessitatem adducit, nec aliquid tam difficile est, quod labor improbus & bona consuetudo nõ reddat facilimum, vt nihil dicã de gratia & amore Dei. Quod si parum hæc mouẽt, q̃a à Christiano dicuntur, q̃a Christi legibus p̃scribuntur, pudeat saltem minus apud nos valere Christi Iesu Dei ac domini nostri autoritatem, minus nos illius moueri verbis, quã Ethnici pleriq; vel Philosophorum vel aliorum grauium virorum exhortationibus moti fuerint. De Pythagora q̃dem, qui gloriosum illud & arrogans cognomen sapiẽtiæ erubuit, primusq; philosophum se dici maluit, id est, sapientiæ amatorem, non sapientem, quo nomine septem illi Gręcię sapientes vocitati sunt, memoriæ proditũ

Diuitię & delitię veræ vnde reperiantur. / 1. Ioan. 2 / Eccle. 4 / 1. Ioan. 2 / Via salutis q̃ difficile hoĩbus hodie p̃suadeatur. / Pythagoræ modestia q̃nta.

est, quod cum Crotonis vrbis quondã florentissimæ populus graui prælio attritus virtutes odisse, atq; ocio pernitiali dare se cœpisset, per opportune in Italiam adueniens, Crotonem sese contulit, moresque ciuitatis iam plane in luxuriam prolapsos sapientiæ suæ presidio firmauit erexitque, tantumque apud eos multis perpetuisque adhortationibus consecutus est, vt ad pristinæ virtutis habitum reuocarit. Adhibebat singulis quibusque opportuna consilia pro sexuum & ætatum varietate: viris fortitudinem & ignauiæ fugam, mulieribus pudicitiam & coniugalem fidem, pueris verecundiam & literarum amorem, omnibus pariter frugalitatis studium suadebat: extorsitq; perorando, vt non modo viri, sed & fœminæ ab omni morum peruersitate velut ab ancipiti fouea pedem retraherent, eumq; ad sublimia & ardua inuitantem sequerent, vsq; adeo vt sponte sua vestes q̃q; purpureas & aureas, cæteraq; corporis ornamenta reijcerẽt, doctę videlicet ornatũ muliebrẽ in pudicitia, non in auro gẽmisq; cõsistere, hisq; potissimũ armis atque his facibus sæuire luxuriã. Quid ad hæc dicemus nos Christiani? Turpe ne erit nobis ab Ethnicis superari? Est id qdem omnino turpissimum. An vero Christiani non poterimus, quod illi à Deo alieni potuerunt? Aut forsan ista tanq̃ nugas deridebimus? Et tamẽ vt frugalitate, pudicitia, continentia, modestia, ac mediocritate vrbes crescunt & florẽt: ita luxu & intẽperantia funditus euertuntur. Hæc nobis in scripturis diuinis sæpissime inculcantur. Quę so emolliãt nos, quemadmodũ illos Crotoniẽses mouit Pythagoræ oratio, ne quẽadmodum Niniuitæ & regina Austri dicũtur in iudicio Iudęos condẽnaturi, ita nos isti condẽnent, q̃d isti homuncionis vnius tãtum tribuerint exhortationi, nos ipsius Dei nullis neq; monitis, nec minis permoueamur. Nec est sane, cur nobis arduum videatur quicqd exigimur à Deo, qñ & ab Ethnicis philosophis multo difficiliora et tradita & obseruata sunt, atq; à multis etiã alijs præstita. Qui epistolas Senecæ, officia Ciceronis, pluraq; alia aliorum scripta perlustrant, vident, quam multa illi homines verę religionis expertes literis mandarint, Christianis etiã perfectis admiranda. Nec pauca extant miræ virtutis exempla ędita ab Ethnicis, quę Christiani paucissimi possint imitari aut exprimere. Sed ea hic commemorare longum foret. Eo tantum hæc dicta sint, vt magis prouocemur ad proculcandas mundi vanitates, carnis illecebras, & diaboli superbiam. Non est iam quod dicamus, Non possumus. Ecce Ethnici innumeri potuerunt. Nemo dicat, Nõ possum continenter viuere, quia infirmus sum. Innumerabiles olim apud Ethnicos deæ Vestæ virgines in ppetua castitate seruierunt: & si qua ex illis fuisset dep̃hensa cum viro cõcubuisse, viua humo operiebatur. Auaritiam multi Ethnicorum penitus execrarunt. Superbiam deniq; verbis & factis detestati sunt. Si in illis tantum potuit vel virtutis amor naturalis, vel popularis auræ captandæ studium, vel nescio qd aliud intra naturæ limites cõsistens, quid nõ poterimus nos diuina ope subnixi? Tantũ conemur, & malæ consuetudini, prauisq; desiderijs frẽnũ inijciamus: cogitemus nõ ideo nos hic esse, vt semper hic simus, sed vt pro peccatis nostris agamus pœnitentiam: & virtutibus animum excolamus, atq; ita quandoq; ad patriam, vnde extrusi sumus, reuertamur. Virtutes eñi pennæ quædam sunt animi, quibus fertur in cœlum.

Si infestat nos luxuria, quam fere semper ocium gignit & ventris ingluuies, cogitemus hac nihil homine esse indignius, vt quæ vitam nostram maxime bestialem efficiat, & cũ sint alia grauiora mala, hac nihil vilius sit. Libido ad corporis & animæ mortem, ad infamem notam, ad serã & vt plurimũ infrugiferã ducit pœnitentiã. O q̃ multi hoĩes singulares, quã multæ vrbes, quanta sæpe regna hac peste interierũt. De hac Cicero memoria dignam protulit sententiam: Voluptates, inquiens, blãdissimæ dominę maiores partes animi à virtute detorquent. Et Seneca de ijsdem loquens, ita ait: In hoc nos cõplectunt vt strãgulẽt. Nõ aliter ergo q̃ latrũculi viatoribus insidiantes, eosq; seducẽtes ac pimentes declinãdę sunt. Deniq; Scipio Africanus apud Liuiũ fert Masinissæ ita dixisse: Vince aĩm, caue deformes: multa bona vno vitio, & tot meritorum gratiã maiore culpa, q̃ causa culpę ẽ corrũpas. Vt aũt facilius hęc p̃stare possimus, serio & acriter cogitãda est voluptatis vilitas, obscœnitas, breuitas, & finis, lõgũq; dedecus, et horę fugacis aut etiã breuissimi momẽti vnius illecebrę multorum annorum pnia, vel ęterno supplicio puniendæ.

Deli-

Pythagoræ prudentiã in consilijs dandis.

Virtutes quãto studio q̃dam Ethnici excoluerint.

Virtutes vt sint quędam pẽnæ, q̃bus aĩæ in cœlum euolent.

Luxuriæ quænam mala gignat.

Cicero.

Seneca.

Scipio.

Luxuriã quęnam mala sequant.

Matth. 12. Lucæ 11.

Ethnicorum modestia Chrĩanos oẽs merito inuocare ad vitæ emẽdationem.

Delitijs corpus eneruatur, rigor aĩ frangit, vitiorum æstus acuit, virtutes eliminant, cor malis pturbationibus replet, ratiõis splendor obscurat. Qui delitias amat & aucupatur, pnitiem diligit, venenũ melle conditũ appetit, & æterna sibi tormẽta cumulat. Deniq; in delitijs oẽ malũ latitat. Porro corporis castigatio, virtutis corroboratio est. Iã si habendi cupido nos vexet, & auaritiæ stimulis vrgeamur, debemus cogitare naturã paucis esse contentã, vitamq; esse breuissimã, ideoq; frustra supuacuis nos angi curis, & paucorum egẽtes multa inaniter desiderare. Deinde eũ q q̃rendis cumulãdis que opibus inhiat, parta non cernere, atq; ita quodammodo quæsita perdere, quo nihil est stultius. Adhæc inter quærendum & tempus & vitã, cui opes quærunt elabi. Vnde mira accidit stolidis pplexitas: dum vita abundare videntur, diuitijs indigent: dumq; indigentia illa pterijt, succedit altera, vt diuitijs abundãtes vita egeant. Quod irridens Sapiens quidam, Est, inquit, q locupletatur parce agendo, & hæc est pars mercedis illius, in eo quod dicit. Inueni requiem, & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit quod tẽpus prætereat, & mors appropinquet, relinq̃t oĩa alijs, & moriat. Et idẽ alibi: Qui aceruat iniuste, alijs cõgregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. O terribile dictum, sed commune quotidieq; se oculis ingerens, nec idcirco tamẽ quicq̃ proficiens in animis auarorum. Idẽ rursus, Auaro, inquit, nihil est scelestius: & nihil est iniquius, quam amare pecunias. Cui optime consentiens Cicero, Pecuniæ, ait, fugienda cupiditas. Nihil est enim tam augusti animi tanque parui, q̃ amare diuitias. Deniq; si supbia nostri sibi pectoris velit vendicare domiciliũ, nobisipsis dicere debemus: Quid superbis terra & cinis? Tu ne tantorum malorum fascibus prægrauatus & oppressus extolleris: q̃ etiamsi liber esses à malis oĩbus, cunctisque ornatus virtutibus, atq; inde aĩo te efferres, hoc ipso proculdubio bonis omnibus te nudares. Nihil est enim Deo odiosius, q̃ supbia. Quid quæso superbis miser homuncio? An non te mortalẽ, an non assidue satiscentẽ, an nõ peccatorem, an nõ mille casibus expositũ, an non morti & quidem incertę obnoxiũ, an nõ deniq; te miserum meministi & non famosissimum illud Homericũ audiuisti. Nihil miserius terra nutrit homine? Sci

Auaritia vt sit insatiabilis · *Eccle. 11* · *Eccle. 14* · *Eccle. 10* · *Cicero.* · *Eccle. 10* · *Odiosum quidnam Deo super bia sit* · *Homerus* · K

re velim quid te horum potissime ad superbiam cohortat, an fragilitas membrorum, exercitusq; morborum, an vitæ breuitas, an cæcitas animi inter spes vanissimas metus que ppetuos fluctuantis, an pteritorum obliuio, an ignorãtia futurorum ac psentium, an hostium insidiæ, an mortes amicorum, an aduersitas perseuerans, an fugitiua psperitas? Hę nãq; & nõ aliæ vobis sunt ad supbiam scalę, his ascenditis ad ruinam. Itaq; supbia morbus est miserorum atq; stultorum. Nã tales haud dubie sunt, q supbiunt. Neq; eñi aliter supbirent. Quod si cũcta ppius intueamur, nimirum videbimus mõstrũ homũtionem. Pulcherrime de supbia & q̃ inde nascit, ambitione scribit Cyrillus in Apologis suis in hæc verba: Caue ne appetẽdo dominationẽ, in supbiæ corruas seruitutẽ, & ne cũ alijs te pfers, tu ipse tã grande tu ipsius dñm pdas. Sed dic mihi q̃so, an ne iustum putas desiderare q̃d optas? Nã si iustũ non est, hoc ipsum appetere est iniustum, Velle eñi q̃d iniustũ est iniquũ esse cognoscit. Ipsa q̃q; iniustitia miseria est: ergo ex hoc appetitu es miser. Verum oĩs miser suæ calamitatis est seruus. Sed si q̃d iiuste desideras, obtineres, plus miser existeres. Q̃m vnusq̃sq; tanto miserior esse cõuincit, q̃nto eius volũtas in malo citius adimplet. Si vero q̃d cupis asseris esse iustũ, necesse est, vt sit ex aliq̃ sup eminẽtia tui. Ostẽde ergo q̃ dono aut spetie ita excellas. Nimirum si sapiẽtia alios cupis trãscendere, & si eius platiõe leuaris, hæc dñatio vera est. Sed hæc neq̃q̃ sursũ te pijcit, sed humilitatis sinu salubri deorsum te recõdit. Nã vbi vera sapiẽtia ibi humilitas. Si aũt potẽtia niteris trãscẽdere alios, & si eius platiõe leuaris cũ Neroth impijssimo, & Alex. neqssima, pdo eris. Potẽtia nãq; p se nõ excellẽtiã, sed violẽtiã parit. Qnãobrẽ apud te mane, atq; cõmune naturalis societate lege subsiste: qm̃ si iiuste te leuas, mox veræ firmitatis amissa iustitia, seruus similiũ iuste eris. Verum ĩ æqtatis politia pesse, subesse est: & arrogãtia dñat, iustitiã spnit, & vitijs subest. Idcirco depone fastũ, tolle noĩa dignitatũ. Et qd ẽ oĩs hõ nisi hõ? Vna igit tm̃ æqtas est hoĩem possidẽdi, voluntas diligendi. Hactenus ille. Diuus Joannes Damascenus quoque in historia Iosaphat & Barlaam, ipsum Barlaam introducit quandam certe venustam & memorabilẽ referẽtẽ parabolã de his q psentia captãt oblectamẽta, & futura nõ attẽdunt

Quænam nos deberetur à superbia · *Scala ad superbiam q̃ sit* · *Cyrillus* · *Miser vere quis dicatur* · *Ambitio quinã cõtingat* · *Sapien. 11* *Gene. 10* · *Potẽtia in iqua cui cõparetur* · L · *Ioan. Damascenus* · *Parabola mira in eos q oblectamẽta in creaturis immodice aucupant.*

quam nos hic adverbũ recitabimus, qa nõ parũ facit ad emoliendos aĩos, ad contẽnẽdas nedum voluptates, sed etiam opes & honores præsentis vitæ. Qui à bono & benigno dño nempe Deo, mente perdita semetipsos elongãt, & præsentibus inhiant negocijs & eis tenent adstricti, & nullã futurorũ habẽt memoriã, sed delectatiões corporales incessanter desiderãt, aĩas vero suas dimittentes fame tabescere, & innumerabilibus affici malis, similes esse arbitror hoĩ fugienti à facie furentis vnicornis: q nõ ferens sonum vocis illius & terribiliũ mugituũ, fortiter fugiebat, ne deuoraret ab eo. Dũ ergo velociter curreret, in magnum q̃d dam decidit barathrũ. Dũ aũt caderet, manibus extensis arbusculã quandam appræhendit, & fortiter tenuit, & in basi quadã pedibus impressis, visus est sibi in pace de reliq̃ fore & stabilitate. Respiciens ergo, vidit duos mures, albũ qdem vnum, alterũ vero nigrũ, corrodentes incessanter radicem arbusculæ q̃ apprehenderat: & iam prope erat vt eam abscinderẽt. Considerans etiã ipsius barathri fundum, vidit draconẽ adspectu terribilẽ, ignẽ spirantẽ, & feralibus oculis adspiciẽtẽ, osq; terribiliter apire, & deuorare eũ cupiẽtẽ. Intuẽs vero rursus basem illã, sup q̃ pedes habebat firmatos, contẽplatus est quatuor aspidũ capita de pariete prodeuntia vbi consistebat. Eleuãs autẽ sursum oculos, vidit de ramis arbusculæ illius exiguũ mel distillãs. Dimittẽs ergo cõsiderare q̃ circundederunt eũ mala, scilicet quõ sursum quidem vnicornis horribiliter insaniens quærebat hunc deuorare, deorsum vero amarissimus draco inhiabat deglutire eũ: arbuscula vero quam apprehẽderat, post modicũ erat excidẽda: pedes super lubricam & infidam basem statuerat: & tantorũ ac taliũ malorũ oblitus, seipsum dulcedini modici illius mellis tradidit. Hæc similitudo est eorũ, q seductioni p̃sentis seculi adhæserunt. Cuius expositionẽ modo dicã tibi. Vnicornis qdem figurã tenet mortis, quæ semp psequit & cõpræhẽdere nitit genus humanũ. Barathrũ vero mũdus est iste, plenus oĩbus malis & mortiferis laqueis. Arbuscula aũt, q̃ à duobus muribus incessanter incidebat, q̃ apprehendimus, vitæ vniuscuiusq; nostrũ mẽsura est, q̃ p horas diei & noctis, velut p murẽ albũ & atrũ cõsumit & diminuit & incisioni sensim appropinquat. Quatuor vero aspides, de qua

Parabolæ huius sensus mysticus quis sit

tuor fragilibus & instabilibus elemẽtis cõstitutiõe humani corporis significãt, qbus inordinatis & cõturbatio, cõpago dissoluitur. Cũ his & igneus ille atq; crudelissimus draco, terribilem figurat ventrẽ inferni, cupiens suscipere eos, q p̃sentes delectationes futuris p̃ponũt bonis. Stilla vo mellis, dulcedinẽ significat delectationũ mũdi, p quã seductor ille nõ finit amicos suos propriã videre salutem. Hæc ex Ioanne Damasceno. Obsecro dilectissimi, si hæc iam dicta attẽtis & serijs aĩs, nõ aũt pfunctorie, vt solent salutis suæ incuriosi, inspiciamus, nonne satis supq; aduertimus, q̃ miseri & infelices sint, q relicto Deo somnia & vmbras quasdam amplectuntur, vt merito dici illis queat, Ne scitis quid petatis? Et qd facient eiusmodi, vbi fuerit e corpore discedendũ? Quis dubitet summa cum amaritudine hinc exituros, vt q totam spẽ suam in bonis præsentibus collocatam habeant? O plus q̃ sanguineis deplorandã lachrymis humanorũ pectorũ duritiam & cæcitatem. Heu experiunt q̃tidie miseri nihil esse sub sole ppetuũ, cũcta subiacere vanitati, voluptates oẽs toxico illitas, & nolẽtes volẽtes hoĩes q̃tidie ad sepulchrũ pficisci: & tñ tanq̃ hæc in somnis viderint ita parui pendunt. Adscribam hic paucos q̃sdam versus D. Hildeberti Episcopi Cenomaneñ, q ante annos quadringentos floruit, & dura pro Christo ppessus est, si forte vel ijs nonnihil moueri possit siue lector, siue auditor.

M

Eccle. 1

Hildebertus martyr

Hei mihi nulla fides, nulla est cõstãtia reb9
　Res ipsæ quid sint, mobilitate docent.
Res hoĩm atq; hoĩes leuis aura vsat ĩ horas
　Et venit à summo summa ruina gradu.
Cũcta sub ancipiti pẽdent mortalia casu,
　Et spõdent propria mobilitate fugam.
Quicqd habes hodie, cras te fortasse relin-
　Aut mõ dũ loqueris desinit esse tuũ (q̃t,
Has ludit fortuna vices, regesq; superbos,
　Aut seruos humiles nõ finit esse diu.
Illa dolosa comes, sola leuitate fidelis,
　Nõ impune fauet, aut sine fine præmit.

Itemque.

Hoc est hic hoĩs, semp cũ tempore labi,
　Et semper quadam conditione mori.
Est hoĩs nasci nudum nudumq; reuerti
　Ad matrẽ, nec opes tollere posse suas
Est hoĩs putrere solo, saniemq; fateri,
　Et miseris gradibus in cinerem redigi.
Ergo charissimi cõtẽnamus fallaciosas illecebras & qcquid in præsenti blanditur

seculo

seculo, ne & nobis dicatur: Nescitis quid petatis. Habet dominus Iesus vnde abunde restituat nobis pro sui amore fugienti bus temporarias vanitates, & suæ obtemperantibus voluntati. Et si arduum est iter ad regna cœlorum, tamen labor est breuis & merces infinita, quam nobis promisit q non mentitur Deus, cui est laus & gloria in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE D. Anne matris beatissimæ deiparæ virginis Marię. Paraphrasin in Epistolam require supra in festo D. Mariæ Magdalenæ, Exegesin in Euangelium quære in prima parte de festiuitatibus sanctorum in feriis conceptionis eiusdem virginis Mariæ.

SERMO IN EADEM solennitate. D. Annæ matris Deiparæ virginis Mariæ encomium, q̃d certis panegyricis laudes & pręconia eius tum generatim tũ speciatim complectitur.

DAte ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Prouerbio. XXXI. Charissimi in Christo fratres,
A ad laudẽ, & gloriã & honorem D. Annæ matris deiparæ virginis Mariæ, cum summo cordis nostri gaudio agẽtes, celebramus, festiuamq; memoriã diei illius, q̃ carnis soluta ergastulo, nobilis illius aĩa, cũ tripudio ad cœlos angelorũ obsequiis subuecta est, q̃ magis erga eã vestra inflãmet deuotio, vitę illius pariter & mortis à me encomiũ ꝑstolamini, rẽ vtiq; dignissimam, atque mea quidem sentẽtia, haud minus difficilem, Quis enim vnquam tam sanctæ, tã
Hierony. quam ꝑclaræ mulieris laudes verbis asseq posset? Quãobrem id q̃d barbatus ille Hieronymus latinæ linguæ disertissimus, hæbraice quoq; & græce non triuialiter doctus, quibusdam sermonem de ea poscentibus, respondit: Ego etiam in præsentiarum iure vobis optime respondero. Nempe q̃d de qua agimus, res est ꝑcelsa, res ꝑclara, res oĩ laude digna. Hæc est enim arbor bona, de qua virga excisa per se, diuinitus floruit. Esaię 11 Exodi. 3 Hæc est terra sancta, q̃ rubũ ardentem, sed incombustũ ꝑmanentem germinauit. Hæc est cœlum excelsum, de q̃ stella maris ad ortum processit. Hæc est sterilitas fœcunda, q̃ ab angelis est frequẽtata. Hæc est benedicta inter mulieres, & mater inter matres beata, ex qua templum dñi, sacrarium spiritus sc̃ti, mater Dei mundo illuxit. Hactenus ille. Hæc est illa supernæ benedictionis terra, de qua cœlestis figulus olĩ spei nostrę composuit beatam virginem Mariã, q̃ ex diuini roris imbre conceptum dei verbũ, humano generi ꝑtulit incarnatũ. Hęc est ille diuinus ager balsamorũ cœlestium floribus circũseptus, ex cuius suauitate p oẽs fines terræ, diffusus odor vitæ emanauit, & in eo spõsus virginũ myrrã suã cũ aromatibus suis miscuit. Gloriosissima Cant. 5 vtiq; est mater hæc Anna, Christi auia, & & oĩm q̃ solẽni attollaĩ ꝑconio dignissima. Quãuis ꝑinde grauis admodũ hæc ꝑuincia mihi videaĩ, quam subire cogitis, vt de tanta tanq; ꝑclara & excelsa, nunquã satis laudanda matrona contionem in medium vestri adferam spe tñ fretus diuini præsidii vobis morem gerere officii mei putabã. Ne igiĩ prorsus sileam in tanta copia laudũ obiter, & qdem generãti paucula recensebo, quæ vitam eius oẽm pariter & mortẽ reddere poterũt clariorẽ. Et q̃ felicius auspicari deĩ, relq; magis innotescat vobis, mox ab ipsius noĩe exordiemur. Nã & illud, virtutũ atq; gratiarũ, quibus cæteris ꝑstantior noscitur, copiam insinuat. Porro, non absre Anna q̃d donũ gratię interꝑtatur, appellata est. B Anna q̃d interꝑtet. Quo noĩe & si plures in qbus peculiare quoddam gratiæ donũ fuisse, ex diuinis eloquiis constet, (cuiusmodi fuere Anna Samuelis de tribu Ephraim. 1. Reg. 1. Tobię 1 Tobiæ 7 Lucæ 2 Et altera Thobiæ vxor: Raguelis quoque de tribu Nephtalin coniunx: Anna denique prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser) hæc nostra tamen Anna eas genere prole & dignitate haud parum præcellit. Prima enimvero prophetam à Dan vsque Bersabee cognitum genuit. Anna mater Marię vt oẽs cæteras Annas præcellat Atquæ hæc nostra Anna, non modo prophetam, sed deiparam virginem Mariam domini prophetarum matrem nobis protulit. Anna Thobiæ consortem habuit virum, ad misericordiæ opera propensum, verũ hæc matrem

matrem misericordiæ, & totius cōsolationis genuit. Annæ vxoris Raguelis filia dulcissima ab āgelo Raphaele nuptui traditur, atq; huius Annæ filia virgo Maria angelo nunciante, consensumq; exigente,

Lucæ 1

Mox vbi paranimpho cœlesti Gabrieli annuisset, à spiritu sancto in eam superueniente, & virtute altissimi sibi obumbrante, concepit filium Dei, saluatorem mundi ex se incarnatū.

Lucæ 2

Quarta Anna vidua ꝑmanet. Verum hæc trinuba licet ex castissimo matrimonio, quo amore prolis legi obtemperabat, tres dignę propaginis matres ex tribus successiue maritis genuit filias, quibus singulis Mariæ nomen indidit, vt ex prole dignissima illustrior esset seu redderetur,

Annā tres genuisse Marias

Nobilis vtique genere fuit, q̃ viro de regia stirpe Ioachim nupsit, & eius sororis nempe Hismerię filia Elizabeth Zacharię sacerdoti in coniugem tradita fuit.

Anna q̃ fuerit moribus nobilis

Verum nobilior erat moribus, vtpote quā propriarū virtutum venustas summe decorat, vt in hoc ipso cunctis fœminis præstet eleemosynis, ieiunijs & orationibus sedulis, & quidem deuotissimis, quibus tandem obtinuit vteri fæcūditatem diuino munere, quod naturę negatum erat. Qua cœlitus nacta, supra naturæ decursum cunctis mulieribus cælebriorem protulit partum, dominam mundi, reginā cœli, hoc est vnigeniti Dei futuram matrē.

Anna vt genuerit reginā cœli,

In hac itaq; muliere sanctissima, gratia sup gratiā cæterarum mulieꝶ quantumuis alias præclarissimaꝶ Dei munere refulsit, ne quidem otiosum eius habeat nomē, q̄d ex oī parte rei optime quadrat. Nonne iure optimo præ cunctis mulieribus ampliore gratia diuinorum charismatū ꝑdotata, quæ redemptoris mūdi genetricē à se post lōge sterilitatis opprobriū nasciturā cū maximo gaudio & tripudio digna fuit cōcipe atq; huic mundo in ꝑcipuum solamē edere? Ad hoc siquidē Deus sup bn̄dictus eā ab ęterno ꝑcul dubio ꝑelegerat, vt post filiā deiparā, ipsa oībus ab initio seculis ampliore sc̄titatis munere cūctis ꝑstaret fœminis.

Anna vt cūctis mulierib⁹ ꝑferatur

Quod vel hinc cōuincendū reor. Porro q̄cunq; elegerit Deus ipse erit sc̄tūs, queadmodū inqt diuina scriptura.

C

Nume. 16

Cui gētiū doctor, diuinus ille Paulus alludēs, ait: Elegit nos vt essemus sc̄ti & immaculati in cōspectu eius in charitate, q ꝑdestinauit nos in adoptiōem filioꝶ p Iesum.

Ephe. 1.

Siqdē ad altiorē dignitatē ꝑdestinatos ampliore sc̄titatis gratia locupletauit semp id q̄d nemo sacraꝶ literaꝶ scius ambigit: qs inficiabit, Annā multa gratiaꝶ copia cumulatiorē factā à Deo optimo maximo q ipsam vnigeniti sui filij ex filia ipsius carne nostræ mortalitatis assumpturi auiam prædestinauit dulcissimam fore, vt quo filius natæ celsior, eo genitricis mater gratiarum multitudine & altitudine ditior nosceretur: Neque enim paruo (mea quidem sententia) benedictionis honore eam dignatus est altissimus. Quanq̄ enim vero de multis legamus præclaris mulierib9 quas sacra scriptura ob singulares bn̄dictiones miꝶ in modū sustolit ad cœlos vsq;: his tamen Anna vel hac vnica benedictione vteri sui, alioqui sterilis, illustrior reddita est, quod matrem Dei gignere meruit.

Nobilitatis Annę causa quę fuerit

Saram quippe Abrahæ cōthoralem superat: Iahel ipręstat: Abigail ea inferior est: non hanc vlla benedictione Iudith æquare potest: nec sexcente aliæ quin gratiaꝶ & cœlestium donorum muneribus lōge cunctis repletior sit. Saram vtiq; benedixit Deus, quatenus iam veterana & quidem nonagenaria, vtero hactenus infœcundo, iam ex marito centenario Isaac nō sine munere Dei susceptum, cū maxima vtriusq; lętitia genuisset.

Gene. 17

Cuius desideratissimi fœtus perfecta Abrahæ patriarchæ fides, & vnius Dei cultus causa fuit. At vero Anna sacratissima, fide sua & obedientia, non iam prophetam aut filium alicuius vatis genuit, sed matrem domini omnium prophetarum concipere & parere meruit. Et nihilominus alijs post eā dignissimis plibus, nēpe Maria Cleophæ vna, & altera Maria Salomæ, non infimæ dignitatis secundum carnē nepotes propagauit Christi Saluatoris. Vt ēm ex prima oīm dignissima filia Deipara vidit Christum Iesum mūdi saluatorem spū sc̄tō conceptū, ita ex altera quam Cleophæ secundo post fata Ioachim marito genuerat, filia Alphæi vxore habuit nepotulos Iacobum, quem minorem vocant, Ioseph iustum, Simonem Chananæum & Iudam, non illum Ischariotis Christi traditorem, sed Thadæum vt alias vocant.

Nepotuli Annę qui fuerint

Tertia denique eius atque Salomæ coniugis sui postremi filia, Zebedæi autem vxor Maria Iacobum maiorē & Ioannem apostolum & Euangelistam genuit, vt multiplici hac prole earumque posteritate redderetur non parum illustris, omnique benedictione præ cæteris mulie-

Iudic.4.5

mulieribus clarissima, Non paruum est Iahelis præconium, quę vtiq; legitur inter mulieres benedicta. Nam vt Sisarã, filiorum Israel hostem inimicissimum, multa constantia interemit, ita & thorũ immaculatum iuste ac fideliter seruãs, hostem pudicitiæ non absq; diuina benedictione (sine qua castus nemo esse poterit) superauit. Verũ hæc nostra Anna castissima, viginti ferme annis sterilitatis opprobrium longanimitate præcipua patienter sustinens, non marito culpam iniecit, non petulanter aliũ quæsiuit virum, sed tacita secum mente cogitauit hanc ignominiam æquo ferendam animo, donec Deus misericordiarũ, & totius consolationis præces sedulo ad clamantium admitteret. Rex Israel Dauid potissimum benedixit pientissimæ mulieri Abigail, quod deliniuisset furorem eius, ne ab inimico suo vindex mali sese vlcisceret. Cuius nomẽ pater meus fortis interp̃tatũ sonãs, eos apte designat, q̃ opibus pietatis & misericordiæ Christũ ex semine Dauidis p̃gnatũ, placãt, ne ab hostibus seipsum vindicet: q̃n potius ad misericordiã inclinatus, fiat p̃pitius pc̃toribus, & opẽ ferat cunctisq; ab eo salutẽ p̃stolãt.

Anna sterilitatẽ patienter sustulit

1.Cor.1

1.Reg.25 Abigail q̃d interp̃tatur

D

Atq; vt huius nostræ annæ hystoria enarrat, ipsa simul atq; maritus pietate erga deũ pleni erãt, totũq; studiũ exercẽdis misercordiæ opibus in paupes & egenos intendebant, nec de tota substãtia plusquam familiæ vsibus necessarium fuerat, reseruabant. Opere quippe ostendebat hæc mulierum præclarissima, quam deuotam in corde gereret ad Deum optimum maximum affectionem, p̃ijsque suis visceribus quanta inesset ad proximũ compassio, reipsa compertum est: vbi diuitiæ, quæ alijs impedimento solent esse, huic fœminæ liquit fuisse adiumento ad virtutes exercendas. Non enim rerum temporalium, quibus opulentissimi erant, auaritia detinebãtur, quo modis omnibus de substantia oĩbus, quam eis Deus abunde donauerat, Deum honorarẽt, & proximorum necessitati largiflua manu deseruirẽt Hinc primum Dei ministris magnifica pietate primã oĩm bonorum partem afferunt, q̃tenus iuxta diuini eloquij hortamẽ hoc ipso Deũ omnium bonorum largitorem agnoscẽtes, p̃ innumeris beneficijs (vt par erat) gratias agerent magnificas, exemplũ imitandæ virtutis q̃busq; p̃staturi, ne & ipsi in conspectu domini (quod scriptura vetat) appareant vacui.

Anna vel substantiã sui expenderit

Exo.23.34

Alteram autem partem in pauperum, peregrinorum, viduarum & orphanorum eleemosynas charitate syncera erogabant, vel eo potissimum, quod non ignorarent, quin fidutia magna (vt Tobias inquit) erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facie̅tibus eam. Iustitia itaq; eorum manet in seculũ seculi. Sic ergo nõ paruam pietatis benedictionem in hac sancta muliere fuisse, qua Abigaeli præstet existimo.

Tobiæ 4 Psal.111

E

Nemo deniq; pro arbitratu sensus sui temere præsumat Iudith viduam, licet castissimã diuæ Annæ etiam trinubę pręferre. Quamuis enim illa à pontifice audire meruisset, Benedicta es tu filia à domino Deo excelso, prę omnibus mulieribus super terram &c̃. propter victoriã, aduersus inimicos dictã. Hęc nanq; Holophernem proprio mucrõe necauit, à domino fortitudinem manus animiq; constantiã accipiens: Fuitq; id quod ingenue fatemur, castrarum mulierum, pudicitiæ præclarum exẽplar: eo quod in virginitate quamdiu in hoc erat statu, mundã sese ab oĩ spurcitia lubricæ carnis seruauerit, ac in matrimonio caste vixerit, & in viduitatis statu legitimi thori lege soluta primã cõtinentiæ fidẽ Deo præstitã nõ irritauerit, sed manserit vidua, habens super lũbos suos cilitium, & ieiunans omnibus diebus vitæ suæ castitatis amore. Anna tamen ea neutiquam inferior censebitur, quæ cœlestis paranimphi monitis à Deo consolationem in castissimo cõnubio accepit se à sterilitatis ignominia liberandã quæ & mox conceptura esset prolem, cuius filius vniuersæ carnis hostem proprijs spiculis conficeret.

Iudith.13

Iudith.13

Iudith.8

Si vtiq; beatus Hieronymus audet coniugium Abrahæ cum virginitate Ioannis conferre, eo quod vterque horum suo tempori deseruiret, quare Annæ castissimæ matrimonium reprẹhensione dignum censebitur, aut viduitate Iudith postponendum: Licet enim status viduarũ suapte ratiõe nõnihil matrimonij statui præstet, non tamen propterea hoc coniugium ea ratione contractum, tali viduitate sequatur propterea esse inferius. Si cæteræ mulieres, ipsa natura steriles post modum cœlesti dono fœcundæ affectæ matres ex prolibus, quas cælebriores, multoque sanctiores procrearunt in sacris literis mirum in modũ p̃ alijs cõmendant in quarũ albo fuere sara cõiunx Abrahæ,

Hierony.

quæ

quæ Isaac patriarcham, in quo omnes gen
Gene.17 tes benedicendæ erant, genuit: & Anna vx
Gene.22 or Helcanæ, quæ Samuelis prophetæ do-
1.Reg.2 Lucæ 1 mini fidelis mater fuit: atq; Elizabeth Za
chariæ conthoralis, cui Ioannem domini
præcursorem protulit, quis mihi hanc in-
fœcundam multo tempore matronam
satis commendare posset à prole Dei mu
nere, cœlesti benedictione susceptam?
Anna enim hæc generosa domina, p̃ om-
nibus iure optimo specialis p̃rogatiuæ &
dignitatis principatũ obtinet, q̃nquidem
ipsa p̃pagauit nobis Dei param virginem,
quæ postmodum virtuti altissimi obũbra-
Lucæ 1 ta, à spiritu sancto in eam superueniente,
concepit & peperit vnigenitum filium, qui
nec aliunde patrem haberet in mundo se-
cundum carnem, nec aliam matrem iuxta
Anna quã to laudum p̃conio sit extollẽda diuinitatem in cœlo. Hæc est igitur ma-
ter vere gloriosa Anna super cunctas mu-
lieres, post natam benedictam ad sydera vs
que extollenda, summisque laudibus sem
per prædicanda, quæ nobis effudit vas di-
uinis charismatibus plenum, ac micanti-
bus virtutum margaritis, vndequaq; ex-
ornatum, Mariam (inquam) virginem, vni
geniti Dei genetricem, qui ex nimia ad
genus humanum charitate, vestẽ in ea mor
talitatis induit, q̃tenus suæ diuinitatis parti
cipes nos efficeret. Hæc radix itaq; est il
F
Anna vt sit radix Maria vt sit virga, Christus vt sit flos. Collos.2 la benedicta, quæ surculum protulit & vir
gam virgeq; florem, super quem requiesce
ret spiritus almus. Virga vtique illa, virgo
Maria fuit: flos aũt filius eius in quo habi-
tauit diuinitas corporaliter. Hic iam li-
cet mihi commendes oẽs à constitutione
mundi præclaras, multarumq; virtutum in
signes mulieres, nulla tamen illarum fuit,
quæ tanto dotaretur priuilegio, vt matrem
Dei & totius consolationis pareret, quod
solum huic nobili matronæ duntaxat pe-
culiarit reseruatum est. Quæ ex nobili pro
sapia propagata, ita virtutibus vitam omnẽ
reddidit clariorẽ, vt in ea nihil desiderari
possit, q̃d ad virtutũ cumulum attineret. I-
Parentum B. mariæ sanctitas quanta psa siquidem simul, atq; Ioachim dulcissi-
mus coniunx, ambo iusti erant ante dñm,
non suam facientes iustitiam, & ab homi
nibus videri cupientes in mandatis quo-
que domini, quæ strictissime obseruabant,
ambulantes, facere omnia quæ præcepe-
Annę vita & cõuersatio q̃ sancta rat eis in lege dominus. In templo confite
bantur domino, gratias agentes, ac pecca-
ta sua, si quæ cõmisissent ex humana frag

litate, sacrifitijs abluẽtes. De substãtia Deũ
honorabant, & paupes largis eleemosynis
reficiebant. Inter hæc, voti emissione spe-
rantes ignominiam sterilitatis leuandam,
non ad vanas fallacesq; discurrerunt mu-
lieres, vana tollendi opprobrij consilia pe-
tentes, sed fructum ventris, si quem Dei be
neficio obtinere mererentur, diuinis man
cipandum obsequijs vnanimi consensu
spoponderunt. Quam fidem, voti cõpotes
effecti, absq; cũctatione, vt par erat, exolue
runt, filiã in tẽplo dño sistẽtes. Deus p inde Iudith.9
q nunq̃ deserit sperantes in se, & cui semp
placuit humilium deprecatio, misericordi
ter eorundem admittens preces, consolaba
tur eos angelo destinato, qui futuram filij
dei matrem ex ipsis nascituram, p̃mitteret.
Cuius rei promissæ ambo accipientes cer- Anna ... litus promissum ... cipit
tum ac indubitatum signum, mutuo sibi
Hierosolymis in aurea porta occurrunt, si
mulq; cum gaudio domum reuertuntur, le
gitimis honesti matrimonij amplexibus
in omni pudicitia inseruientes, donec pro
missum conciperet Anna fœtũ. Quę G
interim agnoscens se sub viri legibus con
stitutam, eidem in omnibus vltronea obe-
diebat, & perpetuas simul Deo pro tanto
beneficio gratias agebant, donec Ioachim Ioachim mors ...
debitum carnis exoluens, cũ patribus ob-
dormiens in pace, requiesceret. Quo apud
Nazareth in sepulchro patrũ suorũ recõdi
to, Anna luctus transactis diebus, diuinæ
legis obsequutura mandatis, spe concipiẽ
dæ (qua caruit masculę p̃lis Cleophę prio Anne secũdas & tertias nuptias honesta fuerint
ris mariti germano nupsit, vt ille ex se semẽ
fratri mortuo suscitaret, atq; ab eo filiã al-
teram suscepit. Quamobrem & tertio nu-
psit viro, quando diro fata secundum ei-
dem abstulissent. Nam Salomas, mortuo
Cleopha, Annam duxit in vxorem, cui ter Maria Salomæ quę fuerit Matt.27 Marc.16 Luc.24
tiam genuit filiam, quam nomine prio-
rum quoq; Mariã appellauit: quæ à patre
Maria Salomæ dicta est: à filio aũt suo Ia-
cobo Ioannis Euangelistæ germano, q̃s
Zebedæo cõiugi suo genuerat, nonnunq̃
Maria Iacobi nuncupatur. Nec hic cau-
seris Annę libidinẽ, vel impudicitiã, quasi
veterana trinubiũ admiserit. Enimuero q̃-
dragesimũ nondũ excessit annũ, q̃n Salo-
mas eã duxit vxorẽ, qua ætate adhuc flori-
da, & ad concipiendũ apta, absq; piaculo,
generandis prolibus operam, in laudabili
& honesto matrimonio nauare poterat:
Nõ tã libidinis funesto ardore, q̃ angelica
(vt eius

vt eius hystoria recenset) premonitione, iuxta ritũ & consuetudinẽ illius leg's id agẽs. Hoc quippe lex iussit, hoc exẽplar similis
Deut. 25 facti sua fit. Si nanq; grauis pœna manebat fratrem, q noluisset defuncti fratris ex reli
Gene. 38 cta vxore semẽ suscitare. Si Thamar plis amore sub meretricis habitu sese socero Iudæ insinuauit, vt ab eo cõciperet, cuius filij infœcundam eam reliquerant, qs calũniabit Annã, quæ absq; omni cõtrouersia nõ dum quadragesimũ quartũ egit annũ, q̃d post prioris mariti Ioachim fata, atq; obitum germani illius Cleophæ, à qbus masculam prolẽ nõ suscepisset, voluit ad tertias etiam transire nuptias, donec, si possibile foret, masculũ generaret? Verũ, qa in terris Deo seruiẽs nõ ex oĩ parte ad votũ illi cuncta cesserunt, tandem apud Deũ melio
Anna quõ mortua fuerit. ris muneris quiddã acceptura, ad cœlestia euocat regna. Nã hodie agimus diem pcelebrẽ memoriæ eius (id q̃d prælibaui) qua gloriosa hæc genetricis Dei parẽs, ad æthera angelorũ ministerio, atq; perpetuis gaudijs à nepotulo beatificãda, in cœlesti gloria sublimatur, & vt D. Hieronym. de ipsa
Hierony. inquit, paradisus voluptatis in terris effecta, ad portas cœlestis paradisi perducitur: vbi à domino corona gloriæ in manu domini, & serto exultationis penniter coronat. O quali tripudio, omnem istam cœlelestem Hierusalẽ credendũ est ineffabiliter exultasse, quando Anna gloriosa verbi incarnati auia, sibi occurrentibus oĩbus cœlestis curiæ ordinibus ad æthereũ thalamũ est deducta. Vbi mater gloriosa fructu suauissimo saciatur. & regẽ gloriæ cordis oculo limpidissimo delectabiliter contemplat. Ibi eius auditui semp dat gaudiũ & lætitia,
Psalm. 50 cũ sibi à tota trinitate dicuntur verba melliflua, oĩ iucunditate plena. Date ei de fructu manuum suarum. Hanc itaq; mulie
Prouer. 31 rem nobilissimam, merito laudent omnes, ppter vitæ pbitatem, & insignes virtutes, plisq; dignitatẽ, tandemq; ppter cœlestem gloriam, quam hodie assequuta est, summã videlicet laborum suorum mercedẽ & prę miũ. Nos quoq; fratres charissimi laudemus toto corde & animo, hymnisque dulcissonis beatam Annã genetricis Dei matrem, & Christi dulcissimam auiam omni laude dignissimã, vt Deus, q B. hanc Annam tanta gratia donare dignatus est, vt matrem vnigeniti sui in vtero suo portare mereretur, det nobis per intercessione matris & filiæ suæ propitiationis abundãtiã, vt multiplicatis intercessoribus, ad cœlestia regna cum ipsis puenire mereamur: quod nobis concedere dignetur Deus in æternum benedictus, Amen.

RODOLPHI AGRICOLæ Frisij viri Christianissimi iuxta ac eruditissimi, ad D. Annam beatissimæ Dei parę virginis Mariæ matrẽ Encomion.

Anna parẽs summæ genetrix veneranda parentis,
Quæ pandis populis prima salutis iter,
Atq; paris matrẽ: cuius quẽ nõ capit orbis,
Ipse libẽs subijt viscera casta Deus: (stus
Te cano, tu scti posco mihi carminis hau-
Ingere voce sacra pectora nostra rigãs.
Ast mihi si centũ sint vno pectore mentes,
Et totidẽ linguas, tot moueamq; sonos
Nulla tñ te digna queam pręconia laudũ
Dicere, nec meritis te cecinisse modis:
Exuperat quoniã mortalis carmina laudis
Virtus: qua superas sydera summa poli
Gloria maior & hęc: cui nõ certauerit vlla:
Quam tibi præ cunctis filia clara tulit.
Filia, qua maius nihil est mel i usue creatũ.
Germine mortali, filia virgo parens
Filia, quæ summo potuit deducere cœlo,
Corporis & nostri claudere veste Deũ,
Quanq; vocat matrẽ summi sapiẽtia patris
Et matrẽ trepidi nos miserumq; genus:
Natus ab hac ille est, & matrẽ natus hono-
Audit & humanas hac phibẽte pces (rat,
Anxia quam nunq̃ miserorũ vota fatigãt,
Sed placidã mœstis porrigit vsq; manũ:
Hancq; petit sibi spẽ: cui nil sperare relictũ
Hãc portũ medio naufraga turba mari (est
Visceribus parta est hæc Anna tuis: & ouã
Gaudia magna patri, gaudia fertq; tibi (ti
Salue sctã parẽs, & tu nata inclyta salue,
Quas caro, q̃s pietas, has q̃q; iũgat honor
Natã mater amas, & natæ mater amaris,
Laus capit vna duas, vt tenet vnus amor
Bis tñ Anna potens hac partu bisq; beata
Et prolis titulus, nobilis atque tuis
Cõspicuos pstant alios benefacta parentũ
Tu contra natæ nobilitate nites,
Magna qdẽ meritisq; tuis, pietate, fideque
Quis neget, at nata hęc splẽdidiora facit
Acceptũq; refert munꝰ tibi maximus orbis
Hãc, post dona Dei cui bona cũcta refert

ii Hester

Hester q populũ ſcelerati fraudibus Amã
Eruit, & regis mitior ira fuit.
Iudith & Hebræis ferꝶ flãmaſq; minantẽ,
Hoſtem, tartareas fecit adire domos.
Laudibus & colit̃ Iudith, & laudibus Heſter
Semp, & æternũ noĩa clara tenẽt.
Et tñ exiguos perituris addidit annos
Vtraq;, & hæc meriti ſũma duabus erat.
Ne vitæ nec opũ fieret ferus arbiter hoſtis
Neu natus ferat, aut vxor amata iugum
Magna qdẽ, fragilis ſed vitæ munera, q̃q;
Sint q habeant, ſint q nõ habuiſſe petãt,
Quanto tu maior, quanto felicior Anna
Quæ das, q̃ mulier plus nihil vlla tulit.
Natam quæ cœlo dñm deduxit aperto,
Curſus & ad cœlos hinc patefecit iter.
Natã quæq; Deiq; hoĩm cõmercia prima,
Reddidit, & pacis ianua prima fuit
Tu felix igitur, & tanta prole beata
Anna, p̃cor noſtras ſume benigne p̃ces.
Quod potes atq; facis, natã tu mater adhortãs
Vota ſimul iũctæ, reddite noſtra deo
Non erit vt quiſq̃ duce te diffidere votis
Debeat, oratu fac modo vota iuues
Te duce qſq; ferat rectos ad ſydera vultus
Nec timeat vanas inualidaſque preces
Nil tibi nata negat, nil & neget ille parẽti
Ille colit matrem, te quoque nata colit.
Ergo voca matrẽ te, ſe vocet illa parentum
Tuq; tuum tibi ius, afferat illa ſuum
Iã nihil expoſcẽt mortalia pectora fruſtra,
Quodq; voles, ſimul id nata Deusq; volẽt
Scil. hæc ita ſunt, & nõ decepta rogãtũ
Spes facit vt p̃cibus te lachrymiſq; petãt
Te cũcti fugiũt morbi, pallorq; dolorq;,
Noxia quæq; aĩo, corpore quæq; ſedẽt.
Quicqd. i. hoĩm q̃d curas cordaq; laſſat
Te fugit, vt vẽtos nubila pulſa ſolent.
Hĩc tibi nomẽ & hĩc veneratio ſacra parẽtis
Et q te ſeqt̃, maximus orbis amor
Hinc ſpectãda nites trepido fiducia mũdo
Nocte velut tumido fulgida ſtella mari
Teq; petit ſexus, petit ętas omnis & ordo
Teq; gradus omnes diues inopſq; petũt
Lubrica tu firmãs fortunę munera p̃ſtas
Ne fugiant noſtros lapſa repẽte ſinus
Et bona q̃ miſer hic vitæ ſibi poſtulat vſus
Aggeris, & rurſus iam fugitiua refers
Tu cunctis tu tñ ades, te preſide fidunt:
Quoſq; ſuus mætus, & q̃s alienus agit,
Fidaq; nõ ſpernis ſuſpiria mater amantũ,
Grataq; p charis ſoluere vota iuuat,
Certa loq̃r, magniſq; mihi cõperta piclis
Hæcq; reus voti carmina reddo mei

Namq; ferox lãguor ſtratis afflixerat ęgrũ
Nõ vis, nõ color, aut corpus vt ante manet
Victor adeſt morbꝰ mors ad caput ore cruento
Horrida terribili cõcrepat arma manu
Frigore iã febris corpus iã coxerat æſtu,
Aeſtu, q̃ rapido nõ calet Aetna magis,
Aeſtu q vires, venaſq; reſolueret omnes,
Quiq; aĩo tantus, corpore quantus erat
Cõcutiens ſubito mores menteq; furore,
Verbaq; iã totũ mors q̃q; viſa foret,
Illa potẽs herbis ars, ſacraq; cura medẽtũ,
Ceſſit. & ingeniũ vicerat omne dolor.
Quid faciam? quid ſperem? quem præcer?
Anna parens hæc,
Vt ſpes vna fuit, ſic erit vna ſalus.
Hęc medicũ numẽ ſimul attulit, ilicet ęgris
Artubus ac animo vita vigorq; redit
Hinc adeo flagrẽt q̃uis mea pectora motu,
Ardeat & curis mẽs animuſque mihi
Atq; p̃mant magnæ, quãtũuis facta ruinæ
Anna vocata mihi dulce leuamẽ ades
Tu mihi certa ſalus, in te mea vita recũbit
Tu dux tu portus: tu requieſq; mihi
Te dicent igit̃ mea carmina, laus tua ſemp
Viuet & inſigni nomen honore feram
Quantũ voce queã, quãtũ cõtẽdere lingua
Quantũ aĩo, quantũ flatibus ore cheli:
Laus erit Anna tibi, decus Annæ, Annam canet orbis
Annaq; pro ſacro numine nomem erit
Poſtq̃ Deũ, cui prima redit laus oĩs in æuũ
A quo laus decus & gloria cũcta venit
Poſtquam tuam natam: laus eſt hæc ſumma parentis:
Tertia ſtans triplicẽq̃ facis Anna chorũ
Laus tua dicetur, tua gloria tu q̃q; ſemper
Proxima cũ primis iuncta duobus eris
Ergo ades & p̃fer ſuſpiria noſtra tonanti
Vtq; ferat placidus crimina noſtra roga
Poſce bonã mentem nobis, & dedita mẽti
Dedita nec vitijs corpora fœda ſuis
Sint validę vires, ſit opum moderata facultas:
Famaque q̃ metuat tangere liuor edax
Si tamen hæc proſint, ſi nõ, pcul oĩa ſunto
Et iubeas laxo fundere cuncta ſinu.
Quod ſatis eſt cœlo: ſit vitæ ſe q̃q; mortis,
Nõ pperanda ferat, nõ fugienda dies,
Puraq; velamẽ quũ corporis exuet huius
Mẽs teneat ſummi ſplendida tẽpla poli,
Hoc pater Anna velit mũdi fac maximus autor
Hocq; tuę natę natus & ipſe velit
Hoc ſacer amboꝝ velit ardor ſpũs, vnus
Viuũt quiq; triplex ſecula cuncta Deus.

D. Ioan

D. IOANNIS TRITEmij Abbatis Spanhemensis, viri præcipuæ & eruditionis & pietatis, ad sanctissimæ Deiparæ virginis matrem D. Annam supplicatoria Oratio, approbata & confirmata per Reuerendiss. D. Kaymundum Apostolicę Sedis Legatum, Anno domini. M.D.III.

SAlue sanctissima dei genitricis mater venerabilis Anna. Salue quæ sine macula originalis culpæ Dominã angelorũ peperisti quam Dei templũ corporaliter futurã summo regi consecrasti. Gaude mater inclyta. in auiam Saluatoris humani generis ab æterno præordinata. Gaude, quæ secundum legem Moysi viuens innocenter, omni potenti Deo complacuisti in terris, in cuius conspectu filiæ atque nepoti feliciter coniuncta modo sine fine regnas in cœlis. Et quæ filio altissimi templum in filia tua quondam condidisti purissimum, nunc in eius cœlesti palatio potẽs effecta, vt reginæ amantissima parens, quicqd volueris ab ipso nepotulo facile impetrabis.

Gaude mater sanctissima Anna, quoniam pro tuo arbitrio & voluntate omnes te cum puritate honorantes, & in hoc mundo & in futuro seculo remunerantur à domino. Tu enim seruientes tibi cum pura deuotione copiose remuneras, indulgentiam pœnitentibus impetras, teque diligentes multipliciter honoras. Gaude dulcissima dña, qm̃ secundũ nomẽ tuũ gratiã te amãtibus ab altissimo ꝑ tua volũtate potes acqrere, tuisq; cultoribus æternæ felicitatis gaudia obtinere. Gaude nobilis matrona, quæ multis quotidie apud mortales illustraris miraculis, dũ in his qui nomẽ tuum inuocant cum deuota fide, cõplura beneficia ostendis: dæmones fugas, ægritudines sanas, inopiã pauperũ releuas, tẽpestates aeris sedas, maris impetum mitigas, & omnia huius vitæ pericula, si fides mereatur postulantiũ, tuis sctis meritis alleuias, tẽtationes carnis deuotius inuocata cõprimis, accediã pniciosamq; cordis tristitiã repellis, virtutum ornamenta tribuis, & oĩm vitiorũ incendia extinguis. Nulla deniq; tribulatio vel tentatio potest subsistere, si deuota mens te orationibus studeat inuocare. Cũ igit o mater sanctissima de potẽtia tua nullum sit mihi dubiũ, qn potenter inuocantibus te valeas subuenire in omnibus exaudi me seruum tui nepotis inuictissimi regis Iesu Christi, filiæque tuę reginę cœlorum ac sanctitatis tuæ, quamuis indignum, & ora pro me in cœlesti palatio regem, qui te vt auiam sanctissimam diligens honorat, & nihil tibi penitus creditur denegare. Seruus eñ tuus ego sum. O mater nobilissima, q etsi nihil condigni honoris tibi possim impendere, totis tamen affectibus te cupio amare. Igit o domina vere sanctissima, per amorẽ dñi nostri Iesu Christi regis æterni te oro, vt sis mihi pia semp & ꝓmpta in oĩbus necessitatibus meis adiutrix, & mihi tã in vita, q̃ in morte mitis adesse patrõa digneris. Ora ꝓme ad dñm cui matrem carnis intemeratã pepristi. Impetra mihi oĩm pctõrum meorũ veniã, sanctæ cõpunctionis, gratiã diuini amoris incẽdium, firmũ & inuiolabile spiritualis cõuersatiõis propositũ, q̃tidianum hominis interni profectum. Impetra mihi o sanctissima domina interni amoris dulcedinem, verã cordis mei deuotionẽ, lachrymarum fontem, intellectus illuminationẽ, affectus puritatẽ, volũtatis rectitudinẽ, intentionis bonæ oĩmodam sanctitatẽ. Age dña mea clemẽtissima, impetra mihi in sctõ ꝓposito perseuerantiam, in aduersis constantiã, in agẽdis prudentiã, in moribus disciplinam, & in cunctis operibus meis Christianam cũ humilitate puritatem. Fac me tuis meritis precor mundũ cũ suis vanitatibus pro Dei amore contemnere, tẽtationes diaboli vincere, carnis illicitos motus restringere, atq; in Dei & proximi dilectione iugiter ardere. Impetra mihi obsecro necessarium ꝑsentis vitæ subsidium, sancti regiminis modum, spiritualis sollicitudinis ꝑfectum. Custodi me dña hodie & in oĩ tempore ab insidijs diaboli, præserua me tuis meritis à laqueo peccati, impetra mihi salutem mentis & corporis, libera me ab omni cõcilio humanæ prauitatis. Esto mihi semper veneranda comes itineris, auerte pericula cuiuslibet tribulationis. Nulla me vincant incẽdia libidinis, te ꝓtegente nulla me cõmoueat aura vanitatis. Manentẽ me in domo mater sanctissima, vt seruum tuum fidelem à malis omnibus pro-

tege o sctis meritis tuis cordis mei instabilitatē restringes, mihiq; serenæ mētis tranquillitatem impetra, meam salutem vt mater filij cura. Rogo te sctissima Anna dña mea p amarā dñi saluatoris passionem, vt me tuis meritis in eius beneplacita voluntate dirigas, seruum ipsius oīpotentis Dei me fidelē efficias, & in oī necessitate tuis mihi pcibus assistas. Vitā meā tibi semp tuendam o veneranda mater cōmendo, egredientem in hora mortis de corpore animam meā tibi humiliter cōmitto, & vt mihi clemēter adesse digneris in illa terribili hora supplici deuotione expostulo. Impetra mihi obsecro in tempore obitus maxime, pctorum meo℞ veram contritionē, purā cōfessionē, & pfectam oīm pctōrum remissionē, Sacri q̄q; dominici corporis cōmunionem, & venerandam olei sctī inunctionē. Sit, oro, te intercedente, mihi in hora mortis fides firma, spes certa, charitas in omnibus pfecta. Sit mihi humilitas vera, cōscientia munda, emigratio per oīa Christiana. Cū vero aīa mea ianuā egressura de corpore, mortis cœperit doloribus anguſtiari, tūc mihi o sctissima mater Anna, cu filia tua, & nepote ipso dño nostro Iesu Christo clementer velis adesse, exeuntemq; defendere, egressam vero tuis munitā p̄sidijs ipsi summo iudici cōmendare. Cumq; iudicis est acceptura sententiā, tunc vires interpone tuas o patrona nobilis, ne pœnam incurrat p demeritis pprijs, sed gratiā inueniat pro meritis tuis. Amen.

IN FESTO VINCVLOrū D. Petri apostolo℞ principis in Epistolā Paraphrasin & in Euangeliū Exegesin reqre supra in Solēnitate Apostolo℞ Petri & Pauli.

SERMO IN EODEM dē Festo. Obtēperandū esse Ecclesię p̄fectis de autoritate ecclesię: fidē solā absq; opibus nōsufficere: deniq; opa nostra q̄tenus sint meritoria

XIII. TV es Petrus, & sup hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā: & portę inferni nō p̄ualebunt aduersus eā. Matth. XVI. Ipsa nos p̄sens solēnitas admonet dilectissimi, vt de illis q̄ ad fidem ptinent vobis aliquid loquamur. Illius enim, vt nostis festū agimus diē, q primus à Christo Ecclesię p̄fectus est: in qua sola vera est & catholica fides extra quam nec fides vera, nec vlla salutis spes, nec germana Dei ac pximi charitas esse potest. Et vt libentius de fide recta & catholica & alijs qbusdam eo ptinentibus vestris in auribus disseramus, etiā huius seculi corruptissima nos dogmata cōpellunt, quæ iā pridem ad multo℞ perniciem excogitarunt ac lōge lateq; ppagarunt hoīes qdam reuera miseri, in Deū impij, in pximos crudeles & iniurij, in seipsos autē longe crudelissimi: q se iactitāt Euāgelicos aiuntq; se verbo Dei syncero & germano obedire. Et fortassis psuadere id nobis possint, scilicet verbo Dei se morē gerere, nec toto (quod aiunt) aberrare cœlo, si reperiri queat, hoc esse verbū Dei, q̄d abiecto iugo cuiusuis obediētiæ doceat calūnias inferre pontifici, doceat Cæsari resistere, doceatq; tandē repugnare cuiuis, q̄uis à Deo sit, potestati. Et post hæc oīa, doceat leges tanq̄ humanas, cōtēnere, adeoq; prsus faciat liberū, vt iā qcqd libuerit, liceat, modo ī Christū credat: q̄nquidem sola apud eos, absq; operibus fides, cōparat salutē. Nec obstat, quod nos non auditores, sed factores legis iustificari legimus apud Deum: nihil mouet etiā, q̄d obediendū monet Paulus p̄positis nostris, q peruigili cura p animabus nostris rationē sunt reddituri. Pro nihilo deniq; ducunt, q̄d Christū legūt dicētem, Sup cathedrā Mosi sedere scribas & Pharisæos: quæ dicunt ipsi nobis facienda: quæ autem faciunt nobis, non esse faciendа, cū ea quæ recte docent nec ipsi faciant. Porro, q̄d apostolis, eorumq; successoribus Christus dicit, Qui vos audit, me audit, & q vos spernit, me spernit, cęcutientes p̄tereunt: Nec aduertūt apostolū dicentē, omnē animā potestatibus sublimioribus subditam esse debere: q̄nquidem nō est potestas, nisi à Deo. Postremo, surda audiunt aure illud, quo Christus eos ipsos notauit, Qui Ecclesiā (ingens) non audierit, sit tibi veluti Ethnicus & publicanus. Et quid opus est plura percurrere, cum in veteri quoque testamento, summo sacerdoti nō minorem obedientiam mādauerit Deus exhibendā: Sic eñi in Deutronomio legimus: Si difficile, & ambiguum apud te esse iudicium pspexeris inter sanguinē & sanguinē, causam & causam, lepram & nō lepram: & iudicium intra portas tuas vide

ris ver

A

Verbum Dei q̄d iā Euāgelici qui le sit (marg., partly cut)

Rom. 13
Rom. 2
Hebræ. 13
Matt. 23
Luce 10
Rom. 13
Matt. 18
Deut. 17

ris verba variari, ſurge, & aſcēde ad locum quem elegerit dñs Deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis: q indicabūt tibi iudicij tui veritatē. Et facies quodcunq; dixerint q pſunt loco, quē elegerit dñs, & docuerint te iuxta legem eius, ſequærisq; ſententiā eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens ſacerdotis obedire imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morieť homo ille, & auferes malū de Iſrael, cūctuſque populus audiens, timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

B

Pontificis ſummi audiendam ſententiam

Videtis chariſſimi in veteri teſtamento ſicubi dubia ambiguaue occurriſſent, conſulendam audiendamque tunc ex Dei mandato fuiſſe ſummi ſacerdotis ſententiam: inobedientiam vero mortis ſupplicio fuiſſe multatā, quāto magis in nouo nō ita amodo effrænes eſſe debemus, vt nullius ſubdamur imperio. Nec tñ adeo inſipientē quempiā reor, qui putet in veteri teſtamento obediēdum, in nouo nō obediendū: qñquidem clariſſimumatq; indubitatū eſt, non minorem à nobis deberi obedientiam reuerentiamq; Petro, apoſtolis cæteris, eorumque ſucceſſoribus, q euangeliū nobis Chriſti nūciant, q̄ olim debebať Aaroni, Eleazaro aut alijs pecudū ſacrificis, idq; quādiu nihil, quod verbo Chriſti repugnet, doceant.

Obedien dū quibuſ nam neceſſario ſit ex Dei præcepto,

Certo quoque certius eſt, magis nobis eſſe obtemperandum Eccleſiæ, quam Iudæis olim ſynagogæ. Eccleſiæ nanq; tanta eſt autoritas, vt ſcripturā ſacrā & verbum Dei nobis tradat. Neq; eñ aliter, q̄ ex iudicio Eccleſiæ nobis conſtat, quid ſcriptura ſit, quæ ſacra, quæue prophana: quæ item canonica, q̄ue apocrypha ſit. Si itaq; de ſcripturis iudicādi habet autoritatē Eccleſia, adeo vt multa iā olim refutarit, q̄ ſub noīe apoſtolorū vulgata erant, quædā vero ita tollerat, vt nihil tñ ex illis poſſit pbari quō nō etiam vbi in ſcriptura quid abſtruſum fuerit, aut ambiguum, non habebit autoritatem interpretandi ac elucidandi? qñquidē à Chriſto recipit tenetq; ſpm̄ veritatis, q eā doceat, atq; indicat in omnē veritatē, maneatq; iuxta Chriſti pmiſſum, cū ea in æternum.

Autoritas Eccleſiæ quāta ſit

Eccleſiam iudicare de ſcripturis

Ioan.16

Porro, abſtruſa quædam eſſe in ſacra ſcriptura, quædamq; arcana, quædā latentia, varietas dogmatum vel hæreticorum ipſa nobis commonſtrat. Dū eñ p ſuo quiſq; hanc captu niſus eſt interprætari, ſuo ingenio cōfidens, & nō captiuās (q̊d Apoſtolus monet) intellectū ſuū in obſequium Chriſti, quæ perperam intellexit, pperam & docuit. Nemo eñ vnq̄ fuit hæreticus, niſi q nō ſane ſcripturā intelligens, nec genuinum illum ſenſum, quem ipſa loquiť inueniens, ſuo niſus fuerit ingenio, ſuoq; hæſerit iudicio, atq; iudiciū Eccleſiæ interim ſpreuerit, non docens quod ſcriptura docet, ſed quod docet ipſe, ex ſcriptura firmare contendens.

2.Cor.10

Hæreticū q̄nam quē efficiant

Quod tamen haud quāq̄ fieret, ſi nō iuxta ſententiam Petri q̄dam in ſcriptura eſſent obſcura, quæ vel indocti nō capiūt, vel impij deprauāt.

2.Petr.3

Habet igitur Eccleſia, q̄ eſt iuxta Apoſtolū columna veritatis, autoritatē quæ in ſcriptura obſcura ſunt interp̄tandi, q̄ dubia pnūciādi, & q̄ verbo Dei nō repugnāt, inſtituēdi. Quicqd eñ nō fuerit cōtra ſcripturam (tametſi nō adeo ſit expreſſum in ea) p ſcriptura eſt, Chriſto q̊q; apoſtolis dicente. Qui nō eſt cōtra vos, p vobis eſt.

1.Tim.3

Autoritatē quantā eccleſia habeat in ſcripturam ſacram

C

Hęc dixerim, huc cōmigrans q̊d nō poſſumus obedire Deo, niſi etiam propter Deum obediamus hoībus, quēadmodū nō poteſt amari Deus, niſi propter Deum diligať & proximus. Inde quoq; elucet, q̊d ſolū credere nō ſufficit ad ſalutē. Neq; enim propterea tantum ſua nobis Chriſtus dedit mandata, vt hæc ſciamus, aut illum p̄cepta dediſſe credamus: ſed vt p̄cepta faciendo eius obediamus voluntati.

Credere tantū non ſufficere ad ſalutē.

Nā de operibus miſericordię vt loquamur, de quibus in extremo iudicij die Chriſtus nobiſcū diſceptabit, ſi credēdo ea, nō aūt operando, eſt ſatiſfactū verbo Dei, ridiculum erit plane totum q̊d Euāgelium p̄cipit.

Matt.25

Vanum quoq; erit, q̊d Chriſtus adoleſcēti p conſequēdo regno Dei, qd facto opus ſit pcontanti, reſpondit: Si vis ad vitā ingredi, ſerua mādata.

Matth.19 Lucæ 18

Deinde nōne videmus ad oculum, vbi de ſola fide neceſſaria, de operibus non neceſſarijs p̄dicatum eſt, quanta mox facinoribus anſam hoc dogma p̄buit, quantum tumultum atq; inſultum mox excitauit, quantum deniq; rebelliōi, quātum cōtēptui Eccleſię oſtium illico aptū eſt?

Sciſma & hæreſis huius ſeculi vñ cœperint anſam

Si nihil ſunt opa bona qd q̄ſo baptiſta Chriſti Ioānes p ſeruanda innocētia, puer ad æremum fugiēs, pœnitētia tā dura ſe attriuit? Quid gratis, imo qd falſo à Chriſto tanto pe laudatus eſt? Cur tandē eo nō maior in regno cœloꝝ ſurrexiſſe dicit? Eſt eñ maior

Lucæ 1 Matt.11 Ioan.1 Matt.11

Lucæ.7

aior (vt alibi quoque Christus non tacet) & minor in regno cœlorum. Quemadmodum Paulus quoque electorum gratias & gloriam comparans, stellam inquit differre à stella in claritate. Quod nimirum falsum esse necessum erit, si credendo tantum, quia Christus pro nobis passus est, hæc sola nos fides saluat, id est, ad regnum cœleste perducit, nec operibus bonis erit corona: eritque tunc qui maior à Christo dicitur in regno cœlorum, nō melior quouis facinoroso pctōre. Erimus enim tunc oēs æqles, si opa bona, si obseruatiões mandatorum Dei p magnitudine charitatis, q̄ hæc operat, nō coronant, aut si innocētiā, vitęq; sctītas nō pstat iniqtati. Siqdem p oībus æque Christus mortuus est, nihil p vno plus, p altero minus sanguinem fundens: atq; ideo nec vnū ultero plus redimēs.

1.corin.15

Fidem solam non sufficere ad saluté

Matth. 11 Lucæ 7

Rom. 5 2.cor, 5

D Quapropter si nihil discamus in charitate si nihilo plus conducunt opera bona, quæ ex charitate manant, quam ea q̄ extra charitatē fiunt, nemo altero erit sctior, nemo iustior. Pro oībus em ex malis & bonis Christus passus est, p oībus ipse satisfecit, oībus deniq; nobis pinde factus est sapientia & iustitia & sctificatio, & redēptio, & hostia p pctō. Verum non ita pro nobis passus est, nō ita p nostris delictis satisfecit, vt iam non egeamus nos opibus bonis (sine qbus Dei mādata impleri est prsus impossibile) nec ita redemit, vt qcqd posthac fecerimus (mō crediderimus) mox salui simus. Est certe nobis fides adeo necessaria, vt sine hac īpossibile sit placere Deo: sed non sola hæc nobis est necessaria. Est necessaria q̄q; charitas. Si em fidem habuero (verba sunt Pauli) ita vt mōtes transferam, charitatem aūt non habuero nihil sum. Cōstat itaq; sine charitate hoīem licet tāta polleat fide damnari. Cōstat sola fide (si dū potest & debet bene operari rēnuat) nō saluari, nisi pœniteat. Est ergo illa potius fides necessaria, quæ per dilectionem operatur. Porro, de fide sine charitate loquitur Christus, quando multos in nouissimo die venturos prænunciat, atq; dicturos, Domine nonne in nomine tuo pphetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in noīe tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Habuerunt ij haud dubium fidem noīe Christi in quo prophetauerunt, & signa fecerunt. Sed quid illis profuit hæc fides absque charitate, quid absque bono opere? Neque enim fides illa si esset viua, nec charitas ipsa esse sine bono opere potuisset. Charitas enim hoc ipso se veram ostentat, si non otiosa est, si gaudet bene operari, si opere exprimit quanti faciat suum cōditorem, cuius præcepta amat, quia ipsum qui præcipit, amat. Nec aliter Christus docens, Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate. Et: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Item Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et iterum: Vos amici mei estis, si feceritis ea quæcunque ego præcipio vobis.

1.Cor. 1

Fides quęnam nobis sit necessaria Hebræ. 11

1.Cor. 13

Gala. 5

Matt. 7

Psalm. 6

Charitas vera vt nunquam potest esse otiosa

Ioan. 14 Ibidem Ibidem Ioan. 15

E Cæterum, eos qui fidem quidem habent, & Christum dominum vocant, non tamen ita amant, vt illi obediant, arguit, dicens: Quid vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Non enim omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei, hic intrabit in regnum cœlorum. Denique vt fidem otiosam nihil prodesse verū supplicio etiam dignam intelligamus, Omnis (inquit) arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Et arbori viridi folia quidem pulchra, non autem fructum habenti, dum Christus maledicit, atque mox aridam sua maledictione efficit, quid aliud quæso voluit significare, nisi eos qui per fidem in Ecclesia sunt virides, folia speciosa id est, verbum Dei in ore ferentes, non autem habentes fidei fructum, hoc est, opera bona, vtpote arbores steriles, quæ non faciunt fructum bonum dignos esse diuina maledictione, vt sic infructuosi excidantur, & in ignem mittātur? Itaque quod verissimum est, Christus peccata nostra deleuit, Christus per sanguinem suum nos redemit, Christus ex filijs iræ, ex filijs diffidentiæ, ex filijs diaboli & tenebrarum nos filios gratiæ, filios adoptionis, filios Dei, atque regni sui cohæredes fecit: quia suis operibus, sua redemptione, sua morte nos viuificauit: quia pœnam æternam, cui dum inimici essemus obnoxij tenebamur, nobis abstulit: quia supplicium malorum seruorum, in filiorum prædilectorū virgam mutauit: quia nostris operibus, posthac, vtpote ijs, quæ sua ipse gratia in nobis

Matt. 7 Lucæ 6

Matt. 7

Mar. 11

Fic. a Christo maledicta vt gnet oīo re bonorum operum

Beneficia Christus quanta nobis exhibuerit

nobis operatur, satisfaciendi, placādi atq; merēdi virtutē indidit, atq; sua dignatione, non necessitate adactus, sed dignatiōe inquā sua (quia sic vult & promisit) ijs coronam tribuit, atq; mercedem. Inde igitur fit, vt quod ex nobisipsis alioq haudquaquam possumus, ex ipsius gratia & passionis merito possimus. Gratia enim Dei sumus id, quod sumus. Siue igitur fidem, siue charitatem, siue opera bona habeamus, ex ipsius gratia habemus, & gratis, id est, absq; merito (vt gratia appareat gratia) habemus. Non autem ita gratis, id est, vt ociosa in nobis hæc maneant, sed vt voluntatē patris nostri faciamus, qui in cœlis est: q̄d nequaquam faceremus, nisi in illum credentes, in illum sperantes, & illum amantes. In Christo itaque radicati, & per gratiam eius cōfortati, omnia possumus, qui ex nobisipsis nihil sine ipso possumus: sed in eo inquam possumus omnia, qui nos confortat.

1.Cor.15

Gratis q̄nam modo omia a Deo habeamus.

Matth.5 Ioan.5

Philip.4 Ioan.15

F

Itaque extollatur gratia, quantum potest, deprimatur humana infirmitas, quantum potest: non potest maior sanctiorque Dei gratia in nobis prædicari, non potest humana præsumptio magis humiliari, quam si dicatur sentiaturque, sine gratia Dei nihil nos posse, per gratiam Dei omnia nos posse. Atque ideo quamuis nonnullis Christus dixisse legatur: Fides tua te saluam fecit (quod certe de sospitate corporis, quā homines quæ fierant plerunque, aliquando etiam de animæ recōciliatione Christum arbitramur locutum: non autem de beatitudine cœlesti, quam nondum fuerant assequuti: imo à qua adhuc poterant excidere, vtpote in gratia necdum confirmati) ego tamen haudquaquam mihi vsurpare hæc verba auderem, Fides mea me saluū fecit. Quippe qui nec Petrum, cœlesti iam gloria securum, arbitror audere id sibi arrogare, vt diceret, Fides mea, aut opera mea me saluum fecerunt: sed dicere cogeretur & ipse: Gratia Dei me saluum fecit. Longo nanq; interuallo distant dicere: Fides mea me saluum fecit: & gratia domini mei Iesu Christi per fidem me saluum fecit. Siue igitur fides, siue opera prædicentur, nec fides est saluifica sine operibus, nec opera placent Christo sine fide: omnia autem per gratiam domini nostri Iesu Christi. Ab eo enim habemus fidem, quibus donatū est, vt credamus in eum. Ab eo habemus bona opera, quia sine eo nihil possumus facere. Possumus autem omnia in eo, qui nos confortat. Possumus gratiam per gratiam mereri, hoc est, possumus gratia sic vti, vt illa aut crescat, aut illi maior adijciatur: possumus per gratiam cœlestem gloriam obtinere siue mereri. Quid enim est mereri nostrum, si excludatur gratia? Profecto nullum. Meritum ergo nostrum, est gratia. Nam quomodo operibus nostris, quę Christus (vt scriptura refert) ipse om̄ia operatur in nobis, deerit tanta virtus, vel ex eo quod Christus sua hęc gratia operetur, vt ijs meritum præmiumve negetur, quādoquidem iam non sunt nostra, sed Christi, nisi quia ea nobis donat, & tanquā nostra, reuera tamen sua, coronat in nobis?

Gla Dei quænam possimus.

Matt. 9.15 Marc.5.10 Lucæ 7.18

Fides quō saluare dicat quenq;

Necfidem sine operibus, nec opa sine fide pdesse.

1.Cor.1

Ioan.15 Phili.4

Gratiam nos posse per grām mereri qd sit.

Esaiæ 26

G

Opa nfa quō merito pmio sit digna fiāt

Operibus certe humanis, vt humanis, seclusa gratia Dei, perspicuum est, nihil meriti præmijve æterni deberi. At gratiæ diuinæ, quæ non sola, sed nobiscum in nobis operatur, quis neget inesse virtutem, vt nihil possit facere merito aut præmio quicquid operatur dignum? An ita inuidus est Deus, vt ijs operibus, quæ in nobis & nobiscum ipse operatur, nihil velit dari mercedis? aut adeo inops, adeo infirma, adeo denique impotens, atque vilis est eius gratia, quæ nihil queat mercede præmiove dignum in nobis opari? Et vbi interim est: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis? Vbi vero quod itidem Christus dixit apostolis, imo nobis omnibus: Quisquis potum dederit vobis calicē aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam? Vbi denique, quod Reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorum? Aliaque id genus permulta. Verum obijcit aliquis, Apostolum dicere non vno in loco iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Si ergo per fidem & sine operibus, iam igitur non per opera. Esto, dicat Apostolus hominem iustificari sine operibus legis, nunquid dicit etiam iustificatum, iam in iustitia seruari, saluarique sine operibus legis, hoc est, sine operibus bonis? Ita enim nunc permittimus hæc verba accipi, quāuis sciamus, de quibus operibus, quibusque hominibus scripserit hæc verba Paulus. Verū sic esto. Bene Paulus dicit hoīem iustificandū, non indigere opibus bonis p̄cedentibus, q̄ impetret ei iustificationē,

Matth.5 Lucæ 6

Matth.10 Marci.9

Sapien.10

Roma.3 Galat.2 Sine operibus iustificari hominē vt intelligendum

aut vnde iustificetur, sed fide: nullo autem modo dicit iustificato (si viuat, & possit) non bona opera, quæ sequātur necessaria ad consequendā felicitatē. Quō enī Dei pcepta impleret, nisi bene operans?

H Peruenitur itaq; ad fidei iustificationem non merito bonorum operum, sed gratia Dei, quę vacua esse nō potest, id est, sine operibus bonis in eo q iā iustificatus est: & hoc si viuat. Nam si cū crediderit, mox de hac vita discedat, iustificatio fidei, quā nō præcedentibus obtinuit bonis operibus, manet cū ipso: quia non merito, sed gratia peruenit ad illam: nec consequentibus, sed domini misericordia obtinet salutem: qa in hac luce esse non finitur, vt vel bene operando obtemperare possit Dei voluntati. Non igitur dicit Apostolus hoīem iustificari p fidē sine operibus, vt quicqd postea egerit accepta fide, etiāsi male vixerit, dicamus tum iustū, sed vt Dei gratiam cognoscamus, qua iustificatus sit, & nō ex operibus. Sequuntur enim bona opera iustificatū, nō pcedunt iustificandum. Nā qui post fidei acceptiōem nolūt bñ operari, de ījs apostolus Iacobus loqtur, qp fides eorū, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Hinc liquet manifestissime operibus humanis quæ ante iustificationem fidei (qua ex infideli fidelis, ex impio fit iustus) homo operatur, nihil deberi præmīj mercedisve cœlestis: Porro ījs quæ iustificationem sequūtur, quibus iustus, sicut scriptū est, iustificatur adhuc, id est, quibus ex iusto fit iustior, meritum & præmium nemo sapiēs negabit. Postq̄ enim per fidem gratia Dei in homine habitare cœpit, postquā Dei charitas in illum diffusa est per spiritū sctm̄ qui datus est ei, postq̄ homo ille Dei filius p adoptionē gratiæ factus est, postq̄ per gratiam consors, vt Petrus ait, diuinæ naturæ effectus est, qs negabit huiuscemodi hominem gratia Dei in illo operante, bona agere posse, quibus debeatur & meritum & præmium? Præcipuum enim quod in eo operatur, est gratia, licet nō absq; assensu & conatu voluntatis humanæ.

Ad iustificationē fidei quō peruenit.

Iacob. 2

Cuiusmodi opibus præmium reddatur.

Apocal. 22

Roma. 5

2. Petr. 1

I Debetur itaq; meritum, debet & pmium ījs operibus bonis, nō qbus nos Deū constituamus nobis debitorē, sed qa sua benignitate (qua sic vult) cōstituit seipsum nobis debitorē, vt opa hęc bona, quæ ipse in nobis sua gratia vult operari, & coronare, nō careant merito ac mercede. Imputat ergo homini meritū & mercedē, qa sic vult, & sic eius decet bonitatē infinitā. An non licet ei, an nō pōt quę vult facere? An oculus hęretici nequam est, qa ipse bonus est? Certe hæc gratię eius est potissima cōmendatio, q̄d adeo bonus est Deus, vt ipse licet per gratiā suam hominis mentē excitet, cōfortet, iuuet, cooperetur, bonumque opus in nobis perficiat atque consumet: quicqd tamen est ibi laudis aut meriti, totū donet imputetq; hominis voluntati. Vult enī eadem opera hominis censeri, hominiq; pro illis se debitorem cōstituere, atq; promittere retributorē. Quomodo posset eius gratia maior laudari, quam quod ita hominē Deus dignatur, vt operetur in eo, detq; illi merita quæ coronet? Nonne hoc modo eius gratia magis agnoscitur, prędicaturque illustrior, quam si diceretur, nulla bona opera tametsi Deus operetur in nobis & velle & operari mercedem coronamve habitura? An iustitiæ quoque diuinæ non hoc magis congruit, vt gratiæ instinctum, adiutoriumque recipiens ac obtemperans coronetur, gratiæ autem renitens aut eam contemnens damnetur, q̄ vt pro suo duntaxat arbitratu Deus vnū cœlo dignetur, alium supplicio dānet? Et qd quæso peccauit in nos gratia Dei, vt in homine (quē sibi Deus iā adoptauit, quē suæ naturæ consortē fecit, quēq; gratiæ atq; subinde virtutis suę participē fecit) negemus illi, hoc est, gratiæ simul cū hoīe atq; pręcipue bonū operanti virtutē merendi, efficaciamq; pręmīj cœlestis obtinendi. Hoc itaq; pro cōstanti nūc relicto, suaserim nihilominus ego cuiuis homini Christiano, vt relicta hac disputatione, ex toto corde, ex tota aīa, & tota virtute Deū diligere, illiq; obtēperare satagat, neq; suppliciū, neque mercedem cogitās, sed Deo placere, eidemq; acceptū se facere cupiens, operetur bonū ad oēs, & vbicunq; potest: nihilominus existimet se nihil fecisse, sed velut Dei mendicus ante ianuam patris oret nunc p misericordia, nunc pro gratia, pro virtute deniq; & auxilio in tempore tentationis opportuno. Nihil tamen interim eorum, quæ sunt beneplacita Deo, quoad potest, negligat. Quantumuis etiam orauerit, qcquid pro Dei honore certauerit, quantumuis boni operatus fuerit, nihil sibi arroget, sed totum Dei gratiæ, qua se cognoscat indignissimum, ascribat: Se vero peccato-

Opa nr̃a vt merito & pmio digna sint.

Matth. 20

Gratiam Dei quid, potissimum cōmendat.

Philip. 2

Vt sit semper recte agendum, & tn̄ submisse se sentiendū.

Deuter. 6

Matth. 22

Lucæ 10

Galat. 6

Boni qcqd facit hō q referre debeat.

peccatorem & inutilem seruum, in quo nihil sit præmio dignũ, iudicet. Credat alios homines per gratiam Dei mereri, se vero, qui spiritui gratiæ toties contumeliam fecerit, fleat, atque nihil ad huc fecisse se existimet, cui merces sancta debeatur.

Hebræ. 10

K

Ideo quamlibet charitate feruens, quãtumuis bene ac sedulo operans, de operibus suis nihil prorsus confidat: in passione vero ac morte redemptoris, in eiusdemque copiosissima misericordia spem omnem sibi constituat. Huius oret, credat, speretque merita sibi applicari. Et hoc titulo regnum Dei, atque cœlestem beatitudinem expectet. Hanc puto securissimam viam, qua videlicet gratiam Dei non in vacuum recipiamus, gratiæque virtutem merendi tribuamus, Christo asscribamus dignationem & beneuolentiam: nobis vero ipsis nihil nisi peccatum. Hoc enim modo Deum extollimus gratiam eius prædicantes, nos vero ipsos humiliamus. Verum de hoc satis nimiũq; fortasse, nisi q̃d iuxta Catholicæ fidei normam paulo fusius hinc instituẽdam putauimus charitatem vestram, ne seduci se patiat ab hæreticis nostris, q sibi iuxta Apostolum premissum esse volunt probare omnia, & q̃d bonũ est tenere. Bene quidem, si quod bonum est, tenerent. Iam ṽo non q̃d Ecclesię vnitati bonũ est visum, tenent: ideo nõ q̃d bonũ est, sed ꝙ bonũ illis videtur malũt tenere. Scriptũ q̃q; legunt pariter in Apostolo: Spũalis oĩa dĳudicat, eadẽ ṽba, vt alia multa perperã intelligẽtes, quasi liceat illis quod ab Ecclesia semel iudicatum est atq; iam receptũ, iudicare denuo: matris Ecclesiæ sentẽtiam discutere, iterũq; in dubium, quę rata sunt, reuocare. Nam si putanda est Ecclesia errasse (quod reor non dicẽt) iam Ecclesia quam Paulus columnã vocat veritatis, cui & Christus veritatis spm̃ promisit, q maneat cũ ea in ęternum, nõ erit Ecclesia, fefellitq; Christus, cuius cõtra promissa Ecclesia nõ veritatis spiritu, sed spiritu ducitur seduciturq; erroris. Deinde falsum quoq; erit id, quod idem Christus: Si duo, inquit, ex vobis cõsenserint super terrã, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si in veteribus olim cõciliĳs tot sanctissimi viri ex oĩ pene natiõe quæ sub cœlo est cõuocati, vbi spũ sc̃tõ inuocato de fidei negociĳs ceptum est tractari, hallucinati sunt: si trecenti, inquam, pluresve sanctissimi viri p̃sonam Ecclesiæ exprimentes & Dei nomine congregati, in rebus fidei errauerunt oẽs, quo pacto nescio quis ex latebris hodie prodiẽs, & spiritu sancto se illustratũ iactitans, putabit se recte sentire, Ecclesiamq; dĳudicare posse & corrigere? Proh nefas in quantam caliginem superba p̃sumptio q̃sdam p̃cipitat.

Fiducia vbi præcipue collocanda.

Via securissima ad gratiam Dei quæ. 2. Cor. 6

1. Thessa. 5

1. Cor. 2

1. Tim. 3 Ioan. 14

Matth. 18

Hęreticorũ impudens temeritas.

L

Quapropter aliter atq; putant hęc verba Pauli intelligenda sunt: videlicet, si noui peregrinive aliq̃d dogmatis ceperit p̃dicari, q spiritualis est, hoc est, cuius mẽs luce spiritus sancti illustratur, & q spiritu viuere docet (quod multum valde est vt quis hæc sibi arroget) is dĳudicat omnia, puta perspiciens in hoc dogmate, atq; expendens singula, obseruat ne quid sacræ scripturæ cõtrariũ recipiat, ne q̃d Ecclesię placitis non consentaneũ credat, ne q̃d etiã q̃d iã ab Ecclesia iudicatũ atq; diffinitũ est in dubium iterũ vertat, hoc est, ne quod illa damnat, ipse recipiat, aut quod statuit illa bonũq; pronunciat, ipse damnet. Nam de spiritu atq; iudicio Ecclesiæ (nisi stipes fuerit) nõ potest dubitare: de suo vero spiritu aut iudicio merito potest nec parum debet hęsitare. Quod enim spiritum sanctum receperit habeatq; Ecclesia, dubiũ non est. An vero ipse receperit nec ne, quis dicet illi? Et quis cõtra Ecclesiam se erigens, spiritum sanctum sibi arrogabit? Verum tam reperiatur tumidus, inflatus sensu carnis, vanus, superbus quispiã, qui iudicio Ecclesiæ suum prætulerit, aut qui ab Ecclesia etiã desciuerit aut dissenserit, certũ est illũ eo spiritu nõ illustratũ, quem recepit, quove regitur Ecclesia. Hic em̃, quẽ Ecclesia oẽsque Ecclesię filĳ ac mẽbra recipiũt, nõ est nisi vnus, idẽq; spũs, spũs pacis & non dissensionis. Spiritũ igitur alium credendus est is qui eiusmodi est recepisse, puta Satanicum, qui spiritui Ecclesiæ, hoc est, spiritui sancto repugnat: idq; propterea sibi agnoscat cõtigisse, nempe ob temeritatem & nimiam arrogantiam suam, qua suum intellectum nesciat aut non velit captiuare in obsequium Christi, nec idipsum voluerit cum reliquis Ecclesię filĳs sapere.

Spiritalis oĩa dĳudicãs qs sit.

Col. 2

1. Cor. 14

Hæretici cur spiritu Satanico regantur.

2. Cor. 10

M

Hi itaq; sunt insolẽtissimi illi impostores, q̃ ad Ecclesiæ contemptũ oĩa illa antiq̃, ab oĩbus recepta, totq; seculis cõprobata, atq; quasi

Hæretici huius seculi q̃ sint insolentes.

quasi per manus patrum ab apostolis huc usq; nobis tradita cōuellunt: Boemiticam vero illā licet olim damnatā sentinam. Ioannis quoq; Hus fabulā, & obsoleta quęq; impijssima dogmata reuocare, atq; denuo instaurare, nōnulla etiā magis adhuc execrāda statuere moliunt. Qui sacramētis virtutem quibusdā autoritatibus adimūt: qui sacerdotij ordines plebi etiā pphanæ atq; adeo fœminis tribuūt: qui enarratoribus illis Euangelij tū antiquissimis, tū sanctissimis, Nazianzeno, Basylio, Nissæno, Damasceno, Athanasio, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, Gregorio fidē oēm abrogant, quo suas impietates facilius statuant, q̄ue suis impijs sententijs (cū eorum mens tam sit indocta, q̄ vita reproba) autoritatē adijciāt. Quibus vos dilectissimi aures pbere nunq̄ debetis, sed fugere eoꝝ cōsortia, vitare congressus, odire impietatē, & execrāda dogmata, fortiterq; in ea perseuerare Ecclesia, quā Christus, vt ipse ait, Matth.16 supra Petrū extruxit, nō quasi primum ac primariū fundamentū, q̄d non est aliud, q̄ ipse Christus, vt Paulus affirmat, sed alteꝝ 1.Cor.3 à se: in qua nimiꝝ Ecclesia quisqs perseuerat fide, & spe & charitate munitus, nō potest seculi fluctibus obrui, nec perire vnq̄ in hoc mari magno: sed sicut olim q in arca Noe erāt diluuij excidiū liberi euaserūt, Gene.7 ita & ipse securus ad ęternæ salutis ptinget portū gratia & benignitate Christi Iesu, q cū patre & spiritu scto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

IN FERIIS D. LAVRENTII INVICTISSImi martyris, Epistola beati Pauli Apostoli, secunda ad Corinthios nono.

XIIII. QVi parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de bñdictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens
Eccle.35 est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficiētiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit,
Psalm.111 dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A APostolus Paulus studiosissime adhortabatur Corinthios ad conferēdam eleemosynam in pauperes, qui erant Hierosolymis. Putares illum in scholis rhetorum semper versatum, ita eis persuadere conatur, & quasi inuitos cogit. Et quia nouerat per spiritussancti reuelationem, quosdam ad dandum difficiles, quod putarent ex liberali rerum suarum distributione se inopiam passuros, hac lectione scribit eis: Fratres, ne quæso vobis persuadeatis damnū aliquod vos laturos, si sitis largi in inopes certi nimirum, qui parce & timide seminat ac exequitur opera misericordiæ miseris necessaria, eundem etiam parce recepturū: qui autē de superfluis sibi largus est, quantum recta dictat ratio verumq; iudicium, non auaritia, sed veritate metiendum, eundem etiam copiose recepturum. Si enim Deus promisit calicem aquę frigidæ mini- Matth.10 stranti præmium, multo magis mercede sua non fraudabitur, qui maiora præstiterit. Sed non cogo vos, non vobis laqueum inijcio. Si molestum est, liberaliter impartiri qbus abundatis, placetq; parca miseratio: equidē nihil vrgeo, sed tamē scire vos velim, q̄d parce vobis à Deo tribuetur. Date, inquit, ille & dabitur vobis. Lucæ 6 Si large dederitis, large vobis dabitur: sin parce, parca erit retributio. Sed vnusquisque faciat pro suo arbitratu & bona volūtate, nihil sordide, nihil auare, nihil coactus & inuitus, sed libenti & alacri animo. Non delectatur Deus coactis obsequijs. Si quid illius causa præstare vultis, id ex

id ex animo fiat. Nō indiget Deus beneficentia vestra, sed tamen delectatur benefactis vestris. Nihil magis optat, q̃ vt habeat causam tanq̃ ex debito gratificandi vobis. Non cogitetis vos hoībus præstare beneficium sed Deo. Poterit aũt Deus collati in se beneficij vnq̃ obliuisci? Sane nō poterit. Imo vero quanto erit maioribus affectus pietatis studijs, tanto copiosiorem reddet gratiam. Itaq; nihil cum tædio, nihil cũ tristitia, nihil ex pusillanimitate & diffidētia faciatis. Sit animus promptus & voluntarius. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si diligitis Deum, haud grauate membris illius opitulamini. Si autem grauate id facitis, nō vtique eum admodum diligitis. Itaq; nec ille multum diligit vos. Ergo charissimi in præstanda eleemosyna Deũ cogitetis, Deum spectetis: atq; ita non solum non molestũ, sed etiam summe iucundum vobis sit, posse vos pauperibus subuenire: quandoquidem totum redundat in Deum. Atq; hanc animi prōptitudinē diligit Deus, qua illi seruitur nō ex timore seruili, nō ex cupiditate mercenariorum, sed amore liberali, & dedita volūtate, quę proprie ad filios pertinet. Potest autem Deus pro vestra bona voluntate, qua temporalia cōmunicatis sanctis illius, sua gratia abunde vos implere, ita vt nedum corporis, sed etiam animæ bonis abundetis, quę lōge præstantiora sunt rebus temporarijs. Adeoq; non solum nullum ex vestra liberalitate patiemini detrimentũ, sed Deo vobis benedicente habebitis semper in omnibus sufficientiam, vnde etiam alijs semper impartiri valeatis. An non meministis Dauidici illius: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem? Tota die miseretur & cōmodat: & semē illius in benedictione erit. Qui etiam de viro iusto alibi scribit: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi (Hoc egregie pręstitit D. Laurētius martyr inuictus, quando Ecclesiæ thesauros, non furenti Decio Cæsari prodidit, sed in numerosos pauperum greges dispensauit, quæ res illi mortem attulit corporis, & vitam sempiternam) Dispersisse dicit virum iustũ res suas in diuersos pauperes, sed illis quãuis distributis, quamuis liberalitate præcipua in miserorum vsus collatis, iustitia illius non imminuta est, non defecit, non elanguit, sed manet in seculum seculi. Nō

Beneficiũ ac eleemosyna quonam animo præstanda.

Psalm. 36

Psalm. 111

B

enim perit apud Deum quicquid illius cōtemplatiōe in inopes dispergitur, sed semper illius in conspectu perseuerat. Idem autem ipse, sicut semen, id est, eleemosynarũ materiam ministrat serenti, hoc est, eleemosynas facienti, ita dabit & panē ad mãducandum, id est, vitæ ac victui necessaria. Quod quidem innumeris probatũ est exemplis, nunquam defuisse bona temporaria eleemosynas largas, tamē cum ratione facientibus, sed semper eos diuitijs esse auctos. Quanq̃ id auaris persuaderi non potest, qui sæpe in res friuolas magnos faciunt sumptus absq; vlla animi molestia, sc3 vbi sperãt se aliqd pcepturos lucri aut voluptatis, aut vanę existimatiōis & humanę laudis: pauperi aũt nec terũcium nisi cum tædio largiuntur. O credant tales tandem dño Deo, & fint misericordes ac liberales in proximos inopes, quibus mundus plenus est, & longe feliciores erunt, quã sua auare & impie retinendo. Deniq; multiplicabit Deus semen & facultates temporales eorum, qui faciunt eleemosynas: & augebit incrementa frugum iustitiæ illorum, id est, & temporalibus & spiritalibus eos diuitijs abundare faciet. Nam hoc ipso, q̃d quis Dei amore pauperibus miseretur, Deum, cuius est immensa liberalitas, ad misericordiam ipsi præstandam prouocat. Sicque fit, vt à Deo nedum copiosam in temporalibus remuneratiōem accipiat, sed etiam gratiæ donis augeatur. Nihil enim vnquam fit in gratia & charitate Dei, quod nō certum habeat præmium apud Deum. Neq; id mirum, quando omnia opera nostra bona Deus ipse in nobis, non tamen sine nobis operatur: id quod apud Esaiam manifeste legit: Si ergo Deus est autor operum nostrorum, quis audeat negare eiusmodi opera digna esse vita æterna? Nihil in nobis muneratur Deus, nisi opera sua. Et tamen donat & imputat ea nobis suæ gratiæ cooperantibus. Nemo ergo fit piger ad agenda bona: certus si parce seminauerit, parce & metet: quod idem vtiq; confirmat mercedem restituendam operibus bonis. Sed superuacaneum est probare velle, vnde nemo nisi stultissimus dubitare potest.

Ex præstita eleemosyna nemi nem vnq̃ passum in opiam.

Esaiæ 16

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi. Ioannis duodecimo.

IN-

C

INuictissimi martyris Laurentij festum hodie diem celebrat Ecclesia Catholica fratres charissimi. Sed Euangelici nostri sanctissimũ martyrem e diuorum catalogo remouerunt. Et qua tandem vel ratione, vel autoritate? Ratione quidam nulla, autoritate autem sua. O homines omni lachrymarum fonte plangendos. Sed nos interim patrum vestigijs inhærentes, celebremus natalem sancti Laurentij: certi ante annos mille & eo amplius celebratum eum esse ab Ecclesia Catholica. Multa nobis in diuo Laurentio imitanda proponũtur, multa & præclara eius extant merita, nec ambigi potest, quin potẽs sit apud Deum suis meritis & precibus nobis patrocinari. Quid igitur causæ est, quo minus illius festum agere diẽ velimus? Esto torqueat diabolum memoria & veneratio diuorum, sicut olim torsit eum illorum insuperabilis animi fortitudo & patientia, num propterea non debemus eos pie colere? Imo colamus eos dilectissimi, & patronos apud Deum nobis conciliemus, vt in illo tremendo iudicij die habeamus qui nos adiuuent & defendant apud Deum. Quicquid interim sentiant aduersarij, nihil nos moueat. Illi enim tam perfecti sunt (si inferis placet) vt non egeant vllo sanctorum patrocinio. Sed his paucis iusto animi dolore de sanctorum colendis festiuitatibus pręmissis, ipsa Euangelij verba videamus.

Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solũ manet. Si autem mortuum fuerit, fructum multum adfert.

Hæc verba specialiter ad dominum saluatorem pertinent, qui est verissimum illud frumenti granum, quod infidelitate Iudæorum, vt ait Augustinus, mortificatum, multiplicatum est fide populorum. De quo dubium non est, si pro nobis mortuus non fuisset, solum eum fuisse mansurum, nec quenquam secum perducturum in cœlestem paradisum. Mortuus autem quantum fructum attulerit, probant innumeræ nationes ad fidem à paganismi erroribus conuersæ, & in hæreditatem filiorum Dei translatæ. Atq; ea de causa sese demiserat in vterum virginis, vt inde sumpto mortali corpore pro nobis moreretur, & moriendo nos viuificaret, qui eramus peccatis mortui & perditi. Poterat quidẽ non mori, sed nisi moreretur, nos non redimeremur, non ad vitã resuscitaremur. Quod quia ferre non potuit, mortem, eamq; durissimam amplexus est, malens in seipsum crudelis esse, quam nos miseros in exilij huius captiuitate relinquere. Mortuus est igit, vt nos viuificaremur. Mors illius nostræ vitæ reparatio est. Dum ille spõte moritur, nos ex ęterna morte resuscitamur ad vitam sempiternam. Sed non proderit nobis mors illius, nisi & nos moriamur. Nã quamuis, vt dixi, specialiter hæc verba ad Christum referenda sint, possunt tamen & ad quemlibet hominem accommodari, vt sit iste sensus: Nisi quis mortuus fuerit vitijs & peccatis, solus manet, omni diuina gratia destitutus, & postea mittendus in miserrimam inferni solitudinem, vbi est extrema desolatio. Si autem mortuus fuerit, fructum multum adfert, diuina gratia eum mouente, atq; per eum efficiente omne opus bonum. Id iam certa quotidiana experientia verum probamus.

D

Multi sunt præclare docti, qui strenue concionentur ad populũ, aut multos scribant codices, & tamen paruum aut nullũ faciant fructũ, eo quod peccatis mori non velint, atq; eo ipso sese alijs reddant contemptibiles. Qui autem contemptui est, eius quoq; doctrina despicitur. Sed & plures alij magna quædam faciunt opera, largas conferunt eleemosynas, orant & ieiunant, & habẽt exercitia sua externa: verum quamdiu Deum contemnunt, vitijsq; mori nolunt, soli manent diuinæ gratiæ expertes. Tamen nõ debent isti eiusmodi benefacta abijcere. Nam sępe per talia eo pertingunt, vt reuera sibi & peccatis moriantur. Qui autem hoc pacto mortui sunt, illi vtique ingentes ferunt fructus quandoquidẽ Dei gratia & charitate præditi sunt, atq; inde quicquid ex charitate agunt, meritorium illis fit: sed & alijs plurimum prosunt, Deo per eos tanquam viua & apta organa suam voluntatem efficaciter exequẽte ac operante. Sed vt ita moriamur, principio difficile est: quo fit vt pene omẽs mori nolint.

Marginalia: Augustin. — Grano frumenti vti se Christ⁹ cõpararit. — Ephe. 1 — Grano frumenti vt quilibet se credentiũ comparet. — Docti quidam concionatores cur paruũ aut nullũ referant fructum. Gregori⁹. — Mortui vitijs quantum fructum sibi faciant.

Eccle. 41 nolint. O mors quam amara est memoria tua homini sensibus suis & huic mundo dedito. Et tamen nisi mors præcedat, vita obtineri non potest. Non vis mori vitijs: morieris ergo semper fine vllo fine in flammis sulphureis. Sed durum est, inqs. Tenta quotidie aliquid, & leuius fiet. Difficilis est ascensus montium, sed paulatim scandendo ad cacumē peruenitur. Saxum licet durissimum guttæ cauant sępe cadendo. Nemo magis proficit in virtutibus, q̃ qui magis difficilia & contraria sibi fortiter vincere nititur. Copiosior nanq; datur illi gratia, qui sese magis vincit, & in spiritu mortificat. Ora Deum, & perseuera in labore: senties breui arridentem gratiã, & q̃ prius labor & dolor erat, gaudiũ & voluptas erit. Duo quædã plurimum faciũt ad sui mortificationem: vt videlicet etiam violenter te subtrahas quo natura vitiose propensa est: & feruenter assequi coneris bona illa, quorũ te magis indignum sense ris. Vigila super teipsum, excita & adhorta re teipsum. Millies lapsus, rursus arma corripe, instaura animum, renoua propositũ. Non fatigabis Deum post lapsum humiliter reuertẽdo, etiã si millies reuertaris. Tm̃ proficies, quantũ tibĳpsi vim quandã propter Deum adhibueris. Nemo verius, felicius, securius, qetius viuit, quam qui sibĳpsi & vitĳs mortuus est. Nam in q̃ vitia etiam num dominanť & sæuiunt, quo pacto is vere & trãquille possit viuere? Quod etiam philosophi quidam nõ ignorantes, maximo labore & infatigabili studio malas animi perturbationes siue passiones edomare nitebãtur, vt tanto essent animo sereniore & aptiore ad contemplandã veritatem. Sed quęrat aliquis, quid ad sui mortificationẽ pertineat? Nimirũ pertinet eo, vt pro pc̃tis admissis cõgruam agamus pœnitentiam, vt mala nostra fletibus castigemus, vt cum S. Ezechia recogitemus om̃es annos nostros in amaritudine animæ nostræ. Hoc molestum est carni & portioni sensitiuę siue sensualitati, sed mortificanda est, & rationi subĳcienda. Pertinet etiam eo, vt corpus subditum fit spiritui, vt earum rerũ quæ ad corporis sustentationem pertinẽt, sicuti est, cibus, potus, somnus, vestimenta &c̃. nihil amplius illi tribuamus, q̃ prosit ei ad seruiendũ Deo. Nam q plus illi tribuit, vitiorũ fomenta ei subministrat, armatq; seruũ in perniciẽ dñi sui. Vñ apostolus ait: Obsecro vos per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, sanctã, Deo placentem. Ad hęc pertinet ad mortificationem, vt anima cunctis corporis membris bene vtatur, videlicet ad exequendã iustitiam, & actus bonos, nõ aũt ad perpetranda mala. Non eñ sumus nostri, sed dñi. Itaq; illi totos nos mancipare debemus, non vitĳs. Præterea eodẽ requiritur, vt vires inferiores, sensus externi & appetitus sensitiui rationis imperio subiaceãt, ne per ista vel eorum actiones ratio impediatur à bonis, & animus à diuinorũ contẽplatione distineãtur. Deniq; huc exigitur, vt ratio & voluntas Deo subdita sit, ita vt iuxta diuinæ legis sacrę scripturę, & fidei Catholicæ normam & præscriptũ omnes rationis & volũtatis actiones dirigantur: quod quidem fit per fidem, spem, & charitatem. Redigendus nanq; est, & captiuandus intellectus, vt ait Apostolus, in obsequium Christi, vt ea omnia, quæ sunt fidei Christianæ, incunctanter credat, tam etsi captũ rationis naturalem longe lateq; excedant. Voluntas etiam ita Deo subdenda est, vt quæ credit, amet, vt appetat inuisibilia, visibilia contẽnat, cupiatq; toto corde videre bona dñi in terra viuentiũ. Hoc pacto quisquis bene mortuus fuerit, non poterit non maximos referre fructus. Memoria quoq; animæ repurgenda est, vt nihil in ea resideat q̃ Dei in ea actio aut locus impediatur. Sequitur:

[Margin notes: Moriendi vitĳs modus qs sit. — Iob 14 — Mortificationẽ vitiorũ duo quænam promoueãt. — Philosophorũ q̃ rũdam studiũ quantum in vitĳs edomandis. — Esaiæ 38 Quænam ad mortificationem vitiorum ptineant. — Roman. 12 — E — 2. Cor. 10 — Psalm. 26]

Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Ecce quomodo vbiq; verbum Dei, & doctrina Euangelica carnis damnat voluptates, eamq; perseq & odisse iubet. Nemo se fallat, credens sola fide nos saluos fieri, atque interim molliter & delicate viuens, Qui amat, inquit, dominus Iesus, animam suam, perdet eam, hoc est, quisquis carnalibus & illicitis animæ suæ desiderĳs obsequitur & satisfacit, malẽs illi parere, quam præceptis Dei, quæ vbique nostris concupiscentĳs aduersantur & contradicunt, is perdet eam in mortem sempiternam. Hortať carnalis anima, vt diu dormias, vt laute & splendide epuleris, vt mulceas aures varĳs musicorum organis, sola voluptatis

[Margin note: Animam male amare qd sit.]

causa, vt ocio desidiæq; indulgeas, vt iocis & fabulationibus tempus trãsigas, vt securus de misericordia Dei pœnitentiam differas in extremam senectutem. Quod si illi acquieueris, absq; vlla hæsitatione peribis. Diues ille Euangelicus, qui multas sibi pararat opes, quãdo cœpit velle animũ dare voluptatibus, & frui bonis vitę huius (Lucæ 12) audiuit: Stulte, hac nocte tollent à te animam tuã: & quæ parasti, cuius erunt? Amabat ille perdite animam suam, eoque penitus perdidit. (Ioan. 13, Matth. 26, Marc. 15) Iudas domini proditor postquam animi sui cõcupiscentiam, quã profligare & odisse debuisset, expleuerat, acceptis à Iudęis triginta argenteis quibus dominum vendidit, abiens laqueo se suspendit.

F

(Paradigma in suos opum amatores.) Accidit quandoq;, vt diues quidam morti vicinus admoneretur cõfessionẽ facere, & instar Christiani hominis sese ad mortem præparare. Sed aliquoties repulit confessarium, spe salutis recuperãdę. Vidẽs autem mortem adesse præ foribus, iussit sibi arcam suam nummis plenam adferri. Qua allata, manu versabat pecuniam donec animam exhalaret. Cõfiteri autem non voluit. Tremẽda res. Accidit illi, vt in morte obliuisceretur sui, qui viuens oblitus fuerat Dei. Amauerat istè, vt apparet animæ suæ iniquam concupiscentiam, & diuitijs comparãdis inhiauerat. Itaq; animæ suæ ne in extremis quidem consulere potuit, nimio deuinctus amore diuitiarũ. O quot sunt hodie eiusmodi, qui tam perniciose amant animas suas, illarum pernicio sissimis semper fauendo & obsequẽdo cupiditatibus: sed certe breui & animas suas, & quicquid modo corradunt, perdent.

(Animam quisnam suam probe odiat. Gregori⁹.) Qui autem odit animam suam in hoc mũdo, in vitam ęternam custodit eam. Quod D. Gregorius Papa quadam Homilia exponẽs: Tunc, inquit, animam nostram bene odimus, cum eius carnalibus desiderijs acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Certe dum Paulus Hierosolymã pergeret, propheta Agabus zonam illius apphendit, (Acto. 21) suisq; pedibus alligauit, dicẽs: Virum, cuius hæc zona est, sic alligabunt Iudęi in Hierusalem. Sed is, qui animam suam perfecte oderat, quid dicebat? Ego non sum alligari, sed & mori paratus sum in Hierusalem pro nomine domini Iesu Christi: nec facio animam meã preciosiorem quã me. Ecce quomodo animam suam amando oderat, imo odiens amabat, quam cupiebat pro Iesu morti tradere, vt hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Hæc Gregorius. Non est igitur amanda anima amore improbo, carnali, priuato, vitioso, vt consentiamus illi in rebus illicitis ac pernitiosis, & à diuina volũtate & recta ratione discrepantibus: sed odienda potius, vt vim quandam illi inferamus, vbi nos cupit abstrahere à iustitia, & cogamus eam diuinis inhęrere mandatis. Vbi sane virilis adhibẽda animi seueritas est, vt nullis tentationibus cedamus, nulla pusillanimitate frangamur. (Anima quonam sibi ipsi mori discat.) Quãtumcunque importunis vrgeamur cõcupiscentiæ stimulis, non est tribuendus assensus: sicut parentes infantibus etiam acerrime plorãtibus nolũt tribuere ea, quæ sciunt eis obfutura. (Bernard⁹.) D. Bernard. sermone XXX. in Cãtica scribit in hæc verba: Tu quoq; si ꝓpriam deseras voluntatem, si corporis voluptatibus perfecte renuncies, (Voluptatib⁹ prauis quam aia resistat. Galat. 5, Col. 3, Actor. 11) si carnẽ tuam crucifigas cum vitijs & cõcupiscentijs, sed & mortifices membra tua quę sunt super terrã, probabis te Pauli imitatorem, q non facies animã tuam ꝑciosiorem teipso: ꝓbabis & Christi discipulũ, (Ioan. 12) etiam illam perdẽdo salubriter. Et quidem prudentius eam perdis, vt custodias, quam custodis, vt perdas. Nam qui voluerit animã suã saluã facere, perdet eã. Perdet eam, inquit, siue ponendo vt martyr, siue affligendo vt penitens. (Animã pdi bifariã.) Quanq̃ genus martyrij est, spũ facta carnis mortificare, illo nimirum quo mẽbra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Hactenus Bernardus: qui quidem perdere hic in bonam partẽ interpretatus est, q̃d nos in malam exposuimus. Tolerari vtraq; interpretatio potest: tamẽ Augustino teste, (Augustin.) & ipsis quoq; Euangelij verbis assentientibus, potius de malo, q̃ bono accipiendum est, vt sit sensus: Qui male amat animam suam in hoc mundo, perdet eam in futuro: q bene odit in hoc mundo, custodit eam in vitam æternam.

G

(Anima quid hoc loco significet.) Loquitur aũt hic dñs de anima per peccatum vitiata, quæ semper in malum procliuis est. Alioqui ratio ad optima hortatur. Damnantur autem hac sententia omes, qui asperam & duram viuendi rationem fugiunt, & suauia ac mollia amplectuntur. Videant Euangelici nostri, quam pulchre sua doctrina ex Epicuri potius,

Luthera ni veri huius Euangelio Christi contradicunt. tius, quam Christi schola profecta, cũ verbo Dei consentiat. Sed aduertunt hauddubio etiam ipsi toto se errare cœlo, & tamen vel peccati delectatio, vel præfracta animi obstinatio non sinit eos palinodiam canere. Qui si cogitarent humanum esse errare & labi, nec cuiquam vitio verti posse, si errasse se doleat, proculcarentq; animi superbiam, facile & cum Deo, & cũ hominibus in gratiam redire possent. Sequitur:

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit.

O verbum breue, sed nõ parum multa complectẽs. Non est minister Christi, qui Christum nõ sequit. Quid est sequi Christum? Eius humilitatem, obedientiã, mansuetudinẽ, mũdi contemptũ, patientiã, charitatem imitari. (Seq Christũ qd sit.) Habes Christiane satis superq; q̃d agas. Si minister Christi es, imitare dñm tuũ. Et ne putes virtutum studia & actus sua carere mercede, audi dñm promittentem: Vbi sum ego, illic & minister meus erit: hoc est, in vita sempiterna, vbi vnusquisq; mercedẽ accipiet iuxta laborem suum, vbi parce metet, qui hic parce seminauerit. (1. Cor. 3) (2. Cor. 9) Habemus ducem quẽ sequamur, habemus præmium quod speremus. Non est nobis turpe filiũ Dei imitari: imo vero gloria magna est seq dñm: longitudo em̃ dierũ assumetur ab eo. (Eccle. 23) Nihil est melius, q̃ timor Dei, & nihil dulcius q̃ respicere in mãdatis dñi: nõ vtiq; ad cognoscendũ duntaxat, sed ad faciẽdum ea, quod est sequi saluatorem. (Ibidem.) Ipse enim ait: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. (Ioan. 5) Tu quoq; imitare illum, & propria calcata voluntate, fac quæ tibi præcepit Deus.

H

D. Basylius circa hæc verba pulcherrima vtitur adhortatione, quã huc partim adferre placet. (Basylius.) Tu quisquis, inquit, candidatus cœlestis gloriæ amplissimum expetis honorem, animum huc aduerte: tu inquam cui in animo est, Christo vt comes assideas indiuiduus, audi illã regis tui eximiam vocẽ: Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, ibi & minister meus erit. (Ioan. 12) Vbi ergo Christus est rex? In cœlo sine dubio. Huc tuus tibi, o Christi miles, dirigendus est cursus. Obliuiscere quicquid hic in terris refectionis haberi potest. Deinde describit vitam militis terreni, sub rege stipẽdia facientis: post ita prosequitur: Age igitur Christi miles, qui iam tenuia quædam ex rebus humanis exẽpla inspexeris, subeat animum tuum sempiternorum bonorum cogitatio: propositũ tibi vitæ genus sit, (Miles Christi q̃ nam militare debeat.) dono, ciuitateq;, ac possessione rerũ omnium carẽs: solutus esto, atq; ab omnibus vitæ huius curis liber. Non te vlla impediat, illigetve de coniuge cupiditas, nõ de filijs solicitudo: quando alienum hoc est penitus à cœlestis militiæ disciplina. Hæc Basylius: quę qa possunt quibusdã ingrata videri, q̃d ad monasticen inuitent, nosq; hęc laicis potius scribimus, quã qui sacris initiati sunt aut monasticen profitẽtur, nolumus diutius ꝓsequi: attamẽ vt sciant etiam ipsi q coniugio seruiunt, qd faciendũ sibi sit, si Christi ministri esse velint, ex eodem sanctissimo viro pauca adhuc cõmemorabimus. Nam est, ait, quamobrẽ tu q ad vxorem animum applicare maluisti, perinde quasi ea re mũdum tibi amplecti licitũ sit, desidiæ te des: qñ eo maiore tibi laborare contendendum est, attentioreq; animi vtendũ vigilantia, vt salutem inuenias: veluti qui sedẽ tibi in medijs laqueis, mediaque rebelliũ potestatum ditione delegeris, vbi pctõrum assidua ante oculos posita irritamẽta habeas, ad quę cõcupiscenda oẽs sensuum tuorũ libidines assidue loco veluti emotæ impellantur. Quocirca intelligere debes neutiq̃ effugere te posse, qn cum diabolo tibi sit deluctandũ, ex eoq; nullo modo victoriã te sine multis laboribus, ꝑ Euangelicorũ p̃ceptorũ conseruatione susceptis, reportaturũ. Vide cætera apud eundem. Ergò minister Christi nemo erit, nisi qui pro Christo legitime certauerit. (2. Tim. 2) Quod si in certamine perseuerauerit, victor ibit ad cœlos, eritq; semper cum domino suo.

Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cœlis.

His verbis, vt ait Augustinus, intelligitur dñs exposuisse q̃d supra dixerat, illic et minister meus erit. (Augustin.) Nam quem maiorẽ honorẽ accipere poterit adoptatus, q̃ vt sit, vbi est vnicus? Sed quæ est ignauia, imo insania nostra, vt si qs propositus sit honor temporalis, ad illum consequendum per ignem & aquam omnes properemus, cœlesti autem & æterno oblato nobis honore vix quisquam sit, qui pedem loco mouere velit? O stulti filij hominũ, tamen quan-

docq; sapite. Quare tam misere perditis animas vestras? Quare non videtis mundi vanitatem? Quærite Deum & veros honores & felices ac beati eritis.

SERMO IN EODEM Festo, De dandis eleemosynis.

I

Supplicio rũ D. Laurentio illa torũ causæ quæ fuerint.

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Psalmo CXI. Sæuiente illa impijssima sub Decio tyranno Christianorum persequutiõe, inter alios, qui tum varijs conficiebantur supplicijs, etiam inuictissimus Leuita Laurẽtius peremptus est, tum quod Christi fidem negare nollet, tum quod Ecclesiæ thesauros in vsus pauperum liberalissime distribuisset. Postulabat Tyrannus thesauros sibi dari, quos Philippus iunior Imperator Ecclesiæ donauerat: sed contemptus est à Leuita Laurentio Christianissimo, castissimo, simul ac sapientissimo: dumq; speraret thesauros sibi illatum iri, oblatos sibi vidit numerosissimos sanctorum pauperum greges, in quorum victu atq; vestitu sanctus martyr, vt ait Leo Papa, inamissibiles condiderat facultates: quæ tanto integrius erant saluę, quãto sanctius probabãtur expensæ. Hac de causa, vt equidem puto, recitatur hodie Epistola, vbi de eleemosynis dandis fit adhortatio, commemoraturq; Psalmi Dauidici versiculus, quem nos thematis loco proposuimus, nempe: Dispersit, dedit paũperibus, &c̃. Vnde nos q̃q; sumpta hinc occasione operæprecium facturi videmur, si charitatẽ vestram ad præstandas eleemosynas exhortemur. Multi enim fœdissima auaritiæ cupiditate inflãmati, nihil ita fugiunt ac abhorrent, vt miseris prestare beneficium. Semper enim suis decedere facultatibus arbitrantur, quicquid in pauperũ vsus contulerint. Vident quotidie velint nolint fratres suos Christianos, Christi sanguine redemptos, alios fame & siti affici, alios nuditate cruciari, alios morbis vexari, nec vllum habere subsidium, alios alijs calamitatibus subditos absq; alicuius ope & auxilio: & tamẽ plus quam saxea, plus quam ferina duritia pretereunt ac negligunt miseros. Legunt isti aliunde bene norunt omnipotentem Deum ne ipsi quidem licet amantissimo cordis sui vnigenito pepercisse propter nos, q est reuera immẽsus quidam miserationis excessus: & ipsi viiissimis ac breui amittendis parcũt pecunijs aduersum semetipsos. Christus Iesus filius Dei pro nostri redemptione aĩam posuit, sanguinẽ fudit, totum se impendit, cum tamen non amici sed inimici illius essemus: isti aũt neq; pecunias illius causa fundere dignantur, sed adamantinis pectoribus despiciũt eum nudum & peregrinum pro nobis mortuũ. Possent hæc feras & saxa mollire, & tamen homines nihil mouent. Malumus pleriq; humanitatis & misericordiæ esse expertes, q̃ vel parum tribuere. Etiamsi moriantur innumeri, extrema rerũ omniũ penuria adacti, nihil ad nos attinet: plus cruciat nos modicæ pecuniæ erogatio, quam mortes miserorum. Et qua tandem ratione poterimus grauissimos inferorũ cruciatus euadere? Si nihil aliud à nobis mali perpetratum sit, nonne hoc vnum iustissimam nobis damnationem cõciliat? Quænam sunt in illo humanitatis vestigia, qui cum possit absq; suo detrimento consortem naturæ suæ inopia laborantem releuare ac reficere, tamen penitus non curat, nec vlla illius necessitate, nullis lachrymis, nullis precibus, nullis miserijs flecti potest? Qui vero talis vnquam potest vel audet diuinam sperare misericordiam, qui tã crudelis est in proximum suum? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Et tamen omne animal diligit simile sibi: nec quicquam tam est secundũ naturam, quam iuuare naturę consortem. Fingunt sibi multi causas quasdam friuolas, & caluas excusationes, & tãquam mentiri possit Deus, aut quicquam iniquũ præcipere, res suas indigentibus impartiri metuunt. Aiunt prospiciendum esse sibi ac suis. Recte quidem. Sed Christus pauper negligendus non est. Necessaria sibi ac suis vt procurent, nemo vetat: porro grandes coaceruare diuitias quorsum attinet? Qui prolibus suis bene prospectum cupiunt, liberalitatis ac misericordiæ exempla eis relinquant. Opes mediocres sæpe longe vtiliores sunt, quã nimium abundantes. Cui enim parum relictum est, cogitur ipse cura & industria sua quod sibi deesse conspicit, comparare. Qui autem rebus abundant, vt plurimum comessando, potando, scortando, atq; alijs improbis studijs eas abliguriunt.

Leo Papa. — 2.Cor.9 — Crudelitas q̃run dã in pauperes vsi. — Roma.8 — 1.Ioan.3 — Roma.5 — K — In nimiũ auaros & immisericordes. — Eccle.13 — Eccle.13 Ambros. — Parẽtes q. prolibus suis miserationis exempla relinquãt.

unt. Interim eorum, à quibus ampla eis relicta sunt patrimonia, nulla fit mentio: Vtrum animæ eorum in pœnis vel refrigerio sint, perinde est illis. Quanto igitur satius est facultates suas in illorum vsus distribuere, quibus quicquid præstiteris, Christo præstitum dubitare non possis? Potest autem immenso carere præmio, quicquid in Christum collatum erit? Sed hic side multa opus est. Non enim vides Christum, dum pauperi confers beneficium: & tamen Christus ibi est. Verum auaritia diffidentiam parit, vt quod tribuis, non multo auctius restituendum, sed amissum iri putes. O pessimum auaritiæ morbum, qui fiduciam homini aufert. Vnde rectissime Apostolus vocat eam idololatriæ seruitutem. Agnosce o homo Deum ac dominum, à quo habes, quicquid boni habes. Cogita quæso quis nam tu ipse sis, quid dispenses, à quo consequutus sis ea quæ obtines: qua denique ex causa tam multa tibi collata sint. Dei optimi maximi minister es, tuorum dispensator conseruorum. Ne tibi persuadeas tibi vna donata ea quæ habes, aut eo te multa accepisse, vt tanquam communis naturæ hostis, tuis includas arcis, quod multorum necessitati à summo omnium parente præparatum est. Imo vero ea aliena cogites, accommodata tibi potius, quam donata, vt in miseros ac inopes tanquam summi patrisfamilias substantiam liberaliter ac sapienter distribuas, non tibi vni seu fur nequissimus, & raptor crudelissimus vsurpes. Noli ea repagulis & seris interclusa retinere, noli rerum vsum commoditatemque inuidere hominibus, quarum à te quandoque in iudicio seuerissima exigēda ratio est: noli omnibus ad te auare retractis, omnes eorum vtilitate priuare. Si quid in pauperem contuleris beneficij, tibijpsi consules. Si tua tibi inique seruaueris, cum diuite illo epulone damnaberis, quem scriptura æternis ait supplicijs deditum, non quod aliena rapuerit, sed quod sua miseris non sit impartitus. Crede mihi, imo crede diuinis literis, & pollicitationibus, quicquid pauperibus dederis, ad te multis modis auctum & multiplicatum reuertetur. Nam quemadmodum frumentum terræ mandatum, lucrum mittenti parat, & ex paucis granis, vberes consurgunt segetes: ita panis esurienti præstitus, maximam conferenti in posterum adfert vtilitatem.

Eleemosynas ipsi Christo erogari.

Auaritia vti dicat idolorum seruitus. Galat. 5 Ephe. 5

Diuitias nō esse nisi aliorū, nō propria bona.

L

Lucæ 15

Quod egeno cōtuleris id non posse tibi perire.

Est autem in faciendis eleemosynis diligenter vnicuique obseruandum. Primo, vt fiant ex charitate. Nam alioqui minor illarum efficacia est. Valent tamen etiam extra charitatem factæ, tum ad præparandum hominem ad suscipiendam gratiam, tum ad mitigandas pœnas æternas, si forte in flagitijs obstinatus & impœnitens moriatur: tum ad obtinendum bonum aliquod temporale, quod tamen in eleemosynis præstandis præcipue spectandū non est. Nam secundo curandum est, vt fiant propter Deum. Quanto intentio fuerit purior, tanto erit merces copiosior. Nihil autem ibi spectare aliud, quam laudes humanas quod faciebant pharisæi hypocritæ, quos dominus in Euangelio repræhēdit, aut temporalium diuitiarum retributionem, id nō decet hominem Christianum, cui Deus promisit regna cœlorum. Tertio videndum est, vt non animo inuito & tristi, sed volūtario ac hilari fiant. Hilarem enim datorem diligit Deus. Bis dat, qui cito dat. Id autem facile est illis, qui in pauperibus Deum contemplantur. Quarto deniq; etiam hoc obseruandum est, vt eleemosynam, quæ triplex est, nempe cordis per compassionem, oris per correctionem, operis per largitionem, primo nobis ipsis impēdamus: deinde proximis: in quibus etiam ordo seruandus est, vt præferantur fideles, domestici & propinqui: atque ex his iusti, si cæteræ circunstantiæ pares sint. Quanquam omnibus benefaciēdum est, & bonis, & malis, & iustis & impijs, & amicis & inimicis, cum exigit necessitas, & facultas suppeditat. Sed pensandæ in his semper sunt circūstantiæ, vt sciri possit, quā & qua ratiōe, & vbi, & cui potissimū oporteat gratificari ac opē ferre. Neq; vero ambigendum est, quin eleemosynarum largitio sit in præcepto, quandoquidem in Euangelio secundum Matthæum damnationis sententia plectendi leguntur, qui opera misericordiæ non præstiterint. Cur autē mortiferi peccati rei sint, qui eleemosynam præstare nolunt, ratio est, quod dilectio proximi, quæ est in præcepto, sine eleemosynarum collatione, seruari nō potest. Porro ad dilectionem proximi certissimum est pertinere, vt nō solum bene eis velimus, sed etiā bn̄ faciamus, vt est apud D. Ioannē in epistola: Non diligamus ver

In eleemosynarum erogatiōe quænam obseruanda sint.

Matth. 5

2. Cor. 9

Eleemosyna vt sit triplex.

Circunstantiæ in bn̄ficij collatione quæ attēdendæ

Matth. 25

Crudeles in pauperes curpecent mortaliter.

1. Ioan. 3

bo, neq; lingua, sed ope & veritate. Itẽ: Qui habuerit substantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ suũ, id est, proximũ, necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua ab eo, quõ charitas Dei manet in illo? Et diuus Gregorius: Probatio, inqt, dilectiõis, exhibitio est operis.

1. Ioan. 3

Gregor.

Verũ in ipsa pstanda eleemosyna cõsiderandũ est, vt superflua tm̃ intelligant necessario tribuẽda, supflua, inquam, non solũ quantũ ad ipsum tribuentẽ pertinet, sed illos etiã, quorũ cura ipsi incũbit. Hic adhibẽda discretio est, vt nõ simus nimium pusillanimes, pctm̃ fabricando, vbi non est: nec auaritia retineamur, quo minus opem feramus indigentibus. Metuenda est enim illa D. Ambrosij sententia: Pasce esurientẽ, pasce fame morientẽ: Si non pauisti, occidisti. Et illa D. Gregorij S. Papæ: Tot quotidie diuites perimũt, qt morientiũ pauperũ apud se subsidia abscondũt.

Ambrosi⁹

Gregori⁹.

Possem hic innumera sacræ scripturæ testimonia adducere, quę vel cõmendant, vel etiam præcipiunt misericordiæ opera: sed quia illa cuilibet obuia sunt, omissis illis, aliquot sanctorum patrum ad faciendas eleemosynas adhortationes huc adferã, vt tanto magis apud animos vestros pficiam, quãto maior est illorũ autoritas & sanctitas, quorũ verbis apud vos vtar. Primo loco placet D. Basyliũ commemorare, qui Homilia in diuites auaros sic ait: Quã tam te Deo beneficentissimo gratiã habere, q̃ hilarem esse te simul & in inopes munificum atq; liberalẽ oportebat, q nõ ipse p foribus alienis cogeris obstreperus esse & querulus, sed tuas alij occupãt? Nunc autem tristis es & rogatu difficilis: occursus pauperum vitas, ne forte aliquid vel modicum coacto e manibus exeat. Vnam tantum nosti vocem: Nõ habeo, nõ dabo: Nã & paup ego quoq; sum. Pauper es, pfecto paup, & oĩm egẽs bonorũ. Paup, inquam, charitate paup, benignitate in indigos pauper, sed fide erga Deũ pauper, pauper æterna spe. Quamobrem frumẽti quodcunq; possides, tuos fac fratres participes. Cras forte marcesset. Hodie egenti da. Auaritiæ genus id pessimũ est, nolle nec ea quidẽ, quę facile corrũpunt, inopi dare. Dixeris. Cui facio iniuriam, si mea retineo conseruoq;? Quæ illa, dic mihi, tua? Vnde accepta hæc ad traducendã psentem hãc vitã inuexisti? Perinde em̃ facis, ac si quis in theatro locũ spectãdi mox vt anteuertit alijs arripere, cęteros abarceat ingressu, suo vnius vsui id adiudicans, quod ad omnium cõmunem vsum proponit? Tales & diuites existunt. Cõmunia nãq; cum priores obtinuerint, propria faciunt occupãdo. Nam si tm̃ qsq; vsurparet, quantũ ad ppriæ necessitatis solatiũ faceret, superfluũq; egenti tribueret, nemo profecto esset diues, nemo item pauper. Nõne nudus ex vtero matris excidisti nudusq; rursus reuerteris ad humũ? Hæc tibi bona psentia vñ? Si à casu dixeris, impius es, eũ nõ agnoscens q te cõdidit, neq; ei q dedit rependẽs gratiã. Quod si ex Deo te illa habere fateris, dic mihi, quamobrem hec sortitus es? Non enim iniustus est Deus, qui ea quæ sunt ad victum, inæqualiter nobis diuiserit. Cur tu diues es, ille paup? Profecto non ob aliam causam, nisi vt tu benignitatis ac fidelis administrationis mercedem accipias, ille vero patientiæ maximis præmijs honoretur. Tu vero insatiabilis auaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis priuãs, neminem te lædere putas? Quis, quæso, est auarus? Ille qui eo quod satis esse debet, non est contentus. Quis vero peculator? Ille qui ad se vnum transfert, quę singulorum sunt. Tu ergo non auarus? Non tu peculator, cũ ea quæ ad dispensandum distribuendumq; recepis, tibi propria facis? Num qui vestem diripuerit, spoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit, modo possit, alterius cuiusdam nominis appellatione dignus erit? Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: egentis argentum, quod tu terrę infossum possides. Quare tot iniurius es hominibus, quod poteras opem conferre.

Basylius.

Auarorũ excusationes q̃ minus egenis tribuant impię.

Auaritiæ genus pessimum q̃d nam sit.

Quomõ nemo possit esse diues, nemo pauper.

Iob 1

Diuites aut paupe res cur De us q̃sdam esse finat.

Auarus re uera quis nam dicat.

Idem alibi dicit: Sustines inexoratus abs te pauperem reijcere, nec metuis iudicis minas, ac ea quæ se ille pollicitus est hominibus huiusmodi redditurum. Non te miseret? misericordiam non inuenies. Non aperuisti domum tuam? à regno Dei excluderis. Non dedisti panem? nõ vitam recipies æternam. Sed & pauperẽ teipm dicis. Et ego tecũ sentio. Paup profecto est, qui multis indiget. Pauperes, inquã, insatiabilis cõcupiscẽtia reddit. D. Ioan. Chrysostom. Homilia XXXIIII. ad populũ Antiochenũ sic habet: Tuarũ es o homo dispensator pecuniarũ, nõ minus quam qui Ecclesiæ bona dispensat. Sicut igit ille po

N

Basylius.

Cõcupiscẽtia insatiabilis vt faciat hoĩes voce pauperes.

testatem

testatem non habet, ea quæ propter paupe res à vobis erogantur, temere & vt casu ve nit dispergendi, quoniam in pauperum da ta sunt alimentum: ita neq; tu tua. Et si nã que paternam excepisti hæreditatem, & i ta possides quæcunq; tibi sunt, ita quoque tamen Dei sunt omnia, Postea vero tu q̃d erogasti quidem, tali vis dispensari diligen tia: Deum vero sua non censes maiori nos repetiturum vehementia, sed ea simpliciter passurum pereũtia? Non ita est, nequaquã Hæc enim propterea tibi concessit vt dares illis escam in tempore oportuno, egenis, esurientibus: sicut tu conseruo dispensan da dedisti, itidem & Deus te vult hæc in cõ grua erogare. Propterea quoq; cum auferre posset, ea dimisit: vt exhibendæ virtutis occasionem habeas, vt alterum alterius indigentem constituens, mutuam charitatẽ redderet seruentiorem. Non enim ad hoc accepisti, vt in delitias absumeres, sed vt in eleemosynam eroges. Nunquid enim tua possides? Res pauperum tibi sunt creditę, si ue ex laboribus iustis, siue ex hæreditate paterna possideas. Nunquid enim non potuit Deus hæc tibi auferre? Verum hoc non facit, in potestate tua ponens liberam in pauperes liberalitatem. Tu vero, quæso, considera, quomodo per omnes parabolas non suis congrue pecunijs vtens punit. Nec enim virgines aliena rapuerant, sed propria non dederunt. Neque qui talentum in terram defodit, iniustum vsum sibi vendicauit, sed quia non gemina uit: nec esurientem despicientes quod alie na rapuerint puniuntur, sed quoniam sua non dispenserunt. Audiamus itaque q̃t quot ventri indulgemus, quotquot in opiparas cænas expendimus diuitias, nihil nobis pertinentes, sed indulgentibus debitas. Non enim quoniam ex benignitate multa de tuis erogare iussus es, hæc ideo putes esse tua. Tibi mutuauit, vt laudabilis fieri posses. Ne tua igitur esse putes ei sua præbens: nec enim si cui tu mutuasses, vt abiens aliquas posset quęstuum occasiones inuenire, illius pecunias esse diceres. Igitur & tibi Deus tradidit, vt cœlum lucrari posses. Ergo benignitatis excessum ne facias ingratitudinis materiam. D. Ambrosius sanctissimus Ecclesiæ Doctor scribit in hunc modum: Habe diues hypothecas, inopum sinus: habeas hypothecas, viduarũ domos: habeas hypothecas, ora infantium orphanorum. Itemq; Si peregrinum sub tectum tuum inducas, si suscipias egentem, ille tibi acquirit sanctorum amicitias & æterna tabernacula. Et rursus: Tu qui putas te manum habere sanam, caue ne auaritia, caue ne sacrilegio contrahatur. Extende eam sæpius, extende eam ad illum pauperem, qui te obsecrat: extẽde vt proximum iuues, vt viduæ feras præsidiũ, eripias iniuriæ, quem vides iniustæ contumeliæ subiacere. D. Maximus Episcopus Thurinensis, Eleemosyna, inquit, quodammodo animarum aliud est lauacrum, & si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, superfit ei vt iterum eleemosynis emundetur, sicut ait dominus: Date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt vobis. D. Cyprianus gloriosissimus martyr & Episcopus, quẽ me oportuit primo loco commemorasse, sic ait: Locupletẽ te esse dicis & diuitem, & vtendum putas ijs quæ Deus possidere te voluit. Vtere, sed ad res salutares: vtere, sed ad bonas artes: vtere ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus ostẽdit. Diuitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. Patrimonia tua Deo fœnera, Christũ ciba. Commẽda illic thesauros tuos, vbi nullus fur effodiat q̃ nullus insidiãs grassator irrumpat. Possessiões tibi sed cœlestes magis cõpara, vbi fructus tuos iuges ac pennes & ab oĩ cõtactu iniuriæ secularis immunes, nec rubigo atterat, nec grando cędat, nec sol vrat, nec pluuia corrũpat. Nã delinquis & hoc ipso in Deũ, si ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis, vt illis nõ salubriter pfruaris. Tentatio est patrimoniũ grãde, nisi ad vsus bonos cẽsus operet, vt patrimonio suo vnusq̃sq; locupletior, magis redimere debeat, q̃ augere delicta. Deniq; sctĩssimus atq; eruditissimus Põt. Leo ita scriptũ reliqt: Magna est eleemosyna, q̃ ardẽtiũ criminũ globos bñuolẽtiæ suæ fõte refrigerat, & q̃dã irriguo largitatis obruit incẽdia delictorũ: vt q̃uis offensus Deus, q̃uis criminibus puocatus, cogat liberare eleemosynis, quẽ disposuerat punire pctĩs. Possem hic innumera alia tũ sacræ scripturæ, tũ sctõrum patrum dicta proferre, sed vitanda nimietas est. Tamen memoratu dignam Diui Hieronymi sententiam nõ omittam, qua sic ait: Qui diuitiarũ seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excusserit iugum, distribuit eas vt dominus,

Diuites cur deus esse quos dam per mittat

Stultitias opulentorum necessitates esse pauperũ.

Matt. 25 Lucæ 19

Matth. 25

Bona temporaria vt Deus diuitibus tantũ mutua sit

Ambrosi.

Esaiæ 58

Ambro.

Maximus. Eleemosyna vt sit lauachrũ animarũ Lucæ 11

Cyprian᷒

Matth. 5

Diuitię vt sint tentatio pericu losa

Leo Papa

Hierony.

Diuitias habere ac diuitijs seruire quid differant

Hoc enim inter est, diuitias habere, & diuitijs seruire: ijs si vti scias tibi seruiunt: si vti nescias, illis seruis. Itaq; dilectissimi, ne sim prolixior, contemnamus diuitias, Christi paupertatem sectemur, cogitemus diuitias perdere animam, si non recte dispensentur sciamus eas non veras, sed falsas opes esse. Solæ nanque virtutes, veræ diuitię sunt. At tędamus vt mentem deprimant, quam breuis & fallax sit vita pręsens, quam innumera pariat mala diuitiarum amor, quam nō expleant animæ sitim quantumuis immensæ opes mundi, quam turpiter & profuse sæpius ab alienis concoquantur, & quod pauca necessitati sufficiant, q̄d nudi hinc exibimus, & cuncta alijs forte extraneijs & ingratis relinquemus, quod rerum nostrarum non domini, sed dispensatores simus. Horum diligens consideratio faciet nos ad contemnenda præsentis vitæ bona, & præstandas elleemosynas alacriores, præstante domino nostro Iesu Christo, cui cū patre & spiritu sancto est gloria sempiterna, Amen.

Diuitię veræ vt sint solę virtutes

IN SOLENNITATE ASSVMPTIONIS GLOriosissimæ semperque virginis Mariæ, Loco Epistolæ, Lectio libri Ecclesiastici, Capite XXIIII.

XV IN omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate domini morabor. Tunc præcepit: & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detētio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plātatio rosæ in Hiericho. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrra electa dedi suauitatem odoris.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAE. Lectionem.

A VT alias quoq; dixisse me memini nihil obstat, si ea quæ capiti nostro domino Iesu Christo tribuuntur, etiā de membris illius, quatenus fas est & congruit, intelligantur. Itaque licet tota hæc lectio speciatim ad Dei sapientiam pertineat, potest tamen absque vlla absurditate ad matrem virginem pia interpretatione accommodari: quæ vt est sanctitate & dignitate filio suo proxima, ita precipue illi conueniunt præ cæteris, quæ hac lectione cōtinentur. Ait ergo virgo intemerata: In omnibus requiem quæsiui omnium pacem & quietem sempiternam summe desideraui, atque vt à vitiorū perturbationibus liberi, secura tranquilla mente seruiant Deo creatori suo: idque vt possint, exemplo, præcibus, auxilio & ope eos adiuuare non desino & in hæreditate domini, sancta Ecclesia catholica ex omnibus nationibus confecta morabor perpetuo illis assistendo. Vel, in hæreditate domini, quæ est gloria sempiterna, modo quidem dum adhuc viuo certa spe, defuncta autem, reipsa & corpore & anima sine vllo fine morabor. Cumque ita requiem optassem, præcepit & dixit mihi creator omnium, qui quidem vt me sua benignitate creare dignatus est, ita ineffabili misericordia propter hominum instaurādam salutē etiam intra corpusculi mei cōclaue qescere, & humanā sumere naturā voluit. Is inquā præce

præcepit mihi, vt in Iacob populo Iudaico ad fidem conuerso habitarem, meisque verbis exemplis & præcibus eis quoad possem prodessem, & in Israel, Deum cõtemplãtibus hæreditarer, facta eis ceu norma & exemplar perfectæ contemplationis & in electis eius mitterem radices, id est, habitus virtutum, ex quibus deinde optime ac saluberrimæ actiões ceu rami ex radicibus pficiscerentur. Voluit em̃ Deus me suo populo pręferre totius sanctitatis exẽpla, vt multis prodessem, quæ oĩbus salutẽ genui, & tãto sit mihi auctior gloriæ corona, quanto ex me plures acceperint salutis exẽpla & adminicula. Ita ergo in Siõ, populo Deum ac diuina speculãte firmata sum, facta eis cõstantissimũ virtutũ oĩm exemplar, & firmissimum apud Deũ p̃sidium & in ciuitate sanctificata, q̃ est Ecclesia militans, quæ ex multis constat fidelibus dei gratia sanctificatis, sicut ciuitas ex multis ciuibus in vnum collectis similiter requieui, dulcissima cõtemplationis qete, & felicissimo diuinorum excessuum somno assidue recreata. Habuit enim virgo sacratissima animũ ab omni diuinę contemplatiõis impedimento absolutissimum. Vnde quoties voluit, totam se in Deũ recipere potuit, requiescens & obdormiens in illo suauissimo mẽtis excessu, quẽ capere non possit creatus vllus intellectus. Et in Hierusalẽ cœlesti potestas mea. Quid nõ possit mater omnipotẽtis Dei? Quis vel angelorũ vel hominũ illius ausit detrectare imperiũ, cuius filius esse dignatus est conditor hominũ & angelorũ? Potest ne qcq̃ Deus pater negare genetrici filij sui, aut filius amãtissimæ matri suæ, aut spiritus sctũs p̃clarissimæ sponsæ suæ? Recte igitur vocamus eam reginã angelorum & mundi dominã quoniam illius imperio subiacẽt creaturæ omnes. Nemo est in tota cœlesti Hierusalem, qui non promptissimus sit ad exequẽdam voluntatem matris Dei. Et radices virtutum misi in populo Christiano diuinis charismatibus mirifice honorato, & cœlestibus donis ac virtutibus copiosissime ornato: cuius hæreditas & spes omnis est in cœlesti patria, vbi sunt mansiones multæ ceu partes & portiones Dei, distribuẽtis vnicuique pro meritis singulorum. Qui enim vere sunt Christiani, eo totam suam vitam referunt, vt possint cum Deo suo in cœlis semper viuere non autem vt temporaria quauis mercede afficiantur. Et in plenitudine sanctorum perpetua cõmoratio & detentio mea. Siquidem matri Dei optima quæque bona cœlestis patriæ attributa sunt, & plenissima ac pfectissima post filium beatitudine perfruitur. Sicut enim præ creaturis omnibus totam se illi gratiæ plenitudo infudit, ita etiam nunc plenissima gloria potitur. Sicut cedrus in Libano exaltatur, ita ego quantumuis mundas animas fama celeberrima, meritorũ dignitate & donorum excellentia antecedo: & quasi cypressus per summã & inuiolabilem integritatis incorruptiõem in mõte Sion, id est, Ecclesia exaltata sum. Quis enim vel in cœlis, vel terris audeat ad matris Dei aspirare gloriam, cuius odor virtutum & optimę existimationis per cœlos omnes terrasq; latissime diffusus est, & incorruptio ac integritas omnem creatam vincit puritatẽ? Quasi palma exaltata sum in cades, perpetuam retinens inter quæuis aduersa & prospera virtutum viriditatem mentisq; serenitatem, nec elata prosperis, nec depressa aduersis: & vt rosæ Hiericho cæteris floribus antecellunt, sic ego merita cæterorum longe supero. Misericordię quãm ac pietatis visceribus tota affluo haud secus, quam oliua speciosa in campis plantata olei liquore: & vt platanus crescit in sublime iuxta aquã in plateis sic ego in omnibus per mortalis vitę fluxam instabilitatem decurrentibus celsissima existo. Et instar cinnamomi & balsami gratissimum spirantium odorem, suauissimã reddidi famam & opinionem virtutum omnium cũctis imitari volentibus, ita vt nemo mihi similis sit in creaturis: quasi myrra electa & longe præstantissima dedi suauitatẽ odoris. Sicut enim bono odore confirmatur & exhilaratur cor hominis, ita memoria huius sacratissimæ virginis ceu odor gratissimus mentis pias & corda Christianorum omnium mire confortat & lætificat, nec patitur pernitiosam hærere tristitiæ nebulam quocunque pertingere potest. Ergo semper illius memores simus, vt diabolicum à nobis virus omne depellat.

Contẽplatio beatæ mariæ virginis quã fuerit altissima

B

Maria virgo vtiq; prædicatur regina angelorũ & hominum

Ioan. 14.

Gloria in cœlis quã ta pręstita beatæ mariæ virgini deiparæ.

Puritas B. marię virginis: quãta fuerit

EXEGESIS EVANGELIJ IN EADEM SOLENNITATE.

Lucæ X.

Mirabi

C

MIRabitur fortassis quispiam, cur Euangelium istud hodierna die legatur, vbi tamen nulla fit mẽtio beatissimæ genetricis Dei, sed tantũ describiť res gesta in ædibus Marthæ & Mariæ sororum Lazari. Fortassis etiam non deerunt, q irridebãt nos hoc Euangelium lectitantes. Verũ nõ errat in hoc nec desipit Ecclesia catholica, doctorem & gubernatorem habens spiritum sanctum, cuius illustratiõe facile pspicit eandem historiam iuxta mysticã interpretationem cõuenientissime diuersis posse accommodari. Et quid quæso absurdi habet si matrem Dei castellum illud spiritaliter fuisse dicamus, in quod intrauit dominus Iesus, quãdo p certo est in illius virgineum vterum nõ solum ingressum eum fuisse, sed etiam inibi nouem mensibus demoratum? Aut qd vetat Marthæ & Magdalenæ historiam de eadem purissima virgine intelligi, cũ ea fuerit tam in contẽplatione, quam actione, quarũ hanc Martha, illã Magdalena expressit, absolutissima? Quæ etiã haud dubie partem optimam elegit, nunquam ab ea auferendam, contemplationẽ scilicet Dei per spetiem, ad quam hodie puenit, secura de sua immarcessibili corona & gloria. Cui nos dilectissimi pijs mentibus & deuotis cordibus cõgratulari debemus, & contempta impudentissima hæreticorum audacia, qui hoc festum sacratissimum abrogasse feruntur, diem hunc festiuis gaudijs & synceris officijs celebrem ducere, vt eius apud Deum patrocinia experiri mereamur. Videamus nunc ipsum Euãgelium.

Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domũ suam.

Castellum hoc Bethaniã fuisse constat, quo dñs pro amore Lazari & Marthæ ac Mariæ sororũ eius & frequẽter & libẽtissime deuertere solebat, deferẽs nimirũ humanitati illorũ & officiosissimæ bñuolentiæ, qua tãto hospiti, ita vt par erat, prõptissime ministrabãt. Et qa diuites erãt, nõ poterãt grauari: eoq; libẽtius ad eos dñs se cõferebat, nõ vtiq; toties eo venturus, si eis fuisset oneri: vtpote q id semp summopere vitabat, ne quem grauaret. Nõ enim erat inciuilis dñs aut inurbanus, quales sunt, qui se impudẽter ingerunt, nec alias molestia afficere verentur. Ibat autem ad illos, vt eis cumularet ex liberalitate & beneficentia in ipsum collata meritũ, non quasi ipse necessario indigeret. Qua enim re indigeret, cuius erãt omnia? Quod aũt Martha illum excepisse dicitur in domum suam, fortassis ideo factum est, q̃d illa senior esset, aut fortæ proprie domus illius esset domina, & moderatrix. Dicunť eñ largissimas habuisse possessiones. Excepit autem dominum, non ipsa tantum, sed & Maria & Lazarus summo cum reuerentia, & omni studio humanitatis, nihil ambigentes, quĩ suum & omnium creatorem reciperent. Et quis non tali ac tanto hospiti promptissima alacritate occurreret? Verum cum ille dicat, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, cur tam pauci hodie pauperes tecto recipiunt, & ad prandium inuitant? Vtiq; non mentitur veritas, qui se in paupibus recipi ait. Sed non amant tales, aut tepide valde amant Christum: quamobrem nõ curãt eum recipere in domos suas. Quod idcirco dixerim, quod possint forsitan hoĩes sibi blandiri, quod libẽter & ipsi exciperẽt Christum, si ad huc in terris degeret. Sed mentiunť, qñ pauperes negligunt. Nõ eñ denegatũ est hoibus etiam hodie Christũ pascere. Et licet abiecta, & vilis sit psona pauperum, in qbus se pasci ait, tñ non est minus meritum, q̃ si Christus ipse pascatur. Imo contigit sæpe, vt q pauperes se tecto recipisse putarãt, ipsum Dei filiũ reuera suscepint. Sed his frigidis tẽporibus charitas oĩs misere refrixit. Martha aũt excepit dñm in domũ suã. Vide quãtũ se ppter nos abiecerit rex & dñs angelorum & hoĩm, vt aliena voluerit liberalitate sustentari. Nõ eñ habebat opes vnde viueret, sed ex piorum hominum eleemosynis se suosq; discipulos sustentabat. Quare hoc, nisi vt sua inopia nos ditaret? vt sua rerũ oĩa penuria ad amissas cœli diuitias nos reduceret? vt denique suo exemplo nos doceret mundi facultates contemnere, vtpote quæ sæpe animos nostros ab amore futurorum abducant, & solis æternis cœlestibus inhiare bonis? Itaque non sunt contemnendi qui relinquũt omnia

Castellũ hoc qui intelligat

Matt. 25

D

Christus quinã in suis pascat pauperib.

Eleemosynarius cur Christus propter nos factus sit
2. Cor. 8

Monasticã vitã eligentes q̃ sibi sapienter pspiciant

omnia & monasticam amplectuntur vitã, vbi nemo dicit aliquod suum sed sunt eis omnia communia, nõ ad voluptatem sed necessitatem. Habent enim huius rei exemplum in ipso Christo, quem qui sequitur non ambulat in tenebris, nec vnquam errare potest. Sequitur.

Lucæ 9
Ioan.12

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiã sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius.

Basylius

Libet hoc loco sctĩssimi ac eruditissimi Pontificis Basylij Magni dicta referrre, q̃bus huius Euangelij sensa interpretatur. Is ergo capite secũdo constitutionũ monasticarũ, ait in hæc verba: Martha q̃dem hospitio dominum suscepit: ad eius vero pedes assidet Maria. Laudandũ sane in vtraq; sorore studiũ. Cæterũ tu res distinguito. Nã Martha ipsa in ministerio occupata, ea parabat, q̃ hospitis corpori erãt futura necessaria, contra Maria cũ ad pedes illius assideret, audiendis quæ dicebantur vacabat, Sic altera dñi partẽ illam quæ tangi aspectu poterat, reficiebat: altera parti illi, quæ occulta cerni nõ poterat, consulebat. Vere eñ q aderat, is & homo erat & Deus, idẽ dñs ambarũ mulierũ studiũ approbabat. At Martha cũ labore nimio delassaret, dñm rogabat, vt ad se in suscepto opere adiuuãdam, sororẽ vellet adhortari. Dic eñ illi tu inq̃t, vt surgẽs simul mecũ ministret. Cui dñs: Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnũ est necessariũ. Maria aũt optimam partẽ elegit, quæ nõ auferet ab ea, Neq; eñ ea fuit causa, quãobrem huc veniremus, vt in terris supini recumberemus, neq; vt ventrẽ expleremus: sed ob eã rẽ hic sumus, vt pascamus vos verbo veritatis, & mysteriorũ contẽplatione. Ita dñs neq; illã ab suscepto ministerio est dehortatus, & huic laudẽ tribuit, q̃d quæ diceret, attentius ascultaret. Agedum igit̃ per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertito: Vnum quidẽ inferioris notæ, nempe q̃d in crassioribus se obeundis vitæ huius muneribus occuparit: quanquam ipsum quoque mirifice cõmodum est: alterum nobilius, & cum spiritu magis coniunctum, nimirũ quod sese ad arcanas res contẽplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, spiritui conuenienter interp̃tare, & vtrũuis magis placuerit

E
Sorores duas, duas expressisse vitas

deligito. Et si ministrare vis, in noĩe Christi ministrato. Ipse eñ dixit: Quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Nam siue hospites recipis, siue mendicos reficis, siue dolentiũ misericordia commoueris, siue necessitate aliqua calamitateve oppressos auxiliari manu subleuas, siue aduersa valetudine laborantibus inseruis, omnia isthæc officia pinde Christus habet, ac si in ipsum proprie conferrẽtur. Quod si mauis Mariam imitari, quæ spreto corporeis obseq̃o, altius ad rerum diuinarum contemplationem ascendit, corporis curam abijcito, apparatus etiam epularum & obsoniorũ aspnator, & ad dñi pedes assideto, & quæ ille dicat auscultato, vt arcanorũ diuinitatis particeps efficiare. Siquidem officijs ijs, quæ corpori impenduntur, potior est dogmatum Christi cõtẽplatio. Hæc Basylius. Pulchre autẽ dicit Euãgelista sedisse Mariam secus pedes dñi Iesu: duo vna sentẽtia exprimẽs, quietẽ scilicet & humilitatem, quæ maxime sunt contemplationi necessaria. Aristotelis sententia est animam sedendo & quiescendo sapientem fieri. Maria ergo vt esset attentior, sessum se recepit: vt esset capacior, non ad latus, sed ad pedes domini resedit, in altero audiendi sedulitatem, in altero modestiam præ se ferens. Fecit quod per prophetam dominus commendarat, dicens iuxta versionem antiquam: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietem & humilem? Vt enim pluuiarum vnda copiosior ad vallium ima confluit, ita gratia spiritus sancti mentibus humilitate submissis largissima illabitur. Sed quid quæso agebat Maria sedens secus pedes domini? nũ prorsus inani vacabat otio? Minime. Non est enim otiosus amor Dei. Audiebat, inq̃t Euangelista verbũ illius. Dicebat cũ pphẽta: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Audiebat verbum domini Iesu, qui erat ipsum patris verbum: audiebat Dei sapientiam, audiebat verbum vitæ æternæ. Dicebat secum in corde suo. Quam dulcia eloquia tua super mel ori meo. Mihi autem adhærere Deo bonum est: nec est æquum relinquere me verbum Dei, & ministrare mensæ. Habeo hic pascentem omnia, qui dat iumentis escam illorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, qui pascit volucres cœli, pisces maris, & pecora cãpi: & ego illo relicto cibis pparandis animum me

Matth.25
Officia q̃nam pia te christo in suis mẽbris exhibeantur.
Aristotel.
Ad pedes sedisse dñi cur dicta sit maria.
Esaiæ 66
Gregori⁹
Psalm.84
Sedendo quid maria audiebat.
Psal.118
Psal.72
Acto.6
Psal.146
Matth.6

mum meum distrahi patiar? Non faciam: & puto sic esse voluntatem illius, cuius mihi verbum auditu suauissimũ iuxta ac vtilissimum est. Et nos dilectissimi non sic simus rebus familiaribus dediti, quo minus confluamus ad audiẽdum verbũ Dei. Dum dies est, dum adhuc licet, libenter auscultemus verbum Dei: vtq; id cũ fructu possimus, sedeamus, id est, animi curas, solicitudines, distractiones, perturbationes interim seponamus, & tota mente simus intenti ad percipienda ea quæ concionatoris ore promunt, simulque voluntatem accommodemus ad agenda & omittenda quæcunq; didicerimus diuinæ legi aut esse consentanea, aut ab ea discrepantia. Sedeamus, inquam, id est, omnes corporis inhonestos motus vitemus, simusque moribus & animis compositi, & auribus ac cordibus erecti ad percipienda verba salutis. Non faciemus hac in parte vllã rerũ tẽporalium iacturam. Primũ quærite regnũ Dei & iustitiam eius, ait dominus, & hæc oĩa adijcientur vobis. Væ aũt illis, qui aut nunquam, aut non nisi summo cum fastidio sacris intersunt concionibus: & maxime væ illis, qui ipso concionis aut diuini officij tempore in sacris ædibus vltro citroq; obambulant, aliorum studium & attẽtionem impedientes garrulitate sua & impijs confabulationibus, q sane digni essent ab omnibus summa seueritate & zelo ex templis ejici ac exturbari, tanq̃ membra & organa spirituum tartaricorum.

Verbũ dei quãto studio audiẽdum.

matth. 6

In eos qui sub sacris concionibus obambulando p. ædes sacras aliorum studium ꝑturbant

Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

F Multi venerãt cũ dño, q̃s oẽs vt honorifice tractaret Martha, ꝑparabat multa, sed maiori animi anxietate & cura, q̃ res postularet. Multa animo disponebat, multisque apparandis intenta erat, & interim ab ipso Dei verbo sese elongabat. Quanto eñ animus sese latius in hæc externa effundit, tãto fit à Deo remotior: qui cum sit vnus, cordis vnitatem diligit, & inhabitat, fugit multitudinẽ. Vnde dicitur in Psalmo: Loquetur dominus pacem in eos q conuertuntur ad cor. Tamen non repræhendimus Marthæ sanctissimam occupationem sed nimia sollicitudo forsitan repræhendi potest. Vnde scribit Doctor quidem valde venerabilis: Sicut externæ actiones & opera in scriptis diuinis magnopere commendantur, ita solicitudo cordis vitupera tur. Ergo quamuis Marthæ ministerium sanctum fuit, tñ non est æque laudatum à domino, vt sororis otium, quia externum erat & in multa distractum, q̃d fere semper animum à Deo magis ac magis efficit alienum, cum non possit quis simul duobus seruire dominis, creaturis & creatori, vt vtrisq; satis faciat. Nã etsi seruiendũ est ꝑximis ex charitate, tamen semper animus ad vnum referendus est, nempe ad Deũ, vt oĩa propter illum fiant, nihilq; in multitudine ipsa obsequiorum spectetur aliud quã Deus, porro distractio omnis, qua mẽs à deo ad creaturas rapitur deuitetur. Vbi eñ animi oculus alio quam in Deum intenditur non potest culpa vitari, quandoquidẽ ab vltimo totius vitę nostro scopo aberratur.

Animus hois q̃ñ à Deo fitre motior

Psalm. 84

Ioan. Rusbrochius. Solicitudo q̃nam rep̃hẽsibilis sit

Matth. 6

Quæ stetit & ait: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet.

Primo hic aduertendum est, querelas istas Marthæ erga sororem non inuidentiæ aut impatientię, sed amoris esse. In tantum enim Martha diligebat dominum, vt omnino dignum putaret sororem vna ad res necessarias præparandas incumbere debere. Aberat ab illa domo virus inuidẽtiæ, totiusq; malitiæ amaritudo, nec nisi charitas & pietas dominabatur: ne quis carnalis & imperfectus verba hæc ex suo animo metuẽs putet Martham vitiosa perturbatione incitatam, aduersus sororem suam ea protulisse. Dolebat domino non ꝑstari omne humanitatis officium, sororemque ad pedes illius residentem, timebat nõ satisfacere tanto hospiti, neque digna illũ excipere reuerentia. Defert ergo pias querimonias nõ ad quoslibet e familia, vel extraneos, qui potuissent rem sinistre interpretari, sed ad ipsum dominum, quem sciebat non nisi iustissime iudicaturum. Nec ipsa in sororem ausa est promulgare sententiam, quod male otiosa foret, sed totũ commisit domini iudicio, vt si ille eam negligentem nosset, iuberet ad opus surgere: sin aliter, ipsam excusaret. G Solent homines mechanici & qui de manuũ opere victitant Clericos & monachos otij insimulare, quod non quærant sibi victum sudore vul-

Querelæ piæ vt fuerint hæ Marthæ

dore vultus sui. Sed poti us malitia aut inuidētia, q̄ ratiōe mouentur. Quid enim ad eos attinet, si clerus viuat ex aliorum beneficientia, quando multi nobiles & diuites mercatores de suis opibus absq; vllo labore victitant? Clerici & monachi nocte & die præcantur Deū, pro populo, pro Ecclesia & pro omnibus: ministrant populo verbum Dei & Sacramenta, & non licebit eis ex eleemosynis pioꝝ viuere? Si nos vobis seminauimus spiritalia, ait Apostolus, magnum est si vestra carnalia metamus? Multa sunt & diuersissima Ecclesiæ membra & tamen alia pro alijs solicita sunt. Mechanici, rustici, mercatores parant & conuehunt omnibus necessaria: Principes & nobiles & magistratus iustitiam tuentur ac subditos protegunt: Clerici & monachi p omnium salute Deum nocte ac die precantur. Ita sunt diuersæ hominum functiones nec debet omnium eadem esse conditio. Faciat vnusquisq; ad quod se obligatū nouit, & tranquillus erit Reipublicæ status. Tollant laici inuidentiæ pestem ab animo suo, & desinēt male sētire de clericis. Quod si quę sunt vitia in clero, cogitent etiam se suis non carere vitijs, nec iudicent temere, quorum beneficijs & corporalibus & spiritalibus sæpe non minimum iuuantur.

Clericorū & monachorum opus q̄d nam fore debeat

1. Cor. 9

Membra Ecclesię q̄ sint diuersa

Et respōdens, dixit illi dominus: Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima.

Ex his domini verbis apparet Marthā plus satis solicitā & occupatam fuisse. Habet hoc temporalium rerum administratio, vt animum laceret & distrahat in multa: vnde sępenumero accidit, vt etiam boni homines quamuis sanctis & licitis terrenarum rerum occupatiōibus impliciti, facile turbentur & moueanť, vtpote q non satis animi compotes sint, propter negociorū secularium multitudinem & importunitatem. O felices igitur, qui quo ad possunt, paucissimis sese admiscent curis temporarijs, Habentes victum & vestitum, ait Apostolus, his contenti simus. Nam qui volūt diuites fieri incidunt in tentationē diaboli. Quare hoc? Quia scilicet in multa distracti, facilē ad animi arcem impugnandā diabolo aditum patefaciunt. Sed dicat aliquis Nū ergo abijciēda sunt misericordiæ opa? Minime sane: sed modis oībus sunt exercēda: tn̄ cauendū ne animus plus satis occupetur, sed sit liber & semp intentus in vnum, nempe Deū, quem solū pure spectet & contempletur in omnibus qbus gratificať & benefacit. Nec vnquam ita sit circa actionem occupatus, vt Deum & diuina negligat. Poterat fortassis Martha minori negocio domino seruijsse atq; illum verba salutis suo more referentem auscultasse, & tn̄ ad parandos cibos corporis relicto animę pabulo sese totam effudit. Hoc plane cauēdum est in officijs misericordiæ & charitatis, quæ erga proximos præstanť, vti ne pꝑter illa animas nostras nimium negligamus. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat? Ergo quoad fieri potest, in ipsa piarum actionum necessaria occupatione & distractiua multitudine vitanda est nimia solicitudo & mentis perturbatio, vt fiant omnia traquillo & in vnum intento animo, ac deinde cūcta Deo committantur, nec vnquam propriæ salus animæ penitus postponatur. Ita seruias pꝛoximis, vt Deum & teipsum non negligas.

Rerū temporalium administratio vt necessario animū laceret

1. Tim. 6

Misericordiæ opera quinā exercenda

Lucæ. 9

Porro vnum est necessarium.

Ab vno omnia cœperūt, & oīa tendunt ad vnum. Deus omnipotens fons est & origo omnium, idem ipse, & finis omnium. Ipse est em̄ alpha & ω: ipse fons & clausula omnium quæ sunt, fuerunt, quæque post futura sunt per æterna secula. Ipse ergo est vnum necessarium. Hoc vnum quisqs non spectat in occupationibus suis circa multa, perdit laborem suum, quia obliquus est animus illius, nec recta fertur ad scopum. Hoc vnū si in omnibus illis, quæ cogitant, ducunt, agunt & omittunt hoīes simplici corde spectarent, eoq; & se & sua omnia referrent, felicissimi forēt. Sed si totam hominum viuentium summam colligas in vnum, vix paucos ex omnibus inuenies, qui animi intentione ferantur in Deum. Tanta est cæcitas hominum. Alius hęc alius illa aucupatur, & plerique omnes in in multa dispersi sunt, & vna ipsi multiplices, instabiles, & miseri fiunt, prout res, quibus dediti sunt, sese habent: paucissimi in vnum Deum diriguntur. O homo attende excellentiam conditionis tuæ. Quicquid amas rerum visibilium, longe est infra dignitatem tuam. Si amet rex vile prostibulum, commune omnibus, despicitur ab omnibus: ita tu dum vilia hæc & misera

H

Vnū q̄dnā solum sit necessariū

Oīa vt ad vnum referēda sint

sectaris, auersus ab vno summo bono, Deo Opt. Max. dæmonibus cunctis ludibrio es. Nec dissimilis es pueris nondũ ratione vtentibus qui maximis thesauris vilia poma charius amplectunt. Sed si vis bene consultum tibi, postposita labentiũ creaturarum varia & lubrica multiplicitate, animi obtutus in vnum Deũ tuũ intẽde. Illuc tota feratur mentis tuæ intentio, vbi est verissima vnitas & tranquillissimum otium, vbi infinita creaturarum multitudo nõ nisi vnum est.

Intẽtio aĩ vt in Deũ vnice diri genda in cunctis a ctionibus.

Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea.

Hæc de vita contemplatiõi dedita exponuntur, quæ pars optima est, & hic incipit, porro in vita æterna semp pseuerat & pficitur. Dicamus hic pauca de actiua & contẽplatiua vita: id enĩ Euãgelij mysticus sensus exigere videt. Actiua vita nõ solũ in eo posita est, vt vacemus operibus miĩę sed etiã vt vitia extirpemus, passiões aĩ reformemus, sensitiuã portionem rationi, & totum exteriorẽ hoĩem interiori subijciamus: vt moralibus obtinẽdis virtutibus operã demus, vt in meditandis illis quæ dñs Iesus ppter nos assumere, agere & pati dignatus est, sedulo versemur, vt in omnibus semp conemur obedire mãdatis dei & Ecclesię catholicæ, vt in opibus bonis, in bonis moribus, & in exercitijs actiuę vitę nos exercitemus, idq; pure ad honorem & propter voluntatem Dei, & salutem proximorum, exclusa omni vitiosa & obliqua intentione. Atque ante oĩa necesse est vt per veram contritionem, puram confessionem, dignã satisfactionem siue dignos pœnitentiæ fructus studeamus nos à præteritis culpis reformare, & solicite vigilare aduersus tentationes diabolicas, & cordis puritati nauare operam. Curandum est etiam, vt propriam discamus frangere voluntatem in omnibus, vt superfluas & inordinatas corporis delitias proculcemus, vt pacẽ & gaudium in solo Deo quæramus, vt aduersa libẽter feramus, vt ab omnibus despici cupiamus.

Vita actiua quã nã necessario requirat

Vita actiua quinã auspicanda.

I

In his atque id genus alijs quisquis serio ac studiose sese excitarit, quandoq; ad contemplatiuam pertinget vitam, quæ est reuera dulcissima & felicissima, cui non possunt vllæ huius mundi delitiæ cõparari: quæ tamen hodiæ nõ solum apud vulgus, sed etiam viros literatos, & Ecclesiasticos vsq; adeo neglecta iacet, vt paucissimi sint, qui aliquam illius saltem notitiã, nedum experiẽtiam, habeant. Basylius Magnus contemplationem dicit esse cordis illuminationem, apothecam spiritus sancti, mentis iucunditatem, hortum delitiarum, paradisum amœnę suauitatis, lucẽ & pacẽ serenæ tranqllitatis. Origines eã vocat cellam oĩm charismatum plenitudine refertã. De qua si qs plura nosse velit, legat scripta D. Ioannis Rusbrochij, D. Ioãnis Tauleri, Henrici Harpij, Dionysium Carthusianum de contemplatione & alios plures. Multa hinc in populo tractare vix consilij est, quandoquidem illius capaces non sunt: Imo nemo quãuis doctus capax est, nisi scientia illiũs cum profunda humilitate & feruenti charitate coniũcta sit. Deniq; hanc partem optimam elegit virgo sacratissima Maria in qua quam fuerit excellens, nulla lingua explicare, imo nulla mẽs capere sufficit. Sicut enim dono sapientiæ excellentissime prædita erat, ita cõtẽplatione oẽs longissime superabat: estque hæc indubitata multorum persuasio, vsque ad contemplandam diuinam essentiam p speciem, sæpius raptam eam fuisse etiã in hac vita, Neq; hoc mirum, qñ id Moysi & Paulo contigisse legimus. Nec vllum in se vel tenuissimæ habebat culpę impedimẽtum, quo minus posset ferri in Deum p contẽplationem assiduam & admirabilem, aliorum contẽplationem lõge excedentẽ.

Vita cõtẽplatiua dulcissima alioq in se quinam ab oibus pene negligat.

Basylii Viri cõtẽplatiui comu

Origenes Viri cõtẽplatiui et cẽntiores seculi qui fuerunt excellentiores

Maria mater christi vti optimam sibi partem delegerit

Exod. 33 2. Cor. 12

Rogemus ergo eã charissimi, vt impetret nobis à filio suo gratiã spũs sctĩ, qua & agnoscamus, quę saluti magis vicina, & deo gratiora sunt, & agnita eligamus, & deinde firmiter retineamus. Non nos detineat amor rerum præsentium, quæ sine intermissione præterfluunt, nec nobiscũ pmanere possunt: sed simus dediti Deo & rebus diuinis, eaq; nobis potissimum cordi sint semper, quæ nemo possit auferre à nobis. Quod si necdum idonei sumus optimam cõtemplationis partẽ eligere cum Maria, fideliter actiuæ vitæ partes exequamur cũ Martha: simus pij in proximos, & quicqd in nobis Deo displicet, mortificemus: Ita qñq; peruenienus ad partẽ optimã nunq̃ nobis neq; vi, neq; fraude cuiusq̃ eripiẽdam.

SERMO I. IN EADEM solennitate. Quod beatã virginem amare venerarique debeamus, eiusque

iusq; exemplo optima quæque virtutum deligere.

K

MAria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Lucæ decimo. Chariſſimi fratres, nonne inſipientiæ arguendus eſt vehementer, quiſquis eligendi optione ſibi data non optima quæq;, ſed aut parũ bona, aut etiam male elegat? Et nos prope modum ij ſumus, quibus optima eligendi data eſt copia, nec copia nobis tantum eſt data, ſed vocati ſumus etiã & iuſſi optima eligere, vt ſimus perfecti, ſicut eſt pater noſter perfectus, qui in cœlis eſt. (Matth. 5) Iam videat vnuſquiſq; quid eligat, quid quærat, an optimum, ne dicam bonũ, ne dicam malum ſit. In externis morari occupatiõibus, toto die (idque non ex obediẽtia & ſine fructu charitatis fraternæ) fere fabulari, nugari, & ad hæc occaſiones quærere, de fratrum conuerſatione, non charitate, ſed inuidia ſtimulante, inueſtigare, de ſeculi rumoribus ſcrutari, obloqui, murmurare, perperãque iudicare, nocturnos & clamdeſtinos conuentus agere, inſtituta ſpiritus ſancti contemnere, vetita transgredi, quæro an monacho, an eremita digna ſint, an optima vocanda? Verum non ab accuſatiõe ſermo noſter ſumere deberet exordiũ, niſi dolor vrgeret me præueniens, quod ad transgreſſiones quidã nati, & neſcio à quo ad monaſteria miſſi, & ſuas & aliorũ animas ſeducunt. Video multos inter vos bonos, ſed ſunt reuera etiam nonnulli quos lugere habeo, licet exhortatiões q̃s facimus, hi aut ad ſe ptinere nõ arbitrent, aut ad ſui pſecutionem exiſtiment dictum: pſequimur certe peccata eorum & vitia, quæ ipſimet pſequi deberent, ſed diligimus eos quos tãtopere curamus fore bonos. Maria optimam partem elegit, optimam partem elegit in quouis viuendi genere: nam nõ vnũ duntaxat viuendi ſtatum tenuit, quippe cui ſctẽ viuendi neq; ſtatus neq; modus defuit vllus. Habuit eñi ſtatum virginalem, coniugalem & viduałẽ, in quoꝝ quolibet exemplar atq; ſpeculum ſe virtutum præbuit, Fuit præterea in ea ſtatus angelorũ, apoſtolorum, martyrum, confeſſorum atque virginũ, vt in q̃cunq; qs eſſet ſtatu, in Mariam reſpicere, ac ſibi in ea emẽdatioris poſſet vitæ ſumere normã.

(Optimam parte vti in quouis viuẽdi genere elegerit maria)

Vnde nõ incongrue ei Eccleſiaſtici illud tribuit dicentis: In omni terrra ſteti, & in populo, & in omni gente primatũ habui. (Eccle. 24) Et veriſſimum eſt illud Bernardi, Merito o virgo benedicta, de te plenitudo grãtiæ pdicat, qa nõ defuit tibi fides patriarcharũ, ſpes prophetarum, charitas apoſtolorum, conſtantia martyꝝ, ſobrietas confeſſorum, caſtitas virginum, fœcunditas coniugatorum, puritas angelorum, deniq; plenitudo diuinitatis. (Bernard.)

L

Ipſa elegit optimã partẽ, nõ vni tantum ſed omnibus, & charitas beneficiorum ſinum ſuum expandens, vt nemo ſit qui miſericordiæ & benignitatis eius non ſit particeps, teſte diuo Bernardo dicente: Maria ſinum aperit vniuerſis, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi, captiui redemptionẽ, æger recreationem, triſtis conſolationem, peccator veniã, iuſtus gratiã, angelus lætitiam, filius Dei carnis ſubſtantiã, deniq; tota trinitas gloriã. (Sinũ charitatis apit Maria vniuerſis. Bernard.) Et iterum: Maria ſtat in publico omnibus ſe offerẽs, clamãs ad oẽs: Venite ad me oẽs qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. (Idem) (Eccle. 24) Et iterum: Sileat miſericordiam tuã virgo beata, qui eam in ſuis neceſſitatibus inuocatam non ſenſerit ſibi adfuiſſe. Ipſa optimam partẽ elegit, quæ in ſingulis virtutibus, in ſingulis donis ac gratijs Dei excellentiam obtinet & principatũ, vt potentior cunctis, ſanctior vniuerſis. (Excellẽtia Mariæ in ſingulis virtutib9, donis ac gratijs q̃nta) Quis enumerare ſufficiat quãtũ in qbuſlibet virtutibus præmineat ſingularis, quõ omnis decor, omnis honeſtas, omnis dignitas, omnis gratia, omnis excellentia in ea præ fulgeat, & hoc in ſupremo gradu ſanctitatis: quãdoquidem Deus eam tantam fecit, ornauit, honorauit, gratijs impleuit, poteſtate & gloria in cœlis coronauit, vt in puro homine, hoc eſt, in ea, bonitatis ſuæ diuitias, abyſſum largitatis, beneficientiæ ſuę cõſummationẽ, potẽtiæ (vt ſic loquar) ſuę terminũ, atq; naturæ miraculũ oſtẽderet, in oĩbus illuſtriſſimã atq; pclariſſimam eã faciens, vtpote tantã, quantã purã creaturam ipſe facere aut quanta fieri illa potuit. Hanc ob rẽ vt cernimus vniuerſa Eccleſia ei laudes, pconia, honores, officia deuotionis atque venerationẽ quanto poteſt ſtudio tribuit. (Cur merito ab eccleſia honoretur ac inuocet mater dei maria) Vocat eam reginã miæ, matrẽ gratiæ aduocatam noſtram ſpẽ, vitam & dulcedinem noſtram, paradiſi portam, cœli feneſtram, & ſi qua huiuſmodi laudum hono-

risq; alia sunt nomina magna eidem pietate tribuens adscribit. Quæ tametsi hæreticis vehementer displiceant, & sub specie æmulatiõis quasi pro Christo zelantes (quē tamen interim operibus facinorosis impudenter, insigniterq; blasphemant) calumniantur nimiū tribui creaturæ, idque derogari Deo, quasi adeo nos simus stupidi, vt citra discrimē vel Christum, vel eius matrem vocemus, aut aduocatam, aut salutem nostram, tamen rumpātur licet ilia eis, cogūtur nos illam venerantes sustinere. Sciunt pij omnes à Christo, & p Christum solum nobis operatam, sperandamq; salutē.

Salutē nostram quō vocemus Christum & q̃modo eius matrem

M Porro nō ignoramus pariter ad huius assecutionem, quam varia dederit nobis subsidia, potissime autem suam matrem quæ pro nobis loquatur coram se bona, quā propter ipsum, id est, propter Christum venerantes, mittamus ad eundem & precibus humilibus dona ac gratiam diuinam per eam impetremus. Ipse nanq; eam ceu thesaurariam suæ gratiæ cōstituens p eandē vult nos recipere, quæ petimus (licet ipse det & p seipsum dare possit) quō p eleemosynarium à rege constitutū, mendici egeniq; subsidia recipiunt. Quare & à mendicis inuocationes, honores & gratiarum actiones recipiunt eleemosynarij, licet tam ipsi, quam ij qui ab eis beneficia recipiunt non ignorarent omnia à rege hæc eadem sibi donari, nec eleemosynarios aliud esse agereve, quam ministeriū ac officium suū, simulq; commiserantis fauentisq; imparti ri animū, q̃d vltimum egeni potissime quęrunt, q̃ sibi vberius, misericordiusq; etiam ex distribuētis beneuolētia subueniat. Sinant igit hæretici vt vel hoc modo laudes inuocationesq; Dei matri tribuamus, qñ nos pmittimus eis vt suas amicas quas in delitijs habent, ne dicam vilissima scorta, vocent suas coronas, suum amorē, sua corda, sua basia ac suauia, dimidiumq;, si inferis placet, animæ suæ, atque vt nos quoq; aliquid adijciamus, suas furias, suum infernum.

Thesaurariam Dei esse Mariam

Laudes & inuocationes q̃mo do Dei matri tribuat Ecclesia

Vos charissimi diligite, vos honorate, vos deuotionis obsequia officiaq; venerationis beatæ impendite Dei genetrici, idque in eius quem genuit, referatis honorem. Gratias agite Deo qui huiusmodi piam, huiusmodi dulcem, misericordem, benignam, clementissimamque vobis dedit matrem, quæ clementer vos respiciat, hilariter recipiat, amanter apud filium pro moueat, & quæcunq; saluti sunt vobis necessaria, vbertim obtineat. Neminem legimus sanctissimorum, qui Mariæ singularis non fuerit, aut venerator, aut cultor deuotus. Neminem item legimus, aut vidimus beatissimæ Mariæ deuotum, neminē audiuimus eius amatorem, qui non gratiā singularem à Deo obtinuerit perfectiõis. Vos charissimi, præter deuotionis officia eiusq; sanctitatis amorem ad eius accingimini imitationem, vt quomodo ipsa in omnibus optimam elegit partem, ita vos quoque nondum vos arbitremini aliquid cōpęhendisse, quin potius extendatis vos semper in anteriora perfectioraq; salutis. Enitamini semper ad optima quæque.

N

Mariam à nobis esse diligendam ac honorandam

Deuoti mariæ cultores quā tam obtineant gratiam à deo

Phil. 3 Hebræ. 6

Videtis ad mundi diuites & auaros non satiari diuitijs: quascunq; exaggerauerint opes, desiderijs eorum satisfieri non potest: sed pro maioribus semper habendis & curas, & labores suscipiunt, vigilias anxias, & noctes ducunt insomnes. Siccine oportet affligi corpus corda vestra, o filij hominum pro fauoribus, pro honoribus, pro diuitijsq; terrenis, vt egregie beatos faciatis vestros hæredes, easdem illis curas sollicitudinesq; relinquentes? An sic mereri oportebat Dei iram, eius gratiæ amissionem, inferni ignem damnationemq; sempiternam? Minoribus multo laboribus & & tranquillo corde Dei potuissetis comparasse amicitiam, læti vixisse iuxta facies sanctorum, pacati, tranquilli, paucis contenti, & post hanc vitam lætitiā obtinuisse sempiternam. O quam tristis erit separatio animæ vestræ à corpore, o quā luctuosa mors, si hoc modo cum amore seculi & vitæ huius ad finem perueneritis, nihil habentes p̄ter peccata vestra vobiscum, quæ angēt, prement & deprimet vos vsque in tartari abyssum. Quam felices ediuerso vos estis charissimi, qui contemptis honoribus, voluptatibus, luxu, fastuq; mundi, pauperes spiritu, hoc est, habentes victum & vestimēta, ijsque non plura desiderantes viuitis, Deo in tranquillitate seruientes, felices in vita, feliciores in morte. Veruntamen charissimi fratres, quantumuis in felici sitis statu, nolite quamdiu viuitis, vobis felices videri. Deo pro tam multis donis vobis agite gratias collatis, veruntamen interea ex vestris vos negligentijs, ex vestra ingratitudine vosipsos accusate, humiliate, flete, & nouū q̃tidie ppositum, nouū vobis cor rigen

Auari qui tis laboribus cōparent sibi damnationem æternam

Amicitia Dei minoribus mereri posse laboribus q̃ infernū

Mors amatorū q̃ sit luctuosa

Contēptores seculi q̃ sint felices

Matth. 5 1. Tim. 6

O

Optima q̃ quę virtutum quõ cũ B. maria nobis eligenda fit.

rigendæ vitæ feruorẽ restaurate. Eligitẽ cũ beatissima Maria partẽ in oĩbus optimam. Bona pars est Deum ita diligere, vt mãdata eius absq; transgressione seruentur. Melior est eius quoq; consilia Euangelicá diligenter implere. Optima voluntatẽ ac omnia eius beneplacita, perfecta sui abnegatione obseruare. Simili circa dilectionem proximi modo bona est pars proximo naturæ iura seruare, facere illi quod sibi velit quisq; fieri, & quod sibi oderit cuenire, non facere proximo. Melior est omnia proximi, siue gaudium siue tristitiã inducant, in animo tanquam sua sentire. Optima est etiam odientes, persequentes ac calumniantes diligere, eisdem benefacere, eisdem compati, & pro eisdem orare. In humilitate bona pars est se non extollere, nõ superbire, non se proximis præferre, sed suam vilitatẽ vere agnoscere, nec plusquã congruit, de se sentire. Melior est seipsum ex animo despicere, ac propter agnitionẽ suæ vilitatis velle despici, ad sui contemptum neque irasci, neque tristari, sed potius de honore erubescere, omnibusque quomodo sibi in veritate se cognitum esse desiderare. Optima pars, vt quamlibet pfectus quamlibet illustrior cæteris, quibusuis etiam donis fortasse potioribus à Deo pręditus, nihil sibi adscribat, nihil sibi vendicet, nihil arroget sibi, sed cuncta in largitorẽ pure refundat: solamq; vilitatem & malitiam quam ex se habet, suã agnoscat, hanc sibi tribuat. In virtute patientiæ bona est pars se cohibere à verbis à signisque iræ, ne foras erumpat quo impatientientiæ atque iracundiæ vitium demonstret. Melior est, continuã pugna & renisu ita vim irę cohibuisse, patientiæ assuetum esse, vt absque perturbatione ac metu expectet aduersa, suscipiat fortiter, hilariterque ferat. Optima pars est aduersa desiderare cũ desunt, gaudere cũ adsunt, totoq; corde vt Christo mereatur conformari pro se patienti, desiderare. Obedientiæ bona pars est transgressionem cuiuscunq; præcepti cauere. Melior mandata etiam ac voluntatem prælatorum non solum obseruare, sed etiam diligere. Optima est nullam prorsus voluntatem propriam habere, sed semetipsum funditus abnegare. Castitatis bona pars est ab omni illicito carnis actu & etiam tactu cauere & abstinere, continentiam cũ proposito semper sic manendi obseruare, illicitos sensuum motus & verba carnalia pſciñdere. Melior pars est, assiduitate repugnandi iugi mortificatione carnisq; abstinentiã cum aliĳs bonis studĳs orationum lectionumq; ita esse assuefactum, vt spiritui carnem subiectã habeat, rarius carnis stimulos sentiat. Optima pars est ita domasse carnem vt rarissime stimulos carnis sentiat, ita induisse virtutem castitatis, vt ex animo illam diligat, omniaque carnalitatem olentia detestet & horreat. Nimis fratres charissimi fiam prolixus, nimis onerosus timeo inueniar, si in singulis hoc modo recensẽrem gradus virtutibus. Vosipsi cogitate q̃ sit Dei in omnibus voluntas beneplacens & perfecta. Vosipsi non meliora tantum, sed optima quæque (vtpote negociatores Christi) vobis coaceruate, eaque omnia ne à superbia inaniue gloria exsufflentur perẽantque vobis, ad eiusdem gloriam referatis, qui est benedictus in secula, Amen.

In dilectione Dei & proximi q̃ sit pars optima

Lucæ 6

In humilitate pars optima q̃

In patiẽtia pars optima quę sit

Obedientię pars optima quæ

Castitatis pars optima quæ

Gala. 5

SERMO II. IN EAdem Solennitate. Vt B. Maria Dei genetrix bonis naturæ, gratiæ & gloriæ itemque vita actiua, contemplatiua & cœlesti prædita fuerit.

P

Eccle. 15

Aria optimã partẽ elegit, q̃ nõ auferet ab ea. Lucæ X. In Ecclesiastici libro charissimi scriptũ legimus: Deus ab initio cõstituit hominem, & dimisit eum in manũ consilĳ sui, id est arbitrĳ libertate & potestate: posuit ante eum bonum & malũ, vitam & mortem: ad quodcunq; voluerit, extendit manum suam. Enimuero gemina quædã in homine propensio est: Altera sensualitatis, vel portionis sensitiuæ ad malũ concupiscentiæ & vitia quælibet: altera rationis ad bonum virtutis. Itaq; si peccatum eligat, mortem animæ ipse sibi alciscit. Si vero ad rectę facta, & ad virtutes manum extendat eaque amplectatur, vitam vtique gratiæ elegit. Porro triplicia inueniuntur bona, quæ possit homo eligere & amplecti. Nẽpe bona Naturæ, Gratiæ, & Gloriæ. Bona naturæ sunt, Nobilitas, Pulchritudo, Fortitudo, Incolumitas: atque id genus alia. Quæ quidem eatenus homini bona sunt, quatenus ĳsq; bene vtit. Siqdem Dei dona sunt & opa. Bona Gratiæ sunt,

Duplex vt sit in hoie ppensio.

Bona naturę q̃ sint Bona gratia q̃ sint.

munera spiritaliũ charismatũ, & virtutũ pfectiones q̃ sunt longe pstãtiora bona: ijsq; pditi sunt angeli & homines sancti. Bona gloriæ sunt in Deo & cum Deo, eaq; optima & excellentissima sunt, nec desinunt vnq̃, nec deficiunt. Bona quidem naturę morte tolluntur: Bona Gratiæ extinguit consensus in peccatum mortiferũ, quod est mors animæ. Atqui bona Gloriæ semel obtenta non amittuntur vnquam: siquidem non possunt amplius peccare, qui ea adepti sunt diuina virtute in bono confirmati. His vero triplicibus bonis eximie ornata fuit beata & gloriosa virgo Maria. Et quantũ quidem ad bona naturæ attinet, fuit genere nobilissima, ex regio ac sacerdotali stemmate oriunda: fuit item corpore pulcherrima præ cunctis fœminis ac virginibus, ita vt non immerito S. Ecclesia ad designandam animæ & corporis illius decorem cãtet de ea: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Idemque quicquid ad splendorem & honestatẽ ac dignitatẽ spectat, pfectissime habuit virgo sacratissima. Et tamen quanto hæc in ipsa fuere excellẽtiora, tanto fuit humilior, sicq; illis omnibus vsa est, atq; ita semper in illis sese gessit vt in cunctis Deo summe placeret. At vero bona gratiæ in ea mirifice enituerunt, vtpote quæ tanta gratiæ, charismatum diuinorum ac virtutum perfectione resplenduit, quanta potuerit pura creatura. Namque eo ipso, quod est digna mater Dei, tãtæ est excellentiæ, vt nequeat esse maior, nisi sit ipsa Deus. Neq; tamen in his acquieuit, nec his contenta esse voluit quoad su peruixit in hoc exilio, maxime post filij in cœlos ascensionem, sed perpetuis ac anhelis & ardentissimis flagrabat desiderijs, vt acciperet bona gloriæ ipsi à filio tanquam matri dulcissimæ in cœlis præparata, atq; ita tota esset semperq; permaneret cũ Deo in vita sempiterna: quæ nimirum illa est pars optima quam hodierna die consecuta est, quæ nunquam auferetur ab ea cuius meminit Euãgelium huius diei, quod licet secundum literam nõ cõueniat virgini intemeratæ, tñ iuxta sensũ mysticũ pulcherrime illi quadrat.

Bona gloriæ q̃ sint. *B. virgo maria vt triplicib[9] fuerit ornata bonis* *Canti. 4* *Lucæ 10*

Q[uid] Est enim triplex quædã vita spiritualis puta, Actiua p gratiã informata, Contemplatiua Deo cõiuncta, Beata & fruitiua in gloria sempiterna. Prima ex his bona est, sed altera melior postrema optima. Ipsa aũt actiua vita colit & exercet opibus & officijs charitatis ac misericordiæ tũ corporalibus, tũ spũalibus quæ pximis præstantur ppter Deũ: itidem que actiõibus virtutũ, & cæteris honestis ac meritorijs studijs & laboribus, quorũ tñ finis Deus sit. Ita nimirũ vitã illi actiuã agunt, q infirmis, miseris, egenis inseruiũt & gratificant causa Dei, q vitiorũ mortificationi & bonis opibus studiose incũbũt ob amorẽ dei, certi, nõ inanes futuros labores suos, q̃s recta intentione pegerint, qñ dñs Iesus etiã calicẽ aquæ frigidæ sui contẽplatione cuipiã indigo porrigẽti mercedẽ pollicetur. Huius actiuæ vitæ, vt autor D. August. & S. Gregorius, typũ gessit Martha, de qua tria quædã referunt in hodiernę solennitatis Euangelio, q̃ eadẽ pfectissime in matre dñi reperiunt. Primũ est quod Martha exceperit Iesum in domũ suã. Ait enim Euangelista: Intrauit Iesus in q̃ddam castellum, & mulier quædam & cætera. Ita cum dominus Iesus intraret in hunc mundum, excepit illum in domum pudici ac intemerati vteri sui virgo beata, nouemque mensibus hospitem tantum in eadem domo regia apud se retinuit ac enutriuit. Quęso cõsiderate hic dilectissimi, quantæ sanctitatis, quantę puritatis, quantæ dignitatis sit hæc reuerẽda & bñdicta virgo, intra cuius casta & integra viscera Deus Dei filius, rex magnus & immensus tanto temporis spacio voluit commorari. Quanquam maiorem sane admirationẽ habet, inæstimabilis bonitas & benignitas eiusdẽ dei ac dñi nostri, q̃d nõ solũ in illã purissimã sacrati vteri domum intrauit, sed etiã quotidie quoties illũ in sacramento accipimus ad nos miseros & multis heu vitiorũ sordibus inquinatos & squalidos ingredi non dedignatur, oblitus propemodum maiestatis suæ ob nimietatem suæ erga nos ineffabilis beneuolentiæ & amoris. Et quidem totus ad nos ingredit verus Deus & homo, nõ iam passibilis & mortalis, qualis fuit in vtero virginis, sed omnino impassibilis & immortalis: nec semel tñ sed sępissime ad nos venit. Vbi pfecto, si qs in nobis sit sensus, merito nostrã plorare debemus ingratitudinẽ, q̃d tãtã dñi nostri erga nos charitatẽ nõ attẽdimus, nõ digne ponderamus: q̃dq; Deũ & dñm nostrũ, q creauit, q redemit, qui pascit nos, & post mortẽ iuxta merita nostra iudicabit nos, sępe tã idigne, tã irreuerẽter, tã ipura cõscien-

Triplex vita spiritualis quæ sit *Actiua vita in quo sita sit* *Martha Augusti. Gregor.* *Lucæ 10* *B. Maria vt excepit christũ in domũ suam* *Bonitas Dei erga nos quanta* *Christum vt quotidie recip[i]amus in domũ suã*

R

B. virgo q̃ officiose filio inseruierit.

scientia accipimus. Alterũ q̃d de S. Martha legitur est, q̃d satagebat circa frequens ministeriũ. Fecit idẽ multo pclarius mater Dei. Ipsa nanque toto vitæ spacio filio suo officiosissima deseruiuit, vt omittã, quam fuerit sedula erga proximos. In filij natiuitate functa est obstetricis officio, natum puerulum pannis ipsa inuoluit, inuolutum collocauit in præsepio, lactauit vagientẽ, lachrymas extersit magno pietatis affectu, portauit in Aegyptum, suis laboribus victũ & sibi & illi parauit, deniq; q̃ad superuixit filius qcqd potuit vt ancilla domino, vt mater filio, vt sponsa sponso præstitit. Erit fortasse quispiam, qui se doleat non posse itidem seruire filio Dei. Verum nõ est, cur id quenq̃ male habeat. Qui vult potest etiamnũ seruire illi, potest illi quælibet pietatis obsequia exhibere. Ipse enim ait: Quodcunq; vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. O verbũ breue, sed non negligenter pensitandum. Atq; vtinã nostris bene esset affixum cordibus: certe nõ tam impatiẽtes essemus, nõ tam inuiti fratribus & pximis nostris seruiremus & condoleremus. Et quid oro possit esse toleratu difficile aut molestum, si cogitemus qcquid proximis facimus, id perinde accipere dñm, ac æque remunerari, ac sibi ipsi factum sit? Quod qui sæpius mente pertractant, non solum non grauitate, sed etiam hilariter & cũ magna deuotione seruiunt proximo, contemplantes in hoĩe personã Christi, ac sibi plane psuadentes, quod nõ homini, sed Christo seruiant. Huius exemplum habemus in illa religiosa & admirabili vidua S. Elizabeth regina Hungariæ: quæ cum leprosos lauaret, & lectũ illis sterneret, dicebat ancillis suis: O quã bene nobiscum agitur, quod ita Christum tractare nobis licet. Tertium quod de Martha commemorat Euangelium est, quod fuit solicita & turbata erga plurima. Et quis possit vel cogitatione consequi, quantum turbata fuerit virgo mater in illa tam ignominiosa & acerba filij sui passione, quãdo eum audiuit à Iuda proditum, à militibus captum & ligatum, ab omnibus discipulis in manibus furentium hostium derelictum: quando vidit eum Iudici exhibitum, flagellis atrocissime cæsum, spinis coronatum, ad mortem damnatũ, graui crucis pondere onustum, ad crucem clauis affixum, deniq; tribus horis summo cũ dolore in cruce pendentẽ, & animã exhalantem: O q̃ libenter omnia pro illo perpessa fuisset, q̃ cupide vel cũ ipso crucifigi se passa esset. Non tamen fuit vllo modo vitiose turbata, sed acerrimi doloris cõfixa aculeis, qui animæ illius intimas fodiebant medullas, & lõge atrocius diris eã cruciabant vulneribus, q̃ vllos vnquã martyres torserit sæua crudelitas & immanis sæuitia crudelium tyrannorũ. Atq; hac in parte etiam nos illi vtrunq; conformare debemus, dolẽdo & quasi cõturbando nosipsos, q̃d post tãta, tãq; multifaria diuinitus pcepta bñficia adhuc tã ingrati sumus Deo, q̃d pene cõtinue in multis illũ offẽdimus. Itẽq; affligere & velut cõturbare nos debemus operibus pœnitentiæ, & qbus caro crucietur, atq; etiam dñicæ passionis cõmemoratione, & fraternæ necessitatis cõmiseratione ac cõdolentia. Et hęc qdem de actiua vita dicta sint satis.

Chr̃s vt sibi factum putet quicq̃d proximis fit.

Matth. 25

S. Elizab.

Turbata q̃ fuerit B. Maria in filij sui passione.

Mat. 26. 27 Mar. 14. 15 Luc. 22. 23 Ioan. 18. 19

Turbari q̃ quisq; debeat ob sua pctã.

S

Vita contẽplatiua q̃d exigat à nobis.

Porro, contẽplatiua vita cor exigit purũ, quietũ, tranquillũ, & in q̃ vitiorũ ac perturbationũ tumultus consopiti sint. Hãc vitã etiã vos colitis dilectissimi, qñ verbũ Dei attentis cordis & corporis auribus auditis vel legitis, qñ admiranda Dei opera pie consideratis, q̃d tã potẽter cuncta fecerit ex nihilo, tã sapiẽter cuncta moderetur & regat, & tam benigne conseruet: quando etiam dñi passionẽ gratis mẽtibus reuoluitis, aut cœli gaudia, vel cruciatus inferorũ, vel propria pctã cogitatis: itemq; dum pro virtutibus & pro gratia Deũ oratis. Hanc vitã B. Maria Magdalena designauit: de q̃ similiter tria habet Euangelium: quæ longe sublimius executa est domina nostra semper virgo Maria. Primũ, quod de Magdalena legitur, est q̃d sederit secus pedes dñi, & audierit verbum illius. O qs capere possit, q̃ties virgo mater filij sui sermones dulcissimos attentissimis auribus hauserit? Ab infantia vsq; ad tricesimum annum semper illũ pręsentem habuit domi suæ, nec dubium, quin multa & maxima ab illo fidei sacramenta didicerit, nulli vnquam alteri tam dilucide patefacta. Nec tñ solũ audiebat verbũ Dei incarnatum carnis ore sua dicta exprimentem, sed etiam verbum increatum ac inspiratum intus in spiritu, ipsam mirabiliter instruentem ac edocentem, non voce carnis, sed spiritus aspiratione secreta & interna. Et hac quidem ratione nunquam discedebat ab auscultatione verbi

Vita contẽplatiua q̃nam tria à nobis requirat.

Luc. 10

B. Maria vti audierit verba filij sui.

Dei, vtpote pro nimia animi puritate & serenitate semper parata & apta suscipere lucis supernæ micantes radios, ac instinctus spiritus sancti, quibus erudiebatur, vngebatur ac illustrabatur vltra quã cogitari queat. Alterum, quod de beata Maria Magdalena refertur est, quod sororem reliquerit solam ministrare. Exigit enim hoc vita contemplatiua, vt qui illius dulcedinem perfecte velit experiri, animum ab omnibus curis & solicitudinibus abstrahat, atque affectum à rebus temporarijs auellat (quanto enim plus amantur temporalia, vt ait diuus Gregorius, tanto minus diligitur Deus) corque suum figat in amore Dei. Id præclare admodum fecit virgo beatissima: quæ semper quidem ab externis curis & solicitudinibus sese abduxit, atq; ea ex causa etiam paupertatem amplexa est: maxime vero post domini ascensionem id egit, quando nec filium habuit, nec maritum, nec agrum, nec parentes, & cætera, quæ illius animum occupare, aut à Deo auocare potuissent, sed vixit in ædibus sancti Ioannis, cui eam dominus à cruce commendarat, & alebatur eleemosynis piorum: sicque cõtinue operam dabat vitæ contemplatiuæ studijs, in quibus erat exercitatissima atque excellentissima. Interdum vero creditur pij amoris incitata affectu visitasse loca conuersationis & passionis filij sui: sed sæpius sola in suis manens penetralibus, replebatur eximijs & incomprehensibilibus Dei consolationibus & visitationibus, adeo vt nunquam corde à Deo abstracta sit. Tertium denique, quod beatæ Mariæ Magdalenæ tribuitur est, quod optimam partem elegerit: ideo quidem optimam, quia non auferetur ab ea. Actiua vita simul cum homine moriẽte desinit (Non enim erit vlla in cœlis miseria, cui misericordiam oporteat impendi) Vita autem contemplatiua, cuius studia sunt mente ferri in Deum, Deum diligere, Deum laudare, Deum contemplari ac Deo frui, hic inchoat, & in cœlis perficitur. Hic vero quid de matre Dei dicturi sumus? Quis hac in parte illi possit comparari, vtpote quæ etiam Deum per essentiam viderit in hac vita, excellentius multo, quam alius aliquis? Nemo sit tam rusticus, vt id velit scripturæ autoritate probari. Non enim omnia scripta sunt. Quod Mosi, quod Paulo contigit, non multo magis tantæ virgini cõtigisse putabimus? Negare posset Deus matri, & matri tam singulari, quod seruis præstitit? Itaq; ipsa præ omnibus perfectissime partem optimam elegit, & vehementissimis ac ardentissimis inflammata desiderijs, tota iam erat à mũdo absoluta, & tota in Deum recepta. O vere præclaram & omni venerationis ac amoris studio prosequendam virginem, quæ adhuc in terris posita non terrenam, sed plus quam angelicam ducebat vitam, nunquam vel tenuissimæ culpæ sentiens maculam, sed semper tota immaculata & pulchra tota, æterni solis radijs semper exposita, semper perfusa, semper illustrata, vt illi facilimum fuerit per mentis excessum etiam rapi in Deum, & in dilecto suauissima mentis obdormitione quiescere.

Vita contẽplatiua vt regnat abstractionem mẽtis à curis. — *Vita B. Mariæ post Christi ascensionem qualis fuerit.* — *Ioan. 19* — *Vita contẽplatiua quare pars optima dicatur.* — *B. Maria vt elegerit partẽ optimam.* — *Exodi 33* — *2.Cor.11* — *Cant. 4*

Verum, vt quandoq; ab omnibus præsentis vitæ miserijs absolueretur, & ad beatam ac cõtinuam perueniret fruitionem, quam supra diximus tertiam esse vitam spiritalem, filius Dei misisse illi creditur angelum Gabrielem, qui ipsi obitum eius significaret. Collecti sunt autem apostoli omnes, vt illi morienti insignis ille chorus adesset, & matrem domini ex hoc mũdo emigrantem mundi iudices & Ecclesiæ principes honorifice prosequerentur. Vbi autem hora illa aduenit, qua spiritum exhalaret, totus illi festiuus occurrisse creditur dominus Iesus amantissimus filius eius, cuius amore incomparabiliter ardebat, stipatus omnium beatorum angelorum, & animarum beatarum frequentia, qui omnes & singuli ita vt æquum erat, summo cum honore & reuerentia animã illã sanctissimam in filij amplexus euolantem excipiebant, & vsq; ad thronum gloriæ cum hymnis & canticis ineffabilibus deducebãt. Cius figura quędã legitur in Regũ volumine, vbi Dauid scribit cũ omi Israele lusisse corã dño in omibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistri, & cymbalis, atq; adduxisse arcã Dei in ciuitatem Dauid cũ gaudio, & in iubilo, & in clangore buccinæ, habuisseq; secũ choros septẽ: atq; ita deniq; introduxisse arcã dñi & posuisse eã in loco suo in medio tabernaculi, q̃d tetẽderat ei Dauid. Quæ oĩa pulcherrime quadrãt ad p̃sentis diei solennitatem, qua assumpta est virgo beata, quę tanq̃ vera arca mãna cœli panẽ scilicet verũ, q de cœlo descendit in suo vtero cõtinuit, & ho-

Ad obitũ matris dei quæ euenerint. — *2.Reg. 6* — *B. Maria vt sit arca Dei.* — *Ioan. 6*

& hodierna die vsque ad filij dexteram eleuata est. Voluit enim filius Dei iuxta se habere excellentissimam creaturam, id est, matrem suam: sicut etiam doctores quidam aiunt singulis angelicis spiritibus singulos homines in cœlos sociãdos esse. Porro eandem benedictam virginem & matrẽ coronauit hodie Deus in reginã cœli, & dominã mũdi, atq; creaturarũ oĩm imperatricẽ, specialiter vero in matrẽ misericordię, ꝓ miseris pctõribus pœnitere volẽtibus. Vt enim teste D. Bernardo, Deus pater posuit filium suum mediatorem inter se & mundum, quem etiam ideo voluit humanam sumere naturam, vt homines confidẽtius ad ipsum accederent: ita dominus Iesus matrem suam voluit esse mediam inter se & homines, quæ cor haberet misericordissimum erga peccatores pœnitere volẽtes, & ad ipsam confugientes, cui thesauros gratiæ & misericordiæ suæ commisit, ita vt nihil velit impartiri hoĩbus, vt ait D. Bernardus, nisi per manus matris benedictæ. Diuisit enim cum ea regnum suum, & partibus iustitię sibi seruatis, illi misericordiæ ditionem tradidit, iustitiam quidẽ per sese faciens, misericordiam per matrem. Itaque dilectissimi confugiamus ad matrem gratiæ & misericordiæ, vt nobis gratiam & misericordiam conciliet. Id enim est officium illius. Certe libenter exaudiet nos, quia pijssima est, & diligit homines, pro qbus nouit filium suũ fudisse preciosum sanguinem suum, cui est honor in secula seculorum, Amen.

[Margin: Bernard⁹. / Mater Dei vt sit mediatrix nostra. / Bernard.]

IN FESTO D. BERnardi Abbatis per omnia sicut in Festo diui Antonij, Require in priori parte de festiuitatibus Sanctorum.

IN FESTO SANCTI Bartholomæi Apostoli, Epistolam cum sua Paraphrasi quære in prima parte de Festiuitatibus Sanctorum, in Festo videlicet sancti Thomæ Apostoli. Euangelium cum sua Exegesi, & Sermonem quære in eadem parte in Festo sancti Matthiæ Apostoli.

IN FESTO SANCTI Augustini Episcopi, Epistolam cum sua Paraphrasi, & Euangelij exegesin Quære in Festo Sancti Nicolai, videlicet in priori parte de Festiuitatibus Sanctorum.

SERMO IN EODEM Festo. Quæ ad bonum & fidelem seruum Christi pertineant: & cur sancti se permiserint honorari, quum adhuc in terris agerent.

EVge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis: super multa te cõstituam: intra in gaudiũ domini tui. Matthæi vigesimo qnto. De beatissimo fratres charissimi, Ecclesiæ Doctore Augustino isthæc verba commode intelliguntur, qui pro admirabili sanctitate sua in egressu animę suæ ex hoc mundo, à domino & laudari meruit & præmio coronari: non qualicunque sed immenso & æterno. Vtrunque sane gloriosum: commendari ab eo, cuius vnius probata laus est, & vera semper & sancta ac beata, ac vnice expetenda. Hominum laus plerunque fallax, incerta, adulatoria, quæ neminem efficiat meliorem, sed sæpius multo deteriorem. Porro, Dei laus solida est ac vera. Itaque vt Hieremias & Apostolus monent, qui gloriari vult, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Ab illo, inquam, cõmendari gloriosum, ab illo coronari felicissimum est. Et quia oẽs aspiramus ad coronã & præmiũ & cupimus semper

[Margin: XVI. / A / Laus cuiusnam solida sit. / Hierem. 9 / 1. Cor. 10 / Coronam pmiumq; quænam pcedere debent.]

per esse in domini gloria, necesse est primum iussit in nobis bonitas & fidelitas. Si quidem in themate nostro primo loco hę virtutes commemorantur: deinde licebit certo sperare coronam. Ita beatissimus Augustinus strenuam nauauit operam ad vltimum vsque spiritum, vt posset se domino bonum & fidelem seruũ exhibere, certus nisi id ipse præstaret, non se peruenturum ad gloriam & gaudium domini sui. Forsitan ex me scire desideratis, quænam pertineant eo, vt quis sit seruus bonus & fidelis. Dicam equidem vobis, vt iam audistis ad seruum diuinitus remunerandum spectat, vt sit bonus & fidelis.

Bonus seruus quis nam dicatur.

Bonus ergo seruus is est, qui obediens, qui prudẽs, siue studiosus aut feruens, qui deniq; simplex est. Simplicitatem intelligi volo colũbinam, quæ absque dolo conformat se ad voluntatem domini, non asininam ruditatem. Primo igitur bonus seruus obediens sit oportet. Nam si non sit obediens, nec serui quidem nomen meretur.

Serui boni quænam cõstituant

Quomodo enim mandata domini sui, propter quę exequenda seruus dicitur, perficiet sine obedientia? Frustra nimirum de serui nomine gloriatur, qui non seruit, id est, qui non obtemperat. Nõ est seruus Christi, qui nõ facit voluntatem Christi. Est tamen seruus. Sed cuius tandẽ? Peccati scilicet. Nam

Ioan. 8

qui facit peccatum, seruus est peccati. Ergo & diaboli. O malum dominum habet. Nos ergo Christi serui sumus, si voluntati eius morem gerimus. Voluntatem eius omnes nouimus, tot concionibus instructi, tot exhortatiõibus eruditi, tot sanctorum exemplis imbuti, vt cætera taceam, ex quibus eius nobis volũtas innotescit. Breuiter quidem Apostolus: Voluntas, inqt, Dei hęc est sanctificatio vestra. Ideo toties habet lex Mosi: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester.

1. Thessa. 4
Exodi 22
Leuit. 11. 19. & 20.

Augustini vita & mores cuius modi

Obedientiam sancti Augustini (libenter eñ vobis exempla sanctorum proponimus, vt illos velitis imitari) probat eius vigilantia in mandatis Dei. Sibi fuit austerus, alijs misericors, in vigilijs multis, in abstinentijs, in precibus & cõtemplationibus, ac diuinis lectiõibus assiduis, & cęteris carnis castigationibus, quibus corpus suum macerauit, vt illud subigeret spiritui, ne qd in ipso maneret, quod Deo non obediret. Nihil terrenum amauit, sed omnia sua largissime distribuit pro Christi amore. Vnde etiam de illo canit Ecclesia, quod testamentum non fecerit, quia pauper Christi vnde faceret non habuerit. O diues paupertas, quæ tanto in Deo fuit locupletior, quanto minus habuit facultatum temporalium.

B

Serui boni vt cõstituat ea prudẽtia.

Secundo, ad bonum seruum pertinet, vt sit prudens, vt nouerit auertere incommoda, & consulere rebus domini sui: vt etiam studiose gerat, ne quid sui officij prætermittat, nec aliquid pereat de rebus domini sui. Hac in parte quam se strenuum præbuerit sanctissimus Doctor Augustinus si dicere velim, superfluus & importunus videbor. Nam vel sola scripta eius id abunde declarant. O quantum illæ operæ ac studij adhibuit animabus lucrandis: quantum illi aduersus hæreticos animarum peremptores certamen fuit, adeo vt dicerent impune posse occidi Augustinum. Erat enim acerrimus illorum persequutor.

Augustini zel⁹ quantus fuerit aduersus hæreticos & pro animarum salute.

Simplicitas vt cõstituat bonũ seruũ.

Tertio, etiam hoc exigit serui boni officium, vt sit simplex, id est, non tam verba, quam mentem & voluntatem domini sui respiciat & exequatur, sitque simpliciter obediens, non fallax, non subdolus, sed sine discussione, sine murmure. Ita & sanctus Augustinus nullis fraudibus, nullis tentationibus diaboli, nullis vexationibus hominum, præcipue hæreticorum, quos infestissimos pertulit à sectanda Christi voluntate potuit reuocari vel abstrahi. Non secundum exteriorem literæ corticem, sed perfecte domini præcepta exequutus est: nec contentus fuit sola externa exhibitione, id est, verbo & lingua amare, sed opere & veritate, non eos tantum à quibus amabatur, sed etiam quibus erat contemptui, vt sic perfectius morem gereret Christo iubenti, quo pro malis bona reddamus. Et hæc quidem de ijs, quæ ad bonum exiguntur seruum, dixisse satis sit.

Matth. 5
Lucæ 6

C

Fidelitas vera qui probetur.

Dicendum etiam paucis est, vt quis debeat esse fidelis. Plane seruus esse bonus non potest, quantumuis seruet mandata domini sui, nisi sit etiam fidelis. Est autem fidelis, qui in eo quod facit, non seipsum spectat, id est, non commodum, non voluntatem, non pacem, non quietem, non honorem suũ, sed dñi sui. Id nos omnino curare decet, adeo vt nemo ex bona obedientia sua, nemo ex qbuslibet Dei donis, nemo ex virtutibus animo intumescat, aut in seipso acquiescat placens sibi: sed cũcta

Deo ascribat, & in Deum refundat, illi, nō sibi honorem optet impēdi. Porro, si quis propter quædā Dei dona, vel virtutes aut cætera eiusmodi sibiipsi placet, non est fidelis Deo: quandoquidem quæ Dei sunt, sibi tribuit. Quomodo inquis? Quia gloriatur in alienis, nēpe in illis quæ Dei sunt, tanquā in proprijs. At si quis apud me deponat pecuniā breui repetiturus, qua tandem ratione possim in aliena pecunia gloriari, cū certus sim esse alienā, & paulopost repetendā, etiā cū piculo meo, si non bona fide seruauero? Ita nimirum si quis ob Dei dona complacet sibi, aut aliquo se in pcio habet, fallit & est dño infidelis, quæ illius sunt sibi vendicans. Nisi eñ sibi ea vsurparet, nō inde placeret sibi. Quod si etiā ab alijs ppterea cōmendari aut reputari velit, iā deterius fur est, qa qd Dei est, id est, gloriā soli Deo debitā furatur, atque inde laudari cupit. Solent quidem homines eos quos bonos esse iudicant honore afficere ac venerari. Iā si placet eis honor impensus, aut illum ambiunt, desinunt esse boni, qa sunt Deo infideles: siquidem in eo sese quærūt & spectant, quod nō pertinet ad ipsos. Ergo fugiendi sunt honores, & si quid habemus vnde possimus laudari, occultandum est ne pdamus. Sin vero nobis occultantibus, & in occulto esse appetētibus absq; nostra opera propalamur, honor oblatus humiliter contēnendus est, id est, nō trahendus ad cor, sed in Deū referēdus. Ita sancti magnis sępe honoribus honorati imo onerati sunt, qa nō placuit eis, & tñ ob aliorū ædificationē sustinuerūt, & in Deū retulerūt eiusmodi honores.

Fur mystice vti qs fiat. 1. Tim. 1

Bona si q habentur vt sint occultanda.

D

Honorari cur se perpessi fuerint sancti quidam.

Sūt aūt duę causæ, quare sancti se honorari tolerarūt, licet quandoq; maximi eis honores haberentur. Prima est, quod quantum ad ipsos attinebat, se inde non solum non extolli, sed etiam cruciari sentirent: simul etiam intelligerent non suam honorari personam, sed gratiā Dei in ipsis: atq; ita honores exhibitos non vsurpabant sibi, sed corde ad Deum referebant, ipsi interim proprijs in oculis viles permanētes. Non decuisset autem Deum priuari honore suo, nec pios fraudari deuotione sua ac merito, quod sibi pararunt sanctos venerando. Itaq; pure ppter Deū passi sunt sancti etiamnū mortales sibi honorē haberi. Celeberrimū erat nomen D. Augustini, tum ob eximiā vitæ sanctitatem, tum ob incomparabilem eruditionem, & miris vehebatur pconijs, atq; multis est affectus honoribus. Verū inter oīa hęc semper humilimus perstitit. Admisit tamē propter Deū non propter se, vt pij ob suā deuotionē, quā sicut ad Dei hoīes habebant, & qua Christum in ipso venerabant, à Deo remunerarentur. Propter honorem & amorē Dei didicit & honorari, & contemni: vtrobiq; idē perseuerans, nec honoribus elatus, nec fractus cōtumelijs. Vbi autem honor ille, nihil honoris Deo attulisset, non admisisset vtiq;. Si sui contemptus cessisset ad honorem Dei, cōtemni maluisset. O quoties ille fugit loca & hominum aspectus, vbi se metuebat honore affectum iri. Altera causa, cur sancti se sinant honorari, est hæc, qd psertim si alijs præsint, maior illis inde accedat autoritas libentiusq; audiantur, sicq; maiorem faciant fructum sui reuerentia quam contemptu: idq; nihilominus tantum propter Deum. Sed his obiter dictis, ad id vnde nonnihil deflexímus redeamus. Iam ante audistis, fidelem esse seruum, qui seipsum non spectet.

Augustini humilitas quanta fuerit.

Prælati honorem sibi exhibitum q̃ recte debeant.

B

Potest autem secundo fidelis seruus dici, qui nihil negligit quantumlibet paruum, quin aliquod inde studeat lucrū elicere domini sui. Quod certe vel eo ipso pspicue pōt aduerti in sanctis, qd etiā leuia errata, quę alij p nihilo ducūt, haud secus plāgant, q̃ nos grauia pctā. Qua in re quam fidelis fuerit beatissimus pater Augustinus, si cui nosse libet, legat eius Confessionum libros, & quantopere etiam minimas accusarit culpas, inde intelliget: nec id fecit anili superstitione, vt forte insani & deliri quidam calumniari possint, sed nimia animi puritate, & ingenti erga Deum amore ac fidelitate. Verum, vt ex iam dictis etiam aliquid ad nostri maiorem ædificationem trahamus, danda nobis opera est dilectissimi, vt si sacratissimum Dei Pontificem Augustinum ad domini gaudia sequi cupimus, etiam nos per bonitatis & fidelitatis itinera gradiamur. Curandū nobis summope est, sicut et sanctis hęc pcipua semp cura fuit, vt boni simus, atq; in hoc ipso Deo fideles simus, id est, non nostrum cōmodum, nō nostrā laudem aut honorem, sed illius gloriā ac beneplacitum spectemus. Si hoīes sanctissimi & maximis clari virtutibus ac virtutū signis honorem sibi deferri noluerunt, nec vnquam honorem ambire ausi sunt, qua

Augustini puritas cōscientiæ quanta fuerit.

Honores q̃nto sunt studio fugiendi, cōtenendiq;.

qua fronte nos multis obnoxij vitijs, quibus nō honor sed ignominia debetur, honorē aucupari audebimus? Non ergo intantum Deo sumus infideles, vt illi vni debitum honorē nobis vēdicemus: sed quicquid boni gerimus, quicquid vel ad superanda & extirpanda vitia, aut virtutes obtinendas operæ impendimus, totum referamus ad honorem Dei. Simus, inquam, fideles Deo ac domino nostro, vt nullis ex bene factis nostris animo efferamur, tanquam aliquid simus, sed Dei gratiā agnoscamus, Dei benignitatem exosculemur: quia ex illius bonitate in nos ꝓficiscitur,
Boni qui nam fieri possimus. quicqd boni habemus. Boni non erimus, nisi peccata fugiendo, & recte agēdo. Nec tamen id sufficit, nisi in his quoque recto animo feramur in Deum, vt nec ob metum supplicij declinemus à malo (quod est seruorum proprium) nec ob mercedis & lucri priuati desiderium faciamus bonum, (quod ad mercenarios pertinet) sed vtrunque pure agamus ob honorē & amorem Dei: quod est peculiare filijs bonis, quibus longe dulcius est erga parentes fidē & charitatem declarare, quam aut propria vitare commoda, aut lucra captare cū parentum
F iniuria. O beatos illos qui quandoque à domino audire merebuntur: Euge
Matth. 25 serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudiū domini tui. Audierunt hoc sancti omnes, qui nos præcesserunt, quorum nobis exempla tanquam viua quædam virtutum simulachra proposita sunt, vt vbicunque nos deficere senserimus, ab illis tanquam à quibusdam medicinæ officinis accommoda nostræ infirmitati pharmaca & remedia petamus. Trā
Psalm. 65 sierunt illi per aquam & ignem, & quandoque experti sunt eadem, quę nos modo experimur. Sed domino eos confortante, superarunt omīa. Et nos igitur in illorum res gestas oculos intendamus, vt illorum exemplis animati, nusquam succūbamus, aut certe si labi contingat, ilico resurgamus. Pulcherrime hac de re scribit Basylius ille vere Magnus: Quemadmodum, in-
Basylius. quit, pictores quum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidē respectantes, lineamenta eius transferre conantur
Acta sanctorum q nam imitari debeamus. magno studio ad suum opificiū: ita qui se se meditatur omībus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulachra quędā spirantia & actuosa, sanctorum vitas respicere oportet, probaque opera illorum sua imitando facere. Hæc ille. Quod nos dilectissimi ita demum exacte præstabimus, si libenter ac studiose vel ipsi legemus, vel ex alijs discemus facta sanctorum, atq; non minori studio illorum ambiemus suffragia, vt suis precibus nobis concilient gratiam Dei, qua freti, possimus fortiter illorum vestigijs ingredi, & eo tandem peruenire, quo ipsi felicissime pertingere meruerunt gratia & benignitate Seruatoris nostri, cui cum patre & spiritu sancto est omnis honor & gloria in secula seculorum Amen.

IN FESTO DECOLlationis sancti Ioannis Baptistæ, Epistolā cum suo Paraphrasi, quęre in prima parte sermonum de festiuitatibus sanctorum, scilicet, in Festo sanctorum Fabiani & Sebastiani martyrum.

EXEGESIS EVANGElij in eodem Festo, Marci sexto.

XVII.

Crudelissimum facinus hodierna die cōmemorat Ecclesia, q̄ in gratiam vilissimæ meretriculæ neci datus est homo sanctissimus, quo nemo fuit maior inter natos Matth. 11
mulierum, qui ob maximam ad Christum Dei filium propinquitatem, vox verbi appellatur, qui sic vixit in terris, vt vita illius Esaiæ 40
omnibus etiam quantumuis iustis exemplo sit: quem deniq; ipse Dei filius tantis extulit encomijs, vt nullum similiter laudasse probetur. Et tamen hic talis & tātus ob fœdissimum adulteræ amorem, & saltatricis puellæ iniquam petitionem capite truncatus est, vt qui nascendo, prædicando, baptizando Christi præcursorem egerat, ageret etiam moriendo. Videamus ipsam rei gestæ historiam, quam post Matthæum plena fide descripsit Marcus Euangelista in hunc modum: Matth. 14
(Lucæ 1 / Ioan. 1 / Matth. 11 / Lucæ 7)

Misit

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorē fratris tui.

A Herodes iste non est idem, qui infantes occidit nato saluatore, sed huius filius, nihilo patre sceleratior, cuius impia facinora & immanē crudelitatem maluit imitari, quam prophetę & plus quam prophetæ æquissimam & amantissimam obiurgationem recipere. Vicerat eñ eum amor impurus flagitiosæ adulteræ, & dū noluit tartareum estuātis ignē libidinis extinguere, accidit illi q̃d in Psalmo de impijs dicitur: Supercecidit ignis, & non viderūt solem. Non enim potuit lucem veritatis, id est, quid æquum & bonum esset, iusto perpendere iudicio, obrutus igni vel potius fumo cœnosæ voluptatis, atq; ad appręhendendam iustitiam, & profligandam iniquitatem tanto factus est infirmior ac impotentior, quanto se magis passus est inexplicabilibus insanientis spurcęq; delectationis nexibus irretiri. Quo vos exemplo instructi dilectissimi, fugite carnis desideria nefanda, ne dum illa vultis explere, in alia atrociora corruatis facinora, atq; Herodis instar ad id vsq; insaniæ deuoluamini, vt non solum non feratis recte monentes & ad iustitiæ viam reuocare vos volentes, sed etiam persequamini. Videtis hunc miserum Herodem libidine superatum rapuisse vxorem fratris sui, eamq; vxoris, imo adulteræ loco retinuisse. Quod cū vir Dei, sanctissimus Christi baptista Ioannes iustitiæ zelo incitatus reprehenderet, vsque adeo id eum ægre tulisse, vt eum in carcerem coniecerit. Ex repręhēsione, vnde corrigi debuerat, factus est deterior, & ab adulterij scelere ad homicidium præceps ruit, addens crimina criminibus: ita vt fieri plerunque solet, dum non expiantur statim congrua pœnitentia quæ perperam admissa sunt, vt ad peiora fiat progressio. Qd' autem tam iniquam ob causam, nempe vt posset manere liberior in adulterio, & suæ Herodiadi satisfaceret, virum sanctissimū homo impurissimus in carcerem misit, sicut auget plurimū Herodis impietatē, ita beatissimū Ioannē multo reddit splēdidiorem. Simul aut vtilissimū hic nobis datur exemplū faternæ correptionis, quā etiam Christus à nobis exigit, dicens: Si peccauerit in te, id est, te sciente, vt exponit D. Augustinus, frater tuus, corripe illū, &c. Et hæc fraterna correptio est vnū ex septē spiritalibus misericordiæ operibus, maioris que apud Deū meriti, qa potior actus charitatis, q̃ vel vulnus corpori inflictū curare, vel inopi ac egeno p̄bere alimoniā: siqdem hęc ad corpus pertinent, illa ad aīam, quæ lōge præstat corpori. Nec quisquam est ab huius exhibitione correptiōis, quatenus per simplicē fit admitionē, nō etiam per debitā castigationē siue punitionē, exceptus: quanq̃ hodie ꝓh dolor plures sunt ad malum incentores, q̃ male agentiū obiurgatores. Insignis qdam Theologus affirmare nō dubitat totū pene mundū perire potissimum ob duorum violationem præceptoꝝ: quoꝝ alteꝝ est de vitanda luxuria, alteꝝ de corripiendis proximis. At tamen debet in corripiēdo haberi ratio loci & tēporis, curandū ne correptio ipsa vel indiscreta, vel irridicula, vel malitiosa sit, sed discreta, seria ac benigna. Inuenias plerosq; tā in obiurgādo importunos ac incautos, vt dū vnum volunt curare vulnus, decē peiora infligāt. Præcipue aūt ad supiores correptio, atq; etiā correctio subditoꝝ pertinet, quæ si negligatur, om̄is disciplinæ vigor languescit, & vitia magis ac magis increscunt, fiuntq; superiores toties rei homicidij apud Deū, q̃ties per debitę castigationis negligentiam pereunt animæ ipsoꝝ curæ cōmissæ. Sunt vero tria quædā, quæ nos merito debeant ad alioꝝ repræhendenda errata incitare. Primū est, crebra scripturæ sacrę adhortatio. Secundum, multiplex, quæ inde seqtur, vtilitas, maxime si sint homines bonę indolis. Tertium, mala innumera quæ euenire certum est, dum vitia non rep̄henduntur. Porro ipsa obiurgatio, quæ fit per superiores, primo quidem discreta erit, & cum diligēti perscrutatione culpæ quā quis est repræhensurus coniuncta. Secūdo, ordinata, vt pc̄m̄ occultum occulte, publicum manifeste corripiatur. Tertio, ex amore proficiscetur. Quarto, cū cōpassione coniuncta erit. Quinto, adiunctā habebit beneuolentiā. Sexto, mansuetudinē, patientiā & modestiā comites tenebit. Si qs hac de re plura velit nosse, legat scripta doctoꝝ. Certe

Marginal notes: Herodes iste quis fuerit. — Psalm. 57 — Desideria carnis quanto studio fugienda. — Matth. 18. Augustin. — Correptio fraterna quanti sit meriti. — Quorumnam ob p̄ceptorum omissionē totus pene mundus intereat. — Correptio fraterna quomodo fieri debeat, & per quos. B — Quænam incitent hoīes ad correptionem fraternam. — Obiurgatio per superiores quā fieri debeat & qt modis.

Baptiſta domini maluit vitam ſuam mortis diſcrimini obijcere, quam non obiurgare ſæuiſſimi licet tyranni ſacrilegam temeritatem, qua proprij fratris non eſt veritus vxorem apud ſe detinere in ſummã Dei & fratris iniuriam, ac plurimorũ ſcandalum. Itaque dicebat illi fidenter: Non licet tibi neque diuino, neque naturali iure habere vxorem fratris tui vi illi ablatã. Sed hac repræhenſione Herodis pariter ac Herodiadis inſaniam prouocauit. Sequitur enim:

Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libẽter audiebat eum.

C Execrabilis fœmina ſignificans ſe inceſtis delectari nuptijs, ſanctum Ioannẽ e medio per inſidias tollere nitebatur, verita ne illius verbis forte correctus Herodes ipſam repudiaret. Sed non poterat ante tempus à Deo definitũ. Quis enim poſſit cuiquam nocere Deum timenti, & diuini munitione auxilij ꝑtecto? Matthæus ſcribit: Herodem quoq; voluiſſe occidere S. Ioannem, ſed timuiſſe populũ. Iam corde homicidiũ moliebatur, nihil timens Deũ, ſed reipſa perficere nõ audet, timẽs populũ. O vere hypocritam, quem à ſcelere non Dei, ſed hominum timor retraxit. Quod ergo hic dicit Marcus metuiſſe eum Ioannem, &c. fortaſſis ſimulate geſſit, vt ſolẽt qui ſe hominibus venditant, nec Dei omnia cernentis faciem verentur. Vel forſitan iſtiuſ modi erat erga Ioannem antequam ad illicitas nuptias aſpiraſſet. Quid enim ille ob hominem vnũ intermitteret, aut quid hominem quamlibet ſanctum formidaret, qui tam ſcelerato ſeſe adulterio obſtrinxerat, niſi quod eo ſolo nomine metuit Ioannem, quod timeret populum optime de Ioanne ſentientem, ſi quid illi nocuiſſet? Verum vtrunque ſe res habeat, ſiue ex animo, ſiue ſimulate Ioannem timuerit, tamen vicit amor adulteræ. Vnde:

Hierony.

Matth. 14

Herodes iſte quàt° fuerit hypocrita.

Quum dies opportunus accidiſſet Herodi natalis ſui, cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

Dies opportunus idcirco forſitan dicitur, quod tum commodiſſime ſibi viſus eſt prophetę necem animo diu conceptam & concupitam perficere poſſe. Ideoq; vocat principes, & tribunos, & primos Galilęæ, ijsq; audientibus iurat puellæ filiæ Herodiadis, ſciens eam petituram prophetæ internecionem, volensq; teſtes habere principes Galilęæ ſe non odij cauſa, ſed ob iuſiurãdum prophetam occidiſſe, ſicq; per illos facile populo excuſatum purgatumq; ſeſe redderet. Celebrat ergo natalem ſuũ, vt luxurioſum prophanumq; conuiuium etiã ſanctiſſimi viri crudeli homicidio redderet ſceleratius, nec tamẽ apud homines incurreret ſuſpicionem aut notam criminis, ſed ex religione feciſſe videretur quicquid egiſſet. Sed nunquid homo verſipellis Deum fefellit? O quam miſera & infelix illa conſolatio eſt, hominibus ſeſe purgatum efficere, & conſcientia criminis intus vri & excruciari?

Principes & primos Galilęæ cur Herodes inuitat ad cõuiuiũ

Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Saltat filia matris viperę, non temere ſane, nec vulgari pretio, ſed ꝑ capite viri ſanctiſſimi, vt nefaria ſaltandi petulantia impium reportaret & crudele præmium, & quod neque Herodis ſæua tyrannis, nec Herodiadis multijuges inſidiæ obtinere poterant, puella impuriſſima laſciua ſaltatione impetraret. O quis vnquam verbis vllis cõſequi poſſit, quot mala proficiſcantur ex hac peſſima choreas ducendi conſuetudine, quæ tamen apud Chriſtianos ita penitus inueterauit ac inoleuit, vt quaſi pro lege habeatur. Nec ſatis eſt miſeris ac deploratis hominibus ſimpliciter choreas duxiſſe, ſed omnigena adhibent libidinis irritamenta, quibus ſauciantur animi miſerorum, & mortiferis conficiuntur vulneribus. Tot libidinoſi contactus, tot pernicioſa oſcula, tot tantaque etiam mortifera

Choreę q̃ ſint hoc tẽpore communes & impurę ac obſcœnę.

tifera iunguntur choreis discrimina, quanon satis superque ex sese procliues sint homines ad peccandum, nisi etiam de industria prouocentur. Hac de re terribilia multa scribunt viri sancti, ad quæ nos lectorem remittimus. D Vtinam Christus Iesus id nostris in cordibus efficiat, vt postpositis huiusmodi diaboli pompis & ludibrijs, quæ Christianæ grauitati conueniant potius sectemur. Christus manibus & pedibus cruci suffixus est, & nos delectat choreas ducere? Si Christi mẽbra sumus, caput nostrum imitemur. Cogitemus nos hic exules agere, nec ob aliud aliquid hic esse, nisi vt lachrymis & pœnitentia continua Deum peccatis nostris offensum nobis conciliemus. Pudeat nos similes esse filiæ Herodiadis, quæ saltando hominis excellentissimi mortem obtinuit. Tantũ infelix illa efficere potuit saltandi turpitudine, vt rex illi promitteret se daturum ei quicquid postulasset, idque etiam adhibito iureiurando. Non tamen id casu rex ille impius fecit, sed iam ante cum sua adultera ita rem composuerat, vt filia saltaret, & à rege prouocata peteret caput Baptistæ. Nec soli regi placuit, sed & alijs simul recumbentibus. Siquidẽ habitu ornata meretricio, vt & nunc fœminæ viriq; solent, & saltando petulanter sese gerens, facile omnes in sui admirationem & amorem rapuit, quare effectum est, vt ipsi hospites siue couiuç necis prophetæ rei essent, quãdo regi eam imperanti etsi fortassis non animis, tamen silendo & non repræhendendo consentiunt. O caueant tandẽ Christiani animarum suarum discrimina, vitent luxuriosa conuiuia, vitent chorearum periculosam petulantiam, & cum Christo semper in cœlis, temporaria despiciant oblectamẽta. Videamus nunc quid filia Herodiadis pro saltationis præmio petierit.

Aduersus chorizãdi libidinem remediũ stabile.

Iurasse Herodem ex industria.

Conuiuia luxuriosa quãto studio cauenda.

Quæ quum exisset, dixit matri suæ. Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.

Quare exit consultura matrem, nisi quia iam ante sic inter se cõuenerant, vt & rex promitteret, & filia à matre prophetæ mortem sitiente consilium quæreret, atque ita vir sanctissimus neci quidem daretur, non tamen videretur alia, quam religionis causa, vt ante dixi, occisus. Alioqui poterat filia, non consulta genitrice, petere quippiam à rege: sed cõsulit ante matrem, tanquam ab illa præmonita, & matris impiæ voluntate perspecta, festinabunda tam quam & ipsa iam repræhensionum sancti viri pertæsa, & eius interitum auide cupiens redit ad regem, protinusque sibi caput sancti Ioannis in disco afferri iubet. O dignum saltationis præmium. Vel nunc tandem discant Christiani odire saltandi libidinem, quæ tulit e medio virum, quo teste Christo, in natis mulierum nemo maior fuit.

Matth 11 Lucæ 7

Et contristatus est rex.

Contristatus est simulate, non ex animo. Si enim matris aut patris necem postulasset filia Herodiadis, vtique non assensisset.

Propter iusiurandum, & propter simul discũbentes noluit eam contristare.

Opportune hoc loco de iurandi temeritate nonnihil dicendum venit. E Iurauit Herodes, sed temere, & tamen iurisiurandi religione velut obstrictum se simulans coram hominibus, crudele facinus perpetrat. Et nunc vsqueadeo frequẽs est iurandi vsus apud homines, vt pene nihil absque iuramentis proferatur. Si quis eos repræhendat, dicunt licitum id esse, eo quod verum dicant. Et tamen etiam in rebus falsis sæpe iuramentum adhibẽt. Quod si etiam verum dicant, non tamen propterea fas est absque iusta causa iuramento dicta firmare. Christus ipse dicit: Sit sermo vester est, est, non, non: quod his amplius est, à malo est: Attendant hæc q̊s iurare delectat. O terque quaterque execrandam hominum improbitatem, qui tam sunt ad impie iurandum procliues, vt ad singula prope verba Christi mortem & vulnera non sine graui blasphemia commemorent, tantoque sibi magis placeant, quanto per hæc alijs eiusdem impietatis studiosis sese magis conformarint. Et quis nesciat hac iurandi assiduitate & licẽtia eo deuolui homines, vt sæpissime etiam ad

Iurandi cõsuetudo q̃ hodie impia inoleuerit.

Iurare verum quando non liceat. Matth. 5 Iacob. 5

Iurare per Chri mortem & vulnera quanta sit blasphemia & impietas.

am ad mendacia confirmanda iuramentis vtantur? Qui si sibi vim quandam adferrent, discerentque simplici vel affirmatione vel negatione esse contenti, procul semper abessent à falsa iuratione. Non enim propterea maiorem suis dictis fidem conciliant, quod facile iurant: imo hoc ipso omnem sibi fidem detrahunt, maxime si vel semel sint falsum iurasse deprehensi. Nihil quidem esset optandum magis, quã frequẽtissimam Christi & passionis ac vulnerũ eius mentionem haberi apud Christianos: sed ea nõ nisi iurando & blasphemando cõmemorare, vt iam faciunt passim miseri & oĩ lachrymarũ fonte plangendi homunciones, id vero tam immane ac execrãdũ est scelus, vt extremo iure sit supplicio vindicãdum. Et tñ qui hodie iurare impie non audet, ludibrio apud amentes habetur. Sed nihil cõsultius, quantũuis id ægre capiant membra & mancipia diaboli, quã omnem omnino vitare iurandi speciẽ, nisi quando id fortassis iustitia aut recta ratio exigit, esseq; contentum simplici vel affirmatione vel negatione. Ita consulit etiam magnus ille Basylius, scribens in hæc verba: Non facta est res? negatio sequatur: facta est? consensu firmetur. Citra vllum verborum implicationem ad aliud respiciens ipsam per se veritatem studeto exprimere, simplici ac nuda vsus assensione. Qui vero sic affirmanti minime crediderit, ipse viderit: damnũ sentiet incredulitatis. Turpe enim & om̃ino stultũ, sese vt fide indignũ accusare, & ad iuramenti securitatem confugere. Multa sunt apud sanctos patres aduersus iurandi pernitiosam & improbã consuetudinem, quæ hic cõmemorare lõgum foret. Breuiter, qui suæ saluti consultum cupiet, abstineat à iuramentis, ne reus sit violati præcepti illius: Non assumes nomen Dei tui inuanum. In quod vtiq; peccatur, nõ solum falso, sed etiam friuole iurando. Extant apud D. Chrysostomum perplures Homilię, vbi satis terribiliter cõpescit homines à iurandi vitio. Sed durum est, inquis, vincere malam cõsuetudinem. Imo vero durum est & longe durissimum vri mala conscientia, & deinde æternis vexari supplicijs. Verum his de iuramento vitando dictis, ad Euangelium redeamus.

[Margin: Aduersus impiã iurandi assuetudinẽ remedium. — Basylius. — Iurationẽ diuino p̃cepto prohibitam. — Exodi 20 Leuit. 19 Deuter. 5 Chrysost.]

F Execrabilis Herodes, vt sub occasione pietatis impius fieret, propter iusiurandum, & propter simul recumbẽtes, noluit puellam contristare. O hominem nefarium, qui ne puellam contristet, imo vt suæ & matris & puellæ libidini satisfaciat, crudelissimum perpetrare homicidium non veretur. Quanto satius fuisset audire recta monentem virum Dei, & potius sacrilegam Herodiadem, impuramque filiam illius contristare, quam illis consentiendo, seipsum perdere, & Deum offendere? Multos hodieq; habet Herodes imitatores sui, qui malint Deo displicere quam hominibus. Sed veniet illa dies, quando se optabunt om̃ibus displicuisse hominibus vt vel soli Deo placerent.

[Margin: Imitatores q̃s hodie plures habeat iste impius Herodes.]

Sed misso confestim spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

O impietas, o crudelitas, o audax facinus, o immane sacrilegium, iustus decollatur, fit caput eius lubricæ saltationis precium, in disco affertur, conuiuis apponitur, grande quidem ferculum, sed visu horrendum. Pulcherrime hac de re scribit Chrysostomus in hunc modum: Hodie nobis Ioannis virtus, Herodis feritas quum refertur, concussa sunt viscera, corde tremuerunt, caligauit visus, hebuit intellectus, aufugit auditus. Aut quid constat in sensibus humanis, quãdo perdit virtutum magnitudinem, criminum magnitudo? Ioannes schola virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioannes maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij santio, apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, præcursor iudicis, Christi metator, domini testis, totius medius Trinitatis. Et hic tantus datur incestui, traditur adulterę, addicitur saltatrici. Hæc Chrysostomus. Ita nimirum euenit amicis Dei, vt persequutiones patiantur ab impijs, quo tanto sint Deo chariores

[Margin: Chrysost. — Ioannis Baptistæ encomiũ excellens.]

G

riores atq; coniunctiores in cœlis, quãto illi perferendis malis fuerint similiores in terris. Sed qd sibi vult, q̃d confestim misit spiculatorẽ Herodes, nisi q̃d hoc ipso rursus subindicat lætari se reperta tandẽ occasione, qua posset virum sanctum extinguere? Nec moras nectit: simulata paululũ tristitia, mox carnificem mittit, vt secto capite, habeat in sua potestate linguã illam vere igneam, cuius feruentissimis rep̃hensionibus tanq̃ flammis quibusdam vstum se nouerat. O quãto rectius perspexissent sibi, tum ipse, tum adultera illa & filia nefaria, si ad viri sanctissimi amicas & iustas admonitiones sese collegissent, suam perspexissent turpitudinẽ, Dei horrenda iudicia timuissent, timẽdo auertissent, & cuius sententiam se norant effugere non posse, maluissent sibi cõciliare misericordiam, & mitissimum potius experiri ac indulgentissimũ patrem, quam exactissimum & seuerissimum iudicẽ. Sed delectabat eos iniquitas, cuius amore factum est, vt odio illis esset veritas, innocentia, iustitia, integritas. Et quia noluerunt ex se profligare tãtum iniquum amorem fœdamq; delectationẽ, vsq; adeo in eis excreuit earum quas diximus virtutum odium, vt propter eas in beatissimi patriarchæ Ioannis necem conspirarint: quã etsi summa cum voluptate tandem compleuerint, tamen nihil illi sancto nocuere viro: at sibiipsis tanta cõpararunt eaque nunq̃ finienda supplicia, vt ea mens humana capere nõ possit. Datum est aũt caput sanctissimum primum puellæ, vt haberet quod petierat saltationis precium: illa porro dedit illud matri, vt & ipsa optato insidiarum suarum fine se potitam lætaretur. Denique à discipulis corpus sepulturæ datum est, in extremo die summa cum gloria resurrecturum, & Herodi ac Herodiadi filiæq; saltatrici acriter insultaturũ. Stabunt enim iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. Sapien. 5

SERMO IN EADEM Festiuitate. Vt semper Ecclesia persecutionibus creuerit, & de amore priuato, ac de signis quibusdam amoris feruentis, tam carnalis, quam diuini.

NISI granum frumenti cadẽs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Ioannis duodecimo. Sicut ex morte Christi fratres charissimi, innumera extitit turba credentium, ita eiusdem domini Iesu virtute & beneficio factum est, vt mors preciosa martyrum & sanctorum eius in magnos creuerit cumulos fidelium. Non enim extingui potuit religio Christiana vnquam persequutione tyrannorum, & iniusta nece innocentium, sed magnis semper est aucta incrementis. Exemplum habemus in beatissimo domini Baptista Ioanne, cuius sacro martyrio hic dies cõsecratus est, quem Herodes rex impius pro pietate peremptum optauit penitus ex hominũ memoria delere. Sed non solũ ille non periit, sed multa hominum milia illius accensa exemplo pro iustitia & veritate mortem libenter exceperunt. Ita nimirum quanto illum tyrãnus conatus est maiori afficere ignominia, tanto eum reddidit illustriorem. Quis hodie non veneratur domini Baptistam Ioannem, qui tamen probe sit Christianus? Vbique apud Catholicos celebris eius memoria agitur, & beatum eum prædicant omnes generationes, virtutumque eius bonus odor totam implet Ecclesiam. Non sibi soli vixit, nec sibi soli mortuus est. Quam multos putamus peccatis onustos, traxit ad agendam pœnitentiam eius rigida & aspera vita? quam multos ad tolerãda aduersa animauit illius mors immerita? Et nos hodie vñ deuotionis huius erga Deum & gratiarum actionis occasionem sumimus, nisi quia sanctum Ioannem pro iustitia, id est, pro Christi amore occisum recolimus? Non amauit ille animam suam, id est, portionem sensitiuam, quæ voluptatibus dedita est, & aspera fugit, sed plane odiuit, nolens illius carnalibus acquiescere appetitionibus. Atq; ita odiendo, imo vere & religiose amando, in vitam æternam custodiuit eam. Nec se solum seruauit, sed suo exemplo plurimos ad tuendam iustitiam inflammauit. Amant multi seipsos amore illo, qui hominem facit ciuem Babylonicæ ciuitatis, sed eo ipso crudelissime sese odiunt. Signum autem amoris huius est, cum quis ea quæ ad Deum vel proximum pertinẽt,

H

Matth. 14
Marci. 6

Martyriũ D. Ioannis fruct⁹ quã tus sit secu tus.

Ioan. 12

Augustin.

Amor pdi tus qs q̃ ipsius sine fructus.

negligit. Dici nō poteſt, quanta hic amor producat mala. Itaque propriè non eſt dicendus amor, ſed odium ſui, quia vehementiſſime nocet homini, excæcans animi obtutus, mortem æternam ipſi concilians, & ſæpe etiam auferens ea quæ temporaliter amat. Si enim ſectetur voluptates, deſtruit corpus ſuum, amittit ſanitatem, abrumpit vitam, dilapidat facultates ſuas, perdet famam, & ſeipſum dæmonibus cruciandum tradit. Non ſic ſe amauit domini venerandus Baptiſta, ſed ſeipſo contempto, amauit dominum Deum ſuum, illius malens voluntati inhærere, quam ſeipſum perdite diligere. Ergo ſanctè & religioſe ſe amauit, amore diuino, caſto, immobili, feruenti, ignito, de quo iam nonnihil dicturi ſumus, vt qui illo præditus eſt, ſtudeat magis ac magis illum in ſe augere: qui vero illius expers eſt, cupiat illo fortiter inflammari.

I Dicemus autem de quinque ſignis illius, ex quibus poſſit quis colligere vtrum eum adeptus ſit, vel illo careat: ſimul etiam de amore carnali & inſano agemus. Primum ergo amoris vehementis ſignum eſt, quod facit hominem ſui obliuiſci, ſeſeque minime curare. Cuius ratio eſt, quia omnis illius cogitatio, totumque deſiderium verſatur circa illum quem diligit. Quapropter dici ſolet animam amantem illic potius eſſe vbi amet, quam vbi animet. De eiuſmodi hominibus vſitato ſermone dicimus: Ille non eſt ſecum: vel, extra ſeſe. Patet hoc euidenter in inſanis mundi amatoribus, qui forte alicuius mulierculæ amore capti ſint, vt ſeſe ab hominum conſortio, à negocijs, ab occupationibus & rebus gerendis abſtrahant, nihilque illis curæ ſit, niſi hoc tantum, vt poſſint adeſſe illi, quam tam perdite amant. Denique vbi hic amor increuerit, vt quadam ſui obliuione capiantur, nec alicuius penſi habeant quidnam patiantur, quid de ipſis dicatur, ſi ſint alijs contemptui, ſi dignitatis, exiſtimationis, famæ, honeſtatis iacturam faciant; quandoquidem corde toto apud amicam ſuam detinentur: qua vt frui poſſint, admittunt ſæpius multa indigna, ſtulta, ridicula, puerilia, imo vero etiam præ mentis cæcitate grauia & immania peccata. Nota eſt illa Sardanapoli impuriſſimi regis hiſtoria, quem amoris inſania eo vſque adduxit, vt non erubuerit, teſte Iuſtino, inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire. Sed & ipſum Salomonem regem alioqui ſapientiſſimum, præ nimio mulierum amore nouimus vſque ad idola adorandа deuolutum. Ita ergo etiam Dei amor, vbi perfectus eſt, facit hominem obliuiſci ſui: quia rapit eum extra ſe, facitque totum in Deo animo abſorberi. Eiuſmodi homo nō multum de ſe cogitat, negligitq́ quid de ipſo cogitent alij: non eſt ſollicitus erga res externas, ſiue, eas quæ nihil ad ipſm pertinent: ſiquidem corde collecto eſt, & introrſus verſo, atque erga Deum occupato. Et quia in ſpiritu ambulat, neſcit carnis prudentiam. Fit inde nimirum, vt id genus homines interni & in Dei amore abſorpti, vbi externa quædam tractanda ſunt & temporalia, ſiue aliqua dicēda, aut cōuerſandum cum hominibus ſeculi prudentibus, plerunque velut pueri ſint & inepti, atque moribus, quibus alij magnam adhibent operam excolendis, incompoſiti & inciuiles quodammodo ac immodeſti appareant, aut quoſdam præ ſe ferant geſtus inſolitos ac inſuetos. Quod tamen totum non accidit ex vitio, ſed illa animi abſtractione, qua à mundanis & externis ſeſe abiungunt, atque ad Deum recipiunt. Ex qua etiam non tam curant, vt manus componant, quam vt cordi inuigilent, vt id ſemper purum ſeruent, & ſurſum erectum ad Deum. Quanquam idem etiam nonnunquam illis vſuuenit ex animi candore, bonitate, ſimplicitate ac innocentia, qua ipſi alias non obſeruant curioſe, nec de vllo male cogitant, non aduerſum alios commouentur: atque ita etiam alios omnes putant eſſe ſui ſimiles candidos ac beneuolos. Vt plurimum enim ita euenit, vt qualem ſe quiſque ſentit, tales putet eſſe & cæteros. Vnde ſicut qui improbus eſt & fraudulentus, aut eiuſmodi vitijs & paſſionibus impugnatur vel ſubiacet, ille plerunque eſt meticuloſus, & ſuſpicioſus erga alios, quod & ipſi tales ſint: ſic ediuerſo qui ſimplex, innocens & fraudis expers eſt, de omnibus bene ſentit, & omnibus bene confidit.

K Quando igitur illi, de quibus nobis ſermo eſt, extra ſeipſos in Deū amore abſtrahuntur, fiunt ſui ac morum ſuorum

Marginalia: Amor vehemēs qs quibq ipſi⁹ opera. — Auguſtin. — Amor carnalis quis. — Paradigma amoris inſani. — 3. Reg. 11 — Amor vero pprie quid ſit. — Amor veri quales ſui poſſeſſores efficiat. — Simplicitati ꝗ pprie quidnam ſit.

rum naturalium, quibus tamen non sit adiunctum peccatum, immemores ac incuriosi siquidem non obseruant seipsos, & faciunt interdum mira quædam amore eos impellente, quem reprimere aut cælare nequeunt, sed per signa quædam foras prorumpit. quibus alij diuini amoris imperiti vel expertes immerito offenduntur vel scandalizantur ac temere eos iudicant & contemnunt, stultos eos aut deliros, vel insanos & phantasticos aut hypocritas appellantes: sicque fit vt istiusmodi corrupti homines licet se valde bonos & bene moratos putent, admodum Deo inuisi & execrabiles reddantur, eo quod nec ipsi Dei amore præditi sint, & alios eo præditos despiciant ac persequantur, atque ex consequenti etiam proximi charitatem non habeant, quem contemnunt. Qua re certe grauiter peccant. Si enim nec malos licet despicere, tametsi vitia eorum odisse debemus, quanto minus boni spernendi sunt? Illi vero grauissime Deum offendunt, qui non ex errore, sed malitia & inuidentia alios persequuntur, eisque detrahunt, quos tamen bonos esse & vitam inculpatam ducere non sunt nescij, ac nihilominus stimulante inuidia illis derogant & obloquuntur, eo quod ipsi tales non sint, aut illis sint impares, vel in honorati. Sed de his satis dictum sit. Alterum amoris igniti signum est, quod non potest satiari, qui illo ardet, loquendo & audiendo de eo quem diligit: quia ex abundantia cordis os loquitur. Qui ergo libenter de Deo miscent colloquia, quosque iuuat audire de illo, hoc ipso significant se amare Deum. Contra qui cum tædio & impatientia percipiunt, si quid de Deo dicatur: alacres autem & attenti sunt ad percipienda vana, scurrilia, pernitiosa, hi nimirum satis declarant se aut parum aut nihil amare DEVM. Quo tamen morbo prohdolor pene omnes laboramus. Futilia vltro citroque fundere & haurire verba, colloqui de superuacaneis mundi rumoribus, de aliorum vitijs sermonem protrahere, & id genus alia ac etiam peiora linguæ errata admittere iucundum nobis est, adeo vt præ eiusmodi confabulationibus sæpe etiam cibum, potum, somnum atque etiam propriam salutem & res serias negligamus, neque interim alicuius pensi habeamus, quod tamen nos magnopere curare oporteret, multis sæpe & grauibus tum nostras, tum alienas nos animas vulneribus conficere, neq; grauissimam temporis preciosissimi, quo nobis magna possemus bona lucrari, iacturam animaduertamus, aut si animaduertimus, tamē perinde nos id moueat, ac si nihil inde ad nos incommodi redeat. Quod reuera signum est euidens diuini amoris, vix tamen nostris in pectoribus hęrere scintillam. Vbi est thasaurus tuus o Christiane, ibi est & cor tuum: & vbi cor tuum, ibi est & os tuum: Hoc est, quod tibi magis cordi est, quodque impensius diligis, de eo studiosius cogitas, & crebrius verba facis. Vnde est apud Diuum Ioannem Chrysostomum: Hic amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere non possint, sed prodant eum ac aperiant necessarijs amicis, Nanque eius flammas intra pectus suum cohibere nequeunt. Itaque frequenter eum proferunt, vt ipsa narrandi assiduitate quoddam immensi amoris sui solatium capiant ac refrigerium. Hunc amorem igneum accepere Apostoli in Pentecoste in liguis igneis, cuius ardore incitati totum peragrarunt orbem, & linguis igneis, id est, amore ardentibus prædicarunt Euangelium Christi. Hic idem amor fecit sanctos martyres etiam in tormentis confiteri Christum, & ab inuocatione ac prædicatione nominis eius ad mortem vsque minime cessare: sicut de quibusdam memoriæ proditum est præcisis linguis nihilominus eos domini virtute, cuius amore flagrabant, Christum prædicasse. Denique eodem amore inflammati Ecclesiæ præclari Doctores Paulus, Augustinus, Hieronymus atque per plures alij, scriptis suis Christum prædicarunt, & ad bene beateque transigendam vitam nos copiosissime instruxerunt. Non poterat sonus linguæ eorum vbique terrarum audiri. Eam ob rem libris præstiterunt, quod voce non potuissent. Et iam mundus totus scriptis eorum plenus est, & plus quam mille annis eruditus. Et licet suo quo etiā oris officiū nō neglexerint, lō-

[Margin notes: Amicos Dei quam persequantur ac offendant — Amor insatiabilis quis sit. Matth. 12. Lucæ 6 — Amoris Dei signū infallibile quodnā sit — Amoris se culi signa quænam sint — Matt. 6 — Chrysost. Mos amātiū quis — Act. 2 — Amoris Dei fructus qui sint — Libris scribendis quid nam sanctos Dei impulerit]

ge tamen vberiorem fecere fructum scribendo quam dicendo: quandoquidem latius patent ac propagata sunt eorum scripta, quam voces. Tertium amoris signum est, quod amor in amantis pectore flagrantissimum excitat desiderium, vt possit adesse delecto. Quod si non liceat illi perpetim adesse & cum illo permanere saltem vt possit illi colloqui, aut certe vel aspicere. Quod si nec id detur, cogit eum per loca discurrere, atque eorum siue locorum, siue hominum præsentia & consuetudine delectari, quibus nouit dilectum esse vsum familiariter. At vero si nihil horum concedatur, si quod habet dilecti munusculum aut monumentum, sæpius id contemplatur, atque illius aspectu interim fouet & recreat amorem suum. Potest id probari etiam exemplis quotidianis amicorum eiusdem sexus, inter quos sotialis & vehemens feruet charitas. Euidentius autem colligi licet ex amore carnali inter duos disparis sexus sese mutuo amantes, qui pro sui amoris temperanda insania, si non liceat aspectu aut colloquio mutuo perfrui, munuscula vicissim data & accepta contemplantur, osculantur, & interim quam amore puerili ac stolido etiam lachrymas fundunt. Porro euidentissime id constat, non tamen nisi perfectis, ex amore diuino, quo qui multum feruent, mirum est quantopere cupiant dissolui, & esse cum Christo, illum facie ad faciem videre, illo perfrui, cum illo manere semper. Quod cum non possint nisi moriantur, etiam mors ipsa illis optatissima est, sicut scriptum est: Sancti mortem habent in desiderio & vitam in patientia. Exemplum huius habemus in Apostolo Paulo, cuius si vultus nosse desiderium, verba audiatis. Ait enim de seipso. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Habemus itidem exemplum in Dauid rege sanctissimo, cuius ista sunt verba: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Si cui placet, legat totũ illum Psalmum & videbit feruentissimo amore velut ebriam animam. Quid vero dicemus de baptista Ioanne? qui vt fuit omnium sanctissimus, ita haud dubie totus mirum in modum aspirauit ad conspiciendum præsentem Dei vultum. Inde est quod etiam martyres, quidam vsque adeo mori fuere parati pro Deo & iustitia vt ipsi etiam vltro se prodiderint. Deniq; sancti omnes eiusmodi feruent Dei desiderio idque dum compleatur, interim sese consolantur alloquendo eum precibus continuis, audiendo eum loquẽtem sibi in scripturis, comemorando dona & beneficia illius, ac potissimum sæpius accedendo ad sacrã communionem in qua summum & excellentissimum nobis præstatur monumentum amoris diuini, vbi habent eum quem diligunt reuera pręsentem, licet non eo modo omnes sentiant ac fruantur, sicuti est. Atque hinc potest colligi, eum in quo mũdi appetitiones extinctæ sunt, & cœlestia feruent desideria, cui mors in votis est, eo nomine vt possit esse cum Christo, quique nulla ex re maiorem capit consolationem, quam ex venerabili sacramento, certo posse confidere vero se Dei amorem pręditum esse. Quibus tamen quisquis se carere sentit, explorare debet causas, quamob rem careat, ijsque cognitis, corrigere sese, & Dei gratiam implorare. Quartum signum amoris huius est, quod amans cupit modis omnibus eum quem amat honorare, extollere, prædicatione & laudibus efferre, alijs amabilem efficere ac commendare: eius iniuria & contemptu dolet acerrime, atque eius honore summe lætatur. Hoc signum indiscriminatim est in illis qui honeste & qui turpiter amant. Siquidem neutri æquanimiter ferre possunt, vt aliquid dicatur mali de eo quem diligunt, tantum abest, vt aliquid illi mali fiat. Atqui longe præclarius in illis id cernere licet, qui perfecte amant, quorum est hoc summum desiderium, eoque nocte ac die conantur, vt Deus cognoscatur, laudetur, ametur, honoretur ab omnibus, eius voluntas fiat, eius præcepta seruentur. Nec hoc labore fatigantur: & si videant ab alijs itidem Deum amari & honorari, maxime exhilarantur: si vero contemni cum animaduertant, dolent acerrime. Posset id multis sanctorum exemplis confirmari, quos admodum cruciauit contemptis Dei, & pręcipue exhilarauit cultus & honor Dei, quẽ vnice charũ habebant. O quã longe absunt à syncero Dei amore, qui consilio vel auxilio suo

Marginalia: M — Amor vnitiuus qs — Phil. 1 — 1. Cor. 13 — Gregori. — Phil. 1 — Rom. 7 — Psalm. 41 — Amorem Dei verũ augeri p sacram cõmunione — N — Amor vt amatũ honore afficit cupiat — Amor cõmunicatiuus quis dicatur

lio ſuo perdunt animas quas Chriſtus redemit ſanguine ſuo, illiciendo eas ad pctã quibus offenditur Deus: aut qui deliberata ratione ſiue proprijs, ſiue alienis delectantur peccatis, q iactitãt ſeſe de malis ſuis. Sed eos miſſos faciamus. Quintũ ſignũ eſt, quod is qui perfecte amat, cupit & ſeſe & omnia ſua impertiri illi, quem diligit: eſt illi vna cum eo voluntas: non eum vult contriſtare, vel offendere: facitq; & patitur qcquid poteſt, ne illum offendat. Id vero maxime proprium eſt amori diuino, quo qſquis feruet, donat ſeſe & oĩa ſua Deo ac diuino honori & voluntati, adeo vt mori malit, quod eſt etiam ad ſalutem neceſſarium, quam peccatum aliquod mortiferum, quo grauiſſime Deus offenditur, perpetrare. Quanquam perfectus amor non ſolum mortiferum vitat peccatum ſed omne etiam Dei beneplacitum ſtudet exequi. Ita nimirum baptiſta domini Ioannes libentiſſime vitam contempſit tẽporalem ob amorem Chriſti, malens tyrãni iuſſa contemnere, quam Dei. Cuius exemplo nos chariſſimi inſtruimur, nihil nobis Dei voluntate antiquius eſſe debere. Hominibus placuiſſe parum prodeſt: ſæpe vero & nocet plurimum. Deum autem offendiſſe non poteſt non obeſſe grauiter. Itaque cum omnibus Dei amicis moriamur vitijs & perturbationibus noſtris, atque priuato & vitioſo calcato amore, ſtudeamus in nobis augere Chriſti feruentem amorem, qui quanto in nobis fuerit feruentior, tanto erimus in cœlis beatiores & Chriſto coniunctiores, eodẽ ipſo præſtante, cui eſt cum patre & ſpiritu ſancto omnis honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen,

IN FESTIVITATE

natiuitatis glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ, Epiſtolam & Euangelium cum Paraphraſi & Exegeſi quære in feſto conceptionis eiuſdem videlicet, in prima parte de feſtiuitatibus ſanctorum.

SERMO I. IN EADEM

Solennitate. Quo iure Beata virgo Maria domus Dei dicatur & ſit.

SApientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptẽ. Prouerbiorum IX. Cum omniũ ſit artifex ſapientia, fratres mei, omnem habens virtutẽ, p quam omnia etiam conſtent, vnum tamen operum eius cæteris eſt præſtantius, Vnum erexit ædificium, quo non modo ſe, id eſt, ſapientiam, verum etiam virtutem ac benignitatem ſuam nobis, & id quidem excellentiſſime monſtrauit. Siquidem ædificauit ſibi domum non vt cunque pulchram non mediocriter nobilem, ſed nobilitate excellenter inſignem, excellentia mirabile, dignitate ſingularem. Multas ſane conſtruxerat ante domos, nec vlli creaturarũ non prouiderat habitaculũ, angelis dans cœlũ (& hæc eſt domus gloriæ) dæmonibus & hominibus condemnatis infernum (& hęc eſt domus iuſtititiæ) beſtijs vero pro patria aſſignauit mundum, quarum tamen, cuiuis proprium ſegregans habitandi locum, piſcibus dedit æquor, volucribus aera, cæteris fere omnibus terram. Et hanc beſtiarum patriam homini lapſo interim dedit pro pœnitentia agenda in carcerem, qui in exilio modo verſatur, aliquando transferendus ad alteram domum, videlicet aut angelorum, aut dæmonum, vtram meruerit, cunctis igitur ad hoſpitia locatis, hoc vnum ſuperfuit, vt ſibi quoq;, quemadmodum cæteris, pararet domum, quæ cunctis præfulgeret ædificijs, quanto ipſe, qui debet inhabitare, omnibus eſſet præſtantior. Hæc autem domus, quam ſibi ab æterno ſapientia increata Dei filius puidit, & ſub inde amicis ſuis ſanctis prophetis extruendam pdixit, nuncq; tandem omni ſplendore, omni decore conſummatam, contuendã cũctis exhibuit, puriſſima eſt virgo Maria: quæ nõ ob hoc ſolũ digna eſt dici domus Dei, qa eius mentẽ lux diuina inhabitare nunq̃ deſijt, iterum dico, non propterea ſolum eſt domus Dei, q̊d cum cæteræ animæ omnes in habitacula Dei creatæ vacil-

XVIII

Sapien. 7

A

Dom' diuctiæ à Deo conſtructæ

Quo iure B. Maria dom' dei dicat & ſit

terræ animæ oēs in habitacula Dei creatæ vacillauerint, peccandoq; inqnatæ sint, ipsa sola singularissime electa, & præseruata quietissimum, mundissimum ac imperturbabile, atq; id iuge Deo præbuerit cordis hospitium (quippe quæ firmissime extructa septem spiritus sancti donis, nō aliter quam septem colūnis fundata, nec labi poterat nec inqnari) Verū etiam & ob hoc maxime, quia in corpore eius, hoc est, in vtero thalami virginalis corporaliter nouē mensibus Deus ipse moratus, de carne eius tegimen sibi carneū, quo diuinitatis velaret naturam, supertexit. Hinc nō iniuria venit tam præclaræ virgini, vt arca Dei, domus Dei, tabernaculum Dei, templū Dei, thalamus Dei, sacrarium, aula atq; ciuitas Dei, & dicatur & sit. Quo etiam nihil mirādum, si suum Deus ipse habitaculum, si suam domum, si suum thalamum extruxerit magnificentius, ornauerit splendidius, exaltauerit gloriosius, quandoquidem angelis cœlum tā immenso lumine choruscum, & mortalibus tot varietatibus venustatū donauerit mundum. Prædixerat aūt iā olim in persona Dauid, quanta foret eandē gloria illustraturus, quando sub typo materialis templi de Maria loquens: domus (inquit) quā ædificari volo, talis esse debet, vt in cunctis regiōibus nominet.

Exod.25
Gene.28

B

Domum gloriosam effici entia quæque q̄ sint vtq; fuerint in maria

Cęterū, quælibet domus cēsenda est præstare gloria maiori, quanto nobilitate, mundicia, pulchritudine, ornatu, dignitate, vtilitate magis enituerit. Porro, nobilis tum dicitur domus, cum materia nobili præciosaq; extructa fuerit. Munda, si absq; sorde. Pulchra si decenti figura, ordineq; venustetur. Ornata, si decori schemative, quod primus indidit artifex, splēdor cultusve alius accedat, vtpote aurata seu depicta. Digna vero dicitur, quanto dominum in se habuerit p̄stantiorem. Vtilis tandem dicitur domus, si loco congruo, si quęstuoso fuerit sita, & si multis profit. His omnibus præeminere noscitur domus hæc quam decet sanctitudo, domus quam fundauit & dedicauit sibi altissimus. Est enim nobilissima, quippe ad cuius ædificatiōem nihil, quod apud Hebræos olim redoleret nobilitatē, nō cōfluxerit. Tria sunt, e qbus fit oīs fœīa nobilior. Ex genere, spōso & p̄le. Si marię genus quærit & origo, de parētibus est nobilissimis, videlicet sacerdotali, regio, p̄phetico, & patriarchali stēmate descēdēs. At si à spōso nobilitatē q̄ʃieris (Nā & inde, vt dixi, mulieres illustrant) Maria spōsum habet lōge nobilissimū, à quo fœcundata est, spiritum sanctum. Porro si à prole, quia arbor ex fructu quoque probatur nobilior, filium habet non solum cœli terræque regem, sed quo maior esse non potest, Deum.

Psal.92
Psal 26

Nobilitas B. Mariæ quanta

Triaformi nam nobilitantia q̄ sint

Matth.

Est etiā mundissima, profecto omni carens labe, tanta nitens puritate, qua sub Deo maior nequeat intelligi. Pulcherrima est aūt omni venustate pollens, elegantissima, dulcis & omnium oculis gratiosa. Ornata præterea gratiarum & virtutum omnium donis, adeo vt nihil sit decoris, nihil candoris, q̄d non vel excellētissime fulgeat in ea. Porro dignitatē eius qs explicare, imo qs intellectu comprehendere potest? Qn̄quidem, qui creauit eam, requieuit in tabernaculo eius. Natus est ex ea, qui fundauit eā altissimus. Itaque hanc domum sapientia ædificauit sibi. At nunquid & soli sibi? Cuperem & ego familiaris esse domus tā speciosæ, tam amœnæ, tam dulcis, tam amabilis, tam deniq; decoræ. Quid ni cuperem? Nempe si definiente Philosopho domus dicitur, quia defendit à caumatibus & pluuijs, iuxta hoc Maria domus est defendens nos à caumatibus, hoc est, ab ęstu internarum tentationum, ab ignitis diaboli iaculis, & pluuijs, id est, à tribulationum (quæ ab extra nobis superueniunt) inundatione, à procellosis, videlicet huius vitæ fluctibus, quis iam non præsidiū in ea domo sibi exoptet donari, nisi qui proprię nescius miseriæ, propriæ imbecillitatis, calamitatisq; ignarus, sua damna non sentit, opem non petit, dignus plane, qui pereat? Est igit Maria domus Dei, est & nostra. Aedificauit plane sibi eam soli, in qua habitaret, ædificauit vero & nobis, vt nos repararet, tueretur, saluaret. Siquidem propterea factum est nobile hoc ædificium, vt quod de priori opificio Dei erat deformatum, huius adminiculo reformaretur. Angelorum nanque creatus numerus per multis cadentibus fuerat minutus: & homine primo lapso, tota natura infecta iacebat & infirmata. At ædificata est Maria, cuius fructu angelo℞ ruina repleret, humana natura renouaret, quæ cū Dei foret mater, angelo℞ esset etiā regina, dæmonū hostis & dep̄datrix, mundi domina, lapsorū subleuatrix, desperantium fiducia amœrentium consolatrix, omnium denique in hoc

Mūdicia

Ornatus

Dignitas
Eccle.24

Dom' q̄d sit

B. Maria nō soli est se domum dei, sed etiam nostra

Psal. 193 in hoc mari magno inter quascunq; tentationum procellas placidissimus naufragantium sinus, & cunctorum quantalibet tribulatione, angustia pressi fuerint, ad se currentium domus refugij hospitiumque miæ. Ad hanc domũ confugiens

C nemo non saluatur: quicunq; enim ipsam se receperit, protectionem inueniet aut requiem. Quis enim vnquam auditus est ad uersitate, tẽtatione aut fortuna quantũuis contraria iactatus, cui ad hanc domũ misericordiæ, cui ad xenodochiũ pietatis, cui ad Mariam confugienti præclusus sit aditus, non adhibita cõsolatio, negatum subsidium? Quis adeo miser, cui inuocanti se opẽ nõ tulerit Maria? Quis adeo ærumnosus, quem ad se respicientem non leuarit Maria? Aut quæ tandem domũ locusve alius, q̃ egeni, exules, impugnati, afflicti, desolati confugiant liberius, recipiantur clementius, requiescant securius, potentius tueantur, dulcius foueantur? Nusq̃ profecto alibi minus diffidendum, nusquã maiori spe innitendum, quam Mariæ. Quandoquidem nemo ad eam clamans non exauditur, nemo accedens repellit, nemo in ipsa sperans decipitur. Cæterũ, vt nullo in loco tibi salutis opem defuturũ agnoscas, si inter vndas, i. tentationũ tẽpestates periclitaris, Maria est tibi arca diluuij. Si vero in terra, hoc est, in tranquillo constitutus, & prioris vitæ peccatorũ tibi cõscius memor fueris, quia vir sanguinũ es, atque ideo Dei iustitiam malorum vindicẽ contẽdis effugere. Maria vbi te salues tibi data est ciuitas refugij. Adde præterea, quod sicut extra arcam Noe tẽpore diluuij natantibus nulla erat spes viuendi relicta, ita extra hanc domũ, ita extra huius virginis ꝓtectionem, quotq̃t in sinũ miseratiõis eius non recipiuntur, in aquis diluuij, id est, tẽtationum fluctibus perire necesse est. At vero ciuitatẽ refugij ipsam idcirco dixerim, quod non modo illis (vt olim sub Mose figurabatur) qui nolentes sanguinem funderint, verum etiam voluntarijs homicidis, hoc est, vltro peccantibus (q̃nquidem misericordia domini plena est terra) facta sit ꝓpugnaculum vitæ, custos salutis & tutissimus (quo à facie iræ Dei fugiatur) immunitatis asylus. Quamobrem haud prius absurde tribuitur ei, quod canimus ex Propheta: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator, ponet in ea murus, & antemurale.

Domus refugij hospitiumq; misericordiæ vt sit Maria

Gene. 6

1. Reg. 16

Gene. 7

Arca diluuij cur vocet B. Maria

Cur dicat ciuitas refugij

Nume. 35

Psalm. 32

Esaiæ 16

Hæc aũt omnia beatissimæ Mariæ tribuimus, q̃a & filius eius vult ea ab eadem matre, & ꝑ suã matrẽ habere non vt iã euacuatus sit Christus, sed quę ipse dat, ab ipso expectamus accipimusq;, per suam (vt sic loquar eleemosynariã) cui hæc misericordiæ commisit officia, vult nos eadem recipere.

Cur hæc oĩa tribuantur b. Mariæ

Liquet postremo ex his omnibus, quã conueniat Mariã domum dici, q̃n nec vltima conditio domus (quam huc vsq; distuli inuestigendam) ei defuerit. Dixeram nanq; ad gloriosam pertinere domum inter alias conditiões, esse vtilem multis, aut quæstuoso loco sitam. Vere oĩbus vtilissima est Maria, nedum multis. Loco etiã est maxime congruo sita inter Deum & hominem media, aduocata nostra quæ iram Dei auertat à nobis, gratiam Dei adducat nobis: promptuarium deniq; frumẽti, cellarium vini & olei, & apotheca oĩs medicinalis vnguenti. Domus in q̃ recõdidit nobis Deus gratiarum dona, consolationum vnguenta, aromata virtutum, cunctorumque pariter morborum medicamina: vt q̃cquid nobis defuerit, quicquid necessariũ extiterit, inde hauriamus, adeo vt etiam in hac vita cum Psalmista Christo vere de hac domo dicimus: Implebimur bonis domus tuæ. Et quid dixerim implebimur, cum significantius scriptum sit, Replebimur, hoc est, non semel tantũ, sed iterũ atq; iterũ, vt in peccando exinanimur, ita pœnitendo gratiarum donis per Mariam replebimur, præstante domino nostro Iesu Christo, q̃ est benedictus in secula, Amen.

Psal. 64

SERMO II. IN EAdem solẽnitate. Quãtis ꝑconijs extollẽda sit beatissima Dei genetrix virgo Maria: quibusq; magno gaudio fuerit illius purissima sanctissimaq; Natiuitas.

D

NOua lux oriri visa est, gaudium honor atque tripudium apud omnes populos Hester. V. Non est facultatis humanæ dilectissimi fratres, q̃diu in hoc mortali corpore viuitur, plene pertingere posse ad laudem gloriosæ virginis matris Dei quæ omnium hominum & voces excellit, & superat intellectum. Quis enim mortalium, nisi diuino illustratus oraculo, de vnica Dei & hoĩs genetrice quicquam modicũ

vel grande præsumat edicere?imo quis nō timeat hanc pollutis labijs nominare, quā pater misericordiarum, & ante secula Deus perpetuam destinauit in virginem, dignissimam filius prælegit in matrem, spiritus sanctus nouę gratiæ præparauit in domicilium?quibus laudibus seruitus hominem efferret reginam angelorum? quæ præconia dilatet mortalis angustia, vel officia subministret, cui cœlestia parent & famulantur obsequia? Et quamuis nec digne, nec sufficitenter laudare possimus admirandam Dei genetricem, sanctissimam virginem, non tamen omnino est, abstinēdum à laudibus, præsertim cum scriptum sit. Sacrifitium (inquit dominus) laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Si ergo laus Dei est iter ad visionem Dei, in qua consistit æterna felicitas: imo si laus Dei est exercitium beatorum in patria, secundum illud, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, sequitur quod laus Dei est quædam figura, vel prægustatio, vel initium æternæ felicitatis in via, Quomodo autem implere possumus, quod nobis præcipitur, Laudate dominū secundum multitudinem magnitudinis eius, si non quod nobis facilius est, laudauerimus eum in sanctis eius, & maxime in matre eius? Et quamuis scriptum sit, quod non sit speciosa laus in ore peccatoris, hoc est, quod illorum laus non sit accepta, quorum vita Deo est contraria, tamen qui seipsos peccatores agnoscunt & dolent, qui seipsos humiliant & deprimunt, Deum vero in se, vel in sanctis suis exaltant, honorant & prædicant, hoc ipso veniam merentur & gratiam. Et ideo charissimi inuocemus beatissimam virginem de qua iam loqui, & quam laudare cupimus, vt gratiam nobis impetret à Deo, nobis loquendi vobis audiendi ea quæ spectant ad Dei gloriam & suum honorem, dicentes: Noua lux oriri visa est &c. Charissimi fratres hęc verba habentur in libro Hester secundum literalem sensum de Iudæis, qui erant in regno Assueri regis Mædorum & Persarū, super quos data fuerat sententia, vt omnes certo die interficerentur. Sed regina Hester intercedente apud regem & impetrante Iudæis salutem sententia mortis in eos lata, reuocata est, & in magnos honores & gratiam regis Iudæi recepti sunt, Quapropter ipsis secundum verba prædicta, Noua lux oriri visa est, gaudium, honor & tripudiū apud oēs populos: quia quodammodo à morte ad vitā reuocati sunt. Hoc breuiter sit dictum de literali sensu, quam qui scire plenius voluerit, legat totum librum Hester. Mystice aūt non incōueniēter applicantur ortui beatissimæ virginis, cuius figuram Hester regina tenuit: quæ scilicet virgo Maria impetrauit & impetrat nobis quotidie vitam gratiæ, qua etiam mediante obolita est sententia æternæ mortis promulgata in omnes filios Adam propter peccatum primorum parentum nostrorū, ita vt per natiuitatem eius, quæ foret nostræ salutis procuratrix, merito quasi noua nobis lux oriri visa sit est: quapropter gaudium honor & tripudium apud omnes populos. In istis autem verbis duo nobis insinuantur: Primum est nascētis virginis sanctitas dum dicitur: Noua lux oriri visa est: Secundum natiuitatis iocunditas vbi subiungitur gaudium & honor atq; tripudium. Primo innuitur nobis sanctitas, siue puritas virginis Mariæ per hoc, quod comparatur luci, licet enī omnes q sunt in gratia Dei, lucis nomine appellentur, (sicut dominus dicit. Vos estis lux mundi: Et in libro prouerbiorum, Iustorum semita quasi lux splendens procedit & cressit vsq; ad perfectum diem) tamē beata Maria excellentiori modo lucis nomine demonstratur: quæ sua claritate omnes pręcellit, ita vt etiam ipsi non inconuenienter adscribatur illud libri Sapientię: Candor est lucis ęternę, & speculū sine macula. Splendor enim dicitur quātum ad puritatem mentis, & speculum sine macula. quantum ad honestatem carnis. Tanta enim erat honestas illius luminosi speculi, vt non solum in se immaculatum foret, sed etiam ab oībus inspicientibus expelleret oēs motus inhonestos, ita vt nemo vnquam intuentium pulchritudinem inhonestissimam & decentissimam virginis Mariæ, potuerit scandalizari ad inique vel turpe aliquid cogitandum vel concupiscendum, sed radius virginalis castitatis eius, & excellentissimæ sanctitatis omnium intuentium corda casta efficiebat. Vnde & Ioseph beatissimus quanto plus, & familiarius cum ea loquebatur & conuersabatur tanto castior efficiebatur. Et pie credendum est hoc non solum de castitate, sed de omni

Mariā dei matrē nemine possedigne laudare

Psal. 49

Laudare Deū q̄ sit actus nobilissimus

Psal. 150

Eccle. 15

Hester. 8

Hester figurā gerit beatā Mariam Dei matrem

Rom. 6

E

Matth. 5

Prouer. 4

Luci, vt ed paret virgo maria

Sapien. 7

Honestas B. mariæ quanta erit

Motus eiorū B. mariæ in aliis sedauerit

omni etiam virtute,ita vt etiam nemo erga eam illicitos motus habuerit intuẽs eã, displicentiæ,inuidiæ , iræ &c. Recte aũt comparaturluci multipliciex causa:Primo quia sicut lux in substãtia sua puritatemhabet,ita beata virgo omnimodam puritatẽ habuit semper:& id quidem excellentissime,quia in vtero matris suæ fuit ab omni macula & ruga præseruata peccati, in primo scilicet instanti suæ conceptionis, Et non solum fuit(sicut Bernardus dicit) ante sancta quam nata,sed prę omnibus alijs sanctis sancta,præter & citra Christum, p̃ omnibus alijs gratia præuenta, & sic sancta,q̃d nunq̃ peccare potuit mortaliter aut venialiter,quia ita confirmata est, vt non possit ruere in aliquod peccatum. Legitur de Hieremia & de sancto Ioanne Baptista, quod fuerint sanctificati in vtero materno sed longe maior fuit sanctitas beatæ Mariæ Nam sanctus Ioannes & Hieremias fuerunt ita sanctificati quia fuerunt purgati à culpa originali:acceperunt quoq; gratiã Dei tamefficacem,quod confirmati in hac gratia,non potuerunt peccare mortaliter. Beata autem Maria sic fuit sancta, non q̃d purgata fuerit à culpa,quia nõ habuit culpã sed sancta fuit,hoc est, maiori inundatione perfusa diuinæ gratiæ, & adeo confirmata,quod nec mortaliter nec venialiter potuit vnquã peccare. Vnde dicit sanctus Bernardus:Puto q̃d gratia copiosior sanctis in ipsam descendit quia non solum ipsius ortum, sed omnem eius sanctificauit vitã,vt deinceps esset immunis ab omni peccato,quod nulli inter natos mulierũ creditur datum. Nam de omnibus nobis legitur:Septies in die cadit iustus. De ea vero in Canticis scribitur . Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te. Et sanctus Hieronymus: Quicquid in Maria gestum est,totum sanctitas & puritas est. Et Anselmus, decuit vt Maria tanta puritate niteret, qua sub Deo nequit maior intelligi.Et Bernardus:Tanta eius mentis & corporis fuit puritas, vt ei non audeat se comparare angelica dignitas. Et propterea nõ solum dicitur lux,sed etiam noua lux,quia nec priorem visa est habere similem in puris creaturis,nec sequentem. Idcirco Salomon in spiritu eam prȩuidens, admiratus est eius puritatem & claritatẽ dicens:Quæ est ista,quæ pgreditur quasi aurora cõsurgens,pulchra vt luna,electa vt sol? Se-

[Margin: Luci vti comparet beata maria — Bernard⁹. — Hiere.1 Lucæ1 — Bernard⁹. — Prouer.24 Cant.4 — Hierony. — Anselmus — Bernard⁹ — Cant.6]

cundo B.Maria cõuenienter cõparaẗ luci: q̃a sicut lux oĩbus se cõmunicat,& mox vt oriẗ vbiq; se diffundit p totũ orbẽ, sic beatissima virgo plena gratiaꝝ &misericordiarũ oĩbus benefitia sua impartiẗ,& se ad subueniendũ eis exhibet semp paratã.Vnde in in libro Sapientiæ de ea diciẗ: Præoccupat eos q se cõcupiscunt,vt se prior illis ostendat.Et ĩ Ecclesiastico,Ipsa clamat. Ego mater pulchræ dilectionis,& timoris & agnitionis,& sanctę spei.Trãsite ad me oẽs qui concupiscitis me,& à generationibus meis implemini,&c. Vñ ad Beatã hãc virginẽ dicit D.Bernardus:Sileat misericordiã tuã virgo beata,si qs te inuocatã in necessitatibus suis sensit sibi defuisse. Nõ est autẽ miꝝ beatã virginẽ totã affluere & effluere misericordia & pietateq ipsa virgo beatissima summe cõmunicauit proprietatẽ diuinæ misericordiæ p̃ oĩbus alijs creaturis,eo q̃d est Deo pxima p̃ oĩbus, & cõiunctissima.Vnde sicut ppter pc̃tõres Deus homo factus est,ita propter eosdem beata Maria mater Dei facta est.Ergo sicut, teste Psalmista,Suauis dominus vniuersis,& miserationes eius sup oĩa opera eius:& sicut caniẗ in Collecta,Deo propriũ est misereri semper & parcere:sic beatę virginis propriũ est offitiũ q̃d sit regina miæ & pietatis mater, in qua pater misericordiarũ,& Deus totius cõsolationis,fons pietatis infinitæ requit,& ipsi virgini Mariæ diuinæ bonitatis pietatẽ cõmunicauit. Vnde Bernardus de hac in sermone q̃dam ait:Quid mirũ si pietatem exhibẽt viscera Mariæ? Nõne q pomũ in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorẽ? Quãtum ergo viscera illius virginis virtus pietatis affecit,in qbus nouem mensibus requit ipsamet pietas?Et iterũ idẽ Bernardus: O maxime pia, multum admirabilis Maria:tu nec nominari potes,quin statim attendas,nec cogitari, q̃n statim recrees affectus diligentiũ te.Et q̃d dicit antiquus doctor Origines?Scio,inqt,q̃d si beata virgo pulsata fuerit,necessitati nunq̃ deerit, misericors em̃ est,& plena gratia. Et ideo cõtinere se nõ poterit,quin misereaẗ inuocanti.Quare? Quia dñs noster Iesus Christus in cruce moriẽs,& testamentũ cõdẽs, nos oẽs beatæ virgini legauit in filios, & ipsi mandauit,vt esset mater et adiutrix nostra, quando dixit ei de Ioanne, & non solum de Ioanne sed de omnibus nobis Christia-

[Margin: B. Maria vti oĩbus se inuocãtibus sub ueniat — Sapien.6 — Eccle.24 — Bernard⁹ — B. Maria cur sit a deo misericors in miseros pc̃tõres — Psal.144 — Reginam esse misericordiæ & pietatis matrẽ cur proprium sit B. mariæ — Bernard⁹. — Origenes.]

Ioan.19 nis sub persona Ioannis figuratis. Mulier ecce filius tuus scilicet quem custodias, dirigas, iuues &c. Et Ioanni, ac cuilibet nostrum. Ecce mater, inquit Christus, tua, q̄ venereris, diligas, cui obedias, ad q̄ confugias, cui necessitatem tuam exponas, & à qua auxilium postules, expectes, & accipias. De hoc admodum consolatoriæ loquitur Sctūs Bernardus, dicens: O verbum omni acceptione dignum. Si enim Maria est mater nostra, ergo Iesus est frater noster, ergo & pater cœlestis est pater noster. Ergo regnum eius est hęreditas nostra: qa filij, ergo & hæredes. Sed ad ꝓpositum reuertamur de Maria. Ipsa cōmunicat omnibus suā pietatē, nulli denegat miserationē, nulli inuocanti se non pr̄stet auxiliū, p̄sertim cū oīa habeat, q̄ necessaria sunt ad mediatricem vel exoratricē qa potest iuuare nos, scit quomodo iuuare nos debeat, & vult nos iuuare. De his iterum sanctus Bernardus: Non deest, inquit, Mariæ potestas, qa mater est omnipotētiæ: nec in petrādi industria, qa mater est sapiētiæ: nec voluntas, qa mater est misericordiæ. Ergo cū ipsa scit potest & vult, & nō solū vult, sed etiā desiderat nos iuuare, nobis bn̄facere. Cur ergo timemus, vel negligimus accedere ad thronum gratiæ eius, cum sanctus Augustinus etiam dicat: Scio me non posse, nisi sponte velim, scilicet, per propriam negligentiam, perire præ pietate Mariæ, cū ipsa sit humillima, beneuolentissima, cōpatientissima, liberalissima, gratiosissima & ꝓmptissima, quæ neminem spernit, q̄ oēs susci pit. Vnde sanctus Bernardus. Reuolue diligētius historiæ euangelicæ seriem, & si quid increpatoriū, si quid durum, si quod deniq; signum vel tenuis indignationis occurreret in Maria, de cętero suspectam eā habeas, & accedere verearis. Considera diligenter, & si vere plena omnia pietatis & gratia plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad Mariam pertinent inueneris, age gratias ei, q talē tibi mediatricē benignissima miseratiōe ꝓuidit. Deniq; oīa omnibus facta est, oībus misericordiæ sinū aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptionē, eger curationē, tristis cōsolationem, pc̄tōr veniam, iustus gratiā, angeli lętitiā: deniq; trinitas gloriā, filij p̄sona carnis substantiā, vt nō sit q se abscondat à calore eius. Si Paulus p oībus gerit sollicitudinē sicut mater pro filijs, dicēs. Filioli mei, q̄s iterū parturio, donec formet Christus in vobis. Et alibi scribit Philippensibus, quō eos habeat in corde suo: Et ad Corinthios ait. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizat, & ego non vror? Quō Maria, quæ quodāmodo tota versa est in misericordiam, nō oīm miserebit? Ideo exclamat S. Anselmus dicēs: Felix Maria: tu pc̄tōrem toti mūdo despectū materno affectu amplecteris, nec deseris quousq; Deus p te placatus, ipsum gratiæ suæ reformabit. Et iterum: O dulcissima & beatissima virgo maria, sicut omnis pc̄tōr à te auersus & à te despectus necesse est vt intereat: ita oīs pc̄tōr ad te cōuersus & à te despectus, impossibile est vt pereat. O quam multa essent exēpla dicēda, q̄t pc̄tōres erepti sint & q̄tidie eripiant p Mariam de faucibus inferni. Et reuera iā mundus diu interisset, propter pc̄ā hoīm nisi eū Maria precibus sustentaret. Vnde Fulgentius. Diu, inquit, cœlum & terra ruisset, si non Maria sustentasset. Tertio, sicut lux oīa clarificat sua pulchritudine, eo q̄d lux (dicente Ambrosio) vt cuncta visibilia appareant pulchra & laude digna, ita beata virgo Maria sua illustratione facit opera nostra conspectui Dei grata. Vnde consultissimum est, opera nostra Deo offerre per manus Mariæ, si ea volumus esse accepta qa etsi vilia & exigua in se sunt, tamen propter offerentis dignitatem, scilicet Mariæ accepta erunt. Plurimū etiā prodest opera nostra eius meritis & operibus sanctis vnire, vt à Deo recipiantur. Sicut enim aqua modica oblata regi, non recipit nec potatur à rege, sed infusa & mixta vino fit quasi vinum, & sic bene potatur: ita opera nostra sunt aqua, merita beatæ virginis vinum, quibus si coniungantur, magnam habent gratiā apud Deum. Quarto, sicut mediante luce cernimus, p quam viam incedere debeamus, & discernimus bonum à malo: sic mediante virgine bene dicta cognoscimus, quo itinere ad æternā vitam pergamus. Vnde etiam ex interpraetatione nominis eius, dicitur stella maris, vel illuminatrix. Ipsius etenim sanctissima vita est nobis stella, secundum quam dirigimur vel instruimur in hac vita: sicut nautæ dirigunt se, vel regunt & cognoscunt viam secundum stellam maris. Item vita eius est regula beatæ vitæ, & via lucida ad æternam felicitatem. Quinto, quia sicut lux

Marginal notes (left column): G — Bernard⁹. — Rom.8 — B. Maria vti oibus cōmunicet pietatis officia — Bernard⁹. — August. — Bernard⁹ — B. Maria vti oibus oia facta fit — Ioan.1 — Psal.18 — H

Marginal notes (right column): Gala.4 — Phil.1 — 2.Cor.11 — Anselmus — Idem — B. mariæ suis pcib⁹ sustentare totū mundum — Fulgētius — Ambros. — Opera nostra p manus b. Mariæ Deo offerenda — B. mariæ cur vocet stella maris — I

cut lux est delectabilis ad videndum, & læ tum hominem reddit, iuxta illud Ecclesiastici: dulce est lumen, & delectabile oculis videre solem: ita videre, imo etiam cogitare beatam virginem est dulce & Iucundum, quam dulce, o quam delectabile, o quã desiderabile fuit S. Ioseph, S. Ioanni, & cæteris, qui familiariter vixere cum Maria, videre eam, in qua nulla macula, in cuius moribus nulla inhonestas, in cuius conuersatione nihil reprehensibile, sed gratiosa omnia, iucũda oĩa, oĩa sancta, oĩa miranda, oĩa munda, & ipsa dulcissima & pulcherrima fuit. O quam felices, qui meruerunt cũ ea adhuc viuente in terris cõuersari, eius pulchritudinem contẽplari, ipsius vitam imitari, eius colloquijs recreari, eius moribus informari. Hoc sciebat S. Dionysius., qui multum institit apud D. Paulum, vt liceret ipsi pergere Hierosolymam, & apud D. Ioannem, vt admitteretur videre beatam Mariam, dum per quandam quasi fenestellam occulte eam vidisset in oratione positã, & splendoribus diuinis rutilantem obstupescens dixit ad Ioannem: o quam felix es tu qui paradisum habes in terris. Quam igit iocundum, quam delectabile est eam videre modo gloriosam in cœlis? Et hactenus quidem dictum sit satis de virginis huius sanctitate. Quod vero ad natiuitatis eius iucunditatem attinet, p ea facit autoritas irrefragabilis Ecclesiæ, quæ canit hodie, Natiuitas tua Dei genetrix virgo, gaudium annunciat vniuerso mũdo. Ex te, eñ ortus est sol iustitię Christus Deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionẽ, & cõfundens mortẽ donauit nobis vitã sempiternã. Vbi notandũ venit, q̃d natiuitas Mariæ gaudiũ attulit, Primo beatæ Trinitati, qa p totũ mundũ glorificatur & laudat̃ sctã Trinitas in Maria, vt testat̃ eximius beatæ virginis amator Bernardus dicens: Gaudet Deus pater, qa hodie nata est spõsa ab æterno p̃dilecta, gaudet filius, qa ei nata mater, in q̃ humanã assumẽdo naturam delitiæ sunt sibi esse cũ filijs hominum. Denique gaudet spiritus sanctus qa sibi nascitur habitabitaculum & templũ gloriæ acceptissimum, per quod innumeras animas hominum lucrabitur maxime desperatorum, obstinatorum & eorum qui alias nullo genere conuersionis possunt attrahi ad bonum. Secundo, hoc festum vel natiuitas gaudio est ipsi virgini Mariæ quia nata est in maxima & supma benedictiõe inter oẽs puras creaturas. Nam maledicto primorum parentum non attigit eam: quandoquidem quando ipsa nascebatur, non erat homo in toto mũdo, qui esset sine pctõ, Ipsa sola præuenta in benedictionibus domini, pura, lucida, gratia oĩ & virtute plena, immunis fuit ab oĩ peccato. Ipsa erat quasi stella splendida & matutina in medio nebulæ, hoc est, aliorum hoĩm obscurorũ, Vnde Augustinus. Cũ de peccatis inquit, agitur, nullã de matre domini propter reuerentiam domini, volo fieri quæstionem, hoc ipsa infantula sciebat, quanta scilicet fecit illi Deus: quia habebat vsum rationis etiam in vtero existens. Tertio, gaudium fuit patriarchis & sanctis patribus in limbo, quia nata est quæ fieret mater Dei, regina cœli, domina angelorum, aduocata peccatorum, imperatrix omnium quę in cœlo & in terra sunt, proxima post Deũ, supræma sup oẽs, per q̃ vel qua mediante ipsi liberandi essent de captiuitate inferni. Pie etenim credi potest, natiuitatem virginis Mariæ, quæ erat filia eorum, illis fuisse reuelatam pro consolatione eorum: sicut eius natiuitas ipsius parentibus Ioachim & Annæ fuit prænunciata in terris. Quarto, fuit iucũda angelis: quia nata erat per quam angelicæ ruinæ restaurarentur. Posteaquã diabolus cũ multis sibi adhærentibus de cœlo eiectus fuit, multæ sedes vacabãt, quæ hominibus sanctis ad cœlum assumendis replendæ erant: sed iam quinque milia annorum trãsierant & necdum aliquis ascenderat, donec illa virgo nata esset, quæ pareret eum, qui cœlum aperiret, & viam faceret. Item vsq; ad illud tempus angeli habuerunt regẽ Deũ, q est ab æterno, sed non habuerũt reginam: hodie nata est eis regina & domina: quæ res magnũ eis attulit gaudiũ & celebritatem. Quinto, fuit gaudiũ magnum eius parentibus, quia cernebant adimpletum, quod eis erat per angelum prænunciatum & promissum. Gaudebant, qa de opprobrio sterilitatis erant liberati: gaudebant, quia poterant accedere ad tẽplum, & sua munera cum alijs offerre: gaudebant, quod tam mirabili dono essent ditati. Non est maius donum & charius, quam proles, quam parentes diligunt plus quam seipsos. Sed quantopere gaudendum fuit de tali prole? O sancti Ioachim

Marginalia (left): Eccle. 6 — B. Mariæ visio quõ vtrunq; vi sum adfi ciat — S Dionysi cupido vi dendi b. mariam Vnde? — K — Natiuitas B. Mariæ qbusnam quantũve gaudij attulerit — Bernard⁹. — Prouer. 8

Marginalia (right): psalm. 1 — Eccle. 50 — Augusti. — B. Maria vti patriarchis attulerit gaudiũ cæterisq; sanctis — Natiuitas B. Mariæ vti patribus in limbo fuerit reuelata — Natiuitas B. Mariæ vt fuerit angelis gaudio — L — Natiuitas B. Mariæ vt pios parentes gaudio magno perfuderit

Gene.22.15 & Anna gaudete, gaudete inq̃ & nolite cessare à gaudio: quia in semine vestro bñdicẽtur omnes gentes: in semine vestro saluabuntur & quæ in terris, & quæ in inferno sunt. Nõ sit vobis curæ, quare nata est filia potius quam filius. Nam hæc filia melior erit vobis & gloriosior, quam centum filii. Ipsa erit mater omnium saluandorum, & multitudo filiorum eius spiritualiũ vincet numerum stellarum cœli. Sexto, natiuitas eius gaudio est omnibus hoĩbus. Multi inueniuntur homines, qui nullã deuotionem, nullũ affectum habeant ad Deũ & adeo sint obcæcati in pctĩs, vt si possibile esset, vellẽt nõ esse Deũ, ne pctã eorum puniret, sicq; haberent peccãdi licentiã & impunitatẽ. O quot taliũ sunt. Verũ, vix aliquis inuenitur adeo durus (nisi totus versus sit in diabolum) vel adeo impius, q nollet natam fuisse & iam esse piĳssimam virginem Mariam: Vix inuenitur tantus peccator, qui aliquo pio sit affectu & fauore prędìtus erga matrem misericordiæ. Merito ergo omnes gaudere debent, quia orta est cæcis & qui in tenebris sunt lux, infirmis medicina, ignorantibus doctrina, aberrantibus via, peccatoribus venia, desperatis cõfidentia, desolatis lætitia, angelis regina, exulibus patria, reis aduocata, consolatio, & subsidium, omnibus saluãdis ianua cœli, & totius mundi domina. Quæ vtinam suis meritis & precibus efficacissimis nos suo cõmendet filio, q cũ patre & spũ sctõ viuit & regnat per secula, Amen.

Natiuitas B. Mariæ vt sit gaudio oĩbus hominib'

IN FESTO EXALTATIONIS S. CRVCIS,

Epistola B. Pauli ad Galatas ex capite quinto & sexto.

XIX FRatres, Confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prędico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant. Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circunciduntur legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi: vt in carne vestra glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Gala.5

Gala.6

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A QUidam pseudoapostoli Galatis persuaserant, nõ posse eos saluos fieri, nisi iuxta legẽ Mosi circuncidérent. Quæ res nõ mediocriter illis obfuit. Itaq; Apostolus p̃ter sancti spiritus mirabilem gratiam, etiam magno vsus est studio ad reuocandos illos ab errore, in quem per impios quosdam seducti erant. Ait ergo Fratres, equidẽ ita de vobis mihi polliceor, nisi me fallunt omnia, planeq; confido in domino, qui facile poterit veritatis notitiam vobis restituere, quod nihil aliud sapietis, neque sentietis, præterquam quod à me vobis annunciatum est. Qui autem conturbat vos nouitate doctrinæ, atq; in aliud ab his quę didicistis ex me, traducere vos cõatur, portabit iudicium diuinæ vltionis, temporarium quidem si resipuerit, æternum vero, si obstinato animo in errore perstiterit, qualis qualis demum sit ille. Obiter hic notandum, Ecclesiam nouis dogmatibus, id est, hæresibus perturbari. Talium nanque fabricatores pleni sunt spiritu tartarico, q cum sit ab vno summo Deo totus auersus, non nisi perturbationes & scandala excitare potest. Deus autem non est dissensionis, sed pacis autor. Fugiamus ergo eos, q Ecclesiæ pacem & vnitatem lacerant, certi eos non duci spiritu Christi, qui non dissipare venit, sed congregare in vnum filios Dei qui dispersi erant. Qui cum rogaretur

Ecclesia cur per nouas hæreses turbet

1.Cor.14

retur à quodam, vt diceret fratri illius, di-
Ioan.11 uideret cum ipso hæreditatem, noluit, sed ait: Quis me constituit iudicem super vos:
Lucæ 12 tanquam diceret: Ego colligere veni, & tu me ad diuisionem hortaris? Ego autem, ait consequenter Apostolus, si circuncisionem patribus vsque ad tempus certis ex causis traditam etiamnum velut necessariam ad obtinendam vitam æternam prædico vt falsi quidam vobis persuadent, cur me adeo Iudæi ipsi persequuntur? Quibus si in hoc consentire vellem, vt legis obseruantiam affirmarem necessariam, pax summa mihi cum illis foret. Sed quia legalem circuncisionem aio superuacaneam, vbiq; me persequuntur, & ipsum quoque sanguinem meum sitiunt. Siquidem circuncisionem & legalia vim iustificandi habere prędicarem, iam crucis scandalum nullum esset. Iudæi enim hoc solo nomine offendũtur in prædicatione crucis Christi, quod dicamus per Christi mortem nobis esse salutem reparatam, cum illi per legem se saluos fore putent. Offenduntur autem siue

Scandala quænam minime sint vitanda

scandalum patiuntur non nostro, sed suo vitio, quando potius remedium ex nostra prædicatione capere deberent. Itaque vitanda non sunt scandala, quæ aliena malitia, non ipsius rei merito suscipiuntur: quãquam propter pusillos caute agendum est, ne scandali materia eis pbeatur. Offendebantur Iudæi prędicatione crucis Christi, & nihilominus vbique per Apostolos Christus annunciabatur. Sic etiam quamuis improbi benefactis nostris deteriores fiant, non propterea debemus minus benefacere. Vtinam autem, qui sua hęresi vos

1.Tim 1
2.Tim.2

conturbant, ab Ecclesia penitus abscindantur, datiq; Sathanæ, discant non blasphemare. Sermo nanque eorum vt cancer serpit. Vnde nisi abscindantur & eĳciantur ex Ecclesia, multos suis pestiferis poterunt sermonibus corrũpere: vt merito nihil magis optandum sit, quam vt à corpore Ecclesia ceu putrida membra rescindantur.

Gala.6
B

Quicunq; enim ex carnali circuncisione gloriam aucupantur apud homines, tanquam idcirco iusti sint, quod legis quasdam ceremonias obseruent, (quæ tamen post aduentum Messię in lege promissi antiquatæ sunt & abolitę) ĳ nimirum cogunt vos circuncidi iuxta legis pscriptum: nec in hoc legis obseruantiam syncere spectant, sed id tantum, ne crucis Christi persecutionem patiantur. Non enim ipsi circuncisionis studiosi legem Dei custodiũt, sed vt ex vobis tanquam sua arte in ipsorum ritus traductus gloriam habeant, ad circuncisionem capiendam vos adhortantur. Homines scilicet stultissimi & impudẽtissimi, qui cum Deum & eius legẽ in multis alĳs contemnant, solam circuncisionẽ tam serio & obstinato animo buccis crepitantibus vobis ingerunt, non quo cupiant obseruari legem Dei, quem neglectui habent, sed vt in vestra carne glorientur. Nec aduertunt quam vilis & angusta sit gloriola, quam non in domino, sed in carne aucupantur. Si autem diuinę legis zelo ducerẽtur, primum quidem etiam in cęteris eam obseruárent, deinde non ita pertinaces essent in sua defendenda sententia cum sciant ex ipsa lege quandoque legem abolendam esse, quantum ad externos illos ritus attinet. Sed glorientur illi quidẽ in carne vestra. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, cu- Apoc.1
ius prætioso sanguine & morte redempti sumus ab æterna damnatione, qui passus 1.Pet.2
est pro nobis, relinquens exemplum nobis, vt & nos discamus crucem amplecti, non mundi gloriam & voluptates sectari. Per quem mihi mundus, id est, gloria, opes & delitiæ præsentis vitæ in crucem & nauseam versæ sunt, sicut & ego mundo, id est, mundo deditis hominibus, & quæ illi venantur crucifixus sum, nihil eorum appetens, sed tanquam venenũ exitiale fugiens, quæ illi toto cordis amore complectuntur in sui pernitiem sempiternam.

EXEGESIS EVANGELIĲ IN EODEM FESTO IOANNIS DUODECIMO CAPITE.

Celebramus hodie dilectissimi illam Sancti Crucis exaltationem, quæ temporibus Heraclĳ Imperatoris facta est, quãdo is Cosdroam regem Persarum bello superatum interemit, & grandem dominicæ Crucis partem, quam Constantini Augusti C

gusti mater Diua Helena quondam apud Hierosolymorum oppidum honorifice reposuerat, sed impius Cosdroas, cuius iam meminimus, vi inde abstulerat, secumque in Persidem abduxerat, rursus ex Perside reduxit in locum pristinum, idque maximo cum honore & veneratione, exultantibus Christianorum populis, quod Deus omnipotens, ipsis de feris gentibus concessisset victoriam, suæque Ecclesia tam salutiferi ac vitalis ligni beneficium reddidisset. Si quis plura hinc nosse cupit, legat Chronographos: nos summatim tantum rem perstringere voluimus. Itaque in horum memoriam Sancta Ecclesia catholica, cuius & institutor & moderator est spiritus sanctus, in hanc vsque diem annis singulis pia cum deuotione & alacri studio huius iam dictæ Exaltationis festum obseruat: simul gratias agens Deo pro humani generis liberatione, quæ in hac præclara cruce confecta est, ad memoriam reuocans illos tam diros cruciatus, tam sæua, tam acerba tormenta, tam ineffabiles angustias, & corporis ac animi dolores, quos olim in eadem cruce propter nos miseros, propter nos inquam, & propter peccata nostra, benignissima voluntate, non vllà vel vtilitate vel necessitate sua Dei filius perpessus est: miseratus scilicet pro sua erga nos indulgentissima pietate vicem nostram, qui pro to parentis nostri illa tam voluntaria transgressione in tantam Dei patris iram incideramus, vt nulla omnino consequendæ veniæ spes reliqua nobis esse posset, nisi idem ipse Dei filius humanam in se naturam reciperet, & peccata nostra sua morte aboleret. Gratias illius tam profusæ, tam inæstimabili, tam nec sperandæ quidem benignitati, qua sic nedum potuit, sed etiam voluit, & quidem propensissimo ac ardentissimo desiderio nostræ succurrere necessitati, nostris mederi vulneribus, nostrosque sanare dolores. Merito igitur Sancta Ecclesia non ingrata tantis beneficiis Dei sui, præcipua cum veneratione Sanctæ Crucis festa colit, quandoquidem per eam tot nobis bona prouenere. Sed iam ad Euangelij hodierni explanationem accedamus in quo primum, id est, aduertēdum, iustis ex causis ipsum hac die recitari quando in eo dominicæ passionis fit mentio, quæ in cruce consummata

Ecclesiæ catholicæ institutor & rector vt sit spūs sanctus

S. crucis festa cur celebret Ecclesia

est. Ait ergo dominus:

Nunc iudicium est mundi: nūc princeps huius mundi eijcietur foras.

Quæ verba cum cæteris Euangelij huius dominus Iesus suæ passioni proximus locutus est, ipso videlicet palmarū die. Scitis dilectissimi, quantam in totum ferme humanum genus sibi tyrannidem ac dominatum vsurparat diabolus vsq; ad aduētum Saluatoris. Nam vt de illis vicijs hic taceamus, quæ ante diluuium intantum inualuerant, vt pæniteret benignissimū Deum creasse hominē, eo scilicet quod se cerneret frustrari voto suo, (quod non erat aliud, nisi vt homines sobrie, & iuste ac pie viuendo digni fierent æterna cum ipso beatitudine perfrui) totumq; ab ea humanū genus, paucis exceptis deleret, ex veterum discimus historijs, quemadmodum post diluuium Cham filius Noe à patre ꝑpter impium illud facinus, quod diuinæ quoque literæ commemorant, abdicatus & maledictus in Arabiam sese contulerit: vbi tū primum cœpit nefandus idolorum ac dæmonum cultus, quæ ex illius ipsius progenie toto terrarum orbe diffusa maxima vbiq; augmenta est adepta, paucissimis Abrahæ posteris exceptis, qui vnum verum colebāt Deum. Itaque quandiu hoc pacto malus spiritus ab humano genere tanquā Deus adorabatur, iure mundi princeps dictus est. Verum quando Saluator noster ea causa humanam induerat naturam, vt diaboli à nobis potestatem excluderet, iudicium mundi tum fieri cœpit, quando ipse mundo est prædicare exorsus, quando sedentibus in regione vmbræ mortis vasti scilicet & miserabilis exilij huius, lux orta est Euangelicæ prædicationis, quæ à domino profecta, per Apostolos ac discipulos illius in omnes terræ partes diuulgata ac propagata est. Tum enim quædam inter electos & reprobos facta est discretio de quo discretionis iudicio dominus hic loquitur, cum alioqui multiplex scripta diuina iudicium commemorent) dum alij misericorditer ad æternam beatitudinem sunt electi, neque ad agnoscendam tantum, sed etiam amandam & sectandam veritatem sunt vocati, alij non Dei proposito ac voluntate, quum ipse nō sit acceptor personarum, sed libentissime qui-

Gene. 6

Tit. um. 3

Gene. 9

Idolorū cultus q̄n & vbi ortum cœpit

Gene 18

Princeps huius mūdi cur dictus sit diabolus

Luc. 1

Esaiæ 9

Iudicium mundi q̄d nam intelligatur.

Deute. et Matt.

quibuscunque, modo capaces sint gratiam suam impertiatur, verum ob sua demerita & obstinatam in malo voluntatem, iuste sunt repudiati. Vbi est sane, quod merito Christianus omnis plurimum formidare debeat, ne scilicet peccandi assiduitate, ac diuinæ patientiæ & longanimitatis contemptione iustam & pauendam erga se Dei iram prouocet, atque ita diuinæ gratiæ, sine qua reuera nihil sumus, ope destitutus, in omnem prolabatur impietatem: id quod nostra ætate multis prohdolor euenisse cernimus, quamuis alioqui seculi iudicio sapientibus & doctis viris, qui à Deo propter elationem ac tumorem animi sui, cæteraque vitia sua abiecti & despecti in tam crassos & horrendos sunt deuoluti errores, vt cunctis probe rem inspicientibus stupori sint & terrori. Sed, quemadmodum Apostolus verissime ait, subuersi sunt ac penitus euersi, vt vel omnino non videant stultissimos errores suos, quos tamen etiam idiotæ multi luce clarius deprehendunt, vel intoleranda quadam ducti pertinacia, quæ sola hæreticum facit, etiam aperta mẽdacia sua non nisi in suam perniciem mordicus tueri malint, quam sanctæ catholicæ Ecclesiæ iudicio humiliter se submittere. Sequitur:

Cur Deus hoc seculo sapientes hoies caecare in tam crassos errores

Titum 3

Hæretică quidnam solă efficiat.

Et princeps huius mundi eijcietur foras.

E Iam diximus quur diabolus huius mũdi princeps dictus sit, eo scilicet, quod pene totus orbis relicto Dei veri cultu, sicut à Cham filio Noe & eius posteris didicerat, ad colenda simulachra sese contulerit. Alioqui absurdum est credere mũdi huius visibilis, qui μακρόκοσμος dicitur, principem esse diabolum. Solus enim is optimo iure totius mundi, & rerum omnium tum visibilium, tum inuisibilium dominium ac principatum sibi vendicat, qui cuncta fecit omnipotenti virtute sua ex nihilo, nullius adhoc vtens vel opera, vel consilio: siquidem nec alicuius indigẽs erat, vtpote qui per se sibi abunde sufficeret, possetque præstare quicquid vellet, voluntatem ipsius vbique pari facultate comitante. Manichæi quidem stultissimi visibilia quæq; diabolum creasse affirmarũt: sed eorum iampridem damnata & explosa sententia est. Potest autem & alia ratione diabolus mundi huius princeps dici: vt per mundum homines accipiantur mũdo huic & peccatis dediti, quos Apostolus tenebras vocat, eorumq; rectores dęmones, ita dicens: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, atq; ĩ ipsis verbis sese explicans, quid per mundũ intelligi velit, nempe tenebras has, id est, homines peccatorũ densissimis tenebris miserabiliter inuolutos. Eiectus est autẽ princeps mundi foras, quãdo ab eoꝝ cordibus exclusus est, qui Christi fidem non frigidis ac torpentibus animis, sed alacri & deuota mente susceperunt, nõ contenti credere tantũ, quæ Christus ipse, ac deinde apostoli & discipuli eius docuerũt: nisi etiam ea religioso animi studio imitari & exequi adniterẽtur. Non enĩ est vera fides, quæ vita & moribus ab illis, quæ credit, plane discordat: nec satis est credere ea, quæ ad Christianam religionem pertinent, nisi etiam factis probemus ea nos amare: quanquam Lutherus & eius sectatores aliud tradant: sed illi cum eo spiritu, cuius instinctu sua dogmata miseræ ac simplici plebeculæ obtrudunt, etiam præmium consequentur. Nobis autem curandum est dilectissimi, ne nostris in pectoribus regnet princeps mundi huius. Non regnabit aũt, si nõ dominetur nobis omnis iniustitia, si non regnet peccatum in nobis. Esto interim acriter nos diuersis licet vitijs impugnet, non tamen regnum sibi vendicare poterit, quã diu nos illi consensum negabimus. Quisquis autem superbiæ, auaritiæ, irę, inuidię, acediæ, gulę, luxurię iaculis sic eneruatur, vt ijs vitijs, aut eorũ alicui penitus succumbat, in eo dubiũ nõ est, quin princeps mũdi huius dominatũ occupet: cui tum dãda opera est, vt à tam crudelis tyranni seruitute liberetur: id quod fit per pœnitentiæ sacramentum, ad quod confugere debẽt, q̃tquot per mortiferi peccati consensum sub diaboli potestatem reciderunt. Quod quo fit celerius, eo semper & melius. Peccatum enim graui quodam pondere deprimit animum, & nisi cito per pœnitentiam aboleatur, mox ad alia pertrahit vitia: in quibus si quis prauam sibi faciat consuetudinem, is ita tenaciter principis mundi huius nexibus obligatur, vt postea vix aut ægre eum à se possit eijcere. Mirum autem fortassis cuiquam videatur,

Princeps malorum hoim vocatur diabolus. Ephes. 6

Diabolus vt eiectꝰ dicatur foras.

Fides vera quinam ꝓbetur.

Lutheri fides quo spectet.

Domină quõ inquẽque diabolus hoiem accipiat.

Pctõ cuiq; peculiare quidnam sit

tur, quod dominus ait: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: quasi non sit etiam ante eiectus foras ex sanctis illis, qui Christi mortem præcesserunt. Sed quod tum in paucis actum fuit, post domini passionem in innumeris gentium nationibus completum est, destructis vbique terrarum orbe dæmonum simulachris, & veri Dei cultu recepto. Sequitur iam:

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.

F Hæc de mortis suæ genere prædixit dominus, quemadmodum Euangelista mox exponit, dicens: Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Leuatus est enim in crucem, & hoc exaltationem appellat, quum potius fuerit humiliatio, sicut & alibi dicit de seipso in Psalmo: Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. Erat hoc genus supplicij olim & turpissimum & acerbissimū, quo tamen pius humani generis redemptor se affici voluit, vt quemadmodum per ligni vetiti vsum primorum parentum nostrorum culpa perpetrata fuerat: ita & per ligni supplicium expiaretur. Poterat autem faciliori mortis genere nos redimere: sed non sufficiebat immensæ erga nos charitati illius, vt pro nobis immeritam mortem exciperet, nisi & ignominiosissimam simul & acerbissimam perferret. Nouerat quam saxea sint ad amandum Deum mortalium pectora. Itaque tanta, tam indigna, tam immania voluit tormenta ppeti, & tam atroci morte consumi, vt vel ferrea & plus quam adamantina possint corda emolliri. Simul etiam vt fortissimum sanctis martyribus, qui pro eius nomine grauissimis erant pœnis afficiendi, constantis perseuerantiæ in seipso præberet exemplum: atque etiam vt patri cœlesti pro nobis abundantissime satisfaceret, vt non esset iam vllus iræ paternę locus reliquus. Libenter autem contempsit probra, ignominiam & confusionem, quę in cruce pendens ab prętereuntibus pertulit, vt nos à dæmonum ludibrijs & æterna confusione liberaret. Imo nunquam aliquis quantumuis auarus magno reperto thesauro, vsq; adeo lætatus est, quantū dominus Iesus secūdum spiritum in ipsa sua cruce ob nostri cum Deo reconciliationē

Exaltatio-nē sui qd Christus hoc loco intelligat. Psalm. 87

Crucis supplicij cur Chrs elegerit.

lætabatur. Sic ergo exaltatus à terra, & in crucem leuatus traxit ad se omnia: non Iudæos tantum, sed etiam gentiles dæmonum seruos. Sua enim tam acerba crucis morte non solum pro peccatis nostris satisfecit, sed etiam omnem patris iram vertit in misericordiam, adeo vt non posset se vltra cohibere, quin innumerabiliū vbiq; terrarum orbe gentium corda suæ veritatis illustraret lumine, & spiritu charitatis suæ fortiter ad se attraheret. Traxit eṁ etiam in ipso filio pater, traxit & spiritus sanctus. Siquidem beatissimæ Trinitatis opera sunt indiuisa. Traxit ergo Christus omnia ad sese tanquam ad originem suam, vnde profluxerant. Vsque ad id temporis totum ferme hominum genus miserabiliter à Deo auersum, his infirmis caducis ac infimis rebus amore & affectu inhæserat, idque adeo vt iam non solum Deus nō timetur, sed nec agnosceretur quidem à multo maxima hominum parte.

Quonam mō ad se Christus omnia traxerit crucifixus.

Christus quō oīa traxerit crucifixus

G Verum, dominus Iesus misertus animarum à suo principio tam misere aberrantium, & pro summo bono vilissima & vanissima mundi huius oblectamenta amplectentium, retraxit omnia ad se, sicut ipse per Osee promiserat, in funiculis hominum, in vinculis charitatis. Ex quibus funiculi hominum ad ipsius humanitatem, vincula charitatis ad diuinitatem pertinent. Ipse enim est principium nostrum, ex quo creati profluximus, & in quod redire nos omnino necesse est, nisi funditus perire velimus. Funiculi sane fortissimi sunt, quæcunque propter nos egit & pertulit in carne maxime tamen illud extremum crucis supplicium. Vincula autem charitatis omnino firmissima, sunt eius erga nos æterna beneuolentia, fides, amor, quæ eū ad tanta, tam indigna propter nos patienda impulerunt. His ad suā originem retractum est humanum genus. Vnde per Hieremiam ipse dominus dicit: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Quod quidem post Christi mortem manifestissime impletum est. Tum eṁ p apostolos & alios Christi discipulos toti mundo annūciatus est Christus, & quæ is causa salutis nostræ & fecisset & pertulisset. Quibus cognitis tanta amoris flamma in multorum cordibus subito exarsit, operante scilicet virtute & efficacia sanguinis Christi, vt eam nulla neque perse-

Osee 11

Funiculis qualibus nos ad se traxerit Christus.

Hiere. 31

quutionum, neque suppliciorum, neque
Cant,8 ipsius denique terribilissimę mortis flumi
na potuerint extinguere vel obruere. Ita
nanque funiculis hominum & vinculis
charitatis Christus Iesus nedum fortium
virorum, sed etiam tenerrimarum virginum,
honestarum matronarum ac impuberum
puerorum sibi corda deuixerat, vt ad atro
cissimas tyrannorum carnificinas haud
secus, quam ad optatissimas delicias con-
uolarent. *Ita verum est, quod dominus*
ait: Quum exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad meipsum. Traxit enim ad se in
fantes & viros, pueros & senes, adolescen
tes & iuuenes, virgines & matronas, nu-
ptas & viduas, pauperes & diuites, fortes
ac infirmos, fatuos & sapientes: idque ne-
xibus ardentissimæ charitatis. Pro qua
illius tam ineffabili in nos misericordia,
maxime quod gentiles dæmonum culto-
res hostesque suos tam benigne ad se tra-
here voluit, magnas illi semper gratias a-
gere debemus, quotquot ex gentibus ad
eius fidem & cognitionem perducti su-
mus. Nisi enim mundum & gentium po-
pulos suo lumine sic illustrasset, quid nos
hodie, nisi perditi essemus?

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet inæternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Et qs est iste filius hoīs?

Multis locis sacra scriptura Christum
perenniter regnaturum commemorat.
Quæ quia Iudæos non latebant, sciscitantur ex domino, quur dicat filium ho-
minis exaltari, id est, crucifigi oportere.
Sic enim ipsi illam exaltationem intellige
bant: quod eis difficile non erat quando-
quidē iam omnino deliberauerant Chri-
stum crucifigere: sicut ex ipsorum persona in
Sapien.2 Sapientiæ libro dicitur: Morte turpissima
condemnemus eum. Et apud Hieremiam:
Hierem.11 Mittamus lignū in panem eius. Quod igi
tur iam apud se statuerant, facile animad-
uertere potuerunt, licet dominus id obscu
rius proferret.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.

H

Sciebat dominus, qui est lumen ve-
rum, illuminans omnem hominem, se bre Ioan.1
ui neci tradendum, idcirco iam Iudęis hoc
ipsum, quamuis tecte, prædicit, hortās eos
vt dum lucem, id est, ipsum Christum ha-
berent, ambularent in lumine, scilicet gra-
tiæ & doctrinæ illius, vt tenebris errorum
& ignorantiæ, quibus iam tot annis Iudęi
omnes misere obuoluti sunt, minime cō-
prehenderentur. Hoc idem nō cessat om-
nipotens Deus in cordibus Christianorum
ipsi nimis male seruientium perpetuo cla-
mare, tametsi plerique id non sentiunt, vt ta
men dum tempus est gratiæ, dū adhuc prę
sens agitur vita, ad Deum verum lumē sese
conuertant, ament illum à quo tantopere
se amatos nouerūt, sint grati illi, à quo tot
beneficijs affecti sunt, ne iusto Dei iudicio
tenebris hæresum ac prauarum opinionū
implicentur. Solet enim omnipotens & iu
stus Deus cum grauiter iratus est, hoc tan Quam se
quam seuerissimo & metuendissimo vin- uerissimo
dictę genere hominum Christianorum casti iudicio p
gare & vlcisci flagitia, vt eos sinat labi in er mittat De
rores & hæreses, vt sic mente excæcati di- us quosdā
cant bonum malum, & malum bonū: quo cadere in
nihil potest terribilius cogitari. Qui enim hęreses ac
sic affecti sunt, illi vix aut nunquā possunt errores ob
curari. Nota est sententia Salomonis: Cō- eorum ni
sidera opera Dei, quod nemo possit corri mis enor
gere, quem ille despexerit. In ijs em̄ verissi mia pecca
me impletur illud, quod per Prophetam ta.
dominus dicit: Dimisi eos secundum desi Ecclēs 7
deria cordis eorum, ibunt in adinuentiōibus
suis. Habemus hac ętate nostra exēpla mul Psalm.80
ta satis: sed quę plangēda magis sint, q̄ cō-
memoranda. Caueamus dilectissimi tā
grauem irā Dei. Ambulemus dum lucē ha
bemus, vt non tenebræ nos cōpręhendāt.
Viuamus ita vt decet Christianos: timea-
mus Deum, nec nimiū nobis de illius mi-
sericordia blandiamur. Peccata nostra ha-
ctenus admissa plangamus, iustam iram p̄
potentis Dei modis omnibus auertere co
nemur, ne penitus nos deserat, & sub Tur
corum aut aliorum paganorum potestatem re-
digi nos permittat. Hoc em̄ in quibusdam
non vulgaris autoritatis reuelationibus iā
olim terribiliter cōminatus est. Neque pute
mus fieri non posse, vt isthæc nobis eueni- Vt rediga
ant. Videamus Græciam, imo Asiam to- tur Chri
tam, pluresque alias amplissimas regio- stiani sub
nes, quibus nunc dominantur impij Ma Turcorū
hometistæ. Nunquid illis aut sanctiores, iugum p
ter pecca
ta eorum.

aut

aut fortiores sumus? Minime vero. Relicti sunt illi propter peccata sua,& quia libenter amplectabantur hæreses. Et nos ergo, qui iisdem tenemur vitiis obnoxii, etiam eandem Dei iram expectare habemus. Sed ad reliqua Euangelii dicta explananda pergamus.

Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

Nimirũ qui ambulat in tenebris ignorantiæ & culpæ, nescit q̃ vadat. Si enĩ sciret quorsum tẽdat, vtiq; rectius sibi cõsuleret. Pergit enĩ ad tenebras gehennę, quæ præcedentes tenebras consequuntur. Cõcordãt cum hac dñi sentẽtia ea verba Salomonis, quibus ait: Via impiorũ tenebrosa: nesciunt vbi corruãt. Ergo in tenebris ambulare, hoc est, vitiis deditum esse. Peccata enĩ tenebras in animã adducunt, sicut scriptũ est: Excæcauit eos malitia eorũ. Pessimos reuera effectus peccatum habet. Occidit animam, excæcat animum, & sexcenta alia mala infert animæ. Et quæ causa est, vt nõ magis vitetur peccatum, cuius tam exitiales sunt effectus? Ipsum scilicet peccatum. Per peccatum enim quædam vasta caligo offunditur oculis hominis interioris, vt pericula peccati aut non videat, aut nõ ita vt oportet, videat. Inde est quod multi interim monentur vitam suam rectius instituere, cauere tam horrendos inferorum cruciatus, ignem sulphureum, fœtores intolerabiles, aspectus dæmonum omni cruciatu externo molestiores, & id genus innumera alia, quæ certissime manent impios omnes in tartara relegandos: & tamen non modo nihil curant, sed irrident etiam, & nescio quibus scommatibus eiuscemodi dicta excipiunt. Qui si cæci nõ essent, & plus quam cimmeriis tenebris immersi, timerent sane, & suæ saluti consulerent. Sed quia in tenebris ambulant, nesciunt quo vadunt.

I Cæcitas hoim huius seculi quanta sit

Credunt quidem iustum esse Deum, & impios pro suis maleficiis puniri apud inferos, sed hæc velut in somno aspiciunt: itaque nihili pendunt. Postea vero vbi merguntur in tartara, tum demum experiuntur, quam malum sit in ignorantiæ & peccatorum tenebris degere. Talibus hominibus plenus est mundus. Rident, saltant, cachinnantur, comessationibus & potationibus vacant, serena & tranquilla atque secura eis sunt omnia, & vt diuus Iob ait: Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, sed in puncto ad inferna descendunt, vbi nullus est ordo, sed horror & luctus & vlulatus sempiternus, fletus oculorum & stridor dentium. Quæ si iam serio præuidere vellent, melius sibi prospicerent, attenderent illa dicta Mosi, imo spiritus sancti per Mosen paterne peccatores omnes adhortantis: Vtinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. Videamus nunc reliqua.

Iob 21

Iob 10

Matt. 8. 13

Deuter. 32

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis.

Hoc est, dum Christum habetis, credite in Christum, vt filii & membra Christi sitis. Christus enim est lux mundi, in quem tamen Iudæi nulla ratione credere voluerunt. Sed quomodo credemus in Christum? Credemus scilicet eum esse verum & viuum Deum, itemque hominem verum, & qui tantopere omne execretur peccatum, vt maluerit in seipso, hoc est, in natura humana à se assumpta peccatum Adæ tam dire vlcisci, quam illud impunitum relinquere. Non enim alia nobis potuisset ratione succurri. Atque ex huius consideratione firmissime nobiscum statuemus, nullum vnquam, pręsertim mortiferum in ipsum peccatum admittere, ne tam grauiter eum offendamus: maximeque omne peccatum horrebimus, vtpote illi tam vehementer inuisum. Hoc enim ad veram & Christianam fidem pertinet, vt vitemus omnia, quibus offenditur Deus, & faciamus, quæ ipse exigit à nobis. Noli mihi dicere: Non possum, quia infirmus sum. Audi Apostolum: Omnia possum in eo, qui me confortat. Si habes veram fidem, confidas Deo, quod piis conatibus tuis nunquam deerit. Tantum conare, & quoddam indicas bellum prauis, corruptisque moribus tuis: simul diuinum implora auxilium, & senties omnia esse possibilia credenti.

In Deo meo, ait Propheta, transgrediar murum.

Ioan. 8

Credere in Christũ quid sit.

Fides vera & Christiana quam exigat.

Philip. 4

Marci. 9

Psalm. 17

SER-

SERMO IN EADEM Festiuitate. Vt tenebras peccatorum fugere, & in diuinæ gratiæ lumine ambulare debeamus: item de peccati nocumentis, & de gratiæ effectibus, denique de laudibus sanctæ Crucis.

K

AMbulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ compræhendant. Ioannis duodecimo. Hęc tota ratio fuit dilectissimi domino nostro Iesu Christo humanam suscipiendi naturã, vt à peccati morte nos liberaret, & vt à peccatis ad virtutes verbis & exemplis suis nos reuocaret. Hæc tota vitæ nostræ summa est, hac vna ex causa vitam istam temporalem ducimus, hoc denique fine creati sumus à Deo & in hunc terrarum orbem delegati, vt vitemus peccata, & iustitiam virtutesque colamus. Sed quid ista nosse iuuat, nisi & re ipsa prę stentur à nobis? Nosti voluntatem Dei: fac illam, & viues. Si non facis, impius es, & ingratus. Ambulate, ait dominus, dum lucem habetis, vt non tenebræ vos compræhendant. Dicit hoc vnicuilibet homini Christiano salutaribus vndis sacri baptismatis expiato, qui simul atq; baptizatus est, accipit spiritum sanctum & lumen diuinæ gratiæ, quo fretus possit vitiorum tenebras euadere. Hortatur ergo eũ, vt ambulet in via mandatorum Dei dum lucem habet, ne si extra hanc aberret viam, luce priuetur, & peccati tenebras incurrat.

Proles vti parẽtes suas probe instituant.

Videant hic parentes, quemadmodum suas proles à teneris annis probe & pie instituant, vt eos doceant viuere iuxta voluntatem Dei, non huius mundi prauissimos mores: doceant eos totos se ab ipsis incunabilis ad pietatem componere, praua consortia & mundi huius inquinamenta deuitare, innocentiam in baptismo recuperatam toto vitæ tempore illęsam & inuiolatam custodire. Hoc est enim ambulare in luce, & peccati nescire tenebras. O felices illas animas, quæ innocentiæ vestem semper incontaminatam seruant, & fidem domino in baptismo pręstitã nunquã violant. Quod cur hodie tam raro & vix vnq̃ præstetur, non minima causa est, negligentia & immodica indulgẽtia parentũ, dum non curant proles suas conuenienter dominicis præceptis educare, imo etiam sępe eis laxant habenas ad quæuis perpetranda mala: quorum erit certe grauissima & iustissima damnatio, quandoquidem peccata oĩa filiorum & filiarum in ipsos redũdabunt. Sed & aliis oĩbus dicit dominus, vt ambulent dum lucẽ habent, id est, habere possunt diuinæ gratiæ, ne sempiternis tenebris inuoluantur, ad quas certũ est deduci eos oñes, qui in peccati tenebris moriuntur. Caueamus igitur dilectissimi tenebras mẽtis, id est, peccatũ quo animus excæcatur, ne ruamus in foueam mortis æternæ, quo nunquam potest vllum lumẽ penetrare, sed est chaos teterrimum & obscurissimum, dẽsissimis semper nebulis inuolutum. Et vt libentius caueamus peccatum, cogitemus, certũq; habeamus nihil illud aliud esse, quam grauissimum Dei contemptum, vilipensionem immensæ bonitatis, diuinæ maiestatis iniuriã infinitam, diuinę iussionis incuriam, diuinæ sanctitatis offensionem, omnipotẽtis creatoris repudiationem, mẽtis incompręhensibilem stoliditatẽ & amentiam, gratiæ & virtutũ oĩm exterminiũ, summi boni priuationẽ, ęternę felicitatis iacturã, intellectus obscurationẽ, peruersionẽ voluntatis, venenum diaboli, viscũ tartareum, damnatiõis ęternæ aditũ, causam oĩs miseriæ, pctõris mortem & exitiũ, germẽ dęmonum, ostiũ abyssi, hominũ insipientiam, rete ac laqueũ tentatorum, æmulationem malignorum spirituum, horrorem & detestationẽ angelorum, horrendã caliginem, maximam turpitudinem, fœtorẽ intolerabilẽ, summam & extremã vilitatem, ferocissimã beluã, immitissimã ferã, damnũ inęstimabile, grauissimũ nocumentũ, & malum oĩm lõge maximũ. Tolle pctm̃ e mũdo, & nihil vsquam erit quod quenq̃ male habeat. Tolle pctm̃ e mundo, & oẽs felices ac beati erimus.

Peccati effectus & monstra qua[illegible]a.

L

Pctõrum nocumeta decẽ quæ sint.

Cõmemorabo hic decẽ pcti nocumenta, eo duntaxat, vt maiorem capiamus peccandi nauseã & horrorẽ. Possent quidẽ innumera adferri dãna pcti, sed, vt dixi, decẽ duntaxat hic enumerabo. Primũ est, q̃d hominẽ priuat summo bono, id est, Deo Opt. Max. in quo vno tota consistit salus & beatitudo mentis creatæ, qui solus potest totum illius explere desiderium. Si ergo sæpe minimarũ iactura rerum ita nos excru

Priuat sũmo bono.

excruciat, vt ipsa quoque vita & lux nobis fastidio sit, cur tam parum contristat nos mortiferi cuiuscunque peccati perpetratio? Contigit quandoque sanctum quendam virum transire ędes cuiusdam fœminæ amarissime plorãtis. Vnde pietate motus, cogitabat adire illã, & consolari. Cumque ingressus domum, interrogasset quid haberet, didicissetque eam ob acum amissam ita plangere, statim abijt, indignum iudicans, vt eam pro tam vili re cõsolaretur. Si illa mulier sic fleuit ob tantillæ rei dispẽdium, quæ est ista amentia, vt nos summi boni iactura tã nihil affligat? Hoccine est diuinam vereri, amare, honorare maiestatem, plus dolere, si quid temporarium cõtingat amittere, quam si illius gratiam peccatum admittendo perdamus? Secundum est, quod hominem reddit Deo summe inuisum & contemptibilem. Abominatio est enim Deo impius & impietas eius. Odisti, ait propheta, omnes qui operantur iniquitatem. Quid autem æque potest esse horrendum, quam odiri & despici ab omnipotente Deo, ex quo tanquam e fonte emanat, quicquid est gratiæ & amabilitatis in creaturis? qui est summa & infinita pulchritudo, sanctitas, dignitas, maiestas: cui soli placuisse etiamsi creaturis omnibus displiceas, abũde magna felicitas est: cui vni displicuisse, etiamsi om̃ibus placeas, extrema miseria est. Quid est enim, quod possit animũ aliquo vero afficere gaudio, quando Deum habet inimicum, & à se alienum? Tertium est, quod subijcit hominem diabolicæ tyrannidi ac seruituti, facitque propriæ iniquitatis mancipium. Quo quid potest homini accidere indignius? O homo factus ad imaginẽ Dei, redemptus Christi sanguine, cur intantũ tete abijcis, vt non pudeat te esse seruum dæmonum, quibus nihil vilius Mundus habet? Beatus, ait Sapiens quidam, qui non seruiuit indignis se: & tu qua ratione beatus esse q̃ as, qui vilissimis dæmonibus tete subijcis? Certe nisi plane in furiam versus esses, non vsq; adeo te hostium tuorum potestati traderes. Quartum est, quod omni gratia, virtute & merito spoliat hominem, redditq; eum Deo & sanctis angelis tanquam cadauer putridum summe abominabilem. Sicut enim corpus mortuum grauissime olet: ita anima vita gratiæ destituta, pessime fœtet Deo. Et tamen videas hodie miserrimos homunciones vt placeant hominibus varios corpori suo adhibere odores: cum interim summæ fœteãt coram Deo, nec curent tamen. O stulti & insani, cur non potius animas vestras virtutum impletis odoribus, vt possitis placere illi, qui vos vere felices & beatos solus potest efficere? Quintum est, quod sempiternam aufert homini beatitudinem: quæ tamen reuera tam ingens, multiplex & infinita est, vt si non nisi vna posset obtineri die, merito illius causa om̃es vitę huius voluptates despici, & aduersa omnia æquinanimiter ferri deberent. O cæcas hominũ mentes, o pectora cæca. Sextum est, q̃d ceu pondus grauissimum, hominem deorsum præmit, nec sinit sursum animum attollere, facitq; tardum ac debilem & difficilem ad exequẽdas virtutũ actiones, promptum autem & propensum ad appetenda & magnifaciẽda vilia ista hæc & infima terræ bona: ita vt recta possit porcus dici, qui numquam oculos sursum erigit, sed semper prono vultu in luto & sordibus volutatur. Vnde Propheta: Homo, inquit, cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui fit, quod plerique adeo desipiunt diuina ac spiritalia, adeo sapiunt vana & terrena? Vtique non aliam ob causam, nisi quod animus vitiorum humoribus corruptus, non habet sensum integrum, aut verum iudicium. Septimũ est, quod suo pondere mox ad alia trahit vitia, nisi cito per pœnitentiam aboleatur. Hoc videmus quotidie in miseris & occæcatis hominibus, qui vbi semel vitijs sese dediderunt, in tam profundas merguntur immanium peccatorum voragines, vt vix spes sit eos vnquam posse redire ad vitam. Quos licet millies horteris vt resipiscant, nihil nisi aera verberas: imo ridẽt admonentem, & infelices putant quotquot ipsis similes non sunt. Octauum est, q̃d animum reddit omni saxo duriorem, praua q; consuetudine intantum obligat & afficit, vt diuinæ gratiæ vix possit capax fieri, maxime vbi versum est in longam consuetudinem. Tales em̃ difficile corriguntur: de quibus Hieremias ait: Indurauerũt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Nonum est, quod peccantem reddit tartaro assimilem. Vt enim tartarus est habitatio dæmonum, & chaos totius miseriæ,

Marginalia: Paradig. — Facit Deo odibilem. — Sapien. 14 — Psalm. 5 — Facit diaboli seruũ — Eccle. 25 — Spoliat om̃i gratia, & virtute ac merito. — Beatitudine æterna priuat. — Animum deorsum trahit. — Psalm. 48 — Diuina & spũalia cui multis adeo desipiant. — Trahit suo põdere ad alia vitia & peccata. — Animã saxo duriorẽ reddit. — Hierem. 5 — Dæmonibus assimilat.

feriæ, ac abyssus tenebrarum: ita peccator est cubile dæmonum, subiectum iniquitatum, barathrum vitiorum, estque in eo sicut in inferno ignis auaritiæ, fœtor luxuriæ, tenebræ ignorantiæ, vermis conscientiæ, sitis concupiscentiæ, dæmones per effectum, &c.

N Dānationi æternæ facit obnoxium.

Decimū est, quod æternæ facit damnationi obnoxium. Quæso, si quis vel vna die nudo corpore in ardenti fornace iacere deberet, quid non ageret ille, vt talem pœnā posset euadere? Cur ergo tam parum cauetur peccatū quod nos mittit in stagnū sulphure & pice tartarea semper arsurum? Quod si isthæc omīa peccati nocumēta nihil nos mouent, certum est iam tenebris peccati nos esse innolutos: sed tamen dum adhuc dies gratię agitur, licet inde emergere. Itaque abijciamus eas, actu tum dilectissimi, & in lumine virtutum & gratiæ ambulemus. Atque vt gratia & virtute magis afficiamur, illius itidem decem effectus succinctim recēsebo.

Gratiæ diuinæ effectus decē qui sint.

Primus est, quod à pctō originis in baptismo nos eripit. Non em̄ purgamur ab illo pctō, nisi per virtutis infusionē. Secundus est, q̄d animū firmat, stabilit & corroborat in bonis. Vnde Apostolus: Optimū est gratia stabiliri cor. (Hebræ. 13) Tertius est, ꝙ munit hominē aduersus quęuis vitia, quasuis tētationes carnis, mūdi & dæmonum, prauorūq; hoīm impia exempla, pestiferas suasiones, & quælibet offendicula. Quartus est, ꝙ animam pulcherrime vestit & ornat, vt possit esse grata & amabilis Deo spōso cœlesti, qui sese animę coniungere non vult, q̄diu vitiorū sordibus est polluta, & virtutis inops. Quintus est, q̄d desponđet animā Christo, quatenus cōuenit vitæ p̄senti ac fidei. Sextus est, ꝙ efficit hominē Dei filiū adoptiuū, eiq; super oīa adhærentē. Septimus est, ꝙ facit hominē Dei templū, thronū ac habitaculū, in quo delectat commorari spiritū sanctum, qui odit sordes, nec potest habitare in corpore subdito peccatis. (Sapien. 1) Octauus est, quod reddit hominem paradiso terrestri cōsimilem, vtpote sanctis cogitationibus floridum, pijs meditationibus virentē, sanctis desiderijs amœnum, bonis actibus fœcundū, & optimę existimationis ac integrę famæ odore gratissimo fragrantē. Nonus est, ꝙ etiā cœlesti paradiso eum facit similem, vtpote Deū per fidem, & sapientiæ donū ac mysticam theologiā, quantū fas est in hac vita, syncere cōtemplantem, ꝑpetuo laudantē in prosperis & aduersis in illo se oblectantem, atq; prōpta deuotionis alacritate hilariter ei obsequētem, ac deniq; oēs amantem, cum omnibus & erga oēs pectoris pacem & fraternā concordiā inuiolabiliter retinentē. Decimus est, ꝙ hoīes perducit ad cœlestis patriæ felicissimā hæreditatem, & Christi Iesu consortium faciens ex eis hęredes Dei, Christiq; cohęredes. Quis iam non libēter velit virtutis & gratiæ amplecti lumen, & vitare peccati tenebras, cognitis tot vitiorū incommodis & nocumētis, itemq; tot virtutis & gratię pręclaris effectibus?

O De S. cruce festum celebrādi ratio.

Sed qa Exaltationis S. crucis festum agimus, etiam de illa aliquid nobis dicēdum est. Quid ni enim S. crucis festa celebremus, in qua propter nos immolatus est Christus, per quā abolita sunt delicta nostra, Dei ira mutata est in clementiam, cū Deo reconciliati sumus, patefacta est paradisus tot annorū milibus clausa, & igneo gladio vallata, antiqua nobis patria reddita, paterna ciuitas demonstrata, domus pristina est restituta? Crux altare nouū, in quo nouum illud sacrificiū, nempe Christus filius Dei oblatus est: imo & ipse sese obtulit: siquidē & sacrificium & sacerdos fuit: sacrificiū secundū carnē, sacerdos secundū spiritū sanctitatis. Crux est signū illud filij hominis, quod in iudicij die apparebit, & quando sol & luna & stellæ oēs non dabunt lumen Iudicis aduentu & claritate obscuratæ, Crux miro splendebit lumine, vt confundantur impij qui dominū crucifixerunt, & ꝓ ipsis crucifixo ingrati fuere: gaudeantq; pij per crucem euecti ad gloriā. (Laudes S. crucis quę nam sint. Matth. 25 Ioel. 2) Crux Christi est triumphale vexillum, oīm æternę beatitudinis gloria sublimandorū, nedum hoīm, sed etiā angelorū. Nanq; per crucis Christi, ceu mediatoris, meritum non solum hoīes, sed etiam angeli creduntur obtinere gloriam ęternę vitę, quam certe nulla creatura suis meritis absque condigno mediatore adipisci potuisset. Vnde ꝙ angelorum pars magna stetit, nec cōsensit angelis desertoribus, potissimū merito crucis Christi tribuendū est, per quod confirmati sunt, ne cum apostatis illis deficerent ab obedientia, quam debebant suo & oīm cōditori. (S. crucis merito quidam angelorū cōfirmatos.) Siquidem in Apocalypsi vbi describitur pugna Michaelis & angelorum eius cum dracone & asseclis illius, euidenter expressum legimus:

Apocal. 12

Et ipsi vicerunt eũ propter sanguinẽ agni: quod nullus dubitat ad meritũ passionis Christi referendum, quę in cruce consummata est. Itaq; pie credimus, sicut homines à suis culpis per Christi merita sunt liberati, ita & angelos per eadem à ruina esse præseruatos. Siquidem & angelis necessarius erat mediator, qui eis à Deo gratiã mereretur. Quod quidem excellentissima charitate fecit dñs Iesus, in cruce triumphans de aduersarijs suis, fuso pro omnibus sanguine suo, cuius meritis etiam angeli seruati sunt. Vnde etiã ipsi cruce Christi tanq̃ vexillo & cõmuni trophæo vtuntur. Crux Christi est commune meritum, & communis thesaurus angelorum & hominũ electorum. Vnde etiã Apostolus ait: In Christo complacuit oẽm plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt.

Col. 1

P

Gloriari nõ modo hoies verũ & angelos in cruce.

Quamobrem nedum homines sancti, sed & angeli gloriantur in cruce domini nostri Iesu Christi multo felicius & securius, q̃ in proprijs meritis. Siqdem in ipsa cruce benignissimus Saluator oẽs thesauros diuinæ sapientiæ & meritorum angelicæ humanæq; naturæ communicandos collocauit. Præterea crux Christi est commune gaudium angelorum & hominum, per quam ceu firmissimum ac inseparabile glutinum creaturæ rationales, angeli scilicet & homines copulãtur, vt ex vtrisq; construatur & impleatur superna Hierusalem, cuius est participatio in idipsum, vbi gaudẽt oẽs gaudio inenarrabili & honorato, per crucis Christi meritum potissime conciliato. Nam alioqui neq; angelica, neque humana merita ex æquo respondere possunt præmio felicitatis æternæ, quod Deus est, quandoquidem illa finita sunt, Deus autem infinitus est, nisi fulciantur merito Iesu Christi crucifixi: quod quidem sicut rationem meriti obtinet iuxta assumptam humanitatem & crucem, ita est etiã omnino infinitum ob cõiunctam diuinitatem. Non enim Chrstus homo solus est, sed Deus & homo. Atq; hoc ipso ex æqua iustitiæ lance infinito præmio respondet meritum infinitum: & infinito merito redditur præmium infinitum. Itaq; hoc crucis Christi merito freti cœlestes illi spũs cõfirmati sunt in gloria, ita vt nunquam possint inde excidere. Nec mouere quenq̃ debet, quod id longe ante Christum crucifixum contigerit. Nam & hominibus illis, qui Christi aduentum præcesserunt profuit idẽ Christi meritũ, nõ minus q̃ qui post nati sunt. Ita & angelicis spiritibus: q deinde promptissima beneuolentia ob volũtatem Dei seruierũt hominibus, vt & ipsi salui fiant, sicq; crucis Christi merito vtriq; in commune gaudeant, & felicissima vnione nectantur.

Crux vt sit gaudiũ commune hoim & angelorũ.

Psalm. 121

Meritum Christi ãgelis profuit etiam ante incarnationem suam. [margin note partly illegible: "Meritum Chrĩsti ãge bus asi pl ns incarna rionem ĝ fuerit."]

Figura crucis Christi mysteriũ quod.

Cuius qdem figuram habuisse videtur crux ipsa dñi Iesu, ex duobus lignis compacta: altero recto, altero transuerso: quorum illud naturam angelicam ob eius stabilem ac immotam rectitudinem, istud vero naturã humanam ob eius miseram euersionẽ significat. Ipsa autem ligna mutuo sibi iungũtur in medio, hac nimirum significatione, per Christum crucifixum vtrosq; & angelos & homines adunãdos, angelica ruina per homines instaurata, & hominis pctõ prorsus abolito & expiato.

Q

Raban⁹ de laude S. crucis mirificum librum quo ingenioso fecit.

Rabanus Maurus Mogũtinensis olim episcopus de laudibus S. crucis opus confecit mirificum versu & prosa, vbi reuera diuino vsus ingenio multa scribit in laudem crucis: ex qbus pauca hic referemus. O crux sacra, inquit, quæ concedis fidelibus ante Christi tribunal bonorum operum fructus percipere. O crux sacra quæ diruptis inferni claustris plebem sanctorum eripueras, & in cœlo collocaueras. Salue crux veneranda Dei, quæ sapientia, lumen & doctrix es orbis terrarum: quæ vera lux, & amica virtus, & clara philosophia apud cœlicolas terrigenasque indefinenter viges: etiam apud exercitus angelorum, q in claritate lucis æternæ manent: & apud homines, qbus salus & pulchra renouatio post diutinã infirmitatem, & antiquam peccatorum vetustatem extitisti. Te totus orbis beatificat. Te cœlorum agmina collaudant. Per te in nomine Iesu, qui cuncta mundi sceptra simul & regum curuat imperia, omne genu siue voluntate, siue vi flectitur, cœlestium videlicet, terrestrium & infernorum. At Michael dux & princeps plebis Dei, te confessione memorat cuncta cœlorum sydera virtute regere & potestate tegere, eo quod ara Dei sis, in qua immolatus est agnus, q abstulit peccata mundi: quo clypeo beneuolentiæ ipse sedulo exultat: qua confessionis framea fidens, bellum init contra draconem horridum, antiquumque serpentem & de

Philip. 2

Ioan. 1

Apoc. 12

hoste

hoste triumphans ouat cũ sanctoꝝ agminum millibus, hoc sibi præmij loco petẽs, vt tuã laudem perpetuo ante tribunal decantet domini. O inclita crux domini, aulæ Christi preciosum fundamentum: tu es pulchrior florifera specie omnium germinum: tu excelsior cædris Libani: tu preciosior albo lapide Pario. Hæc ille vir doctus & pius. Chrysostomus quoq; pulcherrimis S. crucẽ euehit encomijs, quę ob gratiam pij lectoris huc adscribere non pigebit: Crux, ait, spes Christianoꝝ. Crux resurrectio mortuoꝝ. Crux cæcorum dux. Crux desperatorum via. Crux claudorum baculus. Crux cõsolatio paupeꝝ. Crux refrenatio diuitũ. Crux destructio supboꝝ. Crux maleviuentiũ pœna. Crux aduersus dęmones triũphus. Crux deuictio diaboli. Crux adolescentũ pędagogus. Crux sustentatio inopũ. Crux spes desperatorum. Crux nauigantiũ gubernator. Crux periclitãtium portus. Crux obsessoꝝ murus. Crux pater orphanoꝝ. Crux defensor viduaꝝ. Crux iustoꝝ cõsiliarius. Crux tribulatoꝝ reqes. Crux paruuloꝝ custos. Crux viroꝝ caput. Crux senũ finis. Crux lumẽ in tenebris sedentiũ. Crux regũ magnificentia. Crux scutũ perpetuũ. Crux insensatorũ sapiẽtia. Crux libertas seruoꝝ. Crux Imperatoꝝ philosophia. Crux lex impiorũ. Crux pphetaꝝ pconatio. Crux annunciatio apostolorũ. Crux martyrũ gloriatio. Crux monachorũ abstinẽtia. Crux virginum castitas. Crux gaudiũ sacerdotum. Crux Ecclesiæ fundamentũ. Crux orbis terræ cautela. Crux templorũ destructio. Crux idolorũ repulsio. Crux scandalũ Iudęorũ. Crux pditio impiorũ. Crux inualidorũ virtus. Crux ęgrotantium medicus. Crux emũdatio leprosorũ. Crux paralyticorũ reqes. Crux esurientiũ panis. Crux sitientiũ fons. Crux nudorũ ptectio. Hęc ille. De hac deniq; S. cruce religiosus quidã & venerabilis pater ita scriptum reliquit: Nobilissimæ & felicissimæ arboris S. crucis radix est humilitas & paupertas, cortex, labor & pœnitentia: rami, misericordia & iustitia: filia, veritas & doctrina: flores, vera honestas & pudicitia: odor, sobrietas & abstinentia: pulchritudo, castitas & obedientia: splendor, fides recta & spes firma: fortitudo, magnanimitas & patientia: longitudo, lõganimitas & pseuerantia: latitudo, benignitas & concordia: altitudo, charitas & sapientia: dulcedo, amor & lætitia: fructus, salus & vita æterna. Hęc est arbor fecundissima, sup oẽs arbores paradisi bñdicta. Hæc animã deuotã piæ cõpassionis affectu sæpe cõpungit, sępe lachrymare facit, cũ imaginem crucifixi aspicit: sępe cor amantis cõuulnerat, cũ Christũ pro se vulneratũ pensat. Beatus homo & fidelis seruus ille, q sacra Iesu vulnera & crucẽ in corde suo iugiter portat, & quicqd occurrit aduersi, de manibus Dei accipit & pie sustinet, vt crucifixo p se dño suo vel in modico conformis fiat. Quisqs in cruce Christi gloriatur, & oĩa ppter Christũ contemnit, hic interim à Christo in psenti consolabit, & in futuro cœlestibus bonis replebitur, ac sine fine cũ Christo & sanctis oĩbus felicissime gaudebit. Quæ nobis pstare dignetur Christus Iesus pro nobis in cruce passus & mortuus, cui est oĩs honor & gloria in secula seculorum, Amen.

[Margin: Ioannes Chrysost. de laude S. crucis qd senserit. — 1. Cor. 3 — R — D. Thomas Kempen. — S. crucis mysteriũ vti vocat arbor.]

IN FERIIS D. MATTHÆI APOSTOLI ET Euangelistæ, epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios cap. quarto.

XX. FRatres vnicuiq; nostrũ data est gratia secundũ mensurã donationis Christi. Propter qd dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. (Quod aũt ascẽdit, qd est, nisi qd & descẽdit primũ in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & q ascẽdit supra oẽs cœlos, vt adimpleret omia.) Et ipsis dedit quosdã quidẽ apostolos, qsdam aũt prophetas: alios vero Euangelistas, alios aũt pastores & doctores, ad consummationẽ sanctorum in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum,

[Margin: Psalm. 67 — 1. Cor. 12]

in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A IN hac Epistola, quę cõmodissi me legitur in festo S. Matthæi apostoli & Euangelistæ, vt ipsa verboꝝ facies indicat, Paulus Apostolus illam dñi parabolã interpretatur, qua dicit hominẽ quendã peregre profectũ, vocasse seruos suos, & distribuisse illis bona sua: & vni quidẽ talenta qnq;, alij duo, alij vnum tradidisse, id est, alijs atque alijs alia & alia plura & pauciora dedisse gratiæ munera, non pro sua vel largitate, vel parcitate, vt ait D. Hieronymus, sed pro accipiẽtium viribus. Ait ergo Apostolus: Vnicuique nostrum data est gratia talis ac tanta, qualem & quantam placuit Deo dare nobis: qui vtiq; dat omnibus affluenter & non improperat. Nec est cur quisquã alteri plura ac potiora adepto inuideat: quãdoquidem Deus est q dona sua prout vult impartitur. Quidni eñ liceat illi facere q̃d vult? Dedit nouissimis in vinea laboranti bus eundẽ denarium, quem & primo. Et cũ quidã inde murmuraret, audiuit: Amice non facio tibi iniuriam. An nõ licet mihi facere q̃d volo? Quid eñ ego aliud velle possum, nisi q̃d optimũ fit? Non tñ ita nobis sua largitur dona, vt nos velit ociosos agere. Nam & seruus ille, q talentum acceptũ duplicare, & pij ac liberalis dñi sui bñficentiæ cooperari noluit, non solũ talẽto priuatus, sed etiã in tñbras æternas demersus est: ne qs de misericordia Dei securus ac interim pigritiæ & negligentię deditus, negligat aut contẽnat seruare pcepta Dei. Quod aũt data sit nobis gratia iuxta mensuram donatiõis Christi, probat Psalmographus, vbi ait: Ascendẽs Christus in altũ, quadragesimo post resurrectiõem die, captiuam duxit captiuitatẽ sanctoꝝ patrũ, q̃s ex iñferoꝝ carceribus diuina potẽtia & autoritate extraxit, deditq; dona hoĩbus sacro Pẽtecostes die, qñ in centũ quinquaginta hoĩes effudit spũs sc̃ti largissimã gratiã, ac deinde etiã in alios Christianæ religionis professores. Neq; desinet sua largiri dona fidelibus vsq; ad extremũ diem. Quod aũt dicit ascendisse in cœlũ, id vtiq; vult intelligi, prius eũ descẽdisse e summo cœlo in has orbis terræ partes, quæ ratiõe mũdi infimę sunt, qa in centro mundi collocatę, vel in ip̃m inferni lymbũ, vnde patrũ captiuitatẽ victor potens & gloriosus eduxit, diripiẽs vasa fortis armati, id est, diaboli, q ea diu tyrãnica dñatione detinuerat. Porro q descẽdit minoratus paulominus ab angelis forma serui assumpta, atq; vsq; ad inferos accedere dignatus est, ipse est & q ascendit vltra oĩm altitudines potestatum, vltra cœlos & creaturas oẽs vsq; ad consessum Dei patris, postq̃ illius cõpleta voluntate, mortẽ & diabolum deuicit, suosq; e captiuitate redemit. Sicut eñ à summo cœlo fuit egressio eius, ita & vsque ad summũ eius occursio illius, nimisq; exaltatus est sup oẽs deos, vt adimpleret oĩa quę de ipso in lege, Psalmis & pphetis scripta & prophetata erãt: Vel, adimpleret oĩa, id est, electos oẽs donis gratię & gloriæ consummaret. B Et ipse dedit atq; cõstituit quosdã quidẽ apostolos, q̃les fuere duodecim illi, q̃s ipse primo elegit, deiñ etiã Matthias, Paulus, & quidã alij, q̃s scriptura eo noĩe appellat, ex qbus duodecim vocãtur in Apocalypsi fundamenta duodecim Ecclesię. Quosdã aũt dedit prophetas, q sc̃tõ spiritu afflati, ac cœlesti reuelatione instructi, scripturaꝝ mysteria alios edocerẽt ac illuminarent: q̃sdam itẽ Euãgelistas, q Euãgeliũ & Christi nomẽ ac pconia vbiq; annũciarent. Deniq; alios pastores simul & doctores, q alijs p̃fecti, curã illoꝝ habeãt, & pascant eos salutari diuinę scripturę pabulo, ac vitę alimõia, ne si populo desit crebra & efficax verbi Dei prædicatio, ignorãtiã diuinæ legis & volũtatis cotrahant, aut ad ppetranda mala fiant pcliuiores & effrę natiores: sicq; vitia subditorũ in p̃latorum caput redundent. Nanq; p Ezechielẽ minatur dñs se requisiturũ sanguinẽ subditorũ de manu pastorum negligentiũ. Voluit aũt dñs eiusmodi varias esse in Ecclesia functiones & ordines ad consummationẽ, instauratiõem & perfectã instructionem ac ædificatiõem sanctorũ. i. fideliũ, q etiã ab apostolo Petro vocant gens sc̃tã, vt meminerint se sc̃tõs & immaculatos esse debere. Voluit, inquã, dñs illos q̃s diximus ceu ministros fideles ędificãdo, exornando & cõplendo corpori Christi, hoc est, Ecclesię esse deditos & intentos, donec oẽs, quantũ ad fidei & agnitionis dñi nostri Iesu Christi vnitatem attinet, occurramus & euadamus

Marginalia: Matth. 25; Hierony.; Iacob. 1; Matth. 20; Lucæ 19; Psalm. 67; Lucæ 24; Acto. 2; Lucæ 11; Psalm. 8; Hebræ. 2; Psalm. 18; Lucæ 24; Matt. 4. 10; Marci 3. 6; Lucæ 6. 9; Ioan. 6; Acto. 1. 9; Apocal. 21; Vitia subditorũ in p̃latos redundare; Ezech. 3; Functiões diuersæ cur sint in Ecclesia; 1. Petr. 2

mus in virum perfectum,& eã mensuram ætatis,q̃ nos plane reddat adultos in Christo,siue mensurã ætatis plenitudinis Christi,ita vt absolutam & integram Christi fidem & cognitiõem obtineamus, simusq; in fide Christiana viri, non paruuli fluctuantes:sed abunde in ea instructi. Potest & sic exponi: Donec occurramus omnes in extremo iudicio,venturo iudici in ea ætatis plenitudine, qua Christus dominus ꝑ nobis occisus est. Ephes.4

EXEGESIS EVANGELIJ eiusdem Festi. Matthæi nono.

C

DOminus noster Iesus Christus fratres charissimi, qui om̃es seruare, & à peccatis ad veniã vocare venerat, neminẽ à sua gratia exclusit. Om̃ibus sese obtulit,imo &ingessit,sæpe nullam sibiipsi dans requiem, sed vltro citroq; cursitans, vt datum sibi à patre negocium, nempe animas saluandi exequeretur. Quid enim ageret aliud fons pietatis,nisi vt longe lateq; ad omnes ipsius indigos manaret,saciaret ægros om̃es, & neminem pateretur suę misericordię & benignitatis manere expertem? Vere piissimus medicus dñs Iesus, q e cœlis allatam gratiæ suæ medicinam omnibus indiscriminatim adhibere paratus fuit,sed à multis receptus non est. Sicut sol iste visibilis lumen suum cũctis eque exhibet,nulli inuidet,& tamen vbi clausæ sunt fenestræ,siue aditus per quos lumen illius intromitti oporteret,nihil efficit: ita & dominus Iesus sol iustitię radios suę lucis &misericordiæ omnibus communicauit quidem,sed multis cordium suorum ostia obserantibus, non potuit illos suæ gratiæ participes reddere. Maxime vero ab illis exclusus semp fuit & pertinaciter repulsus, qui se iustos quidem haberi volebant, atq; tales ipsi se existimabant,& tamẽ iustitiæ omnis prorsus vacui & expertes erant, cæterosq; præ se aspernabãtur,cum essent ipsi Deo &sanctis om̃ibus inuisi & execrabiles. Tales erant scribæ & pharisæi,quibus Dei filium obstinata animi malitia &exitiali inuidentia repellentibus,ad publicanos & peccatores se transtulit,vt supbis & tumidis peccatoribus repudiatis,humiles &pœnitentes peccatores ad gratiã admitterentur. Ita ergo& in huius diei Euangelio post curationem paralytici,relictis scribis calumniatoribus,legitur ad publicani conuersionẽ sese transtulisse,quod nunc paucis explicabimus.

Medicum Christum q cur semper repulerint.

Cum transiret Iesus,vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.

Primum hic apparet & om̃ibus sese spectandam atq; imitandam proponit S. apostoli Matthæi modestia & humilitas, qui cũ tacito noĩe suo rem gestã indicare potuisset,sese etiã nominatim exprimere voluit,scilicet vt pctõres q̃slibet ad sperandã veniã,vitamq; in melius cõmutandã prouocaret. Sedit aũt in Telonio, auaris intẽtus lucris, vt de mercatorum sudoribus suas cumularet opes, & à ꝑtereuntibus vi extorqueret,vñ suas augeret facultates. Fuit nãque publicanus. Publicani aũt apud veteres dicebantur, qui vectigalia &alios populi Romani reditus exigendos, certo cõstituto precio redimebant. Vlpianus publicanos esse dicit,qui publico fruuntur. Et eõs qui aliquid à fisco conducũt,recte vocantur publicani. Qui licet apud maiores & numero amplissimi,& dignitate potentissimi fuerint,tamẽ nõ erat laudanda illorũ auaritia,qua grassabant in alios, & inique com paratis rebus suas opes exaggerabant. Vnde etiam Zachęus princeps publicanorum,postq̃ in dominum credidit,dimidium substantiæ suæ dedit pauperibus, & in quadruplũ restituit,si qd quem defraudasset. Raro eñi culpa vacant eiusmodi telonia,vbi non seruatur æquitas,sed lucris inhiatur. Vidit aũt dominus Iesus Matthęum publicanum sedentem in telonio oculis misericordiæ,qua cor illius intus ꝑmouit,illustrauit,ac emolliuit,vt prius intrinsecus,illuminatus, vocẽ foris vocantis melius perciperet, & prõptius sequeretur. Nihil enim prodest externa quæuis exhortatio,nisi intus opetur gratia spiritus sancti. Vidit,inquit,hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Exprimit nomen suum,vt quotquot ista legunt vel audiunt,dum certo discunt ex publicano ad apostolatus fastigiũ esse traductũ, non despondeant animum quãlibet magnis sint vitijs obligati,sed spe bona, meliorisq; cogitatio-

Matthæus apostolus cur nomẽ suum hic expresserit

Publicani quinã dicebantur olim.

Lucæ 19

gitatione concepta, ſtudeant mala ſua corrigere, & ad miſericordem dominum, ſemper indulgere paratũ toto corde reuerti.

Et ait illi: Sequere me.

D Sequere me, affectu cordis, officio corporis, & effectu operis. Hactenus contempta voluntate mea, feciſti tuam, ſpreuiſti leges meas, obſequutus es auaritiæ tuæ, & q ſola debueras appetere cœleſtia ſemperq; manſura, animum tuum Dei capacem, nec vllis omnino caducis rebus, niſi ſolo Deo explebilem ad conquirendas & corradendas terrenas opes adiunxiſti, non quidem illius implens deſiderium, aut ſitim extinguens, ſed irritans potius ac laceſſens, iam nunc me Deum ac dominum tuum ſequere. Hucuſque dulce tibi fuit lucris inhiare terrenis, immenſos theſauros compilare & congerere, ac nunc me ſequere, vt & tibi & alijs bona lucreris æterna. Sufficiat hactenus theſaurizaſſe in terris, vbi fures effodiunt, & tinea demolitur: deinceps theſaurum tibi compara in cœlis, vbi nulla eſt neque furum, neq; tineæ formido. Sequere me. Quid hic ad tui perniciem, & aliorum iniuriam reſides? Num ſemper victurus es, vt diuitias augere non ceſſes, animę tuæ prorſus immemor? Ecce ego propter te diues quum eſſem, pauper factus ſum. Tu ergo me ſequere, & vt poſſis bonis ditari cœleſtibus, mihi amicam amplectere paupertatem. Habeãt terrena terræ filij & bonis præſentibus dediti, quæ tamen velint nolint breui amittent, & ad æternam deuoluentur ęgeſtatem, tu me ſequere, ſeruus dominum, filius patrẽ, diſcipulus præceptorem, creatura creatorem, captiuus redemptorem, ouis paſtorem.

Matth. 6

2. Cor 8

Et ſurgens ſecutus eſt eum.

Vno verbo vocatus, mox ſequitur, nihil hæſitans, nihil trepidans, nihil cunctatus. Imo relinquit omnes huius vitæ ſpes, & tanquam ilico periturus ſit, ſi moras nectat vllas, mox relictis omnibus, inuitantis vocem Saluatoris prompta obedientia, & alacri deuotione proſequitur. Spernit diuitias perituras, parentum, amicorũ, & cognatorum omnium obliuiſcitur, omnium pro detrimentis, imo ſtercoribus habet, vt Chriſtum poſſet lucrifacere. Nec ſolum terrena abiecit lucra, quæ poterat ſperare in poſterũ, ſed pericula etiam cõtempſit, quæ ipſi, totiuſq; ipſius familiæ ciuitatis magiſtratibus imminebant, quod redemptorum à ſe vectigalium rationes diſcedens non confectas reliquiſſet: eo ipſo ſcilicet nos inſtituens, vt qui Chriſtum ſequi ex animo concupiſcit, de nulla omnino huius vitæ re quicquam curet amplius, nec ipſorum etiam parentum aut conſanguineorum affectu, vel humano terrore retineantur, quo minus diuinæ obtemperet voluntati, aut Chriſtum vocantem ſequi differat, vel de his quæ fieri animæ vtilitas ſuadeat, quicquam intermittat, certus nimirum obediendum eſſe Deo potius, quam hominibus, vel proprijs affectionibus. Propterea etiam dominus quẽdam diſcipulum ſuum volentem primo ſepelire patrem ſuum, quod tamen ipſa pietas & naturæ lex erigere videbatur, non pmiſit, ſed ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: vſqueadeo & in illo & in omnibus, qui Chriſti velint eſſe ſectatores, affectus omnes etiam erga maxime propinquos volens eſſe extinctos, aut certe negligi ac mortificari. Quod ſi affectiones eiuſmodi in conſanguineos & cognatos peſſum premẽdę ſunt, propter Chriſtum, vt animus totus ſeſe liberius poſſit tranſferre in Deum, quãto magis vitandæ ſunt & conculcandæ affectiones mundanæ, quæ pietatis propoſitum impedire, & animum irretire queant? Docentur ergo, vt dixi, in promptiſſima & perfecta ſancti Matthæi rerum omnium, etiam cognatorum renunciatione, nihil tam nobis charum eſſe debere, quod non libenter Chriſti amore abijciamus, ſi nobis impedimento ſit ad obtinẽdam Chriſtianæ pietatis pfectionem. Ea de cauſa omnes illi primitiuæ Eccleſiæ fideles, quicquid habebant in commune conferebant, nihil inde accipientes aliud, quam vnde vitam quotidie ſuſtentarent. Quod ſi cui durum videtur relinquere om[illegible]ia, nouerit ille ſe quidem ad id pręcepto non obligatum, ſed tamen rerum poſſeſſarum amorem ita moderetur oportet, vt Chriſti amor in ſuo pectore ſemper primatum ſibi vendicet, ac deinde rebus ſuis non ad luxum, ſed neceſſitatem vtatur, ſed quę ſuperfluunt, libenter indigentibus communicet. Felicior aũt ſanctus Matthęus, q ſimul oĩa reliquit, vni Chriſto adhęrẽs, in q̃ multo felicius, ſecurius, abundantius oĩa poſſidebat. Quod deinde etiã alij innumeri pſtiterũt.

Philip. 3

Cõuerſionis ad Deũ verus modus.

Actor. 5

Matth. 8
Lucæ 9

Adfectiones naturales quam mortificandæ ſint.

Acto. 4

Quinam oĩbus reb' mundi renunciandum ſit.

Et ſa

Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebãt cum Iesu, & discipulis eius.

E Relicturus omnia S. Matthæus, cõuiuium prius instruit, vt amicis valefaciat & dominũ ac discipulos eius benigne tractet. Nec infructuosa fuit illius conuersio, quando multi mox aduolarunt publicani & peccatores socij illius, cupientes & ipsi audire ex Saluatore verba salutis, quibus ad meliora prouocarentur. Ita sæpe vnius correctio, multis fit causa salutis, dum odore famę illius attracti, incipiũt damnare se ipsos, vitam suam male actam horrere & repræhendere, dolere se tam miseros esse, non amare nec inquirere, quod illum iam emendatum quærere & amare conspiciũt, atq; ita deniq; etiam melioris vitæ propositum concipere, & ad Christum toto corde reuerti. Parauit autem Matthæus Christo conuiuium, vt à quo cœlestis gratiæ erat beneficia consecutus, illi de terrenis facultatibus nonnihil rependeret. Idq; conuiuium magnum fuisse Lucas testatur, fortassis non tam epularum varietate & ferculorum pompa, quam animi deuotione & interna exultatione, qua tanti lætabatur hospitis præsentia, quem iam non frigido pectore, sed feruenti amore, complectebatur. Tertio Regum volumine etiam Eliseus Eliam secuturus prius socijs suis conuiuium fecisse legitur quam ab eis discederet. De publicanis, q huic Matthæi conuiuio interfuere, D. Hieronymus sic habet: Quia viderũt publicanũ à pctĩs cõuersum & pœnitẽtiæ inuenisse locũ; ob id etiã ipsi nõ desperabant: sed veluti pœnitentes, veniebant, & discumbebant cũ Iesu & discipulis eius, forte inuitati à Matthæo, vt haberet socios in pœnitẽtia, quos habuit socios in culpa. Porro dominus Iesus salutẽ omnium sitiens, quodlibet genus remedij vt ait Chrisostomus, exhibebat, & non solum disputando & præstando sanitatum remedia, vel arguendo æmulos, sed etiam comedẽdo nõnullos errantium dirigebat: inde nos instruens quod quodlibet opus & tempus potest nobis vtilitatem adferre. Sic nec publicanorũ participationẽ vitauit ꝑpter vtilitatẽ sequentẽ, more boni medici q nisi saniẽ tãgeret, à morbo nõ liberaret,

[Margin: Conuiuiũ Matthæus quale christo exhibuerit]

[Margin: Lucæ 5]

[Margin: 3. Reg. 19]

[Margin: Cur Christus cum publicanis & pctõrib' comederit & biberit]

Hæc ille. Sed Pharisæi falso iusti, & reuera impij, qa iustitiã foris mẽtiebant, intus malitia & auaritia pleni, videntes dominum manducare cum peccatoribus, indigne ferebant, sicut textus subiungit:

Et videntes Pharisæi, dicebant, discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

Zelũ quidẽ legis habere se simulabãt (nã reuera nõ habebãt, cũ legẽ ipsi nõ seruarẽt sed minimis qbusdã cõtenti, potiora legis contẽnerent) vez̃ dũ se iuste aduersus dominum tanquam legis transgressorem moueri putarent, ipsi deterius peccabant, temere dñm legis iudicantes, & proximos despicientes. Quasi vero ipsi pctõres nõ essent, ita cæteros contẽptim appellabãt peccatores, qui tamen iam in melius cõmutati desierant esse peccatores, O pharisaicam superbiam, quæ dum sana sibi & munda videtur, aliosque elato despicit supercilio: nunquam suorum meretur veniam peccatorũ. Vera iustitia cõpassionem habet, falsa dedignationẽ. Miseros istos inuidia excæcauerat, qua semper & vbiq; facta Saluatoris calumniabant: & vñ alij remedia salutis accipiebant, inde isti profundius vulnerabantur. Ita hodieq; inuidi semp aliorum bonis deteriores fiunt, & optima quæque pessime interꝑtant. Pulchre hic Beda, Pharisæi inquit, fastu inani & inuidia excæcati erant gemino inuoluti errore, dum magistrũ veritatis calumniati sunt. Nã & seipsos bonos esse credebãt, q turgida supbia inflati, procul recesserant à via veritatis & iustitiæ: deinde & illos pro iniustis accusabãt qui ad meliora conuersi, non parũ accesserunt ad iustitię semitam. Hic ergo error iste fuit, quando nec sua, nec aliorum pectora cognoscebant. Hæc ille. Quod autem non ipsum Dominum repræhendunt in faciẽ, sed apud discipulos accusant, imitãtur morem obtrectatorum, qui semper occulte detrahunt, sæpe in faciem adulantur. Aut certe timent se confundendos publice ab ipso domino, sicut sæpius experti erant: vnde ad discipulos se conferunt, vt inuisum eis aut certe suspectum reddant dominum tanquam legis præuaricatorem.

[Margin: Zel' Pharisæorum aduersus Christum quantus]

[Margin: Gregori']

[Margin: Sapien. 2]

[Margin: Inuidis qd nam semp peculiare fit. Beda]

[Margin: Detractõrib' qd fere semper proprium sit]

At IESVS ait ad illos. Non opus est valentibus medico,

ſed malehabentibus.

F Vide manſuetudinem &modeſtiam Chriſti.Poterat eos iure reprehendere,qui omnis virtutis vacui,alios tñ aſpnari non vererentur:ſed ne miſeros magis exulcera ret,blãde eis reſpõdit, & q̃ſi iuſtitiã eis tribuit,quos non erat neſcius à iuſtitia plurimum abeſſe.Valentes aũt eos vocat,nõ q̃d eſſent,ſed quia ipſi tales ſe habebãt:quaſi diceret. Vos me ſemper repellitis, tanq̃ qui mea opera non indigeatis:iſti autem ſe miſeros & infirmos agnoſcunt, cupiuntque
Matth.15 accipere medicinam.Itaq; ad illos me accedere decet,q ad hoc miſſus ſum à patre, vt oues pditas reqram.Si vos iuſti eſtis,nõ dolere debetis,ſed gaudere plurimum, quod peccatores redeunt ad iuſtitiam,& pc̃tis relictis cupiunt etiam ipſi iuſti effici.Vos ſani eſtis ſcilicet.Ergo liceat per vos tñ etiam ægris ſalutem conſequi.Non vacat hęc domini reſponſio tacita obiurgatione, qua illis ſuperbiam eorum obijcit, vt propia cõuicti conſcientia,erubeſcant ſe iuſtos velle videri,qui ſe ſciant iuſtos non eſſe.

Euntes autem diſcite, quid eſt: Miſericordiam volo,& non ſacrificium.

Iudæi nimium ſibi placebant in externis ſacrificijs ſuis, & cæteros deſpiciebãt: neq; tñ curabant exequi voluntatẽ Dei.Deus aũt ab illis ſacrificia illa requirebat quidem,ſed magis illi placebat interior animi cultus,qui in veris virtutibus conſiſtit maxime in ſyncera erga Deum & proximum charitate,quæ docet proximos non deſpicere,ſed ſi miſeri ſint,miſereri & cõpati:ſi iuſti,congratulari.Cum igitur Phariſæi peccatores deſpicerent, iuſſit eos domi
Oſee 6 nus ire & probe intelligere ſententiã Oſee prophetæ, qua dominus ait, ſe miſericordiã potius velle & condolentiam erga proximos,quam ſacrificia externa abſq; charitate.Nihil enim Deo abſque charitate gra
Gratũ nihil Deo eſſe abſque charitate tum eſſe poteſt. Vnde fruſtra Phariſæi de ſuis ſacrificijs ſibi blandiebantur,quando interim charitatem negligebant.Si autem charitate præditi fuiſſent, neque dominum repræhendiſſent miſeros ſanare cupientem,neq; proximos deſpexiſſent, ſed à medico viſitari lætati eſſent.Charitas enim aliorum miſerijs dolet, gaudet ſalute & proſperitate.Non ergo debemus cogitare dominum Iudæorum ſacrificia dãnaſſe,quæ illis lege præcepta erant, ſed monere eos voluiſſe, vt charitatem potiſſimũ & miſericordiã charitatis filiã ſectarent, ſine quibus nõ poſſint placere Deo quæuis externa ſacrificia:quaſi diceret: Vos placetis vobis in veſtris ſacrificijs & alios contemnitis.Sed q p̃cepit vobis vt ſacrificia offeratis,idem & præcepit vt proximos diligatis prohibuit ne quenquam contemnatis. Et ſacrificia quidẽ offerri deſinẽt: neq; eñ ea ſemp exiget Deus:charitas autem & miſericordia ſemp erũt obſeruandæ:Eæ eñ maxime placent Deo,ſine qbus ipſa q̃q; ſacrificia fœtent illi.Cur ergo vos potiora negligitis,& minora tanti facitis, vt propter ea alios vobis meliores ſpernere non vereamini?Si legis vim mentemq; teneretis, nõ tam eſſetis ſtolidi.Euntes ergo melius diſcite quid ſit,quod hactenus cęco corde in Oſee legiſtis: Miſericordiam volo & non ſacrificium,quale vos hactenus facere cõſueuiſtis.

Sacrificia Iudæorum q Christ hic æstimaris

Exod.10 Leuit.19

Oſee 6

Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

G Si iuſtus eſt dñs & iuſtitias dilexit,ſi odit oẽs qui operantur iniquitatem, quare hic dicit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores? Verum de illis iuſtis loquitur, qui cum vitijs pleni ſint, tamen intolerabili animi ſuperbia, vel deploranda cæcitate iuſti ſibi videntur:itemque de illis peccatoribus, qui ſe peccatores ex animo agnoſcunt, nec tamen in ſordibus vitiorũ cum porcis volutari appetunt, ſed præterita peccata admiſiſſe ſe dolent, ac deinceps omnino ſtatuunt reſipiſcere,& iuxta Dei voluntatem exigere omnes dies vitæ ſuæ:recogitantque cum Ezechia ſancto rege omnes annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ,& ſtudent prȩuenire faciem domini in confeſſione,vt tanto ſecurius occurrant venturo iudici quanto ſe in hac vita ſtudioſius ab admiſſis peccatis expurgarint. Tales peccatores venit vocare dominus Ieſus potius, quam falſo iuſtos, qui ſibi iuſtitiam vendicant ſine cultu & operibus iuſtitiæ: qui iuſtitiam ore præ ſe ferunt, & moribus fugiunt: qui cum ſint ad omne opus bonum reprobi, tamen omnia ſua tuta arbitrantur, & præ ſe cæteros aſpernantur, ſicut

Pſal.10 Pſal.7 Iuſti & peccatores quam hoc loco vocentur

Eſaiæ 38 Pſal.94

Pctõres eſſe nam ch i ſtus vocare ad ſe venerit.

Titum 1

sicut superbus ille Pharisæus, qui publicanum despicere non verebatur, quem Deus non despiciebat, vtpote, corde contritum, & ad Deum toto corde conuersum. Vsurpatores iustitiæ, ait Ambrosius, non vocantur ad gratiam. Nam si gratia ex pœnitentia, vtiq; qui fastidit pœnitentiam, abdicat gratiam. Maxima aũt ex his domini verbis præstatur consolatio & fidutia miseris peccatoribus sese emẽdare cupientibus, dum se ait non propter iustos, sed peccatores venisse in hunc mundum, Sic & Paulus ait: Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ne quis tñ propterea velit manere in peccatis, D. Gregorius Nyssenus sic locum hũc interpretatur quasi dixerit dominus. Adeo peccatores non abominor, q̃d eoȝ tantum gratia veni, non vt maneant peccatores, sed vt conuertant̃ & boni fiant, Hæc ille. Deniq; non est dubiũ, quin charior fit Deo peccator humilis, qui suæ infirmitatis conscius, pœnitentiã agendo diuinæ gratiæ se submittit & subijcit, q̃ iustus superbus, qui de sua iustitia sese efferens, alios condemnat. Vnde merito reprehenduntur Pharisæi, qui sacrificia faciebãt vt iusti apparerent coram populo, nec exercebant opera misericordiæ, in quibus probatur vera iustitia.

[Lucæ 15; Ambros.; 1. Tim. 1; Gregori' Nyssenus; Iustitia vera p quæ ꝓbatur]

SERMO IN EODEM Festo. De apostolorum dignitate & excellentia & in quibus eos imitari debeamus

H

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. I. Corinth. IIII. & XI. His verbis Paulus Apostolus bis eadẽ in Epistola hortat̃ Corynthios, vt ipsum imitent̃ nihil veritus ne arrogãtiæ tribueretur, quod se ceu ꝑfectionis exẽplar alijs proponeret imitandũ, sed optime sibi conscius, quantis quãq; ꝑclaris esset diuinæ gratiæ affectus donis, vt merito cũ Corynthij imitandũ suscipere deberẽt. Quamobrem alibi quoque de se, cæterisq; Apostolis confidẽter scribit: Nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, præcipua spiritus charismata. Voluit enim dominus Iesus sanctos Apostolos omnium credentium duces & magistros, & sicut ꝓpheta ait, populorum principes constituere. Itaque decebat eos largioribus sancti spiritus donis imbui, præstantioribus ornari prærogatiuis, omni sanctitate & sapientia, omnimoda perfectione, virtute & gratia, & singulari diuinarum proprietatũ participatione donari: deniq; tanta diuinorum charismatum plenitudine inundari, vt inde toti mundo communicare possent & influere. Ipsi nimirũ duodecim illa sunt ꝑcipua Ecclesiæ fundamẽta in Apocalypsi descripta, q̃ sustinent totius Ecclesiæ ædificium: possuntq; etiam angeli illi duodecim dici, qui ibidem in portis duodecim fuisse describuntur. Siquidem sacerdotio fungẽtes, & Euangelicis clauibus vtentes, angeli officium exercent: Imo & angelici principes iure vocantur, vtpote qui gradum supremum tenent in Ecclesia & sancta illa ciuitate, sicut Apostolus ait, Primo quidem in Ecclesia dedit fieri Apostolos. Ipsi etiã constituti sunt iudices duodecim tribuum à sũmo principe. Præterea ipsi sunt primarij illi & peculiares fructus duodecim ligni vitæ, quos ipsa arbor vitæ produxit in cibum & pastores totius familiæ suæ, q̃rũ saluberrimus institutionibus & doctrina viuifica totum Ecclesiæ corpus pascitur, ac vegetatur. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, loquentis per sanctos Apostolos tanquam organa purissima. Atque his fructibus mirum in modum delectatur Ecclesiæ sponsus Christus Iesus, delectatur & pater omnipotens, tãquam in propagine dilectissimi filij sui. Porro sub istis fructibus duodecim, continent̃ omnes alij, sicut sup ijsdẽ fundamentis cætera omnia ædificata sunt. Et vt isthæc duodecim fundamẽta vnico illi & præcipuo quod est Christus Iesus, innituntur fundamento, sic etiã oẽs illi fructus, id est, electi omnes ab vnica illa arbore vitæ, eodem scilicet domino nostro Iesu Christo proficiscuntur: vnde mirifice adinuicem congratulant̃, cõsiderantes se à tam ꝑclara & eximia arbore ꝓcessisse. Adhæc, vt iã partim dixi, ipsi Apostoli principes sunt populorum, præfecti duodenis tribubus, in quibus totum concluditur genus humanum, qui gladio spiritus duodecim mundi partes siue totum terrarum orbem debellarunt, victoresque triumphum reportarunt. Vnde merito iam coronantur cum ipso Imperatore, collocatique sunt tanquam eius assessores supra præcipuas duodecim gloriæ sedes, vt præsidiant & inducẽt duodecim tribus Israel

[Roma. 8; Psal. 44; Perfectio apostolorum quanta fuerit post ipsũ sũ recceptionem; Apoc. 21 Fundamẽta Ecclesiæ vt sint apostoli; Ephes. 4 Matt. 19; Apoc. 22; Deutr. 8 Matth. 4; Fruct' Ecclesiæ vt sint apostoli; Psal. 44 Principes vt sint Apostoli]

Israël atque adeo exaltati sunt super omnes tribus terræ, habeantque gladios ancipites in manibus ad faciendam vindictam de hostibus tartareis, quos diuina freti virtute superarunt, & ab hominum cordibus salutari prædicatione, excluserunt. Denique adeo in gratia cõfirmati credunt illo die, quando e cœlis sanctum accepere spiritum, vt deinceps nunquam possent ex gratia excidere. Recte igitur omnes illi & singuli nobis dicere queant, quod Paulus Corinthijs, Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Occurrunt autem in beatissimis Apostolis tria specialiter imitanda, nempe, perfectus mundi contemptus, perfecta sui mortificatio & ardentissimus erga Deum & proximos amor. Cum enim à domino vocarentur, sine mora relictis omnibus illum sequebantur, tanquam vinculis quibusdam attracti, à quibus se excutere non possent. Nihil erant solliciti de crastino, non timebant, ne si pauperem hominem sequerentur, simul cum illo paupertatis incommoda sustinerent, nec sibi longa vitæ spacia & iucundos dies polli cebantur si manerent in mundo, & facultatibus suis fruerentur: sed tanquam onera quædam & mortis laqueos omnia mundi huius bona abijciebant, felices se putantes, si pauperem Christum pauperes sequerentur. Quod reuera magna admiratione non vacat, potuisse eos tam facile adduci, vt in hominis ignoti disciplinam sese traderent, eumque verum Dei filium non ambigerent, cum tamen multa in eo cernerent tanta maiestate indigna, & communibus eum mortalium miserijs & calamitatibus subditum viderent passimque eum ab omnibus irrideri, despici & male tractari indies experirentur. Sed occulta diuinæ potentiæ virtus in eorum animis operabatur, vt & vocantem intrepidi sequerentur, & agnoscerent Deum latentem in homine, nec fraudem vllam suspicarentur, cum nihil in Christo nisi syncerissimam simplicitatem, veritatem, iustitiam, modestiam, rectitudinem conspicerent. Non enim fucare se nouerat candida simplicitas, veritas fallere nesciebat, iustitia nihil iniquum, nihil modestia indecens, nihil rectitudo summa prauum admittere poterat. Itaque sancti Apostoli à Christo vocati statim toto corde mundum relinquebant, diuina gratia omnem in eis mundi amorem extinguente, atque internos cordis eorum reserante obtutus, vt viderent, quod nihil sint quæ mundus admiratur,

Psal.149

I *Apostolos fuisse confirmatos in gratia*

1.Cor.4 *Imitanda quænam tria in apostolis reperiantur* *Matth.4*

Matth.6 *Obedientia apostolorum quanta fuerit*

Lucæ 6 *Marci.6*

quam vana sint & caduca, quibus mundus deditus est, quam perniciosa & periculosa, quæ mundus toto animo amplectitur, quam denique horrenda & fugienda, quibus mundus tanquam summis bonis inhæret. In hoc ergo dilectissimi nos sanctissimos patres & duces nostros sectari debemus, vt contemnamus mundum & omnes vanitates illius. Si quis diligit mundum ait Ioannes Euangelista, non est charitas patris in illo. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Homo natus de muliere breui viuit tempore, vt meminerit se peregrinum esse & exulem in hoc mundo, & repletur multis miserijs, vt vexatio det intellectum auditui, ne oblitus sui, male sese dedat bonis præsentibus, quibus vtendum est non fruendum, quod dominus Deus nobis adminiculo esse voluit, non impedimento, vt nos celerius prouehant ad Deum, non ab eo abducant. Sicut enim vehiculis vtimur ad conficiendum citius iter, non ob capessendam voluptatem, sic & cõmoda & bona vitæ huius eatenus sumenda sunt, quatenus nos celerius promouent apud Deum. Quicquid autem à Deo nos distinet ac abstrahit, quantumcunque charum sit, abijciendum est, ne quicquam Christi amori præponatur. Nam ille animam suam propter nos neci tradidit, vt & nos illius causa parati simus etiam charisma quæque deserere. Vt autem facilius mundum contemnamus, quinque nobis pensanda sunt, quæ etiam mundi sapientes & Philosophi tractarunt quidem, sed satis explicare non potuerunt, vtpote naturalis duntaxat luminis exigua illis prælucente scintilla, qua se diligenter ad supernaturalia cognoscenda extendere non potuerunt. Sunt autem hæc quinque: Qui simus: Vnde venerimus: Vbi habitemus: Quo tendamus: Per quam viam tendamus. Primo quidem qui simus, Philosophi nunquam satis explanarunt. Peripatetici hominem vocant animal rationale productum, ab homine & à sole. Academici addunt illi quiddam diuinum, quod Plotinus intellectum vocat. Sed dominus noster Iesus Christus vera patris sapientia in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, qui perdit sapientiam sapientum, cuius doctrina omnis verissima est, non opinionibus ambigua. Is inquam plane nos docuit esse filios Dei, adhibens prophetæ sui testimonium, dicentis: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Imo non solum id docuit, sed quia à tanta dignitate fraude

Mundus quãto studio contemnendus

1.Ioan.2

Hebræ.13 *Iob 14* *Psal.38* *Hebræ.11* *Esaiæ 28*

Bonis temporalibus quatenus vtendum sit

1.Ioan.3

K *Quinque quænam consideranda in mundi contemptione*

Homo qui definiatur à sapientibus

Colloss.2

Roma.1

Ioan.10 *Psal.81* *Quænam Christus nos docuerit*

fraude diabolica misere cecideramus, nec vllũ ipsius in nobis mãserat vestigiũ, pctõ nos penitus à Deo disiungente & alienos efficiente, vt iam omnes filij iræ diceremur etiam benignissima miseratióne potestatẽ nobis dedit filios Dei fieri, mortificata carne & sanguine, quibus obsequendo, ab illa dignitate deiecti eramus. Docuit etiam, vt per veram voluntatis consensionem & suauem concordiam cum ipso, filij Dei efficiamur, vbi ait: Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. Quæ pax non est ea quã mundus optat & amicis suis pollicetur, vt sublato prædonum, latronum & hostium metu, suas quisq; facultates secure possideat, & fruatur bonis lucis huius: sed illa, quæ nobis semp esse debet cũ Deo, quæ in omnimoda cum illius voluntate consonãtia & concordia consistit, vt nihil appetamus vnquam, nihil agamus, nisi q̃d illi gratum sit, proculcatis penitus vitijs & concupiscentijs, debellatis, hostibus, & pacatis ac sedatis affectibus. Multa etiam alia idem ipse nos docuit, Philosophis incognita, vt quod erimus sicut angeli in cœlis, & quod anima toto mundo præstantior sit, &c̃.

Ephes. 2 | Ioan. 1 | Pax vera quãnam sit, quóq; obtinatur | Matth. 5

L Secundo, cogitandum nobis est, vnde venimus. Hinc sane Philosophi velut in tenebris palpitantes & tanq̃ somniãtes locuti sunt, nihil nobis certi relinquẽtes. Quid enim certi traderent, qui verum Deũ nesciebant? Christus autem à Deo nos progenitos apertissime docet, vbi nos iubet sic orare, Pater noster qui es in cœlis. Atque etiam vbi vetat, ne quem alium patrem agnoscamus, ita dicens: Nolite vocare vobis patrem super terram: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Si ergo filij Dei sumus si ex deo traximus originẽ, turpe nobis ducamus amare mundum, & in iniuriam tanti patris, vilibus istis rebus amore adhærescere. Si enim filij Dei sumus, ergo & hęredes. Qui ergo cœli hæreditatem certo expectare possumus, cur terrena appetamus? Regna cœlestia nobis promittũtur, & nos terram potius eligemus? Itaq; contẽptis. Mundi bonis, tanquã alienis & indignis, cœlestia ceu hæreditatem nostram inquiramus. Turpe est, si regis filius regni gloria posthabita vilia quædam & infima lucra sectetur. Et nobis turpe itidẽ sit æternis ac immensis neglectis honoribus, amore mũdum prosequi, qui semper fallit amicos suos, ridetque confidentes sibi nec vnquã melius nisi contemptu vincitur. Tertio attẽdendũ est, Vbi habitemus. Vtiq; in carcere, in exilio, in loco pegrinationis, in hospitio, in mãsione prsus hostili, in vicinia Inferorũ, in medio innumerabiliũ dæmonũ, q nos odio inexpiabili prosequuntur, & oĩ momẽto ipsum animarũ nostrarũ sanguinẽ sitiũt. Didymus qdã rex Barchmanarũ (q apud Indos gymnosophistæ & philosophi fuere) homo gẽtilis. Non sumus, ait, huius mundi incolæ, sed aduenæ. Ipse dñs Iesus multis locis Euangelij pspicue tradit mundũ hũc, in quo pegrinamur, nostrũ esse acerrimũ inimicũ. Quamobrem etiã ipse oĩa mundi prospera & commoda fugit & contempsit, & semper inops, exul & peregrinus vixit in terris. Ipsius est enim vox illa in Psalmo: Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Deinde ex sacris literis discimus Infernum esse in terræ visceribus, neq; nos longe ab illo absumus quod solum si bene penietur, potest ingentem mundi horrorem nobis incutere, quãdoquidem ita vicini & propinqui sumus teterrimo illo carceri, vbi cruciãtur hostes Dei, vbi sempiternus est tenebrarũ chaos, vbi nihil nisi extrema calamitas & miseria & omne malorum genus grassat. Nec desunt loca, quibus se manifeste prodit ignis tartareus, aliaq; inferorum tormẽta. Quis igit nisi totus amens amare velit hũc mundum, vbi tã propinq habitamus dæmonũ & dãnatorum hoĩm carnificinæ, vbi iuste in oẽ æuum pro suis sceleribus punientur? Quis item mundum amare velit, qui non nisi hospitiũ est plenũ latronũ & furũ insidijs, omni nos gratia atq; ipso Deo & vita æterna spoliare studio ac irremisso ac infatigabili nitentium? Quis nõ illũ viatorem stultissimum iudicet, qui oblitus patriæ, in hospitio procul à patria cum summo vitæ discrimine hærere malit, vbi tamen certus sit crudelissimus & innumeris se cinctum hostibus, nec vllum fidum habere amicum, cui tuto possit fidere? Est ergo cautissime cauendum, ne expoliemur, dilapidemur, vulneremur ac funditus pereamus. Id vero nunquam rectius cauebimus quam si mundum istum vt carcerem, vt exilium, vt hospitium, plane insidiosum, vt locum pestiferum & hostilem ex animo despiciamus.

Homo vnde venerit | Matth. 6 | Lucæ 11 | Matt. 23 | Ioan. 1 | Roma. 8 | Mundus quam meli⁹ vincat | Homo vbinam habitet | Dydimus rex Brachmandorũ | Psal. 38 | Infernus vbinam sit | Amatores mũdi quãtis sint expositi periculis

M Quarto, considerandũ est, quo tendamus. Quod Philophi qdã, vtpote à nostris mutuati aliq̃ ex parte attige

Homo quonam tẽdat

Matth.9 — *Boetius*

attigerunt,sed tñ more suo. Christus aũt euidentissime docet ad regna cœlorũ nos vocatos esse,eoq; tendere debere: vbi nimirum erit manifesta visio totius adorandæ trinitatis,fruitio omnium bonorum,&status oĩm bonorum aggregatione pfectus, q est status veræ beatitudinis:vbi deniq; erit vita æterna, cuius dulcedinem qsqs pfecte cognouerit,vt ait D.Gregorius,ea quę in terris amauerat,libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia,deserit habita, congregata dispergit. Inardescit in cœlestibus animus: nihil in terrenis libet:deforme conspicit, qcqd de terrenæ rei placebat specie. Et sicut mors corpus interimit,sic ab amore rerũ corporalium æternæ vitæ charitas occidit.Ergo vt facilius in nauseam vertantur bona labẽtia,caduca,fragilia,vana,incerta,ea semper animo versentur,quæ nobis reposita sunt in cœlis,quo tendit omnis qui Deum vere amat.

Gregori⁹. Vitæ beatæ quanta sint gaudia

Homo p q̃ viã ambulet

Quinto deniq; pensitandum est,per quam viam tendamus: quæ est vtique dominus noster Iesus Christus, qui se viam nobis fecit & baculum, cui innixi pgamus ad patrem, nedum sustentãs nos, sed etiam ducens, attrahens & portans. Sub cuius persona dicit Augustinus:Cum esses inimicus,patri meo reconciliaui te:cũ errares inter montes & syluas, quæsiui te: inter lapides & ligna quæ adorabas, inueni te:humeris meis portaui te vsq; ad patrẽ, cui te reddidi. Idem ipse omnia peccatorũ nostrorum pondera in se recepit,vt expeditius tendamus, & minori negocio perueniamus. Docuit etiam nos quomodo renouari debeamus,ne si in teterrima illa effigie,quam peccando contraximus, purissimis illis supernorum ciuium agminibus nos coniungere & ingerere velimus,summa seueritate reijciamur,multo magis, q̃ ille e nuptijs eiectus scribit,q nõ habuit vestẽ nuptialẽ.Potissimũ aũt docuit nos Christus via nostra fixus in cruce. In qua si eũ attẽte & sedulo cõtemplemur,fieri vix poterit,quin summũ mundi huius cõtemptũ odium & horrorem contrahamus. Quid enim illa eius in cruce nuditas, quid immanissimi dolores,quid acerbissima mors aliud docuit,nisi vt nihil huius mundi appetamus,vt mundo crucifixi simus, & illum nobis crucifixum habeamus, vt deniq; pfecte moriamur omnibus, quæ hic mundus habet & offert stultis & insanis amicis suis?

Viam cur se nobis p̃buerit Christus — *Augustin.* — *Matth. 22* — *In cruce pẽdẽs vti Christus nos mundi cõtemprũ docuerit* — *Gala.6*

Mortificatio quanta fuerit in S. Apostolis — *Acto.5*

Alterum quod in S.Apostolis imitandum diximus,est perfecta sui mortificatio.Quæ quam fuerit excellens in illis patribus,vel inde satis colligi licet, quod in Actis apostolicis leguntur iuisse gaudentes à conspectu concilij,quoniam digni habiti erant pro nomine Iesu contumelas pati,Non enim potest in cõtumelijs & supplicijs ac doloribus pie & religiose gloriari,nisi in quo omnis priuatus amor funditus extinctus sit.Amoris autem priuati perfecta extirpatio, perfecta sui mortificatio est.Vbi enim nullus hæret priuatus amor, ibi perfecta est charitas erga Deum.Vbi autem perfecta est charitas,ibi non potest peccatum habere locum. Vbi vero nullum est vitium,ibi nihil mortificandũ supest.Quãobrem sancti Apostoli tanto erant in sui mortificatione perfectiores, quanto minus amoris proprij in illis inerat.Quod autem pestiferi amoris illius vestigium in illis reliquum esse poterat, quibus viuere Christus erat & mori lucrum? quibus vita erat in patientia, & mors in desiderio. Multa hic adhuc dicenda forent, sed cauemus prolixitatem.

Mortificatio perfecta in quo cõsistat — *Phil.1*

N

Amor apostolorũ erga Deũ & pximos quãtus fuerit — *Acto.2*

Tertium Apostolis imitandum est ardentissimus erga Deum & proximos amor. Quem tum perfecte sunt adepti,quando spiritus sanctus in eos descendit,qui eos totos igne sui amoris incendit, & mirabiliter inflammauit,vt nihil possent cogitare aut desiderare aliud,q̃ honorẽ Dei, & salutem animarũ. Et vt longius Dei nomen & fidem propagare,pluresq; Deo animas lucrari possent p totũ intrepidis animis peragrarunt, orbẽ,vbiq; annunciantes,verum Deum,& simulachrorum detegentes superstitionem & vanitatẽ:nec quisquã ferme ex illis, nisi violenta morte interijt,q̃ quidẽ ob amorẽ Dei summo cum desiderio excipiebant. Quãta aũt erga seipsos egerint,causa amoris Dei.vt Christo crucifixo sese confirmarent,ieiunãdo,orãdo,vigilando,laborando nocte ac die, corpus diuersis laboribus & afflictionibus fatigando & atterendo, & innumera alia exercendo pietatis opa & studia, nemo possit vel cogitãdo asseq.

In sanctorũ celebritate quid facere debeamus

Nũc igit charissimi sanctissimos patres & duces nostros imitemur, sicut & illi Christũ dñm pfectissime sunt imitati.Contẽnamus mundũ, nosipsos mortificemus & Deũ ac pximos toto corde diligamus. Discamus cũ sctis Apostolis p Christo mala per-

la per-

la ppeti, p dulcibus amplecti amara, honores spnere, contẽptu gaudere, noxijs abstinere delectatiõibus, occasiones peccãdi fugere, dissolutos vitare mores, p pctis pprijs & alienis ingemiscere, p afflictis & tẽtatis orare, p illis q nobis bñfecerunt gratias agere, p inimicis vt conuertant depcari, cõgaudere bonis, cõdolere miseris, indigẽtibus opitulari, alta nõ appetere, sectari humilia, simplicia amplecti, supflua reijcere, paucis cõtenti esse, virtutibus nauare operã, aduersus vitia q̃tidianum inire certamẽ, carnẽ domare ieiunijs moderatis, spũ oratiõe & lectiõe pia roborare, humanas laudes respuere, solitudinẽ expetere, silentio delectari, vacare Deo, suspirare ad cœlestia, terrena oĩa medullitus vilipẽdere, nihil p̃ter Deũ nobis consolatoriũ arbitrari. Deniq; Deum super omnia, & proximos omnes in Deo & propter Deum amare. Hæc est enim summa quædam & compendium totius doctrinæ Christianæ, in qua nos vna cum Apostolis Christum imitari debemus, qui suis exemplis, ne trepidemus nos animauit, suis institutionibus ne erremus, edocuit, suæ gratiæ auxilio ne deficiamus munire paratus est, & vt fortiter perseueremus seipsum nobis præmij loco polliceri dignatus est: cui sit honor & gloria in secula seculorum, Amen. Cõpendiũ doctrinæ Christianæ q̃d nam sit

IN CELEBRITATE D. MICHAELIS ARCHangeli, & omnium sanctorum angelorum. Loco Epistolæ lectio Apocalypsis Beati Ioannis Apostoli ex capite primo.

XXI IN diebus illis, Significauit deus q̃ oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. Beatus qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ huius, & seruant ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est, Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat & qui venturus est, & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & ab Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

PARAPRHASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A APte quidem in festo beatissimorum spirituum angelicorum lectio ista pronunciatur, vbi inter cætera gratia & pax optatur Ecclesiæ à septem spiritibus, vtiq; angelicis. Quid eñ aliud possint p̃cari nobis angeli pacis, nisi pacẽ: nõ q̃ mũdus p̃stat, sed gratia Dei, quæ sola vere paratos, tranqllos & securos nos efficit. Ergo Ecclesia libenter hac lectione vtitur, vt dũ fideles erga se supnorũ spirituũ bñuolentiã agnoscunt, ad eoꝝ amorẽ & piã venerationẽ, debitamq; gratitudinẽ accendant, cupiantq; illis charitatis vicẽ repẽdere, à qbus se tãtopere sentiant amare. Sed nũc lectio ipsa tractanda est more nostro. Cum esset Ioãnes Apostolus & Euangelista (qui consensu sanctissimoꝝ & doctissimoꝝ patrum, Irenæi, Hieronymi, Iustini Tertulliani, Origenis & latinoꝝ prope omnium, Apocalypsim descripsit, nõ vt recentiores quidam somniant, alius quispiã) in Pathmos insulã relegatus, significauit illi p reuelationẽ, siue imaginariã visionẽ Deus q reuelat mysteria, quæ oportet fieri cito, omnẽ videlicet Ecclesiæ statũ ad ipsum vsq; extremũ diem. Non eñ quisq̃ vnquã tam perfecte ac dilucide cuncta Ecclesię euẽta vt Apostolus & Euangelista Ioãnes descripsit. Atque ad hæc significanda vsus est angeli ministerio, forte illius q custos eidẽ Apostolo erat assignatus, vel alicuius ex archangelorũ ordine p quẽ misit & apuit Deus cũcta huius Apocalypsis mysteria seruo suo & Apostolo ac discipulo Ioãni Euãgelistæ. Vt eñ Dionysius Areopagita testis est, reuelatio-

Apocalypsin quis vere scripserit

Dan. 2

Angelorũ q̃nam D. Ioãni Apocalypsin reuelarit

Dionysius Areopagita

uelatiões ꝓpheticæ fiũt ministerio angelorũ. Illi, inquã, Ioanni, q̃ testimoniũ ꝑhibuit verbo Dei missus Romæ in feruentis olei

Martyrũ S. Ioannis Euãgelistę

doliũ, à q̊ tam exiuit illæsus, q̃ erat ab omni corporis pollutione immunis. Malebat enim vitæ subire discrimen, quam negare Christum verbum Dei, cui testimonium reddidit pro illius amore contemnendo, quicquid posset mundus inferre supplicij, & libera voce scriptisq; clarissimis eum omnibus prædicando. Non enim putabat sibi quicq̃ esse formidandum, q̊ minus Christi Dei filium libere oĩbus annũciaret. Nouerat eo se in Christi Apostolum ascitũ, vt ipsum cũctis verbo & scriptis ꝑdicaret. Vñ etiam fidelissime suo functus officio testimonium perhibuit verbo Dei, & testis fuit Iesu Christi syncerus & integer, patefaciens quibus poterat modis quæcunque vidit, id est, res gestas oẽs dñi Saluatoris, quarũ notitia erat fidelibus vtilis ac necessaria. Idq; certe non vulgari constantia eum fe-

Acto. 2.3. 4.5.

cisse constat, quandoquidem in Actis apostolicis inter precipuos ipse numerat, & D. Petro Apostolorũ principi aliquoties comes & socius peculiaris adiungitur. Quãobrem beatus ille merito censendus est, tũ ꝑsenti conscientiæ pace & securitate, tũ futuræ gloriæ certa expectatiõe, qui legit pia deuotione & credula animi pietate, & qui audit alios recitantes, aut e sugestu annunciantes & explanantes verba prophetię huius: nec tamen sola lectione vel auscultatione cõtentus est, tanq̃ sufficiat ad salutẽ nos se voluntatẽ Dei, sed etiam seruat reipsa &

Voluntatẽ Dei opere exeq' vt à vt à nobis requirat.

opere, quæ in ea scripta sunt. Seruare nanque & exequi voluntatẽ Dei id potissimũ exquiritur à nobis. Legas omnia diuinorum scriptorum volumina, fidem accommodes promptissimam & certissimam omnibus inibi contẽtis: nisi tamen etiam obedientẽ & morigerũ te exhibeas erga ea quę vel facere, vel cauere iubent, quid quæso tibi proderunt? Beatus ille, qui legit, audit & seruat verbum Dei: miser autem & infelix qui cum sciat voluntatem Dei, aũt merito scire deberet & posset, tamen contentus inani fide, putat opera à se non exigi, sed fidẽ solam sufficere ad salutem.

B Verum beatus qui & nouit & seruat verba ꝓphetiæ huius, bona in ea scripta adimplendo, & mala deuitando: q̃a tempus prope est, q̊ iustus & æq̃ssimus iudex reddet ꝓmia singulis pro cuiusque meritis, & non auditores legis sed factores in iustorũ consortiũ assumet. Tempus inq̃ prope est, q̊ intelligẽt oẽs pariter, quã bonum fuerit seruire Deo,

Hiere.

quam malũ & amarum reliquisse dominũ Deum nec timorem illius fuisse apud nos. Ioannes Apostolus & Euangelista septem Ecclesijs Asianis, adeoq; cunctis toto terrarũ orbe constitutis Ecclesijs, ita vt à Deo iussus est, hanc scripsit prophetiam: optatque vt vobisqui Deo credidistis, & in eius membra transistis per fidem & charitatem que vbique in omnibus annunciantur Ecclesijs, gratia per quam sitis accepti Deo, & pax cordis & temporis sit ab eo qui est Deus vnus, atq; idem, semper immutabilis, immotus, indeficiens ac inuariabilis, & qui erat ante omne æuum, & qui futurus est in æuum sempiternum, venturusq; vt reddat mercedem iustis & iniquis pro meritis singulorum: & à septem spiritibus, hoc est, septem summis angelorũ principibus: vel tota sanctorum angelorum frequentia & vniuersitate, qui septenario numero tanq̃ vniuersa cõplectente conprehenduntur & sunt in conspectu throni eius, in pręsentia diuinæ maiestatis, in superna Hierusalem, vbi semper intuentur faciẽ eius, & officiosissime obsequuntur & famulantur viuenti in secula seculorum, à quo se intelligunt habere omnem felicitatẽ suam, iureq; illi debere se totos quicquid possint. Optat autẽ S. Ioannes, vt gratia & pax nobis sit à Deo tanquam datore & autore, ab angelis autẽ tanquã pijs intercessoribus, qui nobis Dei gratiã & pacem concilient. Offerunt enim S. angeli preces nostras Deo, suasque illis iungunt, sicque optatam nobis diuinæ gratiæ munera referunt. Sed & pax & gratia vobis sit, inq̃t, ab Iesu Christo, q̃ quatenus Deus est, cum patre & spiritu sancto totius gratiæ fons & largitor est: quatenus vero homo, suis excellentissimis meritis gratiam nobis & pacem temporariam ac sempiternam tanquam præcipuus & singularis mediator obtinuit, si tamẽ nos cooperari velimus.

Angelos deo offerre pces hoim

Idem autem ipse testis est fidelis, quia veritas infallibilis secundum diuinitatem, & quia ob veritatis testimonium mortem carnis durissimam sustinuit secundum humanitatem: & primogenitus mortuorum, eo quod primus à morte surrexerit ętern ũ victurus: & princeps regũ terrę, id est, electorum omnium, qui vitijs vniuersis & animo suo dominantur, qui so-

Ioan. 14

Reges qui nam soli iure vocétur

tur q soli iure regis vocant, regnaturi semper cum principe suo & Imperatore Iesu Christo, qui dilexit nos amore prsus gratuito, immenso, æterno, & lauit nos à peccatis nostris non quocunq; modo, sed in sãguine suo, quo ipso suum erga nos amorem euidentissime declarauit, fundens pro nobis sacrosanctum sanguinem suum, & quicquid nos merito luere debueramus, in se recipiens atque eluens dirissimis & atrocissimis cruciatibus, ipsi ab humano genere, quod crearat, quod redimere venerat, irrogatis.

EXEGESIS EVANGElij eiusdem solennitatis. Matthæi decimo octauo.

C

IN Euangelio hodierno commemorãt discipuli dominum interrogasse, quisnam potioris dignitatis & gloriæ futurus esset in cœlis: moti videlicet inde, q̃d pro Petro idem p̃tium q̃d pro dño Saluatore solutum viderant, & eundem cũ Ioanne & Iacobo filijs Zebedæi maiori Christi familiaritate vti nõ ignorarẽt. Sed qd sibi vult isthæc percontatio? Nondum in eorum pectore Satã penitus contritus erat: adhuc pestiferum superbiæ & ambitionis semẽ intus delitescebat, quod nisi gratia spiritus sancti, & domini Iesu admonitione, & castigatione paulatim elisum fuisset, poterãt sane toti Ecclesiæ non paruo fuisse scãdalo, quod ipsi inter se de dignitate contenderent, quos dominus primos & præcipuos in Ecclesia sua esse voluisset. Sed p̃misit pius & Sapiens dominus in discipulorum suorum cordibus quædam hærere vitia, vt ea non in illis tantum oportuno tempore, sed etiam in nobis omnibus curaret, dum quæ quid in tam electis & charis discipulis ipse compræhenderit disceremus, magis soliciti simus cauere eiusmodi. Sic dum illos patitur aliquamdiu certis non carere vitijs, nos aduersum illa præmunitos optat, vt illorum imperfectio nobis ad perfectiora sectanda calcar adhibeat. Simul etiam vt agnoscamus, quanta sit humanæ naturæ infectio, corruptio, imbecillitas, quando nec illi vitijs satis dominari poterant, qui perpetua filij Dei consuetudine, præsentia, familiaritate potiebantur: Quam autem conueniat hoc Euangeliũ, solennitati S. angelorum, facile intelligi potest, tum quod hic scandala pusillorum adeo condemnantur, vtpote nedum Deo, sed etiam S. angelis hominum custodibus summe inuisa, tum quod expressa sit beatitudinis angelorum commemoratio. At nunc Euangelium explicare tentemus.

Matth. 18 Herony.

Quid reprehensibile cur Christus in apostolis hærere p̃misetit

Euangelij ũmp̃sens q̃ aptequadat huic solẽnitati

Accesserũt ad Iesum, discipuli, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum?

D

Quæstio hæc superuacanea est & curiosa, id explorare cupiens, quod scire nihil attineat. Quid ad te o homo, quis maior sit in regno cœlorum? Quærebant hoc Apostoli etiamnum infirmi & imperfecti adhuc carnales & tepidi, necdum spiritales, & diuino amore pleni. Alioqui si in eorum pectore flamma diuini amoris fortiter arsisset, non potuissent ad superuacanea inuestiganda animum adiecisse: quandoquidem amor Dei non sinit hominem aliud vel cogitare, vel inquirere, vel desiderare, quam Deũ. Philosophi q̃dam atque perplures etiam hodieq; Christiani sapientes vel potius deliri tempora & ingenia sua in rebus inanissimis detriuerũt, & deterũt, quarum cognitio plus ad verã salutẽ officiat, q̃ conferat. Sed quare hoc? Quia intus vacui sunt & inanes, diuiniq; amoris expertes. Eoq; etiã ipsi vani reddũtur, curiosi & scioli, & cũ nihil aut parũ habeant veræ eruditionis & sapientiæ, tamen audẽt velut e sublimi in sanctissimos patres ferre sententiam, & cũ nec seipsos norint, alios omnes contemnere, lacerare, reijcere. Qui si neglectis rebus friuolis ac sup̃fluis, ad salutaria & vtilia inquirenda, discẽda, p̃scrutanda, sectanda docenda sese conferrent, atque ante omnia Dei amorem totius vitæ nostræ scopum consequi, atq; in eo magis ac magis crescere & augeri contenderent, reiectis ac posthabitis omnibus, quæ illum impedirent aut minuerent, iam sane & sibi & alijs fructus magnos adferre possent. Sed curiositas imponit multis, à qua nec Apostoli fuere immunes, quando scire voluerunt, quisnam maior esset in regno cœlorum:

In huius seculi curiosos sciolosq; euãgelicos

Curiositas quib' quantum imponat

rum quod tamen etiã ex superbia & ambitione quadam quæsijsse videntur: quæ quidẽ pestis altas in natura humana radices egit, insita & instillata ei à fallacioso illo serpente, qui vt protoparentes nostros à diuinæ legis obedientia abduceret, promi
Gene.3 sit eis Dei similitudinẽ in cognitione boni ac mali: ad quam tum illi temere aspira-
Psal.48 runt. Sed & illis, & nobis omnibus euenit, quod in Psalmo quodam miserabiliter dicitur: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et quotquot ex illa deprauata radice trahimus originẽ, ad elationem & ambitionem, atque adeo quæuis vitia male propensi sumus. Quid vero respondit dominus Apostolis curiose percontantibus?

Et aduocans Iesus paruulum, & statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Apostoli summam cœli dignitatẽ expetunt, & vsque ad infimæ ætatis abiectionẽ ac humilitatem reducuntur. Aduocans enim dñs paruulum quendam, qui etiamnum totus ætate paruulus ac innocentiæ puritate præditus esset ob susceptã circumcisionẽ, qua olim apud Iudęos infantes mũdabant ab originis macula, sicut apud nos baptismo, statuit eum in medio eorũ, vt exemplo, q̃d in moralibus plurimũ valet, eorum fastum reprimeret, atq; ad virtutẽ prouocaret: dixitq; eis: Amẽ dico vobis: Nisi ab hac mentis vanitate & perniciosa principatus obtinendi contentione conuersi fueritis ad humilitatem, modestiã, simplicitatem & innocentiam paruulorũ, nõ solũ non eritis magni in regno cœlorum, sed nec intrare in illud permittemini. Habet
Infantium proprietates quædã quænam sint ætas infantium multa quę etiam viros imitari deceat: Vt quod non irascuntur, non intumescũt aĩo, nõ se vltra æquales efferũt non inuidẽt maioribus, non contemnunt inferiores, non in hominibus fortunã venerantur, naturã despiciũt, non sunt libidini dediti, non studẽt auaritiæ, non sunt ambitiosi, denique & multis alijs carẽt malis, & bonis pditi sunt. Quę nisi vos p gratiã & industriã adipisci studueritis, sicut illi ea ex natura habẽt, nõ admittemini in regnũ cœlorũ. Nolo aũt vos sensibus effici paruulos, 1.Cor.14
sed malitia, vt insit quidẽ in vobis serpẽtis prudentia, sed adsit etiã simplicitas colũbę. Quid hic dicturi sunt, q impudẽtissime aspirãt ad honores & dignitates, q alios cupiunt opibus, potentia, dignitate excellere & anteire, qui Christianos se dici & haberi volunt, & à Christiana simplicitate, modestia, innocentia longe absunt? O vos superbiæ filij, qui in sublime cristas erigitis, huc aures cordis & corporis aduertite, qd æterna sapientia præcipiat auscultate: Superbiæ ambitiosi q lectionẽ sibi necessariam discere debeant
Nisi, inqt, cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Vultis grandes esse? prius estote paruuli. Quod si neglecto Dei consilio & præcepto, absq; humilitatis suffragio in altũ cõtendere non cessaueritis, quãto altius ascẽdisse vos putabitis, tanto profundius corruetis. Lucifer vsq; ad Dei æqualitatem se Esaiæ 14
se erigere non quidem potuit, sed voluit tamen: & mox infra omnes dæmones in infimum tartari lacum detrusus est.

Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.

Non dicit simpliciter, Quicunq; humiliauerit se (Est enim qui se neqter humiliat Eccle.19
& interiora eius plena sunt dolo) sed q se humiliauerit sicut paruulus iste, id est, syncere, ex aĩo absque simulatione, absq; mẽdacio, vt quod foris ostendit & præse fert coram hominibus, ex ipso cordis fundo pficiscatur: nõ aliud adhibeat foris, aliud intus tegat: id enim duplicitatis est vitiũ, cuius expers est infantia simplicitatis amica: Humiliandi se modus verus quis
hic maior est in regno cœlorum, tanto quidem maior in cœlis, quãto humilior in terris. Facessat ergo omnis sụpbia & arrogantia, quæ Christi humilitatẽ respuens, semper tollitur in sublime, & nedum æquales, sed etiam superiores plerumque contemnit. De qua memorabili sententia dicit Chrysostomus. Nihil certe arrogãtia atq; Chrysost.
superbia peius, quæ mentis quo vires natura hominibus concessas, ita deijciat, vt amentes ex prudentia, ac animo stolidos efficere videatur. Nam quemadmodum si quis cum statura cubitus sit, instar montium, imo etiam altiorem se putet, ac ideo se ipsum quasi montes excessurus erigat, nullum aliud argumentũ insanię suæ q̃ramus. Superbia quidnam semper peculiare sit.

Sic

Sic cum inflatum videris hominẽ, qui meliorem se cæteris arbitret, contemnitq; opinetur, si cæteris hominibus cõferatur, nullum iam aliud signum vecordiæ hominis exquiras. Tãto quippe ridiculosior est his qui natura insaniunt, quanto ipse sponte hunc sibi morbum iniecit. D. Basylius Magnus in regulis breuioribus, quæstiõe mota, quomodo regnum Dei accipiemus vt paruulus, Respondit: Si ad doctrinam domini tales nos præbuerimus, qualis est paruus in percipiendis disciplinis, q nõ cõtra dicit, neq; se disputans aduersus magistros defendit, sed tradita sibi pręcepta cũ fide atque obedientia suscipit. Quod est maxime cõtra hæreticos, q sui capitis adinuentiões & sõnia, ꝓferunt totius Ecclesię iudicio in malũ suũ, & pniciẽ simpliciũ ac miserorũ.

Basylius

Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

F Quisqs fidelẽ quẽpiã huius paruuli innocentiam, humilitatẽ ac simplicitatẽ imitantem suscipit causa amoris mei, & q̃d libet in eum cõfert beneficium, sua vel liberalitate illius leuans inopiam, vel consilio & doctrina instruens ignorantiã, vel humanitatis ac hospitalitatis studio eũ peregrinũ tecto suscipit, aut quouis alio prosequitur charitatis officio, non ille hominẽ suscipit, sed meipsum, qui nõ aliter accipio quicquid in quemlibet etiam vltimorum membrorũ meorum collatum fuerit, quam si mihi præstetur. Ecce erga nos charitatem Dei, qui in nobis vel beneficio vel iniuria affici dignatur, vt iam merito summe cauendum sit, ne cuiq̃ licet extremo Christi membro noceamus, maximeq; danda opera, vt omnibus, præsertim abiectis, egenis & miseris opitulemur. Nec est sane, cur id ægre faciamus, quando totum Christo præstatur. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, hoc est, qui vel verbo, vel facto, vel alio q̃uis modo alicui tali pusillo, simplici ac humili in me credẽti, & forsitã adhuc infirmo & impfecto (Nã tales facilius scandalũ patiunt) causam ruinæ ꝑbuerit, atq; in errorẽ & pctũ atq; animæ exitiũ ptraxerit, nõ veritus perdere animã, ꝑ qua ego sanguinẽ meũ fudi, expedit ei, ꝑstat, satius est, vt mola asinaria suspendat in collo eius, & demergatur in profundum maris, hoc est, vt quantumuis duro afficiatur supplicij temporalis genere, quo spiritus saluus fiat. Potius em̃ quæuis ferenda est pœna temporaria, quam anima cuiusquam à Deo abstrahatur. Quamobrem recte mouetur sancta Ecclesia catholica, quæ hæreticos obstinatos, q infinitis animabus scandalo sunt, iubet viuos concremari. Quod sane & ipsis expedit, & alijs: ipsis quidem, ne plures perdendo grauioribus se sceleribus & tormentis reddant obnoxios: alijs autem, ne p illos seducantur. Sic morbidũ pecus separatur ab ouili, ne cæteras oues morbi contagione inficiat. Ita & expedit scandalorum fabricatores tolli e medio, ne pusillos suis exemplis aut dogmatibus in damnationem pertrahant. Ex qua domini sententia luce meridiana clarius fit, quantopere infirmorum scandala vitanda sint: & tñ tot hodie mundus scandalis plenus est, vt virtus sit flagitijs esse deditũ, & si quis paulo rectius viuere velit propter timorẽ Deĩ, omnibus mox irrisui & contemptui fit: multoque iã studiosius alij alios in vitia, & per consequens in supplicia mortis æternæ nõ illicere tantum, sed etiam protrudere conentur, quam olim sancti patres proximos ad Deum & virtutes inducere laborarint. Quod quidem satius est lachrymis & suspirijs, quam scriptis aut verbis prosequi.

Matt. 25

Christ⁹ q in suis mẽbris vere recipiatur

Scandalũ pusillorũ quãto studio pręcauendum

Hęreticos obstinatos q̃ consulto & merito exterminat Ecclesia

Viuere ꝓbe instituens vti hodie oĩbus ferre fiat ludibrio

Vę mundo ab scandalis. Necesse est enim, vt veniãt scandala. Veruntamen væ homini illi, per quẽ scandalum venit.

G Pijssimus animarum saluator præuidens seculi malitiam, væ ait mundo ab scã dalis: necesse est enim vt veniant scandala: Tanquam dicat: Stultorum infinitus est, & semper erit numerus, qui non poterunt aliud, quam stultitiam & scandala meditari, atque proferre. Quamobrem pessime cum mundo, id est, hominibus mundi amicis, & Deum nõ timẽtibus agi necesse erit. Tales enim cum sint auersi à Deo, fieri nõ

Eccl. 1

poterit, quin facile assentiant & decipiant impiorum hominum erroribus & offendiculis. Et id melius quotidiana experientia quã ex libris discimus. Extitit vnus apostata & excucullatus monachus, diuina humanaque omnia miscere cœpit, fixit & refixit leges, in omnes cuiusuis ordinis homines spurcissimo ore debacchatus est, nihil nisi carnis desiderijs plausibilia docuit, ꝓ sola nuda fide licet sterili, pietatem omnẽ, studium omne virtutis ac probitatis penitus damnauit & rejcienda tradidit: deniq; tanta tamq; horrenda & inaudita scribere, dicere, agere non est veritus, vt non possit sine horrore referri: & tñ tot sibi asciuit discipulos ac sectatores, vt nullus vnq̃ sctõrum tot videat conuertisse ad Christũ, q̃t iste breui tẽpore à Christo abduxit. Quare hoc? Quia mundus plenus erat infirmis & pusillis, quibus molestũ erat seruire Deo, carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, ꝑ arctã viã & angustam portam ingredi. Quibus vbi spes proposita est, & diuinæ scripturæ sentẽtijs ꝑperam expositis fallaciter ac insidiose ꝑsuasum est solã fidẽ sufficere, opa bona superuacanea, imo & noxia esse, atq; id genus alia multa prius à diuinis literis abhorrẽtia, manibus & pedibus in eã sententiã mox iuerunt, & scandala animarum suarũ, quę summopere vitare, execrari, detestari debuerant, obuijs vlnis, amplexi sunt. Sed væ illis ab huiusmodi scandalis, & quidẽ væ sempiternũ, nisi resipuerint. Atq; etiam væ homini illi, per quẽ scandala ista venerũt. Sed & alijs quibuscũque scandalorũ architectis væ. Si enĩ apud hoĩes mortis sentẽtia plectunt, q vestẽ aut aliqd aliud rei alienæ furant, q̃ illi habebunt sustinere pœnã q scãdalis suis animas rem longe pretiosissimã Deo creatori eripiunt? Merito pœnas dabunt æternas, qui animas semper victuras perdunt. O si hæc bene attenderent homines. Quã multa hodie scandala præbent; & tñ vix quisquam animaduertit, aut alicuius pensi habet. Ornant se mulieres, ornant se viri petulanter nimis, & multi vtriusq; sexus ex eorum aspectu grauiter vulnerantur. Scandalo ergo sunt proximis suis. Et væ illis ait dominus, per quos scandalum venit. Dicũt autem: Nos non id volumus nostro ornatu & vestium petulãtia, vt alij offendantur. Quid dicitis miseri? Venenum alijs porrigitis, & non vultis vt inde lædantur? Audite obsecro, quid Chrysostomus dicat: Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus spectantiũ in se prouocauerit, etsi nullum inde eueniat damnum, iudiciũ tñ feret ięternum, quia venenũ obtulit etsi non fuit qui biberet. Hæc ille. Augustinus quoque terribilem fert sentẽtiã in eos, q alios scandalizant, ita inquiens: Magis peccant qui animas ad peccandũ inflammant & Deo subtrahũt, quã qui carnẽ Christi crucifixerũt. Et D. Isidorus. Deteriores sunt, inqt, qui siue doctrinis, siue exemplis vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substãtias aliorum prædiaque diripiunt. Vę ergo homini illi per quem scandalum venit. Sed quia duplex est scãdalũ, alterũ q̃d dicit actiuum, alterum passiuum, posteaquam hactenus de priori egit dominus, nunc ad alterum vertit orationem, quod ipsi ab alijs, siue à nobisipsis patimur:

Margin notes (left): Martini Lutheri vita moresq; fructusque eius sua impietate effecit — Galat. 5 / Matt. 7 / Lucæ 13 — Scandala præstantes animus infirmis q̃ grauissimis se pœnis inuoluant — Math. 18 — Vestiũ ornatu & curiositate viri hoies alios scandalizent

Margin notes (right): Chrysost. — August. — Isidorus — Scandalũ bifariã accipi

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

Si manus tua scandalizat te, vt ad vsus illicitos eã addhibere delectet, vt aut tãgere velis, quod non deceat, aut operari q̃d illicitum sit, sicut per manus multa fiunt grauia & horrẽda pctã: aut item pes tuus scandalizat te, vt ire velis ad ꝑpetranda adulteria, scortationes, homicidia comessationes, compotationes, aut alia quęuis scelera, abscinde siue manum, siue pedem, & proijce abs te, id est, mortifica eiusmodi praua desideria, improbas voluntates & tentationes diabolicas, ne præbeas membra tua arma iniquitatis pctõ, sed vtaris illis ad ea duntaxat, quorum gratia tibi data sunt à Deo. Melius est enim, vt interim, licet cum aliquo sensualitatis dolore, careas voluptatibus & oblectamẽtis illicitis, q̃ ꝓ momẽtanea delectatiõe, & mẽbrorum

Margin notes (right): H — Manib. & pedibus multi vel ad iram & lasciuiam grauiter quæ peccatur — Rom. 6

Oculus scandalizans quomodo sit eruend'.

brorū abusu mittaris in ignem ęternum. Et si oculus tuus scādalizat te, vt velis pulchras inspicere mulieres, licet te vulnerari sentias, aut quiduis aliud sola ductus curiositate vel cupiditate cōspicere, quod tamen sine animæ detrimento non possis, erue eum, & proijce abs te, hoc est, auerte eum, ne videat vanitatem, & imitare sanctum Iob dicentem: Fœdus pepigi cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine. Oculi enim nisi seuere custodiantur, grauissima enim in animam damna inuehunt, quum sint animæ fenestræ, per q̄s mors ipsa ingredit. Oculus meus, ait Hieremias propheta in persona hominis oculos suos non custodientis, deprædatus est animam meam. Itaq; hac manuum, & pedum truncatione, & oculorum reiectione dominus Iesus om̄es carnales affectus rescidit, vt neminem tam charum aut propinquum, aut vtilem vel necessarium habeamus, quin cum fugere & abijcere, cū nos abstrahit à Deo, nitamur. Nouit vnusquisq; credentium, ait D. Hieronymus, quid sibi noceat, vel in quo solicitetur animus, ac sępe tētetur. Melius est vitam solitariam ducere, quā ob vitæ pręsentis necessaria æternam vitam perdere. Melius est solum saluum fieri, quam perire cum pluribus. Et Cassiodorus: Iustitia, inquit, non patrem, non matrem nouit, personam nō accipit, solum Deum considerat & attendit. Rumpe ergo omnem affectum carnalem, & separa eum à te, si maior & potētior es: si minor separare ab eo, & inquātum potes deuita societatem eius quem castigare neqs. Nihil enim tam nociuum, quam perniciosa societas. Denique hic ipsis verbis sapientissime nobis consulit Deus, monens vt fugiamus peccandi occasiones & pericula. Quæ nisi euitentur, vix aut nullo pacto peccatum euitari potest, præsertim vbi quis se procliuem sentit in vitia, & infirmum ad resistendū. Discamus igitur Christi amore contemnere & mortificare affectus inordinatos erga quascunque res creatas: si pater, si mater, si soror, aut frater, aut quiuis alius quantumuis propinquus, & charus, si res quælibet creata nobis scandalo est, & illicit ad peccatum, ac abstrahit à Deo, fugiatur & abijciatur propter Deum. Habet dominus Deus, vnde centuplo plura & potiora nobis restituat.

Iob 31. Ocul' male custoditus quanta mala animę inferat. Hierem. 3 Thren. 3. Hierony. Vitæ solitariæ laus ex D. Hieronymo. Cassiodor. Societas perniciosa q̄ sit animæ nociua.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum in cœlis semper vidēt faciem patris mei, qui in cœlis est.

Solet Deus plerunque abiecta & contemptibilia huius mūdi eligere, & qui mundi amicis despicabiles videantur. Ita ergo Christus, qui animas potius intuetur, quam externa bona, vt sunt honores, diuitiæ & similia, præcipit hic hominibus, nè quemlibet pusillum in ipsum credentem contemnant ob simplicitatem ac humilitatem illius. Nam etsi humano iudicio tales negligendi censeantur, tamen Deus non eos negligit, imo tanti facit, vt etiam beatissimos ac illustrissimos illos cœli ciues, angelicos spiritus eorum custodiæ assignarit, qui nihilominus perpetuo vultum Dei contemplantur, in quo beatitudinis summa consistit. Vbi duo nobis traduntur: Neminē scilicet esse contemnendum, etiamsi pauper & pusillus sit, & angelos semper videre faciem patris, qui tamen ijdem nobis custodiendis assignati sint. Si ergo contemptibilis quisquam videatur, quod abiectus, simplex, & pusillus sit, saltem hoc à contemptu illius nos reuocet, quod semper illi adest custos eius angelus sanctus, præclarus & gloriosus spiritus, qui certe pro suo in hominem ipsius curę traditum amore, illius contemptum æquanimiter ferre nō potest. Denique, ex hoc loco colligimus immensum erga nos Dei amorem, qui voluerit nobis seruire angelicos spiritus, quorum tamen natura sublimior est: nec ambigēdum est, quin singuli homines, mali æque ac boni habeant singulos angelos vitæ suæ custodes. Et vt diuus Hieronymus ait: Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiā sui angelum delegatum.

I. 1. Cor. 1. Contemnendum neminem. Ex angelorum custodia consideranda Dei erga nos charitatem. Hierony.

SERMO I. IN EAdem Festiuitate. De angelis, quid & quales sint: de eorum hierarchijs & ordinibus, de ministerio eorum erga nos: & quo pacto nobis imitandi & honorandi sint.

K

Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Matthæi XVIII. Dulciſſima plane & iucundiſſima nunc agitur ſolennitas, nempe S. Michaelis archangeli, & omnium ſpirituũ angelicoꝵ, in qua nos illoꝵ felicitati & beatitudini totis animæ viſceribus congratulari debemus, & ꝑ maximis in eos collatis beneficijs diuinæ maieſtati vberes gratias agere: ipſos deniq; ſpeciatim inuocare ac pietatis & deuotiõis officijs ſtudioſiſſime venerari, q̃ illoꝵ protecti & adiuti patrocinio, ſecurius aduerſus inimicas dęmonũ acies, & mala oĩa nos à Deo retrahentia dimicemus. Ideo nãq; ex ſancti ſpiritus inſtinctu conuenientiſſime ab Eccleſia dies iſte illorum honori decretus eſt, vt eoꝵ ſuffragia & patrocinia precibus, deſiderijs, lachrymis, ſuſpirijs atq; alijs religioſæ venerationis ſtudijs ambiamus: Quo tamen etiã vltro inuitamur, niſi plane cæci, ſtupidi & ingrati ſumus, quãdo certum habemus cum illis nos quandoq; in cœleſti patria perenniter victuros, atq; interim dũ hic ſumus multis & magnis eorũ nos frui beneficijs, atq; ab innumeris animæ & corporis malis per eos præſeruari. Neq; latere nos poteſt indiuiduos eos totius huius pegrinationis noſtræ, qua ab illorum dulciſſima ſocietate exulamus, eſſe comites, q nos in rebus dubijs confirment, in aduerſis erigant, in proſperis moderentur, in tentationibus tueantur, in periculis protegant, & ad virtutum profectus capiendos maxima nobis conferant adiumenta. Cum igit tot tantaq;, imo & multo plura ab illis cõſequamur bona, nõ poſſumus nõ illos viciſſim amare, venerari, colere, niſi totius humanitatis prorſus expertes ſumus. De quibus vt paulo diligentius aliquid agamus, primo quid vel quales ſint videndum eſt: deinde q̃t hierarchiæ & ordines, quęq; ſinguloꝵ functiones & actiones: tertio de miniſterio quod nobis impendunt: quarto in quibus ſint à nobis imitandi, & q̃ pacto colendi & venerandi. Primo igitur definiuntur angeli à Damaſceno quod ſint ſubſtantię intellectuales, ſemper mobiles, arbitrio liberæ, incorporeæ, Deo miniſtrantes, immortalitatem ſuſcipientes ſecundum gratiam, non naturam. Et Iſidorus: Angeli, inquit, ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, natura mortales conditi, ſed contemplatione immortales facti, animo impaſſibiles, mente rationales, felicitate ſecuri, futurorum præſcij, iuſſi mundum regunt, miſſi corpora aerea aſſumunt, in cœleſtibus commorantur. Quos ipſos diuus Bernardus libro quinto de Conſideratione dicit eſſe ſpiritus potentes, glorioſos, beatos diſtinctos in perſonas, diſpoſitos in dignitates: ab initio ſtantes in ordine ſuo: perfectos in genere ſuo: corpore æthereos, immortalitate perpetuos: impaſſibiles, non creatos, ſed factos, ideſt, gratia, non natura: mente puros, affectu benignos, religione pios, caſtimonia integros, vnanimitate indiuiduos, pace ſecuros, à Deo conditos, diuinis laudibus & obſequijs deditos. Hæc ille.

Angeli ſcti quãta ſint deuotione venerandi.

Feſtũ angeloꝵ cur inſtitutũ ſit.

Beneficia quænã angelico famulatu homines cõſequantur

Angelus quam definiatur, q de ve ſit angeli c' ſpũs.

Ioannes Damaſce.

Iſidorus.

Bernard'.

L

Ex q̃bus multa poſſunt elici, quæ nos ad ſanctorum angelorum amorem vehementer inflamment. Eſt etiam in eis magna diuinæ eſſentiæ ſimilitudo, & abſolute loquendo, maior, quam in hominibus. Vnde D. Dionyſius non ſolum ad imaginem Dei eos conditos eſſe dicit, ſed etiam Dei imaginem, & ſcriptura ſacra ſignaculum ſimilitudinis eos appellat. Itemq; vocantur ſpecula ſpendidiſſima, copioſiſſime illuſtrata, intantum, vt ſi cui cõtingeret videre angelum, idem ipſe videret Deum in illo clariſſime relucentem. Totum enim ſe Deus illis infudit, vtpote diuinitatis capaciſſimis, tamen iuxta menſurã ſuam. At nihilominus ſunt rationes quædã, ob quas perfectior eſt in homine Dei imago, quam in angelo. Deĩn maxima in eis ineſt puritas & inuiolata innocentia, quæ nulla vnquã cuiuſuis vel tenuiſſimi delicti macula eſt aſperſa, ita vt à diuo Dionyſio vocentur ſpecula pura & incontaminata. Non enim cõſenſerunt apoſtatis illis, & deſertoribus angelis, qui non contenti naturali dignitate, diuinos ſibi voluerunt vſurpare honores, & ſuperbia ac importunitate rapere, ꝙ humilitate & obediẽtia mereri debuiſſent. Sed ſui conditoris perſpecta voluntate, illi firmiſſime ac promptiſſime inhæſerunt, & quicquid ſe nouerant ab illo adeptos, totum in illum refuderunt, neque vlla ex parte committere voluerunt, vt ab illo vel minimum diſcordarent. Qua in re multum certe hominibus antecellunt, vt quorum eſt natura peccati contagione corrurupta. Poterant quidem ſancti angeli cum cęteris repugnare Deo, ſed liberi arbitrij facul-

Similitudo Dei q̃ta in angelis reluceat.

Dionyſius martyr.

Ezech. 28

Imago dei vt perfecti or ſit in hoie q̃ in angelo.

Eſaiæ 14

Stabilitas angeloꝵ.

culta-

cultatē diuinæ gratiæ applicuerunt, eiusq; ope & adiutorio freti, in bono perstiterūt.

Fortitudo angelorum. 4. Reg. 19

Preterea ingenti sunt robore ac fortitudine præditi. Patet hoc ex Regū libris, vbi vnus angelus dicit interfecisse nocte vna centū octoginta qnq; hoīm millia. Nam suo q̄dam impetu feruntur, idq; tanto maiori vi & efficacia, quanto minus corporis implicantur impedimētis, & quanto sunt à corpore remotiores.

Pulchritudo angelorum.

Ad hæc ineffabili pollēt pulchritudine, adeo vt nihil sit in his rebus inferioribus, quod eis possit cōparari. Quid autem mirum si Deus tam speciosos & elegātes voluit habere ministros, cum sit ipse fons pulchritudinis, Deus immensæ maiestatis, quem nō decent nisi absoluti decoris seruitia? Itaq; etsi mirabilis est pulchritudo & splendor solis & lunæ, tamen nihil habet ad angelicam elegantiam & claritatē. Vnde D. Anselmo doctissimo & sanctissimo pontifice autore, si angelus vnus staret in cœlo stellato, & essent tot soles, quot stellæ, tamen illius vnius angeli claritas soles omnes haud secus obscuraret, quam solis splendor stellarum lumen, multisq; modis etiam solis pulchritudinē longe amplius vinceret, quam solis decor terræ pulchritudinem superat. Et hæc quidem ita se habent etiam de infimo angelo. Quæ ergo mens cōcipere, quæ ratio inuestigare possit summi angeli decorem & elegantiam? Vt enim D. Bernardus ait, qui in naturalibus præcellūt angeli, iidem etiam præcellunt in gratia & gloria. Vere amabiles & omni terrena pulchritudine incomparabiliter amabiliores cœlestes illos & absolutæ venustatis spiritus, qui si bene & attente considerentur, possint mentem contemplantis etiam in ecstasim rapere sui decoris incompræhensibili magnitudine, & splēdoris inextinguibili claritate. Si ergo o vilis homuncio amas res viles temporarias, cur non ita potius viuis, vt possis ad horum pertingere consortium, quos Deus tanta ornauit pulchritudine, tanto illustrauit lumine, vt deforme sit & obscurū, quicqd totus hic sublunaris habet orbis?

Anselmus

Bernard.

Confirmatio angelorum.

M Est insuper aliud in eis quod dignitatem & felicitatem eorum vehementer exaggerat, vt quod in bono sunt confirmati, ita vt nulla vnq̄ ratione possint à Deo excidere. Nos quidem miseri instabiles sumus & fluctuamus, & quandoq; vbi oīa nobis tuta arbitramur, repente in cænum corruimus, atque vix ægre ad resurgendum conualescimus. Quod hodie placet, cras displicet: & vt hodie sumus ad bona agenda agiles & strenui, ita sequenti die ad omnia quæ virtutis sunt, torpemus ac languescimus. Atqui angeli sancti vbi semel tota mente in Deū se conuerterunt, mox in gratia confirmati, simulque tria sunt præmia consequuti: nempe tranquillitatem, in patre per Christum reconciliatorem: veritatem in filio per Christum doctorem, suauitatem in spiritu sancto per Christum amatorem. Accedit huc, quod in ordine creaturarum supremū obtinent locum, & in omni naturali perfectione, sapientia, virtute mirabiliter excellunt, donis item gratiæ & gloriæ longe excellentius prefulgent: ex quibus summa eorum colligitur amabilitas, quam certe tanto constat in re qualibet esse maiorem, quanto maior illi inest bonitas: quę non potest non maxima esse in sanctis angelis, tam multimodis naturæ, gratiæ & gloriæ donis tam excellenter ornatis, qui sicut diximus, nullam vnquam cuiusuis peccati labeculam contraxere, qui ab initio suę creationis in summa puritate & innocentia atque perfectione perstiterunt, qui mox vt confirmati sunt, Deum gloriæ fontem omnis boni, felicitatis abyssum, beatitudinis summā perspicue ac dilucide sunt contemplati, ardentissime dilexerunt, tota omniū viriū sua℞ facultate deditissimis mētibus honorarunt, qui eidem regi seculorum immortali, inuisibili in omnibus semper promptissime morem gerunt, eum studiosissime laudant, & ingenti cum humilitate suspiciunt & admirantur, clamantes, & dicentes absque vlla intermissione: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula secula seculorum, Amen. Et hæc quidem de primo, puta, quid vel quales sint angeli sancti, dictum sit satis. Quot autem sint illorum Hierarchiæ, quot ordines, quæque singulorum functiones & officia, atque etiam quæ actiones eorum, iam considerandum venit. Hierarchias tres esse constat: infimam scilicet, mediam & supremam, atque singulæ Hierarchiæ tribus constant ordinibus. Ordines itaque sunt nouem, Primus Angelorum, Secundus Archāgelorū, Tertius Principatuū, Quartus Potesta

Trāquillitas, veritas & suauitas angelorū quanta

Dona gratiæ & gloriæ angelis collata.

Perfectio angelorū quanta.

1. Tim. 1

Apoca. 7

Hierarchię angelorum tres quę sint.

Ordines q & q̄t sint angelorū.

Potestatum, Quintus Virtutum, Sextus Dominationū, Septimus Thronorū, Octauus Cherubim, Nonus Seraphim. Ita distinguūtur à D. Dionysio martyre & Episcopo, qui fuit Pauli Apostoli discipulus. Sed D. Gregorius, eumq; secutus Bernardus paulo aliter distinguūt. Sed parum refert. Non eñ contenderunt inter se sancti patres isti, sed suam quisq; sententiam protulerunt, parati semper cedere melius sentientibus.

Dionysius martyr.

Bernard⁹. Gregori⁹.

N

Angelorū officiū q̄d.

Angelorū aūt officium est, vt minora hominibus nuncient, eosq; purgent, illustrēt & preficiāt, eis assistāt in tentationibus, quæ non parum multę occurrunt in hac vita, quamuis multi ob mentis excæcationem tentationes non sentiāt, eo quod sponte sua vitijs dediti sint: eos item ad virtutes agendas excitent, eos deducāt per lubricum huius periculosi exilij iter. Siquidem diuino ipsi amore incōparabiliter ardent, & cœlesti pleno sunt lumine, atque Dei & domini sui gaudijs perfecte pfruuntur, ad quæ ex voluntate Dei nos pducere debent, vt ex nobis instauretur ruina desertorum spirituum, & cœlestis Hierusalem muri illorum lapsu diruti ex nobis reædificentur.

Archangelorū officium quod.

Archangeli summa, id est quæ naturam excedunt, vt sunt fidei mysteria, atque id genus alia arcana nunciare solēt: itemque quę ad vtilitatem Reipublicæ pertinēt. Et quamuis sint superioribus agminibus inferiores, tamen quarundam proprietatum illorum participes sunt, & angelis inferioribus præsunt, reducuntq; inferiores ad superiora: itemq; dominis, regibus, pontificibus, & quibuscunque regentibus præsident, atque sacris intersunt.

Principatuum officium q̄d. Dionysius martyr.

Principatus ita dicuntur, quod subditis spiritibus præsint, & eos ad diuinum explendum ministerium disponant. Ad quos, vt vult diuus Dionysius, id pertinet, vt regni alicuius aut gentis vniuersale regimen ad Dei similitudinem reducāt: estque eorum officium, promouere homines, vt non priuati commodi, aut lucri vel vtilitatis causa, sed ob Dei amorem & honorem iustitiam exequantur. Curant etiam publica, gentes, principes, magistratus, prouincias & regna: & vim quandam prælatis influunt, quam ipsi à terribili sede maiestatis diuinæ hauriunt: quo fit vt subditi iugum quoddā præsidentis, à quo facile se absoluere nequeunt, sentiant, imo timeant ac reuereantur in eis vim diuinitus per principatus illis inditam & communicatam. Cum enim alioqui principes perinde vt subditi, homines sint, eiusdemque naturæ & mortalis conditionis, neutiquam illos timerēt subditi, nisi terror diuinus per principatuū ministeria eos coerceret, ac cæteros incusso timore ad præstādam obedientiam & reuerentiam compelleret. Vnde pessime illi agunt, qui pręlatos & superiores suos despiciunt: quandoquidem totum id redundat in iniuriam summi regis & principis. Sed quia nimium deformis est omnis præsidentia, nisi illis prędit sint qui alijs præsunt, quæ merito eos dignos efficiant ad alios gubernandos, hoc est, veris virtutibus, qui est, pulcherrimus principum decor & ornatus: careantque vitijs, & terrenis voluptatibus ac oblectamentis minime dediti sint, quod eos omnibus reddit venerabiles. Virtutum ministerio & fauore tum illis, tum alijs hominibus additur animi constantia & mentis quidam robustus vigor, ac virilis seueritudo contra vitia, & effœminantes voluptates.

Subditi cur suos platos timeant.

Principū & platorū decor & ornat⁹ virtus q̄s sit.

Potestatū officiū q̄d.

Quartum vero locū obtinent Potestates: quarum nobis præsidiū cum primis necessarium est, vt aduersum Potestates aereas, malitiæ & inuidiæ plenas, præualeamus. Potestates arcēt ea quæ ordinem diuinę distributionis aliquomodo perturbare videntur. Diuus Gregorius de his spiritibus loquens: Potestates, ait, vocantur hi angeli, qui hoc potentius in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sint: quorum potestate refrænantur, ne corda hominum comprimere aut obumbrare valeāt. Item Bernardus: Illi, inquit, spiritus, qui Potestates nominantur, dum crucifixi nostri diuinam potentiam vbique attingentes, eam magnificare delectantur, hinc ad disturbandas dæmonum, hominumque vires, pro his qui hæreditatem capiunt salutis, potestatem accipiunt. Diuus Dionysius eosdem spiritus diuinarum Dominationum & virtutum donis fulgere dicit, quibus possint rebelles virtutes & potestates coercere.

Gregori⁹.

Bernard⁹.

Hebr. 1

Dionysius martyr.

O

Virtutum officiū q̄d

Virtutum officium est docere prælatos, vt facile & constanter quæ sui sunt muneris exequantur, & onera spiritualia æquanimiter ferant. Fiunt etiā miracula per hos spiritus, virtutemque mira faciendi hominibus influunt, Nouē quædā illis tribuuntur. Primum

mum

mũ est, ꝙ virilem habeant cõstantiam: Secundum, ꝙ om̃e opus cœleste & deforme exerceant: Tertium, ꝙ ne infirment, semp à supremo fonte hauriant: Quartũ, ꝙ Deũ præ oculis in exemplar habeãt: Quintum, quod perseuerent in incepto opere: Sextũ, q̃d in supremũ hierarcham tendentes, omnimodã similitudinem & imaginẽ eius sibi comparẽt: Septimũ, quod, vt id possint, in ipsum Deũ toto affectu, totisq; viribus conuersi sint. Octauũ, quod tanq̃ vasa sanctissima omnibus charissmatibus repleta inferioribus sibi creditis virtutẽ & fortitudinẽ cõmunicent. Nonũ, quod omni diligẽtia eos, qbus fauent, studeãt deiformes efficere. Cur aũt ordo iste specialiter virtutũ dicatur, cũ nullus beatissimoꝶ spirituũ ordo otio torpeat, sed omnes summi Dei voluntatẽ exequantur, quod vtiq; sine virtute fieri non potest, vnde recte omnes virtutes possint appellari: huius ea ratio est, quod sicut cæteri spiritus à dono quo maxime vigent accipiunt denominationẽ, sic & isti à dono præcipuo virtutes appellantur.

Virtutes tur qdam angeli p̃ cæteris dicantur.

Sextus ordo est dominationũ, qui in media hierarchia, summũ obtinent gradum, & velut architecti quid inferiores agere debeant spiritus, ex diuinæ voluntatis p̃scripto decernunt, eosq; ad totius dominij fontem & principem reducere & tũ seipsos, tum illos eidem conformare nitũtur. Et licet eis dominent ac presideãt, abest tamen ab illis omnis fastus, & tyrannica dominandi libido. Ad illos referri habent, vt quidam volunt, tanquam ad dominos, operationes virtutũ, tutamina potestatum, regimina principatuum, reuelationes Archangelorum, curę & prouidentiæ Angelorum. Dominatiões sua nobis virtute assistunt, ne mundanis affectibus præpediamur, sed ijs omnibus dominemur, corpusque redigamus in seruitutẽ, vt discat parere spiritui.

Dominationũ offici um q̃d sit

Multas habent isti spiritus proprietates, quas enarrare lõgum foret: tamẽ obiter referre libet extra ordinem, quo pacto eis conformari debeamus. Primo, dãda nobis opera est, vt semper appetamus cœlestia. Deinde, vt nulli simus vitiorum tyrannicæ & indignæ serui tuti subiecti. Tertio, vt liberum habeamus dominiũ in nosipsos, contẽnendo ac conculcando oĩa à Deo nos abducẽtia. Quarto, vt affectu & mente simus liberi ab omni vili subiectione. Quinto, vt nihil in nobis admittamus, quo Deo dissimiles efficiamur. Sexto, vt ex sancta quadam animi generositate nulli seruiamus, nisi summo principi. Septimo, vt eidẽ semper adhæreamus, ipsi plene conformati. Octauo, vt q̃ad possumus, omnes ad ipsam summã pulchritudinem & dei formitatem conducamus. Nono, vt in ipsum Deũ tota mentis acie & opibus intendamus. Decimo vt ipsi nõ solum conformes, sed ijdẽ & vnum cũ ipso affecti, semper illius pulchritudine pertruamur.

Dominationũ ppri etates q̃nã sint.

Dominationibus q̃nã nos cõformemus

Throni sunt sedes Dei, trãquissimæ & serenissimæ mẽtes, in qbus Deus sua deseruit iudicia: Hi spiritus vsq; ad celsissimã Dei cõtemplacionẽ subrigũtur, atq; in sedente in ipsis Deo firmant & quiescũt, eum deniq; Deum etiã alijs aduehunt, & influunt dona sibi ab illo collata, suntque Dei & influxus illius capacissimi. Per Thronos disponimur, vt templũ Dei effecti, suscipiamus ipsũ Deũ, tanq̃ in hospitia sibi gratissima cõmigrantẽ.

P

Thronorũ officiũ q̃d nam sit

Cum his Thronis alij om̃s angeloꝶ ordines coniũgunt ad iudicia Dei cõplenda. Concurrit eñ Seraphicus amor, veritatis & iustitiæ zelus. Interuenit etiã cherubica scientia, q̃ in distributiua iustitia gradus disponat, & in iudicatiua retributiões & flagella, p meritis & flagitijs decernat. Adsunt Dominationes, vt liberꝶ ab affectu & passione p ferat iudiciũ. Virtutes assistunt iudicibus, vt sint viriles atq; constãtes in iudicijs proferẽdis. Præsto sunt Potestates, vt iudiciũ prolatũ exequant, coercentes omnẽ tirannydẽ, & eos qui abutunt viribus suæ potestatis. Conueniũt Principatus, Angeli & Archangeli, vt approbent & faueant iudicio, & distributioni delatæ à iudice. Thronos autem alij ordines ad sua explenda officia nõ asciscũt.

Angeloꝶ ordines v ti cũ thronis coniũgantur.

Cherubim beatissimi spiritus sunt, eminenti p̃diti scientia, qbus Deus thesauros sapientię, & sciẽtię splẽdores copiosissime impertiuit, adeo vt ipsi alijs inferioribus largiter communicare q̃ant. Hoꝶ officiũ est p̃mouere homines ad Dei cognitionem.

Cherubim quis ordo, q̃dq; eoꝶ officium

Seraphim deniq; vt sunt Deo p̃pinquissimi, ita oẽs inferiores spiritus fœlicitate, sanctitate, pfectione, dignitate excellunt: quorũ munus est alios diuini amoris inflãmare ardore, in Deũ dirigere, & formam diligendi tribuere. De quibus B. Gregorius scribit in hæc verba: Seraphim vacant illa agmina, q̃ ex singulari p̃pinqtate cõditoris sui incõparabili ardẽt amore.

Seraphim ordo quis q̃dq; eoꝶ officium

Gregori⁹

amore. Quę quia ita Deo coniuncta sunt, vt inter hæc & Deũ nulli alij spiritus inter sint, tãto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorũ profecto flãma, amor est: quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammascũt. Possent adhuc alia multa de Hierarchijs & ordinibus angelorum dici, sed nimium forsitan onerosi essemus.

Numerositas angelorum vt sit incõpræhensibilis.

Quanta autem in his ordinibus sit angelorum multitudo, nemo adhuc vnquam definire ausus est. Innumerabilem & incompræhẽsibilem esse certum est. Cui enim sit immẽsa cœli empyrei magnitudo, immensam quoque ciuium eius multitudinem esse conuenit. Quod etiam pertinet ad gloriam conditoris, qui quum sit rex & princeps infinitæ dignitatis, infinitam debet habere frequentiam & copiam sibi ministrantium.

Numerus angelorũ secundum quosdam quantus.

Sunt qui scribunt tot esse angelicos spiritus, vt etiamsi omnes homines, qui fuerunt, sunt, & erunt, impræsentiarũ viuerent, singulis possent decem angeli custodes assignari.

Dionysius martyr.

Atque ex dictis diui Dionysij martyris colligũt sancti viri, incomparabili multitudine sanctos angelos excedere inferiorum rerũ numerum. O quę erit felicitas tot tamq; præclaris posse iungi spiritibus, & cum eis semper iucundissimam & felicissimam vitam viuere, omnis mali nesciam, bonis omnibus affluẽtem.

Angelorũ ministeriũ erga hoĩes cuiusmõi.

His ita dictis de angelorum hierarchijs & ordinibus, dicamus pauca de ministerio illorum erga nos. De quo id certissimum est, humanissime, benignissime, prõptissime, ac studiosissime eos semper adesse nobis, nos tueri ac protegere, nos præmonere ac dirigere, nobis cõgratulari proficientibus, condolere deficiẽtibus, nec secus nos fouere, ac adiuuare semper & vbique, quam quæuis indulgentissima mater possit infantem ex se genitum. Amant eñ nos, quia vident nos amari à Deo, & propter Deum quicquid possunt libenter præstant nobis: adeoque illius amore se totos nobis cupiunt impendere. Et quamuis sæpe nos irreuerenter, indigne, ac inique geramus in illorum præsentia, tamen ferunt nos, & instigãt ad meliora, cupiuntq; nos semper magis ac magis proficere, & summam in cœlis gloriã obtinere. O quis vel cogitare sufficiat, à quot malis per illos eruamur, quot bona consequamur. Sed væ ingratitudini nostræ, qui pro tot tantisq; illorũ in nos meritis non solum grati non sumus, sed etiam grauissima eos sæpe iniuria & contẽptu afficimus. Qua de re dici plura possent, sed restat adhuc, vt in qbus eos imitari, & quo pacto colere ac venerari debeamus, explicemus.

Angeli in qbus nam imitandi sint.

Vbi sane innumera sese offerũt, in quibus imitandi sint. Quot enim in illis virtutes insunt, tot nobis imitanda veniunt. Sed si omnia imitari non possumus, saltem imitemur mutuam ac fidelissimam charitatem erga se inuicem, summam & promptissimam obedientiam erga Deum, officiosissimum famulatum erga nos miseros, vt & nos mutuo fideliter, pure, caste, syncere nos diligamus in Deo, & propter Deum, semperque & in omnibus diuinæ voluntati obtẽperemus, & sanctis illis ac beatis spiritibus quicqd possumus amoris & piæ venerationis impendamus.

Angelus cuiq; homini deputatus vt honorandus sit & venerandus.

Neque sane permittendum est, quin ad minus angelo custodi nostro singuli quotidie aliquod seruitium exhibeamus, quo & illi grati simus, & eius patrocinium atq; adiutorium imploremus. Nisi enim id agamus, certe iniqui, impudẽtes, & execrabiles sumus, qui fidelissime illius erga nos charitati & beneuolentię immemores ac ingrati esse non veremur.

Michaelis archangeli pconiũ, quiq; sit à nobis eius implorandum suffragium.

Honorandus etiam & speciali amoris affectu nobis complectendus est sanctus Michael archangelus, cuius etiam hodie specialis memoria agitur, qui est princeps Ecclesiæ, signifer cœli præclarus, ac illustris paradisi prępositus, qui contra Dei hostes terribiliter intonat: Quis vt Deus? qui Deum timentes fidelissime adiuuat, in morte animas suscipit, pluraque alia nobis pręstat beneficia, gratia & misericordia Dei ac domini nostri Iesu Christi, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

SERMO II. IN EAdem Solennitate. Beneficia decem bonorum angelorum ad homines quæ, malorum item angelorum erga homines quanta crudelitas, q̃modoque per bonos angelos ijdem refrenentur.

ANgelis suis Deus mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. Psalmo XC. Dies iste charissimi iure optimo sanctis ange-

R

angelis dedicatus est. Decet nãq; nos multis nominibus honorare eos. Ipsi enim licet sint illustrissimi principes, tamē custodiunt nos & ministrant nobis, multaq; nobis præstant beneficia, quę quãuis oia cōmemorare non possimus, nihilominus de quibusdam hac vice dicemus, vt ijs cognitis ardentius illos ametis, & propensiori studio veneremini. Primo igitur odium & malignitatē, ac nocēdi libidinē erga nos malorum spirituū refrænant, nosq; tuent. Quod sane nobis cū primis necessatiū est: quandoquidem dæmones inexpiabili nos odio prosequunt, eorumq; ingēs est subtilitas, calliditas & fortitudo. De viribus diaboli nostis qd apud D. Iob scriptum sit. Nō est potestas sup terrā quę cōparetur ei, q factus est vt nullū timeat. Sed licet possit plurimū, nō potest tñ ea ipsa potētia sua vti vel in minimo, nisi quatenus pmiserit Deus. Vnde etiā datus est nobis à Deo angelus bonus: q custodiat nos, atq; dæmonis arceat maliciā, alioqui haud dubie in ipso matris vtero nos extingueret, nec ad horā viuere pateret. Maxime tñ in eos potestatē multā habet, qui fiūt mortiferis subditi pc̄tis, eo q̄d à Christo & gratia eius se iuncti sint, nec sint membra eius, sed velut membra à corpore p̄cisa. Tales oēs diaboli mancipia sunt, & iure posset eos cū corpore & anima rapere in abyssum, quandoquidē à Christo alieni sunt. Quod aūt Deus id minime pmittit, facit pro immēsa bonitate sua, qua illorum expectat pœnitētinam: quanquam interdum q̄sdam à diabolo prouocari sinat. Vnde etiam ait S. Augustinus, nihil est terribilius, q̄ quēpiam in eo statu vel ad horam audere viuere in quo nolit mori. Siqdem immensa dęmonū turba illi imminet, qui accepta diuinitus potestate, momento celerius animam eius e corpore euulsā demergunt in tartara. Tum vero nō licet pœnitere amplius, sed talis iudicatur, qualis excessit e corpore. Timeāt ergo q̄tquot in mortiferis degūt pc̄tis, ne iusto Dei iudicio veniāt in manus tā crudelium inimicorū. Secūdo assistūt nobis sc̄ti angeli in tētatiōibus. Cū em̄ impugnamur ab hostibus & vitijs, adsunt nobis, docētq; nos vti resistere debeamus. Optima q̄q; nobis sugerūt cōsilia, qd seq debeamus. Cūq; nostrā accōmodamus voluntatē, nobiscū aduersus hostes pugnāt. Siue em̄ apud nos sit angelus sc̄tūs, siue in cœlis, nunq̄ desinit nos intueri, vt circa nos agat: atq; vbi nos aliq̄ habere opus pspicit in momēto ad nos aduolat. Tāta nanq; est angeli agilitas, vt vbicunq; esse velit ilico possit adesse.

Angeli vt dæmonū malignitatē retręnēt nocendi

Iob 41

Dæmones in q̄nam maxime suū furorē diffundant.

Augustin.

Angelos in tētatio nibus cō stitutis ad esse

Sed dicat forte aliqs: Vñ sciā, vtrū me angelus meus doceat, qñ eū nec visu, nec auribus pcipio? Atq facile illū audires, si bene aduerteres. Aliter angeli, aliter homines loquūtur. Hoīes in aurē, angelus in cor loqtur. Locutionem illius eqdem bonum instinctū intelligo. Interdū em̄ ex aere corpus sibi assumunt, non tñ quēadmodū corpus humanū aiæ iungit, atq; in ea forma etiam ad aures verba edunt: sicut beatissimæ Dei genetrici & plerisq; alijs contigis se nouimus. Alias intus in corde hoīs loquunt. Verbi gratia: Malus spūs ita suggerit homini: En fame cruciaris dum ieiunas & tñ cum tibi adsit cibi copia, posses famē pellere. Ede igit. Mox angelus bonus sic ait: Si ieiunium violaueris, eris trāsgressor p̄cepti Ecclesię, Diabolus dicit: Solus es, nemo te vidit. Bonus angelus ait: Etsi hoīes nō vidēt, tñ videt Deus, q culpa offenditur & reddet singulis p meritis cuiusq;. Nec debes vitare pc̄tā ppter hoīes tm̄, sed propter Deū. Mox rursus cacodæmō inspirat. Facile cōfiteberis postea. Bonus spūs suggerit. Quid prodest cōfiteri sine dolore & pœnitētia? Addit dæmō. Vtiq; tūc dolebis. Bonus angelus respōdet: Si iā peccare vis, quo pacto potes tūc habere dolendi ppositum, nisi forte Deus dederit? Si ergo postea dolere vis, iā noli facere vñ doleas. Ita ferme in singulis pc̄tis agit cū hoīe, Si ergo homo angelicæ inspiratiōi obtēperās nō cōsentit at pc̄tō, lætat angelus, atq; e vestigio victoriā illā offert Deo, reportatq; illi coronā, q̄ post mortē ornabit, vel diuinæ gratiæ augmentū, qua fit fortior ad resistendū tētationibus cōsimilibus: quēadmodum ediuerso q succūbunt, efficiunt debiliores, & diaboli cōtra eū vis auget. Sin aūt hō angelicę voci immorigerus peccet, si qdē pc̄tū admittat mortiferū, fugit interim angelus ab eo (nō em̄ potest videri pc̄ti turpitudinē) doletq; dęmonē illi p̄ualuisse ac dn̄ari. Vt aūt ad illū reuertat, in subditis audietis. Tertio, puocāt nos sc̄ti angeli ad agendā verā pœnitentiā. Vt em̄ iā dixi, si qs spreto angeli sui cōsilio peccet, recedit interim angelus ab eo & redit in cœlū. Quid vero putamus charissimi interea angelus secū cogitet? Forsitā hæc aut similia sibi dicit: Quid

S

Loquutio angelorū cuiusmodi sit

Lucæ 1

Angel⁹ tā bonus q̄ malus q̄n̄ hoibus ingerant

Angelus bon⁹ vt puocet ad pœnitētiā agendam

faciā huic nebuloni, q̄ mea spernit monita, & libentius morē gerit cacodæmoni? An ne formidabit, ne Deus cuncta aspiciens ex alto mox ipsum puniat, vel sinat obdurari penitus, ne posthac vnq̄ velit resipiscere? Ita mox ad illū reuertit, si forte possit illum ad pœnitentiā & cōfessionē faciendā emollire, anteq̄ ira Dei in eū desæuiat. Tum vero quantā adhibeat erga illū solicitudinē, vt possit eū ad pœnitentiā & cōfessionē faciēdā pmouere, nemo facile dixerit. In primis grāde suscipit certamē aduersus diabolū q iā animā illius captiuā detinet, obduratq; cor eius ne timeat Deū, & os illius claudit, ne cōfiteat: atq; interim ita intus ei insusurrat. Noli mō cōfiteri, qa patebis ludibrio, & cōfessarius tuus despiciet te. Sed cōtra dicit angelus bonus. Falsa est isthæc psuasio: qa dedecus est peccare, sed gloriosum est cōfiteri ac pœnitere: nec te confessarius despiciet sed potius chariorē habebit, tāq̄ pœnitentē & emēdare se volentē. Rursus ingerit diabolus: Non poteris deinceps tibi à pctō tēperare. Itaq; consultius est, vt vsq; ad mortē ptrahas, & tūc integrā facias cōfessionē, q̄ q̄d toties te cōfundas. Respondet spūs bonus: Mortis tēpus & cōditio incerta est, & si iā cōfiteri & pœnitere nō vis qn potes, vbi aderit extrema necessitas, iusto Dei iudicio forte nō poteris, diabolo te ad desperationē, vel obstinationē, vel mētis cęcitatē ptrahente. Aut si fortassis tunc cōfiteri voles, cōfessio illa potius extorta & inuita erit nēpe ob gehēnę metū, q̄ volūtaria & ex v̄a contritione ac Dei amore pficiscens, atq; ita etiam infrugifera erit, id q̄d multis in extrema hora cōtingit. Potest aūt hoc loco q̄ri, posteaq̄ sctūs angelus multū adhibuit conatū erga eiuscemodi hoīem, & is nihilo secius manet obstinatus ī malo adeo vt nolint obedire illius admonitionibus internis, sed pctā alia post alia cōmittat, nū angelus eū penitus derelinq̄t? Nō qdem omnino eū relinqt, sed à multis seruat corporis & aīæ piculis, qnquidē ab innumeris eum retrahit pctīs, in q̄ corrueret angelica custodia destitutus. Attn̄ āgelus hominē nō vi retrahit à pctō, sed occasiones peccādi remouet, impeditq; ne possit peccare. Quod quātum nos obliget ad redamandos illos beatissimos spūs, vosipsi plane cognoscitis. Iā si qs pgat q̄rere, vtrū ne grauius peccet ob ingratitudinē q floccipēdit angeli sui monita vel cōsilia, q̄ si non haberet angelum cōmonentē, certū est, eū grauius delinq̄re: atq; si mox subiungat, pstare igit vt angelus abscedens tā abstinatū hominē penitus nō adhortaret: nō est id vtiq; verū. Nā etsi ingratitudo hoīem maiori reddit pœnæ obnoxium, nihilominus eadē ipsa pœna minor & mitior est, q̄ ea q̄ esset incursurus si ab angelo penitus desereret. Tum eñ pculdubio pceps iret in multa scelera, q̄ iam euadit angeli sui bñficio, qbus maiorē sibi cōflaret pœnam: qn etiam p qlibet minimo pctō mortifero pœna debet æterna. Quamobrēq cum multis damnat pctīs exitialibus, nō potest qdem diuturniorem ppeti cruciatum, q̄ q cum vno solo damnetur vtrobiq; eñ est æqualis infinitas sed vt iustitiæ satisfiat, p criminum numero & q̄litate pœna ipsa æterna intendit & auget q̄d ad acerbitatē attinet. Quarto sctī angeli orant p nobis, & sunt aduocati ac intercessores nostri apud Deum. Cum enim pctōr, vt iam dictum est, nō vult licet admonitus ab angelo resipiscere, forsitā dn̄s dicit illi q̄d in Euangelio legit dixisse de arbore q̄dam, Succide illam vt qd etiam terram occupat? Forsitā, inq̄, dicit angelo sctō Quid est, q̄d impbus ille nō vult tibi morē gerere? Eqdem te hoc onere leuabo, faciāq; ne posthac p illo cogaris esse solicitus: & tibi qdem p labore & charitate tua mercedem augebo: illi vero meritas irrogabo pœnas. Quid fratres putamus, vbi hæc angelus audit, q supplices offerat Deo pces pro aīa illa q̄ nouit esse in pctīs, & si sic moriat, certus est eā in tartara relegandā, vt dn̄s aliq̄d ei adhuc pœnitendi spacium cōcedat? Scitis qd dixerit cultor vineæ dn̄o suo iubenti, vt arborem fici infrugiferam succideret. Dimitte illam, inqt, & hoc anno dn̄e vsq; dū fodiam circa illam, & mittam stercora Et si qdem fecerit fructum: sin autē in futurū succides eam. O magna beneuolētia sctōrū angelorū erga īgratos homūcines. Quinto, dum cernunt angeli quē piam ex aīo pœnitentiam agere, & damnata pteritorū vitæ iniqtate, redire ad colendam iustitiam & ad seruiendum creatori, mirū in modum exultant, totamq; cœlestium spirituum freq̄ntiam cōuocantes grādem excitant solennitatem in cœlis. Gaudiū est eñ angelis Dei sup vno pctōre pœnitentiam agente. Sexto, excitant nos angelici spūs ad agenda bona opera, atque ad ea nobis vires addunt, & benefaciendi: ac me-

Confessionē quantū desuadeant dæmones.

T Angelus bonus uū obstinatū in malo hoīem penitus deserat

Angeli boni vrorit psibi cōmissis hominibus

Lucæ 13

Ibidem

V Angelis q̄ modo fit gaudiū de pctōrum pœnitētia

Lucæ 15

Angeli vt excitēt ad bona opa homines

ac merendi occasiones nobis cõparãt, q̃les sunt, opa obediẽtiæ, charitatis & pietatis, q̃ magna habẽt merita. Sed cæci qdã non ad uertẽtes huiusmodi opa sctõꝝ angeloꝝ stu dio ex diuina prouidẽtia & ordinatiõe i- psis imponi, vt mereantur veniam peccato rum, gratiamque sibi & gloriam obtineant apud Deum, murmurant & conqueruntur aiuntque: Cur hæc mihi facienda incum- bunt? Cur nõ ille vel ille hæc facit? Aut eti am subducũt sese, ne ipsis demãdent. Qua re multũ offendũt Deũ & sctõs angelos. Enimuero oportebat eos hæc & huiusmo di oĩa tanq̃ ex dñi manibus accipe gratiãq; agere, ꝙ ipsis esset oblata occasio merẽdi.

Angeli vt hoibus inseruiant in bonis operibus

Septimo, inseruiũt nobis angelici spũs, adiuuantq; nos in opibus bonis, & multi- uaria nobis nostrisq; corporibus p̃stant bñficia. Quod potest plurimis scripturę lo cis cõfirmari, vt etiã visibiles sæpe apparue rint vel opitulati sint sctĩs dei hoĩbus, quo vel inde intelligeremus etiã inuisibiliter e- os hoc idẽ erga nos semp agere. Nostis ex libro Iudicũ, quõ angelus visibiliter obiur garit populũ Israel ob pctã in Deũ admis- sa. Nota est etiã illa historia, q̃ angelus scri- bit Eliæ panẽ subcinericiũ & vas aquæ ap- portasse: itemq; illa, quæ Thobiã angeli ductu saluũ & incolumẽ discessisse à parẽ- tibus atq; ad illos rediisse cõmemorat. Da- nielẽ etiã nemo ignorat prandiũ ab Haba cuck angeli ministerio accepisse. Denique D. Petrũ Apostolũ ex carcere angelus libe rauit: suntq; id genus alia multa in scriptu- ris exẽpla. Et nos charissimi hauddubio sę pe in magnis versamur corporis & aĩæ pe riculis, & subitanea morte piremus, nisi an geloꝝ sctõrum solicita & irremissa puiden tia & benignitate seruaremur.

Iudic. 2

3. Reg. 19 Tobi. 3. 5. 9

Dani. 14 Acto. 12

Angeli vt afflictos hoies cõso lentur

Octauo, consolant angeli afflictos. Videmus qdem passim miseros, egenos, debiles ęgrotos, af flictos iacere, q tñ interdũ lætioribus sint aĩs, q̃ diuites & fortunati: & licet nos vltro crucẽ amplexi simus, tñ pleriq; tales plus multo q̃ nos patiũt. Vñ ergo inter tot mise rias, in summa reꝝ oĩm penuria, ita vt qñq; vix nudo vescant pane, tam bono & forti sunt aĩo, nisi q̃d occulte à sctĩs angelis con solationẽ, & vires suscipiũt?

X

Angeli vt opa bona & nostra Deo offe rant

Nono, sctĩ angeli magna cũ solicitudine bona opa & recte facta nostra offerũt & exhibent Deo, & nobis gratiã reportãt. Id ỽo maximo e- os gaudio afficit: qa pfectu nostro lætant. Excusant etiã nos apud Deũ, & loquunt p nobis bona. Ita enĩ agunt, vt solent q inter amãtes nitunt firmã efficere amicitiã, & eos matrimonio cõiungere: eodem, inq̃, modo etiam ipsi excitant nos ad bene agendũ, no bisq; Dei gratiã & amitiã cõciliant, cupiũt- que nos Deo p amorem copulare.

Angeli vt aias deferant in cœlũ vel purgatorium

Deci mo, felices illi spũs animas electoꝝ, quæ i- psis obtemperauerũt, cũ ineffabili gaudio deportant in cœlũ. Animas aũt nondũ bñ purgatas, vt pie credit, in purgatorium de ferunt, atq; inibi crebro eas visitant & con solant, nunciantq; illis bona ab aliis p ipsis facta, pœnasq; mitigant, & hoĩes supersti- tes ad orandum pro illis excitant. Porro, vbi aliquis dãnandus morit, discedit ab il lo angelus, statq; procul, nihil habens q̃d pro illo loquat apud dñm, sed diuino eum reliquit iudicio, moxq; data à Deo senten- tia, dæmones animam illius infelicem rapi unt in pœnas inexplicabiles & æternas.

Hæc autem omnia iam dicta præcipue fa cit ipse Deus, vtitur autem ad ea ministerio angelorum: quemadmodum magni viri præstant eleemosynam per famulos suos. Cæterum quicquid huiusmodi agunt san- cti angeli, absq; vlla fatigatione & labore id agunt, nec quicquam interim à Dei frui- tione distinentur aut p̃pediuntur. Et quã- uis illoꝝ gloria sit consummata, nec possit augeri (alioqui defectũ paterentur, nec es- sent perfecte beati) nihilo minus pro sua er ga nos solicitudine & cura præmium ha- bent accidentale & gaudium maius in cœ- lo.

Angeloꝝ pmium vtrũ crescat & q̃le crescat

Itaq; charissimi, cognitis tantis in nos beatissimorum spirituum beneficiis, simus obsecro grati illis, & caueamus illis præsen tibus admittere peccata: quia hæc summe eis displicent. Conciliemus nunc nobis il lorum amicitiam, vt tempore opportuno prosint nobis, maxime quando animam reddere oportebit, ne si illi tunc nobis nõ fauerint, rapiant nos dæmones secum in stagnum illud sulphureum, vbi fumus tor mentoꝝ eoꝝ ascendit in secula seculoꝝ. Quod à nobis auertat Christus Iesus rex et dominus angelorum, qui cum patre & spi ritu sancto viuit & regnat Deus in secula benedictus, Amen.

DE S. HIERONYMO cõfessore omnia require in priori parte de festiuitatibus sanctorum, sicut S. Antonii Abbatis.

DE S. VNDECIM MIlibus virginum, martyrum Christique sponsarum, accipe omnia vt de S. Agnete virgine & martyre in priori parte de festiuitatibus sanctorum.

DE S. SEVERINO Episcopo & confessore per omnia vti de S, Nicolao episcopo, in priori parte de festiuitatibus sanctorum.

IN FESTO APOSTOlorum Simonis & Iudæ Epistolã cum sua paraphrasi Quære in festo S. Thomæ Apostoli, scilicet in parte hyemali de festiuitatibus sctõrũ

EXEGESIS EVANGElij eiusdem Festi. Lucæ X.

XXII. CELEbramus hodie charissimi festũ beatissimorũ apostolorum Simonis & Iudę, q̃ q̃dẽ ambo Christo fuere sanguinis affinitate ꝓpinq̃, nẽpe illius consobrini, filij Alphæi & Mariæ Cleophæ, sororis intemeratæ virginis, sed spũs ac fidei cognatiõe, morumq; imitatione longe propinquiores.

A Quos dominus in Apostolos suos elegit, nõ carnis affectu permotus, sed liberrima sua voluntate, & gratia, qua etiam præstitit eis, vt digni essent tanto honore, & idonei ministri noui Testamenti, per quos multorum cæca pectora ad agnitionem vnius veri Dei illuminarentur. Quod quidem etiã ab illis sedulo curatum est, maxime quãdo post apostolorum diuisionẽ profecti sunt, alter quidem nempe Iudas in Mesopotamiã: alter vero, puta Simon in Aegyptum: ac deinde simul in Persiam venerunt. Sunt qui putent hunc Simonem fratri suo Iacobo suffectum in Episcopum Hierosolymitanum: sed id alijs non placet, affirmantibus eum qui Iacobo successerit Simeonẽ esse dictum, & sub Traiano peremptũ Hierosolymis: hunc vero Simonem Apostolũ in Persia martyrio coronatum. Scribit q̃dã ex recentioribus vir eruditus neq; contẽnendæ autoritatis se in occultissimis quibusdam monumentis reperisse, hunc sanctissimum Simonem Apostolũ frequẽtasse inuocare nomen summæ Dei matris Mariæ virginis, atque eius fauore hostes Christi & Ecclesiæ destruxisse: eundemq; ob feruorem in hostes Christi Cananæum, id est, Zelotem merito appellatum. Varia autem recitantur apud Ecclesias diuersas Euangelia: quæ quia omnia exponi non possunt, illud explanandum suscipimus, q̃d q̃busdam locis legitur, & est apud Lucã capite X. in hæc verba:

2. Cor. 3

Tadæ⁹ & Simẽ apostoli q̃bus nõm euangeliũ christi prędicauerint gẽtibus

Nomẽ virginis Mariæ q̃s apostolorum primus inuocauerit ac p̃ illud miracula fecerit.

Designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus.

Quærat hic forsan aliq̃s, q̃d hoc Euangeliũ ꝑtineat ad Apostolos, quod ipsa verborum series probat de septuaginta duobus discipulis esse conscriptum? Sed q̃a bini hic referunt missi discipuli, nihil absurdum est in Apostolorum illorum festo id recitari, qui & ipsi bini verbum domini p̃dicarunt. Deinde quę hic septuaginta discipulis præcepta data leguntur, eadem & ad Apostolos pertinent: & forte tanto magis quanto maior erat Apostolorum, quã discipulorum dignitas. Quid vero sibi velit, quod dñs septuaginta duos elegit discipulos, Beda exponit, dicens ea de causa id esse factum, q̃d totidẽ gentibus esset Euangelium p̃dicandũ. Et sicut Apostoli, vt idẽ ait, Episcoporum, ita septuaginta duo discipuli præsbyteroꝝ formam ꝓtulerunt, Misit autem eos binos, vt hoc ipso cõmendaret præceptum geminæ charitatis, & vt maior eorum dictis adhiberetur fides, dum vno ore idem testarẽtur. Magis enim danda fides est duobus, quam vni: Nec misit eos vacuos, sed suæ gratiæ auxilio communitos: neque eos iussit ire, nisi quo ipse esset venturus, vt scilicet venturo Saluatori, præpararent viam, & homines ad pœnitentiam

Euangeliũ p̃sens cur hoc festo recitet̃ in Ecclesijs q̃busdam

Beda Discipulos septuaginta duos cur christus elegerit

Binos cur Christus apostolos mise: it p̃dicatum

adhor

adhortando, capaces efficeret supernæ gratiæ, quam suo aduētu dñs Iesus cōferebat. Non enim ingreditur dñs in animā vitiorum sordibuspollutā, & à veritate auersam Itaq; necesse est prius animam cōpungi dolore pœnitentiæ, & vitiis repudiatis, tanq̃ tartareis qbusdam & densissimis tenebris, redire ad Deū, q lux est & veritas, in q̃ tenebræ non sunt vllæ. Sed id fieri non potest, nisi prius discat aliunde mala sua: atque iis cognitis, in spē cogitationemq; meliorem assurgat. Ita necesse est p̃dicatores mitti, q indicent occæcatis voluntatē Dei, doceant quibus sint impliciti vitiis, qbus destituti virtutibus: vt sic maloꝝ suorum ipsos pœniteat, & bonam concipiant voluntatem: qua assumpta non potest se continere Deus, quin adueniat cum gratia sua, & quod humana ex se non potest imbecillitas, suppleat benignitate sua. Hac igitꝰ ex causa misit D. Iesus binos discipulos ante faciem suā in omnem ciuitatem & locū, q̃ erat ipse venturus, vt per eos ad pœnitentiā emollitis hominum pectoribus, ipse promptius posset ingredi, & suæ gratiæ dona conuersis pœnitentibus communicare. Non enim dignus est Dei gratia, quem male actorum non pœnitet, quiq; pro suis erratis non studet congruam agere pœnitentiam. Neque sane de gratia & aduentu Christi in animam suam blandiri sibi iure potest, quisquis non ante sese agenda pœnitentia ad suscipiendam Dei gratiā, Christiq; aduentum præpararit. Eadem ex causa missus est S. Ioannes Baptista, vt domini Iesu prædicationem præueniret, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Sed nunc porro, quid missis discipulis Christus dixerit videamus:

Ioan. 1. Ioan. 14. 1. Ioan. 1

Prædicandi modus p̃cipuus quis

Discipulos binos cur Christus miserit ante faciē suam

Mala. 3

Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci, Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

B Erant tum temporis multi, qui habiles & apti essent ad suscipiendam gratiam Dei, parati item ad audienda verba vitæ: sed erant sicut oues non habentes pastorem, vagi ac miseri, & densis ignorantiæ ac cæcitatis tenebris inuoluti, eo quod paucissimos haberent puros ac synceros diuini verbi tractatores, fidelesque & solicitos animarum suarum pastores. Qui em̃ in illo populo Iudaico tum pastorum & doctorum occupabant locum, pleriq; omnes auaritiæ, ambitioni, luxuriæ, & aliis vitiis ita erant dediti, vt magis scādalo essent subditis, q̃ exemplo. Propterea etiā dominus dicebat: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Quæcunq; ergo dixerint vobis facite: secundum opera vero eorum facere nolite. Dicunt em̃, & nō faciūt. Vt autem Doctor aliis persuadeat abstinere à vitiis, & iustitiā colere, q tñ ipse nihil minus p̃stet: id sane difficilimum est. Nā cuius vita despicit, eius necesse est vt & prædicatio contemnat. Monuit ergo discipulos dñs, vt rogarēt dñm messis, Deum scilicet, qui est dominus vniuersorum, cuius imperio totus subiacet mundus, vt mitteret operarios nempe pastores, doctores, rectores, p̃fectos ad alios moderandos, instituēdos dirigendos, habiles & idoneos, in messem suam, id est, sanctam Ecclesiam, quæ etiam vinea dñi dicit. Nō est enim in hoīm arbitrio vel potestate id situm, vt tales semper aliis p̃sint, sed potissimum id pēdet ex nutu & dispositione Dei, q regnare facit sæpius hypocritam p̃pter pctā populi, in grauissimā animarū pniciem & iusto iudicio qualis est populus, tales ei p̃stat rectores. Multi em̃ tam peruersi & improbi sunt, vt se à suis Prælatis, vel concionatoribus, aut confessariis non ferant admoneri aut reprehēdi, sed ipsa sua vitia amēt, animaꝝ medicos respuant, ac execrētur. Talibus ergo quādoq; euenit q̃d cupiunt, vt impios habeant vel certe indoctos & p̃rsus ineptos superiores atq; pastores, q eoꝝ vitiis faueāt, & quædam norint prætexere velamina, aut penitus nesciant quomodo alios regere debeant ac instituere. Horrendū malū, & totius Christianę disciplinę exterminium. Hodie q̃q; quā vere possit dici, Messis multa, operarii autem pauci? Mundus plenus est hominibus, sed desunt qui eis verbum veritatis, sicut oportet, annuncient. Esto sint magna ex parte mali, sunt tamen etiam adhuc multi boni, & forsitan ideo potissimū tantus est numerus malorum, quod tam pauci sunt Zelosi ac idonei operarii. Interim vero dum non sunt qui in feruore spiritus, & Zelo charitatis prædicent oportune, importune, itemq; arguāt, increpent, obsecrent, & torpentes hominum animos

Iudic. 2

Legisperitorū auaritia, ambitio & luxus quantus fuerit tempore Christi

Matth. 18

Gregori⁹

Esaiæ 9

Iob 34

Prælatos malos ob subditorū neqtias à deo mitti

Bonorum hoim q̃ sit hodie numerus paruus.

pungendo, mulcendo, terrendo, consolan do extimulent ad timorē & amorē Dei, heu pereunt infinitæ aīæ, quas vnigenitus filius Dei redemit sanguine suo, pro quarū salute tot annis se afflixit in terris, nec dedit vllā vnq̄ requiem sibi, vt posset eas tanquā maturā & congruā messem ad horreū cœlestis palacij reducere. Sed qbus tandē lachrymis psequendū est, q̄d etiāsi hodie possint haberi saltē aliq viri graues & Deū timentes, qui sibi ipsis nō parcāt, & cupiant totos, se aliorū saluti impendere, nec subtrahant eis monita salutis, tñ populus eos fugit & execratur, nec eorū dicta ferre potest, ita vt iam verissime impleat, q̄d pdixit Apostolus: Erit tempus, cum sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, pruriētes auribus. Et à veritate qdem auditū auertent, ad fabulas aūt conuertent. Obsequium amicos, veritas odiū parit. Hac de causa terribili Dei iudicio iam multis locis ablati sunt, q veritatē doceant, & dati sunt populo doctores quales ipsi volūt, scilicet magistri erroris, hæresum fabricatores, q eis viā faciant latissimam. Sed vbi ad extrema ventū erit, in angustias inexplicabiles se sentiēt deuolutos. Nō parua causa est, cur hodie tam pauci sint digni & veraces opariij, q̄d eos hoīes audire noluerunt, cū adhuc plures essent. Ablata sunt etiam sacramenta hoībus, sine qbus tñ nihil differunt Christiani ab Ethnicis, imo nec à pecudibus: Sed quare ablata sunt? Quia cū ea haberent, indigne vtebant. Auferet à vobis, ait dñs Deus, regnū Dei, & dabit genti facienti fructus illius. Ita prohdolor iam fit. Aufertur nobis, & datur innumeris gentibus in India & alijs qbusdam in locis, hactenus à Deo alienis.

2.Tim.4 · *Ibidem* · C *Doctores veritatis cur qbusdam subtrahantur* · *Sacramenta cur quibusdam hodie ablata sint* · *Matth.24*

Sed vtinā vel nūc tandē suo grauissimo dāno incitent hoīes ad rogandū Deum, vt mittat opariosin messē suā. Nihil em̄ eq̄ de ē huic seculo, atq; idonei Doctores & operarij, q feruant amore Dei, & habeant Zelū animarum in quibus charitas efficacior & valentior sit ad psuadendum eruditionis adiuta suffragio, & eruditione charitas non nisi ad honorē Dei & salutem proximi vtatur in quibus charitas premat tumorem scientiæ inflantis, & scientia charitati vires addat & efficaciam. Sunt quidē docti multi, sed amore vacui: & quidam licetament, tamen quia indocti sunt, minorem habent gratiam, quæ dicunt. Rogandus est ergo Deus, vt mittat operarios sciētia & charitate iuxta instructos, vt per eos maior fiat fructus in hominibus misere excæcatis ac induratis à diabolo & fallacia peccati. Sequitur.

Operarij amore feruētes quā sint hodie pauci

Ite. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.

1.Ioan.5

Mūdus totus in maligno positus erat. Discipuli aūt innocentiam & mansuetudinē Christi p suo modulo imitari studebāt. Qñ igit eos humiles & mansuetos ad conuertenda superborū & vitiorum monstris obsessorum hominū pectora dñs misit, agnos nimirum, inter lupos delegauit, vt ex lupis agnos facerent, vincēdo in bono malos, & persequentium furorē ac sæuitiam mitissima lenitate ferendo. Eodem modo electi omnes mittunt in hunc mundum vt agni inter lupos, qui sunt dæmones & praui ac impij homines, inter quos connitendum est pijs omnibus, vt neq; dæmonū tētationibus, neque malorum hominum vexatiōibus ab ouina simplicitate, innocētia, mansuetudine, obedientia desciscant, vt sicut ouis est animal simplex absq; dolo & duplicitate, innocens sine nocendi libidine, mansuetū ad oēm iniuriā, ita vt mortē q̄que ipsā tacita ferat, & deniq; ad oēm pastoris nutū obsequens & morigerū, ita sint & ipsi simplices filij Dei, cādidi, synceri, oībus bene cupientes: item innocentes, ab oī nocendi voluntate & appetitu remotissimi: ad hæc mites & suaues ad ea omnia, quæ vndecunque possint accidere, semper abstinentes à murmure & calcitratione: denique obedientes in omnibus voluntati Dei, Ecclesiæ catholicæ, superioribus suis, & rectæ rationi. Nemo autem putet se ab huius mundi lupis posse immunem euadere, nisi forte velit nō esse ex ouibus Christi, Omnes enim qui volunt pie viuere, & agnum Christum vt oues imitari, persecutionem patientur à lupis. Sed si persequuntur lupi, tñ cauendū ne deuorent vt quandoq; cum sanctis & beatis omnibus, qui luporum dentes iam euaserunt, possimus & nos gratulabundi psallere: Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dētibus eorum. Lupis hodie rapacissimis mūdus plenus est, nempe hæreticis, qui ph dolor deuorant animas innumeras, quos cauere debēt oues Christi, & non audire vocē alienorū, sed veri pastoris sui Iesu Christi & ma

Agnos mitti inter lupos quid sit · *Rom.12* · *Lupi mystice q dicantur* · *Ouiū proprietates q̄ qbus nā necessariæ* · *Phil.2* · *2.Tim.3* · *Psal.123* · *Lupis rapacissimis qbusnam hodie mūdus plenus sit* · *Ioan.10*

& matris suæ Ecclesiæ catholicæ, omneq; luporum cauere familiaritatem, quoad fieri potest. Nam sermo eorum vt cancer serpit, & lethifera animæ gutturi vulnera infligit, haud secus, quã lupi ouium guttur strangulare solent. 2. Tim. 2

Nolite portare sacculum, neque peram, neq; calciamenta: & neminem per viam salutaueritis.

D His verbis significat dñs, q̃ soliciti debeãt esse p̃cones v̄bi Dei & q̄bus cura animarum cõmissa est, vt nihil in itinere secũ ferant, aut agant, q̃d animos corum ad se rapere, & ab aliorum procuranda salute possit distrahere. Fieri em̃ vix potest, vt q pro terrenis rebus, ex affectu & inordinate ac immoderate solicitus est, animarum salutem fideliter curet. Ideo dominus voluit discipulos totam spem suam & fiduciam in ipsum collocare, nec de victu parãdo esse anxios, ne dum curis temporarijs distraherent, minus præstarent proximis. At tamen nõ ita hæc accipi debent, quasi non liceat prædicatoribus verbi Dei habere vitę necessaria. Ordinauit em̃ dñs ijs, q Euangeliũ annunciãt, de Euãgelio viuere: sed resecauit dñs oẽm habendi & acquirendi cupiditatẽ, vt tẽporalibus pro sustentatiõe & adminiculo vtant, non aũt ibi hęreant, nec ꝑpter illa ab animarum lucris impediant. Quod aũt etiam calceorum vsu discipulis interdixit, si qs ad literã imitari velit, errare poterit, si non obseruet qualitatem locorum & temporum, itemq; vires suas. Ergo ad spiritalẽ hic intelligentiam potius recurrendũ est, vt per calceamentorum vsum vetitũ, ꝓhibita intelligantur opera mortua, id est, pctã, vt qui alijs prædicant, ipsi à vitijs immunes sint. Deniq; neminem vult salutari per viam. Quod quidẽ cauẽdum est p̃dicatori, si notabile præstet impedimentum officio suo. Cauendum est, inq̃, ne lõga captent diuerticula, ne ꝑ affectu carnali vel sensuali quispiam per viam salutetur. Ibi em̃ plerunq; cõtingunt cõpotationes, fabulationes inutiles, & multa alia mala, quę vitanda sunt animas lucrari volenti ac debenti. Tantus enim debet in illo inesse animarum zelus, vt quæuis alia minus necessaria præ illo contemnat.

Curam aiarum solicitam q̃ nam impediant.

1. Cor. 9

Calceamẽtorum vsus q̃nam sit prohibit⁹

Salutare p viam qd sit, curve ꝓhibitum

In quãcunq; domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin aũt, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.

E Non potest habitare Deus in anima vitiorũ tumultu, & passionum impetu exagitata. Voluit ergo per suos prędicatores annunciare pacem, vt pace suscepta, posset ipse pacatum & tranquillum pectoris domicilium subintrare. In pace em̃ factus est locus eius. Congruũ etiã valde fuit p discipulos Christi, vtpote mediatoris Dei & hominum, annunciari pacem hominibus, q tot annorum millibus vixerant in ira Dei, venundati sub peccato, & tartareorum spirituum dominio mancipati. Sic ipso dño recens nato sc̃ti angeli cãtasse legũtur: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Hãc pacẽ habere nõ possunt mali: Non est em̃ pax impijs, dicit dñs. Vbi aũt est bona volũtas, ibi etiã pax est, pax, inquam, pectoris, quã seqtur pax æternitatis: & pax atq; cõcordia mutua cũ proximis. Qui em̃ in seipso bene constitutus est, & pacẽ habet cũ Deo, q̃ vtiq; habere nõ põt, nisi q sit bona p̃ditus volũtate, paratus obedire Deo suisq; p̃latis, is etiã facile pacẽ seruat erga ꝓximos. De q̃ dicit Apostolus: Pacẽ seqmini cũ oĩbus & sc̃timoniam, sine q̃ nemo videbit Deũ. D. Cyprian. in tractatu de Simplicitate p̄latorum: Si cohęredes, inqt, Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij Dei sumus, pacifici esse debemus. Beati, inqt, pacifici, qm̃ filij Dei vocabunt. Pacificos esse oportet Dei filios corde mites, sermone simplices, affectione concordes, fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohærentes. Hæc ille. Vbi ergo domui pax optatur, siquidem ibi sit filius pacis, qui sit diuinæ gratiæ capax, requiescet super illum pax salutantis & optantis prędicatoris, ita vt corde cõpunctus, verbum salutis libẽter accipiat, cõceptaq; bona volũtate, renunciet vitijs, & in melius vitam cõmutare instituat. Si vero nõ fuerit illic filius pacis, reuertetur pax ad prędicatorẽ: qa nõ carebit p̄mio suo optãtis bñuolẽtia, etiãsi nõ sit, qui velit verbũ salutis admittere. Porro, in eadẽ domo iubent manere disci-

Psalm. 75

Roma. 7

Lucæ 2

Esaiæ 48

Volũtas Deo subdita, vt vera pace gaudeat.

Hebræ. 12

Cyprian⁹.

Matth. 5

Filijs Dei proprium quid sit.

discipuli, vt non leuitate sua mutent hospitia, edantq; & bibant quæ apud illos sunt, vtãturq; carnalibus eorum beneficijs, quibus ipsi spiritalia seminant: quandoquidẽ dignus est operarius mercede sua. Quidni enim corporis alimenta præbeant homines illis, à quibus ipsi animæ cibũ perceperint? Non tamen id debet spectare præco verbi Dei, vt ab alijs tanquam mercedis loco accipiat vitæ necessaria, sed vtatur illis, quo possit aptior esse & robustior ad exequenda ea, quæ sui sunt officij: mercedem autem operis sui expectet à Deo, qui reddet vnicuiq; iuxta laborem suum.

Preco verbi Dei qd spectare potissimũ debeat.

SERMO IN EODEM Festo. Quibus modis sanctos apostolos honorare debeamus: & de diebus festis probe colendis.

F

Nimis honorati sunt amici tui Deus. Psalmo CXXXVIII. Frequens est in Ecclesia sanctorũ apostolorũ celebritas, vt per q̊s maxima sumus cõsecuti beneficia, eis magnos & meritos impẽdamus honores. Nec timemus, ne ita agendo quicq̃ diuino detrahamus honori: quandoquidem totum ad gloriam cedit capitis, quicquid cæteris mẽbris impendit: nec iniuria afficimus Deum, si eos honoremus, q̊s ipse inęstimabili affecit honore. Et vt detur forma quędam sctõs apostolos cõgrue ac deuote honorãdi, placet hic duplicẽ illos venerãdi assignare modũ, in q̃ se pie ac sedulo exerceant fideles in illorũ solennitatibus, fructũ vtiq; haud pœnitendũ inde consecuturi. Primo igit laudes gratesq; agendæ sunt omnipotenti Deo, q̃ eos tales tantosq; effecit, tot donis naturæ, gratiæ & gloriæ affecit, tãta potentia, tot prærogatiuis, tãto honore & dignitate extulit: in quibus omnibus plenissimo syncerę charitatis affectu eis cõgratulari debemus. Ita fiet vt & nos bonorũ illorũ simus participes. Hoc enĩ præstat charitas, vt quantũuis aliqs in seipso pauper & virtutis inops sit, tamen si gratias agat Deo pro muneribus gratiæ alijs collatis, eorũ oĩm reddatur particeps. Itaq; etiã si nullius mihi boni cõscius sim, etiã si omnibus me sentiam virtutibus destitutum, licet nihil eorũ in me cõspiciam, quę in sanctis apostolis p̃clare & excellenter emicuerunt, licet etiam semper longissime sim ab illorũ sanctitate, perfectiõe, dignitate, gloria & honore absuturus, tamen gratias p̃ ijs agendo Deo, atq; in illis ea diligendo, & venerando, mihi quodãmodo ea vendico. Porro, dum sic Deo gratias agimus p̃ bonis illis, quæ pręstitit sanctis suis, illi mirabiliter placemus, efficimusq; vt & nobis benefaciat, & augeat in nobis dona sua: deinde sanctos Dei propemodum debitores reddimus ad orandum Deum pro nobis, & illius nobis gratiam impetrandã. Absit enim vt credamus eos vnquam posse obliuisci eorũ, quæ nos illis pia deuotione impendimus: imo pro vilibus & paruis obsequijs nostris, maxima nobis repẽdunt. Cũ enĩ iam pfecta sit in eis charitas, summe vtique diligunt salutẽ nostrã. Vnde si quã habeãt occasionẽ nobis gratificãdi, vel bñfaciendi faciũt id toto cordis affectu, & integerrima fidelitate, longe maiora reddẽtes nobis, & impetrãtes à Deo, q̃ nos vnq̃ illis exhibere possimus. Itaq; licet in cœlesti patria maxima erit beatorũ differentia, & alij alios multis modis excellẽ:, tñ infimus nõ solũ nõ inuidebit summo, sed etiã par dentissimã charitatẽ erga illũ, & gratitudinẽ erga Deũ illius beatitudine in illo fruet nec putabit deesse sibi, q̊d in illo conspexerit. Qui affectus vtinã saltẽ parua ex parte esset in hominibus, mox essent tranquilla omnia. Pauperes non inuiderent ditioribus, neq; subditi principibus & magistratibus, non populus clero, non inferiores superioribus, sed sua quisq; sorte contentus viueret, & quod sibi deesse cerneret, in alio se inuenisse gratularetur. Secundo sanctorum solennitates studiose ac reuerenter nobis celebrãdæ sunt: quod quidem fit Missæ sacrificium & Dei verbum deuote auscultando, apostolorum suffragia pie & feruenter implorando, eleemosynas & misericordiæ opera largius in miseros conferendo ad laudem Dei & illorũ honorem, pijs meditationibus, sanctisque cogitationibus attentius insistẽdo: deniq; vitam illorũ pro nostræ fragilitatis modũ imitando. In his igitur sese exercebunt fideles, nec detestabili ocio aut alijs illicitis studijs illorum dies festos transigent in summam Dei & eius sanctorum iniuriam, propriamq; perniciem & damnatiõis cumulũ. Maxime tamẽ in illis imitabũtur charitatẽ, q̃ in eis summa effulsit, de q̃ dicit Augu-

Honorando sctõs nihil Deo ne s laudis auferre.

Honorãdi sctõs Dei modus duplex.

Merita sctõrũ quõ nobis applicemus.

Sctõs curã habere veneratiũ qui eorũ honorant perfectionem.

Sctẽs minores ex aliorũ beatitudine maiori gaudere.

G

Festa sctõrũ quõ & q̃ studiose reuerẽter que sint celebranda.

August.

Augustinus: Qui charitatē habet, quid est quod illi possit obesse? Qui vero non habet, quid est quod possit prodesse? Est aūt charitatis triplex quędā stupēda virtus & efficacia, quæ eam summe facit desiderabilem & preciosam. Prima est, quod vniuersa pctā operit & abscondit à facie Dei. Si habes charitatem, securus pgis ad Christi quis æquissimi iudicis tribunal, etiamsi solus oīa mūdi pctā admiseris. Non eīn poterit dānare aut abijcere hac nuptiali veste ornatū, qua tegūtur vulnera & deformitates animarum. Secunda est, quod quibuscunque charitas cōiuncta est, etiāsi in seipsis indifferētia sint, ea omia Deo reddit valde accepta: vt sunt, ieiunia, vigiliç, orationes, eleemosyna, &c. quæ sine charitate, aut parum, aut nihil placent Deo. Tertia est, quod etiā mala nostra cōmutat in bona. Sic diligentibus Deū omnia cooperant in bonū, etiam ipsa pctā quæ fecerunt. Siquidem ex illis postea humiliores fiunt. Et quia hic iam aliqua dicta sunt de apostolorum, aliorūque sanctorum solennitatibus colendis, forsitan nō incōgruum fuerit generatim aliqua cōmemorare de festis diebus religiose trāsigendis, ne quis ignorantiam possit prætexere: & vt habeant pij exercitia illis diebus accommoda. Non eīn temere instituti sunt dominici ac festi dies, sed pro nostrarum salute animarum, vt q alijs multo pluribus diebus in multa distracti, & erga res terrenas soliciti & occupati sumus, saltem ijs diebus animum colligamus, & Deo nostræque saluti intendamus. Certum est eīn diebus operarijs vel cōmunibus, id est, non festis homines vtplurimum tempus pciosissimum perdere, aut certe nō satis fructuose expendere, miscēdo actiōibus suis pulueres mūdi huius. Imo vero plurimi tunc perdūt humilitatem, patientiam, castitatem, veritatē, quietem, diuinam gratiam, animam quoque suam, iteque paradisum & Deū ipsum peccatis varijs, quę passim absque timore admittunt. Vnum ergo ex ijs, quæ festis diebus agēda sunt, hoc est, vt sicut cæteris diebus eorum, quod iam diximus, multorumque aliorum bonorū iacturam fecimus, ita festis diebus studeamus amissa recuperare. Vnde dies illi cum omni solicitudine & maturitate transigendi sunt, maximeque tum conuenit vacare cōscientiæ examinandæ & discutiendæ, vt videat vnusquisque in quibus cæteris diebus offenderit Deū, doleatque ex animo de singulis male admissis: deinde proponat in posterū toto corde abstinere, occasiones peccandi fugere, malorum cōsortia pro viribus euitare, & bonis operibus semper esse intētū. Nec tamē hæc sufficiūt, sed etiā cōfiteri necesse est pctā admissa. Quod quidē Christianis oībus consultissimū foret frequenter agere. Ita eīn semper sereniori viuerēt conscientia, & minori esset opus labore ad expendendam conscientiā dum cōfiteri vellent. Deinde maxime danda opera est festis diebus, vt Missa non negligatur, sed ad finem vsque reuerenter & attente auscultetur: necnon vt precibus assiduis fideles incumbant. Cum eīn alijs diebus ob externas occupationes & curas domesticas vix vnquam precibus vacent, debent festis diebus magno studio ad orandum se conuertere. Atque vtinam persuaderi posset miseris, id vt agere vellent. Sentirent sane largissimam Dei benedictionem & ad resistēdum vitijs, atque ad toleranda aduersa multo fortiores se experirentur. Sed quia orationis præsidium iam omes abijciunt, nullo negocio quæuis vitia, vitiorumque incentores dæmones miseris præualent ac dominantur. Præterea ijsdem diebus reuocanda ad memoriam sunt beneficia Dei, & pro ijs Deo attentissime gratię agēdę. Hoc quidem ita est necessarium, vt qui id non facit, vix mihi Christiani nomine dignus videatur. Quid eīn tam iniquū est, quam cum innumera, idque momentis singulis à Deo accipiamus beneficia, saltem vno aut altero hebdomadæ die non redire in illorum vel generalem memoriam, & Deo largissimo benefactori medullitus gratias agere? Ingratitudinem tantam ab omni Christiano Deus auertat. Atque vtinam sicut perpetuo Deus nobis benefacere non desinit, ita nos ppetuas illi nocte ac die laudes gratesque agere possemus. Quod etsi non possumus, tamen vel festis diebus, qui alijs minus possunt, debēt commemorare secum ad minus præcipua Dei beneficia generalia & specialia, & pro illis gratias agere Deo. Multum nos ad gratitudinē prouocat etiam rationis expertiū animalium quorundam miranda gratitudo, ex quibus canes tantum hoc dono pollere noscunt, vt quidā etiā interfectis dn̄is eorum in solitudine à latronibus, ab extinctorum cadaueribus nō recessisse legātur, sed ibidem expirasse, atque etiā quosdam, duces fuisse eorum, qui recēs perpe-

Efficacia charitatis triplex quæ sit.

Prouer. 10
1. Petr. 4

Matth. 22

Sine charitate nil Deo placet.

Roma. 8

Dies festi cur instituti sint et colendi.

Festis diebus bona amissa recuperari.

H
Festis diebus Missæ sacram quam audiendum.

O Foris quam sit hodie vsus rarus.

Gratiæ Deo vt sint agendæ diebus festis.

Pecudes suo docere facto hoies ingratos gratiarū actionem.

perpetrati homicidij authores inqſierunt, atq; eos capi & pænis affici feciſſe. Si ergo tantam fidem & gratitudinẽ canes omni ratione carẽtes prętant illis, à qbus minima ſunt beneficia conſecuti, poterit ne hominis vocabulo dignus eſſe, quisqs infinitis, cõtinuis, & maximis Dei beneficijs ingratus viuit? D. Baſylius Magnus adeo ab hominibus exigit gratiarũ actionem erga Deum, vt ab hac velit omnes præces noſtras capere initium. Cuius verba vnacum formula gratiarum actionis ab illo edita huc non piget recenſere: Ait enim in conſtitutiõibus Monaſticis capite II. Duplex eſt orandi modus: quoꝝ alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſſiõe cernit: alter in petitiõe, qui quidẽ priori ſubijcitur. Cũ oras igit, nolito cõfeſtim ad petitionẽ accedere. Quod ſi hoc nõ facis, iudicio es ipſe de volũtate tua, te ſcilicet, q̃d neceſſitate vrgearis, Deo preces adhibere. Quapropter qñcunq; inſtituis orare, coniugẽ liberos atq; etiã teipſum relinquito & à terra ꝓcul abſcedito, cœlumq; ſuperato, & naturas oẽs tã quę cerni, q̃ quę cerni nõ poſſũt relinqto, & ab eius glorificatiõe exordire, qui oĩa cõdidit: cumq; in eo ſatis fueris cõmoratus, nõ mẽte vaga, neq; huc illucve temere deerrãte, neq; (vt Græcoꝝ mos eſt) fabulas garriens, ſed de ſacroſctĩs literis carpẽs q̃ dicas, dic: Gratias tibi ago dñe ꝓpter incredibilẽ clementiã, & in ferendis hoĩm cu!pis facilitatẽ tuã, q peccantẽ me q̃tidie patientia tua ſuſtines, & ad reſipiſcendũ oĩbus nobis poteſtatẽ facis. Propter hoc eñ taces, & nos ſuſtines dñe, vt tibi gratias agamus, q ſalutẽ gñis noſtri mõ terrendo, modo leniter exhortãdo moderaris: quiq; ꝑ prophetas primo, poſtremo etiã ꝑ aduẽtũ Chriſti tui nos viſitaueris. Tu eñ finxiſti nos, nõ aũt ipſi nos, tu es Deus noſter.

Baſylius. — *Orãdi mod' duplex qui ſit.* — *Oraturus vt omnia tranſcẽdat* — *Gratiaꝝ actio D. Baſylio familiaris.* — *Pſalm.99*

I

Deiñ docet quãta humilitate Deo gratias agere eũq; glorificare debeamus, ita vt dicamus illi ex aĩo nos indignos eſſe, q corã ipſo loqmur, eo ꝙ ſimus vehemẽter peccatores: & q̃uis in multis offendamus oẽs, tñ maiorẽ offẽſaꝝ partẽ nec intelligamus quidẽ, ita vt merito vnuſqlibet dicere poſſit & debeat, peccatis pctõres oẽs ſe vincere. Deiñ ita ſubiungit: Poſtq̃ ambabus his partibus, nẽpe gratiaꝝ actiõis & humilitatis ſatisfeceris, tũ demũ q̃d petere debes, petito: non diuitias, neq; terrenã gloriã, non ſanitatẽ corporis (Ipſe eſt eñ q te creauit, ipſi curę eſt incolumitas tua, & ꝓbe nouit cui expediat bñ vel male valere) ſed queãd modũ iuſtus es, regnũ cœloꝝ pete tantũmodo, & neceſſitatibus corporis tui ipſe ꝓuidebit. Munificentiſſimus eſt eñ idem et auguſtiſſimus rex noſter, & indigne fert, qñcunq; qs exiguũ aliqd à ſe petit, qñcunque qs noſtrum de rebus ipm minime ipſi cõuenientibus rogat. Noli igit illũ tibi oratione tua iratũ facere: ſed ea petito tibi, quę digna ſunt & rege & Deo. Hactenus ille. Cuius dicta nos propterea paulo ſuſius huc adduximus, vt habeant fideles tũ orãdi, tum gratias agendi formulã, q̃ tãto propenſius dies feſtos ſanctificent, id eſt, ſanctis opibus & exercitijs trãſigant.

Iacob.3 — *Petere quę nã debeamus à deo.*

Pręter hæc aũt non minori cura agendum eſt, vt ſicut in ꝑcipuis ſolennitatibus olim Iudæi ſolebãt offerre primitias Deo, ita & Chriſtiani feſtis diebus myſtice idẽ agant, ꝙ illi externo ritu obſeruarunt. Vt eñ aiũt doctores qdã, Iudęi in Paſchate offerebãt primitias nouoꝝ granoꝝ, in Pẽtecoſte nouorũ panũ, in Septẽbri nouaꝝ frugũ: ita etiã Chriſtiani triplices primitias feſtis diebus debẽt Deo offerre, puta cogitatiões, intẽtiones & amorẽ ſuũ. Sũt eñ cogitatiões prĩcipiũ oĩm bonaꝝ actionũ: qñquidem piæ actiões à cogitatione trahũt originẽ: ęq;, id eſt, cogitationes offerendę ſunt Deo, vt feſtis diebus ſctĩs cogitationibus, puta de vita & paſſione Chriſti, de virtutibus & meritis ſctõrum, de q̃tuor extremis, de ꝑſentis vitę breuitate & incerto exitu, de miſerijs exilij huius, atq; id genus alijs ſerio & attẽte vacemus: tũ eñ liberius dat ociũ & maior opportunitas, eo ꝙ nõ ſit neceſſe externis diſtrahi occupatiõibus. Intentiões etiã primę & principales ſunt in opibus noſtris: ſiqdem ab illis bonę actiões incipiũt. Non eñ põt eſſe opus bonum, q̃d bona intentiõe ſit deſtitutũ, magisq; Deus in actionibus noſtris mentis intẽtionem, q̃ operis rationem attendit. Et iſtæ igitur offerendæ ſunt Deo, ita vt cũcta opera noſtra, totãq; adeo vitam noſtrã referamus in Deum. Quod ſane non eſt negligenter agendum. Non enim parum intereſt, qua intentione cuncta agamus: adeoque ſi meritum apud Deum conſequi velimus, oportet vt cũcta q̃ vel cogitamus, vel dicimus, vel agimus, vel omittimus, idcirco cogitemus, dicamus, agamus, omittamus, vt diuinæ voluntati obtemperemus, vt ſic omnia noſtra re-

Primitias myſticas triplices quas debeant offerre Chriſtiani dieb' feſtis. — *Intẽtionis rectæ quæ bona ſint.* — *Quicquid agimus id referendũ vt ſit ad Dei beneplacitum.*

ſtra referantur ad diuinę voluntatis executionem. Atq; hac in parte diligenter ſeſe fideles quiq; exercere debent, vt ad minus feſtis diebus om̃ia ſua & totam vitam ſuam, oẽsq; intentiones ſuas referant & dirigant in Deum, ſtatuantq; firmiter & tota voluntate decernant ac proponãt, ſe in omnibus Deũ p̃cipue pro ſcopo habere velle. Inde fiet vt oẽs cogitatiões, actiones, & verba ipſorũ Deo magis placeant, & maiori præmio digna ſint. Qui vero oĩa ſua temere & diſſolute agunt, nec certũ ſibi pręfigunt ſcopũ, illi ſine vllo fructu vitam exigunt ſuam, & tandem vacuos ſe inueniẽt, niſi reſipuerint. Deniq; amor noſter, cum ſit primus actus voluntatis, principiumq; oĩm actionum ex voluntate proficiſcentium, ſiue quæ à voluntate fiunt (ſiquidem ex amore bono & ordinata opus itidem bonum ac ordinatum procedit, vt ediuerſo ex malo & inordinato amore malũ, inordinatumq; opus emergit) iure ſane etiam idẽipſe amor noſter ceu primitię quędam Deo feſtis diebus offerri debet, ita vt Deũ amemus ſuper oĩa, atq; in Deum tendamus, & aſcendamus per amorem. Id vero ad ſanctificationem feſtorũ dierũ magis exigitur, quam duo præcedẽtia, nempe cogitationum ac intẽtionum oblatio. Vt enĩ aiunt ſancti quidam, p̃cipua mens ſiue intentio p̃cepti de ſanctificando ſabbato ea eſt, vt Deo p amorem adhæreamus, eiq; p̃paremus cordis habitaculũ. Neq; dubium eſt illum rite ſanctificare feſtũ diẽ ſiue ſabbatum, q Deum amat ſuper om̃ia, vitatq; cuncta huic charitati contraria & inimica, & diuinis vacat laudibus, alijsq; pijs ac religioſis exercitijs. Sũt & alia multa, quę huc poſſint adferri, feſtis diebus obſeruanda: ſed ſi quis iã dictis ſeſe ſedulo occupauerit, ſatis habebit negocij, neq; opus erit, vt ad mundi vanitates, ad ludos, ad crapulã & ebrietatẽ, ad choreas, & id genus alia dęmonũ ludibria ſeſe cõuertat. Agite ergo chariſſimi digne Deo & ſanctis eius feſtos exigatis dies, & quas alijs diebus contrahitis vitiorũ maculas iſtis abſtergite & expiate. Propterea enim inſtituti ſunt, vt illis vos recõcilietis Deo, & miſeris animabus veſtris naturæ proſpiciatis, ſanctos quoq; vobis apud Chriſtũ iudicẽ patronos aſciſcatis, vt vbi ad illius ſeueriſſimũ tribunal ventũ fuerit, q̃d veſtris nõ poteſtis, ſctõrũ meritis & p̃cibus obtineatis. O felices vos, ſi dum adhuc licet, hac ratiõe ſaluti veſtræ conſulueritis. Vę aũt illis, q ſacris diebus, nõ ſolũ p̃terita pctã nõ diluunt, ſed etiã vehemẽtiſſime exaggerãt, qbus remedia & adminicula ſalutis vertunť in exitiũ. Qđ à nobis auertat Deus in ſecula bñdictus, Amẽ.

Scop⁹ cuique vt ſit p̃figẽdus.

K

Amor noſter vti ſit Deo ceu primitiæ offerẽdus.

Sanctificare feſtos cies q intelligendum.

Dies feſtĩ cur inſtituti.

IN PRÆCLARA SOLENNITATE OMNIum Sanctorum, loco epiſtolæ lectio Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli, cap. VII.

XXIII. EGo Ioannes vidi angelum aſcẽdentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terrę & mari, dicens: Nolite nocere terrę & mari, neq; arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragintaquatuor millia, ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati. Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati, Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſachar, duodecim millia ſignati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamen, duodecim millia ſignati. Poſt hęc vidi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat,

ex om-

ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circũitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.

PARAPRHASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Lectio ista multis scatet mysterijs: in qua præter alia, expressa fit mentio omnium electorum & hoĩm & angelorum, atq; eo nomine congrue sane legitur in Ecclesia hac die, qua ad laudem Dei celebramus generalem sctõrum omniũ memoriam, tum vt negligentius in specialibus festis admissas hac cõmuni celebritatie resarciamus, tum vt largiora nobis diuinæ benedictionis multiplicatis intercessoribus munera comparemus. Si enim, vt Augustinus ait, fieri non potest multorum adhuc in carne degentium preces nõ exaudiri, fieri ne posse putabimus, vt sanctorũ oĩum pro nobis factæ preces, quas hodie communi deuotione ambimus, non exaudiantur à Deo, cum q̃ iam vnũ facti sunt? Olim Moses quãuis sanctus, vnus tamen homo, sexcentis Iudæorum millibus veniam obtinuit: & quicquã negare poterit Deus sanctus & verus innumerabilibus sanctorum millibus, quos amat amore immẽso, & plus q̃ pater no, qbus totũ se impendit, totum se fruendum impartitur? Vnde intelligimus, q̃ nõ nisi ex Dei spũ factũ sit, vt ab Ecclesia singulis annis seruetur festũ celebre ad honorẽ omnium sanctorũ angelorum & hominum, q̃ humana fragilitas apud Deũ adiuuetur illorum meritis & suffragijs, q̃s cõstat illi esse longe intimos atq; charissimos, qbus nec velit, nec possit quicquã denegare. Quamobrem hac die Christiani oĩes tota deuotione debẽt incũbere precibus, obsecrare & patronos sibi demereri atq; conciliare sanctos omnes, per eos veniam & gratiam sibi impetrare à Deo, & potissimũ felicem mortis horam, & deniq; quicquid ad bene beateq; viuendũ necessarium est. Multis enim exẽplis probatũ est, eos qui pie ac sedulo sctõs venerati sint, raro male obijsse: qui aũt illos cõtempserint, sæpe etiam morte subitanea, aut alijs horrẽdis malis subito affectos esse. At nunc lectionem ipsam succinctim explicemus. Ego Ioannes apostolus & Euangelista, vidi angelum quendam ascendentem & in sublime volantem ab ortu solis, habentẽ signũ Dei viui, signũ filij hoĩs, nẽpe sanctã crucẽ prę se ferentẽ, vnde posset internosci ab angelis tenebrarum. Cum eñ sępe Satanas trãsfiguret se in angelum lucis, nõ veritate, sed simulatiõe, ne sancti hoĩes visis spiritibus decipiant, certa quædam signa secũ ferunt angeli sancti, ex qbus dinosci queant. Clamauit aũt idem angelus, stans in loco excelso, voce magna, non tam clamoris vehementia, q̃ diuinę virtutis autoritate, quatuor angelis malis, quibus ad exercitationẽ fideliũ datum & permissum est à Deo, qui suis electis oĩa facit cooperari & cedere in bonũ, nocere ac diuersas molestias, cruces & vexationes admouere terræ & mari, id est, fidelibus in Deũ credentibus, atque in hoc orbe passim commorantibus. Clamauit aũt ita dicẽs: Nolite diuina refrænati virtute, quæ vobis certos dedit limites, q̃s p̃tergredi nec debetis, nec potestis, nocumentũ aliq̃d inferre terræ & mari, neq; arboribus, id est, hoĩes Christi fideles ne diuexetis aut impugnetis, q̃adusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum: nõ solum in frontibus externis, q̃d signũ indiscriminatim oẽs boni ac mali Christiani accipiunt, sed etiã internis, in ipsa animæ facie. Nõ eñ satis est fidẽ habere crucis Christi, sed etiã opera adsint oportet. B Christiani omnes credunt quidẽ in Christũ, & hoc ipso habent in fronte corporis signũ Dei viui, sed non erunt immunes à potestate malorum spirituum, nisi fidei signum quod gestant in corpore, etiam inuiolabile intus in anima conseruent per veram ac synceram charitatem, quæ bene factis declaretur.

Festũ oĩm sanctorũ ob quas rationes sub vno celebretur die

Augustin.

Exodi 32

Festũ oĩm sanctorũ quanta celebrandũ deuotiõe.

Ex veneratiõe sctõrum quæ bona proueniant.

Signũ Dei viui quod nam sit.

2. Cor. 11

Roma. 8

Sufficias qdnam signũ fidei. claretur. Non ergo sufficit habere signum fidei (Id enim multi habent qui tamē non numerant inter electos) sed etiã eorũ quæ ad fidem ptinent executio cõiungēda est, quam pstat charitas, qua electi à reprobis distinguũtur. Discimus ex hoc loco manifeste, quã nihil possint dęmones cõtra nos nisi quatenus sinunt à Deo ad exercitationem fidei & patientiæ nostræ. Quamobrē sæpe rogandus est Deus, vt inimicorũ nostrorũ malitiã & nocēdi libidinē sua virtute restringat, ne qua ex parte nobis dãna irrogent. Multi ẽm dęmonum impugnationes aut molestiores sentiunt, aut ijs citius succumbunt, q sint ad implorandum diuinum auxilium pigri & desides. Orantes aũt libenter Deus exaudit & adiuuat, seruat ac tuetur. Et audiui, inquit Ioannes, numerum signatorum cētum quadragintaq̃tuor millia, signati ex omĩ tribu filiorũ Israel. Lectio ista, vt volũt doctores, ad tēpora Antichristi ptinet, qbus certũ est multos Iudæorũ ad pdicationem Enoch & Heliæ conuertendos ad Christũ, quorũ summam indefinitam numerus iste definitus exprimit: quanq̃ potest etiã de omĩbus electis Iudæis accipi. Imo sunt qui de tota electorum omnium frequentia hæc interpretent, sequentes mysticã vocabulorũ, qbus singulæ tribus appellãtur, significationē. Nam & ipse numerus duodenarius totus sacratus & mysticus est. Qđ aũt hic in enumerãdis tribubus duodecim nõ seruat ordo gñationis. Quod itē Dan penitus reticetur, nec id quidē occultis vacat mysterijs. In ipsa quidē ordinis naturalis cõmutatione monemur ad mysticũ recurrere ordinem, quē alij diuersi partim fusius, partim strictius edisserũt, ad q̃s nos lectorē remittimus, ne simus longiores. Porro tribus Dan ea ratione putatur ptermissa, q̃d inde sit Antichristus nasciturus. Deinde postq̃ ex singulis tribubus duodecim millia signatorum cõmemorauit, subiũgit S. apostolus: Post hęc vidi in spiritu turbam magnam, hominibus quidem incõpręhensibilem & innumerabilem, Deo tñ & cœlicolis cognitã, ex oĩbus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, nõ ex Iudæis tantũ. Non ẽm illis solus datus erat Christus, sed & cæteris nationibus, sicut scriptũ est: Dedi te in lucē gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terrę. Vidi, inquam, eos stãtes ante thronũ Dei, diuinę maiestatis eius contemplationi semper intentos, & ad omnem eius voluntatem summa cum reuerentia paratos atq; prõptissimos: & in conspectu agni, q abstulit pctã mundi, & lauit nos à pctis nostris in sanguine suo: de cuius glorificata humanitate dici nõ potest, quanta capiant gaudia beati oẽs. Erantq; amicti stolis albis, ob innocentiã siue seruatam siue recuperatam purissimis, in sanguine agni dealbatis vel candefactis: & palmæ in manibus eorũ ob plenissimã ex hostibus & mundi voluptatibus reportatam victoriam. Et clamabant voce magna, totis animæ medullis, omĩ mētis affectu, cũctisq; viribus & summa cũ deuotione & gratitudine: Salus Deo nostro sit & immēsa beatitudo, honor & gloria, sedēti super thronũ, & oĩa pro sua potestate, sapiētia & bonitate regenti, & agno Christo Iesu innocētissimo filio eius, cui, quatenus Deus est, idē cũ patre debet honor: quatenus vero homo est, nõ prorsus idem, sed tñ lõge excellētior, q̃ toti creaturarũ oĩm vniuersitati. Et oẽs angelici spiritus stabãt in circũitu throni, intentis vultibus in Deum gloriæ, quē auidissime inspiciunt, parati etiã ipsi ad oẽm summi Impatoris nutum: stabant itē in circũitu seniorũ & quatuor animaliũ, hoĩm scilicet in cœlesti patria cũ ipsis regnantiũ, & sanctorũ quatuor Euangelistarũ, cæterorũq; plãtorum vel patrum Ecclesiæ, tanq̃ illorũ conserui, atq; cõciues sub vno principe Deo. Et ceciderũt in cõspectu throni in facies suas, pfundissima humilitate sese submittentes diuinę maiestati, eãq; ita vt dignum erat summa cũ reuerentia adorantes, tanq̃ Deum ac dñm suum, à quo se nouerant consecutos oẽm beatitudinem suam & omẽ bonum suũ. Vnde & nos discimus, quãta cũ humilitate & reuerẽtia Deũ cœli, regem gloriæ, dñm maiestatis adorare debeamus, quando cœlestes illi & præclari spiritus intantũ sese abijciunt. Et tamen proh pudor, videas multos etiam dũ diuina peraguntur mysteria in sacris ædibus, rigido stare corpore, & nullã vnq̃ prestare reuerentiam diuinę maiestati: quosdam etiã proh nefas in iniuriã & cõtemptũ summi Dei, sursum deorsum haud secus, q̃ in foro ambulare in tēplo dũ sacra celebrantur. Quorũ sicut est impudēs & execranda impietas, ita erit olim etiam grauissima damnatio. Porro, sancti angeli corruentes in facies suas, adorauerunt Deum, di-

Margin notes: Quidam cur citius à dæmonibus decipiantur. — Lectio hęc ead qd tēpus respiciat. Malac. 4 Apoc. 11 — Numerus duodenarius vt sit mystic⁹ & sacratus totus. — Dan familia cur hoc loco omissus sit. — Esa. 49. — Apocal. 1 — C — Adorãdus quanta cũ reuerentia sit Deus. — Impudētia q̃rundam in sacratis templis, quanta.

um,dicentes:Amen, id est,sctõrum hoĩm sententiam approbantes. Cum eñ summe diligant Deũ iure optimo summe diligendum,q cum nullius indigeret, tñ & angelos & hoĩes cõdidit suæ beatitudinis participes,nõ possunt nõ approbare, quicqd ad eius laudẽ & honorem ptinet. Deiñ & ipsi addunt:Bñdictio, qa pcipue & supexcellẽter est bñdictus:& claritas, qa summe pulcher &lucidus:&sapiẽtia,qa essentialiter sapiens:&gratiarũactio,qa bona oĩa creaturarũ,illius sunt dona,pro qbus merito illi gratiæ semp agendæ sunt: honor, qa summe honorãdus:virtus, quia insuperabilis:fortitudo,quia omnipotens & fortis,in secula seculorũ sitDeo nostro,Amẽ.

Psalm.15

EXEGESIS EVANGELIJ in eadẽ Solẽnitate,Matth.V.

D

EVangelium hodiernũ, eã quã Christus in mõte tradidit,doctrinã partim cõplectit,dignã sane, quę nunq̃ à cordibus fideliũ excidat,quam sibi ppetuo habeant ppositam ob oculos,& ad quam totos sese semp & vbiq; cõponant atq; cõformẽt. Sublimia qdem sunt,&mundi iudicio plane contraria,quæ hic sapientia Dei e loco sublimi sublimiter docet, sed tñ non excedunt humanas vires:nam alioq superfluum fuisset pdicare hoĩbus,q̃d imitari non possent. Oĩs hic mundi amor, omnis voluptas,omnis ambitio,cũcta mundi gaudia, &deniq; quicqd mũdus in pcio habet cõdemnat & reijcitur, idq; à Dei filio,cui tradita est oĩs potestas à Deo patre,qq; ẽ dux & legifer,doctor ac institutor noster, qui legem veterem nõ soluere venit,sed implere, & pfectioribus pceptis absoluere & cõsummare. Priscis illis antiquæ legis cultoribus temporalia promittebant,vtpote adhuc lõge positis ab aditu regni cœlorum. Itaq; talia eis data sunt pcepta, quæ illorũ infirmitati cõgruerent. Christus aũt q nobis nõ terram Canaan, non vineas & olіueta terrena promisit,sed paradisum cœli oĩbus bonis rebus affluentem,lõge excellentiora nobis iussa dedit,vt pmijs immensis sublimia pcepta vtcunq; respondeant. Populo illi carnali pmittebat carnales ex rebus psentibus cõsolationes capere, vt inde discerent firmius sperare bona semper mãsura,quæ illis tñ sub figuris qbusdam & vmbris,& tanq̃ in somnis proponebantur:nos vero q per Christi mortem abolito dãnationis chirographo,& mortis imperio destructo,ęternam vitam,nõ temporalia promissa expectamus, ad oĩm rerum labentium contemptum pceptis, & pmijs inuitamur. Et ne despõdeamus animum, tanq̃ sufficere nõ possimus exequendis illis quæ exigimur, consolat nos scriptura diuina,vt certi simus,q legem dedit,illum & benedictionem daturum,id est, sua gratia adiuturum infirmitatem nostram, qui vtiq; sufficientes nõ sumus cogitare aliqd à nobis tanq̃ ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est,q opabit in nobis &velle & pficere pro bona volũtate. Tñ adsit bona volũtas,&gratia partes suas abũde exequetur. Videamus nunc ipsa Euangelij verba:

Sũma huius Euãgelij quæ sit.

Matth.28 Esaiæ 33 Esaiæ 55 Matth.5

Præceptis antiquę legis quantũ præstent nouæ.

Psalm.83

2.Cor.3

Videns Iesus turbas,ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.

E

Euangelista Matthęus alio loco scribit dñi opinionem ob multas virtutes illius per totã Syriam diuulgatã fuisse, plurimosq; ad eum ex diuersis locis cõfluxisse. Quos vbi vidit dñs,fugiens multitudinẽ, & expetens secretioris loci secessum, vbi pcepta cœlestia sacratius promulgaret,ascendit in montem , vt sicut prisca lex data fuit in mõte,ita &noua similiter in monte ederetur. Sed illa per angeli ministerium, hæc ore ipsius Dei. Ipso aũt montis ascensu significauit se sublimia quędam,nec oĩbus cõmunia traditurum. Vnde etiam turbas inferius reliquit,&solos discipulos secũ assumpsit,vtpote tãto paratiores aptioresq; ad illius suscipiendas institutiones, quanto illi iam erant quotidiana conuersandi cum illo consuetudine magis familiares:nec debebant communibus duntaxat præceptis instrui, quos dominus toti orbi cõuertendo ac illustrãdo destinarat.

Matth.4

Exodi 19

Mõtis ascẽsu qd Christus significauerit.

Et aperiens os suũ,docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorũ.

Sublimia dominus præcepta daturus,à pauptate spiritus sumit initium, quam alij humilitatem,alij facultatum siue rerũ temporalium cõtemptionem interpretantur. Nam vtriq; conuenire põt. Vtraq; autem

Paupertas spiritus quid sit.

ceu

ceu fundamētum q̊ddam est vitę spiritalis. Qd'ad diuitiarū siue rerū temporaliū abdicationē attinet, beati p̄dicantur q eas abijci unt propter amorē Dei, vt liberius possint vacare Deo rebusq; diuinis. Habent em̄ facultates & bona tēporaria suos q̊sdam nexus & vinçula, qbus implicant animos hominum, vt nō possint solutis & liberis animis vacare summo bono. Vñ dñs dicit: Nō potestis Deo seruire & mammonę. Quare? Quia diuitiæ vix absq; amore inordinato possident: atq; hic amor aut minuit, aut penitus extinguit amorē Dei. Quicqd aūt, id est, q̊d nos abstrahit ab amore Dei, id iure meritoq; contemnendū est. Si em̄ cū aduersa laboramus valetudine, libenter caremus illis q̄uis delectabilibus vel escis vel potionibus, quæ morbū augent, aut sanitatē impediunt: quāto magis libēter debemus cōtemnere, quę animę p̄fectam remorant sanitatē, & nos à p̄fectione distinent? Itaq; beatos p̄dicat dñs paupes spiritu, q prōpto & alacri animo, imo & cū voluptate quadam penitus terrena oīa despiciunt & abijciunt, pauperem Christū & ipsi pauperes sectantes, vt possint sine vlla animi distractione, quā efficit cura & amor rerum temporalium, diuinis duntaxat vacare rebus, & animi obtutus absq; vlla solicitudinum terrenarū caligine in Deum defigere. Id em̄ generatim hic notandū venit, beatitudines hasce, q̄s dñs hic cōmemorat, virtutes esse purgati animi, & p̄fectas atq; cōsummatas, quatenus cōuenit p̄senti vitæ. Atq; ea re recte vocant beati, qui ijs p̄diti sunt: quia iam in se sopita habēt vitia, & tranquillam cordis pacem obtinent: q̊d est initium q̊ddam & inchoatio futurę beatitudinis. Porro cōmendātur hic primo loco illi, q causa amoris Christi relinquunt oīa, & monasticen profitentur. Dicat aliqs: Nonne melius est retinere facultates suas, & inde gratificari pauperibus, atq; alia pietatis exercere opera? Respōdemus illi: Si melius id est, cur dñs diuiti illi adolescenti dixit, vt relinqueret oīa, & se sequeretur? ac deinde addidit, diuites difficile ingressuros in regnum Dei? Sed & ipse dominus cur tam pauper vixit in hoc mundo? Cur omnes credentes in Ecclesiæ exordio reliquerūt omnia? Melius est ergo & perfectius omnia relinquere. Quare? Quia res terrenæ amorē cordis sibi vendicare nituntur, punguntq; animū & misere lacerāt. Itaq; nec homo sese Deo perfecte coniungere potest, nec sese Deus homini. Nō enim vniri potest homini Deus, donec aliquod intra se medium retinet. Ergo, vt Augustinus ait: Bonū est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intētione sequendi dñm simul donare, & absolutū solicitudine egere cum Christo. Difficile sane est, & hisce tēporibus rarissimum, diuitijs non abuti, non inflari, nō insolescere. Non em̄ in hominibus hodie tātus inest amor Dei, vt sciant contemnere diuitias: imo vero pene omnes etiam contempto Deo, contēpta omni iustitia per fas & nefas nituntur vndecūque acquirere. Nihil itaq; consultius, q̄ laqueos omnes præscindere, & Christū dominum pauperem ac nudū imitari. Si cui id non placet, sinat, tantū non impediat alios, qui cupiūt perfectiora sectari, & tutiora amplecti. Tamen certum est etiam ipsius domini accedente sentētia, beatos esse pauperes spū, qui & habita abijciant, nec quicquam oīno habere appetant, vt possint secure expectare regnum Dei, quod pauperibus promittitur: nec immerito quādoquidem qui nihil volunt habere in terris, cœli heredes sunt. Quod aūt ad humilitatē attinet, ad quā quidam p̄tinere volunt hanc spūs pauptatem, beati nimirū sunt paupes spū, id est, humiles & timentes Deū, in quibus nō est tumor animi, & mentis inflatio. Atq; hac rōne aptissime primo loco hic ponit dñs humilitatē tanq̄ stabile q̊ddam fundamentū aduersum sup̄biam, q̄ totius malitiæ fons & origo fuit, quę creaturas rōnales & angelos & hoīes fecit alienos à Deo, inimicos Dei, & pœnis sempiternis reddidit obnoxios. Ad hāc humilitatē siue paupertatē spūs pertinet, vt ex gratia spūs sancti, sine q̄ nulla est v̄a virtus, nosipsos spōte & ex animo etiā inferioribus substernamus ac submittamus iuxta Dei bñplacitū, & cū Apostolo oīm seruos, oīmq; peripsema fateamur, atq; oīm nos postremos faciamus. Qd' qui potest ex corde facere, ille vere beatus est, quia nihil eum vnq̄ cōtristare, nihil perturbare poterit, vtpote solidissimo humilitatis innixum fundamento, q̊d nec creaturæ oēs possint euertere. Qui aūt humilitatis expers est, & inflatus sensu carnis suę, putans se aliquid esse cum nihil sit, ille ad omnes tam secundæ, q̄ aduersæ fortunæ flatus instar arūdinis agitatur, & modo exultat intemperantius, modo acerbio

Marginalia: Matth. 6 — Amor rerū tēporalium quā tū spūi im pedimēti præstent. — Pauperes spū cur p̄dicentur beati. — Beatitudines hæ q̄les sint virtutes. — F — Religiosos hic p̄dicari beatos. — Matth. 19 Lucæ 18 — Actor 4 — Terrena oīa relinquere q̄sit consultū. — Augustin. — Diuitijs q̄ impie hodie plurimi abutātur. — Paupibus cur regna p̄mittant cœlorum. — Humilitas quam sit omnibus necessaria. — 1. Cor. 4 — Humilis v̄e quam dicatur beatus. — Collos. 2 — Galat. 6 — Matth. 11

ri & immoderatiori tristitia absorbetur.

G Porro, triplex est humilitas: Prima, qua quis propriam agnoscens vilitatem, imperfectionē, culpas & miserias suas, suapte spōte proprio iudicio sese despicit, & honores non solum non appetit, sed oblatos etiam, corde & voluntate nō suscipit, sciens nihil se habere dignū honore, sed plurima, quæ contemptū & abiectionem mereantur. Itaque sic affecto, atq; sic de se sentienti etiam ipsa pctā eius cooperātur in bonū, quādoquidē ex illis fit humilior, & seruatur à superbia, quę Luciferų demersit in tartarum, eo q̄ noluit attēdere q̄ nihil esset sine Deo, sed sola attendit dona Dei, atq; inde sese impudēter extulit, vnde debebat ad maiorem accendi gratitudinem. Altera humilitas est, qua quis ex syncera suæ vilitatis cognitione nō modo ipse se ducit pro nihilo, sed etiam optat ab alijs vilipendi, & qualis est iudicio suo, talis & aliorų cupit iudicio haberi: nempe pauper, infirmus, omnis virtutis inops, procliuis ad omne malum, nisi tamen forte cedat in scādalum aliorų. Quod non modo in actibus, præsertim externis humilitatis, sed etiam oīm aliarum virtutū cauendū est, atq; ea in ijs adhibenda moderatio, ne possit vergere in detrimentū aliorum. Tertia humilitas est gratitudinis, qua qs etiā maximis præditus donis fortunę, naturę & gratię, nihil inde sibi arrogat, sed omnia refert & refundit in Deum, illi cuncta accepta ferēs, illi soli laudem tribui cupiens, nec animo extollitur, nec vltra alios effertur: sed inde magis sese abijcit & humiliat foris & intus coram Deo & hominibus. Hæc humilitas vt est p̄clara admodū, ita & rara est. Deniq; eiusmodi pauperibus spiritu, quales iam diximus, id est, qui propter Deum relinquunt omnia, & seipsos ex animo contēnunt, ac pro infimis ducunt, Christus promittit regnū cœlorum, vbi erit summa oīm bonorų abundantia, & summus honor. Quę sane congrua est promissio, vt qui abijciūt temporalia, accipiāt ęterna: & qui se humiliant in terris, exaltentur in cœlis. Vnde Augustinus ait: Appetāt ergo superbi regna terrarum, sed humilium est regnum cœlorum. Et Chrysostomus: Sicut cætera, inquit, vitia deponunt ad inferos, maxime tamen superbia: sic omnes virtutes inducūt ad regna cœlorų: maxime tamen humilitas, quia propriū est, vt qui se humiliat, exaltetur.

Humilitas cognitionis quę sit. Esaiæ 14. Humilitas exhibitionis q̄ sit. Humilitas gratitudinis q̄ sit. August. Chrysost. Matth. 18. Lu. 14. 18.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

H Mansuetudo virtus moralis est, quæ iræ impetū refręnat ac moderatur, ne vel p verba, vel facta, vel signa foras erūpat, nec etiā animū perturbet, p̄sertim notabiliter & ex rationis consensu. Tum vero māsuetudo est altera beatitudinum, quas hic dn̄s recenset, quando vsq; eo excrescit & consummatur, vt animū penitus liberų & tranquillum reddat ab iræ vitiosis perturbationibus siue motibus, ita vt nunquam ira rationem præueniente, & eam quouis modo obliquante afficiatur, nisi omnino conuenienter rectę rationi & diuinæ voluntati siue legi. Nec tamen oēm excludit iram: imo vero incitat ad iram illam, quæ rationis iudicium sequitur, eiq; obsecūdat: qualis ira necessaria est aduersum vitia, ne sæuiat impunita nequitia: qualem & in Mose & Dauide manifeste discimus ex sacris literis, q tamen ambo de singulari māsuetudine cōmendātur. De qua Chrysostomus dicit: Si ira nō fuerit, nec doctrina proficit, nec stāt iudicia, nec crimina compescūtur. Itemq;: Patientia irrationalis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed et bonos inuitat ad malum. Ad mansuetudinem aūt obtinēdam alijs maior, alijs minor est labor necessarius. Sunt eñ quidam naturæ quodam beneficio mites & mansueti, sed nisi copiosa gratia naturam exornet, parui meriti est eiusmodi mansuetudo. Alij sunt procliues ad iram, ad impatientiam, & aliqua affecti iniuria, vix sese cohibere possunt. Qui si diuina fretigratia q̄tidianū indicēt bellū huic vitio, & sibi ip sis dominari nitantur. Et talibus terrę possessio pmittitur, terræ videlicet corporis ipsorū, ex cuius sanguine immoderate calido, aut alias ex praua corporis cōstitutione ac habitudine sæpe multa eis bella oriuntur: in quibus certandum est acriter, donec domino præstante victoriam & pacem, sanguis & caro edometur, & in futura vita sine vlla rebellione tranquillissime possideatur. Potest & terra hic promissa intelligi regnū cœlorum, quod est terra viuentium, vbi visuri sumus bona domini. I Habemus hic iam duas virtutes, puta humilitatem & mansuetudinem, quas speciatim dominus in seipso nobis commendauit imitandas, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum & humi-

Mansuetudo qualis sit virtus. Mititas q̄tenus beatitudo quæ sit. Ira quęnā necessaria fit contra vitia. Exodi 32. Numer. 12. Psalm. 131. Chrysost. Mansuetudo duplex quæ sit. Terrā p̄missam mitibus bifariā intelligendam. Psalm. 26. Matth. 11.

humilis corde. Et pulchre humilitas hic primo loco ponit, deinde mansuetudo, q a mitis esse vix potest, qui humilitatis sit expers. Qui aūt humilis est, idem ipse & mitis est. Simus ergo mites & mãsueti ad oēm iniuriam, & aduersitatē: idq; vt melius possimus, cõtemnamus bona p̄sentia, vt sunt, diuitię, honores & voluptates. Taliū enim amor maximas sæpe iræ p̄stat occasiones. Qui aūt ea contemnit, nō dolet dū in ijs lęditur, atq; ita nec irascitur facile, vbi aliq̄d ho℞ patitur detrimentum. Deinde cogitemus iræ turpitudinē & impatientiæ fœditatem, & quantū eæ nos dehonestent corā Deo & hominibus: sicq; accendamur animis ad retinendā mansuetudinem. Adhęc cogitemus, quā multa soleant incurrere vitia, qui ira superari se sinunt: quę ne incidamus, amplectamur Christi mansuetudinē. Ad extremum pensemus, q̄ nihil profit irasci, imo quā dire, tum corpori, tum animæ noceat iræ insania, quæ sanguinē conficit, hominem stulto reddit assimilem, proximos offendit, famā hominis lędit, cor & ratiōem perturbat, spiritum sanctum expellit, & æterna meretur supplicia. Qui aūt mitis est, maximam & apud Deū & homines gratiā meretur. Mãsuetudo sensim obtinetur orando, certando, Christi passionē pie meditando, sobrietati studendo, crapulam & potum superfluum, vnde sæpe praui nascuntur humores, cholerā & bilem augentes, vitando, mortis incertam timendo horam, & Deum præsentem attendendo.

Mititas q nam acq ratur.

Ira quęnā mala secū adferat.

Mansuetudo vt sensim obtineatur.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Luct⁹ q̄tenus beatitudo quæ requirat.

Tertia beatitudo luctus est, ad quē pertinet libenter ac delectabiliter, & propēso animo à se abdicare terrenas voluptates, et oblectamenta carnis, mundi huius vana, misera, cæca & pernitiosa gaudia respuere, iocos, ludos, inanes cõfabulationes, rumores seculares, risum dissolutum, morum leuitatē propter honorē & amorē Dei fugere, amplecti ea oīa, quæ carnē rationabiliter castigant & macerant, vt est abstinētia cibi & potus superflui, item vigilię, asperitas vestiū, lecti duritia, aliaq; corporalia & spiritalia exercitia, q bus corporis petulantia edomatur, corpusq; ip̄m in spiritus redigitur seruitutem: quãdo moderate assumuntur pro cuiusq; viribus & recte rationis p̄scripto. Adhæc animum maturum et seriū atq; studiosum assumere erga ea quæ sint vtilia & honesta, bona & salutaria, atq; in ijs secundū Deū delectari, vt sunt verbi gratia, cūcta Dei opa, æterna bona quę speramus, perfectiones diuinę, laus Dei, salus animarum, atq; adeo quęuis opa bona, & exercitia virtutū: quæ vt sunt longe pręstātiora quibuslibet rebus mundanis & corporalibus, ita etiam multo vberius & suauius præstant homini gaudium & delectationem, vt merito prę illis cūcta vana mūdi gaudia respuere debeamus, & delectari in domino. Præterea ad hunc luctū pertinet, religiosum animi mœrorē suscipere ob peccata propria & aliena, ob contemptum & iniuriam summi Dei, quam accipit ex nostris & aliorum iniquitatibus ob mūdi malitiam, hominum cæcitatem, & innumera pręsentis vitę discrimina, quę incerti sumus an tādem euasuri simus: itē ob propriam imperfectionem, virtutū inopiam, procliuitatem in malum, tarditatē ad bonum, atq; ob dilationem gloriæ, q̄d prolongatur incolatus noster, q; peregrinamur à domino, quod tam longe sumus à patria, quod necdum licet videre faciem patris nostri qui in cœlis est. Pertinet etiā huc, totis animi visceribus ex pijssima cō-passione lugere Christi Iesu acerbissimos cruciatus, quos pertulit propter nos, maxime quando pependit tribus horis in alto crucis patibulo, totus innumeris & internis & externis cōfectus doloribus: & cum pessimis quibusq; latronibus in illo extremo mortis supplicio oēs compati soleāt, tamen dn̄s Iesus ab impijssimis Iudęis tum maxime irrisus, scommatibus & ludibrijs vexatus, blasphemijs & contumelijs afflictus fuit: quod sane lugendi magnam præbet causam. Est etiam luctus huius, compati tristissimæ matri eiusdē saluatoris sub cruce filio assistenti, & omnia intus in corde patienti summo & incomprænhensibili cum dolore, quæcūq; filius in corpore patiebatur. Quæ sane in tantis pœnis, tanta animi angustia & animi afflictioe viua durare non potuisset, nisi vltra naturæ vires diuina eam potentia cōseruasset. Si q̄ ergo in nobis sunt viscera pietatis, cōpatiamur filio corpore crucifixo, cōpatiamur & matri corde & animo crucifixæ. Sunt & alia multa lugenda in hoc mundo: sed hæc pauca cōmemorasse sufficiat. Non est aūt, quod putet quisquam luctum hunc cum

K

Luctū sanctum quænam efficiant.

Psalm. 119

2. Cor. 5

Matth. 18

Christo q̄tenus cō patiendū

Marię virgini vt cō patiendū sit.

Luctū san ctū nunq̄ esse sine dulcedine & gaudio spūs sctī. rancoris amaritudine, aut cū acediæ fastidio vel tædio erga bona spiritalia, vel cum diffidentia vel desperatione coniunctum: imo y͛o nunq̄ est sine dulcedine & gaudio spūs sancti. Siquidē magnus amor Dei luctum hunc efficit, atq; idemipse Dei amor non potest nō delectatione & gaudio animum afficere. Vnde etiam promisit dn̄s ita lugentibus consolationem p̄sentis vitæ & futuræ, non carnalem & vanam, sed spiritalem & diuinā, quæ hic inchoetur ex certa spe & expectatione futurę beatitudinis, ex interna sancti spiritus visitatione & illustratione, ex affluentia delitiarum Dei in anima: & demum perficiatur, vbi eo venerimus, vbi Deus absterget oēm lachrymā ab oculis hic religiose lugentium, nec erit Esaiæ 25 Apocal. 21 amplius luctus neq; vllus dolor, sed consolatio plena & perfecta.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur.

Anima cum sit incorporea, inuisibili cibo potuq; alit. Sed non esurit neq; sitit Animę stomachus quinam purgand⁹ iustitiam, nisi sana & bene cōstituta sit, sanūq; & integrū habeat stomachū, à vitioꝝ corruptis humoribus amara contritione, pura & syncera confessione, ac digna satisfactione repurgatū. Nam in qbus tales etiamnū humores residēt ac dominant, illis esca salutaris, nēpe iustitia, & quicqd Dei est, in fastidio est: venenū aūt in desiderio. Lucæ 15 Patet hoc in filio illo p̄digo, q ad tātā vsq; animi corruptionē & infectionē deuolutus est, vt siliquis porcoꝝ optaret vētrem impleri suum, & nemo illi dabat, tantū scilicet q̄d eius posset explere famē. Non em̄ anima satiatur sordidis carnis voluptatibus, sed corrumpit ac deprauat, & nisi apponat salutare remedium, nēpe pœnitentiam & emendationē sui, mortē æternā sibi asciscit. Vbi aūt toto corde ad Deū conuertitur, atq; à vitiis sanata, per p̄cedentēs beatitudines iā mūdana contēnit, paupertatē & humilitatē amplectit, mores māsuetudine regit, & delicta defleuit, ac digna satisfa Iustitiam esurire & sitire q d sit. ctione castigauit, iamtū incipit esurire & sitire iustitiā, id est, vel in generali, magno q̄dam feruere desiderio oīs boni & honesti, oīs virtutis, atq; in ipsis virtutibus magis ac magis proficiendi: vel in particulari, maximopere velle & desiderare reddere vnicuiq; q̄d suū est. Id em̄ iustitia exigit, vt tribuatur vnicuiq; q̄d illius est. Ergo ad esuriem & sitim iustitię ptinet, Primo, vt Deo, Esuries & sitis iustitiæ q̄nam exigat. Ecclesiæ & supioribus integrā & volūtariam præstemus obedientiam. Secundo, vt superiores subditos suos admonendo, obsecrādo, increpādo, terrēdo, leniendo, castigādo, si opus sit, & aliis modis congruis à vitiis reuocent, & prouocent ac extimulēt ad virtutes: alioq nisi ita agant, pditio subditoꝝ in caput ipsoꝝ redundabit, vt apud Ezech. 3 Ezechielē dn̄s minatur. Atq; istud etiā ad oēm patrēfamilias spectat. Vnde Augusti August. Subditi q nam sint regendi. nus cuidā comiti scribit in hæc verba: De oīm in domo tua tibi subiectoꝝ salute sollicitus ac vigil existas: qa p oībus tibi subiectis rōnem dn̄o reddes. Annūcia, p̄cipe, impa, suade eis vt caueāt sibi à supbia, à detractione, ab ebrietate, à fornicatione, à luxuria, ab ira, à piurio, à cupiditate, quæ est 1. Tim. 6 radix oīm maloꝝ. Tertio, huc exigit, vt in mutuis contractibus, in oī emptione & vēditione seruetur fides, & æqualitas precii ac emptæ siue venditæ rei, fraus q; oīs vitetur. Nam q fraudē facit, peccat in iustitiā, & est obligatus ad restitutionem, si sciēs et prudēs id agat. Quarto, vt aliena restituantur. Sūt & alia ad iustitiā ptinentia, q̄ causa breuitatis p̄terimus. Porro, tū demū y͛e esurimus & sitimus iustitiā, qn̄ iamdicta cū ingenti ac insolito q̄dam & feruēti desiderio p̄stemus. Deniq; iustitiam esurire & siti Satietas spiritualis vbi fiet re, est Christū auidissime suspirare, & Eucharistiæ magno flagrare desiderio. Saturabuntur autem esurientes & sitientes iustitiam in vita æterna, quando in bonis re Psalm. 102 plebitur desiderium nostrum.

Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur.

Misericors & miserator dominus cupiens nos ad sui perducere similitudinem, hortatur nos ad misericordiam, idq; adeo vt si nos in proximos simus misericordes, ipse quoq; se nobis polliceatur fore misericordem. Ergo si vis facilem o homo peccator impetrare misericordiam, sis liberalis & pius in proximos, leua miserorum inopiam benignitate tua, vt Deus ignoscat iniquitati tuæ pro bonitate sua. Si aūt auarus & crudelis es, & claudis viscera ab egeno fratre tuo, superest vt talē tu q̄q; dn̄m Deū tuū experiaris. O immensam bonitatē Dei, q iudicii sui sententiam pene in nostro posuit arbitrio, dū misericordiam pollicet nobis m̄iam in alios declarantibus.

Augu

Augustinus quodam sermone ait ea quæ supflua sunt hoĩ vltra ratiõabilem victum & vestitum, læto ac hylari animo pauperibus eũ debere impartiri. Idcirco autem læto & hilari animo, quia parum dat & accipit multum: porrigit nummum, & cõparat regnum: tribuit paruã pecuniã, & accipiet vitã æternam: dat tẽporalia & meret̃ æterna porrigit caduca, & recipit sine fine mãsura.

Augustin. *Eleemosyna q̃ nõ p̃standa*

Ad misericordiam pertinent septem corporalia, & totidem spiritalia misericordiæ opera. Deniq; tum misericordia beatitudo est, quando ita cõdolemus aliorũ malis & miserijs vt proprijs, & pro viribus promptissime eis opitulamur. Misericordia Deo nos similimos reddit, de quo dicimus: Deus cui proprium est misereri semper & parcere.

Misericordiæ beatitudo quænam requirat.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

Cor non maculatur nisi vitijs & passionibus: qbus abolitis & mortificatis ac expiatis, cor mundat̃, conscientia serenatur, & cordis oculi fiunt apti & idonei ad contemplandum Deum. Cordis mũditiã summe in nobis diligit Deus, libenterq; sese cõiungit & vnit mundo cordi, maximamq; ei p̃stat rerum diuinarum cognitionem, & excellentia gratiæ suæ munera. Inde est, q̃d quandoq; simplices quidam & idiotæ per mundiciam & innocentiam cordis ad tam sublimem diuiuorum euehũtur contemplationem, vt eos summi Theologi vix possint capere. Cernimus hoc in præclarissimo illo viro Ioãne Rusbrochio, q ob mirabilem cordis puritatem & simplicitatẽ licet alioqui parum doctus esset, tantam Dei diuinarumq; rerum adeptus est notitiã, vt exercitatissimis Theologis admiranda scripta reliquerit & quantũ ex eius libris colligi licet, nonnunquam ad Dei contemplandam essentiã admissus videtur. Et qd mirum quando dominus mundis corde Dei visionem pollicetur: quæ tamen præcipue ad futuram vitã ptinet. Vidẽt autem tales Deum hic per speculum in ænigmate postea autem facie ad faciem.

Cor qbus nam maculatur *Mundiria cordis q̃nta etiam in illiteratis efficiat* *Ioan. Rusbrochius.* *1.Cor.13*

Beati pacifici: quoniã filij Dei vocabuntur.

N

Pacifici sunt, qui primo quidem pacem seruent erga Deum, illi in omnibus morem gerendo, quod idem verã præstat cõscientiæ pacẽ & pectoris tranquillitatẽ, cupiuntq; etiam p̃ximos quosq; ad hanc pacem pertingere, eosq; ad eam adducere p̃ viribus nituntur: Deinde etiã cũ p̃ximis, quantũ in ipsis est, pacẽ inuiolabiliter obseruant, odiũt scandala, dissensionũ & discordiæ occasiões summe vitant, neminem lædere, oĩbus p̃desse cupiũt, etiã pacis inimicos optant ad pacẽ reducere, & dissidentes modis oĩbus cõciliare. Deniq; & in seipsis pacẽ custodiunt, id summope curantes vt portio sensitiua sit in oĩbus subdita rationi, & ratio sit subiecta Deo. Tales aũt pacis amatores, pacisq; studiosi merito vocabunt̃ filij Dei, q Deus pacis dicit̃, & q pacẽ diligit, & non nisi in pace commoratur:

Pacifici q dicant̃ triplici ratione. *1.Cor.14* *Psal.75*

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cũ maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos metientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

Optime loco vltimo ponit̃ beatitudo eoꝝ q p̃pter iustitiã p̃secutionẽ patiunt̃. Vbi em̃ p̃cedẽtibus qs virtutibus p̃ditus est, is maxime solet à dæmonibus & malis hominibus infestari, cõtumelijs, iniurijs, mẽdacijs affici & dehonestari. Sed nõ solũ nihil inde dolere, imo etiã maxime gaudere debet, qa patit̃ p̃pter iustitiã & p̃pter Christũ, cui placere cupit, q ei reddet immẽsa cœli gaudia, & mercedẽ magnã nimis, hoc est seipsum. Ipse est em̃ merces copiosa, q̃ nobis p̃mittitur in cœlis. Itaq; dilectissimi exerceamus nos in his virtutibus, & contrarijs abstineamus vitijs et in præsenti gratia, & in futura vita Dei gloriam adipisci mereamur, Amen.

SERMO IN EADEM solẽnitate. Quid nostra efficiãt merita: & de æternæ beatitudinis ineffabili felicitate & iucunditate.

O

Gaudete & exultate: qa merces vestra copiosa est in cœlis. Matthęi V. Etsi nihil habeamus charissimi fratres q̃ deus egeat, nec qcquam illi offerre possimus (ni

Psal.15

hil em̄ ex nobis habemus boni)nisi ꝙab illo acceperimus,attñ recte facta nostra q̄uis exigua q̄uis impfecta, q̄ tñ ipsius grã sunt bona,ita habet accepta,ac si multū ipsi sint frugifera:taliq; ea præmio afficit, quasi magna sint & ingentis ptīj : sicq; puocat nos ad bene agendum: idque ea ex causa, quia amat nos,eo q̄d sui sumus, cupitq; habere occasionē nobis gratificandi , & communicandi sūmū illud bonū,q̄d ipse est nosq; participes reddēdi beatitudinis suæ,q̄ æterno beatus est.Id em̄ eius poscit iustitia, à q̄ haud vnq̄ temere deflectit,vt æterna beatitudine nō pfruat, nisi q eā sit emeritus, & q p ea obtinenda sudauerit. Merces em̄ dicit,eo q̄d labori vel merito reddat. Nec tñ possumus çternā beatitudinē nostris mereri viribus:nisi q̄d pījssimus Deus ita decreuit,vt q ipsius prçcepta seruarit, vita æterna dignus fit.Atq sine illo nihil possumus: Itaq; ab illo est & velle,& pficere & mereri nostꝝ.Nō vtiq; cogit nos,sed excitat vt velimus,adiuuat vt possimus, corroborat vt pficiamus.Et licet ipse vna nobiscū faciat totū,qcqd recte gerimus,tñ ita remunerat, ac si de nostro aliqd cōtulissemus. Certe dñs Iesus duplici iure sibi vēdicat regnum cœloꝝ:Nēpe hçreditate,qa est filius Dei:& passiōe ac morte sua,q̄ & sibi & oībus mēbris suis illud obtinuit.Mēbra illius sūt, q eius p̄cepta seruāt,q̄ in hodierno Euāgelio sub septē vel octo virtutibus, atq; alibi breuius sub duplici charitatis p̄cepto cōpræhendunt.Nō sunt aūt grauia p̄cepta illius, vt ait S.Iōnes,scilicet vbi adest bona voluntas.Itaq; q hæc p̄cepta seruant, mēbra sunt Christi,iureq; pcipiūt regnū Dei,nō tā meritis suis,q̄ Christi,q p electis suis oībus satisfecit.Porro,caput,nō vult à mēbris separari,sed est vnū cū eis corpus:atq; vbi caput est,eo & mēbra seq necesse est,Hāc mercedē iā adepti sunt sc̄ti oēs,q̄ꝝ hodie generalē agimus solēnitatē.Et licet nos necdū expti simus,necdū gustauerimus illā æternæ felicitatis retributionē,(Nō em̄ vidit oculus,nec auris audiuit,nec in cor hoīs ascenderūt q̄ pparauit Deus diligētibus se) saltē interim de ea vel paꝝ aliqd dicamus, quia multū nō possumus,cū sit ineffabilis. Iā ante vobis illa dñi v̄ba recitata sūt,qbus ait.Gaudete & exultate qa merces vestra copiosa est in cœlis.Quæ qdem verba tum ptulit qñ nouam.i.Euangelicam legē q̄ sub septē beatitudinibus descripsit, cūcta noui

Regnum cœlorum vti dupli ci iure chri st' sibi vē dicat

Matt.5

1.Ioan.5

Esaiæ 64
1.Cor.2

Matth.5

Testamenti p̄cepta,sub septē virtutibus cōphendens, in mōte pmulgauit. Prius em̄ mentionem fecerat beatitudinis virtutum quæ cum labore acqruntur:& psecutionis malorꝝ,q̄ pīj oēs ferre habēt, vt Apostolus ait:ideoq; p cōsolatiōe mox subiūxit etiā virtutis pmia. Vt em̄. D. Gregorius affirmat,expectatio pmīj,minuit vim laboris. Quod nulla habet declaratiōe opus, vtpote ꝙ expentia q̄tidiana discimus.Quis q̄so mercenarius suā nobis locaret opam,absq; spe mercedis? q̄ q̄nto est maior, tāto labor censet leuior.Agricolæ &vinitores q̄ntos, q̄ diuturnos etiā libenter suscipiūt labores q̄d se spent largas messuros segetes,& vini copiā cōsecuturos?Sic etiā pius dñs nouerat paucos tanta flagrare charitate , vt ipsi solo ex amore,atq; vnico duntaxat illi placendi studio seruiant : ppterea etiā magna voluit pmia pollicere:sed &supplicia minari.O q̄ multos à vicījs retrahit gehennæ timor & spes beatitudinis. Veꝝ nō satis est ad salutem vel solo timore pœnæ aut sola mercedis cōtemplatiōe seruire Deo, qa vtrūq; potest esse absq; charitate,sine q̄ nullus vnq̄ saluus erit. Ergo danda nobis opa est,vt seruili timore in filialem mutato,atque mercenarioꝝ affectu in amorem liberalem translato,seruiamus Deo aīo libenti ac volūtario:ea sola cōsideratiōe,q̄d ipse oī honore & cultu dignissimus est, q̄d sūme bonus,pulcher amabilis,desiderabilis, & sup oīa p̄cipue verendus est:sicq; qcqd agimus,ideo faciamus,vt illi placere,illius asseq gratiam & amicitiā,illū laudare ac honorare possimus.Talis est affectus filioꝝ,q nō q̄rit q̄ sua sunt,sed q̄ patris:idq; solū curat,vt nihil admittat vnq̄,q̄ pater offendat aut contristet:nihil omittat, ꝙ illi placere aut ad illius honorē ptinere nouerit. Hac nos charitatis synceritate dilectissimi dño seruire debemus, tanq̄ filīj amantissimo parenti.Ideo q̄q; nos orare docuit:Pater noster q es in cœlis,vt hoc ipso admoneamur nō seruiliter,sed liberali aīo nos ei seruire oportere,atq; erga ipsū spē & fiduciā gerere,atq; ad eū ceu patrē clemētissimū cōfugere.Hac charitate sc̄ti Deo seruierūt: q̄ etiam in nōnullis tanta fuisse legit, vt si potuisset cedere ad honorē Dei , p illius amore libenter pœnas inferni sustinuissent: salua tamen charitate Dei pfecta , & voluntatis integra vnione cum Deo , qualis est beatorū in patria.Interim nihilominus charissimi nos

1.Tim.

Gregori'.

P

Seruire solo nam solo aio debeamus Deo

Matth.6

Charitas q̄rundam sc̄torū q̄n ta fuerit

mi nos, qui etiamnum virtutũ inopes & fragiles sumus, atq; à sctõrum charitate feruẽti multũ distamus, timore supplicij refrenemus nos à vitijs: nã eiusmodi timor impfectos retrahit à malo: nectñ solo hoc timore moueamur, sed pcipue nos moueat timor Dei, ne scilicet offendamus dñm Deũ nostrũ, tã bene de nobis meritũ, & tã dignũ oĩ honore ac reuerentia. Sed & regnũ cœlorũ & possumus & debemus appetere, nõ tñ ppterea potissimũ bene agere, sed vt placeamus Deo: quanq̃ & ideo licet petere beatitudinẽ, q̃d ibi sit pfecta iustitia, pfecta charitas, pfectũ gaudiũ in Deo: nec vllus ibi sit defectus, nullũ vitium: maxime vero q̃d illic cõspiciemus, obtinebimus, pfruemur illo, quẽ amamus, & appetimus, cuius causa cõditi sumus, & viuimus, & facimus qcqd bene agimus & in q̃ oĩmoda potiemur felicitate. Hac igit. ratione aspiremus dilectissimi ad regnũ illud infinitæ beatitudinis, vt scilicet possimus cõiungi Deo, Deumque perfecte diligere, hoc est, vt omnes sensus & motus nostri ferantur semper in Deum, quod in hac vita non est possibile, atq; in illo pfecte qescamus. Siquidẽ hęc amoris natura est, vt velit adesse dilecto. Nimirũ charissimi mortales oẽs ex ipsa q̃que natura bonum appetunt, nec quisquã est q malum velit sub ratione mali: quando malum p se non est concupiscibile. Quod aũt homines malum amplectũtur, ideo fit, q̃d malũ quadam boni specie ipsis imponat: idque rationis errore, agitur, quæ malum tanquam bonum offert voluntati, quę ex se nihil vult, nisi quod bonum videat. Porro summum bonum, quod est verũ bonũ, & in q̃ vno tota hominis beatitudo consistit, omnes appetunt: quia vt Augustinus ait, ad appetendam beatitudinẽ natura cõpellit, cui summe bonus & immutabiliter beatus conditor hoc indidit: & vt D. Bernardus dicit, nõ sumus quieti, donec eam simus adepti. Cuius ratio est, quod finis noster sit beatitudo. Quãobrẽ cũ oĩa quæ sunt, naturaliter appetãt cõseq finẽ suũ, cur nõ multo magis homo rationis particeps id velit? Nõ autem eo fine conditi sumus, vt semper in hoc exilio viuamus edẽtes, bibentes, & bonis huius mũdi pfruentes, sed vt recte agendo ad æternam vitã pertingamus. Atque ea est merces q̃ Deus nobis pmittit copiosam in cœlis. Hanc consecuti sunt sctĩ omnes, qbus hic dies sacer est: cãque & nos consequemur, si ijsdem, quibus & illi, vestigijs ingressi fuerimus, id est, si humiles, mansueti, misericordes, lugẽtes, esuriẽtes & sitientes iustitiã, mũdi corde, pacifici & patiẽtes fuerimus. Quid vero illic habituri sumus? Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit nec in cor hoĩs ascẽdit, &c. Tãta enĩ sunt gaudia illius patriæ cœlestis, vt si cuncta & pterita & futura vitæ huius gaudia in vnũ cõflentur, in illorum cõparatione prsus nihil sint. Ibi enĩ Deũ ipsum videbimus, cuius cõparatiõe cætera nihil sunt. Vñ & Aristoteles ait, id q̃d simpliciter p essentiã bonum est, melius & pfectius esse, eo q̃d q̃dam illius participatiõe bonum est. Sic ignis ex sua natura pfectius calorẽ habet, q̃ aq̃ calida: & sol verius lumẽ habet, q̃ stellæ, q̃ id à sole mutuant. Cum ergo Deus solus sit bonus per essentiam, & creaturæ omnes iuxta diuersos gradus tãtum habeant bonitatis, quãtum illis Deus cõmunicat, certum est dñm Deum infinito creaturis omnibus esse præstantiorem, suauiorem delectabiliorẽ. Quicquid enim in creaturis est pulchrum, ordinatum, elegãs, formosũ, delectabile, totũ ex Deo pmanauit q est oĩs boni, pulchritudinis, suauitatis fõs inexhaustus. Si igit creaturę adeo delectãt q̃lis ille censendus est, q fecit illas, indit q; illis vñ sunt delectabiles? Reuera infinite delectabilis est, siquidẽ & ipse bonum est infinitum. Vñ B. Augustinus loquens ad Deum, Ex visibilibus his, inqt, tua inuisibilia comphendimus dñe Deus creator noster. Si enim mihi domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & in numera beneficia pstas à cœlo, à terra, à mari, luce & tenebris, calore & vmbra, rore & imbre, ventis & pluuijs, volucribus & piscibus, bestijs & arboribus, ac multiplici varietate herbarũ ac germinum terræ & cũctarũ creaturarũ tuarũ ministerio nobis successiue suo tẽpore ministrãtium, vt alleues fastidiũ. q̃lia q̃so & q̃ magna & innumerabilia, q̃ dulcia & delectabilia sunt, quæ solis tuis largiturus es amicis? Si tãta præstas solatia in hac die lachrymarum, quãta cõfers in die nuptiarũ? Si tãta delectabilia cõtinet exilium, q̃nta q̃so continet patria? O Deus nõ vidit oculus absq; te, quæ præparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinẽ magnificẽtiæ tuę est & multitudo magna dulcedinis tuæ, q̃ abscõdisti diligẽtibus te. Magnus enĩ tu es dñe Deus

Marginalia (left column): Beatitudinẽ desiderare qñ debeamus — Q — Malũ nũq̃ appeti nisi sub specie boni alicuius — Augustin. — Bernard'.

Marginalia (right column): Matth. 5 Luca 6 — Esaiæ 64. — Gaudia cœlestis patrię quãta sint. — Aristote. — R — Augustin. — Esaiæ 64 — Psal. 30 — Psal. 144

Deus meus & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ, nō est numerus sapiētię tuę nec est finis, seu numerus atque mensura retributionis tuæ. Sed sicut magnus es tu, magna sunt donaria tua: quoniam tu ipse es p̄mium & donū oīm legitimorū pugnatorū tuoꝝ. Hæc ille. Quantacunq; igit sint solatia p̄sentis vitæ, nulla tñ sunt si cū æterna beatitudine conferant. Quare & D. Gregorius quadā homilia sic habet. Si cōsideremus fratres charissimi, q̄ & quāta sunt q̄ nobis pmittunt in cœlis, vilescunt animo oīa quæ habent in terris. Et D. Bernardus, illud, ingt, solū est verū & summū bonū, q̄d non de creatura, sed creatore concipit, Quod cū accepis, nemo tollet à te: Cui cōparata omnis aliunde nata iucunditas, meror est, omnis suauitas dolor est, oē dulce amarum est, oē decorū fœdū est, omne postremo q̄d delectare potest, molestū est. Rursusq; Augustinus, Tā ingēs, ait, est delectatio illius supnæ gloriæ, quod etiamsi non liceret amplius in ea nisi vnius diei hora manere, ppter hoc solū innumerabiles anni p̄sentis vitæ pleni delitijs & oī affluētia tēporaliū bonoꝝ, recte meritoq; cōtemnerent. Tanta est, ingt idē dulcedo futuræ gloriæ, quod si vna gutta in infernū deflueret, totā dānatoꝝ amaritudinē dulcoraret.

Gregori⁹ | Bernard⁹. | Augustin.

S

Porro, immensa isthæc illius æternæ vitæ beatitudo, ex diuinæ essentiæ in q̄ sola est perfecta felicitas, visione & fruitione proficiscit. Vt enim Augustinus ait. Beatitudo est quędā pfecta diuinitatis frutio, & pennis diuinæ maiestatis contēplatio. Frui aūt, vt idē Augustinus dicit, est amore inhærere alicui rei ppter seipsam. Et ideo Deo solo pprie fruēdū est, qa cęteris oībus etiā virtutibus, vtimur ppter Deū. Deo aūt nō vtimur ppter aliud, sed fruimur ppter se ipsum, qa ipse est summū & vltimū bonū, Tāta vero ex hac Dei visiōe nascit delectatio, q̄d scī vel beati mallēt esse in inferno, & cōspicere vultū Dei, q̄ sine hac visiōe esse in cœlis. Si eñ apud inferos essent, nullam possent sentire pœnā p̄ suauitate diuinæ cōtēplationis: cuius reuera tāta est delectatio, vt si qs mortaliū oīm afflictiones ab exordio mundi ad finem vsq; ptulisset, ac deinde vel ad momentum ad diuinæ essentiæ conspectum admitteretur, abunde illi, pro omnibus esset satisfactum. Tanta est, inquam, in diuinæ maiestatis perspicua contemplatione & fruitione sita voluptas, q̄d etiamsi totus mundus esset aureus, & omniuarijs plenus delicijs, beati nec ad momētum suos à Deo obtutus deflecterent. Quāquam non necesse habent quippiam extra Deum conspicere: qñ qcquid videre, qcqd nosse, qd habere cupiunt, totum habent in Deo. Quicquid enim illic appetitur, ilico p̄sto est. Vt enim Augustinus ait, Felicitas est habere omne quod cupias, nihil habere q̄d oderis. Et Aristoteles in Ethicis, Felicitas, ingt, est desiderij expletio. Nō potest autem fieri, teste Augustino, vt sit homo beatus, nisi sit etiam de suæ felicitatis perpetuitate securus. Non est igitur vera felicitas in hac vita: quia nec diuturna quidē esse potest: nec quisquā est, qui non patitur aliquid molestum, vel quo carere malit, vel qui non timeat quippiam eiusmodi sibi posse accidere, quod nolit. Nemo etiā est, qui habeat quicqd velit. Imo semp cupiūt homines quippiam, quod nondum sint adepti.

Beatitudinis supnæ imēsitatis causa quæ | Augustin. Frui quod nam proprie sit, & que solo fruendum | Delectatio diuinę fruitiōis q̄nta sit | Felicitas quid sit Augusti. Aristote. | Felicitatē veram nō posse fore in hac vita

T

Si quærat quis ex homine quā uis fortunato & potente num habeat pro voto omnia, puta tantum honoris & bonæ valetudinis, opum, potentiæ, gloriæ, & similium, quantum velit, respondebit. Minime. Esto, sit simul rex, Imperator, & summus Pontifex, imo toti orbi dominetur: nec sic contentus erit, sed optabit plures esse mundos, aut hunc mundum augeri, sicut de quodam rege legitur, Non est ergo perfecta felicitas in hac vita. Siquidem nihil hic tam grande, tam præclarum, tam bonum inuenitur, quod possit totum explere desiderium nostrū. Si quæras. Quid igitur exatiabit hominem, atque ita beatum reddet, vt nihil vltro cupiat? (Si enim aliquid appetat quod habere non possit, pœnam sententiet, nec erit perfecte beatus) Vtique dominus Deus totum implebit animum appetitum, vtpote qui est summum & infinitum bonum, omne creatum excedens desiderium, adeo vt nihil simus appetituri, quod non confestim consequamur. Nec tamen satietas ipsa pariet fastidium. Ibi sensus omnes replebuntur castissimis ac honestissimis delectatiōibus nō solū pro voto, sed longe vltra q̄ desiderari queat. Ibi nimirum dulcissimę resonāt melodiæ angelorum & omnium sanctorum: & in tanta multitudine voces singulorum distincte percipiuntur imo etiam vniuscuiuslibet vox tam erit suauis ac tinnula, tam iucunda & contiuua, vt si

Satiare animū hoīs q̄dnam solū possit

vt si cuncta musica instrumẽta simul adhibeant & pulsentur, vt possint adęquare sua uitatem & harmoniam, quam reddet quilibet sanctorum voce sua. Et quamuis sit sanctorum innumera multitudo, tamen vnusquisque cognoscit omnes & singulos: & tantum quilibet gaudet bonis aliorum vt suis. Vnde beatus Anselmus, Quilibet, inquit, sanctus videbit clare, in verbo scilicet, vel ꝓprie totũ electoꝝ cætum, ac singulatim quemlibet angelum & hominem neque latebit quenquam qua gente, qua patria, aut ex qua stirpe quisque conditus sit, videbitque omnium & cuiuslibet eorum gaudia quilibet, & quicquid Deus singulis dedit & daturus est in æternum. Et quia perfecta in illis inest charitas tam Dei quam proximi, quilibet tantum amat proximum suum, quantum seipsum: atque ita tantum gaudebit bonis proximi sui, quantum proprijs.

Beatitudo sctõrũ q̃ sit perfecta

Anselmus.

V Potest id exemplo declarari. Si quis germanum aut amicum haberet longe charissimum quem perinde ac seipsum diligeret, isque iã huc veniret: quicquid reuerentiæ, honoris, amoris, officij ac beneuolentiæ illi præstaretur, haud secus gratum haberet, ac si ipsi esset præstitum. Quid igitur erit in cœlis? Reuera charissimi, si omnis charitas & amicitia mortalium omnium huius vitæ p̃teritorum & præsentium in vnum conflaretur, non esset tanta, quanta cuiuslibet sancti erga alium in patria. Cum ergo sint in cœlis infinitæ sanctorum myriades, & tamen vnusquilibet tum omnes, tum singulos cognoscat, perfectamq; habeat omnium & singulorum beatitudinem, ac inde haud aliter, quam de sua lætetur, quãtum putatis ibi gaudij redeat & redundet in vnumquemque illius regni ciuem, in tanta societate, ex solo amore & alienæ felicitatis congratulatione: maxime quando inter ipsos sanctos tanta est ordinum & præmiorum, quanta fuit ac meritorum, varietas & distinctio, adeo vt quidam affirment non esse illic duos omnino æquales, sed singulos habere quiddam excellentius cœteris. Vnde etiam Ecclesia de quolibet sancto vere canit: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. O quam iucundum videre illic multitudinem sanctorum Pœnitentium, qui peccata sua hic amare fleuerunt, & seuera ac rigida pœnitentia castigauerunt, puta, ieiunijs, vigilijs, eleemosynis, opibus obedientiæ, misericordiæ & charitatis: quibus iam nihil nocent peccata sua, nec sunt illis pudori aut dedecori, sed gaudent & gratias agunt Deo quod sua misericordia ipsos ex illis eripuerit, nec perire ꝑmiserit. Adeoq; etiam honori ipsis sunt malefacta eorum, eo quod non ꝑseurauerint in illis, sed ea odio habuerint: cæteriq; oẽs illis q̃d euaserint congratulantur. Ad hos pertinet quod in hodierno Euangelio dicitur: Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur. Quod iam illis præstitum est. Olim luxerunt & sua & aliena peccata: doluit illis cõtemptus & iniuria Dei. Itaque nunc consolatione æterna recreantur. Absterfit enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, neq; erit vltra luctus vel clamor, sed nec vllus dolor: quoniam priora transierunt.

Charitas sctõrũ q̃ta sit in cœlo

Eccle. 44

Felicitas pœnitentium q̃ta sit in cœlis

Matth. 5

Esaiæ 25 Apo. 7. 21

O quantam ibi gaudendi materiã exhibet chorus & societas sanctarũ virginũ, quæ virginis filiũ dominũ nostrũ Iesum Christum imitatæ, pro illius amore nuptias, omnesque carnis delectationes contempserunt: potiusque varia tormentorũ genera, & ipsam adeo mortẽ ꝓpeti voluerũt, quã semel voluptatẽ imo turpitudinẽ veneream experiri. Atque eam ob rem pro sponso corruptibili regẽ immortalẽ adeptę sunt, cum q̃ iam nuptias cælebrant nunquam desituras: habentque in signum victoriæ, quam de sua carne reportarũt, singularem coronam aureolam. Vnde de eis dicitur illud Apocalypsis. Hi empti sunt de terra: quia cum mulieribus, siue viris non sunt coinquinati: virgines eñ ꝑmanserunt. Hij sequuntur agnum, id est, dominum Iesum, quocunq; ierit. Et cantabũt canticũ, q̃d nemo alius dicere poterit. His cõgruit ea hodierni Euangelij sententia. Beati mundo corde, q̃m ipsi Deum videbunt. Vbi notandũ est, nõ dici, Beati casto corpore, q̃a nõ satis est carnis seruasse integritatem, nisi etiam cordis & mentis, id est, affectus & cogitationis mũdicia seruetur.

Virginũ in cœlo quãta sit felicitas

Apoc. 14

Matth. 5

X Ingẽs ꝓterea illic gaudium efficiunt sancti cõfessores, monachi, Episcopi & doctores, qui cũ in terris agerent, non suam, sed domini sui gloriam quæsierunt, atque vnanimes vixerunt in humilitate & patientia, in abstinentia, in laboribus & vigilijs, in charitate non ficta. Denique super pauca constituti, fideles se præbuerunt: ideoque introducti sunt in gaudium domini sui. Hos illa respi-

Cõfessorũ gloria q̃nta sit in cœlis

Matth. 25

Matt. 5

respiciunt verba quibus dicitur Beati paci cifici, quoniam filij Dei vocabũtur. Pacem enĩ cõciliauerunt inter Deũ & homines orando, sacras hostias offerendo, concionãdo, docendo, exẽpla optima pbendo, pctã castigãdo. Quãobrẽ filij Dei vocant: sicut ediuerso, q dissensiones & discordiã excitãt, malo exẽplo vel cõsilio alios deprauãt, & q̃d pessimum est, maligne detrahãt, filij sunt diaboli, qa opa illius faciũt. Atq sicut furtum facienti, & ablatũ non restituenti si facultas adsit, non meret pcti veniã, quãtumlibet confiteat vel absoluatur: ita etiam & quidem multo minus prodest cõfessio inique & maligne detrahenti, nisi reuocet quod male dixerit. Quod si etiam verũ est id quod dixit, sed tñ occultum, peccat grauiter id alijs referendo, præsertim si faciat mala intentione, puta ad confundendũ illum cui detrahit vel & displicentia, aut inuidia, siue vt alijs placeat. Quãobrem periculosum est de factis alioꝝ male loq, in peiorẽ partẽ interptando: qñ vnusqsq; ita debet tueri famã pximi, vt suã. Qui vero corde malitiam retinent, statuuntq; vbi data fuerit occasio, se vlcisci, id est, dicere vel facere quippiam, q̃d sit contra proximi charitatem, ij sane nõ aliter accedunt ad Christi venerabile Sacramentum, quam Iudas impijssimus, qui Christi quidem corpus sumpsit sed iam proditionis virus penitus imis hauserat visceribus. Sed hoc fortasse nonnihil extra propositum. Quæ tandẽ putatis dilectissimi gloria & beatitudo ac lætitia est in cœlis inuictissimorum martyrum, q̃s non tribulatio, non fames, nõ gladius, nõ persecutio, non mors neq; vita potuit separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu? Ad quos vtiq; referenda sunt illa præsentis Euangelij verba: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Porro gloriosissimus sanctorum Apostolorum Senatus, quos dñs ex simplicibus piscatoribus, suos fecit legatos, & Ecclesiæ principes ac fundamenta, inenarrabili totam cœlestẽ curiam lætitia afficit. Ii quondam parentes, cognatos & omnes mundi facultates & vanitates contempserunt, vt essent participes paupertatis Christi. Quapropter venturi sunt iudices & assessores iudicis Christi, iudicabũtque duodecim tribus Israel. Illis bene quadrant ea verba quibus dicit: Beati pauperes spiritu, id est, qui sanctam amant paup

Detractores vt sint filij diaboli. *Loq male de alijs q̃ sit periculosum* *Martyrũ fœlicitas in cœlis quanta sit* *Rom. 8* *Matth. 5* *Apostolorũ gloria in cœlis q̃nta sit* *Matth. 16* *Matt. 5*

tatem: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Adest ibi ad cumulum lætitiæ venerandus Patriarcharum ac Prophetarum cætus, qui aduentum domini Saluatoris longe ante prædixerunt, & longanimiter sustinuerunt. Quibus deus reuelauit secreta sua, quæ scripto & verbo deuulgauerunt: atq; ea causa nec vitæ, nec laboribus pepercerunt. Quibus ppterea pulchre accommodantur verba illa hodierni Euangelij, Beati mites quoniam ipsi possidebũt terram. Accedit his beatissimorum frequentia angelorum, qui sanctis, dum adhuc in terris degerent, fide summa semper astiterunt, eosq; protexerunt, bona illis inspirarunt, opem tulerunt, orationes illorũ super sanctum altare cœli aureum obtulerunt, & defunctos aut in Abrahæ sinum, aut e vestigio ad beatitudinem deportarũt.

Iam vero quid de sacratissima & reuerẽdissima Dei matre semper virgine Maria dicemus, quantum scilicet augeat supernę patriæ gaudia videre illam præsentẽ, super omnes angelorum ordines exaltatam, sacrosanctæ Trinitati proximam, virginem singularem, & matrem admirabilem, quæ nec primam visa est similem nec habere sequentem? Quam S. Trinitas sicut dignissimum effecit Christi Iesu habitaculum in terris, ita in cœlis constituit dominam vniuersorum, post Christi humanitatem creaturis omnibus præstantiorem atque pręfectam: fecitq; eam matrem misericordię, reginam pietatis & clementiæ, imperatricẽ totius cœlestis curiæ, refugium pœnitentium, solatium miserorum, apothecam diuinæ gratiæ, & diuinæ misericordiæ scrinium. Nihil enim nos vult habere Deus, vt ait D. Bernardus, quod non transeat per B. Mariæ manus. Deniq; adest ibi sacratissima Christi Iesu humanitas, quę præ omnibus ineffabilem adfert lætitiam sanctis & angelis, cuius passione redempti, cuius sanguine viuificati, cuius exemplis instructi, cuius morte ad vitam reducti sumus. Videtis dilectissimi, quanta nobis bona in cœlis reposita sunt, quibus iam felicissime absq; vlla amittẽdi formidine perfruũtur sancti omnes, quorum hodie solennitas agitur. Agedum igitur contemnamus tota animi virtute quicquid nos ab illis bonis impedire potest: eaq; summo studio amplectamur, quæ nobis possint esse adminiculo, vt ad illam felicissimam sanctorũ omni

Y *Patriarcharum & Prophetarũ beatitudo in cœlis quanta sit* *Matth. 5* *Angelorũ in cœlis fælicitas q̃ta sit* *Apoc. 8* *Marię dei paræ virginis gloria quanta* *Bernard.* *Humanitas Christi quantum gaudium p̃stet beatis in cœlo.*

oīm ſodalitatē ptingamus: Ecce etiā ipſi nos cupidiſſime expectant. Negare nihil illis Deus poteſt, qa chariſſimos eos habet. Imploremus ergo eorum ſuffragia: multū eñ poſſunt apud Deū. Pauperes ſumus: q̄ramus ab illis, vtpote ditiſſimis, largas eleemoſynas. Credite mihi, nihil nobis negare poterunt, ſi ipſos pie erimus venerati. Præſtet nobis omnipotens Deus, vt quandoque ad illorum conſortium pertingere mereamur, gratia & benignitate ſua qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

IN FESTO S. MARtini Epiſcopi. Epiſtolam cum ſua Paraprhaſi quære in priori parte de feſtiuitatibus ſanctorum, videlicet, in feſto D. Nicolai Epiſcopi. Itē ibidē inuenies Euāgelij Exegeſin.

SERMO IN EODEM Feſto. De vitanda crapula & compotationibus: item in quibus S. Martinū imitari debeamus.

XXIIII. Ecce ſacerdos magnus, q in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus. Eccleſia. XLIIII. Magni & eximij Pontificis D. Martini feſtum diem nūc celebramus dilectiſſimi: vtinam congrua deuotione vtinā digna animi alacritate, ſtudio & feruore. Proponit hic nobis homo ſanctiſſimus, cuius vitam imitari & vtcunq; poſſe exprime-
A re, magnæ virtutis eſt. Cuius apud Deū tāta eſt autoritas, tāta gratia & poteſtas vt q̄cqd petierit, nō poſſit nō impetrare. Quod ꝓpterea dixerim, vt propēſioribus animis illius ſolēnitatem celebretis, eius ſuffragia ardentius ambitiatis, eius exempla ſtudioſius imitari velitis. Solent quidem paſſim homines diem iſtū largioribus epulis & ꝓfuſioribus gaudijs præuenire, atq; in profeſti eius cœna indulgere poculis, & muſto recenti exhilarare animum. Sed vtinam tam eſſent prompti ad imitandas beatiſſimi patris virtutes, & ſpirilitalibus potius ſeſe recreare gaudijs, diuiniſq; laudibus totum diem tranſigere, ſacras ædes aſſidue viſitare, & ſalutis ſuæ curā agere, q̄ externa illa celebrare cōuiuia, qbus maxima pars ad Dei & ſancti Martini iniuriam abutuntur, dum adeo ſeſe vino & cibo ingurgitāt, vt ſequenti die ad diuina omnia prorſus inepti ſint. Poſſent quidem tolerari ſobria & honeſta conuiuia, ſed in illis nihil ſpectare aliud, q̄ corporis voluptates, nec vllā aut tenuē Dei ſanctorumq; eius habere mentionē, potuq; ac cibo ſuperfluo farcire ventrē, id vero pecudū eſt, nō hoīm ratiōe vtentium. Ergo dilectiſſimi feſta ſctōrum ea ratiōe colamus, vt digni ſimus qn̄q; admitti in beatiſſimam ſctōrum ſocietatē. Quod multo melius impetrabimus corporis ſpernendo, q̄ expetendo oblectamenta, & ſobrietatē, iuſtitiā, pietatē potius q̄ crapulam, iniquitatem, vanitatē ſectando. Sic ſcti ipſi dum adhuc eſſent in terris, præcedentiū patrum colebāt feſtos dies: & licet interdum conuiuia moderata non reſpuerent tñ animo cœleſtes potius ſuſpirabant epulas, magiſq; delectabat eos lucris ſpiritalibus augere animam, q̄ corpus breui moriturum eſcis corruptibilibus implere. Nos contra nunq̄ fere magis crapulæ & ebrietati totos nos dedimus, quam in ſanctorū atq; etiam ipſius Chriſti ſolennitatibus, quaſi vero ille dignius Chriſtū eiuſq; ſctōs colat & honoret, qui maiores cibi ac potionis copias appararit, & ſe totum eſcis ac potu obruerit. Sed ſi ne prophanis quidem ſiue cōmunibus diebus vnq̄ licet commeſſationibus compotationibuſq; immoderatis tempus pretioſiſſimū perdere, quam turpe, quā nefarium, quam flagitioſum eſt dies ſacros diuino cultui dedicatos talibus ſtudijs trāſigere? Sed conſuetudo eſt, aiunt. Imo vero conſuetudo antiquiſſima eſt, vt vel ex D. Baſylio Magno probari poteſt, vt in ſolennitatibus ſanctorum alij pro alijs orent, vna cum pluribus Deum adorent & lachrymas offerant, ab eo peccatorum veniā poſcant, de acceptis beneficijs gratias agant, ſeſe mutuis viciſſim cohortatiōibus in vera pietate confirment & ædificent. Crapulæ autem & ebrietati vocare non eſt cōſuetudo bonorum hominum, ſed Deum eiuſq; præcepta contēnentium. Nō licet autem imitari exempla malorum, niſi cui libet etiam ſupplicia illorum perpeti. Negari ſane non poteſt iam mala iſta longo vſu imo deteſtabili & ter execrando abuſu inoleuiſſe, vt feſtis præcipue diebus tēpla negligan-

In eos qui hoc die & ꝓcedenti largi' ſtudent calicibus exhauriendis

Feſta ſctōrum celebrandi ſcopus qs fore debeat.

Quinā ſeculo dediti hoīes hodie feſtos celebrāt dies

Celebrandi feſtos dies cōſuetudo vetuſtiſſima q̄nā fuerit olim Baſylius

gligantur, ventres epulis immodicis & luxurianti mero distendant. Sed veniet veniet ille dies, quando eiusmodi hominũ fæx, q Deum nõ timent, sed pro Deo colũt pu tentissimam ventris sui cloacam, rursum acerbissimo cũ tormẽto euoment quęcunq; nunc nõ solũ intemperanter, sed etiam tẽpore sacro, nõ nisi diuinis accõmodã do rebus deuorãt. Clamẽt tũc si poterũt, se hoĩm morẽ & consuetudinẽ obseruasse. Nimirũ mox audient: Quorũ vobis libuit imitari morẽ impiũ & detestandũ, eorũ nunc q̃que non sit absurdũ cruciatus sine fine expiri.

B

Intẽperantia edendi & bibẽdi q̃nam mala adferat.

Talis edẽdi ac bibẽdi intemperantia etiam hoc mali efficit, vt multi cogant extremam inopiam tolerare, multi dirissimo famis mucrõe conficiant, multi dũ nõ habent vitæ necessaria, pessimis artibus & studijs animũ applicent, atq; ad alios expilandos, deprędandos, iugulandos sese trãsferant. Miramur sæpe tantã esse annonę caritatem. Sed quid mirum, si multos egestas opprimat, non habẽtes vnde vel panem emant, quando plurimos inuenire est, q vno die plus cibi potusq; gulę suæ modo ingerant, modo rursus euomendo detrahãt, q̃ vitæ hoĩs sustentandæ in multos dies foret necessarium? Et talia, vt diximus, libentius & crebrius, atq; etiã, q̊d peius est, liberius & minori scrupulo fiũt festis diebus. Tũ eñ daĩ otium à curis & negotijs secularibus. Itaq; q̊d ad pietatem & deuotionẽ inuitare deberet, incitat ad ppetranda mala.

Conuiuia celebran di q̃tis ho die mos feruetur

Videas tũ alios domi suæ grãdia & luxuriosa apparare cõuiuia, & multis horis continuis assidere mensę, ad æq̃les haustus mutuo se puocare, edere & potare vsq; ad nauseã, ne dicã vomitũ, & multa interimpnitiosa & turpia, friuola ac falsa effutire verba, pluraq; alia ppetrare ĩmania pctã q̃ tñ nec ipsi animaduertunt, q excæcati sunt à diabolo. Alios vero cernas licet in tabernis publicis totos hærere dies, alios exire in agros aut villas propinquas, non nisi edẽdi ac potandi causa, & diuinam erga se irã puocãdi. Alij ṽo ludis, choreis, spectaculis, lasciuijs, põpis & id genus alijs vitijs & vitiorũ incẽtiuis toti intendũt, nõ tñ sine cõpotationibus & crapula. Interim qs dubitet tãta, ab eiusmodi vanis & miseris, imo & stolidis & insanis hoĩbus nõ mõ supfluo, sed etiã in corporis & aĩæ pniciẽ cõsumi vñ multi possent paupes lõgo tẽpore abũde sustẽtari? Et tñ q̃runt hoĩes nõ satis creuisse fruges, minus fertilem fuisse autumnum. Et q̃ tãdẽ fertilitas sufficere possit tãtæ hoĩm luxurię ac intẽpantię? Qui si nollẽt parcius & fragalius viuere ob grãm paupeṛ, q ea de causa fame affligant & pereũt, deberent saltẽ suæ valetudinis habere rõnem, q̃ certum est tali cibi ac potus nimietate grauissime lædi, morbisq; multis & diuturnis fieri obnoxiã.

C

Intemperantia q̃nta mala homini adducat.

Cũ eñ natura paucis cõtenta sit, qcq̃d supfluum ingesseris, nisi sobrietate aut alia ratiõe digerat necesse est pessimos producat effectus. Quãobrẽ recte dicit plures crapula q̃ gladio perire. Et raro diuturna illorũ vita est, qui largioribus epulis & poculis frequenter indulgent.

Crapulosos homines suam abbreuiare vitam

Lucæ 16

Basylius

Sed si nec ijs terremur incõmodis, terreat nos diuitis illius epulõis exemplum, quem vt ait D. Basylius, vita in delicijs acta tradidit incẽdio. Nõ eñ crimẽ iniustitiæ, sed ob vitæ molliciem, & q̃tidianas comessationes exustus est in camino ardẽte: vbi iã nec guttã aq̃ obtinere potest, q hic noluit supfluo abstinere potu & cibo. O miseṛ & vere miseṛ, q p breuissimis & vilissimis gulæ illecebris & oblectamentis iã ppetua cruciatur fame & siti, & innumeris alijs dirissimis afficit cruciatibus. Qui si ad necessitatẽ, non ad voluptatẽ donis dei sobrie ac moderatæ fuisset vsus, iam cum sctis oĩbus pleno ore potaret e fonte vitæ, & ederet de mensa dñi sui omnigenis refecta delicijs, ijsq; semper nouis, vt nunq̃ desit esca & potus appetitui, fastidium desit saturitati. At hæc attendere iam nolunt stulti & miseri, donec & ipsi in lacũ illum tartareum conijciant, vbi p delicatis & oppipare præparatis ferculis, dulciq; mero fel draconũ & venenum aspidum insanabile, flammasq; sulphureas & ipsas q̊q; carnes suas comedẽt.

Deut. 32

Quamobrem dilectissimi non iam deinceps sacros dies comessando, potando, iocando, ridendo, ludendo, fabulando transigamus, sed memores diuini iudicij & mortis nobis semp & vbiq; insidiantis, confluamus ad templa, preces supplicationesq; offeramus ad Deum, imploremus viscera paternæ misericordiæ eius, rogemus eum ne deserat nos propter iniquitates nostras, ne auertat à nobis faciẽ suã, sed illuminet vultum suum super nos, illuminet oculos cordis nostri, ne vnquam obdormiamus in mortem peccati: doceat nos vias suas, & deducat nos in semitis mandatorum suorũ. Ipsos quoque sanctos nobis intercessores & præ-

Tẽpla diebus festis esse frequẽtanda.

Psal. 66

Psal. 13

Psal. 118

& peccatores adhibeamus vt q̄d nostris non possumus, illoꝝ meritis obtineamus.

D

Vita gesta que sctōrũ crebriꝰ lecta & recitata q̄n tum habeant gratiæ

Atq; vt ad hęc & einsmodi pia studia animis accendamur, non pigeat nos vitas sctōrum perlegere, aut ab alijs audire. Habet enĩ nescio q̄s aculeos exēpla sctōrum, quibus animi q̄uis tepidi sępe miro modo compungunt ad amorē Dei, ad odiũ pctī, ad contēptum mundi, ad melioris vitæ desiderium. Ecce hodie dies solennis agitur sanctissimi Pręsulis Martini, cuius vita tot scatet virtutibus, tot meritoꝝ choruscat p̄rogatiuis, tot faculis insigniũ ardet exemplorum, vt vix quisq̄ tam duri sit cordis, q illis auditis aut cognitis non aliquo modo compungatur. Dicamus inde pauca ad vestri ędificationem, ad laudem Dei, ad honorē sancti Pontificis.

Martini scti vita q̄ fuerit sanctissima

Primo quidem cũ adhuc esset annorũ decem, inuitis parētibus confugit ad Ecclesiam, seq; catechumenũ fieri postulauit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conuersus, cũ esset annorum duodecim, eremũ concupiuit: fecissetq; votis satis, si ætatis infirmitas non obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria, aut circa Ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in ætate pueri!i, quod postea deuotus impleuit.

Pueritia scti Martini q̄ fuerit admirabilis

Ecce mirabilem in tali ætate feruorem erga Deum, vt etiam inuitis parentibus, qui gentiles erāt, sed seculari dignitate non infimi confugeret ad Ecclesiam. Quis quæso id illa in ętatula nō miretur, qs non oĩ laudum p̄conio tantam tantilli pueruli constantiam prosequatur? Sed iam Christi gratia in illius pectusculo radiebat, quæ mentem pueri salubriter intus erudiebat, clamans in corde illius vana esse Deorum simulachra, nec nisi vnum esse Deum.

Pueri quinam intuendi sint

Habent hic pueri, quod summa cũ laude imitentur, vt discant à teneris animum applicare creatori, libenter sacras visitare ædes, pietatem meditari, non pueriles leuitates & ineptias. Ad quæ debent eos hortari & instigare parentes, ne ipsorum negligentia pereant, ne in ætate tenera ad vitia & seculi vanitates sese adiungant neglectoq; creatore & salute sua, pessima peccādi cōsuetudine implicent, q̄ deinde vix maximo labore possint abijcere. Postea vero aliquādiu sacramētis militaribus implicatus D. Martinus, licet nondũ sacꝝ pcepisset baptisma, tñ toto illo triēnio q̄ ante baptismum in armis fuit nolens & coactus, ita vixit, vt vita eius pfectiōis speculum fuisse videatur. Scribit enim de eo Seuerus Sulpitius in hæc verba: Vno tantũ seruo comite triennio illo contentus fuit: cui tñ viceuersa dñs seruiebat adeo vt plerumque ei & calciamenta ipse detraheret, & ipse detergeret: cibũ vna caperent, hic sępius ministraret. Interim ab ijs vicijs integer mansit, quibus milites implicari solēt.

Seuerus Sulpitius

Virtutum integritas in sancto Martino quāta fuerit.

Multa illi circa commilitones benignitas, mira charitas: patientia vero atq; humilitas vltra humanum modũ. Nam frugalitatem in eo laudari non est necesse: qua ita vsus est, vt iam illo tempore non miles, sed monachus putaret. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuinxerat, vt eum miro venerarentur affectu. Necdum tñ regeneratus in Christo, agebat quēdam bonis operibus baptismatis candidatũ: assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos. Nihil sibi ex militiæ stipendijs præter quotidianum victum reseruabat, iam tũ Euāgelij nō surdus auditor, de crastino non cogitabat.

Matth. 6

B

En charissimi quantus hic in S. Martino adhuc catechumeno, necdum annos octodecim trāsgresso virtutum splendor, quanta congeries, perfectio quanta? Nonne hic paucis comprahensum est verbis, q̄d vsq; ad summā ætatē egisse sufficiat? Quid nos hic dicturi sumus, q tot annis, imo ab ipsis incunabilis Christi misterijs initiati sumus, q sæpissime sacras conciones auscultauimus, qui omnia Christi mandata tenemus? Quæ in nobis tot virtutũ vel tenuis scintilla relucet? Quis nostrum tam humilis & officiosus, non dico ergo seruũ, sed vel erga maiores & superiores suos est? Cuius nostrũ tanta charitas & beneuolētia erga pximos? tanta frugalitas, tanta patientia & modestia? Opera vero misericordię q̄ ille tam liberaliter, tam prodigus coluit, apud nos iā penitus iacent & in vltimas terras relegata sunt, vt nos plane simus surdi Euangelij auditores, q nullis dñi pręceptis nullis comminationibus eo adduci possimus, vt vel superflua communicemus miseris & egenis, cũ B. Martinus oĩa dedisse legat, nihil sibi seruans in crastinũ: & hoc, vt dixi, cũ adhuc esset catechumenus. Quid hic necesse est commemorare vitæ illius gesta post baptismũ cũ iā tot tantaq; in eo necdũ baptizato didicerimus, vt iure meritoq; nos ipsos omnemq; vitā nostram vtpote longissime ab eius perfectione di-

stantem, contemnere ac vilipendere debeamus, satisq; negotij habituri simus, iam dictas illius virtutes vtcunq; imitari velimus? Et tñ q̃ turpe, quam probrosum nobis est, illum militiæ nexibus implicitum, illũ adhuc baptismi expertem, illum adhuc puerum tantis fulsisse virtutibus, cum nos nati & educati in Ecclesia, & pleriq; etiã matura ætate, non solũ virtutibus vacui, sed omni etiam vitiorum spurcitia sępe obruti simus. Non iam necesse est, vt in iudicio proferat aduersum nos dñs Apostolos, martyres, aliosq; excellentis gratiæ sctõs: tantum hũc S. Martinũ adhuc militem & catechumenum nobis apponat, & illius vnius comparatione iustissime & grauissime condemnabimur. Veruntñ dilectissimi vt nobis ꝓsint exempla sctõrum, debemus ea imitanda pro viribus suscipere. Hoc ipsum quod nouimus D. Martinũ adhuc puerũ, adhuc à baptismi gratia alienũ, & in armis versantem tm̃ præstare potuisse, nobis animũ debet addere, vt confidamus nos quoq; idem posse, & Dei gratiã nobis etiam magis affuturam, vtpote iã Christianis. Agedũ charissimi nõ nos pigeat S. Martini quamuis necdum salutaribus vndis expiati facta imitari, qa ꝑfectæ virtutis specimen de se præbent. Idcirco hodie solennem illius memoriam agimus, vt dum præclara illius gesta agnoscimus, cupiamus illius effici vtcunq; similes, & inolitis vitijs nostris quoddam indicamus bellum, atque in nosipsos sctõ quodam odio insurgamus, nitamur nosipsos vincere, & ad eã tum interiorẽ, tũ exteriorem hominem nostrum reformare puritatẽ, in qua cõditi sumus à Deo, sed à qua peccãdo lõge ꝓlapsi sumus. Et qa fragiles sumus, & parũ ex nobisipsis possumus, idcirco etiã ea de causa tã insignis Põtificis festũ nũc colimus, vt eũ nobis apud Deum intercessorẽ obtineamus, & q proprijs iniqtatibus repelli potius meremur, q̃ qcq̃ impetrare à Deo, per illũ aliquẽ gratiæ locũ apud Deũ consequamur. Sed fortasse libet adhuc plura nosse de vita illius? Dicam ergo adhuc pauca, qa oĩbus enarrandis nec totus dies sufficit. Omissis aũt, q̃ ante susceptum Turonensem Episcopatum egit, quædam ex illis quæ in Episcopatu gessit cõmemorabo. Itaq;, vt ait iam dictus Seuerus Sulpitius, post Pontificatus susceptos honores, idem cõstantissime perseuerabat, qui prius. En animum mundana oĩa contẽnentẽ, & in solo Deo immobiliter defixũ. Eadẽ in corde eius pseuerabat humilitas, atq; ita plenus autoritatis & gratiæ implebat Episcopi dignitatem, vt non tñ ꝓpositum monachi virtutemque desereret. Nos cõtra ad oẽs mundi prosperos successus, ad omnem fortunæ blandiẽtis auram insolescimus, & efferimur animis, nec vlla in nobis constantia est, nulla grauitas, nulla timoris Dei perseuerantia. S. Martinum Episcopatus dignitas nihil penitus à priori vitæ statu dimouit: nos vero verbulum vnũ vel asperius, vel blandius prolatum aut exulcerat nimium, aut plus æquo emollit & dissoluit. Deinde cum frequentes nimium ad D. Martinum visitandum confluerent, construxit cœnobium extra ciuitatem in loco admodum solitario & aditu angusto: vbi discipulos habuit octaginta, ex quibus multi erant nobiles qui ad exẽplum beati magistri instituebant. Nemo ibi quicq̃ proprium habebat, oĩa in medium conferebant. Vinum nemo nouerat, nisi quem infirmitas coegisset. Pleriq; camelorũ setis vestiebãtur, mollior ibi habitus pro crimine erat. Ex his plane animaduertimus, quantus in sancto viro fuerit quietis silentij & solitudinis amor: quantus horror mundani strepitus, quãtus vitæ rigor, quanta sobrietas, quanta abstinentia, quãta vilitas & asperitas omnium ad vitæ vsum ꝑtinentium. His nimirum confundit vanitas, parrulitas, mollities, intemperãtia, luxus, superbia, fastus & petulantia nostra. Quid hic commemorẽ illius plusq̃ stupendã patientiã, incredibilẽ orandi assiduitatem, iustitiæ tenacitatem, & cæteras virtutes perfectissime in eo relucentes? Oĩa illius exempla nos accusant, nos reos faciũt, nos condemnant. Deniq;, cum moriendum esset, tanta mentis securitate migrauit ad dominum, vt futurę glorię etiam in corpore eius signa manifesta apparerent. Nam facies eius vt sol resplenduit. Multa & magna transiliui studio breuitatis, quæ vos aliunde potestis haud pœnitendo fructu discere. His paucis quæso charissimi prouocemur ad virtutis studium, ad amorem Dei, ad omnia illa quæ nos Deo gratos efficiant. Credite mihi, si in extirpandis vitijs colendisque virtutibus operam studiumqne ponere conati erimus, & hic iucundam & tranquillam ducemus vitam, & post cum D. Martino & sanctis omnibus

Marginalia (left): Vitam S. Martini fore cunctorũ exẽplar vitæ correctionis — F — Sctõs ꝓ vitiis apud deũ intercedere — S. Martinus factus Episcopus quid egerit Seuerus

Marginalia (right): G — Monachorũ sancti Martini ꝑfectio quãta fuerit. — Act. 4 — Securitas & felicitas S. Martini morientis quanta

bus

bus cœlestia consequemur bona, quæ nobis promisit Deus se timentibus & diligētibus, cui est omnis honor in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE Præsentationis gloriosissimæ semperq; virginis Mariæ. Epistolā cū sua paraphrasi, itemque Euangelij Exegesin quære in prima parte de festiuitatibus sanctorum, videlicet in Festo conceptionis eiusdem B. virginis.

SERMO IN EADEM Solennitate. De oblatione B. Mariæ in templo, de ipsius mirāda nimis humilitate: quæ sit vera humilitas, quiq; ea acquiratur: itē quænam sint veri humilis hominis proprietates.

XXV Afferentur regi virgines post eam, proxime eius afferent tibi. Psalmo XLIIII. Legimus fratres charissimi beatissimā virginē Mariā, cuius hodie est solēnis festaq; dies, oblatā à parentibus, seq; ipsam Deo obtulisse in templum, haud dubium non aliam ob rem, nisi vt à mundi strepitu, à tēporalium turbine segregata, Deo seruiret mente deuota, casto q̄q; ac puro corde illū amaret solum, continue eidē adhærens. Vi A xit autem ibi nullius rei temporalis curam habens, aut administrans, vtpote pauper spū: vixit sub obedientia pontificis, vixitque sub proposito perpetuo seruandæ virginitatis, q̄diu ex Deo non aliud iuberet. Hanc vobis filij charissimi opto hortorq; quantopere possum fieri patronam ac matrem, quam veneratione deuota colatis, cui studia vestra honorumq; obsequia impendatis, q̄ post Christū potissime studeatis diligere ac imitari, præcipue & ante omnia ipsius profundissimam humilitatē, de qua ipsa p̄ter oēs alias virtutes, quas in supremo tū gradu attigit, gloriaē dicens: Respexit humilitatē ancillæ suæ. Cunctis Lucæ I quanq̄ virtutibus plena erat Maria, de nul la tamen gloriatur, quam ita respexerit dominus, sicut de humilitate. Hæc est enim virtus ad quam cæterę confluunt virtutes, qua exornantur & gratæ fiunt tam Deo, quam hominibus: qua deniq; ne exufflenē aut marcescant, conseruanē oēs. Ipsa est vallis illa, ad q̄ fluenta gratiarū decurrūt. Ipsa est vallium vna, quam vtpote profundissimam implendā omnium virtutum varietate promittit baptista Ioannes, dicēs: Omnis vallis implebitur. Placuit haud dubium in beata Maria Deo virginitas, placuit charitas, placuit patiētia, cæteræq; virtutes, solā tñ humilitatē diuinitus respectam Maria confitetur. Hac etenim digna facta est, vt fieret mater dei, hac exaltata est adeo vt maior esse non possit, nisi ipsamet esset Deus. Siquidem summæ est dignitatis, q̄ in creatura aliqua non potest inesse prętiātior, esse matrem Dei. Imitemur igitur charissimi, virginis ac matris Dei humilitatem, & ne in corde nostro superbiæ tumor, aut elatio suboriatur summopere vigilemus. Nihil enim ita nobis est necessarium (si ad virtutū fastigia anhelamus, imo si vel in modico cupimus proficere) quam fundamētum totius spiritualis ædificij humilitas. Proinde sciat sine fundamento se ædificare, quisquis nō humilis pro virtutibus alijs sudat. Insidiatur religiosę menti superbia, & licet aperto Marte sæpius repellatur, sub tegmine tamen virtutū palliata, dum mentiē se non esse superbiam, sępenumero quia admittiē, homini est in ruinam: Facilius deprehendiē sup̄bia illa, quę ex donis externis nasciē, puta de voce, de veste, de venustate, de diuitijs, de nobilitate, & cæteris id genus bonis, propterea quod non liceat gloriari de huiusmodi omnibus. Dona enim sunt quæ non sanctificant, & bonis malisq; sunt cōmunia, nec vtilitatem animæ possunt afferre maiorem q̄ vt contemnantur. At ea, quæ intus B in anima latet superbia, & de internis aut gratijs aut virtutibus nascitur, multo est periculosior, quia secretior atq; intimior & ex bonis vere commendabilibus, imo ex ipsa humilitate seu potius humiliatiōe propria oritur. Facit enim hominem virtuosum (cui virtus non debet non placere) sibijpsi placere, & amorem, qui debet esse virtutis, in proprium amorem mutat. Facit sub specie ædificationis alijs velle placere,

Humilitas vt sit vallis profundissima. Luce 3

Superbia spiritalis quibus ex donis oriatur

Superbia occulta q̄ mala efficiat

ab aliĳs imitabilem iudicari & eo securius decipit, q̃ Zelus ædificandi ꝓximũ (si abesset amor proprius) magis esset licitus. Superbia effert animum, vt aspernetur, nõ modo, quod fas est, vitia & defectus, verũ etiam eum, qui adhuc vitiĳs p̃mitur & languet, licet fortasse inuitus. Quod tñ haudquaquã faceret, si seipsum agnosceret, hoc est, si vere agnosceret, q̃d ea, quę ipse habet (sint licet virtutes & dona) non à se, sed à Deo habet. Si nunq̃, animo saperet ea bona, nec sua, nec à se esse, quæ videtur habere, quõ is de alieno superbiret? quõ gloriã quæ Deo soli debetur, de alienis furtim sibi vsurparet? aut quõ ꝓximum, qui hæc eadẽ nõ habet (licet fortasse, q̃d cogitare vnusquisq; debet, humilitatẽ maiorẽ habeat) iudicare aut aspnari auderet? Si eñ de suo se comparauerit qs proximo, & non de ĳs quæ quasi accõmodato accepit, à Deo qd inuenit in se, vnde gloriari possit? cum sit miser & miserabilis: quid in se reperit, de quo non merito sit gemendum & erubescendum? aut quid inuenit vnde proximo sit melior? cum ipsa elatio, etiamsi in aliĳs præstaret, faciat eum proximo viliorem? Superbia cupit bene de se sentiri (neq; eñ hic distinguo inter superbiam & vanam gloriam, cum ita sint affines, vt vbi vna, ibi & inueniatur & altera) cupit non vilis haberi. Pari modo sub fuco honorandæ, aut in precio habendæ virtutis, imponit amor proprius. Superbia erubescit humiliari, culpam agnoscere aut veniam petere & quasi de vitando scandalo ab huiusmodi abstinendum sibi persuadet. O q̃ magnum scandalum foret, si te exhiberes humilem, si te scires humiliare. Nõ est hęc laudabilis, sed odiendæ exterminandaque procul verecundia, qua de sui humiliatione, aut qua de ĳs, quæ non sunt peccata, quis erubescit. Erubescamus, si peccamus. Non erubescamus si pœnitemus, aut si satisfaciamus. Quam procul ab hac superba verecundia abfuit sanctus Dauid, qui non de peccato, sed de bono opere reprehensus, quod suæ excellentiæ ac status immemor, ante arcam Dei saltasset. Ludam inquit, & vilior fiam, plus quam factus sum: & ero humilis in oculis meis. Est igitur humiliatio maxime necessaria ei, qui adipisci cupit humilitatem. Sicut enim curuitatem, si induci debeat

1.Tim.4

Supbia & vana gloria in q̃ cõueniat

C

Erubescẽdum de q̃bus non sit

2.Reg.6 1.Para.15

Humiliatio q̃ sit necessaria ei q̃ cupit humilitatem

virgæ, necesse est vt præcedat curuatio, ita humilitatem oportet præcedat humiliatio. Quisquis igitur cupit esse humilis, non refugiat humiliari. Ideo scriptum est, Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Itemque: Humilia spiritum tuum valde. Sicut autem odibilis Deo & hominibus est superbia, ita grata & amabilis humilitas. Humilis nanque alios sibi pręfert aliĳs cedit, de aliĳs melius quam de seipso ex animo sentit, alios reueretur, alios mãsuete, patienter, & benigne tractat. Humilis libenter se subĳcit, confidenter credit, alacriter obedit. Quapropter obseruandum est, quod sanctus Bernardus admonet, dicens: Altiora aliorum semper attendas, quia in eo constat plenitudo humilitatis. Nam si tibi forsitan aliqua gratia maior collata videtur, quã fratri tuo, tamen in multis (si bonus æmulator fueris) iudicare te poteris inferiorem. Quid enim si laborare aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia superet, humilitate præcedat, superemineat charitate? Quid tota die circa id, quod videris habere, insipienti cogitatiõe versaris? Esto magis sollicitus, vt scias quid desit tibi, quia hoc tibi plus expedit. Non ergo magnopere cogites bona quæ habes, nisi forte interdum, vt in de Deo gratias agas, & te noueris debitorem ei, qui dedit, aut gratia consolationis, dum necesse id fuerit, ne qualibet ex causa tristior fias. De cætero ea bona semper magis attendas, quæ alius habet, non quętu, quo hæc cogitatio in humilitate te custodiat, & à descensu tepiditatis elonget, atq; accẽdat desiderio proficiendi. Vide enim q̃ta mala e diuerso cogitatio illa parturiat, qua sedulo versas in animo bonum, quod tibi habere videris & alterum quempiã ęstimas non habere. Hinc in superbiã eleuaris dum alteri te præponis, hinc proficere negligis, cum te magnum aliquem arbitraris: hinc demum & deficere incipis, dum tibi alterius comparatione etiam nimis egisse videris. Hæc ille. Itaque potius exempla sanctorũ fratres ob oculos ponamus, & quantum ob illorum perfectiõe nostra distet infirmitas, pensemus. Valet nihilominus consideratio excellentiæ diuinæ, charitatis eius item ad nos, qui cum tantus sit, propter nos se humiliauit, tanta passus est, vt ex nihilo & de

Eccle.3 Eccle.7 Eccle.10

Humilitatis indicia quæ sint

Bernard.

D

de stercore nos eleuaret ad regnum, regnũ vtiq; sempiternũ. Deniq; de hac humilitatis præclarissima virtute præclare admodum scribit D. Ioannes Rusbrochius, vir extra omnem controuersiam in omni virtute & sciẽtia spiritali summus, quod tum D. Dionysij Carthusiani, tum multorum aliorum pietate ac eruditione præstãtium virorum testimonijs probari potest, qui eum miris, vt par est, vehunt encomijs. Is ergo scribit in hæc verba: Ad perfectam diuinamq; obtinendam charitatem, quæ (iuxta Apostolum) finis est legis, nullã equidem neq; compendiosiorem, neq; rectiorem, neq; tutiorem noui viam, atq; veram humilitatem, quam Christus Iesus nos docet, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris. Humilitas autem præclarum thesaurum, donumq; eximium animę adducit, hunc videlicet, quod cordis dolorem & molestiã atq; aflictionem prorsus expellit, & in vera ac stabili homine pace constituit. Ad quam sane nunquam alias, nisi per humilitatẽ, pertingi potest. Nec affirmare dubitem, neminẽ vnquam dolorem atq; afflictionem ægre pertulisse, nisi qui veræ fuerit expers humilitatis. Siquidem pœna & dolor ex superbia nascũtur. Quod si Lucifer fuisset humilis, nũquam fuisset versus in dæmonem, causa autẽ cur ceciderit, non nisi illius superbia fuit. Cõtra vero beatissima Dei genitrix & virgo Maria, quia perfecte humilis erat, nullam vnquam vel tenuissimæ culpæ maculam contraxit. Et reuera si quis perfecta esset humilitate prędıtus, nec is vllum vnquam peccatum admitteret, & Deus quicquid vellet, in eo citra vllum impedimentum posset exequi. Vnde sanctus Augustinus quodam in loco sic ait: Si quis ex me sciscitaretur, Quisnam omnium sit optimus: respondere, Humilimus. Et si centies quæreret, non nisi idem responderẽ. Quam obrem nosse profuerit mores ac gestus veri humilis, id est, vt in omnibus sese habeat. Primo quidem à seipso incipiens, propriam indignitatem ac vilitatem, suumque nihilum, id est, quam nihil sit, funditus agnoscit, vt videlicet peccatis suis indignum sese fecerit omni gratia ac beneficijs Dei: cunctisque illis pœnis, pressuris, & afflictionibus dignum atque obnoxiũ, quæ possint illi à Deo & creaturis omnibus infligi. Indignum plane se fatetur, quem crearet Deus, eidemq; pro refectionis ac conseruationis beneficijs, gratias agere humiliter non omittit. Quicquid charismatum & bonorum, quicquid gratiæ diuinitus adeptus est, nulla ex parte se meruisse confitetur. Itaq; & seipsum & omĩa Deo omnipotenti ad illius offert honorẽ, vtpote quæ pure ex eius benignissima misericordia promanarunt. Nec ex aliquo Dei dono vel gratia animo effertur: siue sit scientia, siue sapientia, fortitudo, pulchritudo, diuitiæ, aut quiduis aliud: sed se omnibus Dei donis credit indignum: eaq; non nisi ex mera Dei bonitate sibi collata existimat. Constãter igitur affirmarim in istiusmodi homine Deum in cunctis suis donis & actionibus nullum pati impedimẽtum: atque eam ob rem, ad summam vsque perfectionem eum prouchere. Quoties enim Deo visum est in illo opari, semper liberum se præbet & expeditum, Deum patiens, Deo morem gerens & obsequens, & velut instrumentum illius gratię cooperans. Adhęc omni loco, quem vel sedendo, vel stando, vel iacẽdo occupat, semper indignum se fatetur. Nihil enim omnino sibi tribuit, nisi quod ex seipso habet nempe peccata & multiplices culpas ac defectus suos. Et quamuis multum se abijciat ac hũmiliet, tamen nihil aut parum sibi fecisse videtur. Siue ergo comedat, siue bibat, siue quiduis aliud faciat, locum vilissimum in domo, nouissimum in mensa, & minimam cibi ac potus portionem capit & amplectitur. Et breuiter, in omnibus quæ ipsi necessaria sunt, minimam abiectissimamque portionem sibi optat cedere: quodque vel alijs mansit reliquum, vel ab alijs fastiditur, ipse lætus suscipit, nec ei parum nimis esse videtur: imo vero illo ipso se indignum iudicat, & nec meruisse, nec mereri illud à Deo se posse, sentit ex animo. Denique in omnibus absque querimonia & sine dolore viuit. Nouit enim de manibus Dei suscipere omnia, sicque de nulla creatura queritur, quantumuis ab alijs indigne aut iniuriose tractetur: atque adeo etiamsi perturbarent, expellerent, cæderent, confoderent, & ipsa demum morte eum afficerent, nuuquam se affectum crederet iniuria, nec quicquã cuiquã vel inde vel de qualibet re alia imputaret, atq; ita etiam mortẽ ipsam sine

Ioannis Rusbrochij commendatio

1. Tim. 1
Humilitas vt sit via rectissima ad veram charitatẽ.
Matth. 11

E

Pœnã & mis & dolorem ex superbia nasci.

August.

Optimus oim vt sit verus humilis.

Humilis quõ sese habere debeat.

Impedimentum nullũ vt Deus patiatur in humilitate.

Humilis reuera q̃lem se iaciat.

F

ff iiij dolo-

dolore exciperet. Cuncta nanque, vt dictum est, de manibns domini accipiat, certus quæcunq; illo permittẽte ipsi euenerint, ea & optima & vtilissima sibi esse. Nihil enim cuiq̃ præstat Deus, nisi q̃d ei optimũ sit: q̃d ita certũ est, sicut Deum viuere. Hęc Rusbrochius. Pro hac itaq; p̃clarissima virtute (vt æquum est) obtinenda extremam nostrã impendamus diligẽtiam, nec quicquam omittamus, quo possimus ad illius peruenire notitiam, si tamen optamus veri dici Christi ministri & imitatores.
Ioan.12 Nam ipse Christus suos ministros hortatur, dicens: Qui mihi ministrat me sequatur, hoc est, profundissimæ humilitati, & suĳpsius om̃imodę resignationi p̃petuam nauet operã, vti exemplũ dedit nobis, hu-
Philip.2 milians se vsq; ad mortem, mortem autem crucis, vt hanc nobilissimam suo in corpore sanctificaret virtutem, & per eam suos imitatores in regno sublimaret cœlorum. Quicunq; enim se humiliat exaltabitur, in
Lu.14.18 star huius gloriosissimę ac intemeratę semper virginis Mariæ, quæ per hanc virtutũ omnium dominam in regno dilecti ac benedicti filĳ sui exaltata & sublimata est, & perpetuo cũ dilecto suo filio domino nostro Iesu Christo exultabit gaudio. Qui cum patre & spiritu sancto viuit benedictus in omne æuum, Amen.

IN FESTO DIVÆ

Catharinæ reginæ, virginis, martyris & sponsæ Christi, Paraphrasin in Epistolam & Exegesin in Euangelium require in priori parte de festiuitatibus sanctorum, in festo videlicet diuæ Barbaræ virginis & martyris.

SERMO IN EODEM

Festo. De charitate Sanctæ Catharinæ, & quibus rebus perueniatur ad amorem Dei.

FVlcite me floribus, stipate me malis: q̃a amore lãgueo. Canticorum primo. Illustrissimæ virginis martyrium insigne diem hunc, vt nostis, dilectissimi illustrat: cuius quanta sit in Ecclesia catholica celebritas, quanta meritorum excellentia, quantus honor in cœlis si enarrare velimus, ante deficiet nos tẽpus & vires q̃q;, quam quicq̃ tanta virgine dignum præstemus. A
Esaiæ 6 Puto equidem & pie sentio in ignitorum illorum spirituum, quos scriptura Seraphim appellat, miro hanc virginem sacratissimã fulgere lumine, & incõparabili ardere amore, ac p̃fectissime iã suo dilecto perfrui, quem mortali etiamdum induta corpore tanto amoris ęstu ac desiderio cõcupiuit, vt quamuis carne inter homines degere videretur, spũ tamen toto versaret in cœlis, inhiãs spõso suo. Potestis in Cã-
Cant.1 ticis Salomõis agnoscere dictũ in p̃sona illius: Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Multos quidem inuenias, licet qui Deum ament, quosdam etiam, licet pauciores, qui præ Dei amore cuncta contemnant. Porroq ui Dei amore langueant, paucissimos sane reperire est. Talis amor proprie perfectorum est.
Catharinæ sanctæ amor erga sponsum suũ quantus. Olim dũ adhuc gentilissimi erroribus virgo Catharina implicita teneretur, frigigidum gerebat pectus erga creatoris sui amorẽ. Ast vbi cœpit nosse Deũ ac dñm suũ, felicissima mutatione repente alia effecta, sic exarsit purissimo & castissimo in Deum charitatis affectu & ardore, vt præ desiderĳ vehementia plane langueret, ac deficeret. Inde mox cœpit omnem alienum execrari amorem, omnem à corde suo rerum visibilium speciem excludere, adeo vt iam lux ipsa & formæ quotidianæ fastidio illi essent. Enimuero sancta quadã & laudabili superbia ex ipso, quo flagrabat Dei amore, concepta, nihil iam amare, nihil vel aspicere volebat, præter omnipotentissimum, sapientissimum, opulentissimũ, pulcherrimũ, suauissimũ, optimũ Deum spõsum suũ. B
Catharinæ sanctæ cõuersio plecta ad deũ suũ. Dicebat q̃tidie animæ suæ: Quid tibi cũ his visibilibus cõmercĳ est? Cur tãdem illis te oblectare velis, quę sunt hoĩ cũ brutis cõmunia? Esto pulchra sint, delectabilia, sensibus plausibilia sint quæ offert

hic

hic mundus sublunaris: ecqd tandē habēt simile pulchritudini & amabilitati illius, q est autor & opifex oīm? Si in vestigio, si in vmbra, si in nutu q̄dam & odore tanta vis inest, vt ad sui amorem animos rapiāt tanta importunitate, cum tn̄ multo plus habeant fellis adiunctum atq; mellis, quid quęso de illo sentiendum est, ex q̄ cuncta tanq̄ ex suo fonte & origine profluxerunt? Cuius nimirum ineffabilis efficacia, dignitas immensa, amor suauissimus, conuictus iucundissimus, p̄sentia optatissima, benignitas liberalissima est. Ille, ille totam me habeat, cuius charitate vulnerata sum, q me sibi ex omni æternitate elegit, cui me semel totam dedidi. (Cantic. 1) Fateor magna est pulchritudo in formis hisce corporeis, quæ nostris quotidie sensibus obijciūtur, ex aptissima membroꝝ cōpositione & mirifico contextu, ipsoq; coloris & lucis grato decore: ingens itē pulchritudo est in numeris sonoris atq; canoris, pulchritudo in illis quę tāgendi, quæ gustandi, quę olfaciendi sensu percipiunt. Sed habent ista tn̄ certos, eosq; angustos limites suos. Deus aūt meus, vnicus spōsus & amator meus, tota spes & gaudium meum, summū & p̄cipuum bonum meū pulchritudinē, dignitatem, honestatem, amabilitatē habet infinitā: cuius cōfixa sum iaculis suauiter ardentibus, & sine dolore vulnerantibus: quē amare fructus summus est, summa nobilitas, suauitas incomp̄hensibilis: q ad interioris hoīs mei aures iugiter p̄sonat: Cū mūdo isto p̄sens, absens vt sis volo: Dies noctesq; ames me, me desideres, me somnies, me expectes, de me cogites, me speres, me te oblectes, mecū tota sis, meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus. Ita nimirum dilectissimi totam sibi vendicarat hanc venerandam & admirabilem virginem Christi flagrantissimus amor, qui non sinebat eā aliud cogitare q̄ Christum, qui in ea mundū oēm penitus extinxerat. De q̄ licet possent multa adhuc auditu iucunda referri, tn̄ quia pleriq; adhuc lōge ab hac perfectione absumus, omissis interim hisce sublimibus, & quæ vitę nostræ mensuram excedāt, de illis potius loquamur, quę nos huc tandem perducere queant. Non oīm est p̄fecti amoris effectus capere: sed tamen omnium est eo niti, vt quandoq; possint perfectum amorem adipisci. Quo sane vt mihi videtur, duo quædā haud mediocriter promouēt, eos præsertim, q̄rum adhuc angusta & tenuis est virtutū suppellex, & q se primū Deo dediderūt, cupiūtq; relictis vitiorū tenebris, veræ luci, quę Christus est, inhęrere. (Ioan. 12) Illis ergo vel maxime contulerit primo quidē studere agendæ pœnitentiæ: deinde diuinorum b̄n̄ficiorum sedula cōmemoratione ad serenioris cuiusdā & trāquillioris conscientiæ lucem aspirare, donec tādem paulatim ad plenam p̄fectamq; perturbationum om̄ium extirpationem, Deo fauente pertingant, & Christi perfecto amore inflammētur. Et vt nouerint eiusmodi quęnam sibi proponere debeant, vnde salubri dolore cōpungantur, pauca nos hic recensebimus. (Amoris Dei studiosis q̄nam duo in initio necessaria sint.)

C Itaq;, qui peccatis deditus fuit, cupitq; redire in gratiā cū Deo, q̄tidie ea quæ subiungimus sibi ob oculos reducet, de singulis ex animo dolens ac ingemiscens. (Volēti redire cum deo in gratiam quæ nam sint necessaria.) Primum est, amicitia Dei amissa. O quanta hic occurrit materia acerbissime dolendi. Quid est em̄ Dei amicitiam perdidisse, nisi seipsum vita priuasse? Vita enim animæ Deus est, cuius q à se exclusit amicitiam, vitam q̄q; suam exclusierit necesse est. (Amicitiā Dei perdidisse quantū sit damnum.) Si autem licuit Ethnico illi dicere, solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua à dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil iucūdius, qd de violata veri Dei amicitia sentiendum est? Doleat ergo peccator se sua iniqtate Dei amicitiam repulisse. Secundum est, bonitas Dei contempta. Quid benignius, qd ad benefaciendū, ad ignoscendum, ad gratificandū prōptius illa clementissima summi creatoris natura? Qui sic amat hoīes, tanq̄ ipsius salus ex illoꝝ salute pendeat: sic curam gerit oīm & singulorū, quasi ipsi bene esse non possit, si illis male sit. (Bonitas Dei quanta sit, q̄ea offendatur.) Et tamen tantam eius bonitatem contemnit peccator vilis & indignus, quando sponte sua consentit in peccatum mortiferum. Tertium est, vita improba & scelerata. O si qs velit attendere, quantam vnoquolibet peccato & sibi pœnam, & Deo iniuriam, & creaturis Dei molestiam pariat, habebit certe vnde totus soluatur in luctū acerbum & perpetuum. Vita mala tam est inuisa Deo, tam perniciosa ipsi homini & alijs, qui eius exemplis corrumpi possint, tam creaturis omnibus infesta, vt mirum sit non totum simul mundum insurgere in eum, qui vel semel ausus sit mortifero se scelere commaculare. (Vita mala q̄ sit Deo omnibusq; creaturis odiosa.)

Quar-

Peccans quinam tẽp⁹, animę corporisque vires perdat

Quartum est, tẽporis ac viriũ animæ & corporis perditio. Qui enĩ peccat, non solum tempus perdit, q̃ nihil est p̃ciosius, sed etiam animę & corporis sui vires miserandũ in modũ eneruat. Mors em̃ animę, quę peccati cõsensu incurrit, nõ vacat magnis & multis, etiã corporis nocumentis. Imo vero pleriq; peccãdo ipsi sibi celeriorẽ asciscunt mortẽ, & morbos graues, vt alia multa p̃tercam. Quintũ est, violatio p̃ceptorũ Dei & Ecclesiæ ac superiorꝝ. Nisi intolerabilis & execrabilis esset iniqtas diuinas p̃uaricari leges, nunq̃ clementissimus Deus, cui propriũ est misereri semp & parcere, tã dira cõstituisset supplicia in eos q nõ obtẽperãt iussis illius. Ipsa igit̃ iniqtatis immanitas intimo pc̃tõrẽ dolore cõficiat, ꝙ ausus fuit Deũ immẽsę maiestatis, cui oẽs creaturę summã debẽt obedientiã & reuerentiã, sua improbitate offẽdere. Nec putet minus sibi eẽ dolendũ, si Ecclesię & supiorꝝ leges contẽpsit qñ contẽptus ille oĩs in Deũ redũdat.

Pc̃õ vt Dei, Ecclesiæ, superiorũq; violetur p̃ceptum.

D Sextũ est, debilitas repugnãdi aduersus vitia, iteq; pœnitẽdi ac p̃grediendi in virtutibus. Potest id merito dolorem ingerere pc̃tõri, ꝙ culpa sua hanc cõtraxerit vel auxerit infirmitatẽ. Pc̃m̃ enĩ admodũ eneruat vires hoĩs, vt iam ante dictũ ẽ, & q̃ crebrius repetitur, eo fit homo imbecillior. Quod vtinã attenderẽt, q se dicunt in ætate senili pœnitere velle, cũ tñ ea ętas ob malam consuetudinem vitæ superioris pene inepta fit ad agendam pœnitentiam.

Pc̃m̃ vt eneruet vires hoĩs.

Septimũ est, multiplex & magna laborandi, orandi, meditãdi, legendi, sacras cõciones auscultãdi, aliaq; pietatis opera exercendi negligentia. Si q̃s bene perpendat nullũ esse tã breue tẽporis punctum, q̃ nõ maxima q̃s possit apud Deũ lucra sibi cõparare, nonne ingentem habet mœrendi occasionem, ꝙ nõ solũ tanta neglexerit salutis suæ cõmoda, sed etiam interim male viuendo plurima sibi detrimẽta corporis & animæ attulerit? Totum hoc vitę nostrę spaciũ ad agendam pœnitentiã & Dei gratiam conciliandã datũ est. Quod q ad alios accõdat vsus, negligitq; ea, quibus possit veniam & gratiam cõsequi qualia sunt, oratio, meditatio, operum bonorum sedula executio, atq; id genus alia multa, miserrimus est, quia stultissimus.

Pc̃õ q̃nã negligant

Octauũ est, consuetudo & velut habitus quidem & necessitas peccandi. Hac quisq̃s laborat mala scilicet consuetudine, is reuera miser & miserabilis est, ac om̃i lachrymaꝝ fõnte plangẽdus. Doleat ergo acerbe, clamet ad dñm, beatissimæ semperq; virginis Mariæ, & omniumq; sanctoꝝ suffragia ambiat, alios quoq; bonos hoĩes sibi apud Deũ precatores adhibeat, & pugnet acriter aduersus semetipsum, donec mala consuetudo meliori viuendi ratione & assiduitate frangatur. Principijs obsta, ait Poeta, sero medicina paratur, Cum mala per longas cõualuere moras. Reuera morbus pene immedicabilis longa & inueterata peccandi consuetudo. At tamen nemo desperet. Christi pietas vincit oẽm humanam malitiam & peruersitatẽ.

Pc̃m̃ vt consuetudinẽ malã incurrat.

E Nonũ est, ingratitudo, qua sæpius recidit in peccata remissa. Vulnera repetita ęgrius curant̃. Magna profecto ingratitudo, offendisse Deum, & illius benignitate veniam esse consecutum, & tamen rursus crebro ad eadem perpetranda mala reuerti. Lugeat ergo pc̃tõr, & iniurias optimi & dignissimi creatoris in seipso vlciscatur, firmetq; animi propositum aduersus peccati iterationem.

Pc̃tõr vt ingratus fit Deo.

Decimũ, charitatis extinctio cuiuslibet peccati lethalis p̃petratione. Charitas efficit, vt cætera hoĩs bona Deo placeant. Vbi aũt charitas abest, nihil esse potest gratum Deo, quantũuis grande sit & eximiũ. Quid igitur animi habere debet is, q tam p̃clara se virtute priuauit? Perditur enĩ charitas, q̃ties consensus p̃betur pc̃tõ mortifero. Amissa aũt charitate, morit̃ anima, moritur etiam quicq̃d ab ea vnquam bene gestũ est, aut gerit̃. Lugeat ergo pc̃tõr, & omni mora postposita, studeat amissam recuperare charitatẽ dolendo, confitendo, satisfaciendo.

Pc̃m̃ vt charitatẽ extinguat

Vndecimum e..., omni timore reiecto, tam impudenter in diuinæ maiestatis p̃sentia multis & grauibus se sceleribus obstrinxisse. Pensitet istud mature ac diligenter, & totus horrore ac mœrore contrahetur, mirabiturq; non se iam pridem terrę hiatu absorptũ esse, vel dęmonũ de...tibus discerptũ ob tantam oĩpotentis Dei contumeliam. Ista charissimi mente deuota pensiculanda sunt, & ad singula ingemiscendũ.

Pc̃õ q̃ graviter Dei maiestas offendat.

Verũ, ne q̃s hoꝝ cõsideratione fiat pusillanimis & procliuis in desperationẽ, fiduciam quandam erga infinitam Dei misericordiam cõcipere debet. Ea aũt cõparanda est p diuinæ misericordiæ sedulam implorationẽ, vitę in melius cõmutationem, orandi assiduitatem, dñicæ passionis deuotam cõmemorationem

Fiducia erga Dei misericordiam quõ cõcipiatur.

nem & pro pctis suis oblationem, pœnitētię austeritatē, honorum, voluptatū, vanitatū contēptionem, sanctorū oīm, maxime B. semper virginis Mariæ & qbus speciali qs amore affectus est, inuocationem, temporis vtilem ac prouidam deductionem, propriæ voluntatis mortificationem, & diuinæ pietatis ac clementiæ contemplationē, quæ non vult mortem peccatoris quantūuis flagitiosi, sed vitam & resipiscentiam. (Ezech. 18)

F

Atq; vbi his alijsq; modis nonnihil à vitijs purgatū se qs senserit, deinde liberiori qdam aīo cōferat se ad cōmemoranda & reuoluēda Dei bnficia, ne si semp suis velit cogitādis pctis immorari, abiecto maneat & seruili qdam animo, q nihil nisi timere & trepidare, ac Dei seueritatē suspectā habere, non pia erga Deū fiducia erigi norit. (Beneficia Dei quam ruminanda sint.) Hic vero immensus sese sanctarum meditationū cāpus offert, vbi nullus possit exitus inueniri. Quis em̄ sufficiat Dei beneficia numerare, quis ea vel intelligere? Omino hoc pelagus impenetrabile est. Quot ille nobis & quanta naturæ, quanta gratiæ dona contulit? Ex om̄i æternitate summe dilexit nos: cū nō essemus, cōdidit nos ad imaginem & similitudinē suā, nobiles nimirum, illustres, eximios, regis æterni filios, dños oīm creaturarum (oīa em̄ subiecit sub pedibus nostris) (Psalm. 8) & si perstitissemus in obedientia, auxisset in nobis dona sua. (Hebr. 1) Nec tamen etiam pditos deseruit nos, sed seipm exinaniens, formam serui accepit, (Philip. 2) vt serui perditi pœnas ipse lueret, vt ingratitudinē erga se nostrā in seipso vlcisceretur. Quid hac benignitate admirabilius? O cor saxeum, qđ ea nō emollit. (Odiū nri & amor Dei quō in nobis crescant.) Sed qd ego Dei beneficia hic enarrare molior? Vos ea ipsi charissimi vobiscū attentis cordibus recolite, & sitis grati Deo. Sit hæc vobis in hoc exilio, etiā inter medias temporaliū negociorū turbas occupatio, propria lugere pctā, & Dei beneficia grata mente ppendere. Ita fiet, vt in vobis sensim crescat odiū vestri, & amor Dei. Nō pōt sese odisse, nisi q sua ex animo pctā oderit: non pōt amare Deū, nisi q acceptis ab illo bnficijs gratū se pbere cōtendat. Non ita debetis charissimi rei familiari vel tuendæ vel augendæ esse deditі, vt non multo maiorem animæ vestræ curam geratis. Quicquid erga res terrenas solicitudinis geritis, momētaneum est, & cū ipsa vita temporaria finē accipit: sed anima immortalis est. Ergo illi potissimū inseruiendum est.

G

Potest vos, si attendere velitis, multum pmouere admirabilis & præclarissimæ virginis Catherinæ exemplū, (Catherinę S. erga spōsum suum Chrm amor qnt'.) quæ licet esset regis filia, & incōparabili corporis pulchritudine, animi sapientia, rerum affluentia se pditam nō nesciret, tñ hæc om̄ia contēpsit p amore sponsi sui Christi Iesu. Nolebat animū suum rerum visibiliū amore implicare, vt posset pfectius diligere Deum suū. Quotidie multa illi se ingerebāt mundi oblectamēta, quæ vel fortissimos possent virorum animos frangere, tñ mansit immota, tanq̄ nihil horum ipsa sentiret: nō ob aliud sane, nisi q præsentia tanq̄ iam pterita despiceret, futura & semp mansura semp ob oculos haberet. Vnde fiebat, vt semp animo cōpuncta, seipsam & mala sua plangeret, atq; rursum ex Dei & futurorum contemplatione, cœlestis amoris gratia psusa, tota in Deum trāsiret. Nostis quanta egerit cruētus ille carnifex Maxentius, vt eam vel blādit ijs falleret, vel cruciatibus superaret. Sed vtrobiq; perseuerauit fortiter in Christi amore, nec blandis eneruata pollicitationibus, nec terribilibus cōcussa terroribus. Quod vtiq; totum fecit amor Christi, q eius pectus sita sibi vendicarat, vt nulli ad id aditus pateret hostili machinationi. Tanta est vis charitatis, tanta amoris diuini efficacia, vt cor illo pditum velut murus quidam impenetrabilis fit aduersus oēs quorumlibet hostium insidias & machinationes. (Amoris Dei efficacia quāta.) Hoc igit fortiter inflāmata beatissima Catherina, aut pœnas corporis oīno nō sensit, aut si sensit, Christi cōtemplatione cōtempsit. Amor Christi oēm in ea priuatum amorē, inordinati timoris parentem, penitus extinxerat. Qđ vtinam in nobis idem Christus quoq; per merita & preces huius nobilissimę, cōstantissimæ, sanctissimęq; virginis, martyris ac spōsæ suæ largiri dignetur, qui cum patre in vnitate spiritus sancti viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Sermonum de Festiuitatibus Sanctorum
partis Æstiualis, FINIS.

i 18269835

Ioan. Lanſperg. Op

67

80


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm